3-a-16

R. 1154

ALPHONSI TOSTATI HISPANI, EPISCOPI ABVLENSIS, PHILOSOPHI, THEOLOGI, Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

Commentaria in Quartam Partem MATTHÆI:

Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum Hispaniarum, & Indiarum Regem.



Por cuanto dim delos S.tos Consilios de la Inq.n de Granada y Consejo de Indias se ha visto el libro conforme al expurgatorio de Lanio de 1632. en Granada 27. de Abril de 1632. D. Sl. Gomez Vaan

Consilium S.tæ Inquisitionis per expurgatorium anni 1632 præcipit, vt omnes notæ, et cautiones, quas index expurgatorius anni 1632 operibus Abulensis adhiberi iussit, abolentur. Granatæ die 18 Aprilis anni 1717.

VENETIIS, M D XCVI.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.

R. 1054

3-a-1-6

Biblioteca Universitaria Granada
Sala A
Estante 2
Tabla
Número 21

ALPHONSI TOSTATI HISPANI,

EPISCOPI ABVLENSIS,

PHILOSOPHI, THEOLOGI,
Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

Commentaria in Quartam Partem MATTHÆI:
Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.
CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum Hispaniarum, & Indiarum Regem.



Por cuanto dios Sr. Inquisidores, que vieron el libro conforme al expurgatorio de Lerida de 1632. en Granada 27. de Abril de 1632. Dr. Gomez Navarro

Consilium S.ti Inquisitionis per expurgatorium anni 1707 precipit, ut omnes notæ, et cautiones, quæ index expurgatorius anni 1632 operis Abulensis adiberi jussit, abolentur. Granatæ die 18 Aprilis anni 1717.

VENETIIS, MDXCVI.
Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS COMMENTARIORVM

In Euangelium Matthæi

QVARTA PARS.

CAP. XII.

Mar.2. Luc 6 6.q.3.c.scriptum.25. q.1.c.ideo

IN ILLO tempore abijt Iesus p sata sabbato: discipuli autem eius esurientes cœperunt vellere spicas, & manducare. Pharisæi autem videntes dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis: Non legistis quid fecerit Dauid quando esurijt, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? Aut nõ legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt? Dico autem vobis, quia templo maior est hic. Si autem sciretis quid est, misericordiam volo, & non sacrificium, neque condẽnasetis innocentes: Dominus enim est filius hominis etiam sabbati.

1.Reg.21.

Oseę.6. Mar.2. Luc.6. Mar.3. Luc.6.

A IN *illo tempore*. Postquam Matthæus in præcedentibus posuit confirmationem dubitantium, s. discipulorum Ioannis præcedenti cap. hic ponit confutationem impugnantium, s. Pharisæorum. Et diuiditur in quatuor partes. Quia aliqui impugnabãt Christum, veritatem eius reprehendendo, quasi contra legem ageret. Alii calumniando eius bonitatẽ: opera facta diuinitus dæmoni attribuendo, ibi. *Tunc oblatus est*. Alii tentando eius potestatem signa de cęlo quærendo, ibi. *Tunc responderunt*. Alii ei insidiando, & hoc dupliciter. Quidam insidiando ei in propria familia, scilicet in discipulis. Alii in propria persona, ibi. *Cum inde transisset*.

B

C

An ista sint continuata ad præcedentia.
Quæst. I.

QVAERETVR circa primum an ea, quę habentur hic sint continuata ad præcedẽtia.

D Aliqui dicunt, ꝙ non, quia Marcus, & Lucas ponunt istud, quod habetur hic in principio cap. & tamen non continuant illud præcedentibus, sed alteri narrationi.

Item, quia ambo ponentes istud ponunt illud immediate post accusationem discipulorum Christi, quare non ieiunarent, vt patet Marc. 2. & Luc. 6. ergo E videtur, ꝙ ille sit ordo rectus cum ambo concordent in eo, & non iste quem posuit Matthæus.

Dicendum, quòd iste est ordo continuus, quia in litera innuitur continuatio cum dicitur: In illo tempore abiit Iesus, s. tempore quo fiebant, quę supra ha-

bentur, & sic dicit glo. q̃ narrata prædicatione cũ miraculis vnius anni ante quæstionem Ioannis factis, trãsiit ad ea, quæ facta sunt in alio anno. s. post mortem Ioannis, quando iam in omnibus Christo contradicitur, & idem vult Augustinus. s. q̃ omnia quæ sequũtur facta sunt in secundo anno prædicationis Christi, quia Ioannes vixit toto anno quo Christus prædicauit, & sic continuata sunt ista præcedentibus.

Ad argumentum dicẽdum, q̃ Matthęus tenet hic continuum ordinem: Marcus aũt & Lucas mutauerunt ordinem, nec est inconueniens, q̃ discordet ab eis, quia sæpe inter se discordant, maxime quia illi noluerunt tenere ordinem artificialem.

Ad secundum dicendum, q̃ licet Marcus, & Lucas concordent in ordine, & sint contra Matthæum, magis est standum Matthæo, eo q̃ litera exprimit hic ordinem, quia dicit. In illõ tempore, illi tamen nõ exprimunt aliquid, quod signet continuationem, & ita Augustinus vult in lib. de cõcor. euan. Vel dicit, q̃ põt accipi in illo tempore large, & ita potest significare longum tempus in quo multa fieri possent, & sic potest esse ordo rectus Marci, & Lucæ, & mutatio ordinis apud Matthæum, magis tamen tenet, q̃ Matthęus teneat ordinem rectum. Alii autem tenẽt ordinem artificialem. s. nolendo ponere multas reprehensiones simul discipulorum factas a Pharisæis. Nam ipsi accusauerant eos, quare non ieiũnabant, nunc iterum accusant eos, quare euellebant, & fricabant spicas, & sic dicitur Mar. 2. Et factum est iterum cum in sabbatis ambularent.

Circa primum dicitur. *In illo tempore.* s. in quo facta sunt præcedentia, quando discipuli Ioannis quęsierũt a Christo, vt patet. *Abijt Iesus.* Ibant cum eo discipuli eius, & eo præsente spicas vellebant discipuli. *Sabbato.* De hoc enim accusabant eos, quòd in sabbato facerent, quod non licebat, non autem quasi ipsum, quod faciebant per se malum esset. *Per sata.* i. per segetes, quia iam habebant spicas maturas de quibus discipuli comedebant. *Discipuli autem eius.* Non apparet an de solis Apostolis intelligatur, vel de omnibus simul, nã multos discipulos Christus habebat qui sequebantur eum, quia post duodecim Apostolos etiam designauit 72. discipulos, Luc. 10. sed de quibuscunque intelligatur non differt, quia non omnino variatur ex hoc conditio facti, & accusationis. *Esurientes.* Contigit enim eos esurire, quia non vacabant deliciis cibi, & potus, & hoc ponitur ad ostendendum causam facti, & excusationem ipsorum, vt infra tangitur. *Cœperunt vellere spicas.* Idest eradicare, vel melius intelligitur vellere, idest decerpere, quia euellere spicas est ipsam spicam, & calamum eius radicitus trahere, sed hoc nõ erat necesse ad cibum, sed solũ, quòd spicas tollerent, & hoc non erat euellere, sed decerpere. *Et manducare.* Subintelligendum est, quòd grana purgabant, & comedebant, quia spicas comedere brutorum est, sic dicitur Lucæ sexto. Et manducabant confricantes manibus, quia iste est modus purgandi grana spicarum. *Pharisæi autem.* Lucæ sexto, dicitur. Quidam Pharisęorum, & idem est, quia certum est, quòd non poterant nunc omnes Pharisæi assistere discipulis Christi, vt accusarent eos. *Videntes.* Videntes, scilicet, quòd discipuli spicas vellerent, & manibus fricarent. Nam non accusabant eos, quia comedebant, sed quòd cibus parabatur. *Dixerunt ei.* Scilicet Christo, & tamen Luc. 6. dicitur: dicebant illis, idest discipulis, sed de hoc infra dicetur, quæstione septima. *Ecce discipuli tui faciunt.* Scilicet spicas vellendo, & manibus eas confricando. *Quod non licet eis facere sabbatis.* Scilicet, quia sabbato non licebat cibos parare, sed ex præcedenti die parati seruabantur. *At ille dixit eis.* Videns quòd

Discipuli spicis vescebantur.

Iudæis sabbato non licebat cibos parare.

iniuste discipulos accusabant, confutat eorum accusationem. *Non legistis?* Arguit contra eos ex scriptura, & non debet legi assertiue, sed interrogatiue, scilicet non legistis, idest nunquid non legistis? Nam Christus non vult asserere, quòd ipsi nunquam hoc legerant, immo verisimile est, quòd legissent sæpe, quia studiosi erant in lege. *Quid fecerit Dauid.* Tangit historiam, primo Regum 21. *Quando esurijt.* In hoc ostenditur, quòd licuit discipulis hoc facere, quia sicut Dauid licuit propter famem comedere de panibus, de quibus non licebat comedere, nisi sacerdotibus, ita liceret discipulis propter famẽ sabbato spicas euellere, & fricare. *Et qui cum eo erant.* Non solus ipse, sed etiam viri qui comitabantur eum comederunt de panibus illis, primo Regum, capitulo vigesimoprimo, quia erant in eadem necessitate famis in qua Dauid. *Quomodò intrauit in domum Dei.* Scilicet in tabernaculum, quod erat in vrbe Nobe. Nam tunc non erat factum templum Salomonis, sed tabernaculũ, quod fabricauerat Moyses in deserto, transferebatur per loca, erat autem tunc in vrbe Nobe, primo Regum 21. & 22. *Et panes propositionis.* Vocantur sic, quia proponebantur coram Domino manentes super mensam auream in tabernaculo, Leuitic. vigesimoquarto. *Comedit.* Scilicet ipse, & qui cum eo erant, vt infra innuitur, & Marcus secundo, & Lucæ sexto. *Quos non licebat ei edere.* Idest alias nõ licerẽt ei edere de illis, quia erant panes sancti, sed nũc propter necessitatem licuit. *Nec his qui cum eo erant.* Tam Dauid, quàm qui cum eo laici erant, ideo non licebat eis de istis panibus edere.

Nisi solis sacerdotibus. Erant enim isti panes valde sancti, & ideo non licebat de eis cuiquam edere, nec etiam Leuitis, sed solis sacerdotibus. *Aut non legistis.* Ista est secunda responsio, scilicet, quòd sicut licebat sacerdotibus violare sabbatum, vt ministrarent in tẽplo propter dignitatem templi, & non licebat aliis hominibus, vel ipsis sacerdotibus alibi hoc facere, ita licebat discipulis eo permittente sabbatum violare, quia ipse erat maioris auctoritatis, quàm templum, & dicitur aut non legistis? Idest nunquid non legistis? hoc refertur ad illud, & sine crimine sunt, quia Exod. capitulo trigesimoquinto, dicitur. Non succendetis ignẽ die sabbati in cunctis tabernaculis vestris, & sic innuebatur, quòd possent in tabernaculo Domini succendere, sic dicitur Leuitici, capitulo sexto, quòd sacerdos per singulos dies nutriret ignẽ in altari subiiciens ligna. *Quia sabbatis.* Hoc dicit, quia de custodia sabbati agitur. *Sacerdotes in templo.* Dicitur de sacerdotibus, quia ipsis licebat facere in sabbato aliquas ministrationes, quę erant contra quietem sabbati, vt animalia occidere, pelles detrahere, & illa in partes diuidere, & super ignem in altari ponere, & cremare, quæ omnia fiebant in quolibet holocausto, Leuitic. capitulo primo, & tamen quolibet sabbato immolabãtur, saltem quatuor agni anniculi in sacrificium iuge, duo in mane, & duo in vespere, Numer. capitulo vigesimooctauo, præter alia sacrificia spontanea, & dicitur in templo, quia sacerdotibus extra templum non licebat similia facere. Vnde in domibus suis non licebat eis occidere animalia, aut assare, vel coquere, sicut in templo faciebant, & ideo dicitur Exod. 35. Non succendetis ignẽ in cunctis tabernaculis vestris die sabbati. s. cum illa die fieret sacrificium, vt dictum est. *Sabbatum violant,* s. materialiter: nam proprie non dicitur quis violare sabbatum, nisi cum facit aliquid in sabbato, quod lege vetitum est, & tamen sacerdotes non faciebant aliquid vetitum, sed potius lex iubebat hoc facere, ideo sabbatum non violabant, sed dicunt violare, quia faciebant ea, quæ alias quietem sabbati tollebant.

Quid proprie sabbatũ violari.

lebant. Nam ignem succendere, & similia, illicita erãt in sabbato. *Et sine crimine sunt.* Licet non violent sabbatum, scilicet quia non est propria violatio, quia aliàs necesse erat, quòd peccarẽt. Vnde potius debet dici, quòd non violabant sabbatum, sic dicitur Ioan. 7. Si circunciditur homo in sabbato, vt nõ soluatur lex, i. potest circuncidi in sabbato, & non soluitur, idest nõ violatur lex in hoc, ita faciendo in templo, quę pertinent ad solum cultum Dei, non soluitur sabbatum.

Dico autem vobis. Pharisęis loquitur. *Quia templo maior est hic.* Potest intelligi hic, idest Christus, vt loquatur de seipso in tertia persona. scilicet hic, i. iste, qui vobis loquitur maior est templo, idest maioris dignitatis, ideo sicut licet propter dignitatem templi sacerdotibus violare sabbatum ibi, & non alibi, ita licet istis me permittente sabbatum violare. Vel intelligitur hic, idest iste locus in quo ego sum est maior templo dignitate, ideo sicut in templo licet sabbatum violari, ita licebit hic. Vel accipitur hic, quòd sit aduerbiũ loci. sic accipit Hieronymus dicens, hic non pronomen, sed aduerbium loci legendum est, quòd maior templo sit locus, qui dominum templi teneat, & est sensus hic, idest in loco isto est aliquis maior templo, scilicet ego, & in hoc Christus tacite ostendit se Deũ esse, quia nemo erat maior templo, nisi Deus propter quem est templum, & omnia, quę fiunt in templo.

Si autem sciretis. Ista est tertia responsio in qua ostẽditur, quòd prępponi debet conseruatio salutis humanæ obseruationi festorum, quia sabbatum factum est propter hominem, & non homo propter sabbatum, in necessitate ergo magis prouidẽdum est, vt vitę hominis consulatur, quam vt sabbatum obseruetur.

Quid est misericordiam volo, & non sacrificium. Idest si intelligeretis quid significat scriptura cum dicit misericordiam volo, & non sacrificium Oseę. 8. idest potius, quam sacrificium: nam Deus non repellit sacrificium, sed prępponit sibi misericordiam, scilicet quãdo non possunt ambo simul custodiri, prępponenda est misericordia, idest vt potius prouideamus homini ex misericordia tribuendo ei necessaria, quam nolendo sabbatum custodire. Ad quid autem Christus vtitur ista auctoritate, & quomodo pungit in ea Pharisęos ostensum est supra 9. cap. quæst. 61.

Nunquam condemnassetis innocentes. i. intelligentes, q̃ isti vrgente fame faciebant in qua potius miserendum erat eis, quam sabbatum custodiendum: vnde innocẽtes sunt, i. non peccauerunt in hoc, & sic vos non condẽnassetis eos, si intelligeretis scripturas, sed quia non intelligitis insipienter cõdemnatis eos, & ista erat magna increpatio pro Pharisęis qui superbi erant, & tanquam non intelligentes scripturam repellerentur.

Dominus est enim filius hominis etiam sabbati. Potest intelligi de Christo qui vocatur filius hominis, vt præcedenti cap. & supra 10. & est sensus filius hominis, idest ego sum dominus sabbati, & sic possum illud mutare ad voluntatem meam, & concedere istis, q̃ faciant aliquid in sabbato. sic dicit Remigius. filium hominis seipsum appellat, & est sensus, iste quem vos putũ hominem putatis Deus est, omnium creaturarum Dominus, & etiam sabbati, & ideo potest legem mutare pro sua voluntate, quia fecit eam. Vel potest accipi filius hominis pro quolibet homine, scilicet filius hominis, idest homo quilibet est Dominus sabbati, quia potest illud violare licite, quando sibi expedierit propter aliquam necessitatem suam, sicut Dominus potest imperare seruo, quod sibi expedit, & iste est melior sensus.

Primo, quia iste conuenit literæ isti. s. si sciretis quid est misericordiam volo, & non sacrificium. Nam pp hoc Deus vult misericordiam, & non sacrificiũ, idest potius quam sacrificium, quia melior est homo, quã sacrificium, & quam sabbatum, & ideo de eo magis curandum, & hoc est, q̃ homo sit Dñs sabbati.

Secundo patet, quia iste sensus ponitur Mar. 2. s. dicebat eis. sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter sabbatum. & sequitur, itaque dñs est filius hominis etiam sabbati: cum sabbatum sit factum propter hominem.

Quare Christus ambulabat per sata die sabbati.
Quæst. II.

QVAERETVR quare Christus ambulabat in sabbato per sata.

Aliqui dicunt, q̃ Christus illa die itinerabat ex aliqua causa, & sic contigit transire per sata. Sed sic non stat, quia grauius esset itinerare illa die, quam spicas manibus fricare, inquãtum sic magis tolleretur sabbati quies, quam spicas manibus fricando, quod leuiter, & cito fieret, itineratio autem dicit actum totius diei, & tamen Pharisæi non accusauerunt discipulos de itineratione, ergo non itinerabant.

Aliter dicendum, q̃ discipuli erant illa die in aliquo loco vbi non habebant necessaria ad vitam, ideo spicas fricantes comedebant, & ambulabant per sata illas euellendo, & apparet hoc, quia Pharisæi aderant quando discipuli spicas vellebant, nam accusauerunt eos videntes hoc. ergo erant in aliquo loco habitato vel circa illum.

Sed tunc dicetur quomodo poterant pati necessitatem famis existentes in loco habitato.

Dicendum, q̃ illam passi sunt, vt dicetur. J. 5. q. & de illa poterat constare Pharisæis, & ideo ex fame, q̃rebant cibum per sata, & ideo dicitur, discipuli eius esurientes, & tñ dicendum q̃ Christus voluit, vt paterentur istam famem, vt esset eis occasio violãdi sabbatum habito aliquo colore rationabili. sic dicit Chrysostomus, quare autem per sata eos sabbato ducebat qui omnia præsciuit? nisi quia volebat soluere sabbatum, volebat quidem, sed nõ simpliciter, ideoq; non sine causa illud soluit, sed dans occasionẽ rationabilem, vt & legem cessare faciat, & legem nõ offendat, sic ẽt dicit Epiphanius, die sabbati, nisi sunt transeuntes per segetes, quia dissolutum est vinculũ sabbati, vbi magnum aduenit sabbatum.

Quare discipuli Christi spicas euellebant. Et quòd eorum vita erat parca in cibis. *Quæst. III.*

QVAERETVR quare discipuli spicas vellebant.

Dicendum, q̃ factum est ex necessitate famis, nam dr̃ hic, q̃ esuriebant: nullos aũt alios discipuli cibos hr̃e poterant, ideo spicas vellebãt, magna. n. fames erat, quæ ad hoc vrgebat eos. sic dicit Chrysostomus, tu aũt admirare discipulos qui ita erãt oppressi, & nullam corporalem habebant curam, sed contemnebãt carnalem mensam, & fame oppugnabantur, nec tñ desistebant a Christo, nisi. n. eos cogeret vehementer esuries, nequaquam hoc fecissent, q̃ tamen spicas vellerent, & comederent, signum erat, q̃ non erant assueti ad ciborũ delicias, quia graue esset eis tunc grana comedere, sed erat vita eorum aliqualiter in cibis parca, & ideo quocunque cibo consolabantur. Sic dicit Hierony. q̃ autem spicas segetum manibus confricant, & in eisdem consolantur, vitæ austerioris indicium est, non præparatas epulas, sed simplicem cibũ quærentium.

Sed dicetur quomodo stat, q̃ præced. q. dictum est q̃ Christus quæsiuit occasionem ad hoc, q̃ dis-

ſui violarent ſabbatum. nam videtur quòd non ſtat, quia aut habuerunt iuſtam cauſam faciendi, aut non: ſi non habuerunt, non potuit Chriſtus defendere eos contra Phariſæos accuſantes: & tamen defendit per tres rationes inductas in litera. Si habuerunt cauſam hoc faciendi non violauerũt ſabbatum. & ſic occaſio quam Chriſtus quærebat nihil erat, cum ſabbatũ non fuerit violatum.

Dicendum, quòd diſcipuli violauerunt ſabbatum materialiter, ſicut ſacerdotes ſabbatum in templo violant: habuerunt tamen iuſtam cauſam, & ideo accuſatio Phariſæorũ contra eos non procedebat, ſicut Chriſtus oſtendit. proderat tamẽ hoc aliquo modo ad ſoluendum ſabbatum, ſ. quòd non maneret in rigore illius obſeruationis quem Iudæi tenebant: nam non auderent Iudęi illud ſabbato facere, nam propter hoc diſcipulos arguerunt, quòd facerent, quod non licebat ſabbatis. & ſic Chriſtus incipiebat per rationabilem colorem tollere rigorem obſeruantiarum Iudaicarũ, vt non eſſet ſcandalum ſi ſubito omnia tolleret, & poſtea omnia tolleret, ſicut nunc omnia ablata ſunt.

Sed dicetur, quòd cum hac intentione iſtud fieret, vt ſabbatum ſolueretur, nulla cauſa quantumcunque iuſta excuſaret, quia volenti agere contra legem malum propoſitũ eſt, & ſic ex fine redditur actus malus.

Dicendum, quòd diſcipuli non habuerũt intentionem ſoluendi ſabbatum, ſed ſola fames impulit eos, vt ſpicas colligerent, & ſic quantũ ad eos iuſta cauſa erat, & excuſans a violatione ſabbati: Chriſtus autem noluit occaſionem habere, vt ſabbatum violaretur: Chriſtus tamen non poterat peccare quicquid vellet, quia poterat ſabbatum omnino tollere etiam nulla cauſa exiſtente, ſicut illud inſtituit, quia voluit, ſed nunc quęſuit occaſionem ad tollendum ſcandalum Phariſęorum: diſcipulis autem non liceret quærere occaſionẽ quantumcunque iuſtam ad violãdum ſabbatum, quia hoc non liceret, niſi potenti auferre legem: diſcipuli tamen erant ſubiecti legi.

Quomodo nunc diſcipuli poterant eſurire, ita vt fames excuſaret eos a violatione ſabbati; cum Iudas etiam pecuniæ loculos haberet. Quæſt. IIII.

QVAERETVR, quomodo nunc diſcipuli poterant eſurire, ita vt fames excuſaret eos a violatione ſabbati, quia non excuſaret quęcunque fames, ſed illa ſolum quæ cõſtituit hominem in neceſſitate, ſic innuitur Mar. 2. in exemplo, quod ibi Chriſtus allegat de Dauid, ſcilicet, nunquam legiſtis quid fecerit Dauid, quando neceſſitatem habuit, & eſurijt.

Aliqui dicunt, quòd non poterant nunc talem famem habere, quia erant in locis habitatis, vbi poterat eis de cibo prouideri. Quod patet, quia Phariſæi aderant, quando ipſi ſpicas manibus confricabant.

Dicũt aliqui, quòd iſta fames fuit miraculoſa, nam Chriſtus quærebat occaſionem contra ſabbatum, & vt illam inueniret, induxit famem diſcipulis, vt ſic coacti ſpicas vellerent, & manducarent.

Sed non ſtat, quia nunquam eſt recurrẽdum ad miracula ſine neceſſitate. poterat tamen alio modo eſſe fames naturaliter in diſcipulis, ideo non oportebat eã miraculoſam ponere.

Item patet efficacius, quia Chriſtus defendit hic diſcipulos a Phariſæis allegans, quòd eſurirent, & inducens exemplum de Dauid eſuriente: ergo oportebat, quòd iſta fames diſcipulorum eſſet veriſimilis. ſi tamen eſſet ſupernaturalis non eſſet veriſimilis in conſpectu Phariſæorum, quia non appareret aliquid propter quod veriſimile eſſet eos tũc eſurire, & ideo ſpicas vellere: non ergo erat fames miraculoſa, ſed naturalis quæ veriſimilis eſſe potuit in conſpectu Phariſęorum.

Dicendum ergo, quòd fames naturalis erat, & poterat eſſe vno modo, ſcilicet, quia diſcipuli ſequebantur Chriſtum nullius rei alterius curam habentes, cõtingeret autem, quòd Chriſtus die illa maneret diu extra locum non veniens ad ſumendum cibum, & ita diſcipulis cõtingeret eſurire. ſic dicit Chryſoſtomus, admirare diſcipulos qui ita erant oppreſſi, & nullam corporalium habebant curam, ſed contemnebant carnalem menſam, & fame oppugnabantur, nec tamen deſiſtebant a Chriſto, ideſt non dimittebant eum redeuntes in domum ad ſumendum cibos, ſed ſequebãtur eum etiam ſi eſurirent.

Alij dicũt, quòd licet eſſent in loco habitato cibos habere non poterant, quia nihil ſecum portabant, nec peram, nec ſacculum in quibus cibos recondere poſſent, nec pecunias de quibus eos emerent, ſupra 10. & Lucæ 9. & 10. Iudæi autem erant interdum immiſericordes pauperibus non miſerentes, & ita contingeret eos eſurire, quia non haberent cibos, nec vnde illos emerent: ſicut enim Chriſtus prædicabat aliquando in Ieruſalem, & nemine recipiente eum, cogebatur redire ad ſumendum cibum in Bethaniam, & ſemel dum rediret eſurijt, iuitque ad ficum quæ erat iuxta viam, nec tamen inuenit in ea, niſi folia Matth. 21. & Marc. 11. ita poterat eſſe hic, quòd diſcipuli non habentes cibum a Iudæis diſcurrerent per ſegetes, & ſpicarum grana comederẽt. Hoc quidem ſatis veriſimile eſt, ſed falſum ſupponitur, ſcilicet, quòd non haberent vnde cibos emerent, quia diſcipulis quando ſoli ibant, ideſt non cum Chriſto, non licebat portare pecuniam, nec peram: Chriſtus tamen pecuniam portabat, quia Iudas habebat loculos eius, & inde emebat quæ neceſſaria erant Ioan. 12. & 14.

Aliter etiam poteſt dici, quòd diſcipuli nunc eſurierunt, quia Chriſtus erat extra locum habitatum, licet non longe ab eo, & ibi forte prædicauerat populo. & cum iam longa mora eſſet, diſcipuli eſurierunt, & ſpicas vellebant: & patet hoc, quia Phariſæi aderant qui hoc videbant & accuſabant diſcipulos: & ſic videt quòd populus erat cum Chriſto tunc, & coram illo diſcipuli hoc fecerunt.

Aliter poteſt dici, quòd forte Chriſtus propter nimiam importunitatem Iudęorum irruẽtium in eum, exiuit de loco, nondum ſumpto cibo, & ita diſcipuli eſuriebant, & ſpicas vellebant: ſic enim ſæpe Chriſto accidebat, vt patet Marc. 6. l. & ait illis: venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite paululũ: erant enim qui veniebant & redibant multi, & nec manducandi ſpatium habebant, & ideo eſurirent. ſic dicit Hieronymus, ſ. vt autem in alio Euangeliſta legimus propter nimiam importunitatem, nec veſcendi quidem habebant locum, & ideo quaſi homines eſuriebãt, & iſtud eſt veriſimilius.

Quare potius Phariſæi accuſauerunt diſcipulos Chriſti nunc, quàm aliqui alij. Quæſt. V.

QVAERETVR, quare potius Phariſæi accuſauerunt diſcipulos Chriſti nunc, quàm aliqui alij.

Dicẽdum, quòd primo fuit propter inuidiam, nã inuidebant valde Chriſto, & diſcipulis eius: & ideo quandocunque poterant mordaciter arguebant eum. & illos, vt oſtenſum eſt ſupra 9. ca. q. 52. ipſi igitur potius quàm alij inſidiabantur parati ſemper eum accuſare ſiquid inuenirent.

Secundo fuit propter oſtenſionem ſanctitatis, quia Phariſęi oſtentabant ſe cęteris eſſe ſanctiores, & ideo potius

potius competebat eis zelus legis quàm alijs, & magis arguere præuaricatores, & quia diſcipuli Chriſti violabantur nunc præuaricari ſabbatum, ipſi potius quã cæteri arguerunt eos.

Tertio fuit, quia iſta redargutio non pertinebat, niſi ad peritos in lege, quia dixerunt: diſcipuli tui faciũt quod non licet facere ſabbatis. ſcire tamen quid liceret ſabbatis facere, & ſcire quid eſt illicitum non pertinebat, niſi ad peritos in lege. populus autem legem ignorat: ideo non poterãt arguere diſcipulos Chriſti. ſed neceſſe erat, quòd aut Phariſæi, aut ſcribæ eos arguerent, quia iſti erant in lege periti. de ſcribis autem nihil hic dicitur, quia forte nulli eorum aderant. Vel intelliguntur nomine Phariſæorum, quia ſic dicitur ſupra 9. quòd Phariſæi accuſabant diſcipulos dicẽtes: quare cum publicanis &c. & tamen nõ erant ſoli Phariſæi, ſed etiam ſcribæ ſimul, vt patet Mar. 2. & Luc. 5. & ita potuit eſſe hic.

An nunc Phariſæi accuſauerunt diſcipulos dirigendo verba ad eos, vel ad Chriſtum. Quæſt. VI.

QVAERETVR, an nunc Phariſæi accuſauerunt diſcipulos Chriſti dirigẽdo verba ad eos, vel ad Chriſtum.

Dicendum, quòd in hoc eſt diuerſitas, quia hic & Mar. 2. dicitur, quòd Phariſæi dixerunt Chriſto, quare diſcipuli tui faciunt, quod non licet? & tamen Lucę 6. dicitur: quidam Phariſæorum dicebant illis, quid facitis, quòd non licet in ſabbatis?

Dici poteſt vno modo, quòd cum diſcipuli viderẽtur præuaricari in hoc, & non Chriſtus, direxerũt verba contra eos, & non contra Chriſtum, ſicut dicitur Luc. 6. quia tamen omnis accuſatio facta contra diſcipulos militabat in Chriſtum qui erat magiſter eorũ: Matthæus, & Marcus retulerunt verba, quaſi Chriſto dicta.

Aliter poteſt dici, & melius, quòd fuerunt diuerſæ accuſationes. vna enim fuit quorundam Phariſæorũ accuſantium diſcipulos apud Chriſtum. alia fuit aliorum Phariſæorum ipſos diſcipulos increpantium. ſic innuitur hic. & Mar. 2. dicitur, quòd Phariſæi dixerũt hoc Chriſto. & Lucæ 6. dicitur, quidam autem Phariſæorum dicebant illis quid facitis? quaſi dicat multitudo Phariſæorum Chriſto loquebatur, quia ibi erat principalis quæſtio, & accuſatio. quidam autem ipſorum diſcipulis loquebantur increpando eos, quia minus erat eos increpare, quam cõtra Chriſtum aliquid proponere. ſic dicit Beda. alij vero dicunt ipſi Domino, & diſcipulis poterat obijci, & quòdcunque obiectum ad ipſum maxime reſpicit.

Quare Phariſæi accuſauerunt diſcipulos, & non Chriſtum. Quæſt. VII.

QVAERETVR, quare Phariſæi accuſauerunt nũc diſcipulos, & non Chriſtum.

Dicendum, quòd accuſauerunt eos de tranſgreſſione ſabbati, & quia ſoli diſcipuli ſpicas vellebant, & non Chriſtus, non potuerunt eum nũc accuſare, licet etiam ſi ipſe ſpicas velleret, forte non auderent Phariſæi accuſare eum, quia quandocunque accuſabant ipſum reſpondebat eis acriter, & ipſi non poterant reſiſtere ei. accuſabant ergo diſcipulos, quod minus erat: ſed adhuc nunc aliquomodo in Chriſtum accuſationem retorquebant, quia licet non accuſarent eum, vt ſabbati præuaricatorem: accuſabant tamen tanquam fauentem peccato, quaſi eius auctoritate hoc fieret, cum eo præſente fieret. Etiam quia ad ipſum pertinebat arguere diſcipulos de malo, & ipſe peccare videretur, ſi diſcipulos peccantes cum videret non argueret, & ideo ei locuti ſunt dicentes, quare diſcipuli tui hoc faciunt &c. quaſi ipſe peccaret non prohibendo eos agere hoc, quia aliàs ipſos ſolos arguiſſent. ſic dicitur Luc. 6. quare facitis, quod non licet facere ſabbatis?

Quare Phariſæi non arguerunt diſcipulos, quòd ſabbato ambularent &c. Et quantum Iudæis licebat ambulare in ſabbato. Quæſt. VIII.

QVAERETVR, quare non arguerunt eos, quòd ſabbato ambularent, quia magis illicita erat itineratio, quàm confricatio ſpicarum, cum magis violet ſabbatum, inquantum eſt maioris occupationis.

Dicendum, quòd non itinerabant, ſed iuxta locum ambulabant, quod innuitur cum dicitur, quòd ambulabant per ſata. illa tamen iuxta locum erant.

Item quia Phariſæi etiam in loco ipſo erant cum viderent diſcipulos ſpicas vellere: ideo non poterant accuſare eos, quòd itinerarent, quia æqualiter ipſi elõgati fuerunt a loco.

Item quia licebat Iudęis in ſabbato ambulare vſq; ad certam quantitatem, ſcilicet ad mille paſſus, ideſt dimidiam leucam. ſic dicitur Actu. primo. quòd mons Oliueti eſt iuxta Ieruſalem, ſabbati habens iter, ideſt, tantum diſtat a Ieruſalem, quantum licet Iudæis ambulare in ſabbato, & tamen non fuerant tranſgreſſi diſcipuli iſtam quantitatem ſpatij, ideo nõ poterant Phariſæi accuſare eos, quòd itinerarent ſabbato.

Quare Phariſæi non accuſabant diſcipulos de furto. Quæſt. IX.

QVAERETVR, quare non accuſabant eos de furto, quia ſpicas vellebant de ſegetibus non ſuis: non enim habebant aliquid nunc diſcipuli qui omnia reliquerant pro Chriſto. vnde non erant ſegetes ſuæ per quas nunc ambulabant.

Dicendum, quòd licebat diſcipulis hoc facere permittente lege Deuteronom. 23. Si intraueris ſegetem amici tui frange ſpicas, & manu conteres: falce autem non metas. hoc autem illi faciebant, quia ſpicas vellebant, & manibus confricabant. Luc. 6. idem erat quantum ad vuas, eod. capit. ſcilicet. Ingreſſus vineam proximi tui comede vuas, quantum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum. non ergo potuerunt Phariſęi diſcipulos de furto accuſare. ſic dicit Auguſtinus, lib. de operibus Monachorum, de ſabbato autem potius quã de furto diſcipulos Domini Iudęi calumniati ſunt, quia populo Iſrael per legem præceptum eſt, vt in agris ſuis furem nullum tenerent, niſi qui ſecum aliquid vellet auferre.

Quare Chriſtus reſpondens pro diſcipulis induxit teſtimonia ſcripturæ, quod prorſus eſt validum contra Iudæos. Quæſt. X.

QVAERETVR, quare Chriſtus reſpondens nũc pro diſcipulis induxit teſtimonia ſcripturę dicens, non legiſtis &c.

Dicendum, quòd hoc fuit. Primo, quia Iudæi valde credebãt ſcripturis ſuis, quia totum bonum putabant eſſe in illis, ſicut Chriſtus dixit eis Ioann. 5. Scrutamini ſcripturas ſ quibus vos putatis vitam æternam habere. & ſic teſtimonium ſumptum ex ſcripturis eſt valde efficax contra Iudæos, & ideo induxit hic Chriſtus duo teſtimonia ex ſcriptura, ſ. de Dauid eſuriente, & de ſacerdotibus violantibus ſabbatum.

Secundo fuit, quia ista fuit conueniens responsio, F
vt vnde oritur dubitatio inde insurgat responsio: accusatio enim facta contra discipulos insurgebat ex radice scripturæ, quasi agerent discipuli contra preceptum scripturæ, scilicet faciunt, quod non licet facere sabbatis. conueniens fuit ergo ostẽdi eis per scripturam, quòd contra scripturam non agebant.

Tertio fuit ad confringẽdum superbiam Pharisęorum. nam si Christus per aliquod miraculum ostenderet eis, quòd discipuli non violabant sabbatum, non esset eis confusio, quia Deus per hoc videretur respõdere: ita quòd ipsi bene accusassent discipulos quantum ad ea quæ ex lege apparebant, sed Deus aperuerit nunc id, quod dubium erat: quod tamen ex scriptu G
ra conuincantur est confusio ipsorum: maxime quia conuincũtur per scripturas vulgatas, & etiam modus allegandi Christi contra eos est mordax, & increpatorius, s. non legistis quid fecerit Dauid, quasi dicat, vel nunquam legistis, vel non intelligitis. Et quod magis est dixit, quòd non intelligebant scripturas, scilicet. Si sciretis quid est misericordiam volo, & non sacrificiũ, nunquam condemnassetis innocentes, idest, si intelligeretis scripturas non diceretis hoc: sed quia nihil intelligitis insipienter loquimini. & ista erat magna confusio pro illis, qui putabant se esse in lege doctissimos & magnæ opinionis erant apud plebem, & taliter solet Christus eos, tanquam insipientes arguere, quod pater supra 9. c. scilicet, euntes discite quid est miseri- H
cordiam volo, idest eatis ad addiscendum, quia non intelligitis scripturas, & ideo irrationabiliter accusatis. sic dicit Ambrosius super Lucam. dominus autẽ defensores legis arguit nescire, quæ legis sunt, exemplum inducens Dauid.

Quare Christus allegauit hic historiam Dauid. Et in quo maxime his conuenire videtur. Quæst. XI.

QVAERETVR, quare Christus allegauit hic historiam Dauid.

Dicendum, quòd hoc fuit, quia faciebat ad propositum, nam etiam ille propter famem comedit panes de quibus non licebat edere, vt dicitur in litera.

Secundo, quia Dauid erat in magna reputatione apud Iudæos, tanquam prophetarum princeps, & cui messias de semine eius futurus promissus erat. Hiere. 23. & Psalm. 131. & de quo Deus specialiter dixerat: Inueni virum secundum cor meum. primo Regum 13. Vnde ipse erat tota gloria Iudęorum. ipse tamen Dauid propter famem fecit, quod aliàs non licebat. ergo etiam discipulis licebat propter famem aliquid agere cõtra sabbatum. sic dicit Cyrillus, cum expresse dicat lex Moysi, non considerabis personam in iudicio, qualiter meos increpatis discipulos, qui vsque ad hodiernum diem, vt sanctum, & prophetam extollitis, qui pręceptum Moysi non seruauit?

Tertio fuit, quia non solum Dauid hoc fecit, sed ẽt Achimelech, siue Abiathar summus sacerdos huic rei auctoritatem præbuit: ipse enim panes dedit Dauid, & pueris: quæsito prius, an mundi essent. primo Regum 21. erat tamen ille vir in lege peritus cum esset summus sacerdos, & vir iustus habebatur, ideo licitum reputatur illud factum. & idem in discipulis dici deberet, qui propter famis necessitatem fecerant. sic dicit Hieronym. opponit dominus, & dicit Dauid sanctus est, & Achimelech pontifex a vobis non reprehẽditur, & legis vterque mãdatum probabili excusatione transgressi sunt, & famis in causa est, cur eandem famem non probatis in apostolis, quam probatis in cæteris?

Sed dicetur, quòd non est simile, quia Dauid licuit hoc facere eo, quòd erat propheta, discipuli autẽ non erant prophetæ.

Dicendum, quòd non stat, quia licet esset propheta, non licebat ei edere de his panibus, sed solis sacerdotibus, vt dicitur in litera. Dauid autem, nec erat sacerdos, nec de progenie sacerdotum, quia erat de tribu Iuda, vt patet supra 1. & Ruth. 4. & in illa tribu nullus vnquam sacerdos fuit, vt dicitur ad Hebr. 6. 7.

Item quia Dauid licet esset propheta, non erant prophetæ qui cum illo ibant: omnibus tamẽ dedit Achimelech panes, vt patet hic, & primo Regum 21. ergo nõ licebat Dauid comedere de panibus, quia propheta erat, sed quia famis necessitatem patiebatur.

Item non adiuuat ad excusationem Dauid, quòd propheta esset, sed potius ex hoc accusatur, quia quanto quis perfectioris status est, tanto minus licet ei contra legem agere. sic dicit Chrysostom. Excusans Christus discipulos Dauid adducit ĩ medium: etenim multa prophetæ huius erat gloria apud Iudæos, nec potest responderi, quòd Dauid propheta erat, quia nec propter hoc ei licebat, sed sacerdotibus solis. tanto autem magis discipulos ab accusatione liberat, quãto maior inuenitur qui hoc fecit, sed & si Dauid propheta erat non tamen qui cum eo erant.

Quare Christus induxit hoc exemplum cum non videatur ad propositum esse. Quæst. XII.

QVAERETVR, quare Christus induxit hoc exemplum, quia non videtur esse ad propositum, nam discipuli arguebantur de transgressione sabbati. Dauid autem non transgressus est sabbatũ, sed comedit panes propositionis.

Aliqui dicunt, quòd etiam Dauid transgressus est sabbatum, quia die neomenię, siue calendarum recessit de aula. primo Regum 20. erat tamen illud festum Numeri 28. sic dicit Hieronym. Isti spicas manu sabbato confricant: illi panes comederunt Leuiticos, & ad sabbati solennitatem accedebat neomeniarum dies, quibus in conuiuio requisitus fugit ex aula regia.

I Sed dicendum, quòd non stat. Primo, quia de festo neomeniarũ non apparebat manifeste, an vacandum esset a laboribus illo die: & tamen dato quòd vacaretur, non erat tantę obseruationis, sicut sabbatum, quia nulla festiuitas apud Iudæos, tã stricte vacationis erat, quia in Pascha, & cęteris festiuitatibus licebat ignem succendere, & cibos parare. Exodi 12. in sabbato autẽ nec cibos parare, nec saltem ignem succendere licebat. Exodi 35. Vnde si in alijs festis discipuli confricarent spicas non accusarent eos Pharisęi, quia cum liceret facere quamcunque operationem ciborum, licebat a fortiori spicas confricare & comedere.

Secundo patet, & efficacius, quia dato quòd dies neomeniæ esset, tam stricte vacationis, sicut sabbatũ K
(quod falsum est) tamen Christus non excusat discipulos ex hac parte, quia nõ dicit, quòd Dauid die neomeniarum fugerit timens mortem: sed quòd ingressus est in domum Dei, & comedit de panibus propositionis.

Dicendum ergo aliter, s. quòd illud exemplum est ad propositum, quia licet non sit simile, quantum ad omnia, s. in substantia facti: est tamen satis simile, & sufficiens ad hoc, q̃ vnum per alterum excusetur. ponit aũt Christus fundamentum simile, s. q̃ tam Dauid, q̃ discipuli vrgente fame egerũt. & tunc est sensus, q̃ tota lex Dei est eiusdem vigoris, cum idem sit legislator, si igitur potest dispẽsari in vna parte eius, poterit & in alia. Vel si alicui propter necessitatem aliquã, licet, p̃ pria auctoritate agere cõtra vnum de præceptis legis: licebit

licebit ex eadem necessitate, vel ex simili agere contra A
aliud præceptum. sed fuit eadem necessitas famis in Dauid, & ĩ discipulis. sicut ergo licuit Dauid propter famem edere de panibus propositionis, licebit discipulis propter famem spicas sabbato confricare, & comedere.

Secundo patet, quia maior transgressio fuit Dauid quàm discipulorum, quia minus licebat laicis edere panes propositionis quàm sabbatum violare, cũ multoties sabbatum violatum esset, & tamẽ laicos comedisse panes propositionis, nunquam legitur, nisi sub Dauid. sic dicit Chrysostomus, scilicet, dicet aliquis quid est exemplũ hoc ad id quod quæritur? non enim Dauid sabbatum transgressus est, & respõdet, scilicet in hoc ostenditur Christi sapientia, quia aliud exemplum fert sabbato maius: nec enim estęquale trãsgredi sabbati diem, quod multoties factum est, & sacram B
illam tangere mensam, quod nulli phas erat.

Qui erant isti panes propositionis, & quæ cæremoniæ seruabantur circa eos, & quòd a solis sacerdotibus formabantur. Quæst. XIII.

QVAERETVR, quia dicitur hic, quòd Dauid comedit de panibus propositionis qui erant isti panes, & quæ cęremoniæ seruabantur circa eos.

Dicendum, quòd in tabernaculo Moysi erat vna mensa aurea, s. de lignis Sethim, operta tamen laminis aureis, cuius figura, & fabricatio ponitur Exod. 25. & 37. ista erat in prima parte tabernaculi quę vocatur sanctum, vel Sanctuarium, & erat ad latus aquilonare C
illius Exod. 26. super illam autem ponebantur duodecim panes: quorum quilibet cõtinebat duas decimas de farina, quia magni erant. & erant isti panes in duobus versibus, siue lineis, s. sex panes in vna linea, & totidem in alia. Leuit. 24. isti panes conficiebantur a sacerdotibus solis, & non licebat alicui mulieri formare aliquem panem istorum: nec etiam laicis: sed laici dabant farinam Leuitis, & quidam Leuita custodiebat illam in thesauro Sanctuarij, & cum opus esset, q̃ formarentur panes, sacerdos petebat farinam a Leuita thesaurario, & formabat inde panes duodecim, vt colligitur primo Paralipom. 9. & 23. isti panes fiebant quolibet sabbato, & coquebantur tunc: & recẽtes po- D
nebantur super mensam. erãtque semper duodecim solum. manebant autem isti panes semper super mẽsam vsque ad aliud sabbatum, & tunc fiebãt alij duodecim panes, & recentes ponebantur super mensam ablatis prioribus duodecim, Leu. 24. & iste ritus duraturus erat in sempiternum per singula sabbata, cum autem ablati essent, comedebant eos sacerdotes, nec licebat alijs, siue laicis, siue Leuitis comedere de eis, vt patet supra in litera, & Mar. 2. & ostensum est 1. Regũ 21. si tamẽ esset quis in necessitate etiam si esset laicus licebat ei comedere de illis, vt patet in Dauid, & pueris eius, eod. c. & hic. proueniebant autem isti panes sacerdotibus ministrantibus in mercedem ministerij, sicut de sacrificijs proueniebat eis certa pars: nã de holocausto proueniebat sacerdoti offerenti pellis: Leui. E
6. de hostia pacifica proueniebat pectusculum, & armus dexter. Leuiti. 7. de sacrificio pro peccato, & pro delicto proueniebant alia iura, de quibus tangitur Leui. 5. & 6. voluit tamen Deus esse aliquid speciale in panibus propositionis, nam licet carnes de sacrificijs, p̃ uenirent sacerdotibus, licebat filijs, & filiabus, & vxoribus eorum comedere. Leuiti. 10. de panibus autem propositionis, soli sacerdotes comedebant, vt patet hic in litera.

Quare isti panes vocantur propositionis, & facierum. Quæst. XIIII.

QVAERETVR, quare vocantur isti panes propositionis.

Dicendum, quòd in Hebræo vocantur panes facierum. Et dicit Rabbi Salomon, quòd vocantur sic, quia ex vtraque parte habebant faciem, scilicet, non erant, sicut panes cocti in clibano, quia illi ex vna parte solum habent faciem, s. ex illa qua non sedent in terra: ex alia autem non habent faciem, sed denigrantur, & contrahunt crustam. De istis autem dicit Rabbi Salomon, quòd coquebantur in vasis ferreis, ideo ex nulla parte denigrantur, sed vtrinque est facies.

Istud tamen non stat, cum panes propositionis essent magni, cum quilibet contineat duas decimas: & B
tamen decima est satis magna mensura, s. quantum potest vna die vnus homo comedere, quod patet in mẽsuratione manna, quia Deus volebat, quòd in deserto cuilibet daretur quotidie vnum Gomor de mãna Exodi 16. c. & ibi dicitur, quòd gomor est decima pars ephi. & sic quilibet panis istorũ continebat duas decimas, siue duo Gomor. Leuit. 24. & erat sufficiens ad cibum duobus hominibus pro tota die. non poterat ergo talis panis coqui intra vasa ferrea, vel ænea, quia propter suam grossitiem nõ posset digeri, & coqui medulla illius, sed solæ extremitates, & si deberet medulla coqui, necesse erat, quòd extremitates comburerentur. non poterant ergo isti panes coqui, nisi in clibano. Vocantur tamen panes propositionis, vel facierum, quia coram facie domini ponebantur: erat enim mensa propositionis intra tabernaculum ante velum Sancti sanctorum, & in Sancta sanctorum iudicabatur esse Deus, quia ibi respondebat, & audiebatur vox eius super arcam, & propitiatoriũ inter alas Cherubim. Nume. 7. ideo cum isti panes essent ante Sãcta sanctorum, dicebãtur esse ante Deum, quia quicquid erat ante Sancta sanctorum, dicebatur esse ante faciẽ Domini, & sic deberent vocari panes faciei, idest panes positi ante faciem Dei. Dicuntur tamẽ pluraliter panes facierum, quia in Hebręo mutantur numeri, & personæ, & genera, & omnia accidentia partium orationis propter barbariem idiomatis. litera autem nostra conuenientius ad sensum istum vocauit istos panes propositionis, vbi dicit litera Hebręa, ita panes facierum, scilicet, quia proponebantur, idest in mensa ponebantur coram domino.

Quare panes propositionis ponebantur coram Domino. Quæst. XV.

QVAERETVR de causis cęremoniarum istorum panum propositionis. & primo quare ponebantur coram Domino.

Dicẽdum, quòd propter multa. Primo enim ad honorem: nam panis est de rebus, maxime necessarijs, iõ est magnæ reputationis. ponebatur ergo panis coram Domino, vt innuatur, quòd eum honoramus ponendo coram ipso id, quod in omnibus rebus preciosissimum habemus. sic enim erat de thymiamate: nam Deus non odorabat illud cum non esset animal, & tamen cremabatur coram ipso mane, & vespere ad honorandum ipsum Exodi 30. sic etiam de animalibus quæ quotidie immolabantur, nã non proficiebat hoc Deo qui non indiget carnibus taurorum, nec hircorũ Psalm. 49. & tamen iubebat hoc fieri, quia erat honor suus. Secunda causa erat ad reddendum gratiarum actiones, scilicet, Deus dedit panem nobis, & quicquid est quo nutrimur, & cõseruamur, & pro hoc tenemur

ei ad magnas gratiarum actiones. Et sic sicut de fructibus terrę quos nobis Deus concedit decimas, & primitias ei tribuimus in recognitionē beneficij, ita conueniens erat, vt aliqui panes manerent coram domino, qui testarētur recognitionem beneficij suscepti, s. quòd nos de manu eius illos susceperamus, & isto modo per ea, quę a Deo recipimus dando ei aliquid de illis gratias agimus de toto, quod ipse nobis dedit, sic patet 1. Paralip. 29 cum enim Dauid offerret Deo munera ait, quis ego sum, & quis populus meus, vt possimus hęc vniuersa promittere: tua sunt omnia domine, & q̄ de manu tua accepimus, dedimus tibi.

Tertia causa erat ad conseruationem petendum fructuum terrę, s. quia cum panes corā domino ponimus, oramus tacite, quòd panem, qui est principium vitę nostrę nobis tribuat, & eum quem semel terrę cōcesserit ab importunitatibus conseruet, quia nihil nasci prodest, nisi ad horrea ducatur, & recondatur, & ista oratio pro pane dando atque seruando est valde cōueniens, quia inter cętera, quę Christus nos in oratione petere docuit ait, panem nostrum quotidianū da nobis hodie supra 6. & Lucæ 11. recte ergo conuenit, quòd panes ponerentur coram Domino.

Quare isti panes propositionis erant semper duodecim. Et quomodo erant æquales. Quæst. XVI.

QVAERETVR de secunda cęremonia, scilicet quare isti panes propositionis erant semper 12. solum.

Dicendum, quòd hoc erat ad significandum illos pro quibus offerebātur: nam Israelitę offerebant eos, & totus Israel per 12. tribus diuidebatur, & ideo ad signandum hoc debebant 12. panes offerri, & sic dicitur Leu. 24. quòd isti panes manerent semper coram Domino in memoriam pro 12. filijs Israel.

Sciendum autem, quòd isti panes erant ęquales, quia quilibet continebat duas decimas, vt Leui. 24 & ista est tertia cęremonia. Et hoc est quia offerebantur Domino pro 12. tribubus Israel, & si vnus panis esset maior alio putaretur, quòd aliqua tribus erat apud Deum maior, quam alia. Etiam daretur ex hoc causa æmulationis. istud tamen Deus auferre voluit, ideo iussit panes fieri æquales. Sic etiam fuit de oblatione principum 12. tribuū in dedicatione tabernaculi, quia æquales fuerunt, nam per 12. dies obtulerunt, scilicet quilibet die sua, & quantum vnus obtulit tantum alius, scilicet tot animalia, & talia, & ad idem genus sacrificij, etiam talia vasa aurea, & argentea, & æqualis ponderis, vt patet Numer. 7. & hoc, vt tolleretur omnis ęmulatio, & contentio de prelatione mutua, & non solum seruabatur hoc inter tribus, sed etiam inter personas, nam Deus iussit quòd, quando quis esset 20. annorum, & transiret ad numerum, solueret dimidium sicli, & diues non adderet ad dimidium sicli, & pauper non diminueret, & hoc erat, quia istud precium dabatur pro animabus numeratorum, & si daretur precium inęquale putarent quidam se magis pertinere ad Deum, quam alij. hoc autem Deus auferre voluit, ideo dixit, quòd diues nō adderet, & pauper non minueret. Exo. 39.

Quare panes propositionis ponebantur ad mensam, quæ erat ad latus aquilonare tabernaculi. Quæst. XVII.

QVAERETVR de quarta cęremonia istorum, s. quare ponebantur in mensa, quę erat ad latus aquilonare tabernaculi Exo. 26.

Dicendum, quòd hoc fuit, quia per tabernaculum significabatur totus orbis, vt ostensum est Exo. 26. & 28. & quia pars meridiana orbis non est habitata, sed ęternis tenetur ardoribus, & aquilonaris habitatur, aquę etiam maris illam aperiunt, ideo non sunt ibi fruges, & quia panes propositionum sunt in repræsentationem omnium terrę nascentium, vt dictum est supra, quasi 15. & præcipue segetum de quibus viuimus, & istæ nascuntur in parte aquilonari orbis, quā nos habitamus: debuit mensa propositionis poni in latere aquilonari tabernaculi. Ex eadem autem ratione cā delabrum positum est ex parte meridiana, quia per septem lucernas candelabri signātur septē planetæ quorum motus est nobis meridianus, eo quòd habemus sphæram obliquam habitantes in parte aquilonari.

Quare in duobus ordinibus ponebant isti panes, scilicet seni contra senos. Quæst. XVIII.

QVAERETVR de quinta cæremonia, scilicet quare isti panes ponebātur seni contra senos, scilicet in duobus ordinibus, vel lineis.

Dicendum, quòd huius causa erat pulchritudo, & conseruatio panum, poterant namque isti panes esse suppositi, & occuparent modicum spatiū mensæ, & tamen non conueniebat hoc ad conseruationem ipsorum, quia sic facilius muscosi efficerentur, erat ergo quilibet panis per se. Et quia erant 12. panes magni, si ponerentur singulatim, idest non suppositi, & omnes in vno ordine, siue linea oporteret mensam esse longam nimis, debuerunt igitur poni in duabus lineis, vel ordinibus seni contra senos, scilicet sex in vna linea, & sex in alia. Etiam erat hoc propter pulchritudinem, quia sic pulchrius, quam aliter se habebant: sic etiā erant 12. lapides preciosi in rationali, in quibus erant sculpta nomina 12. filiorum Israel: erant tamen illi lapides in quatuor ordinibus, siue versibus, & hoc propter pulchritudinem, & propter figuram ipsius rationalis, quia erat quadratum, & ad magnitudinem vnius palmi Exo. 28. mensa autem ista non erat quadrata, sed magis longa, quam lata, Ideo erant solum duo ordines panum, & in quolibet sex panes.

Quare isti panes manebant per septem dies coram domino. Et mutabantur de sabbato in sabbatum. Quæst. XIX.

QVAERETVR de sexta cæremonia, scilicet quare isti panes manebant per septem dies coram domino in mensa, & in sabbato tollebantur, & ponebantur alij recentes.

Dicendum, quòd Deus volebat, quòd semper manerent coram eo duodecim panes ,ppter duodecim tribus Israel: non poterant tamen semper manere ijdem panes, quia corrumperentur vetustate, ideo mutandi erant, & ponendi alij recentes, vt sic per mutationem istam successiuam semper manerent aliqui panes coram domino.

Causa autem quare mutabantur post septem dies, scilicet de sabbato in sabbatum, fuit vt panes quando tollerentur de mensa, essent adhuc apti ad cibum: si tamen manerent multis diebus indurarentur valde, nec proficerent ad cibum, post septem autem dies essent conuenientes ad cibos, ideo conueniens erat tunc mutari.

Quare potius post septem dies, quàm post sex, vel quinque, panes mutabantur coram Domino. Quæst. XX.

SI tamen quæratur, quare potius post septem dies, quam post sex, vel quinque. Dicendum, quòd quædam sunt quorum sola voluntas causa est, & potissime est istud in taxationibus terminorum, sicut fit in iure humano, scilicet, dantur decem dies ad appellandum, & non potest dari causa, quare potius dentur decem, quàm nouem, vel vndecim, sed est voluntas causa. Potest tamen dici, quòd dati fuerunt dies septem, post quos mutarentur panes, vt fierent mutationes istæ de sabbato in sabbatū: nam cum ista positio panum in mensa coram Domino esset quidam cultus eius, & non deberet fieri quotidie, potius fieri debebat die solenni, quàm alijs diebus, quia illa die maior cultus exhibendus est. Si autem fieret post quatuor, vel quinque, idest, pauciores, vel plures, quàm septem, non fieret de sabbato in sabbatū: fuit ergo conuenientius sic, quàm aliter fieri: nā sic etiam fiebat in sacrificijs, scilicet, quòd licet quotidie sacrificia offerrentur, tamen in sabbatis plura offerebantur, quàm in alijs diebus profestis, Numeri vigesimooctauo.

Aliqui autem dicunt, quòd hoc fiebat, quia vices sacerdotum mutabātur de sabbato in sabbatum. Erāt enim sacerdotes distincti per vigintiquatuor sortes, vel vices, primo Paralipomenon vigesimoquarto, & quælibet sors, vel pars istarum ministrabat vna hebdomada incipiens a sabbato, & finiens in alio sabbato, vt colligitur quarto Regum vndecimo, & secundo Paralipomenon vigesimoquarto. Ideo sacerdotes venientes ad ministrandum dicebantur venire ad sabbatum, vt patet ibidem, scilicet, quia in sabbato incipiebat eorū ministratio. Et vt quelibet pars sacerdotum susciperet iura integra, fuit conueniens, quòd quolibet sabbato tollerentur panes, & ponerentur alij: & hoc verum est, non tamen probatur ex hoc, q̄ potius deberent mutari die sabbati, quàm alia die, sed solum quòd intra septem dies semel mutarentur, vt sic cuilibet parti sacerdotum prouenirent illi panes, quia tamen intra septem dies semel mutandi erant, cōuenientius fuit sabbato mutari, quàm alia die propter causam suprapositam.

Quare hos panes formabant sacerdotes, & non mulieres, neq; laici. Et quæ erant octaua, & nona cæremonia circa eosdem. Quæst. XXI.

QVAERETVR de septima cæremonia, scilicet, quòd isti panes formarentur a sacerdotibus, & non tangerent illos mulieres, neq; laici.

Dicendum, quòd causa fuit sanctitas panum: voluit enim Deus, quòd isti panes essent magnæ sanctitatis, quanto autem aliquid sanctius erat, tanto a pauciori bus tangi, & videri debebat propter suam venerationem: sic patet de arca, quæ erat sanctior inter omnia vasa Sanctuarij, & ideo non debebat videri nuda, neq; etiam a Leuitis, & si quis videret eam nudam moriebatur, Numeri quarto: Ita enim mortui sunt Bethsamitæ videntes eam, primo Regum sexto. Sic igitur cum panes propositionis essent sanctissimi, non deberent formari a mulieribus, nec laicis, sed sacerdotes ipsi accipientes farinam ab Israelitis, debebant eos formare, & coquere, Leuitici vigesimoquarto, Cęremonia octaua erat, quòd farinam de qua formabantur isti panes dabant Israelitæ, scilicet, laici. Ratio huius est, vt videretur pro quo offerebantur isti panes: nam ipsi erant coram Domino, & si fierent de farina sacerdotum viderentur solum offerri pro animabus sacerdotum, & manere coram Domino in memoriā eorum: Deus tamen volebat, quòd essent in memoriam duodecim tribuum Israel, Leuitici vigesimoquarto. Ergo debebant esse de farina laicorum. Cęremonia nona erat, quòd acciperent istos panes sacerdotes, & illi qui tollebant eos de mensa, comederent eos. Ratio huius est, vt darentur in mercedem ministrationis, quia sacerdotes, & Leuitę erant ministri Dei: Deus prouidere debebat eis de redditibus suis: vnde dixit eis, quòd non acciperent possessionem terrę cum laicis, quia ipse erat pars, & hęreditas eorum, Numeri decimooctauo, & Deuteronom. decimooctauo. Et exponitur hoc Iosue decimotertio, in litera, scilicet, quòd Deus erat pars eorum, idest, sacrificia, & oblationes, & alia iura Sanctuarij erant pars eorum, iura autem sacerdotum, & Leuitarum ponuntur Numeri decimooctauo, & inter illa erat istud, scilicet, quòd panes propositionis pertinerent ad eos.

Quare panes propositionis non comedebant, nisi solum sacerdotes. Et quòd cibi inter Iudæos erant quintuplices, qui ad esum admittebantur. Quæst. XXII.

QVAERETVR de cęremonia decima, scilicet, quòd de panibus propositionis non comederent aliqui, nisi sacerdotes, vt patet hic in litera, & Marci 2. & Lucę 6.

Dicendum, quòd ratio huius erat sanctitas magna istorum panum. Deus enim voluit, quòd reputarentur isti panes valde sancti, & ad hoc fecit, quòd solis sacerdotibus liceret comedere, idest, non laicis, nec filijs, & filiabus, & vxoribus sacerdotum, nec etiam Leuitis,

Pro quo sciendum, quòd inter Iudeos, cibi qui erant ad esum, erant quintuplices.

Quidam erant quibus licebat cuicunque, siue mundus, siue immundus esset, & isti erant cibi communes, qui non erant aliquomodo consecrati.

Secundi cibi erant quos non licebat edere, nisi mūdis. Licebat tamen cuicunque mundo edere de illis, siue esset masculus, siue fœmina: laicus, aut sacerdos, vel Leuita. & istę erāt carnes hostiarum pacificarum, quantum ad partem, quę proueniebat offerentibus; nam offerenti proueniebant torę carnes animalis pacifici prēter pectusculum, & armum dextrum, qui cędebant sacerdoti immolanti, Leuitici septimo. Et ad comedendum de carnibus istis poterat offerens inuitare quoscunque vellet, dum tamen essent mundi. sic enim Deus monuerat, quòd offerentes vocarent secum ad comedendum viduas, & pupillos, & quoscunque pauperes, & Leuitas, Deuteronom. duodecimo, & decimoquarto, & decimosexto, quòd epularentur coram Domino, scilicet, in Sanctuario vbi erat Deus, quia ibi existentes coram Domino esse videbantur,

Tertij cibi quos licebat edere solis mundis, non cū omnibus, sed cum solis sacerdotibus, & vxoribus, & filijs, & filiabus eorum, dum manerent in familia istorum: erant cibi carnium prouenientium sacerdotibus de hostijs pacificis: nam comedebant de eis tam ipsi, quàm familię eorum, Leuit. 10. Alienis autem, quantumcunque mundi essent, non licebat quicquam dare de cibis istis, immo si sacerdos haberet filiā, & maneret in domo patris sui, comedebat de cibo isto. si autem illa daretur in vxorem alicui non sacerdoti, nō licebat ei iam edere de cibis istis viuente viro suo. mortuo autem illo si rediret ad domum patris sui, non habens filios ex illo viro, poterat comedere de cibis sacerdotalibus, sicut quando erat puella manens in domo patris, Leuitici vigesimosecundo,

Quarti cibi erant quos solis sacerdotibus, & filijs F
eorum masculis mundis edere licebat, & poterant
comedere vbicunque vellent, & isti erant panes pro-
positionis, de quibus hic dicitur, quòd solis sacerdoti-
bus licebat comedere illos, & sic excluduntur omnes
non sacerdotes, scilicet vxores, & filij sacerdotum: fi-
lij autem sacerdotum quantumcũque essent paruuli
poterant comedere de istis panibus, dum tamẽ essent
mundi, eo quòd illi erant sacerdotes, quia non voca-
bantur sacerdotes tunc, sicut nunc per hoc, quòd or-
dinem accipiunt, vel ministrant, sed siquis erat filius
sacerdotis, iure erat sacerdos, licet antequam mini-
straret oportebat, quòd consecraretur, quia non po-
terat alias ministrare, vt patet Exod.29. & Leuiti.8.
vbi ponitur ritus consecrationis eorum, nullum tamẽ G
characterem accipiebant in hac consecratione, sicut
accipiunt sacerdotes nostri, vt ostensum est supra 3.c.
quęst.57. hoc autem erat, quia sacerdotium prouenie-
bat tunc ex progenie, & ideo tam paruis, quam ma-
gnis competebat ius comedendi de panibus proposi-
tionis, nemo tamen poterat eos acquirere, nisi qui iã
ministraret: aut aliquando ministrasset, quia dabantur
in mercedem pro ministratione.

Quinti cibi erãt quos solis sacerdotibus licebat cõ-
medere: non tamen in omni loco, sed solum in loco
sacro: istę erãt carnes, quę proueniebant de sacrificio
pro peccato: nam soli masculi de stirpe sacerdotali in
loco mundo comedebant eas Leui.6.& 10.& istę car- H
nes reputabantur magis sacrę, quam omnes alij cibi;
nam etiam in coquendo obseruabatur magna mun-
diria cęremonialis, quæ non obseruabatur in alijs car-
nibus sacrificiorum, scilicet quòd si vestis aspergerẽt
de sanguine huius hostię lauaretur in loco sancto. si
coqueretur in vase fictili frangendum illud erat, ne
applicaretur vnquam alijs vsibus, & si coqueretur in
vase ęneo, siue quocunque metallino, defricari valde.
Leui 6. tota autẽ sanctitas maior, vel minor, quę erat
in cibis istis, pendebat ex voluntate legislatoris, nam
absolute non videtur esse causa, saltem in omnibus
istis, quare quidam cibi essent alijs sanctiores.

De panibus ergo propositionis dicendum, quòd
non licebat comedere, nisi solis sacerdotibus propter
magnam sanctitatem suam, quam Deus voluit illis I
attribuere.

An Achimelech dedisset pueris Dauid panes propositionis si mundi non fuissent.
Quæst. XXIII.

QVAERETVR circa hoc, cum Achimelech
sacerdos dederit istos panes propositionis
Dauid, & pueris eius esurientibus, & quę-
siuerit antequã daret, an pueri essent mun-
di maxime a mulieribus, primo Regum 21. si Dauid
dixisset, quòd pueri non erant mundi a mulieribus, an
Achimelech dedisset eis panes propositionis.

Aliqui dicunt, quòd non, quia si visa necessitate fa-
mis Dauid, & puerorum suorum daturus esset eis pa- K
nem sanctum, non quęsiuisset an essent mundi: cum
hoc nihil obstaret: quæsiuit tamen ergo videtur,
quòd non dedisset si responderetur, quòd erant im-
mundi.

Dicendũ, quòd in omni casu Achimelech dedisset
panes istos Dauid, & pueris suis, si vidisset eos in extre
ma necessitate famis: nam tunc obligaret nulla lex.

Pro quo sciendum, quòd non licebat laicis come-
dere de sanctificatis pertinentibus ad sacerdotes, &
quandocunque comederent, peccabant grauiter.

Item erat regula, quòd nulli immundo licebat co-
medere de sanctificatis, etiam si aliàs esset sibi licitum
vt patet Leu.22.& non solũ nõ comedere, sed nec ac-
cedere ad loca sacra licebat immundis: alioquin mo-
rerentur. Leui.15. si tamen aliquis de laicis existens
immundus comederet de sanctificatis, peccabat du-
pliciter, scilicet quia erat laicus, & immundus, si ergo
nunc Achimelech dedisset panem sanctũ pueris Da-
uid mũdis, videbatur solum agere contra vnam legẽ,
si autem immundi essent, agebat contra duas, quod
grauius erat. Si tamen in extrema necessitate essent,
etiam si ageret contra omnes leges, dare tenebatur
eis panem sanctum: nam si aliqua lex data ab aliquo
legislatore dispensabilis est, omnes aliæ ab eodem da-
tę dispensabiles sunt. Quod dicitur propter differen-
tiam legis pure positiuę, & legis pure naturalis, quia si
aliquis legislator inter leges suas interserat aliquam
legem pure naturalem, & faciat eã cum cæteris pro-
mulgari, quamquam possit dispẽsare in alijs pure po-
sitiuis, & abrogare eas: tamen nõ poterit dispensare in
illa, quę est pure naturalis, licet inter suas illam posue-
rit. sic est in legibus Dei, quantum ad decalogum, &
quãtum ad cęremonialia, & iudicialia, nam si aliquod
pręceptum Dei est in quo dispensari non licet, nec
abrogari illud, non est hoc, quia pręceptum Dei est,
vel propter magnam potestatem condentis, sed quia
tale est secundum naturam, quod contra illud recte
fieri nequit: si tamen dentur præcepta, quæ non obli-
gent secũdum naturam, sed sunt pure positiua, si vnũ
est dispensabile, omnia sunt dispensabilia, quia nõ sunt
ex maiori potestate omnia simul, quam vnum eorũ,
quamquam rationabilius est dispensari in vno solo,
quam in omnibus: cum ergo lex esset, ne quis come-
deret de sanctificatis, nisi esset de familia sacerdotis,
tamen & in hoc poterat dispensari propter necessita-
tem, vel credebat Achimelech, quòd non obligabat
in necessitate, ita poterat esse de omnibus aliis pure
positiuis, scilicet, quòd quamquam iussum esset, quod
nullus immundus comederet de sanctificatis, tamen
esset licitum comedere in necessitate famis, vt in hoc
dubitauerit Achimelech: etiam liceret non mundis
edere propter vrgentem necessitatem: istud patet ex
probatione, quam Christus inducit supra in litera, sci-
licet si sciretis quid est misericordiam volo, & non sa-
crificium, idest consideratio de miserẽdo vitę huma-
nę ne pereat, est magis habenda, quam seruare ritum
sacrificiorum, & per sacrificia intelliguntur omnia
cæremonialia pertinentia ad cultum diuinum, quod-
libet, ergo istorum potius omittendum erat, quam
quòd permittatur homo perire, & tamen, quòd im-
mundis non liceret tangere sacra erat ad cultum di-
uinum cęremonia quædam, vt essent in maiori reue-
rentia, quæ ad cultum Dei pertinebãt, ergo etiã istud
omittẽdum erat, vt homini misereamur: & sic etiam
si dixisset Dauid pueros esse immundos dedisset eis
Achimelech panes sanctos, quæsiuit tamen an essent
mundi pueri, quia licet crederet legem in vtroque
casu esse dispensabilem, si necessitas magna vrgeret:
requireretur tamen maior causa motiua ad dispẽsan-
dum in multis legibus, quam in vna, quamquam po-
testas non requiritur maior ad dispensandum in om-
nibus, quam in vna, & quia Achimelech vidit Dauid,
& pueros eius in quadam necessitate famis, credidit
quòd iuste poterat dare eis sanctum panem si mundi
essent, si autem non essent mundi requisiuisset in eis
maiorem necessitatem, & forte pro illa necessitate,
quam solum credebat eos tunc pati, non dedisset eis
panem sanctum: si tamen fuisset omnimoda necessi-
tas nullatenus dubitaret dare panes istos, quia vt di-
ctum est, omnia ista præcepta sunt dispensabilia, cum
nihil contineant de iure naturę, sed sunt pure posi-
tiua.

Si Achimelech nullos panes habuisset, an tolleret panes qui erant coram Domino an dandum Dauid, & pueris suis. *Quæst. XXIIII.*

QVAERETVR cum Achimelech dederit
Dauid, & pueris eius panes propositionis,
quos tunc abstulerat a facie domini, quid
si veniente Dauid non habuisset Achime-
lech aliquos panes propositionis, nec laicos, sed solũ
essent panes positi in mensa coram domino, an inde
tolleret eos ad dandum Dauid, & pueris suis.

Dicendum, quòd sicut dictum est preced. questio-
ne, omnes istę leges sunt dispensabiles, & adueniente
necessitate nulla earum obligat, illicitũ enim erat, q̃ B
panes propositionis, postquam sublati erant a facie
Domini, darẽtur laicis: necessitas tamen fecit licitum
esse, quòd autem panes tollerentur de mensa ad dan-
dum alicui, erat etiam contra legem, quia lex iusserat
singulis sabbatis poni 12. panes super mensam, & ma-
nere ibi vsque ad sequens sabbatum. Leui.24. si autẽ
tollerentur inde, violaretur ista lex, sed non erat ista
maioris obligationis, quam quęcunque alia lex posi-
tiua data a Deo: omnes tamen alię erant dispensabi-
les: iõ Achimelech credidit illas nõ obligare existẽte
fame Dauid, & puerorum suorum, ergo etiam si pa-
nes essent in mẽsa propositionis, & videret Achime-
lech Dauid, & pueros eius patientes necessitatem fa-
mis: tolleret inde panes, & daret eis, Erat tamen hoc
grauius, quam id quod ipse fecit, quia hic agebat cõ- C
tra duas leges: in alio autem casu agebatur contra vni-
cam, ideo quęsiuisset maiorem necessitatem famis
Achimelech in Dauid, & pueris eius ad tollendum
panes de mensa, vt eis daret, quam modo quando de-
dit eos quos iam abstulerat, data tamen vrgente ma-
gna necessitate, non dubitasset dare quodcũque Da-
uid peteret, siue essent in mensa, siue iam ablati: si ta-
men obtulisset panes de mensa, oportebat quòd illi-
co restitueret totidem, quot abstulerat, scilicet vt co-
queret eos secundum formam, & ritum priorum, &
poneret eos in mensa, quia semper debebant esse ibi
12. panes in memoriam duodecim tribuum Israel,
Leui.24.

An Dauid intrando in domum Dei egit aliquid contra legem ipsius. Et quòd fuit Sanctuarium duplex.
Quæst. XXV.

QVAERETVR circa hoc, quod dicitur hic
de Dauid, scilicet quomodo intrauit in do-
mum Dei, & panes propositionis comedit,
an intrando in domũ Dei egit aliquid con
tra legem, sicut comedendo panes propositionis.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia Christus expresit hic
factum Dauid, quod ex sola necesitate licitum fuit:
cum esset aliàs contra legem, vel esse videbatur.

Item dicunt, quòd Dauid intrauit ad locum taber-
naculi ad quem laici non intrabant, quia non solum
accepit panes, sed etiam gladium Goliath, & ille erat
in tabernaculo inuolutus pallio post Ephod 1. Regũ
21. & tamen ad illum nõ licebat Dauid accedere, quia
Ephod erat vestis sacra summi sacerdotis, ideo etiam
in hoc contra legem fecit.

Dicendum, quòd Dauid non fecit contra legem
intrando in domum Dei, quia laicis licebat intrare
illuc.

Pro quo sciendum, quòd domus Dei dicitur San-
ctuarium, in quo fiebãt omnes cęremonię pertinen-
tes ad cultum Dei a ministris eius, & istud fuit duplex.
Primum fuit illud portatile, quod Moyses fabricauit
in deserto. Exod.26.& 27. Secundum fuit templum
A Salomonis, quod erat ędificium immobile: in vtrũ-
que autem licebat laicis intrare quantum ad aliquam
partem eius, nam diuidebatur Sanctuarium factum a
Moyse in tabernaculum, & atrium. in tabernaculum
autem solis sacerdotibus intrare licebat, in atrium ve-
ro licebat etiam laicis intrare. quid autem esset taber-
naculum patet Exo.26. quid autem atriũ patet Exod.
27. De tẽplo Salomonis idem erat, quia in atrijs eius
erant omnes laici viri, & fęminę: nam ibi conueniebant
ad orationem, & audiendum verbum legis, &
sic innuitur infra 21. & Matth.11. & Io.2. q̃ tam Chri-
stus, quam multi laici intrabant in templum Salomo-
nis, idest in atria eius, non autem intra ipsum templũ,
qualia autẽ essent ista atria, & qualiter distincta osten-
sum est tertio Regum 7. de figura autem templi pa-
ret tertio Regum 6. tempore autem Dauid nondum
erat templum Salomonis, sed erat tabernaculũ Moy-
si, & id potest vocari domus Dei, licet proprie domus
Dei, in quam Dauid introiuit, non erat ipsum Sãctua-
rium, sed domus illud erat, nam quandiu fuerunt He-
bræi in deserto erat Sanctuariũ illud in cãpo, cum ve-
ro pacifice habitauerunt in terra Chanaan, posuerũt
illud in vrbe Silo Iosue 18. & ibi iam non erat in cam-
po, sed intra quandam domum magnam, & illa tota
domus vocabatur domus Dei, & in illam licebat in-
trare omnibus laicis, ita nunc Dauid introiuit, nec so-
lum ipse, sed etiam dicitur primo Regum 21. quòd
tunc, quando Dauid petiuit panes ab Achimelech
erat Doech idumęus in tabernaculo domini, ille tamẽ
laicus erat, ideo licebat Dauid illuc introire, nec egit
in hoc contra legem.

Ad primum dicendum, quòd Christus non indu-
cit hic ad excusandum illud, vel ad ostendendũ fuisse
excusatum propter necesitatem, sed solum adape-
riendum historiam, nã dicturus erat, q̃d Dauid come-
dit pœnas propositionis, & quia illos petiuit ab Achi-
melech summo sacerdote, qui erat in domo Dei, di-
xit, quòd intrauit in domum Dei. istud tamen non in-
ducitur tanquam aliquod factum per se indigens ex-
cusatione.

Ad secundum dicendum, quòd Dauid accepit gla-
D dium Goliath, non tamen intrauit ipse ad locum in
quo erat, sed petiuit eum ab Achimelech, & ille de-
dit ei. primo Regum 21. scilicet ait Dauid, nõ est huic
alter similis, da mihi eum. Item quia si intrando ad lo-
cum sacrum pro gladio egisset Dauid contra legem,
non est istud factum excusabile, quia nulla erat ibi
necesitas, cum potuisset illuc intrare Achimelech, &
dare gladium Dauid.

Item quia si de hoc egisset Christus, ostẽderet Da-
uid excusari de hoc inducens aliquam causam, sicut
ad excusandũ, quòd comedit panes propositionis, in-
duxit necesitatem famis, & tamen nullam excusa-
tionem inducit, ideo Dauid non intrauit ad locum in
quo erat gladius, vt tolleret eum, sed Achimelech
E dedit illum sibi. Quòd autem in domum Dei intraue-
rit, illicitum non erat, ideo nec excusatione indi-
gebat.

An licebat sabbato discipulis spicas fricando grana excutere, & comedere. *Quæst. XXVI.*

QVAERETVR an licebat sabbato facere hoc
quod discipuli faciebant, scilicet spicas fri-
cando grana excutere, & comedere.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia licet in sab-
bato illicita esset ciborum paratio, quæ indigebat ali-
quanta mora, cura, & labore; leuis, tamen paratio lici-
ta erat, & ita erat ista.

Dicendum, quòd non erat licitum hoc, quod fa-
ciebant

ciebant discipuli, sed fames illud licitum fecit. Quod patet primo, quia pharisei instanter accusabant dicentes, cur discipuli tui faciunt, quod non licet facere sabbatis?

Secundo patet, & efficacius, quia si istud fuisset licitum absolute, non defendisset illud Christus tanquam licitum ex necessitate inducēs exemplum Dauid, sed potius diceret illud esse licitum, sicut comedere erat licitum sabbato.

Tertio patet, quia aliæ parationes minores erant vetitę in sabbato, vt succendere ignem Exod. 36. cap. & colligere manna in sabbato, nam minus erat occupationis, & laboris colligere manna, quod erat sparsum super faciē agri, quā spicas euellere, & manibus fricando grana excutere, vetuit tamen Deus colligere manna in sabbato Exo. 16. sed ꝙ die veneris colligeretur pro duobus diebus: ergo non licebat spicas fricare, sed sola necessitas hoc fecit esse licitum, & ita Christus defendit ex parte necessitatis.

Cum autem dicitur, quòd leuis paratio ciborum erat licita in sabbato, dicendum quòd non erat licita aliqua paratio, sed solum dispositio ipsorum, vt sic ex præcedenti die, Iudæi haberent cibos paratos, licebat eos educere de repositorijs suis, & in mensa disponere in vasculis mensę, spicas tamen fricare erat cibos parare, ideo non erat licitum. De obseruantia autem sabbati, & q̄ opera erant licita late dictum est Exo. 12.

Quare Christus induxit secundam probationem de sacerdotibus violantibus sabbatū. & quomodo est ad propositum.
Quæst. XXVII.

QVAERETVR quare Christus induxit hic secundam probationem, scilicet de sacerdotibus violantibns sabbatum, & quomodo est ad propositum. Dicendum, quòd licet exemplum inductum de Dauid sufficeret ad exusationem, voluit tamen multas probationes dare, vt firmius fieret, quod dicebat, & sic qualescunque essent, dum tamen probarent, vtiles erant.

Secundo fuit, quia aliquis diceret precedētem probationem esse insufficiētem, quia forte dicetur, quòd Dauid peccauit panes comedendo, & Achimelech illos dando, induxit ergo aliud exemplū in quo appareat sabbatum violari, & non peccare violatores, sic dicitur, ꝙ sabbatū violāt sacerdotes, & sine crimine sunt, sic dicit Chrysostomus: ne autem mihi dicas, quoniā afferre in medium alium peccantem non est eruiab accusatione: cum enim non excusatur, qui fecit, excusatio fit circa id, quod factum est: verum hoc hic non suffecit, sed quod malus est dixit, ꝙ sine crimine sunt.

Tertio fuit, quia exemplum de Dauid semel tantū accidit, & vnicus actus facilius excusatur, hic tamen sacerdotes quolibet sabbato violabāt sabbatum, ideo firmius ex hoc constabat, ꝙ licitum erat violari sabbatum ex aliqua causa.

Quarto fuit, quia factum Dauid excusatur ex promissione, & propter necessitatem, factum autem sacerdotum nō excusatur, sed potius imperatur, nā tenebantur sabbatum violare, ideo licitum est propter aliquā causam violare sabbatum, sic dicit Chrysostomus, nec autem hoc secundum simile est priori, quod dixerat de Dauid, illud enim semel factū est, & a Dauid non sacerdote, & necessitatis fuit, hoc autem secundum per singulum sabbatum, & a sacerdotibus, & secundum legem sunt discipuli ab accusatione liberati.

Quinto fuit, vt aliqui dicūt, quia Christus erat rex, & sacerdos, ideo induxit vnum exemplum de Dauid rege, & aliud de sacerdotibus, sic dicit Augustinus lib. de quæstionibus Euangelij, scilicet notandum autem vnum exemplum datum esse regię potestatis: alterū sacerdotalis, de his, qui propter ministerium templi sabbatum violant, vt multominus ad ipsum euulsarū sabbato spicarum crimen pertineat, qui verus rex, & verus sacerdos est: sed istud magis est mysticum, quā literale.

Sed dicetur quomodo est istud exemplum ad propositum, quia discipuli excusantur a Christo propter necessitatem famis, sicut patet in exemplo de Dauid? Hic tamen nulla erat necessitas, vt sabbatum violaretur, sed potius erat lex.

Dicendum, quòd Christus inducit istud exemplū ex alio capite, scilicet quòd ipse poterat dare licentiā discipulis violandi sabbatum, etiam si non esset necessitas famis, nam nulla necessitas erat faciendi sacrificia in templo, & tamen propter honorem templi licebat violari sabbatum ibi, & non alibi, sicut dicitur Exod. 36. non succendetis ignem in cunctis tabernaculis vestris die sabbati, & tamen in templo domini iubebatur quotidie succendi, & nutriti Leui. 6. & ita dicitur hic sacerdotes in templo sabbatum violāt, sed Christus dicit, ꝙ ipse erat maioris potestatis, quam tēplum, ergo ad mandatum ipsius, vel licētiā liceret sabbatum violari, sicut licebat propter reuerētiam templi, & ita dixit: templo maior est hic, idest iste, qui loquitur vobis est maior, quam templum, & potest dare licentiam ad violandum sabbatum.

Quare Christus induxit tertiam rationem. scilicet si sciretis, &c. Et quòd sacrificium dici potest quicquid ad cultum Dei attinet. Quæst. XXVIII.

QVAERETVR, quare Christus induxit tertiam probationem, scilicet si sciretis, &c.

Dicendum, ꝙ hoc facit ad maiorem abundantiam probationis, quanto plures rationes fuerint. Secundo ad maiorem cōfusionem Pharisęorum accusantium, quia si vnicam defensionem Christus pro discipulis habuisset, non erat mirum, ꝙ Pharisęi illam non inuenissent, quòd tamen tot accusationes ex lege Christus haberet, & nulla earū occurrisset Pharisęis conuincebat eos esse insipientes.

Tertio fuit ad increpandum eos, quia hic loquitur eis, tanquam non intelligentibus scripturam, scilicet si sciretis quid est misericordiam volo, &c. idest si intelligeretis scripturam, quę hoc dicit, non accusaretis innocentes, & ita supra 9. c. cum Christus responderet Pharisęis accusantibus discipulos, ꝙ non ieiunarēt induxit tres rationes, & ista est vna earum, scilicet eūtes discite quid est misericordiam volo, &c. hic autem induxit Christus istas tres rationes, quę non probant ex eadem radice, sed ex diuersis.

Prima enim excusat ex parte necessitatis, s. quia discipuli patiebantur famem, sicut Dauid. Secunda ex parte potestatis, scilicet Christus erat maioris potestatis, & dignitatis, quam templum: ideo si propter reuerētiam templi, licebat quodlibet sabbatum in eo violari, liceret a fortiori violari ex mandato, vel licentia Christi.

Tertia excusat ex parte valoris, scilicet quia homo est maioris valoris, quam sabbatum, & ideo potius prouidendum est, vt homo non pereat fame, quam vt sabbatum non violetur, & sic dicitur, quòd dominus est filius hominis, idest quilibet homo est dominus, scilicet quia sabbatum est propter hominem, & non homo propter sabbatū, vt dicitur Mar. 2. ideo magis homini, quam sabbato prouidebitur. Ad idem autem pertinet cum dicitur: misericordiam volo, & non sacrificium, i. potius misericordiam, q̄ sacrificiū, s. misericordia

ricordia est homini necessitatem patienti subuenire: sacrificium aūt dī quidquid ad cultum Dei pertinet, quia inter oēs cęremonias diuini cultus sacrificiū excellebat, & sic ēt sabbatum cuius obseruatio ad cultū Dei pertinet, intelligitur noīe sacrificij, & est sensus, ꝙ Deus magis vult, ꝙ pereat aliqua de cęremoniis cultus eius, quam ꝙ subtrahatur misericordia. i. prouisio in necessitatibus humanis, quibus miserendū est. Aliter enim Hierony. exponit. s. misericordiam volo. i. si misericordiam comprobastis Achimelech, eo ꝙ periclitantem Dauid fame refocillauit, quare discipulos meos condemnatis?

Et cum inde transisset, venit in synagogā eorum. Et ecce homo manum habēs aridā. Et interrogabant eum dicentes. Si licet sabbatis curare? vt accusarent eum. Ipse autem dixit illis: Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem vnam, & si ceciderit hęc sabbatis in foueam, nonne tenebit, & leuabit eam? Quanto magis melior est homo oue? Itaque licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est sanitati sicut altera.

Et cum inde transisset. Hic ponitur confutatio Pharisęorum impugnantium Christi veritatem in propria persona, quam prius impugnauerant in eius familia. i. quantum ad discipulos. Et ponitur primo eorum confutatio. Secundo insurgens ex hoc machinatio, ibi. *Exeuntes autem.*

An ista sint continuata ad præcedentia, & an fuerint immediate facta, vel aliquo tempore interiecto.
Quæst. XXIX.

QVAERETVR circa primum, an sint ista cōtinuata ad precedētia, & an fuerunt immediate facta, vel interiecto aliquanto tpe.

Dicendum ad primum, ꝙ hic est ordo cōtinuus, quia Matthæus, Marcus, & Lucas narrāt istud factum, & ponunt illud immediate post præcedens, vt patet Mar. 3. & Luc. 6.

Item patet, quia dicitur hic. Et cum inde transisset venit in synagogam: ergo istud post præcedentia factum est. s. quia postquam transiuit de loco in quo discipuli spicas vellentes a Pharisęis accusati fuerant, venit ad synagogam eorum. s. illorum qui accusauerant discipulos. Ad secundum dicunt aliqui, ꝙ immediate factum est, scilicet eadem die, quia dicitur hic, & cū inde trāsisse venit in Synagogam, & sic videtur innuere, quòd nihil fuit inter hęc: maxime, quia istud factū est in agro apud locum vbi discipuli spicas vellebāt, & de agro facile erat intrare in locum, & ire in Synagogam, vbi factum fuit sequens. sic dicit Hilarius, hęc enim, quę prēmissa sunt in campo dicta gestaque sunt, & post hęc Synagogam ingreditur. Secundo patet, quia vtrumque accidit in sabbato. discipuli enim in sabbato spicas vellebant supra in litera, & Christus in sabbato manum aridam sanauit infra in litera, & sic videtur, quòd eodem sabbato vtrumque factum est, nisi quòd vnum fuit in agro, & alterum in Synagoga.

Sed dicendum, quòd non fuit eodem sabbato, sed sequenti sabbato, vel interiectis aliquot sabbatis, quia Lucę sexto, posita excusatione de euulsione spicarum sabbato, sequitur, factum est autem, & in alio sabbato, vt intraret Synagogam. sic dicit Augustinus lib. de concor. euan. Posset autem putari eodem die factum de spicis, & de isto sanato, quoniam & sabbatum hic commemoratur, nisi Lucas aperuisset alio sabbato factum fuisse. Quod autem dicit Matthęus. Et cum inde transisset venit in Synagogam eorum, non quidē venit, nisi cum transisset, sed post dies in Synagogam eorum venit, postquam a segete illa transijt, an recta continuoque illuc ierit. non expressum est, ac per hęc locus datur narrationi Lucę, qui dicit alio sabbato huius manum fuisse sanatam.

Circa primum dicitur. *Et cum inde transisset.* Scilicet de loco in quo discipuli spicas vellentes a Pharisęis accusati sunt: nam ibi non poterat diu manere, quia erat in agro, scilicet discurrens per sata.

Venit in Synagogam eorum. Idest illorum Pharisęorum, qui discipulos accusauerant spicas vellentes, & sic est sensus, ꝙ in eodem loco in quo accidit precedens factum, accidit & istud miraculum, & ijdem viri fuerunt vtrobique præsentes. *Et ecce homo manum aridam habens.* Scilicet erat in Synagoga, in quam introiuit Christus, & erat manus dextra arida. Lucę 6. ex quo colligebatur maius detrimentum, & maior necessitas curationis, & interrogabant eum, scilicet Pharisęi, quia ipsi vtrobique insistebant contra Christum, vt in se, vel in discipulis eius eum accusare possent.

Dicentes si licet sabbatis curare. Presente enim viro manus aridę hic interrogauerunt, quia eius presentia huic occasionem quæstioni dabat. *Vt accusarent eum.* Scilicet non interrogauerunt, vt incitarent eum ad misericordiam, scilicet vt sanaret hominem, sed vt ex facto illius haberent occasionem accusandi illum, & ad hoc diligenter inuigilabant. Lucę 6. obseruabant scribæ, & Pharisęi si in sabbato curaret, vt inuenirent vnde accusarent eum.

Ipse autem dixit eis. Nō respondit Christus immediate ad quęsitum, sed prepositit confirmationem, & postea conclusit id quod petebatur, scilicet itaque licet sabbatis benefacere, & hoc erat, quia ipse sciebat cogitationes eorum, vt dicitur Lucę 6. & ideo antequā responderet, voluit confirmare id quod dicturus erat.

Quis erit ex vobis. Quasi dicat, nullus erit cuius ouis si sabbato ceciderit in foueam, non extrahat eam.

Qui habeat ouem vnam. Non est sensus, quòd habeat ouem vnicam, sed quòd homo habens oues multas etiam si vnica earum ceciderit in foueā, sabbato extrahet eam, quod dicit, vt ostēdat, ꝙ pro paruare sabbato laborant, & non putant esse illicitum. *Et si ceciderit hæc.* s. ista vna ouis de multis. *Sabbatis in foueam.* i. aliquo die sabbati, quia non est sensus, ꝙ multis sabbatis cadat, & tamē idem esset si multis diebus sabbatorum caderet in foueam, quia quolibet sabbato extraheretur: & forte Christus noluit hoc dicere ex industria, ad innuendum, ꝙ non solū semel hoc facere licet, nam vnieus actus facilius excusatur, sed ꝙ sępissime facere liceret, idest si omnibus sabbatis incideret in foueam, omnibus sabbatis leuanda erat, & idem de quolibet alio periculo, vt si lupus inuaderet ouem, occurrendū erat ne illam deuoraret. *Nonne tenebit.* i. accipiet illam. *Et leuabit eam.* i. extraher de fouea.

Quanto magis melior homo oue. i. & tamen valde melior est homo oue, sic dicitur supra 10, multis passeribus meliores estis vos, i. quilibet homo est melior, quam omnes passeres, & q̄ omnia animalia, quę non sunt homo, quia excedit illa secūdum speciem: ideo si, ꝙ propter illa licet aliquid agere in sabbato, licebit a fortiori hoc facere ꝙ propter hominem. *Itaque licet sabbatis benefacere.* Ista est conclusio intenta, s. ꝙ licitum est in sabbatis benefacere, i. curare homines nō obstāte solennitate

nitate ſabbati. *Tunc ait homini.* Ante hoc loquebatur F ad Phariſeos diſputans, q̃ licitum eſſet ſabbato curare & quia nemo ſciuit reſpondere ad iſtam Chriſti probationem, quaſi iam illis ſuperatis, & tacentibus dixit homini: extende manum tuam, ſic dicitur Lucę 6. & circunſpectis omnibus dixit homini: extende manũ tuam, i. poſtquam ipſe poſuit rationem oſtendentem licitum eſſe curare ſabbato, circunſpexit omnes, vt videret ſi erat aliquis, qui ſciret, aut poſſet, vel vellet loqui contra hæc, cum autem oẽs tacerent, & quaſi per hoc rationi ſuæ aſſentirent, dixit ipſe homini.

Extende manum tuam. Iubendo, q̃ extenderet ſanauit eam, & reformauit in ſtatum debitum, ita vt nondum verbis completis manus ſanata eſſet, quia verba Chriſti in tempore, ſicut noſtra dicebantur: curatio G autem iſta in inſtanti facta eſt. *Et extendit.* ſ. Chriſto iubente, nam dicendo ſanauerat eam: nam quando extendit iam erat ſanata, quia non potuiſſet extendere, niſi ſanata eſſet. *Et reſtituta eſt ſanitati.* Ideſt redijt ad plenam ſanitatem cum prius eſſet arida, & licet iſta dicantur ſucceſſiue, non ſunt ſic intelligenda, ſcilicet q̃ prius manum extenderit, & deinde reſtituta ſit ſanitati, quia non poterat extendere, niſi iam eſſet reſtituta, ſed facta ſunt omnia ſimul: non tamen poſſunt ſimul dici. *Sicut altera.* Ideſt, ſicut manus ſiniſtra, quæ ſana erat, nam manus dextra erat arida Lucę 6. & dicitur, ſicut altera, ideſt ad qualitatem vigoris illius, & corpulentię: nam poterat Chriſtus iſtam manum, quam H curauit perfectiorem in multis reddere, quam alterã, quæ ſana erat, quia tamẽ bona habitudo corporis eſt, q̃ ambæ manus æquales ſint vigore, & habitudine: ſeruata ſua differentia naturali, ſ. q̃ manus dextra ſit ad motum agilior, ſiniſtra autem ad ferendum aliquid aptior, vt dicit Iſido. 11. Ethimo.

Quare Chriſtus intrauit in Synagogam. Quæſt. XXX.

QVAERETVR quare Chriſtus intrauit in ſinagogam nunc. Dicendũ q̃ propter, multa. Primo propter cõſuetudinem ſuã, quia nunc erat ſabbatum, vt patet in litera, & tũ I conſuetudo ſua erat intrare quolibet ſabbato in ſinagogam Lucæ quarto, & hoc erat, quia iſta etiam erat conſuetudo aliorum Iudæorum, nam cum in ſabbato ceſſarent ab omnibus operibus, conueniebant omnes ad orandũ, & audiẽdum legem in ſinagoga: Chriſtus autem, vt non videretur eis diſſimilis, ne eum iuſte, aut ſaltem colorate repellere poſſent, tenebat omnes conſuetudines eorum laudabiles, qualis iſta erat. Secundo fuit, quia Chriſtus volebat docere Iudęos, & quia ipſi cõueniebant in ſinagogam, erat ibi locus aptus docendi: introiuit ergo illuc. ſic dicitur Lucę 6. factum eſt in alio ſabbato, vt intraret in ſinagogam, & doceret. Tertio fuit, vt daret locum accuſationi Iudęorum, quam volebant ꝗ ipſum facere, quaſi cõtra violatorem ſabbati, nam in ſinagoga erat homo habens manũ aridam, quem ſabbato curauit, & ꝓp quẽ K Phariſęi ꝗ Chriſtum de curatione in ſabbato loquebantur, & quia ex iſta curatione ipſe volebat oſtendere quid eſſet licitum facere ſabbato, voluit ſinagogam intrare, vt ibi hominem curaret.

An homo habens manum aridam eſſet in ſinagoga, vel adductus fuerit a Phariſæis. Quæſt. XXXI.

QVAERETVR de iſto homine habente manũ aridam, an eſſet in ſinagoga, vel adductus fuerit a Phariſæis, vt eo ꝓtente eſſet illis occaſio quęrendi a Chriſto.

Aliqui dicunt, q̃ non fuit adductus, ſed accidit, q̃ eſſet in ſinagoga, quia dicitur Mar. 3. & Lucę 6. & erat ibi homo, &c. Alij dicunt, quòd Phariſæi illum adduxerunt, & pręſentauerunt Chriſto. ſic dicit Hilarius, ingreſſo autem ſinagogam hominem aridę manus offerunt, interrogantes an curare ſabbatis liceret: occaſione arguendi eum ex reſponſione quęrentes.

Dicendum, q̃ vtrumque poteſt ſtare. Sed magis videtur ſtandum Hilario: potiſſime, quia Phariſæi inſidiabantur Chriſto ſi ſabbato curaret, vt inuenirẽt vnde accuſarent eum Lucę 6. ideo veriſimile eſt, q̃ ipſi diſpoſuerint omnia ad hoc neceſſaria, ſ. q̃ hominem Chriſto offerrent: non quidem, quaſi ipſi offerrent, vt curaret eum, quia iſtud iam eſſet petere curationẽ, & non interrogare an curare liceret ſabbatis, & tamẽ dicitur hic, quòd interrogabant eum de hoc, ſed obtulerunt eum, & ſuaſerunt homini, q̃ ſe offeret. Etiã quia ſi ipſi offerrent eum, quaſi curari petentes, etiam ſi non liceret ſabbatis curare, non haberent ipſi colorem accuſandi Chriſtum de hoc, ſed potius excuſandi, cum ab eo beneficium ſuſcepiſſent. Si autem obijciatur, quia Mar. 3. & Lucę 6. dicitur, & erat homo in ſinagoga, in quo videtur innui, q̃ non fuit adductus.

Dicẽdum, quòd forte homo ille in ſinagoga erat, quando Chriſtus intrauit, & tamen Phariſæi ſuaſerunt ei, quòd ſe Chriſto pręſentaret, & quantum ad hoc dicuntur obtuliſſe ei hominem aridę manus, vt voluit Hilarius.

An Phariſæi quæſierint a Chriſto ſi licebat ſabbatis curare, vel econtrario. Quæſt. XXXII.

QVAERETVR an Phariſæi quæſierunt a Chriſto ſi licebat ſabbatis curare, vel Chriſtus quęſiuit ab eis, nam hic dicitur, quòd Phariſæi interrogabant eum, ſed Mar. 3. & Lucæ 6. dicitur, q̃ Chriſtus ait ad illos interrogo vos, &c.

Dicendum, q̃ vtrumque fuit, ſ. Phariſæi prius Chriſtum interrogauerunt, & poſtea Chriſtus interrogauit eos videns cogitationes eorum, & quia Matthæus expreſſerat primum, & tacuerat ſecundum, Marcus, & Lucas, quaſi ad ſupplementum Matth. expreſſerũt ſecũdum, tacito primo, & ſic ex omnibus ſimpliciter colligitur vna perfecta narratio, ſic dicit Augu. lib. de concor. euange. itaque intelligendum eſt, q̃ illi prius interrogauerunt Dominum ſi licet ſabbato curare: deinde intelligens cogitationes eorum aditum accuſandi quærentium, conſtituit in medio illum quem erat ſanaturus, & interrogauit, quæ Mar. & Lucas eũ interrogaſſe commemorant, & tunc illis tacentibus propoſuit ſimilitudinem de oue, & concluſit, quòd licet ſabbato benefacere. De iſto homine manus aridæ dicunt aliqui, q̃ erat cemẽtarius, & quod quæſiuit a Chriſto ſanari, vt dicitur in euãgelio Nazarę orum, & Ebionitarum. ſic dicit Hieronymus: in euangelio quo vtuntur Nazaræi, & Ebionitæ, quod vocatur a pleriſque autenticum, habetur homo iſte, qui aridam habet manum, cementarius ſcribitur iſtius modi vocibus auxilium precans. cementarius erat manibus victum quæritans, precor te Ieſu, vt mihi reſtituas ſanitatem, ne turpiter mendicem cibos.

Quare Phariſæ petierunt nunc a Chriſto ſi licebat curare ſabbatis. Quęſt. XXXIII.

QVAERETVR quare Phariſęi petiuerunt nunc a Chriſto ſi licebat curare ſabbatis.

Dicendum, quòd hoc quærebant, vt accuſarent eum, vt dicitur in litera, ſic dicit Chryſoſtomus: non autem interrogant, vt diſcant, ſed vt accuſent eum,

eum, & verum eſt, quòd offerendo ei hominem manus aridę, etiam ſi non quęrerent aliquid ab eo, ex facto ſuo colligeretur eis vnde arguerent. voluerunt tamen quęrere, quia putauerunt, quòd ex verbis occaſionem maiorem haberent contra illum: nam forte oblato ſibi homine, ſi nihil peteretur non curaret eũ: cum autem quęrerent, oportebat, q̃ aliquid diceret, & ex hoc eſſet eis via accuſandi ipſum, ſic dicit Chryſoſtomus, quamuis ipſum opus ſufficeret ſi accuſare volebant, ſed & per verba volebant captionem inuenire maiorem, copiam argumentationum ſibi pręparãtes. Cauſa autem in ſpeciali fuit, quia Phariſęi accuſantes ſupra diſcipulos Chriſti de violatione ſabbati, conuicti fuerant a Chriſto teſtimonijs legis tanquam inſipienter locuti: dolentes de hoc voluerunt, nunc ſi poſſent ipſum Chriſtum de violatione ſabbati arguere. ſic dicit Hieronymus, ſcilicet quia deſtructionem B ſabbati quo diſcipulos arguebant, probabili exemplo excuſauerat, ipſum calumniari volunt.

Secundo erat, quia videbatur Chriſtus Phariſæis in multis ſabbatum violare, licet vere in nullo violaret, ſicut dixerunt Io. 9. non eſt hic homo a Deo, qui ſabbatum non ſeruat, ipſi autem zelabant valde pro ſabbato, quia tota Phariſæorum ſanctitas erat in exterioribus obſeruationibus, & cęremonijs, ideo nitebãtur ſępe arguere eum de ſabbato, vt aliquãdo poſſent eum conuincere: putauerũt autem, quòd ex hac quæſtione ſufficienter eum caperent, quia cum petiuerũt, an liceret curare, exiſtimabãt ipſum ad excuſandum impotentiam ſuam dicere, non licere curare ſabbatis: ſi autem curaret, arguerent eum ſabbati violatorẽ. C ſic dicit Hieronymus, & Beda, ſcilicet interrogant vtrum liceat curare ſabbatis, vt ſi non curauerit crudelitatis, aut imbecillitatis, ſi curauerit tranſgreſſionis eum accuſent, ſic enim ſępe faciebant, vt quãdo quæſierunt an liceret dari cenſum Cęſari, vel nõ infra 22. & quando obtulerunt ei mulierem deprehenſam in adulterio, Ioan. 8. quia quicquid in his reſponderet, videbatur eſſe inconueniens, quia erat argumentum cornutum, vt Iudæi putabant, ſcilicet ex vtraque parte concludens, ſed Chriſtus omnia in nihilum redigebat.

Quare Chriſtus induxit hic exemplum de oue cadente in foueam. Quæſt. XXXIIII. D

QVAERETVR quare Chriſtus induxit hic exemplum de oue cadente in foueam.

Dicẽdum, q̃ Chriſtus vidit iniquitatem Phariſęorum, qui non quærebant, vt addiſcerent, ſed vt accuſarẽt, vt dicitur hic, & Lucæ 6. ideo noluit reſpondere plane, ſicut illi petere videbantur, ſed caute reſpondet probando ratione euidenti, quòd liceret curare ſabbato, & tunc reſpondebat ad quęſitum. Quando tamen Chriſtus fecit rationem iſtam, Iudęi conuicti tacuerunt, vnde ipſe circunſpexit omnes, ideo dicitur Lucæ 6. ſcilicet, vt videret ſiquis eorum vellet obijcere contra probationem ſuam, & nemo potuit, ideo tunc dixit homini, extende manum tuam, & tamen licet nemo poſſet reſpondere, non E aſſentiebant concluſioni eius, ſicut dicitur, ſeptimo Ethicorum cap. tertio, de illo contra quem ſophiſta arguit, quòd turbatur, ligata enim eſt mens eius cum manere non velit propter non placere concluſum, procedere autem non poteſt propter ad ſoluere non habere ſermonem, ideſt quia non habet quid reſpondeat, & ita Iudęi licet tacerent non aſſentiebant, ſed turbabantur, & cogitabãt quomodo occiderẽt Chriſtum propter hoc, vt dicitur infra in litera, & Lucæ ſexto, vnde Chriſtus condoluit eis videns cęcitatem A eorum, ſcilicet quòd rationem tam euidentem non intelligebant propter obſtinationem cordis Marco 3. ſcilicet at illi tacebant, & circunſpiciens eos cum ira, contriſtatus ſuper cæcitatem cordis eorum dicit homini, extende manum tuam. De oue autem poſuit Chriſtus exemplum, vt argueret a minori, ſ. ouem licet ſabbato educere de fouea, ergo licet ſanare hominem, qui melior eſt. ſic dicitur in litera, quanto magis melior homo oue?

Secundo dixit hoc ad increpandum eos, quia ipſi educentes ouem de fouea non faciebant, vt miſererentur pecori, ſed propter auaritiam, vt non perdant ouem: & tamen hoc putabant licere in ſabbato, ergo magis liceret Chriſto curare hominem ſabbato, quod ex ſola charitate fiebat. ſic dicit Hieronymus. ſic ſoluit propoſitam quęſtionem, vt interrogãtes auaritię cõdemnaret. ſi vos inquit in ſabbato ouẽ, & aliud quodliber animal in foueam decidens, eripere feſtinatis, nõ animali, ſed veſtrę auaritię conſulentes, quanto magis ego hominem, qui multo melior eſt oue, debeo liberare. ſic etiam dicit Rabanus, competenti exemplo ſoluit quæſtionem, vt eos oſtendat ſabbatum violare in opere cupiditatis, qui eum violare arguunt in opere charitatis. hoc autem Chriſtus magis aperuit, inquantum dixit. qui habeat ouem vnam, & cætera, quaſi dicat, ſiquis habens totum bonum ſuum in ouibus, omnes ſimul videret cadentes in foueam ſabbato, vel in aliud periculum, non videbatur inconueniens, q̃ illis ſuccurreret ne omnia bona ſua ſimul perirent, ſi tamen vnica ouis cadat in foueam, etiam ſi illa pereat paruum damnum eſt, & tamen propter illam ſolam putatis licere agere aliquid ſabbato, ergo propter auaritiam agitis, quia propter rem paruam mouemini.

Quomodo Chriſtus induxit hoc exemplum de oue, quia non videtur ad propoſitum. Quæſt. XXXV.

QVAERETVR qũo Chriſtus induxit iſtud exẽplum, quia non vr̃ eſſe ad propoſitũ, nã etiam ſi homo ille habens manum aridam non fuiſſet curatus in ſabbato, non periret, q̃a poterat alia die ſanari, de oue aũt ſecus eſt, q̃a ſi non educat̃ de fouea die qua ceciderit peribit: licent aũt multa ꝓp neceſſitatẽ, q̃ aliàs nõ licerẽt. Dicendũ, q̃ eſt ad ꝓpoſitũ ꝓp duo. Primo, q̃a educere ouẽ de fouea nõ eſt licitũ, quaſi ad ſuccurrendũ neceſſitati, q̃a Iudæi nõ faciebãt hoc, vt miſererentur aĩali, ſed ꝓp auaritiã ſuã, ſ. vt illud nõ ꝑderẽt, vt dictũ eſt præc. q. ſi aũt facerẽt, vt ſuccurrerent vitæ aĩalis poſſet dici neceſſitas, & tũ facere, vt non ꝑderẽt pecus non erat agere ꝓp neceſſitatẽ, quia multa ſunt a q̃bus hõ cauere debet, ẽt ſi ꝑdat aliquod paruũ de poſſeſſis. Secũdo, & præcipue, q̃a licet diceret agere ꝓp neceſſitatẽ q̃cunq; agit ad euitandũ aliquod dãnũ, vel malũ, cũ magis ex neceſſitate agit, qui agit, vt euitet maius malũ, vt q̃ hõ vulneret̃, q̃ q̃ aliquod pecus ſuũ occidat̃, iõ magis ꝓuidẽdũ eſt ne vulneret̃ hõ, q̃ ne pecora occidant̃, & ita hic, q̃ ouis cadẽret in fouea dãnũ erat: maius tũ malũ eſt, quod patiẽ æger in vna die, ẽt ſi non ſit moriturus, q̃ dãnũ ꝑditi pecoris, ſi ergo licet educere ouẽ de fouea ſabbato, vt non pereat, a fortiori licebit hoĩem curare ſabbato, ne ſaltẽ illo die languorẽ ſuſtineat, ſic ergo licet hõis manũ aridã poſſet ſequenti die curari, tũ vt illã die nõ ſuſtineret malũ illius morbi licuit curari eũ, ſicut licebat oues educi de fouea, ſic dixit Chriſtus Lu. 13. ſ. hãc filiam Abrahę, quã alligauit ſathanas 18. annis nõ oportuit ſolui a vinculo iſto die ſabbati. q. d. ſolui licuit, & nõ oportebat expectari vſq; ad ſequẽtẽ diẽ, ne illa die ẽt pateretur cum tanto tempore fuiſſet paſſa.

An

UNIVERSITARIA

An sabbato liceret ægros curare.
Quæst. XXXVI.

QVAERETVR an sabbato liceret ęgros curare.

Dicēdū, quòd aut queritur de Christo, aut de medicis. Si de Christo nō est dubiū quin licebat, quia ipse nulli legi erat subditus cum esset legislator, & legis dominus, sed etiā dato, quòd vellet seruare legem secundum totum suum rigorē: non agebat contra legem in curationibus istis, eoq; in sabbato prohibentur fieri opera propter laborem, & occupationem: nam Deus nolebat illa die Iudæos in aliquo occupari: curationes autē Christi, nec laborē, nec occupationem habebant, quia solo verbo dicebat, & illico morbi curabantur, interdum tangendo, vt patet in leproso supra 8. & in socru Simonis, eodē ca. & in puella mortua, & duobus cęcis supra 9. interdum autem non tangendo, sed solo verbo, sicut hic: nam dixit homini: extende manum tuam, & extēdit: interdum etiam absentes sanabat, nec tangens, nec dicens eis quicquam, vt patet in puero centurionis supra 8. & Lucę 7. & in filio reguli Io. 4. ideo etiā si alius homo, qui non esset Deus, faceret istas curationes sabbato, taliter non esset contra legem.

Secundo patet, quia opera, quę erant propter homines vetabātur in sabbato, nisi essent necessaria, quæ tamen erant propter Deum, licet essent laboriosa, & magnę occupationis licita erant: non tamen propter necessitatem, quia Deo nō est necessarius cultus quē ei exhibemus, nō enim indiget bonis nostris Psal. 15. sed solum quantum sunt ad laudem eius licita sunt, sicut dī in lītera, q̄ sacerdotes in templo sabbatū violāt, & sine crimine sunt: curationes tū Christi erant oēs ad laudem Dei, & magis ad laudem eius, quam cęremoniæ, quæ fiebant in templo, eo quòd in qualibet earum apparebat manifesta virtus Dei operans, ideo etiam si fierent istæ curationes cum magna occupatione, & labore licitę essent, quia ita sacrificia, & omnes cæremoniæ, quæ fiebant sabbato in templo, magni laboris, & occupationis erāt, & tamen licita erāt, vt patet in litera, & tamen Iudæis nunquam poterat persuaderi, quòd Christus licite ageret curando in sabbato, vnde quando Christus curauit mulierem curuam a decem, & octo annis, Archisynagogus indignans, quia sabbato curasset dicebat turbę: sex dies sunt in quibus oportet operari, in his ergo venite, & curamini, & non in die sabbati Lucę 13.

An medicis Iudæorum licebat curare homines in sabbato. Et quod eorum cura sit ad duo. Et quare Iudæi Christum arguebant cum infirmos curabat.
Quæst. XXXVII.

QVAERETVR an medicis Iudæorum licebat curare homines in sabbato.

Dicendum, quòd aut queritur, an absolute curatio esset licita, ita quòd hoc esset opus tollens quietem sabbati, aut an esset licita propter necessitatem. Si primo modo dicendum, quòd contra legem erat, quia nulla occupatio alicuius laboris erat licita in sabbato: curatio tamen medicorum est quidam labor, & occupatio grauis, considerare patientis dispositionem, & medicinam congruentem parare, & dare ei, & cibos quoque infirmitati conformes. Si autem consideretur in quantum curatio est necessaria, dicendum quòd erat licita, quia si curare licet in sabbato de oue ne pereat: a fortiori licebit curare de homine, qui melior est, vt patet in litera, & Lucę decimotertio, & decimoquarto. Sciendū tamen, quòd curatio medicorum, aut est ad conseruandam salutem, vel ad curandam ęgritudinem. Si ad conseruandam sanitatem, non licebat sabbato aliquid agere, quia talis diligentia non est omnino necessaria, eo quòd si aliquando omittatur, non perit homo illico, nec ad pereundum disponitur, & ideo potest omitti. Si autem sit curatio ægritudinis. dicendum, quòd interdum est talis ægritudo, quòd si quolibet die non prouideretur languenti, periret, vel si accidit talis languor in sabbato cui si statim non occurratur, peribit æger, & tunc non est dubium quin liceret curare ægros: immo peccaret, qui volens sabbatū obseruare, nollet ægros in illo curare. interdum autē si curatio ægri omittatur per aliquam diem, non peribit illico, sed disponetur ad pereundum aliquando, & tunc idem iudicandum est, scilicet quòd curare liceat. aliquando autem omittendo curationem vna die, nec ęger moritur, nec inde periculum moriendi sequitur, & tamen fit in eo aliqua peior dispositio, quæ maneat in eo etiam postquam fuerit curatus, quam si quotidie curaretur, vel saltem tolerabit aliquod molestum, quòd aliàs non toleraret: & dicēdum, quòd etiam sic curare licet eo, quòd necessitas est, quia necessitas, quæ excusat a violatione sabbati, non requiritur, quòd sit tanta, quòd periturus esset homo, si opus illud non faceret, sed quòd malum aliquod incurreret, vel damnum non faciendo, sicut licet educere ouem de fouea, vt homo non perdat illā, vt dicitur in litera. De paratione autem ciborum pro ægris, & de alijs ministrationibus, quæ fiunt circa eos, idem dicendum est, quod de curatione medicorum: nam tam necessaria est ciborum paratio, & ministratio, sicut medici curatio, immo ista est tota medici operatio, vt iubeat quid circa ægrum agendum est. pro sanis enim, nec cibos sabbato parare, nec ignem succendere licebat. Exod. trigesimosexto. pro infirmis tamen licet in casu in quo medico licet eum curare, vt dictum est, & sic Iudæi non prohibebant medicos suos sabbato curare, Christum tamē arguebāt. Et ratio est, quia ipse, vt communiter faciebat curationes non necessarias, scilicet, quæ etiam si differrentur ad alios dies, non esset aliquod periculum, sicut sanando claudos, cæcos, paralyticos, & leprosos, rarius autem sanabat eos quorum curatio sine periculo nō differebatur, sicut fuit de seruo centurionis, & socru Simonis supra 8. & Mar. 1. & Lucæ quarto, patiebantur enim morbos acutos, scilicet febres. sic etiā fuit de filio Reguli, qui incipiebat mori præ magnitudine febris Io. 4. in talibus autem non arguissent Iudæi Christum curantem, sicut nec medicos suos, & tamen, nec in alijs agebat contra legem, vt dictum est præcedenti quæstione.

Quare Christus potius curabat in sabbato, quam in alijs diebus. Et q̄ durant mala, & infirmitates tanto tempore quanto indicat Deus expedire, & vltra non durant per momentum. *Quæst. XXXVIII.*

QVAERETVR quare Christus potius curabat in sabbato, quam in diebus alijs.

Dicendum, quod Christus in omni tempore curabat quādocūque accideret offerri sibi languentes. scriptura tamen de illis, qui fuerunt curati in sabbato exprimit, q̄ in sabbato curati sunt. in alijs vero diem non exprimit. Ratio est, quia scriptura exprimit ea, circa quæ accidebant controuersiæ, & dubia. circa curationes autem alijs diebus factas nemo Christo repugnabat, quòd tali tēpore eas egisset, & tamen circa curationes factas in sabbato repugnabatur

batur sibi vt patet hic, & Luc. 13. & 14. & Io. quinto, ideo de his Christus expressit, quòd sabbatho fierēt, de alijs autem diem non expressit.

Sed dicetur cum Christus curare posset alijs diebus in quibus nulla esset calumnia, quare curabat sabbatho.

Dicendum, quòd eorum quos Christus curabat, quidam erant in periculo, quòd nisi statim curarentur perirent, sicut fuit de filio reguli de quo pater dixit, domine descende priusquam moriatur, & de talibus planum est, quòd in sabbatho curandi erant, vt non perirent, sic fuit de socru Simonis, quam Christus curauit in sabbatho, & tenebat magnis febribus supra octauo, & Luc. quarto, quòd vero in sabbatho curati fuerit ostensum est supra cap. 8. quæst. 47. Si autem non esset periculum differendo curationem ad alios dies, dicendum, quòd Christus curabat aliquos in sabbatho propter multa.

Primò propter maiorem gloriam Dei: nam curationes Christi erant miraculosę ostendentes diuinā virtutem, quanto autem coram pluribus ostenderetur esset maior Dei gloria, & quia ī sabbathis propter vacationem à laboribus conueniebant plurimi in synagogam, vel in alia loca ad audiēdum verbum Dei, fiebant tunc curationes: sic dicit Rabanus, sabbathis autem pręcipue docet, & operatur Iesus, non solum propter spirituale sabbathum, sed etiam propter celebriorem populi conuentum, quęrens salutem omnium.

Secundò erat ad ostendendum, quòd sabbathum soluendum erat: nam per hoc, licet vere non soluere, tur, tamen secundum opinionem Iudęorum solueba tur, & sic innuebatur, quòd aliquando totaliter soluēdum erat.

Tertiò erat, vt non paterentur ęgritudines homines longiori tempore, quam conueniret: ęgritudo. n. & quelibet pęna hominis à Deo est: Amos 3. non est malum in ciuitate, quod dominus non fecerit, durat etiam tanto tempore quanto Deus iudicat expedire, & vltra non durat saltem per momentum. Et quia tempora passionis quorundam explebantur in sabbatho, illa die Christus sanabat eos ne vltra debitum paterentur, sic innuitur Luc. 13. cum dixit Archisynagogus, quòd Christus non curaret in sabbatho, sed alijs diebus, & ille ait, hanc filiam Abrahę quam alligauit Sathanas à decem, & octo annis non oportuit solui à vinculo isto die sabbathi, quasi dicat, solui oportuit, idest licuit, cum tanto tempore passa esset non erat iustum, quòd pateretur iam ista die.

Quartò erat, quia aliqui languentes offerebantur ei in sabbatho, & si tunc nō sanaret eos putaretur impotens esse, scilicet vel quia non poterat omni tempore sanare, sed aliquo tempore, vel quia crederetur, q̄ ad orationem recurrere volebat, quasi aliter sanare nō posset, & vtrunque falsum erat, ideo oblatos mox sanabat non differens ad alios dies, vt omnem à se suspitionem excluderet impotentię.

Mare. 3. Io. 10. Exeuntes autem Pharisęi consilium faciebant aduersus eum, quomodo perderent eū. Iesus autem sciens recessit inde, & secuti sunt eum multi, & curauit eos omnes. Et præcepit eis ne manifestum eum facerent, vt adimpleretur, quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem: Ecce puer meus quē elegi, dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus nunciabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius. Arundinem quassatam non confringet, & lignum fumigans non extinguet, donec eijciet ad victoriam iudicium, & in nomine eius gentes sperabunt.

Isa. 42.

Exeuntes autem. Hic ponitur Pharisęorum contra Christum machinatio, & ab eo facta declinatio, & dicitur. *Exeuntes autem Pharisęi.* Scilicet de synaga: nam ibi curauerat hominem, & exierunt inde facta curatione. *Consilium faciebant aduersus eum quomodo eum perderent.* Idest consiliantur de morte eius, volentes inuenire modum coloratum ad occidendum eum, vel ad occulte nocendum sibi. *Iesus autem sciens.* Scilicet cogitationes eorum contra ipsum. *Recessit inde.* Scilicet de loco in quo curauerat hominem manus aridæ, quia forte Pharisęi qui insidiabantur ei erant incolæ illius loci, & non poterant ei nocere nisi quandiu ibi maneret. *Et secuti sunt eum multi.* Semper sequebatur multa turba Christum, & quamquam Pharisęi nunc Christum odissent, & nocere ei vellent, non erat eadem intentio cęterorum de populo: sequebantur enim eum bono animo. *Et curauit eos omnes.* Scilicet omnes languentes quos ei obtulerant: nam non erant ægri omnes qui sequebantur eum ad hoc, quòd sanaret eos, quia ægri non poterant per se ire, sed oportebat, quòd portarentur à sanis, & sic multi sequebantur Christum, qui curatione non indigebant. *Et præcepit eis ne manifestum eum facerent.* Idest ne dicerent curationes quas ipse faciebat per quas manifestaretur fama eius. *Vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam.* Idest & in hoc adimpletum est, quod dicitur Isa. quadragesimosecūdo. *Ecce puer meus.* Ista auctoritas ostendit, quòd Christus erat mansuetus, & non clamabat contra aduersarios, nec quęrebat gloriam ab hominibus, sed tacitus erat, & dicitur puer meus, secundùm literam 70. Interpretum: nam litera nostra dicit: ecce seruus meus, & tamen idem est, quia puer in scriptura non solet, vt communiter significare ætatem, sed sępe famulatum, vel seruitutem, sic dicitur primo Regum vigesimoprimo, de Dauid, & pueris eius, idest seruis suis qui cum illo ibant, & infra decimoquarto, audiuit Herodes famam Iesu, & ait pueris suis, idest seruis suis, & hoc proprie significat hic puer. Christus autem dicitur esse puer vel seruus Dei non quantum ad personam, quia æqualis est patri, & spiritusancto, sed quantum ad naturam assumptam in qua minor est patre; Ioan. decimoquarto: & quantum ad hanc obedit patri ad Philip. secundo, Christus factus est obediens patri. Et etiam noster conseruus, quia assumpsit formam seruorum; homo enim minor est Deo, ideo naturaliter est seruus eius: Christus autem assumpsit naturam humanam, ideo seruorum formam accepit ad Philip. secundo, qui cum in forma Dei esset, exinaniuit seipsum formam serui accipiens, idest humiliauit se humanitatem sumendo. Non tamen debet absolute Christus vocari seruus Dei: ita enim vocat eū Arrius ponens filium minorem patre, scilicet puram creaturam, & sic seruum Dei necessario, ita & Macedonius hæreticus spiritumsanctum seruum patris dicit: sed illi gradus ponunt in Trinitate, quos recta fides detestatur.

Pharisęorū contra Christum machinatio.

Quidpuer in scriptura soleat significare.

Quomodo Christus dicit puer vel seruus Dei.

Quem elegi. Scilicet elegi eum ex omnibus: nemo enim inter homines fuit æqualis Christo, & ita

ita Isa. dixit, ꝙ exaltaretur plusquam Abraham, & ꝗ omnes patres antiqui: fuit enim excellẽtior, quia fuit Deus, & homo, cęteri autem puri homines. Etiã dato, ꝙ fuisset purus homo adhuc erat melior omnib⁹, quia datus est ei spiritus, & non ad mensuram: Io. 3. & de plenitudine eius nos omnes accepimus: Io. 1. Dicitur etiam electus, idest prędestinatus, quia prędestinatus fuit esse filius Dei ad Rom. 1. Vel electus est ad illud opus ad quod nemo alius electus est, ſ. vt redimeret genus humanum, & pacificaret nos Deo vt ait Rabanus. Dicit autem litera nostra hic, suscipiam eum, & idem est, quia suscipere est acceptare: Malac. 1. offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, i. acceptauerit te: ea autem quę acceptamus eligimus. *Dilectus meus*. Idem est, quod præcedens, & innuitur magna excellentia Christi, scilicet quia Deus elegit eum inter omnes, & diligit illum super omnes, litera nostra dicit, electus meus, & idẽ est, quia quod eligimus supra cętera diligimus.

Ad quod opus faciundum fuit electꝰ Christus.

In quo bene complacuit animæ meæ. Idest de illo placet mihi, vel in illo gaudeo. litera nostra dicit, complacuit sibi in illo anima mea, & idem est, non autem intelligendo, quòd Deus habeat animam, quia solum animal habet animam: Deus autem spiritus simplex est, sed est figurata locutio, ad significandum, quòd Deus valde diligit Christum: nam quando aliquid nimis diligimus dicimus, anima mea diligit hoc, & quando odimus dicimus, anima mea non est ad hoc Ierem. 7. non est anima mea ad populum istum, idest non diligo eos, & sic dicitur Luc. 3. & supra tertio, ex nomine Patris ad Christum, hic est filius meus dilectus in quo mihi cõplacui. sic dicit Remigius, quòd autem dicit animæ meæ, non ita intelligendum est, quòd Deus pater habeat animam, sed translatiue anima in Deum ascribitur, vt per eandem monstretur Dei affectus. *Ponam spiritum meum super eum*. Litera nostra dicit, dedi spiritum meum super eũ: sic enim dicitur Isa. 61. spiritus domini super me, & Christus dixit hoc de seipso intelligi Luc. 4. quando legit locum illum, scilicet hodie impleta est scriptura hæc in auribus vestris. Potest autem intelligi ponere spiritum super eum, quia est de substantia patris, scilicet eadem substantia spiritualis est patris, & filij, sic dicit Hieronymus, ponitur spiritus sanctus super Dei verbum.

Ponere spiritũ super eũ intelligitur multiplici ter.

Aliter potest intelligi, ꝙ spiritus sanctus positus est super Christum, in quantum operatione spiritus sancti formatum est corpus eius. sic dicit Remigius, tũc Deus pater posuit spiritum suum super eum, cũ operante spiritu sancto suscepit carnem ex virgine.

Tertio accipitur hoc pro descensu spiritus sancti super illum in iordane: nam descendit in columbæ specie sup. 3. & Luc. 3.

Quarto accipitur pro missione ad prædicandum, vel faciendum aliquid, quia spiritus Domini dicitur fieri super aliquem prophetam, quando mittit eum ad aliquid dicendum, & hoc consonat Christo, quia Isa. 61. dicitur: Spiritus domini super me, eo ꝙ vnxerit me dominus, ad annunciandum mansuetis misit me, & sic quãtum ad hoc, patet spiritũ Dei esse super eum in quantum missus est ad prædicandum.

Quinto potest accipi pro infusione gratię & bonorum in anima Christi, quę omnia bona dicuntur esse spiritus sancti prima Corinth. 12. diuisiones gratiarũ sunt, vnus autem spiritus, & sic accipitur Isa. 11. ſ. egredietur virga, &c. & requiescet super eum spiritus sapientię, vbi ponuntur septem dona spiritus sancti in Messia, de quo intelligitur illa auctoritas, sic etiam Io. 3. dicitur, datus est ei spiritus, & non ad mensuram, idest gratia & dona sine mensura, in istis autem duobus modis vltimis accipi debet, quia alij licet veri sint, tamen literæ non conueniunt.

Et iudicium gentibus nunciabit. Potest intelligi de extremo iudicio, quia Christus per prędicationem suã notificauit hominibus iudicium futurum, quod antea habebatur incognitum, sic dicit Augustinus 20. de ciuitate Dei, prenunciauit futurum, quod gẽtibus erat occultum. Secundo potest accipi de futuro iudicio executiue, scilicet iudicium nunciabit gentibus; idest iudicabit gentes, quia ipse est qui iudicaturus est seculum in maiestate infra 24. quòd pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit facere filio Ioan. 5. & iste est verior sensus, & conuenit literę nostrę, scilicet iudicium nostrum proferet. *Non contendet*. Contendere est verbis pugnare. *Nec clamabit*. Clamare est verba inutiliter iactare cum quodam turbulento vultu & mente efferata. Et potest intelligi, quòd non cõtendebat pugna rerum nec verborum, sed siquis volebat ei malum inferre, non reddebat malum, si autem contumelia ei diceretur tacebat, prima Petri secundo, cum maledicereturnon maledicebat, cum pateretur, non comminabatur, & ita circa passionem fuit, quia nec re, nec verbo malum cuiquam reddidit, sed sicut ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente obmutuit Isa. 53. Vel intelligitur de contentione & clamore, cum aduersantibus doctrinæ eius, sicut nunc fuit in Pharisęis, quia licet illi iniuste eum, & discipulos eius arguerent, non clamabat contra eos, sed respondebat mansuete, & si illi vltra contenderent verbo vel opere, tacebat ipse declinans eos, & ita nunc recessit à Pharisęis calumniantibus ei.

Quo dato est Christo iudicium super gentes.

Nec audiet aliquis in plateis vocem eius. Litera nostra dicit, nec audietur foris vox eius, & idem est, dicitur etiam nec accipiet personam, istud tamen Matthæus allegando subtricuit, quia non erat nunc ad propositum eius, intelligitur autem hoc de contentione publica, scilicet cum nullo publice contendebat. Potest etiam intelligi de responsione in iudicio coram Caipha, Herode, & Pilato, quia interdum pauca, & interdum nulla respondebat, licet de multis quęreretur infra 26. & 27. & Luc. 22. & 23.

Si autem obijciatur ꝙ Christus publice prędicabat in plateis, quia Io. 18. dicitur ꝙ prędicabat in templo quo omnes Iudęi conueniebant, & nunquam in occulto.

Dicendum, ꝙ intelligitur de voce clamosa vel cõtentiosa: vox enim prędicationis eius in plateis, & in omni loco publico audiebatur, sed vox contentiosa, nec in publico, nec in secreto vnquam audita est. *Arundinem quassatam non confringet*. Litera nostra dicit calamum quassatum, & idem est, quia calamus significat arundinem: confringere enim calamum quassatum, est hominem fragilem, & impotentem destruere, q.d. Pharisęi persequebantur Christum, & poterat ipse faciliter destruere, sicut potest quis frangere calamũ quassatum, sic exponit Chrysostomus, & est sensus verus: dicitur enim calamus quassatus, quando nõ est fractus, sed est concussus, & est prope vt frangatur, confringere autem est aliquid plene frangere, quasi dicat, sicut facile est confringere arundinem postquã incipit frãgi, ita facile erat destruere aduersarios suos, sed nolebat. *Et lignum fumigans non extinguet*. Etiam intelliguntur per hoc Pharisæi, qui non emittebant flammam boni desiderij & amoris, sed fumum qui oculos affligit, quia sola verba sine fructu habebant. Alij autem per arundinem quassatam intelligunt populum Iudaicum, qui fide & pietate vacui erant, per lignum fumigans accipiunt gentiles, in quibus claritas rationis iam nulla erat, sed extincta erat per consuetu-

suetudinem peccandi, remanente fumo malę voluntatis, & est sensus, ꝙ Christus licet poterat, noluit Iudęos, nec gentiles qui eum crucifixerunt destruere, scilicet Iudęi accusando, & gentiles sententiam Pilati exequendo, & sic exponit Nicolaus: magis tamen stat prędcedens expositio, vt totum referatur ad Iudęos contra quos nunc loquitur Matthęus, sic dicit Augustinus 20. de ciuitate Dei, persecutores Iudęos qui calamo quassato, perdita integritate, & ligno fumanti amisso lumine comparati sunt, non contriuit nec extinxit, quia pepercit eis: nam nondum venerat iudicare, sed iudicari ab eis. Siquis autem vult tenere expositionem Nicolai non recuso, quia illa est etiam Rabani. *Donec eijciat ad victoriam iudicium*. Idest donec iudicet de victis omnibus: intelligitur enim de iudicio extremo, quia tunc erunt omnia Christo subdita quantum ad executionem, vt ostensum est prędcedenti c. quæst. 61. Et dicitur hoc, quia diceret aliquis, nunquid semper tolerabit eos qui insidiantur sibi, vt non confringat, nec extinguat. Et respondetur quòd non, sed hoc erit donec eijciat iudicium ad victoriam. Chrysostomus dicit, est autem victoria quando quis omnia sibi subiecit, & ita Christus in die iudicij habebit sibi omnia subiecta, prima Corinth. 15. & etiam ipsa mors erit sibi subiecta, & destruet eam, scilicet oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus eius, nouissima autem inimica destruetur mors, idest faciet Christus, quòd nulla res vltra moritura sit, & illud est mortem destruere. Et dicitur donec eijciat iudicium ad victoriam, idest ponat iudicium, ſ. generale ad victoriam, idest post victoriam, ſ. postquam omnia sibi subiecerit, siue de omnibus victoriam habuerit. Vel intelligitur donec eijciat, i. ponat iudicium ad victoriam, i. ad vindicandum se, quasi dicat, nunc omnia tolerare debet quousque faciat iudicium generale ad victoriam, idest ad vindicãdum se de omnibus alijs mittendo eos in ignem ęternum, & iste sensus est verus. Alij intelligunt de victoria mortis per resurrectionem: nam in Christo iudicium factum est, quia affixerunt eum, & occiderunt, & victoriam habuit de his pęnis sibi inflictis, quia postea, nec mors, nec pęna aliqua potuit ei dominari: & dicitur eijcere iudicium, i. expellere a se pęnas quas ei inflixerunt, & hoc ad victoriam, idest per victoriam resurrectionis, sic dicit Rabanus, donec illud iudicium, quod in eo agebatur ad victoriam perueniret, quia postquam mortem resurgendo superauit, expulso principe huius mundi, victor ad regnum redijt sedens in patris dextera: & iste etiam est bonus sensus, ſ. quòd Christus semper tacere debebat mala tolerando, & nulli malum inferendo vsque ad resurrectionem suam, quia post illam nihil passus est. *Et in nomine eius gentes sperabunt*. Idest gentiles, quia Christus est tota spes hominum, quia qui recte sentiunt nullum bonum nisi Christum putant, & ideo nihil nisi ipsum sperant. Vel dicitur in nomine eius sperabunt, idest confidẽt saluari se per fidem nominis eius Ioan. 2. ſ. vt credentes vitam habeatis in nomine eius, & Actu. 4. dicitur de nomine Christi, quòd non est aliud nomẽ datum hominibus sub cęlo in quo oporteat nos saluos fieri.

An ista sint continuata ad præcedentia, & an facta fuerint immediate. Quæst. XXXIX.

QVAERETVR, an ista sint continuata ad prędcedentia, & an fuerint facta immediate.

Ad primum dicendum, quòd sic, quia Matthæus Marcus, & Lucas narrant prędcedens factum, & istud, & ponũt istud immediate post illud. Item quia dicitur in litera, & exeuntes Pharisęi, & sic videtur quòd istud fuit postquam exierunt de loco in quo factum est miraculum supra positum.

Ad secundum dicendum, quòd istud factum est immediate post prædcedentia, quia ibi factum est miraculum, & hic dicitur quomodo illo facto exierunt Pharisæi ad faciendum consilium contra Christum propter miraculum illud, vnde nullum tempus intercidit, sed potius istud & illud sunt idem factum, sed istud est conclusio illius.

Quare Pharisæi exierunt de synagoga. Quæst. XL.

QVAERETVR, quare Pharisæi exierunt de synagoga, quia dicitur hic, exeuntes consilium faciebant.

Dici potest, quòd Pharisęi conuenerant sicut & totus populus in synagogam ad orationem, & quia finitum erat tempus orationis exierunt inde. Vel quia conuenerant ad audiendum verbum Christi, ille autem iam prædicauerat, & miraculum curationis manus aridę fecerat, ideo nihil supererat, quod fieret ibi, & sic Pharisæi exierunt, sicut & reliquus populus exiuit de synagoga.

Secundo potest dici, quòd Pharisęi voluerunt tenere consilium super factis Christi, & quia non poterant intra synagogam colloqui, exierũt, & quia istud factum valde stimulabat eos nõ potuerunt sustinere, sed mox vt Christus fecit miraculum exierunt illi tenere consilium contra eum, sic dicitur Marc. 3. exeuntes autem statim Pharisęi consilium faciebant, & in hoc se turbatos ostenderunt, quia sustinere non poterant manere amplius in synagoga.

Qui erant isti qui contra Christum consilium faciebant, & quare hoc faciebant. Et quale erat illud consilium. Quæst. XLI.

QVAERETVR qui erant isti qui contra Christum consilium faciebant. Et quare hoc faciebant. Ad primum dicendum, quòd isti erant Pharisæi qui Christum oderant: nam populus non aduersabatur Christo nisi suaderetur ab alio, sicut Io. 18. dicitur quòd pontifices suaserunt populo petere Barrabam, Christum autem perdere, & ita etiam Pharisęi erant aduersarij Christi, quia gratis oderant illũ, & aduersabantur ei in quibus poterant, causa tacta est sup. 9. c. q. 52. isti nunc prędcipue fuerunt contra Christum. Etiam cum eis fuerunt Herodiani, vt dicitur Marc. 3. ſ. exeuntes autem statim Pharisęi cum Herodianis consilium faciebant, & erant isti Herodiani fauentes Pharisęis, & in multis fauebant eis cõtra Christum, & sic fuit inf. 22. quando Pharisęi voluerunt tenere Christum in sermone dicentes, si licet dare censum Cęsari: nam dicitur ibi, quòd Pharisęi, & Herodiani, &c. etiam nunc omnes simul consiliũ fecerũt, reliqui vero de populo non conuenerunt in hoc, potius Christũ diligentes, consilium aũt, qđ ꝗ Christum faciebant, erat quomodo perderent eũ, i. occiderent, & non cogitabant ipsi quomodo publice occiderent Christum, quia hęc nõ licebat eis, immo nec toti populo Iudęorũ, quia tẽpore Christi, Romani dominabantur super Iudęos, & prędides & iudices Romanorum ferebant omnem sententiam mortis, & ideo Iudęi per seipsos non ausi sunt Christum occidere, sed principes sacerdotum, & totus populus duxerunt eũ ad Pilatum, & cum ipse diceret, secũdùm legem vestram iudicate eum, illi dixerunt, nobis non licet occidere quemquam Io. decimooctauo. cogitabant ergo Pharisæi contra Christum quomodo eum occulte occide-

occiderent, & ad hoc quęrebant quis esset modus facilior.

Ad secundum dicendum, quòd Pharisęi mouebãtur ad consiliandum contra Christum propter multa. Primo propter inuidiam, quia videbant, quòd excellebat in miraculis, qualia nemo vnquam fecerat, & propter hęc sequebatur eũ populus, & hoc erat molestum Pharisęis, qui honorem à populo cupiebant, & cum populus vnanimiter sequeretur Christum despiciebat eos, sic dicitur Io. 11. ecce nihil proficimus, sed totus mundus post eum vadit, & quja miracula ista sperabant, ꝙ quotidie crescerent, & honor Christi augeretur, quod erat eis intolerabile, & cum hęc non crederent impediri posse nisi illum occiderent, consiliabantur quomodo occiderent illũ, sic dicitur eod. c. ꝙ pontifex & Pharisęi collegerunt consilium contra Christum dicentes, iste homo multa signa facit, si dimittimus eum omnes credent in eum, & ideo cõcluserunt ibi, expedit ꝙ vnus moriatur pro populo, i. moriatur ne turbetur populus, vt ipsi intelligebant, & quia res magis mouet quando prędsens est, quã quando cogitatur, fuerunt magis stimulati inuidia isti Pharisęi quando eis prędsentibus Christus sanauit hominẽ manus aridę, quam prius, & non potentes sustinere statim consilium fecerunt, sic dicit Hilarius, s. inuidia facti Pharisęos commouet, quia contuentes hominẽ in corpore, Deum in operibus non intelligebant, vnde ita erat cor eorum grauatum prę inuidia, quando Christus probabat, ꝙ liceret curare sabbatho, ꝙ nemo respondit quicquam, quia non poterant, nec etiã consenserunt ei, quia inuidebãt, pro quo Christus iratus est super tãta cęcitate eorum Marc. 3. s. at illi tacebant, & circũspiciens eos cum ira tristatus super cęcitatem cordis eorum dicit homini, extende manum tuam.

Secundo fuit, quia Pharisęi irascebantur Christo, ꝙ concludebat eos tacere cogẽs quotiescunque contra eum, vel discipulos eius aliquid obijciebant, sicut hic bis factum est, & tamen cum ipsi honorem cuperent, & se peritos legis coram plebe oñdere vellent, moleste ferebant, ꝙ concluderentur à Christo, quasi nihil intelligerent, & maxime erat hoc, quia populus qui Christum diligebat valde gaudebat quando Christus ratione cogebat Pharisęos tacere, & applaudebant ei vt dicitur Luc. 13. s. cum hæc diceret erubescebant omnes aduersarij eius, & omnis populus gaudebat in vniuersis, quę fiebant gloriose ab eo. Tertio erat, quia non solum Christus Pharisęos conuincebat, sed etiam tanquam non intelligentes, & adhuc rudes mittebat eos ad addiscendum adequans eos paruulis: nam dixit hic, si sciretis quid est misericordiam volo, &cętera, i. si intelligeretis scripturam quę hoc dicit non condemnaretis innocentes, sed quia nihil intelligitis, insipienter condemnatis innocentes, & iterum supra 9. dixit, euntes discite quid est misericordiam volo, &c. idest eatis ad addiscendum scripturas, quia non intelligitis eas, & tunc poteritis arguere ex illis.

Quarto erat hoc propter sabbathum, quia Pharisęi quorum tota sanctitas erat in cęremonijs, zelabant valde pro sabbatho, & quia Christus videbatur eis illud violare, & insuper ratione defendere, & nunc bis super obseruatione sabbathi eos conuicerat, non poterant equanimiter tolerare, ideo occidere illum volebant, ne istam angustiam quotidie pati cogerentur.

Quare Christus recessit de loco illo in quo erat, & sanauerat hominem. Et ꝙ Christus quandoque persequentes fugiebat, vt ostenderet bonum esse quandoque persecutores declinare.
Quæst. XLII.

QVAERETVR, quare Christus recessit de loco illo. Aliqui dicunt, ꝙ hoc fecit, quia iam ibi satis prędicauerat, nec manebat sibi aliquid agendum, ideo ire noluit ad alia loca, vt prędicaret: sic enim dixit Luc. 4. quando viri Capharnaum tenere voluerũt eum in vrbe ait enim, oportet me in alijs ciuitatibus euangelizare. Sed dicendum, ꝙ nunc non fecit propter hoc, sed propter insidias Pharisęorum, qui cogitabant quomodo eum perderent. Quod patet in litera: nam dicitur consilium faciebãt aduersus eũ quomodo eum perderent: Iesus autem sciens recessit inde, i. quia sciuit cogitationes eorum recessit. Hoc autem fecit propter multa. Primo ex charitate, s. vt auferret Pharisęis occasionem efficiendi se deteriores: erant enim mali istud malum deliberate cogitando, sed deteriores fierent quanto plus cogitarent, & exequi niterentur, hoc autem erat si inde Christus non recederet, quia Pharisęi habitabant in loco illo in quo Christus nunc erat, & eo recedente inde videtes Pharisęi, ꝙ non posset iam sibi nocere desisterent male cogitare, & ita malitia eorum minor fieret, sic dicit Hieronymus, sciens eorum insidias recessit, vt Pharisęis contra se occasionem impietatis auferret. Secundo fuit, quia Christus erat verus homo, ideo volebat in se ostendere conditiones hominis: homo enim quia mala pati potest timet, & declinat, ita Christus declinare voluit inimicorum insidias, sic dicit Remigius, recessit quasi homo fugiens insidias suorum persequentium. Tertio fuit quia nondum erat locus, nec tempus patiendi, quia locus passionis erat Ierusalem Luc. 13. non capit prophetam perire extra Ierusalem, idest non est possibile quòd propheta magnus qui est Messias occidatur extra Ierusalem, nunc tamen non erat in Ierusalem. Etiam nondum erat tempus passionis, quia vno anno solum prædicauerat, & supererat sibi adhuc magnum tempus, ideo debebat abstinere à nocere volentibus, & ex hac causa sępe Iudęi volentes nocere Christo non potuerũt, vt dicitur Io. septimo, scilicet querebant eum apprehendere, & nemo misit in eum manus, quia nõdum venerat hora eius, & iterum Io. 8. tulerunt Iudęi lapides, vt iacerent in eum, sed ipse abscondit se & exiuit de templo, quia nondum erat hora, sic etiam Io. 10. quærebant Iudæi apprehendere Christum, & exiuit de manibus eorum, quia etiam non erat hora: cum vero fuit hora passionis eius in qua Deus dedit ministris iniquitatis potestatem nocendi ei, recedere noluit, sed potius ipse se obtulit, dixit tamen, hęc est hora vestra, & potestas tenebrarum: Luc. 22. quasi dicat, licet ante hoc velletis mihi nocere, non poteratis, nunc vero est hora vestra, & potestas tenebrarum, idest tempus in quo datum est iniquis, quòd faciant, quod volunt, quia mali ad tenebras pertinent, quia qui male agit odit lucem Io. 3. Quarto fuit propter instructionem nostram, quia multi infirmi futuri erant inter Christianos, qui persecutores fugerent, & quia si Christus nunquam fugisset persecutores, putaretur peccatum esse fugere, voluit aliquando fugere vt nos putemus licitum esse nobis fugere quando persecutio grassatur, quando tamen fugiendum est, & quando non licet fugere, ostensum est supra 10. quæst. 112. & quæstio. 113. nunc autem Christus recessit propter prædicta, & tamen etiam si non recessisset, non possent ei nocere Pharisęi, quia nondum venerat hora eius, ideo ipsi dicunt insipiẽtes qui cogitabãt quomodo nocerent ei cui nocere non poterant, sic dicitur Luc. 6. s. ipsi autem repleti sunt insipientia, & colloquebantur ad inuicem: quid nam facerent de Iesu, i. insipientes erant qui deliberabant quid facerent de eo, quasi in potestate eorum esset facere, qd̃ vellent.

Quare secuti sunt multi Christum recedentem, & qui erant isti. Et quòd turbæ istæ propter duo sequebantur Christum.
Quæst. XLIII.

QVAERETVR, quare nunc secuti sunt multi Christum recedentem, & qui erant isti. Dicendum, ꝙ quandiu Christus prędicauit semper sequebantur eum multi, & nunc quando manebat in loco vbi isti Pharisęi consiliabantur contra eum, erant etiã turbæ istæ cum illo audientes doctrinam eius, & recedente eo secuti sunt ipsum. Alij putant, quòd turba non erat nunc cum Christo in loco illo, sed audito miraculo manus aridę sanatę concurrerunt multi ad ipsum, & ipsi secuti sunt eum. Sed dicẽdum, quòd verius est, quòd isti multi ante hoc sequebãtur eum, & manebant cum eo in loco illo, vbi manus arida sanata est, quia dicitur hic Iesus recessit inde, & secuti sunt eum multi, & tamen si isti non essent cum eo ibi diceretur, multi venerunt ad eum, & non diceretur, s. secuti sunt eum recedentem. De istis dicẽdum est, ꝙ erant de varijs locis, quia dr̃ Marc. 3. multa turba à Galilęa, & Iudęa secuta est eum, & à Hierosolymis ab idumęa & trans iordanem, & qui circa Tyrũ, & Sidonem multitudo magna. Et ex hoc etiam patet, quòd isti nõ venerunt ad eum nunc de nouo, sed prius venerant, quia semper sequebantur eum multi. Causæ aũt multæ erant, s. sex vt ostensum est sup. c. 4. quæst. vlt. & tamen saltem propter duo nunc eum sequebãtur. Primo propter curationes ęgritudinũ quibus oẽs indigebant, sic dr̃ Io. 6. sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quę faciebat super his qui infirmabantur, & hoc etiam in litera patet, s. secuti sunt eum multi & curauit eos oẽs, s. à languoribus. Secundo propter doctrinam, admirabantur, n. in doctrina eius sup. 7. & Marc. 1. nunquam enim sic viderant loquentem quemquam Io. 7. nunquam sic locutus est homo: vertebat. n. in stuporem audientes, erant etiam verba eius bonis animis dulcia, vt nunq̃ audiendo fastidium gignerent, sed semper audire vellent Io. 6. quando Christus quæsuit ab Apostolis, an recedere vellent, & Petrus ait, domine ad quem ibimus? verba enim vitæ ęternæ habes, idest nemo est qui loquatur verba vitæ ęternæ sicut tu, ideo ad nullum vadimus, sed tecum manemus.

Quare Christus curauit nunc omnes infirmos.
Quæst. XLIIII.

QVAERETVR, quare Christus curauit nũc oẽs: nam dr̃ in litera, ꝙ secuti sunt eũ multi, & curauit eos omnes. Dicẽdum, ꝙ istud fuit pp multa. Primo quia omnes bona fide venerant, & quidquid ab eo fideliter peteretur obtinebatur Marc. 9. si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Secundo quia isti manebant cum Christo in tribulatione: nam quando Pharisęi arguebant eum, & consilium faciebant quomodo illum perderent, secuti sunt eum isti, ideo propter hoc merebantur specialiter apud Christum.

Tertio fuit ad ostendendum potestatem suam, & quòd iniuste mouebantur contra eum Pharisęi: nam ante hoc arguerant eum ipsi Pharisęi bis, & quia propter hoc aliqui simplices dubitarẽt de doctrina Christi, cum essent Pharisęi magnæ opinionis apud Iudęos, voluit auferre dubium, & ostendere quòd Pharisęi iniuste agebant contra eum, & hoc fecit sanando omnes languentes qui oblati sunt ei: nam qui talia faciebat, quę nemo alius fecerat, necesse erat, ꝙ maior cęteris esset.

Quarto fuit ex misericordia: Christus enim miserebatur turbis sequentibus se, eo quòd cum magna difficultate sequebantur ipsum, non habentes necessaria ad vitam, ita vt interdum fame affligerentur vt infra 15. dixit misereor turbæ quia triduo me sustinent, & non habent quid manducent. Etiam non habebant domos ad hospitandum, sed iacebant super faciem agri sicut oues, supra decimo, videns Iesus turbas misertus est eis, quia erant vexati, & iacentes sicut oues non habentes pastorem. Etiam quia ambulando laborabãt, cum Christus discurreret per multa loca, ideo ex misericordia sanabat omnes, & generaliter quandocunque bono animo ad Christũ accedebant, miserebatur eis, & sanabat omnes, sic patet supra quarto, sic etiam supra octauo, curauit omnes in Capharnaum. Considerandum, ꝙ Matthæus voluit exprimere hic istud specialiter ad tollendum dubium, quia eum Pharisęi qui erant prędcipui, & maioris opinionis inter Iudęos odissent Christum, & persequerentur, putaret aliquis, quòd reliqui de populo ita facerent, vel saltem nollent Christum audire, ideo dixit, & secuti sunt eum multi, vt innuat quod non erat eadem opinio plebis circa Christum, & Pharisęorum, sed omnes de populo eum laudabant, & sequebantur, soli autem Pharisęi ex inuidia persequebantur eum, sic dicit Remigius, & secuti sunt eum multi, quia quem Pharisęi vnanimi cõsilio perdere quęrunt, turba indocta vnanimi dilectione sequitur, propter hoc etiam expressit, quod sanauit omnes, vt non putaretur, quòd Christus offensus à Iudæis, cessaret eis facere bene: semper enim benefaciebat, & sępe cum gratius eum persequerentur, abundantius illis benefaciebat.

Quare Christus præcepit turbæ ne eum manifestum facerent.
Quæst. XLV.

QVAERETVR, quare Christus præcepit ne eum manifestum facerent. Aliqui putant hoc intelligi de dæmonibus quia sanabat arreptitios multos, & dæmones exeuntes dicebant eum esse filium Dei: Luc. 4. & ita dicitur Marc. 3. vbi ponitur de turba ista quę secuta est Christum, quam sanauit, & sequitur; spiritus immundi cũ eum videbant procidebant ei, & clamabant dicentes: tu es filius Dei, & vehementer comminabatur eis ne manifestarent illum. Alij dicunt, ꝙ hoc dicitur curatis à morbo ne manifestarent eum. Sed dicetur quomodo Christus dicebat hoc, quia cum turbæ multæ sequerentur eum, non poterat ipse esse occultus. Aliqui dicunt, ꝙ intelligitur ne manifestarent eum, s. Pharisęis, qui consilium fecerant contra eum, non quidẽ quasi timeret eos, sed ne daretur occasio illis persequendi Christum. Sed hoc non stat, quia non põt intelligi ne manifestarent eum, s. vbi esset, qa cũ tanta turba eũ sequeret, non poterat manere occultus Pharisęis, quin scirent vbi erat. Itẽ non potest accipi de occultatione signorum, sicut aliqui volunt, i. ne dicerẽt Pharisęis istam magnam curationem, q̃ nũc Christus fecerat, ne per hoc magis stimularentur inuidia, i. cõsiliarentur contra eũ, vt Io. 11. qñ suscitauit Christus Lazarum, qdam abierunt, & dixerunt Pharisęis suscitationẽ Lazari, & tunc illi collegerunt ꝓsilũ, vt Iesum occiderent eod. c. nã ista quę fiebãt coram tanta multitudine occulta esse non poterant, maxime qa sępe venie-

veniebant aliqui ſcribæ & Phariſęi inter turbas ad au- F
diendum Chriſtũ, vt colligitur ſup. 9. & Luc. 5. & hoc
quia quęrebant inuenire aliquid vnde accuſarent eũ
Marc. 3. & Luc. 6. ideo audiebant illum frequenter vt
ſic aliquid raperent de ore eius. Sed dici põt, ꝙ iſta di-
cebat Chriſtus ad inſtructionem noſtram. Primo vt
qñ aliquid magnum fecerimus, gloriam hominũ nõ
quęramus, vt dicit Rab. Secundo vt oñdat modeſtiã
ſuam, ſ. ꝙ nõ agebat aliquid propter gloriam hoĩum,
ſed pp Deum cũ taceri iuberet facta ſua. Tertio quia
ſatis notus erat per opera, & non erat opus, ꝙ quis eũ
ſermone tolleret, ſicut dicit Hilarius, his quos curauit
ſilentium imperauit: nã ſalus vnicuique reddita erat
ſibi ipſi teſtis, ſed iubendo ſilentiũ teneri gloriãdi de
ſe iactantiam declinat. Aliter poteſt dici ſicut ſupra
dicebatur, quòd iſtud percipere erat quædam com- G
minatio quam Chriſtus faciebat dęmonibus dicenti-
bus, tu es filius Dei vt tacerent, & forte iſtud eſt me-
lius, quia Marc. 3. ſic exprimitur vbi ponitur iſtud fa-
ctum. Etiam quia illud erat, quod Chriſtus taceri vo-
lebat: nam ſi annunciaretur quòd erat Meſſias, & filius
Dei, impediretur per hoc paſſio ſua, ideo iuſſit tacere
diſcipulis in hoc infra 16. & 17. & Luc. 9. & generali-
ter quandocunque dæmonia exeuntia dicebant Ie-
ſum eſſe Meſſiam, vel filium Dei, ipſe increpabat ea,
vt tacerent, vt patet Marc. 1. & Luc. 4.

Quare allegatur hic auctoritas Eſaiæ.
Quæſt. XLVI.

H

QVAERETVR, quare allegatur hic auctoritas
Eſaiæ. Dicendum, quòd hoc fuit, Primò
quia iſta eſt conſuetudo Matth. inter cęteros
Euangeliſtas, quòd vbicunque occurrit ali-
qua auctoritas veteris teſtamenti, faciens ad confir-
mationem eorum, quæ de Chriſto narrantur, inducit
illam, & hoc, quia ſcripſit Euangelium Iudęis qui ma
gnam fidẽ legi, & prophetis dabãt, in quibus de Meſ-
ſia ſcriptum erat: Io. quinto, ſcrutamini ſcripturas,
quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere, & il-
læ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me.

Secundò fuit, quia forte aliquis turbaretur videns
aduerſitates iſtas, quæ Chriſto fiebat à Phariſæis: nã
cum ipſe eſſet Dominus omnium, omnia ſibi obedi-
re debebant, & per hoc dubitaret de eo, ideo Mat-
theus inducit auctoritatem Eſa. qua iſta prędixerat,
& tamẽ oportebat, quòd omnia, quę de Chriſto ſcri-
pta erant implerentur: Luc. 24. ſcilicet neceſſe eſt im
pleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Pſal-
mis, & propheris de me: voluit ergo ea tolerare, li-
cet alias potens eſſet deſtruere aduerſarios ſuos, ſed
Eſaias prædixerat, quòd non faceret, ſcilicet arundi-
nem quaſſatam non confringet.

Tertiò fuit ad oſtendendum excellentiam Chri-
ſti, ſcilicet tanta fuit eius dignitas, quòd prophetæ
omnia, quæ ad ipſum pertinebant prædicerent, quaſi
de ipſo ſolo negociantes.

Quartò fuit vt appareret, quòd omnia, quę Chri- K
ſtus faciebat, per ſpiritumſanctum fiebant, tamen
prophetæ à Deo inſpirati illa prædixiſſent, ſic dicit
Chryſoſt. vt non turberis in his, quę fiunt in inſania
Phariſęorum inducit prophetam hic prædicentem:
tanta enim erat prophetarum diligentia, vt nec hoc
derelinquant, ſed & vias eius, & trãſitus prophetent,
& intentionem cum qua hoc faciebat, vt diſcas quo-
niam omnia à ſpirituſancto loquebatur.

Quomodo impleta eſt nunc iſta auctoritas Eſaiæ 42.
Quæſt. XLVII.

QVAERETVR, qũo impleta eſt nunc iſta aucto-
ritas: nam dr̃ in litera, vt adimpleretur quod di-
ctum eſt per Eſaiam. Dicendum, ꝙ ex expoſitione li-
terę ſupra poſita patet qũo Chriſto conueniat iſta au-
ctoritas, & tñ dicendum, ꝙ impleta fuit nunc quantũ
ad aliqua quę ſup. referuntur: nam Phariſęi arguerãt
Chriſtum, & poſtea conſiliabantur qũo eum occide-
rent. dicerent aũt aliquis qũo Chriſtus tolerabat hoc,
non occidendo illos qui indigne illum occidere vo-
lebant. Et dr̃ hic, ꝙ non erat facturus, (arundinẽ quaſ
ſatam non confringet, & lignum fumigans non ex-
tinguet, quod de Phariſęis intelligitur, vt fuit ſup. ex-
poſitum, ſ. noluit extinguere eos occidendo, nec cõ-
fringere in aliquo lędendo. Item dr̃ in litera, ꝙ Ieſus
receſſit inde ſciens, ſ. inſidias Phariſęorum contra ſe.
Et diceret aliquis quare receſſit? Dicendum, ꝙ opor-
tebat contendere re vel verbo cum Phariſęis, ſi mane
re vellet, & tñ hoc non erat facturus, quia dixit Eſaias
non contendet, nec clamabit, nec audiet aliquis in pla
teis vocem eius, ſ. contendendo. Item dr̃ in litera, ꝙ
Chriſtus curauit oẽs, & prędcepit eis ne eum manifeſ-
tum facerent. Diceret aliquis quare hoc faciebat? Di-
cendum, ꝙ faciebat nolens laudare ſeipſum, quia ſic
fuerat prędictum de eo, ꝙ non clamaret, ſ. laudando
ſe. Item diceret aliquis, ꝙ non ſolum nunc Chriſtus
aduerſitatem ſuſtinuit à Phariſęis, ſed ẽt ſępe alias ab
eis, & ab aliis multa paſſus eſt, qũo ergo fiebat, & nũ-
quid aliqñ de iſtis vindictã facturus erat? Et dr̃, quòd
ſemper Chriſtus paſſurus erat in ſe vel in mẽbris ſuis
vſq; ad diem iudicij, qñ ſubijceret ſibi inimicos ſuos
vindictam de illis ſumẽs, quia ſic dixit Eſaias, ſ. donec
eijciat ad victoriam iudicium, i. quandiu manebat ſu-
ſtinens, ſ. non contendens, nec clamans, & nulli malũ
inferens, quod eſt arundinẽ quaſſatã non confringe-
re, & lignum fumigans non extinguere, donec eijciat
ad victoriã iudicium generale in quo ſe vindicabit.

Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens
cœcus, & mutus, & curauit eum, ita vt lo- Supra p.
I queretur, & videret. Et ſtupebant omnes Luc. 11.
turbæ, & dicebant. Nunquid hic eſt filius De pen.
Dauid? Phariſęi autem audientes dixerunt: diſt. 3. c.
Hic non eijcit dæmones niſi in beelzebub ſunt plu-
principe dæmoniorum. res.
Marc. 3.
Luc. 11.
Marc. 3.
Luc. 11.

Tunc oblatus eſt. Hic ponitur confutatio calumniã- Confuta-
tium Chriſti bonitatem, opera diuina virtute facta tio calum-
dæmoni attribuendo. Et primo ponitur eorum ca- niantium
lumniatio, Secundo calumniæ confutatio, ibi. *Ieſus au- Chriſti bo-*
tem ſciens. *nitatem.*

An iſta ſint continuata ad præcedentia. *Quæſt. XLVIII.*

QVAERETVR circa primum, an ſint iſta con-
tinuata prędcedentibus. Aliqui dicunt, quòd
non, quia prędcedens factum de inſidijs Phari-
ſęorum contra Chriſtum ponitur Luc. 6. iſtud aũt de
ſanatione muti, & ſurdi ponitur Luc. 11. Dicendũ eſt,
ꝙ ſit ordo continuus, quia Matthęus oſtendit hic cõ-
tinuationem in litera, ſ. tunc oblatus eſt: eodem ergo
tempore facta ſunt iſta & prędcedentia, ꝙ tamen iſtud
tempus fuerit magnum, vel parũ inter iſta ad prędce-
dentia, non apparet, ſed ſatis eſt, ꝙ litera innuit eſſe or
dinem continuum, ſic dicit Remigius, ſ. ꝙ autem di-
cit tunc, ad ſuperiora refertur, quãdo ſanato hoĩe qui
habebat

habebat manum aridam exiuit de ſynagoga. Siue ꝙ A
dicit tunc, poteſt referri ad latius, & prolixius tempus,
vt ſit ſenſus tunc, ſ. quando hęc, vel illa dicebãtur vel
gerebantur. Circa primum dicitur. *Tunc oblatus eſt ei.*
Scilicet quando exiuit de ſynagoga iam curato homi-
ne manus aridę vt ait Remigius. Vel tunc, ideſt ali-
quanto tempore poſt. *Dæmonium habens.* Ideſt arre-
ptitius poſſeſſus à dęmone: nam magis proprie habe-
tur à dęmone, quam habeat dęmonem, cum dęmon
moueat membra arreptitij ad nutum. *Cæcus, & mu-*
tus. Ideſt ꝙ erat cęcus, & mutus, vltra hoc, quòd dę-
monem habebat. Vel ꝙ dęmon illum cęcum, & mu-
tum faciebat, vt infra dicetur. *Et curauit eum.* Scilicet
dęmonem eijciendo. *Ita vt loqueretur & videret.* Ideſt
perfecte eum curauit, quia non ſolum dęmonẽ eie-
cit, ſed ẽt viſum, & auditum reddidit. *Stupebant omnes*
turbæ. Scilicet quę aſtiterunt huic miraculo. *Et dicebant.*
Scilicet prę admiratione. *Nunquid hic eſt filius Dauid.* i.
nunquid eſt Meſſias cum tam miranda opera faciat?
Phariſæi autem audientes. Aſtabant enim aliqui Phari-
ſæi etiam huic miraculo, quia raro Chriſtus prędica-
bat, quin aliqui Phariſęi, & ſcribæ aſtarent, quia & ſi
nollent doceri, volebant ſaltem inuenire occaſionẽ
vt eum accuſarent: Luc. ſexto, & ideo diligenter ver-
bum eius audiebant, & iſti audierunt, quòd turbæ
vocarent eum filium Dauid. *Dixerunt.* Scilicet ex in-
uidia, quia diſplicebat eis, quòd tanta laus daretur Ie-
ſu. *Hic non eijcit dæmones.* Hoc dixerunt turbis Phari-
ſæi, ideſt volentes auferre fidem ipſarum, ſcilicet non
credatis, quòd iſte ſit filius Dauid propter iſta, quæ
facit, quia non facit ea in virtute Dei, ſed in poteſtate
dęmonum. *Niſi in beelzebub.* Nomen dęmonis eſt, & C
idoli, in cuius virtute iſti Chriſtum agere miracula
Beelze- aſſerebant. *Principe dæmoniorum.* Hoc dixerunt, quia
bub nomẽ ad hoc, quòd poſſet violenter vel ex imperio expel-
dæmonis, lere alios dęmones, oportebat, quòd eſſet maior eis,
& idoli. & ita eum principem dęmonum vocauerunt.

An hoc miraculum ſit idem cum illo, quod habetur Luc. 11.
Quæſt. XLIX. D

QVAERETVR, an iſtud miraculum, quod
hic ponitur ſit idem cum illo, quod habetur
Luc. 11. Aliqui dicunt, quòd non. Primo
quia non eſt idem ordo: nam iſtud quod ha-
betur immediate ante hoc, ſcilicet de curatione ma-
nus aridę habetur Luc. 6. & de ſanatione arreptitij ha
betur Luc. 11. interpoſitis multis.

Item quia dicitur hic, quòd iſte dęmonium habẽs
erat cęcus, & mutus, & tamen Luc. 11. ſolum dicitur,
quòd erat mutus, ſ. erat eijciens dęmonium, & illud
erat mutum.

Dicẽdum, ꝙ idem miraculum eſt, quod patet, quia
omnia fere quę habentur hic vſque ad finem c. ponũ-
tur ibi non ſolum ſententiæ, ſed etiã verba, & ita om-
nes tenent.

Ad primum dicendum, ꝙ ordo non impedit, quia
licet euangeliſtę narrent eadem facta, raro tamen eo-
dem ordine narrant. Ad ſecundum dicendum, ꝙ li-
cet poſuerit aliquid Matthæus pluſquam Lucas, nihil
impedit, quia iſta eſt conſuetudo euangeliſtarum, ſ. ꝙ
vnus ſuppleat id, quod alteri deeſt. Vel ſi in alio abun-
danter poſitũ ſit interdum ſequentes minus dicũt, ſic
patet in curatione manus aridę quę habetur ſupra in
litera & Luc. 6. & tamen plura Matthęus ponit, quam
Lucas, & ita vult Auguſt. lib. de cõcor. euang. ſcilicet
hęc autem non iſto ordine, ſed poſt alia multa Lucas
commemorat, & mutum dicit tantũ, & nõ cęcũ, ſed
non ex eo ꝙ aliquid tacet, de alio dicere putãdus eſt:
eadem. n. ſequentia etiã ipſe contexit, quę Matthęus.

An iſte homo erat vere cæcus, & mutus, vel dæmon faciebat eũ A
cæcum, vel mutum. Et ꝙ dęmon dicitur mutus duobus modis.
Item dæmon dupliciter poteſt facere hominem mutum. Et
an poſſit loqui per mutum. *Quæſt. L.*

QVAERETVR, an iſte homo erat vere cęcus, &
mutus, vel dęmõ faciebat eũ cęcũ, vel mutum.
Dicendum, ꝙ Luc. 11. dr̃ erat Ieſus eijciẽs dęmoniũ,
& illud erat mutum, & ſic dęmon, & non homo dr̃ eſ
ſe mutus. Sed non eſt intelligendum, ꝙ dęmon poſſit
eſſe mutus, qa mutus eſt cui ptãs loquendi deficit, q̃
naturaliter ineſſe dẽbat, dęmoni aũt cũ ſit purus ſpũs
poſſe loqui non competit, & ꝙñr nec mutũ eſſe, quia
log ſolum eſt hñtis organa vocalia, & hoc eſt aĩal, dę-
mon aũt organa non habet, quia incorporeus eſt. Sed B
poteſt dici dęmon mutus dupliciter. Vno modo, qa
hominem mutum efficit, vt ſi dęmon poſtquam cę-
perit hominem poſſidere teneat organa vocalia, ita
vt homo nihil loquatur vſquequo dæmon deſinat
ipſum poſſidere. Secundo mõ dicitur dęmon mutus,
qui per arreptitiũ nihil loquitur, licet eum loqui non
prohibeat, & iſte eſt proprior modus: ſolent enim
dęmones cogere arreptitios ad loquẽdum aliquid cũ
eos arripiunt, quod non eſt ab ipſis, ſed à dęmonibus,
vt quia loquuntur aliqua ſecreta, & ardua, qui aũt nõ
cogit arreptitium ad loquendũ, vocatur dęmon mu-
tus, hic tñ neceſſe erat, ꝙ non ſolum eſſet dęmon mu C
tus, ſed etiam, ꝙ homo poſſeſſus ab eo mutus eſſet,
quod ẽt Luc. 11. innuitur, ſ. erat eijciens dęmonium,
& illud erat mutum, & cũ eieciſſet dęmonium locu-
tus eſt mutus. Sed poteſt dici, ꝙ iſte homo eſſet alias
mutus, vel dęmon feciſſet eũ mutũ, quod dupl̃r acci-
pitur: vno mõ facere mutũ eſt corrũpere organũ vo-
cale, ita vt ẽt poſt eiectionem dęmonis non poſſet lo-
qui arreptitius. Alio modo, ꝙ dęmon non corrũpens
organum impediret ſemper locutionẽ, quandiu ho-
minem poſſidebat. Vtroque modo dici poſſet, quòd
dęmon faceret hominem mutum. Idem aũt dicendũ
eſt de cęco, ſ. quòd cęcum faceret, ſ. oculos frãgendo,
ſiue corrumpendo, aut illos claudendo ita, vt arrepti-
tius non illos aperiret, vt videret, & ita aliqui volunt,
ꝙ dęmon iſta fecerit, ſic dicit Chryſ. miranda eſt aũt
nequitia dæmonis, vtrunque ingreſſum oppilauit per
quem ille erat crediturus, ſcilicet auditum, & viſum,
hoc dicit, quia ille qui eſt ſurdus, naturaliter etiam eſt
mutus, eo ꝙ nõ poteſt addiſcere locutionem, niſi qui
alios loquentes audierit. Sed dicendum, ꝙ magis eſt
tenendum, ꝙ iſte erat cęcus, & mutus naturaliter, vel
ex alio caſu, & non per dæmonem, quia diſtinguun-
tur iſta tria, ſ. oblatus eſt ei dæmonium habens cęcus,
& mutus. Etiam quia dicitur curauit eum ita, vt lo-
queretur & videret, & ſic innuitur quòd vltra expul-
ſionem dæmonis adhuc miraculum erat, quòd fuerit
cęcus ſanatus, & mutus loqueretur. Vel ſi dicatur ꝙ
dæmon corruperit organa vocis, & viſus, ita vt etiam
eo recedente, nec videre, nec audire poſſet, idem erit E
ac ſi naturaliter iſta fuiſſent, vel ex alio caſu ante ad-
uentum dæmonis.

Sed obijcietur, quia Luc. 11. ꝙ erat Ieſus eijciẽs dę-
moniũ, & illud erat mutũ: ergo ex parte dæmonis, ꝙ
ueniebat mutum eſſe, & non ex parte hominis. Item
quia dr̃, & cum eieciſſet dæmonium, locutus eſt mu-
tus, & ſic vr̃ ꝙ nihil fuit neceſſarium ad hoc, ꝙ loque
retur homo niſi dæmon eijceretur: ergo dæmon im-
pediebat eum loqui, & non erat ipſe mutus in ſe. Di-
cendum ad primum, ꝙ ille homo vere in ſe mutus
erat, ſed dicitur dæmonium mutum vno modo, quia
forte fecerat illum mutum, & permittente Deo
corruperat organa vocis, & viſus, & ſic etiam dæ-
mone recedente, homo maneret vere mutus ef-

fectiue, & non formaliter. Alio modo erat dæ-
monium mutum, idest non loquens, scilicet, quia
cum homo esset mutus, dæmon qui eum possidebat, non poterat loqui per eum, & iste est verior sensus: nam per mutum non pōt dæmon loqui, quia nō potest facere miraculum. Sed pro hoc dicendum, q̃ esse mutum accidit dupliciter. Vno modo ex aliquo vinculo linguæ, vel impedimento naturali in aliquo de organis vocalibus, & idem est si post natiuitatem aduenat, & iste vocatur mutus per se, aut vere mutus. Alio modo accidit mutum esse ex surditate naturali. siquis enim à natiuitate surdus est, impossibile est, q̃ loquatur, quia nemo potest formare voces articulatas, nisi in articulando fuerit edoctus, hoc autem est cum alios loquentes audimus, ideo naturaliter surdus nunquam loquitur, secus autem si surditas accidit postquam nouerit loqui, quia tunc poterit esse surdus qui non sit mutus. Accipiendo primo modo, dæmon non potest loqui per mutum, quia hoc esset miracula facere quę dæmon non potest. Accipiendo secundo modo potest dæmon loqui per mutum, quia ille nullum impedimentum habet in organis vocalibus, sed non loquitur, quia voces formare nescit, cum nunquam addiscere potuerit, dæmon autem scit formare voces, ideo sicut loquitur in corpore assumpto de aere, vel per asinam, poterit à fortiori loqui per hominem. De isto autem arrepritio dicendum, quòd erat mutus primo modo: ideo dæmon nunquā potuit per eum loqui, & ideo quando eiecto dæmone locutus est, miratę sunt turbæ.

Ad secundum dicendum, quòd eiecto dæmone locutus est mutus, non tamen sequitur quòd dæmon impediebat vocem, sed fuit hoc, quia Christus simul curauit eum ab omni infirmitate, scilicet dæmonem eijciens, visum & loquelam reddens, quia non operatur successiue, licet multa operet, & istud est verū.

An hic fuerunt tria miracula, vel vnum in eiectione dæmonis à muto. Quæst. LI.

QVAERETVR, an hic fuerunt tria miracula, vel vnum.

Dicendum, quòd hic non numeratur operatio ex parte Dei operantis, sed ex parte rei factę, quia Deus in eodem instanti multa facit: Ecclesiast. decimooctauo, qui viuit in æternum creauit omnia simul, sed tot dicuntur operationes, quot sunt res operatæ: si ergo curando istum hominem multa operata sunt, dicentur multa miracula, istud autem pendet ex precedenti quæstione: nam si diceretur vt quidam volebant, quòd iste homo non erat vere mutus, nec cęcus, sed dæmon impediebat eum loqui, & videre, dicetur quòd fuit vnicum miraculum, scilicet eiectio dæmonis, videre autem, & audire postea secuta sunt, dæmone cessante impedire. Si autem dicatur quòd homo vere erat cęcus, & mutus, siue hoc naturaliter, siue à casu euenerit, siue dæmon illud fecerit, necesse est, quòd sint tria miracula, quia tres curationes distinctæ erant, & quia in præcedenti quęstione ostensum est, quòd homo erat vere mutus, & cęcus, dicetur quòd vere erant tria miracula, sic dicit Hieronym. tria ergo simul signa in vno homine perpetrata sunt, cęcus videt, mutus loquitur, possessus à dæmone liberatur.

Quare turbæ nunc sunt admiratæ in eiectione dæmonis. Quæst. LII.

QVAERETVR, quare turbę admiratę sunt nūc, Dicendum, q̃ hoc fuit, quia viderunt Christum

F facientem talia qualia nunquam facta fuerant, sic dī sup. 9. quòd admiratę sunt turbę dicentes, nunquam apparuit sic in Israel, & hoc Christus oūdere volebat, s. quòd manifeste viderent, q̃ nemo fuerat vnquam ei similis: Io. 15. si non fecissem in eis opera, quę nullus fecit, peccatum non haberēt. Sed dicetur qūo admirabantur nunc turbę, quia iam multa alia miracula viderant, & quotidie Christus miracula faciebat. Dici pōt, quòd turbę quæ nunc admiratę sunt, nulla alia Christi miracula viderant, quia quotidie veniebant multi ad Christum, & alij recedebant qui aliquandiu manserant, & noui admirabantur de quibusliber, de
G quibus forte non admirarentur qui videre ista soliti erat. Secundo potest dici, q̃ cum quęlibet miracula sint supra vires naturæ, & non cadant sub aliqua arte, qūocunque illa videmus, necesse est, q̃ admiremur, quia admiratio est de eo, quod excedit facultatem nostram, tam in operando, quam in intelligendo, differunt tamen, quia qui sępe vidissent Christum miracula facientem, minus admirarentur quam qui nunquā viderant. Tertio potest dici, q̃ hoc erat propter conditionem istius miraculi, quia licet essent aliqua alia miracula maiora, Iudęi tamen valde mirabantur super talibus, s. q̃ aliqs qui esset mutus, & à dæmone possessus, curaretur, sic patet sup. 9. vbi cum Christus curasset hominem mutum habentem dæmonium dicitur, q̃ miratę sunt turbæ dicentes: nunquam apparuit
H sic in Israel, & hoc forte erat, quia fiebant multa miracula simul, s. arreptitium sanari, & mutum loqui, & ideo hic magis admirarentur, quia fuerunt simul tria miracula, s. cęcus videt, & mutus loquitur, possessus à dæmone liberatur, vt dicit Hieronymus.

Quid voluerunt dicere vocantes Iesum filium Dauid. Et quòd Messias est filius Dauid. Quæst. LIII.

QVAERETVR quid voluerunt dicere vocantes Iesum filium Dauid. Aliqui dicunt, quòd turbę hoc dixerūt, quia ita verum erat, quòd Iesus esset de stirpe Dauid supra 1. cap. Sed non stat, quia hoc nihil erat: plurimi enim inter Iudęos erant de stirpe Dauid, qui nullius honoris erant,
I & quasi nihil plus erat dicere filium Dauid, quam dicere hominem, vel Iudęum. Alij dicunt, quòd ad honorandum eum dicebatur hoc, quia nomen honoris erat, vt dicit Remigius, sic etiam dicit glo. propter misericordiam, & beneficia filium Dauid prædicant. Sed hoc non stat, quia si nihil aliud sit esse filium Dauid nisi esse de stirpe eius, parui honoris erat, eo quòd plurimi inter Iudęos erant de stirpe ista qui nullius honoris erant. Sed dicendum, quòd vocatur filius Dauid, idest Messias, eo quòd Messias promissus fuerat futurus de semine Dauid Ieremiæ 33. suscitabo Dauid germen iustum, idest suscitabo iustum de germine Dauid, iustus dicitur Messias per excellentiam, & ita dicitur eod. c. s. hoc est nomen, quod vocabunt eum Dominus iustus noster, & ita Iudęi dicebant, q̃ Messias de semine Dauid erat, Ioan. 7. s. nonne
K scriptura dicit, quia de semine Dauid, & Bethleem castello vbi erat Dauid venit Christus, i. Messias: quicunque ergo vocabat Iesum filium Dauid, volebat dicere ipsum esse Messiam, sic patet quia inf. 21. quando intrauit Iesus in Ierusalē, dicitur q̃ pueri dicebāt Osanna filio Dauid, & Marc. 11. vbi ponitur eadem historia, dicitur Osanna benedictus qui venit in nomine Dñi, & benedictum, quod venit regnū patris nostri Dauid, & tñ regnū Dauid, qd̃ erat venturū, erat regnū Messię, quia sic prędictum fuerat: Iere. 22. s. suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex & sapiens erit, idest ille iustus, qui suscitādus erat de germine Dauid futu-

futurus erat rex. Item patet, quòd de Messia loquantur turbæ, quia dixerunt nunquid hic est filius Dauid? & sic dubitabant, an Iesus esset ille, qui vocaretur filius Dauid. & illum volebant esse aliquem vnum, & non multos. & tamen si esset nomen progeniei, vel honoris, multis competeret.

Quare dicebant, quod Christus erat filius Dauid. Quæst. LIIII.

QVAERETVR quare dicebant, quòd erat filius Dauid, idest Messias.

Dicendum, quòd hoc erat propter magnitudinem miraculorum. nam de Messia
B credebatur a Iudęis, quòd esset iustior omnibus hominibus, eo quòd scriptura vocabat illum iustum absolute. Iere. 22. s. hoc est nomen, quod vocabunt eum Dominus iustus noster. & Isaię 11. ponitur, quòd repleretur Spiritu sancto, & de iustitia eius, s. quòd iudicaret in iustitia, & non secundum auditum aurium. Etiam credebatur, quòd futurus esset maior in potestate spirituali omnibus hominibus, sicut dixit Isaias, quòd exaltaretur plusquam Abraham, & omnes patres antiquit. ista autem in Christo apparebant, quia nulla iniquitas in eo inuenta est. Erat etiam maioris potestatis omnibus hominibus, quia nemo talia fecerat qualia ipse, ideo cum viderent hęc turbæ dicebāt
C eum esse Messiam. sic dicitur Ioan. 7. Christus cum venerit nunquid plura faciet quam quæ hic facit? quasi dicat, non. ideo videtur, quòd ipse sit Messias, & ita ipsi confitebantur, quòd nunquam talia facta fuerant in Israel supra 9.

Quare dixerunt de Christo Pharisæi in Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Et quòd duo præcipua mala Pharisæi de Christo dicebant. Quæst. LV.

QVAERETVR, quare dixerunt Pharisęi in Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia,

Dicendum, quòd turbæ dixerant Iesum esse Messiam, & de hoc dolebant Pharisæi qui inuidebant illi,
D erat quippe odium Pharisęorum personale contra Christum, & ideo etiam si Messias esset maximū bonum, quod Iudæi expectabant, nolebant Pharisęi, q̃ ille esset Messias, sed potius vellent carere Messia. vel quòd nūquam veniret Messias, quam quòd iste esset Messias. vt ergo non daretur ei ista laus a populo, resistiterunt. turbę enim quæ nulla passione odij erga Iesum tenebantur, recte de eo iudicabant per signa data in scriptura eum esse Messiam. Pharisęi autem si hoc determinate scire possent, ignorare potius eligebant, vt non cogerentur hunc hominem venerari in Messiam quem toto animo oderant, & quia molestū eis erat, quòd a turbis ei iste honor deferretur, voluerunt hanc de eo insurgentem fidem apud plebē mox
E extirpare: & qa miracula illa, ex quibus turba ad hoc credendum mouebatur, negari non poterant, quia prę sentibus omnibus facta erant, voluerunt ea dæmoni ascribere, dicentes, hic non eijcit dæmones, nisi in Beelzebub, idest propter ista quæ videtis non credatis eum esse Messiam, quia non facit ista in virtute Dei, sed in potestate dæmonum. Ita etiam dolebant sacerdotes, & Pharisęi quando viderunt pueros clamātes Osanna filio Dauid, & dixerūt, audis quid isti dicunt? infra 21. idest quare non increpas istos qui te vocant filium Dauid? Christus autem potius approbauit dictum illorum, & non solum, quādo dicebatur de eo, quòd erat Messias, sed etiam quandocunque aliqua magna laus dicebatur de eo propter miracula, Pharisęi dicebant, quòd faciebat illa in virtute dæmonum.

A vt patet supra 9. quādo eiecto dæmone, & sanato muto, dixerunt turbæ, nunquam sic apparuit in Israel, dixerunt Pharisæi, in principe dæmoniorum eijcit dæmonia.

Considerandum pro hoc, quòd Pharisęi duo mala de Christo dicebant, s. quòd ipse dæmonem haberet habitantem in eo corporaliter, sicut in alijs arreptitijs, & quòd opera Christi erant in virtute dæmonū. De primo patet, quia dicitur Mar. 3. Scribæ dicebant, quoniam Beelzebub habet, idest dæmonem habet in corpore. De secundo patet, quia dicitur ibi, & quia in principe dæmonum eijcit dæmonia. & hoc secundū magis innuitur hic, & ita intelligebant, vel se intelligere innuebant, quòd Christus nihil facere posset, sed
B habebat aliquem dæmonem familiarem sibi, qui hęc omnia faceret. Dicebatur tamen ipse eijcere dæmonia inquantum eo loquente, eijciebantur per illum dæmonem qui erat familiaris. dixerunt autem, quòd faciebat hoc in principe dæmoniorum, eo quòd non posset aliquis dæmon cęteros eijcere de corpore, nisi potentior illis esset. principem ergo illum posuerūt, & istum vocauerunt Beelzebub propter causam quę infra dicetur.

Iesus autem sciens cogitationes eorum dixit eis: Omne regnum diuisum contra se de-
C solabitur, & omnis ciuitas, vel domus diuisa contra se non stabit. Et si Sathanas Sathanam eijcit, aduersus se diuisus est, quomodo ergo stabit regnum eius? Et si ego in Beelzebub eijcio dęmones, filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erūt. Si autem ego in spiritu Dei eijcio dæmones, igitur peuenit in vos regnum Dei. Aut quomodo potest quisquā intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem?
D Et tunc domum illius diripiet. Qui non est mecum contra me est, & qui non congregat mecum, spargit. 25. quęst. 2. capit. si ea.

Iesus autem sciens. Hic ponitur calumnię confutatio, s. quòd Christus ostendit falsum esse, & non habere aliquem colorem id, quod dicebant. Et ostendit primo, quòd non poterant miracula quæ faciebat attribui spiritui maligno. Secundo ostendit, quòd oportebat ea attribui spiritui diuino ibi. *Aut facite arborem.* Prima in duas, quia primo ostendit, quod dictum est per rationem, Secundo dicit istorum calumniantiū
E damnationem ibi. *Ideo dico vobis.* Prima in quatuor secundum, q̃ facit quatuor rationes ad probandum, quod dixit, quæ in litera apparent. & dicitur, Calumniæ cōfutatio.

Iesus autem sciens cogitationes eorum. Scilicet Pharisęorum qui dixerant in Beelzebub eijcit dęmonia, dixit eis, idest Pharisęis: non quidem, quòd determinate loqueretur ad eos, quia toti populo loquebatur, quia tamen ista verba propter istos solos fuerunt dicta, dicitur loqui ad eos.

Omne regnum. Ista est prima ratio in qua probat, q̃ vnus dæmon non eijcit alium de corpore, quia omne regnum quod diuisum est, pauco tempore durat, si tamen dęmon eijceret dæmonem, esset diuisum regnum dæmonum, & sic iam periret, tamen non perit, ergo non est diuisum, & dicitur.

Omne regnum contra se diuisum. Idest cuius habitatores inui-

inuicem pugnant, quia regnum non dicitur esse ipsa regio, sed potius vniuersitas hominum habitantium in regione. *Desolabitur*. Et peribit, s. non manentibus habitatoribus, in regione.

Et omnis ciuitas. Christus inducit exemplum de omni communitate, quia in omni communitate multi sunt per quorum concordiam manet communitas: cum autem ceperit discordare, & pars insurgere in partem, peribit quelibet communitas, & quia maxima, & potentior communitas est regnum, illam dixit perire per discordiam. deinde de ciuitate quæ minor est idem subdit. Sic dicit Chrys. nihil enim est in terra regno potentius, sed tamen per altercationem perit. quid autem dicendum est de ciuitate, vel de domo, si regnum, siue magnum, siue paruum fuerit cõtra seipsum pugnans perit?

Vel domus diuisa contra se. Domus accipitur pro habitatoribus, & non pro ædificijs, quę etiam tanto citius peribit, quanto bellum domesticũ omnibus bellis grauius est, quia nulla efficacior est pestis ad nocẽdum quam familiaris inimicus, vt dicit Boetius, de Conso. lib. 3. Prosa 7.

Et si Sathanas Sathanam eijcit. Idest si vnus dęmon eijcit alterum de corpore. *Aduersus se diuisus est*. Idest Sathanas est diuisus in se, & accipitur Sathanas pro omni vniuersitate dæmonum, quæ in se diuiditur, si vnus dęmon alium eijcit.

Quomodo ergo stabit regnum eius. Quasi dicat, non poterit manere, & tamen manet, ideo non eijcit dęmõ dęmonem. *Et si ego*. Ista est secunda ratio ad formandum, idest probandum, s. filij vestri, idest Apostoli, vel exorzistæ, eijciunt dæmonia, sicut ego. & tamen non dicitis de illis, quòd eijciant ea in potestate dęmonum, sed in virtute Dei, ergo non debetis dicere, q̃ ego in potestate dęmonum eijciam dæmonia, quasi dicat, manifeste apparet, quòd non loquimini secundum rationem, sed ex inuidia, quia si vnus eiicit dæmonia in virtute Dei, de cęteris qui ea eijciunt idem credi potest: nec est tenendum contrarium quousq; appareret, & non obstabat per aliquam rationem, vel signum, quòd Christus in virtute dæmonum eiiceret dæmonia, ergo iniuste dicebatur, quòd sicilla eiiceret, cum potius præsumendum esset, quòd in virtute Dei eiiciebat quousque constaret. Vnde dicitur.

Et si ego in Beelzebub. In potestate Beelzebub.

Eijcio dæmones, Idest creditis, quòd sic eiiciam dæmones.

Filij vestri in quo eijciunt. Idest in cuius potestate? quasi dicat, etiam in potestate dæmonum ea eijcient, & tamen vos hoc non creditis, ergo nec ego dicendus sum eijcere dæmonia in virtute dęmonum. filij autẽ Iudæorum dicuntur exorzistæ, vel Apostoli, quia vtriq̃ dęmonia eijciebant. *Si autem ego in spiritu eijcio dæmones*. In spiritu, s. Dei. sed dicitur Lucæ 11. si in digito Dei eijcio dæmonia. & idem est, quia digitus Dei dicitur potestas eius, eo quòd digitus est organũ operatiuum, & est modus loquendi scripturę. sic dixerunt magi Pharaonis, quando non potuerunt facere ciniphes, digitus Dei est hic, idest potestas Dei impedit nos Exo. octauo. quasi dicat, sicut potuimus facere maiora, idest sanguinem, & ranas, potuissemus facere minora, sed digitus, i. ptãs Dei nos impedit.

Igitur peruenit in vos regnum Dei. Scilicet si creditis, q̃ ego in virtute Dei eijcio dęmones, sequitur q̃ regnũ Dei venit in vos, idest quòd iam Messias venit, qui dicitur habere regnum Dei, quia regnum aliorum hominum, vt communiter iniquum est: Messias autẽ futurus erat iustus super omnes homines, ideo regnũ suum esset regnũ Dei, & regnum iustum. nã Esa. 11. dicitur, quòd ipse non iudicaret, secundùm auditum aurium sicut cęteri homines, sed iudicabit pauperes in iustitia. Etiam vocatur regnum Dei, quia à Deo præmissum, & prænunciatum fuerat illud regnum esse futurum: Ierem. 23. suscitabo Dauid germen iustum; idest suscitabo Messiam de germine Dauid, & regnabit rex, idest & erit rex & regnabit, & Zacha. 9. dicitur: exulta filia Sion, ecce rex tuus venit, & intelligitur de rege Messia, vt Matthæus inducit infra 21.

Aut quomodo potest quisquam. Ista est tertia ratio in qua ostendit se esse potentiorem diabolo, & quòd eum alligauerit, quia non potest aliquis intrare in domum viri fortis, & tollere omnia, quæ possidet, nisi prius alliget fortem, & tunc poterit omnia secure tollere, & tamen ego aufero dæmoni vasa: ergo iam alligaui eum. in ista ratione ponit Christus solam maiorẽ propositionem subintelligens minorem, & conclusionem. Et dicitur quòd nõ potest quisquam intrare in domum fortis, scilicet secure. Vel debet referri ad totum, quod sequitur, scilicet intrare, & tollere vasa, nisi prius alligauerit fortem re forti, cum præsupponatur fortem manere in custodiã domus suæ; & tamen tollere, quæ possidet non potest nisi alligauerit eum, quia impediet ipsum tollere illa, sic dicitur Luc. 11. dum fortis armatus custodit atrium suũ, in pace sunt ea, quæ possidet, idest nemo potest sibi illa tollere, si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet. sed vincere est alligare, quod magis patet Marc. 3. scilicet nemo potest vasa fortis ingressus in domum diripere nisi prius fortem alliget, & sic præsupponitur, quòd prius domum ingreditur, quam fortem alliget.

Et vasa eius diripere. Omnia quæ possidentur vocantur vasa, est modus loquendi Iudaicus, vnde organa vocantur musica vasa Psalmi, vt patet Psalm. 70. confitebor tibi in vasis Psalmi, & arma vocantur vasa belli, vel vasa interfectionis, & ita de cęteris rebus possessis. Et possunt accipi hic vasa pro armis, & ita de cęteris rebus possessis, quia Luc. 11. dicitur vniuersa arma eius auferet. *Nisi prius alligauerit fortem*. Scilicet ne impediat eum tollere quæ vult. *Et tunc*. Scilicet postquam alligauerit fortem. *Domum illius diripiet*. Idest poterit diripere nemine impediente. *Qui non est mecum*. Ista est quarta ratio ad probandum, quòd Christus non agit in virtute dęmonis, & est sensus, quòd quomodocũque aliquis agit in virtute alicuius, oportet, q̃ sit similitudo aliqua inter illos, maxime quando vtrunque est agens per rationem, quia nollet vnũ concordare alteri, nisi sit inter eos similitudo aliqua, & tamen inter Christum, & dæmonem similitudo nulla erat, sed potius dissimilitudo, eo quòd Christus subtrahebat homines dæmoni: nam dæmon homines in malum inducit, Christus vero à vitijs retrahebat, ideo non agebat in virtute dæmonis, & sic dicit. *Qui non est mecum*. Idest concordando mecum in verbo, & facto, & voluntate. *Contra me est*. Idest aduersarius meus, & ita est de dæmone, quia non concordat mihi in factis, & multo minus in voluntate faciendi, quia & si interdum bonum agat, vel agi suadeat, semper tamen propter malum finem agit, ideo agere nõ possum in virtute illius. *Et qui non congregat mecum spargit*. Scilicet ego venio homines ad congregandum in vnitatem fidei, in vnitatem morum, per vnitatem legis, quam toti orbi dedit infra 28. vt per hoc congreget eos in vnam veram beatitudinem, siquis autẽ est qui opere & voluntate inquantum potest non conatur ad hoc, spargit, idest diuidit ea quæ coniungenda erant, & ille contra me est, & ita erat dæmon qui homines à fide & lege detrahere nititur: non ergo concordabat Christus dæmoni ad hoc, quòd verisimile esset, posse agere in virtute illius.

Quo-

Quomodo prima ratio Christi concludat. Et quæ sit vis eius argumenti. Et quomodo princeps mundi a Christo eiectus est foras. Et dæmones nihil propter hominem agunt cum quo familiaritatem habent: cum neminem diligant, nec seipsos.

Quæst. LVI.

QVAERETVR, circa primam rationem Christi quomodo concludit,

Aliqui dicunt, s. glo. Christus necessaria complexione, idest argumento coniunxit: vel enim Christus in virtute Dei dæmones eijcit, vel in principe dęmoniorum. si in virtute Dei, frustra calumniatur. si in principe dæmoniorum, regnum eius diuisum est, nec stabit, & ideo a regno eius recedant, quod innuit sibi eos elegisse dum in se non credunt. Vel si sic diuisus est, imbecillior est, & perit.

Sed dicendum, quòd istorum ratio est conclusio Christi, s. quòd recederẽt a regno dęmonis, quia per hoc Christus innueret Iudæos credere se esse in regno dæmonis, quod tamen non confitebantur, sed potius ipsi in detestationem Christi dicebant eum esse amicum, & familiarem dęmonibus, & in virtute illorum hoc agere. maxime quia si illa esset conclusio a Christo intenta exprimeret eam, sed non exprimit, sed potius concludit, quomodo ergo stabit regnum eius? Alia conclusio, scilicet, quòd est dæmon imbecillior factus, & perit, aliquo modo consonat verbis Christi, & tamen si plus non aperiat, non videtur aliquid esse probatum.

Alij dicunt, vt Chrys. quòd si dęmon eijcit dęmonem diuisus est, & perit. si autem perit, non potest alium proijcere.

Sed hoc non multũ stat, quia Christus non innuit, quòd dęmon pereat, etiam si diuidatur Sathanas, sed quòd pereat regnum eius: nã etiam si dæmones semper pugnarent, nunquam perirent, quia sunt puri spiritus, & ideo sunt immortales, sed regnum eorum perit, quod consistit in quadam ordinata, & imperturbata habitudine ipsorum, & ideo durare non potest, quòd vnus dęmon pugnet cum alio. & tamen si pugnent regnum eorum, quod habent super homines peribit.

Aliqui dicũt, vt Hilarius, quòd si dęmones coacti sunt ad diuisionem suam per Christũ, potentior erat ipse illis quos diuidere potuit. Sed istud magis conueniret tertiæ rationi Christi, s. quòd non potest quis intrare in domum fortis, & diripere spolia eius, nisi alligauerit fortem, potius quam isti primę, quia in isto nõ fit comparatio Christi ad dæmones, sed dæmonũ inter se, s. quomodo possit durare regnum dęmonũ, data ista discordia inter eos. Item patet, & fortius, qa Iudæi non presupponebant, q̃ Christus cogeret dęmones ad diuisionem, ita quòd cogeret principem dæmonum ad hoc, quòd eijceret dæmones alios de corpore, quia tunc dicerent eum esse maiorem dæmonibus, quod non poterat esse, nisi ipse esset Deus, vel in Dei virtute operaretur. & idẽ erat, quod Christus per seipsum dęmones de corporibus eijceret, vel quòd cogeret dęmonem principem aliorum ad eijciendum eos, quia certum est, q̃ Deus vtitur sępe mysterio dęmonum ad multa, sicut fuit in plagis Aegypti. Psalm. 77. misit in eos iram indignationis suæ, immissiones per Angelos malos, idest per dęmones, q̃ dicuntur Angeli mali, vel spiritus mali primo Reg. 16. & 18. Iudęi tamen volebant, quòd Christus non ageret ista in potestate Dei, sed dęmonum, cum per hoc vellent ostendere eum non esse Messiam. ergo necesse est, q̃ intelligerent, q̃ ipse non cogebat principem dęmonum ad aliquid agendum, sed q̃ agebat in virtute illius, s. quia habebat eum sibi familiarem, vtpote quia colebat eum, & sic ille, vt placeret Christo eijciebat alios dęmones. & ita dixerunt, q̃ ipse Iesus possidebatur a dęmone. Mar. 3. s. dixerunt scribæ Beelzebub habet, idest dęmonem habet qui arripit eum. minorem ergo ponebant Christum quam dęmonem, & ideo non presupponebant Iudęi, q̃ Christus diuiserit dæmones, vel diuidere potuerit, ad hoc, q̃ procedat argumentum Hilarij. Alij dicunt, vt Nicolaus, q̃ si Iesus per dæmonem eijciebat alios, sequitur q̃ diuisio esset inter eos, & sic non posset diu stare potestas diaboli, & ex hoc sequit aduentus Christi per quem potestas dęmonis erat auferenda.

Sed hoc non stat, nam licet dęmones inter se pugnarent, non sequitur ex hoc, q̃ Christus venturus esset, sed solum sequitur, q̃ regnum dęmonum, nõ poterat manere, quia ipsum se destrueret. Item cum dicit, q̃ per Christum potestas dæmonum auferenda erat, licet sit verum, non cõuenit proposito suo, quia si dęmones inter se pugnant, illi destruent regnũ suũ, & non oportet, q̃ aliquis auferat eis potestatem, quia ipsa per se cessabit, immo stare non poterit. Item & fortius cum dicit, q̃ ex hoc sequatur. eum certo tpe venturum, vel solum, q̃ aliqñ veniet. Si enim inferat, q̃ aliqñ veniet, hoc superuacuum erat, quia hoc ex lege, & propheris constabat: Christum, s. esse venturũ, & omnes Iudęi illum expectabant. Si autem dicatur, q̃ certo tpe venturus erat, nihil sequitur, quia cũ fuisset pugna dęmonum, semper ex quo dęmones eijciebantur de corporibus, non videretur, q̃ potius nunc Christus veniret, quam q̃ venisset per sexcentos annos ante hoc, cũ semper fuissent inter Iudęos aliqui exorzistę qui dęmones eijciebant. Item quia dato casu Iudęorum, non sequebatur Christum venisse, quia ipsi innuebant, q̃ dęmones eijciebantur per principẽ dęmonum volentem complacere Christo. ita ergo posset illę princeps volẽs complacere alicui alteri homini excludere dęmones de corporibus, & sic non sequeretur Christum venisse, sed Christus vult, q̃ dęmon non pugnet cõtra dęmonem propter aliquem hominem. Aliter ergo dicendum, q̃ Christus ostendit, q̃ dęmon non eijcit dęmonem, quia si eijceret diuisus esset dęmonum exercitus, & ideo cessaret regnum dęmonum. & supplendum est, q̃ tamen istud regnum non cessabat, quia adhuc dęmones regnabant super homines, ergo non pugnabant inter se, & sic facit argumentum cuius solam maiorem exprimunt, s. si dęmones inter se pugnant diuisum est regnum eorum, & non potest stare diu, & tñ semper manet, ergo non pugnant dęmones inter se. maior patet, quia regnum dęmonum est super homines, & est in hoc duplex habitudo. Vna est dęmonum inter se respectu sui principis, secundum quẽ ordinati manent, & in pace, vt sic fortiores sint ad nocendum hominibus existente virtute vnita, alia est habitudo ipsorum ad homines quibus presunt, s. vt noceat eis quãtum possunt. & prima habitudo est propter secundã, & sublata illa auferetur secunda. Et hoc Christus dicit, s. q̃ si sathanas diuisus est, regnum eius non stat, s. neutro modo, Non enim primo modo, quia diuisio eorum, & pugna repugnat formaliter illi ordinationi, & habitudini ſm quam vniuersitas dęmonum est aliquid vnum, & potest dici communitas regnatiua. Tollitur etiam secundo modo, quia dęmones concordes existentes nocere possunt hominibus, nisi per superiorem virtutem arceantur, nihilominus inferũt nocumenta aliqua, quę inferri permittuntur, & quãtum ad hoc dicuntur regnare super homines. Et dr̃ dęmon princeps mundi. Ioan. 14. venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam, idest dęmon

mon qui est princeps mundi nihil habet in Christo; F
& in nullo concordat cum eo. Vel nihil habet in eo,
idest nullam potestatem, licet sit princeps mundi. &
Ioan.12.dicitur princeps huius mundi eijcietur foras
idest dęmon priuabitur potestate quam exercebat su
per mundum, idest super homines, & quantum ad
hoc eijcietur foras.non quidem foras, idest de rerum
vniuersitate, sed foras, idest extra potestatem quam
exercebat. minor, s. ꝙ regnum dęmonum maneret
patet, quia dæmones adhuc nocebant hominibus tẽ
pore Christi cum essent multi arreptitij qui a dęmo
nibus possidebantur, & alia nocumenta inferebant.
& hoc est regnare eos super homines, quia nihil de
hominibus quęrunt,nisi illis nocere. non possent ta- G
men si inter se pugnarent, quia satis esset cuilibet dæ
moni pugnare contra alterum, vel se defendere ab
eo, & sic nemo posset eorum homines infestare. vn-
de bellum dæmonum esset summa pax hominum.
& tamen non erat pax hominibus tempore Christi,
nec vnquam fuerat quantum ad infestationes dęmo
num. ergo dæmones nunquam inter se pugnauerãt.
illa enim die qua pugnare incępissent,cessasset regnũ
illorum.sic dicit Hieronymus, si sathanas pugnat cõ
tra se,& dęmon inimicus est dęmoni, deberet iã mũ
di venire consummatio. nec haberent in eo locum
aduersarię potestates,quarum inter se bellum pax ho
minis est.Et istud apertius dicit Marcus quam cęteri, H
s.si sathanas consurrexerit in semetipsum dispartitus
est,& non poterit stare,sed finem habet, idest iam re-
gnum est finitum. sed non est finitum. hanc minorẽ
Christus probare non curauit, quia nota erat Iudæis,
s.ꝙ dæmones adhuc dominarentur hominibus,cum
essent tunc plurimi arreptitij, & sic apparet,ꝙ dęmõ
non pugnat contra dæmonem, nec eijcit eum, & ꝙ-
uenienter Christus non poterat in virtute dæmonis
eijcere dęmonia,sed vel nulla eijceret,vel oportebat,
ꝙ in virtute Dei illa eijceret, sic dicitur Lucę 11. si sa-
thanas in seipsum diuisus est quomodo stabit regnũ
ipsius,quia dicitis in Beelzebub eijcere me dęmonia,
quasi dicat, non bene dicitis,quia tunc non stabit re-
gnum sathanæ, & tamen stat. I

Sed dicetur,ꝙ adhuc ista ratio Christi non conclu-
dit,quia poterat esse, ꝙ dęmones non pugnarent inter
se, & ꝙ Christus eijceret dęmonia in Beelzebub,
& hoc, ꝙ dæmones non eijcerentur inuiti de corpo-
ribus,sed sponte recederent,& tñ putarentur eijci, &
sic maneret regnum dęmonum,& tñ Christus eijce-
ret dęmonia in virtute dęmonis.

Dicendum, quòd non stat, quia ista non esset
deiectio dęmonum, sed esset collusio eorum cum
Christo.Iudæi tñ voluerunt hoc,quia dixerunt, ꝙ ip-
se eijciebat dęmones in Beelzebub, idest per potesta-
tem illius, & etiam dixerunt eum principem dæmo-
niorum,vt per hoc innuerent,ꝙ ille tanquam fortior
cęteris poterat eos expellere de corporibus.& hoc da
to sequitur bellum, s. quia alij dæmones inuiti eijcie- K
bantur de corporibus per principem suum,& sic non
erat collusio, sed verum bellum. nã si dæmones spõ-
te de corporibus exirent, non oporteret, ꝙ Christus
ageret in virtute principis dęmonum, nec haberet fa-
miliaritatem cum vno solo dęmone,sed cum tota dę
monum vniuersitate, & cum quolibet eorum per se,
ad hoc,ꝙ ꝑꝑ eum quilibet dęmon exire vellet de cor
pore,quod possideret; Iudæi tñ attribuerunt Christo
vnum dæmonem, & ꝙ in virtute illius solius ageret,
ergo bellũ dabant inter dęmones.& ita miseri Phari-
sæi calumniari volebant. Sed nesciebant,quia melius
dixissent, ꝙ Iesus erat cultor oĩum dęmonum, & ꝑꝑ
ipsum de corporibus exibant,non inuiti,sed ei place-
re volentes.istud verisimilius erat.Et tñ,nec istud stat,
Primo quia non erat satis verisimile, ꝙ vnus hõ cum
tota vniuersitate dęmonũ,& cum quolibet eorum ꝑ
se familiaritatem haberet, cum sint dæmones quasi
innumerabiles. Secundo & fortius.qa non est veris-
mile, ꝙ dæmones ꝑꝑ aliquem hoĩem vellẽt exire de
corporibus obsessorum, quia dæmones nihil agunt
ꝑꝑ hoĩem cum quo familiaritatem habent quasi eũ
diligant: neminem enim diligunt, sed totam naturã
humanã oderunt,& persequuntur, sed placent inter-
dum hoĩ, vt ei abundantius nocere possint quem sibi
per peccata subiecerunt. ꝙ ergo dæmon cessaret in-
terdum a malo inferendo ꝑꝑ aliquem hoĩem, vt ei
maius malũ inferre possit, verisimile est.ꝙ tñ a maio-
ri malo cesset,vt minus malum inferat,non est possi-
bile, cum in hoc tota dęmonis solicitudo sit. si tñ Ie-
sus esset cultor dæmonum,eum solum per hoc suum
faciebant, vt ipsum solum torquere possent. Quod
aũt ꝑꝑ illum sponte exire vellent de corporibus om-
nium obsessorum, erat cessari a maiori malo, quod
inferre poterant,quam esset malũ, qđ inferre possent
Christo ei complacendo.& sic cessarent a maiori ꝑꝑ
minus.qđ non est possibile,nisi vere ipsi Christum di
ligerent,& sic vellent ei complacere, qđ falsum est,
quia neminem vere diligit dęmon,nec etiã seipsum,
cum omnia in eo perturbata sint. Christus tñ non cu-
rauit pro ista parte arguere,sed solũ pro alia, eo ꝙ Iu-
dæi determinauerant se ad aliam dicentes, ꝙ in virtu-
te principis dæmonũ eijciebat dęmones. Sed adhuc
dicetur, ꝙ in virtute principis illius dæmones eijcie-
bantur, & non erat bellũ, quia princeps dęmonum
Christo placere volens iuberet alijs dęmonibus exire
de corporibus,& illi ꝑꝑ obedientiam exirent sine bel
lo,& tunc non esset collusio. Et etiam non oporte-
ret Christũ familiarem esse singulis dęmonibus, sed
sufficiebat ei esse familiarem principi eorum. Dicen-
dum,ꝙ non stat.Primo quia istud non esset dęmones
eijci de corporibus, sed esse obediendo superiori.&
tñ Pharisęi dicebant, ꝙ eijciebat dæmones,& sic vole
bant,ꝙ cogerentur exire, non tñ per ipsum, sed per
principem dęmonum. Si aũt dicatur, ꝙ eijciebantur
inquantum exibant inuiti: licet ad solum mandatum
superioris exirent, eo ꝙ resistere nõ poterãt, iam bel-
lum erat cũ ꝗ voluntatem eorum fieret.Secundo pa-
tet,quia non posset hoc princeps dęmonum: nam li-
cet ille in naturalibus viribus esset maior quolibet dæ
mone,non tñ erat maior omnibus simul. si ergo ipse
vellet quemlibet de corpore eijcere, omnes insurgẽ-
tes in eum ipsum compescerent.& sic non posset eij-
cere quos vellet de corporibus, nec imperando, nec
realiter expellendo. Tertio patet,quia etiam si posset
imperare non faceret,quia nollet carere hac potesta-
te nocendi omnibus hominibus,vt soli Christo com-
placeret,vt dictum est.

An Pharisęi dixerunt hæc verba,vel solum cogitauerunt. Et quòd cogitationes non cognoscuntur per aliquid exterius, sed intuendo cor. Quæst. LVII.

QVAERETVR, an Pharisęi dixerunt verba, vel so
lum cogitauerunt istud, s. in Beelzebub eijcit
dęmonia. Aliqui dicunt, ꝙ solum cogitauerunt, quia
dr hic, Iesus aũt sciens cogitationes eorũ dixit, &c.&
tñ in hoc rñdet ipse ad illud in Beelzebub eijcit dæ-
monia. Luc. 11. ergo non dixerunt, sed solum cogi-
tauerunt, Item patet,quia dicit Chrys.quia valde irra-
tionabilis erat suspitio, & multitudinem timebant,
nõ audebant ipsi publicare Christi accusationem,sed
in mente voluebant. Dicendum,ꝙ Pharisęi verbo di
xerũt istud. Quod patet, quia supra dr Pharisęi audiẽ-
tes dixerunt,hic nõ eijcit dęmones,nisi in Beelzebub
&

& Mar.3.dr,ꝙ scribę dicebant in principe dęmonum A
eijcit dæmonia. Sed aliquis dicet,ꝙ accipitur dicere
mentaliter, idest cogitare. Sed non stat,quia Luc.11.
Christus loquens plebi dixit, si Sathanas diuisus est,
qũo stabit regnum eius, quia dicitis in Beelzebub eij-
cere me dæmonia.nam si hoc non dixissent, sed solũ
cogitassent,diceret eis Christus,qũo cogitatis in Beel
zebub eijcere me dæmonia? sicut supra 9. & Mar.2.
Pharisęis cogitantibus,ꝙ blasphemaret dixit,quid co
gitatis mala in cordibus vestris? Item quia dicitur in
litera,ꝙ turbæ admirate de miraculo Christi dixerũt,
nunquid hic est filius Dauid? Pharisęi autem audien-
tes dixerunt, hic non eijcit dæmones, nisi in Beelzę-
bub,in quo apparet, ꝙ Pharisęi volebant auferre tur-
bis opinionem,ꝙ Iesus esset Messias, quasi non eijce-
ret dæmones in virtute Dei,sed dæmonum, & tamẽ B
si hoc intra se solum cogitarent, nõ prodesset ad sua-
dendum turbis, ideo oportuit,ꝙ hoc eis dicerent, vt
sic dissuaderent Iesum esse Messiam: verbo igitur di-
xerunt,& ita alias dicere soliti erant. Ad primum di-
cendum,ꝙ Iesus sciebat cogitationes eorũ, non qui-
dem, ꝙ hoc cogitassent solum, & non dixissent, sed
quia Christus non audiebat verba, sed sciebat, quod
dixerant,ideo ita iudicabat de verbis istis, sicut de co-
gitationibus, quia sicut cogitationes non cognoscũ-
tur per aliquid exterius, sed intuẽdo cor,ita Christus
cognoscebat Pharisęos, ita dixisse,licet non audierit,
quia per interiora iudicat, Aliter potest dici,& melius C
ꝙ Christus sciuit cogitationes Pharisęorum,idest qd
facere cogitabant.nam ipsi dixerant turbis,ꝙ Iesus fa
ciebat miracula ista virtute dæmonum,idest forte co
gitabant alia grauiora, s.dicere istud publice turbis,vt
sic eas a Christo distraherent, suadendo ꝙ omnia fa-
ciebat virtute dæmonum, & quia illud poterat ali-
quantulum scandalum gignere contra Christum, vo
luit ipse prędccupare omnes, ꝙ nihil agebat virtute
dęmonum,sed Dei, & si Pharisęi non cogitassent fa-
cere scandalum contra ipsum, non dixisset hæc, sed
quia sciuit cogitationes eorum, dixit hoc turbis.

Ad secundum dicendum,ꝙ Pharisęi non audebãt
publicare accusationem,nisi forte a principio. & ta- D
men stimulati inuidia publicabãt,& adhuc grauia pu-
blicare intendebant.

Quare Christus respondit ad cogitationes Pharisęorum, Quæst. LVIII.

QVAERETVR, quare Christus respondit ad co-
gitationes Pharisęorum.

Dicendum,quòd fecit hoc. Primo vt per hęc ostẽ-
deret se esse Deum qui sciebat quid ipsi cogitarent.
nam scire interiora solius Dei est.sic dicit Hiero.Phari-
sęi opera Dei principi dęmonum deputabant, qui-
bus Dominus non ad dicta sed cogitata respondit,vt
vel sic compellerentur credere potentiæ eius qui cor
dis videbat occulta.

Secundo fuit, quia Christus volebat hic ostẽdere, E
quòd non operabatur virtute dæmonum,& inter cę-
tera istud erat vnum,s.quòd eorum interiora cogno-
scebat,quod non poterat,nisi Deus, vel cui Deus re-
uelaret.sed quicquid esset istorum,non indigebat dę-
monum auxilio, quia si Christus esset purus homo,
& tamen Dei virtute interiora agnosceret hominũ,
eiusdem quoque virtute dæmones posset eijcere. nã
dæmon non poterat ei reuelare secreta cordium, cũ
dæmon non cognoscat illa, sic enim quando dixerat
paralytico remittuntur tibi peccata, cogitantibus cõ-
tra eum Pharisęis dixit, quid cogitatis mala in cordi-
bus vestris supra nono. & Marc. secundo.& per hoc
ostendit, ꝙ peccata remittere poterat,cum posset se-
creta cordium intelligere, quia vtrunque diuinæ po-
testatis erat.Tertio fuit,quia Christus, licet respondit
ad verba quę dixerant Pharisęi turbis, tamen respon-
dit propter cogitationes, quia cogitabãt Pharisęi de-
teriora facere, quos prędccupauit respondendo, ne
iam locus esset eis suadendi populo, quòd ipse in vir-
tute dæmonum eijceret dæmonia, cũ astantibus tur-
bis probauerit hoc esse impossibile.

Quare Christus redarguit dictum Pharisęorum, & quare potius nunc quam prius. Qui ex inuidia loqui arguuntur quæ non quærit quid dicat, sed solum vt dicat. Quæst. LIX.

QVAERETVR, quare Christus redarguit nunc B
dictum Pharisęorum. Et quare potius nunc q̃
prius, quia iterum dixerant, quòd eijceret dæmonia
in principe dæmonum supra 9.

Ad primum dicẽdum, quòd iustum fuit redargui
illos de hoc,quia falsum dixerant,& nisi redarguerẽ-
tur posset hoc suaderi turbis, & sic distraherentur a
Christi doctrina.ostendit hoc autem Christus esse ir-
rationabile ex quatuor probationibus quæ habentur
in litera,licet ex multis alijs idem probari posset, sed
hęc sufficiebant. Dicebant enim Christum non solũ
in virtute dæmonis eijcere dęmonia,sed etiam ipsum
a dæmone possideri Mar. tertio, scilicet Beelzebub C
habet.

Sed hoc non stat: non enim poterat cũ tanta man-
suetudine loqui, & modestia qui a dęmone posside-
tur, sed omnia per timorem agit.

Item arreptitius secreta cordium non cognoscit,
quia etiam dęmon illa ignorat, quæ tamen Christus
sciebat,& ostẽdebat.Item licet posset suspicari, quòd
dęmones inter se colluderẽt in exitu de corporibus,
tamen sanitates,& suscitationes mortuorum,& cęte-
ra miracula quæ Christus faciebat,dęmoni ascribi nõ
poterant, quia in his non erat locus collusioni. nec
etiam Iudæi dixerunt vnquam, quòd faceret omnia
miracula in virtute dæmonum, sed solum eijcere dæ-
monia.vnde tam hic quam supra 9.dixerunt,quòd in
Beelzebub eijciebat dæmonia, de cęteris miraculis
nil dicentes, quasi non esset verisimile, quòd illa pos-
set facere opere dęmonum, & tũc irrationabiliter lo-
quebantur,quia si oportebat cõcedi Christum in vir-
tute Dei agere ea quæ maiora erant, cur ea quę mi-
nora erant,& etiam virtute Dei fieri poterant,dęmo-
ni ascribebant, non cogente aliqua causa ad hoc? sic
dicit Hiero.& Chrys.& tamen,quia ex inuidia loque-
bantur, non considerabant quid dicerent, quia inui-
dia non quęrit quid dicat,sed solum, vt dicat,idest vt
habeat aliquid ad dicendum qualecũque illud sit, &
sic etiam in hoc errauerũt dicentes, ꝙ Christus eijce-
ret dæmonia in Beelzebub, quia verisimilius dixis-
sent,ꝙ dęmonia non eijciebantur, sed omnia sponte
exibant, & sic euaderent multa argumenta Christi,
vt dictum est supra quæst.55.quia tamen quicquid di
cerent, vt falsum dicturi erant, semper locus erat re-
dargutioni ipsorum, quia Christus inueniret contra
eos alias probationes,si aliter sibi calumniarentur.

Ad secundum dicendum, ꝙ Christus non increpa-
uit Pharisęos prima vice supra 9. & eo, ꝙ voluit eis
concedere tempus, vt ex miraculis ipsius addiscerẽt,
ꝙ non in Beelzebub, sed in virtute Dei dęmonia eij-
ciebat, quia non fuerunt emendati eandem blasphe-
miam rursus dicentes increpuit eos. Sic dicit Chrys.
s. superius de hoc Christum accusauerant, ꝙ in Beel-
zebub eijceret dęmonia, sed tunc quidem eos nõ in-
crepauit concedens eis a pluribus signis cognoscere
eius virtutem, sed quia permanebant eadem dicen-
tes,

tes,iam increpat eos. Secundo fuit, quia forte murmuratio Pharisęorum fuit tunc minor, & non nitebantur hoc suadere plebi, nunc vero magis blasphemabant, & cogitabant ex hoc suadere populo, vt a Christo recederent, ideo ipse videns cogitationes eorum, vt dicitur in litera dixit redarguendo eos, & tamen tenuit Christus magnam modestiam in redargutione,quia licet sciret eos qui hęc dixerant, nec illos expressit ex nomine,nec specialiter contra eos locutus est,sed toti plebi hęc dixit,innuens ꝙ non dicebat quasi iustificans se,sed argutores redarguens, sed ne eorum praua colloquia bonam fidem plebis corumperent, ostendere voluit falsa esse quæ dixerant, ne plebs decepta illis assentiret. Sic dicit Chrys.ſ.ipse autem accusationem in respondendo non ponit,nec diuulgat eorum nequitiam, solutionem autem indu G cit.studium enim eius erat prodesse peccantibus, & non publicare.

An inter dæmones sit aliquis ordo principatus. Et quomodo dæmon licet vinci possit fatigari tamen non potest.Nec eius voluntas aliquo iure potest regi. Quomodo vero inter dæmones sit principatus. Et quomodo habent regnum suum super homines. Et quare non sit ordo in damnatis.

Quæst. LX.

QVAERETVR, quia dixerũt Pharisęi, ꝙ Christus in principe dæmonum eijciebat dæmonia. an sit inter dęmones aliquis ordo principatus.

Aliqui dicunt,ꝙ non,quia dicitur Iob.10. ꝙ in terra miserię,& tenebrarum nullus ordo est, sed sempiternus horror.dęmones tamen in terra illa sunt.Item H vbi est ordo prelationis, est aliqua concordia, sicut Christus dixit in litera regnum in se diuisum desolabitur,vel non stabit,sed dęmones semper sunt discordes,quia omnes sunt superbi, & inter superbos semper sunt iurgia Prou.13. ergo nec est in eis ordo principatus.Item qui nõ vult superiori subijci,nollet subesse minori, sed Deo qui supernus est nullus dæmonũ vult esse subiectus, nisi quia cognũt, ergo nullus eorum vellet alteri subesse.Item si esset ordo prelationis inter dæmones,aut esset a natura,aut per violẽtiã, aut ex electione. Non primum, quia omnia naturalia manent semper in re quandiu ipsa est, & tñ ordo I non manebit in dęmonibus post iudicium, quia tũc euacuabitur omnis principatus, & potestas 1.Cor.15. Non etiam secundum,quia si violenter vnus dæmon alium subijcere vellet,etiam si minor esset,nunquam consentiret subiectioni. nam licet vinci potest,fatigari tamen non potest,quia est purus spiritus,ideo voluntas eius semper resisteret, licet viribus superioris ad aliquid cogeretur.ordo tamen requirit concordiam, quæ stare non potest,quandiu voluntas minorum repugnat maioribus, ideo impossibile erat constitui ordinem principatus per violentiam inter dæmones. Non etiam tertium, quia quilibet dęmon cum sit superbus potius vult prędesse omnibus, quã subesse cuiquam, ideo non erit ordo inter eos per electionem. K Item ordo prelationis semper est secũdum aliquam regulam iuris, quia ablata iustitia impossibile est manere aliquam communicationem, vt dicitur 8.Ethi. sed voluntas dæmonum nullo iure regi potest, quia est omnino damnata, ergo non est ordo aliquis inter dæmones.

Item si esset ordo inter eos, maiores prędessent minoribus,quod iniustum videtur, quia illi grauius peccauerunt, inquantum perfectiora naturalia susceperunt per quæ stare poterant, & nõ steterunt,& sic deberent grauius puniri. si tamen prędessent,daretur eis magis de bono quam eis qui minus peccauerunt, cũ dæmon prędest tanquam bonum iudicet, quia superbus est, ergo non erit inter eos ordo.

Item si inter dæmones esset aliquis ordo prelationis,esset pariter in damnatis, quia vtrorumque est eadem damnatio, & tñ non potest esse prelatio aliqua inter dãnatos: ergo nec inter dęmones erit prelatio. Dicendum,ꝙ nunc inter dæmones ordo principatus est,quia est regnum inter eos,sicut Christus dixit hic, & Luc. 11. de sathana regnum eius quomodo stabit, & tamen regnum dicit excellentissimum principatum consistentem in quadam coordinatione prędentium, & subiectorum ad vnum finem beatitudinis politicę: ergo si inter dæmones regnum est, magnus ordo principatus est.

Item patet,quia infra 25. dicitur damnatis,ite cum diabolo, & angelis eius, & sic ponitur vnus diabolus tãquam princeps,& cęteri vocantur angeli eius,idest ministri sui, & sic Apo.12. de dracone & angelis eius pugnantibus contra Michaelem, & angelos eius, & ibi draco ponitur princeps omnium dæmonum.

Item patet,quia Iob 41.dicitur de Leuiathan,quòd ipse est rex super omnes filios superbiæ, dæmones tamen sunt filij superbiæ,idest valde superbi:regem ergo habent super se qui dicitur Leuiathan: est ergo principatus ordo.

Item patet, quia sic Iudæi asserebant dicentes, in principe dæmoniorum, dæmonia eijcit, vt patet hic & supra nono. habent ergo dæmones principatus,& ordinem.

Pro quo considerandum,quòd esse in dęmonibus ordinem prelationis, conuenit ex parte naturæ suæ, & ex parte diuinæ sapientię, & etiam iniquitatis proprię. De primo patet,quia naturaliter ea quę sunt excellentiora, principantur minoribus, influendo in ea & communicando illis virtutem, & deducendo in finem ipsorum, vt patet in ordine naturali causarum, & causatorum, à fortiori autem est hoc in habentibus rationem, quia hoc conuenit eis, ſ. consideratio finis, & velle peruenire ad illum finẽ, & quia ad hoc res non possunt peruenire sine quodam ordine, facilius,& perfectius in eis ordo inuenitur. Et quia dæmones non fuerunt creati ęquales in naturalibus, nec ẽt in gratuitis si aliqua susceperunt,cum differant speciẽ I inter se, erunt quidam naturaliter potentes prędesse alijs,idest habentes à natura abundantiorem perfectionem, per quam subijcere possint sibi habentes minorem perfectionem naturalem, sicut homo naturaliter prędest pecoribus, qa hẽt talia naturalia ꝑꝑ quę bonũ est ẽt ipsis pecoribus subijci hoĩ, vt dicitur 1.Polit. c.3. de seruitute naturali, & etiã homo potest per sua naturalia subijcere sibi pecora renitentia. De sapientia Dei etiam apparet, quia oĩa quę sunt à Deo,ordinata sunt, ad Rom.13.potestas tñ collata dęmonibus ad nocẽdum hoĩbus à Deo est,ideo oportet,ꝙ sit aliquis ordo in ea, idest vt distinguatur per gradus prælationis. Patet ẽt ex iniquitate eorum: ipsi enim quia mali sunt,& hostes hominum,volunt inter se concordare vt magis hominibus nocere possint:nã si nullus ordo esset inter dęmones parum nocere possent, si aũt non solum non esset ordo, sed etiam esset bellũ, nihil nocerent hominibus, quia bellum eorum esset sũma pax hoĩbus, vt dicit Hier. & qa valde dęmones inuident hoĩbus, & cupiunt nocere eis,volunt tenere illum modũ quo magis eis nocere possint,iste aũt est si oẽs concordent in vnum finẽ ad quẽ peruenire nõ possunt, nisi per quendam ordinem inter se obseruatum, ideo dęmones inter se valde ordinati sunt, quia istũ ordinẽ valde elegerunt sibi, teneret tñ in eo naturę viã,quia ille qui est naturaliter oĩbus maior, prędest oĩbus in hoc ordine, & sic subsequẽter distinguũtur

cęteri

cęteri per principantes, & subiectos, secũdum quòd A sunt maiores,vel minores, quousque peruenia tur ad minimos dæmones qui nulli præsunt, sed omnibus subditi sunt. qui autem principantur sunt viribus, & ingenio maiores: non tamen assumũtur in principes propter virium excellentiam, quia minimus dæmonum fortassis sufficeret ad inferendũ tanta nocumẽta, quanta omnibus hominibus inferunt si permitteretur a Deo agere libere iuxta vires suas.sed non permittitur quisquã eorum plus agere quam Deus velit. assumuntur ergo in principes ꝑꝑ excellentiam ingenij,quia qui maiori ingenio pollẽt, plures fraudes inuenire sciunt ad tentandum homines quam alij.nam quidam dęmones cõparati ad alios insipientes sunt, non illis subijciuntur,vt iuxta illorum sententiam ten B tationes hominibus fiant,vt sic efficaciores sint. Dicunt etiam quidam minores a maioribus puniri, qũ iuxta formam ab eis traditam non pręualuerint in tẽtatione hominum,quia forte non satis caute egerũt. Et hoc non est inconueniens, quia qui principantur, sicut ingenio maiores sunt,ita & viribus, vnde violẽter possunt torquere minores,nec illi poterunt eis resistere, sicut dęmon animas torquet.nec tamen propter hoc minores dęmones a maioribus puniti recedere nollent ab obedientia eorum, quia si recederent turbãdo ordinem,periret principatus eorum super homines. tanta autem eis nocendi cupido hominibus inest, ꝙ potius volunt ab alterutro mala pati, q̃ C perdere principatum quem super homines gerunt. Ista autem coordinatio dæmonum vocatur regnum ipsorum, vel regnum Sathanæ, & istud semper stat, eo quòd dęmones propter causam dictam, semper sibi concordant.habent autem dæmones regnum super homines,quia dęmon dicitur princeps huius mũdi.Ioan.12.princeps huius mundi, idest dæmon eijcitur foras,idest extra potestatẽ, & Ioan.14.venit princeps huius mundi, idest dęmon, & in me non habet quicquam,idest nullam potestatem.non tamen constat istud regnum ex dęmonibus, & hominibus tanquam ex principante, & subiecto, quia istud est inter eos qui concordãt ad aliquem vnum finem,& est inter eos ordo,& tamen homines non concordant dæ D monibus,sed violenter opprimuntur ab eis, vel seducuntur tentando,ideo non resultat aliqua communitas,vel communicatio ex hominibus,& dęmonibus: regnum dęmonum,quod est inter ipsos dęmones ordinata habitudo principãtium,& subiectorum,prędest hominibus nocendo illis, inquantum Deus illud regnum prędesse permittit.& ita Christus dixit. si Sathanas in se diuisus est,regnum eius non stabit,ſ.super homines. nam de regno in seipso non oportebat arguere,quia si diuiditur non est regnum, cum non consistat ratio regni, nisi in habitudine ordinata principãtium, & subiectorum. Etiam patet,quia Christus loquebatur Iudęis de eo,quod ipsis notum esse poterat, E ordo autem dęmonum inter seipsos non potest cognosci a nobis, nisi per exteriora, ſ.inquantum valde nocent nobis.quod fieri nõ posset,nisi omnes in hoc concordes essent. scimus ergo eos esse concordes,& sic regnum illorũ stat super nos de quo Christus loquebatur.Ad primum dicendum,ꝙ inter dæmones, & damnatos nullus est ordo, ſ. beatitudinis, est tñ ordo potestatis.ordo namque in rebus non est,nisi propter aliquem finem quem sic ordinatę consequuntur,& aliàs non consequerentur. & quia finis simpliciter est beatitudo cum sit summum bonum,tunc solum dicitur natura rationalis ordinata,qñ in beatitudinem peruenire potest.quicquid autem ab hoc distrahit, inordinationem causat. qui ergo non possunt in beatitudinem peruenire,ordinem non habent, ita est de dæmonibus, & damnatis,quos beatificari iam impossibile est.est tamen ordo potestatis in dęmonibus, qui potius a Deo quam ab eis est,inquantum ipse cõtulit eis illa naturalia a quibus ordo ipsorum accipit, & etiam, quia ipse vult,ꝙ ad ministerium, quod eis concedit,ſ.exercendi bonos,& torquendi malos,ordinati sint.

Ad secundum dicendum, ꝙ dęmones quantum est ex seipsis nunquam concordarent,nec vellent subijci alicui, sed potius quilibet prędesse vellet omnibus,& tamen,quia non possent hominibus nocere efficaciter,quod nimis desiderant, nisi ordinati essent, volunt pati hanc seruitutem, vt super homines exerceant principatum.si tñ dęmonibus auferretur potestas nocendi hominibus, non haberent inter se ordi- B nem, quia iam nemo vellet alteri subijci, nec inter se vnquam concordarent. Ad tertium dicendum,ꝙ dæmones nolunt subijci Deo, & tñ volunt subijci in alterutrum eo,ꝙ non eligunt subijci absolute, sed propter finem nocendi hominibus, & quia per subiectionem ad Deum nocere non possent, sed prodesse, cũ Deus nihil ad malum ordinet,refugiunt Deo subijci, sed non recusant subijci in alterutrum, cum ex hoc potentiores ad nocendum hominibus efficiantur, si tamen ordinem absolute vellent, potius quilibet dæmon eligeret Deo subijci quam alteri dęmoni.

Quidã dicunt,quòd minores a maioribus puniuntur, & rectè asserũt.

Ad quartum dicendum, ꝙ non est ordo subiectionis inter dęmones per violentiam, sed est a natura, & per electionem, a natura quidem initiatiue inquantum propter perfectiora naturalia, vnus potest alteri prędesse, & hoc semper manet etiam post iudicium, quia licet cesset ibi actualis ordo quem tenuerunt dęmones hic ad nocendum hominibus, nunquam cessat diuersitas perfectionis eorum a quibus ordo posset accipi. est etiam ordo in eis per electionem, non quasi velint subijci absolute, sed vt fortiores ad nocẽdum sint. Ad quintum dicẽdum,ꝙ manet adhuc inter dæmones aliquod ius,vel bonũ, quia sicut in quolibet malo, oportet aliquid boni remanere, cum nõ totum per malum corrumpatur, quia tunc esset malum purum,& integrum,quod falsum est 4.Ethic.ca. de mansuetudine, ita etiam potest in actibus iniustitiæ aliquis ordo iuris remanere, sicut patet in latronibus qui alios iniuste spoliantes, inter se aliquam formam iustitię habent,dum sibi inuicem fidem seruãt, ita in dęmonibus,licet nimis deprauati sint,potest manere in eis aliquod bonum rationis, & ordinis.

Ad sextum dicendum, ꝙ maiores qui nunc inter dæmones principantur grauius peccauerunt,& seuerius torquentur, & per potestatem quam super cęteros exercent in nullo eorum pęna mitigatur, sed potius quanto sunt superiores officio,tanto sunt grauiori subiecti tormento. Sapientię 6. Potentes potenter tormenta patientur. & licet dęmones absolute de potestate gaudeant, tamen non conceditur eis in premium,sed in diuinæ sapientiæ obsequium, & ideo nihil minus patiuntur quam aliàs paterentur, si istam potestatem non haberent,quia Deo faciente,non cedit eis exercitium potestatis in alleuiationem tormẽtorum, licet iniqua voluntas eorum nunquam desinat istam potestatẽ desiderare,& velle eam magis extendere. Ad 7.dicendum,ꝙ inter homines damnatos nõ est ordo principatus,sicut inter dęmones, & hoc quia iste ordo est in dęmonibus a diuina sapientia,cõcedente eis punire dæmones:nam si dęmones scirẽt, ꝙ nequaquam possent nocere hominibus,nõ assumpsissent inter se istum ordinem. hominibus autem damnatis, non competit nocere viuentibus,sicut dæmonibus, ideo non est in eis ordo, & hoc propter tria.

Primo

Primo propter ęqualitatem naturalem.nam ordo dicit inęqualitatem se habentium inuicem,vt principans, & subiectum, & quia inter animas damnatorũ non est inęqualitas naturæ, etiam si nocerent viuentibus, non poterat recte constitui inter eas ordo principantis, & subiecti, quia principans non esset efficacior viribus, aut ingenio ad nocendum quam subditus, inter dæmones autem est magna inęqualitas naturalis.

Secũdo,quia licet Deus permittat dæmonibus nocere homini, non incitat eos ad hoc,sed potius coarctat ne quantum volunt noceant,animæ autem damnatorum non inuident hominibus, sicut dæmones propter similitudinem speciei; nam licet ipsæ sint dãnatæ non cupiũt viuentes damnari, sed potius, ꝙ dãnationem euitent, vt patet Luc.16. de damnato diuite petente ne quinque fratres sui irent in illum locũ tormentorum.dęmones autem cum sint alterius speciei,& inuideant nobis,cupiunt nobis nocere.

Tertio est hoc propter ęqualitatem naturalem dãnatorum, & viuentium.nam animæ solutæ corporibus, nec maiores viribus, nec ingenio pollentiores sunt viuentibus,& tamen ad contentandum viuẽtes, oportebat eas esse ingenio maiores, & ad nocendum oportebat esse viribus efficaciores, ideo non competit eis hoc, sed dæmonibus, & sic non est ordo inter damnatos,sicut inter dæmones.

An vnus dæmon possit alterum eijcere de corpore, & si potest quare non vult. Et quòd magis odit homines quam alios dæmones. Quæst. LXI.

QVAERETVR, an vnus dęmon possit alterum eijcere de corpore. Et si potest quare non eijcit.

Dicendum,quòd vnus dęmon,licet nunquam eijciat alterum de corpore, vt Christus hic ostendit, tamen non est dubium quin possit. Et patet hoc, quia eijcere fit per vires naturales,& ideo ille qui fuerit viribus fortior,poterit alterum de corpore eijcere.nam hoc modo inter spiritus pugna est inquantum resistunt sibi per vires naturales, & vnus cogit alterum qui minor est ad id, quod vult,ideo potest eum excludere de loco, & cogere, ꝙ cesset ab actione,vt si torquet hominem,quòd torquere desinat, & non solũ hoc,sed etiam vnus dęmon alterum torquere potest, nam sicut dęmon animam torquet,inquantum naturaliter fortior est,ita & vnus dęmon cũ sit altero maior naturaliter, necesse est, quòd possit illum torquere.

Item patet, quia si non posset vnus dæmon alterũ eijcere de corpore,quando Iudæi dixerũt,quòd Christus in principe dęmoniorum eijciebat dęmonia, induxisset istam rationem tanquam pręcipuam,s.ꝙ impossibilia loquebantur, & tamen nunquam dixit, ꝙ vnus non poterat alterum eijcere,sed ostendit,ꝙ non eijciebat,ergo innuit,quòd poterat vnus alterum eijcere, & ita pręsupponebant Iudæi dicentes, quòd in potestate principis dæmonum eijciebat dæmonia,idest,ꝙ princeps dęmonum eijciebat cęteros dęmones de corporibus in fauorem Christi.

Ad secundum dicendum secundum quosdam, ꝙ vnus dęmon non eijcit alium,quia diligunt se, & nõ vult vnus alteri nocere.

Sed hoc falsum est; non enim habent aliquam beneuolentiam inter se, ita vt vnus nolit alteri nocere, cum tota mens eorum deprauata sit.

Sed obijcietur,quia in dęmonibus est quidã amor, est enim in damnatis amor ad viuentes, vt dictum est pręcedenti quæst. ergo idem esse poterit in dęmonibus,quia ita deprauata est tota mens damnatorum sicut dæmonum.

Dicendum, quòd nõ est simile, quia dæmones nõ habent inter se aliquid, propter quod se mutuo diligant: nam similitudo est causa amorum, dæmones autem sunt dissimiles in specie, quia quilibet differt ab altero in specie,animæ autem damnatorum pertinent ad eandem speciem cum viuentibus. Et quod plus est manent in eis alia maiora motiua amoris,scilicet iura cognationis, & amicitiarum pręteritarum, quia adhuc manent in eis affectiones quas traxerunt ex corporibus. Quod patet,quia Luc. 16. ille diues damnatus nõ petiuit pro toto genere humano,ne veniret in locum illum tormentorum, sed solum pro fratribus suis,ideo licet damnati diligant viuẽtes, dæmones tamen se inuicem non diligunt, sed potius cũ sint superbi odissent se in alterutrum,& persequerentur, essentque iurgia semper inter illos, nisi aliud obstaret.

Dicendum igitur quòd dęmones non se diligunt, vnus tamen non eijcit alterum,eo quòd omnes sunt ordinati inter se, vt regnum super homines habere possint, quia si vnus alterum impediret, periret regnum eorum, sicut Christus dicit in litera. Non eijcit vnus alterum, quia si eijceret, vel hoc faceret,quia diligit hominem qui torquetur, vel quia odit dęmonem torquentem,& non vult,quòd ille gaudeat torquendo hominem, aut quia ipse vult torquere eum qui ab alio torquetur. Non stat primum,quia dæmõ non diligit quemquam hominum,sed odit summe illum, quia valde ei inuidet,scilicet quòd natura minor existens, ad beatitudinem quam dæmon non habet, peruenire potest, & perueniet, nisi impeditus per peccata non perueniat. Secundum non stat, quia licet dæmones non se diligant mutuo, sed potius oderint, magis tamen odit quilibet dæmon homines, quam alios dæmones. Et hoc primo,quia magis conuenit cum alijs dæmonibus,quam cum hominibus,& pręcipue quia vnus dæmon non inuidet alteri, quia omnes miseri sunt,& quanto natura maior, tanto grauiori tormento subiectus quisque est,hominibus autem inuident valde dæmones,quia bonum aliquod habẽt & beati esse possunt,vnde animabus damnatis dæmones non inuident, quia nullum bonum in eis relinquitur cum beatę esse non possint, sed oderunt eas, & torquent,viuentibus autem inuident dæmones,& oderunt eos, quia beati esse possunt, ideo nunquam vnus dæmon vult eripere hominem de potestate alterius dæmonis. Tertium non stat.

Primò quia multi dæmones possunt simul eundẽ hominem torquere si permittantur, & vnus non impedit alterũ,sicut patet de homine in quo erat legio dæmonum: Marc.5.& Luc.8.

Secundò quia dato,quòd non possent duo dæmones simul eundem hominem torquere, ad hoc tamẽ vnus non eijceret alterum, quia per hoc sequeretur bellum,& sic destrueretur regnum dæmonum, & liberarentur homines de potestate eorum, vt dicit hic Christus, & hoc quia bellum dæmonum est summa pax hominum, vt dicit Hieronym.

Tertiò patet quia quando homo torquetur à dæmone, cęteri dæmones de hoc gaudent, & satis est eis, quòd homines per dæmones torqueantur, ideo non multum curat vnus dæmon, quòd ipse hominẽ torqueat,vel alius hoc faciat, dum tamen aliquis dæmon faciat illud, licet absolute magis cupiat quilibet dæmon per se nocere homini, vt sic satiet iniquitatẽ suam pęnas inferendo, quam quòd alius hoc faciat; nunquam ergo vnus dæmon alterum eijcit de corpore, licet possit.

An dæmones habeant propria nomina, & an Sathanas, & Beelzebub sint nomina dæmonum. Et quod Angeli & dæmones non habent nomina propter duo. Et quod non possumus Angelis congrue propria nomina imponere, & quare. Et quibus modis hoc nomen Sathanas accipiatur. Et quid Belial, & Leuiathan, & Lucifer significent. Qõ. LXII.

QVAERETVR circa nomina dæmonum, quia ponuntur hic aliqua nomina ipsorum, scilicet, Beelzebub, & Sathanas.

Aliqui dicunt, quòd dæmones habent nomina, & quædam ipsorum sunt communia, vt dęmon, & diabolus.alia vero propria,vt Lucifer, & Sathan, vel Sathanas, & Beelzebub,Leuiathan, & Belial.

Sed dicendum,quòd dęmones non habent nomina,& ratio est,quia nomina imponuntur ad notificationem:in dęmonibus autem, & Angelis non est talis notificatio: ideo nec Angeli,nec dęmones habẽt nomina,& hoc propter duo. Primo,quia nomina imponuntur ad vocandum,& ideo sunt inter eos,qui vocibus vtuntur: Angeli vero,& dęmones cum sint puri spiritus, nulla nomina inter se habent, sed si aliqua sunt,nos illa imposuimus, sicut etiam brutis nomina propria,& communia imponimus.

Secundo,quia nomen inuenitur ad habendam cognitionem determinatam de re, vt sit quasi quoddã signum rei: istud autem est, quia nos cognoscimus differentias proprias rerum,siue specificas,siue indiuiduas: imponimus ergo nomina rebus, vt per ipsa notum sit,quid est illud,de quo agimus, & quia Angeli,& dęmones cognoscunt se in alterutrum perfecte per differentias, & rationes suas, nominibus nullis egent, ideo eis nomina imposita non sunt,sed nos imponimus interdum nomina aliqua eis, siue communia,vt pro nouem ordinibus Angelorum nouem nomina, & pro quibusdam ipsorum specialiter aliqua nomina,vt Raphael, Michael, licet propria nomina non possimus eis congrue imponere, cum non cognoscamus ipsos particulariter, vt sciamus cuius Angeli est hoc nomen,& cuius illud,quia tamen quidã Angeli fecerunt aliqua opera specialia, imposuimus ei specialia nomina,sicut Angelum Virginis Gabrielem,& Angelum Tobiæ Raphaelem dicimus, sed inter eos distinctionem nullam scimus, nisi quòd cõstat nobis illos duos actus per duos Angelos fuisse factos, quos Scriptura sic nominauit. De dęmonibus idem est,quia nomina non habent, nisi ea, quæ nos imponimus.

Dicendum tamen,quòd ista nomina, quæ putantur esse propria dęmonum,& alia,quæ putantur communia,non sunt determinata ad esse propria,vel communia,sed interdum accipiuntur,vt propria,& interdum, vt communia:nam diabolus putatur nomen commune,& tamen accipitur interdum, vt propriũ nomen principis dæmonum.Ĵ.25.ite maledicti cum diabolo,& angelis eius, idest, cum principe dęmonũ & ministris suis,qui dęmones sunt: ipsum tamen solum diabolum vocauit.sic etiam accipitur Apoc.12. vbi draco, qui pugnauit cum Michaele,vocatur diabolus: alij autem vocantur angeli eius, & non diaboli, & tamen constat, quòd ille, qui pugnabat cum Michaele erat princeps dæmonum,cum vocentur cęteri angeli eius.Item Sathan,vel Sathanas putatur esse nomen proprium principis dęmonum, & tamẽ accipitur hic,vt commune, & aliquando accipitur pro quolibet dęmone, vt patet hic,& Mar.3.si Sathanas, Sathanã eijcit.Et iterũ q̃uo põt Sathanas, Sathanam eijcere.i.vnus diabolus alterum,quasi dicat,non põt. Aliquãdo accipitur pro vniuersitate tota dęmonũ, vt patet hic, & Mar.3.& Luc.11.s.Sathanas in seipsum diuisus est,idest,vniuersitas dęmonum est inter se discordans. Interdum tamen accipitur, vt proprium nomen vnius dęmonis.Sic accipiunt communiter Doctores supra 4.cap.de illo dęmone, qui tentauit Christum,quem ipse vocauit Sathan, dicunt enim ꝙ erat princeps dæmonum,& tamen etiam ibi potest accipi,vt cõe nomen omnium dęmonum,quia quilibet eorũ est Sathan.i.aduersarius hominis in bono. De alijs nominibus.s.Leuiathan, & Belial,idem est, quia potius accipiuntur,vt communia.nam Belial est Hebręum,& interpretatur apostata, siue recedens,quod competit cuilibet dęmoni, quia quilibet suadet homini recedere a bono quod incępit. Et de Leuiathã idem est, quia dicitur sinister in pace, & quilibet dęmon hoc facit. cupiunt enim dæmones pacem auferre hominibus, quia pax est quoddam bonum, cũ quo omnia bona faciliter esse possunt, illo vero ablato rara bona manent, & ideo sicut boni Angeli est pacem hominibus procurare, & annunciare. Luc.2. vbi dixit Angelus. Et in terra pax hominibus, ita & dæmon nititur oẽm pacem tollere: omnis ergo dęmõ dr̃ Leuiathan, & tamen interdum accipitur Leuiathan pro principe dęmonum, sicut Iob 41.vbi de Leuiathan multa dicuntur, & postea subditur, ipse est rex super omnes filios superbiæ, idest, est princeps dęmonum, quia nullus est princeps super omnes superbos, nisi vel Deus propter generalem potestatem, vel maximus dęmonum propter imitationem, & sic ibi Leuiathan princeps dęmonum est. De Beelzebub, & Lucifero dicendum est,quòd vtimur eis tamquam proprijs nominibus dæmonum, sed de Beelzebub dicetur sequenti quæst. De Lucifero autem dicendum, quòd proprie nomen planetæ est,qui Venus dicitur,Gręci eum Hesperum vocant, nos vero propter lucis magnitudinem Luciferum appellamus,quia inter cętera Astra fulget, vt dicitur 5. Ethi.cap.2.inde autem translatum est in Scriptura sacra,vt significaret regem Nabuchodonosor, qui erat potentissimus oĩum regum sui tp̃is, excellens super cęteros,sicut Lucifer super Astra,vnde Lucifer vocatur Isa.14. doctores tñ nostri accipiunt, vt communiter pro dæmone,& tunc oportet accipi pro maximo dæmonum,& hoc dicitur ibi. q̃uo cecidisti de Cœlo Lucifer, qui mane oriebaris,& tamen necesse est intelligi de rege Nabuchodonosor, quia tota litera est ibi de morte eius,& de cadauere eiecto de sepulchro, & de multis alijs,quæ Angelo non competunt, qui nec moritur,nec cadauer habet,nec est vlla pars literę,quę bene competat dęmoni.nam ẽt illud.s.q̃uo cecidisti de Cœlo Lucifer, de Nabuchodonosor intelligitur, qui de Cœlo cecidit.i.de altitudine regiæ potestatis.Et patet,quia sequit̃, corruisti in terram,q vulnerabas gentes,quod non est verum de dęmone, sed de Nabuchodonosor, qui bella multa,& strages dedit: ideo non potest intelligi litera illa de dæmone,nisi mysticè: sed quicquid sit, iam nobis solitũ est vocare Luciferum principem dæmonum.

Quomodo Iudæi hic vocarunt Beelzebub principem dæmonum. Et de hoc nomine Beelzebub. Quæst. LXIII.

QVAERETVR quomodo dixerunt hic Iudæi in Beelzebub principe dęmoniorum.s.vocãtes Beelzebub principem omnium dęmonum.

Dicẽdum, quòd inter dæmones principatus est,& regnũ,vt Christus innuit in litera.s.q̃uo stabit regnũ eius,& ostensum est supra qõ.60. & quia regnum est principatus Monarchicus,idest, principatus vnius 8. Ethi.oportet poni vnum dęmonem, qui sit princeps omniũ, & ꝯsequenter cęteri sub illo habeãt maiores

vel minores principatus, ſecundum differentiam naturalium in dæmonibus, quia habens perfectiora naturalia eſt maior princeps, vt dictum eſt ſupra qõ. 60. quis tamen ſit maximus dæmonum, qui princeps eſt, neſcimus, quia nec diſtincte ipſos dęmones cognoſcimus, cum ſint ſubſtantię ſpirituales, quę ſenſu non percipiuntur. vnde ſcimus, quia ſunt, neſcimus qui, & quot tamen ſint, & conſequenter, nec nomina propria illis coaptare, ideo varie nominamus eos. & ita de ipſo principe dæmon quidam eum vocant Lucifer um, alij Sathan, alij Leuiathan. Iudæi autem vocauerunt hic eum Beelzebub, & tamen Chriſtus oſtẽdẽs quòd non erat illud nomen proprium eius, vocauit ipſum Sathanam.

Sciendum autem, quòd beelzebub nomen idoli eſt, & non dęmonis, quia tamen colebatur in idolis, transfertur ad ſignificandum dęmonem, & eſt iſtud idolum quod vocabatur Bel, ideſt, ſtatua Beli: nam fuit Belus rex Babylonis pater Nini regis, qui ei mortuo ſtatuam dedicauit, vnde idolatriam originem traxiſſe dicunt, & ſic incępit coli illud idolum apud diuerſas gentes, quę ſecundum linguam ſuam varie illud nominauerunt, ſ. Beel, & Baal, & Beelphegor, & Beelzebub ſeruata ſemper origine nominis: nam Bel fuit prima impoſitio ſua, Iudæi tamen illud Baal vocant, de quo ſępe fit mentio in Scriptura, quia inter Iudæos colebatur. 3. Regum 16. & 18. & 4. Reg. 10. fuit autem dictus Beelphegor a monte Phegor, in quo colebatur ſiue Phaſgalet. Etiam aliqui volunt, ꝙ dicatur Baal, quia in excelſo colebatur. Beelzebub autem dr̃ de Bel, & Zebub, qui fuit vir miniſtrans huię idolo, ſiue quia Zebub interpretatur muſca, & ille vir abigebat muſcas de ſacrificijs huius idoli, ſic dicit Remigi⁹ Beelzebub ipſe eſt Bel, & Baal, & Beelphegor. Bel fuit pater Nini regis Aſſyriorum. Baal dictus eſt, quia in excelſo colebatur. Beelphegor a monte, vel loco Phegor: Zebub ſeruus fuit Abimelec filij Gedeonis, qui occiſis ſeptuaginta fratribus ædificauit tẽplum Baal, & conſtituit eum Sacerdotem in ipſo ad abigendos muſcas, quę ibi congregabantur propter nimium cruorem victimarũ. Zebub namque muſca dr̃ Beelzebub, ergo vir muſcarum interpretatur.

Cauſa autem quare Iudęi dixerũt ꝙ in Beelzebub eijceret Chriſtus dęmonia, creditur a quibuſdam fuiſſe propter contumeliam Chriſto inferendam: nã nihil turpius eſt, quàm muſca: in dęmone ergo muſcarum eum dęmonia eijcere aſſerebant, qui nihil turpius inuenientes quod ei obijcerent: ſic dicit Remigius. Beelzebub vir muſcarum interpretatur; vnde propter ſpurciſſimum ritum colendi, dicebant eum eſſe principem dęmoniorum: nihil ergo ſordidius inuenientes quod Domino obijcerent, dicebant eum in Beelzebub eijcere dæmonia, & ſic Remigius vult quòd Beelzebub accipiatur pro illo viro, & ꝙ illum principem dæmonum vocabant. Sed non ſtat, quia neceſſe eſt, ꝙ Iudęi intellexerint, quòd Chriſtus in virtute alicuius dęmonis hoc faciebat, & non in virtute alicuius viri. Primo, quia vir ille erat mortuus, ergo non poterat dęmonia eijcere. Secũdo, quia Chriſtus reſpondens verbis Iudęorum dixit, ſi Sathanas, Sathanã eijcit non ſtabit regnum eius: innuit ergo quòd Iudęi aſſerebant, ꝙ vnus dęmon eijciebat alium, quia aliàs non bene redarguereret eos, quia non loqueretur ad propoſitum. Si autem dicatur, quòd Beelzebub erat ille dęmon, cui ſordidus cultus muſcarum exhibebatur, & hoc diceretur Chriſto propter contumeliam non ſtat. Primo, quia tunc diceretur in Beelzebub eijcit dęmones, ſed non diceretur in Beelzebub principe dęmoniorum: ergo propter principatum ſuper cęteros dæmones, & non propter ſordidum cultum Beelzebub nũc vocauerunt. Secundo, patet, quia Iudęi videntes Chriſtum eijcere dęmonia volebant ſuadere plebi, quòd non eijciebat virtute Dei, ſed dęmonum, & quia non poteſt quis niſi fortior ſit alium eijcere, & viderent Chriſtum eijcere quæcunque dęmonia, oportebat quòd maximus dæmon eſſet ille in cuius virtute ageret, vt eſſet veriſimile quod dicebant, & ideo dixerunt in Beelzebub principe dęmoniorum, ideſt, quia princeps eſt, poteſt cęteros expellere. Tertio patet, quia ſupra nono, quando ſimile obiecerunt Chriſto dixerunt, in principe dęmoniorum eijcit dæmones, & nullius dęmonis nomen expreſſerunt, & ſic ſolum voluerunt deſignare poteſtatem dęmonis, quia principem dixerunt, in Beelzebub principe dęmoniorum: ergo precipue accederunt ad hoc, quòd eſſet princeps, quàm ad hoc, quòd vocaretur Beelzebub: ſic tamen eum vocauerunt, quia putauerunt, quòd ipſe erat princeps dęmonum.

Dicendum igitur, quòd Iudæi expreſſerunt Beelzebub non propter contumeliam, ſed propter poteſtatem, quia iſte erat dęmon quem maximę poteſtatis Iudęi eſſe putabant: huius origo eſt, quia Gentiles diuiſerunt multos modos deorum: quendam enim potentiſſimum ponunt, ſcilicet, Iouem: alium vero ſapientiſſimum omnium, ſcilicet, Apollinem, ſiue Phębum, & ideo ad ipſum recurrebant pro reſponſis Gentiles de magna parte orbis, ad rẽplum ſuum in loco Delphos, & quia reſponſa huius pro magna parte certa inueniebantur, venerabantur eum Gẽtiles ſuper oẽs deos: nam potẽtiam Iouis non experiebantur: Sapientiam autẽ Apollinis ex ipſis rebus cõprobabant: hunc igitur principẽ deorum plurimi appellabant, ſed quẽ Gentiles deorum principẽ dicũt, Iudæi dæmoniorum principem appellant, quia omnes dij gẽtium dęmonia Pſalmo 95. iſte aũt Apollo apud varias gẽtes varie nominabatur: vnde in terra Chanaan a Philiſthinis nominabatur Beelzebub, & colebatur in magna opinione in vrbe Acharon, quia confluebant Gẽtiles de multis regionibus conſulẽtes eum de omnibus dubijs: Iudæi quoque plurimi illuc ibant ad conſulẽdum eum: vnde Ochozias rex Iſrael miſit nũcios ſuos ad conſulendum Beelzebub deum Acharon, an de infirmitate ſua conſurgeret. quarto Regum primo, propter magnam ergo famam illius, & quia Iudæi multam cognitionem de illo habebant, cum eſſet in terra ipſorum, putauerunt eum eſſe principem omnium dęmonum, quia de nullo alio dæmone, qui a gẽtibus coleretur maiora audierant quàm de Beelzebub, & iſta eſt vera cauſa, quare illũ principẽ dæmonũ putauerũt, & aſſeruerũt, vt dicerẽt in virtute eiꝰ Chriſtũ eijcere dęmonia.

Quomodo Chriſti ratio ſecunda procedat. Et qui exorziſtæ apud Hebræos erant. Et quomodo intelligatur, ipſi iudices veſtri erunt. Quæſt. LXIIII.

QVAERETVR de ſecunda ratione Chriſti, qũo procedit. Dicẽdum ꝙ apud Iudæos ẽt alij eijciebant dęmonia ꝑter Chriſtũ, & de illis dixit: ſi ego in Beelzebub eijcio dęmones, filij veſtri, in quo eijciũt? i. nõ eſt veriſimile, ꝙ dicatis. ſ. me eijcere dęmonia in Beelzebub, qa ego, & filij veſtri eijcimus dęmonia in eadẽ ptãte, & tñ nõ cõceditis, ꝙ filij veſtri eijciãt illa in Beelzebub, nec ergo debetis aſſerere, ꝙ ego eijcia ea in Beelzebub, ſed in virtute Dei, ſicut filij vr̃i: cũ nõ appareat aliqua ratio dr̃i, quare illos in virtute Dei, & me ĩ Beelzebub dęmonia eijcere dicatis. quod aũt dr̃ filij veſtri accipitur de exorziſtis, vel de Apoſtolis: nam apud Iudæos erant exorziſtæ, qui inſtructi a Salomone dęmones eijciebant, & manſerunt ſemper in gente illa vſque ad tempora Chriſti, & etiam poſt: nam aſſerit Ioſephus, quòd tempore belli Romani cum Iudæis, quidam de gente Iudęorum coram Veſpaſiano Cęſare dęmonem de obſeſſo corpore expulit, in cuius rei notitiam fecit, vt dęmon de corpore egreſſus, vas aquæ coram poſitum videntibus cunctis euertereret, & ſic de iſtis exorziſtis Chriſtus loq poterat, q̃ erant filij Iudęorum, ideſt, de gente illa. Vel intelliguntur de Apoſtolis Chriſti, quibus ipſe poteſtatem eijciendi dęmonia dederat ſupra 10. & iam multa eiecerant Luc. 10. quod conſtabat Iudęis, & tamen Iudęi non dicebant, quòd illi eijcerent dęmones in beelzebub, ſed de ſolo Chriſto hoc dicebant, & tunc ſtat argumentum efficacius, quia Chriſtus dederat eis poteſtatem eijciendi dęmones, & ſic in poteſtate Chriſti faciebant: ergo ſi illi non eijciebant in beelzebub, nec Chriſtus etiam non eijciebat in beelzebub. Sic dicit Hieronymus. filios Iudæorum, vel exorziſtas gentis illius ex more ſignat, vel Apoſtolos ex eorum ſtirpe generatos, ſi exorziſtas, quia ad inuocationem Dei eijciebant dæmones coarctat Phariſęos interrogatione prudenti, vt confiteantur Spirituſanctí eſſe opus eorum, ſi expulſio, inquit, dęmonum Deo non dæmonibus imputatur, quare in me idem opus non eãdem habeat cauſam? Poteſt tamen magis intelligi de exorziſtis, quia ſi Chriſtus loqueretur de Apoſtolis, poſſent dicere Iudęi, quòd etiam illi eijciebãt dęmones in beelzebub, quia deteſtarentur eos, ſicut ipſum: exorziſtas autem non deteſtarentur, quia fuerant ſemper in gẽte illa, & non erant diſcipuli Chriſti. Quòd autem dicitur filij veſtri, & non dicitur, vel Apoſtoli, prudẽter dictum eſt ad ſuadendum, quia ſi intelligatur de exorziſtis, nominauit illos filios illorum, quia quilibet diligit filium ſuum, nec infamiam ei imponit, ſed honorem illi optat: cum ergo Chriſtus exorziſtas vocauit filios Iudęorum, innuebat, quòd non dicerent Iudęi, quòd in beelzebub eijcerent dæmonia, quia nolſent infamare filios ſuos, ſi autem accipiatur de Apoſtolis, vocat eos filios illorum ad captandam beneuolentiam: nam ſi diceret diſcipuli mei, in quo eijciunt dęmonia? confeſtim Iudæi inſurgentes in odium eius dicerent, quòd etiam illi in beelzebub dæmonia eijcerent, quia illos filios eorum vocauit ad beneuolentiam incitabat, vt ipſos non infamarent. Vel dixit hoc, vt Iudæi cognoſcerent, quòd illi, qui ad tantam dignitatem deducti erant, vt dæmones adnutum eijcerent, filij eorum erant, & ſic ipſi gauderent de hac dignitate, & vellent ſimiles eis fieri, ſi autem ſic non conuerterentur eſſent minus excuſabiles, quia filijs conuerſis, conuerti noluerunt, ſed potius virtutem Dei in ipſis impugnauerunt. Sic dixit Chry. non dixit diſcipuli mei, nec Apoſtoli, ſed filij veſtri, vt ſiquidem voluerint reuerti ad illorum dignitatem, multam hinc accipiant occaſionem: ſi autem ingrati fuerint, nec inuerecundam habeant excuſationem: eijciebant autem Apoſtoli dæmones, qa acceperant poteſtatem ab ipſo, & tamen nihil eos incuſabant: non enim rebus, ſed perſonæ Chriſti aduerſabantur. Quod autem dr̃, ideo ipſi iudices veſtri erũt, de vtriſq; intelligi poteſt. ſ. de exorziſtis. ſ. ꝙ ipſi erunt iudices veſtri, ideſt, per ipſos iudicabitur de vobis, ꝙ falſum dicitis, cum dicatis eos eijcere dęmonia virtute Dei, me autem in beelzebub, cum tamen non ſit diuerſitas inter me, & eos. Si intelligatur de Apoſtolis eſt ſenſus. ipſi iudices veſtri erunt, ideſt, per ipſos iudicabimini. ſ. quia illis credentibus, vos credere noluiſtis, cum prius vos credere debuiſſetis, qui patres eſtis, & iſtud eſt iudicium comparationis. i. quando vnus in comparatione alterius peccator iudicabitur, ſic dicitur infra in litera: Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam, quia pęnitentiam egerunt in prædicatione Ionę, & Iudæi noluerunt pœnitere Chriſto prædicante, qui erat maior quàm Ionas. Vel poteſt accipi, quòd erũt iudices per modum iuriſdictionis, vt dr̃ infra 29. ſ. ſedebitis ſuper duodecim ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſrael: ſic dicit Hiero. Iudices veſtri erunt. ſ. exorziſtæ non poteſtate, ſed comparatione, dum illi expulſionẽ dęmonum Deo aſſignant, vos principi dęmoniorũ: ſimiliter autem de Apoſtolis dictum eſt, ipſi erũt eorum iudices, quia ſedebunt in duodecim ſolijs iudicãtes duodecim tribus Iſrael, & vt ait Hilarius digneĩ illos iudices conſtituti ſunt, quibus id dediſſe poteſtatis Chriſtus aduerſus dęmones reperitur, quod ipſe negatus eſt habuiſſe.

Quomodo hoc eſt verum, ſcilicet. Si ego in Spiritu Dei eijcio dæmones: ergo peruenit in vos regnum Dei. Et quòd regnum Dei tripliciter accipitur. Et quòd poterat Chriſtus in omnes dæmones. Quæſt. LXV.

QVAERETVR quomodo eſt hoc verũ. ſ. Si ego in ſpiritu Dei eijcio dęmones, igitur peruenit in vos regnum Dei. Dicendum, ꝙ in ſpiritu Dei, vel in digito Dei dęmonia eijcere idem eſt, quia ſicut hic dr̃ in ſpiritu Dei: dr̃ Luc. 11. in digito Dei. i. in virtute Dei, & dixit hoc, quia ſupra duabus rõnibus oſtenderat, ꝙ non eijciebat dæmones virtute dæmonis: reſtabat ergo, ꝙ hoc faceret virtute Dei: & ideo ſi creditis, vel ſi ita eſt, ꝙ eijcio dęmones in virtute Dei, peruenit in vos regnum Dei, ſequit ꝙ iam eſt regnũ Dei. Dicit. n. Hieron. ꝙ regnum Dei põt hic tripliciter accipi. ſ. pro ſeipſo Chriſto, iuxta illud. regnũ Dei intra vos eſt. Secundo, ꝙ vita æterna, iuxta illud. appropinquabit regnum cęlorum. Et tertium regnum eſt ſacrę Scripturę. i. intellectus eius quod regnum auferetur a Iudęis, & tradet̃ genti facienti iuſtitiã eius. ſ. 21. Poterat aũt intelligi his tribus modis. ſ. ſi eijcio dæmones in ſpiritu Dei, peruenit in vos regnum Dei. i. verus intellectus Scripturæ, quia ſi ſic intelligitis, vere intelligitis: vel peruenit regnum Dei in vos. i. vita æterna, quia ſi creditis, ꝙ ego eijcio dęmones ſpũ Dei, ex merito fidei habebitis vitam æternam. Sed melius accipitur tertio modo. ſ. pro ipſo Chriſto, vel pro ſtatu, quem ipſe Chriſtus reducturus erat. ſ. peruenit in vos regnum Dei. i. Meſſias, vel ſtatus quem Meſſias reducturus erat, & hoc conuenit literæ, quia dr̃ hic peuenit in vos, quod ſignificat pręteritũ, & tñ vita æterna nondum peruenerat in eos ẽt ſi crederent. Item quia dr̃: igitur peruenit, & facit conſequentiam, & tamen intelligendo de vita æterna, vel de intellectu Scripturæ non eſt conſequentia iſta ad propoſitum: maximè, quia litera in ſenſu iſto non facit ad propoſitum pręcedentium: intelligitur ergo de Chriſto, & eſt ſenſus, ꝙ Chriſtus arguat ſic. ſ. apparet ex dictis, ꝙ ego non eijcio dęmonia in virtute dęmonis: ergo eijcio in virtute Dei, ſi autem eijcio in virtute Dei: ergo regnum Dei iam venit, cum dæmones eijciantur per virtutem Dei, & iam regnum eorum eſſe non poteſt, quia deſtruitur cum eijciantur, & tamen neceſſe eſt ſuper homines eſſe aliquod regnum, vel Dei, vel dęmonis, & tñ nõ eſt iam regnum dęmonũ, ſi ego in virtute Dei eijcio illos: ergo regnũ Dei iam venit. ſ. Meſſias, vel ſtatus Meſſię: & iſte eſt verus ſenſus. Aliter aũt inducit Aug. lib. de queſtionibus Euangelij. ſ. Si ego in Beelzebub eijcio dęmones, etiam ſecundum veſtram ſententiam peruenit in vos regnũ Dei, quia regnum diaboli ſtare non põt quem aduer-

ſum ſe diuiſum fatemini, hoc verum eſt, attamen nō eſt ad propoſitum literæ, quia Chriſtus arguit hic ex hoc fundamento. ſ. ſi in ſpiritu Dei eijcio dæmones,

Sed dicetur quomodo ſtat iſtud dictum Chriſti, quia tunc ſequeretur, quòd regnum Dei multo ante hoc peruenerat: nam exorziſtę fuerant a tempore Salomonis inter Iudęos, vt vult Hieronymus, & illi dæmones eijciebant, & tamen tempore illo nōdum Chriſtus venerat. ergo per hoc, nec probatur iam veniſſe.

Dicendum, quòd inter Iudæos exorziſtę fuerunt: rari tamen erant, nec poterant omnia dæmonia eijcere. Vnde tamquam rem admirandam teſtatur Ioſephus ſe vidiſſe virum de gente ſua, qui coram Veſpaſiano dęmonem de obſeſſo corpore eiecerit: vnde tempore Chriſti erant plurimi arreptitij, vt patet ex diſcurſu Euangeliorū, quod eſſe nō poſſet niſi eſſent pauci exorziſtę inter Iudęos, vel quia illi pauca dęmonia eijcere poterant, nunc autem Chriſtus eijciebat omnia, vnde ſemel eiecit integram legionem dęmonum de eodem homine Mar. 5. & Luc. 8. Secundo, quia non ſolum Chriſtus dęmonia eijciebat, ſed etiā poteſtatem dabat diſcipulis ſuis eijciendi illa, & eijciebant quotquot volebant, ſupra 10. & Luc. 10. Tertio quia exorziſtæ nihil agere poterant, niſi obſeruando documenta tradita a Salomone: Chriſtus autē nihil horum obſeruabat, nec adiurabat dæmones, ſicut exorziſtæ faciunt, ſed imperabat illis dicens, exi ab eo ſpiritus immunde; Mar. 9. & de hoc mirabantur Iudęi, quia nunquam ſic fiebat ante eum, vt patet Mar. 1. ſ. mirati ſunt omnes dicentes: quid nam eſt hoc? quę doctrina hęc noua? quia in poteſtate ſpiritibus immundis imperat, & obediunt ei. Quarto, quia non ſolum Chriſtus, & diſcipuli eius, ſed etiam alij, qui non erant diſcipuli Chriſti, inuocato nomine Ieſu eijciebant dęmonia: Luc. 9. Pręceptor vidimus quendam in nomine tuo eijcientem dęmonia, qui non ſequitur te nobiſcum. iſtud autem non procedebat, niſi ex immenſa virtute Ieſu: ideo licet ex ſola eiectione dęmonum, non ſequatur veniſſe Meſſiam: tamen ex tali eiectione qualem Chriſtus faciebat, ſequebatur Meſſiam veniſſe: maxime, quia prænunciatum fuerat, quòd tempore Meſſiæ tales dæmonum eiectiones fierent: Zacha. 14. Spiritum immundum auferam de terra, ideſt, pęnitus auferam quaſi iam nullus videatur manere, & ibi agitur de diebus Meſſię, hoc autem verum eſt, quia ante Chriſti aduentum erant innumerabiles arreptitij, nunc vero rariſſimi ſunt, quia Chriſtus abſtulit eis poteſtatem: Ioan. 12. Nunc iudicium eſt mundi, & princeps huius mundi eijcietur foras, ideſt, nunc iudicatur de mundo ſub cuius poteſtate eſſe debeat, & princeps mundi huius, ideſt, diabolus eijcietur foras, ideſt, extra poteſtatem iam priuatus hoc principatu.

Quomodo concludat tertia ratio Chriſti. Et quomodo Chriſtus alligauit dæmonem. Quæſt. LXVI.

QVAERETVR de tertia ratione Chriſti quomodo concludit.

Dicendum, quòd Chriſtus vult oſtendere, quòd ipſe non eijcit dęmones in poteſtate alicuius dęmonis, ſed quòd eſt fortior omnibus illis, quia eijcit eos, nā nemo poteſt diripere ſpolia viri fortis, niſi quouſque vicerit eum, & alligauerit, & facit argumētum cuius ſolum maiorem ponit. ſ. nemo poteſt fortis ſpolia tollere, niſi quouſque alliget eum, ſed ego aufero ſpolia diaboli: ergo iam alligaui eum, ſic dicit Theophilus, fortis eſt dęmon, vaſa eius ſunt homines, in quibus recipitur, niſi ergo quis vincat prius dæmo-

F

nē, & alliget, quomodo vaſa eius, ideſt, dęmoniacos ab eo eripiet? ſic, & ego, qui diripio vaſa eius, ideſt, libero homines a dęmoniaca paſſione, prius alligo dęmones, & ſupero eos, quomodo ergo dicitis, ꝙ amicus dęmonum exiſtens, dæmonia eijcio? Iſta ratio poteſt induci ad id, quod præcedentes. ſ. ꝙ Chriſtus non eijciat dęmones in virtute dæmonis, quaſi non ſit hoc veriſimile, quia per hoc ſpoliat eos poteſtate ſua, & tamen nunquam poteſt, quis tollere ea, quę poſſidet vir fortis, niſi victo eo, & ligato, quia nemo permittit ſponte res ſuas diripi: Chriſtus autem diripiebat ſubiectos dęmoni, ergo non faciebat hoc fauente dæmone, ſed victo eo, & alligato, & per hoc oſtendebat ſe eſſe fortiorem, quia non poſſet alligare

G

eum, niſi eſſet fortior quod Lucas expreſſit dicens: dum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea, quæ poſſidet, ſi autem fortior illo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa arma eius aufert Luc. 11.

Aliter poteſt introduci, quòd Chriſtus probat hic ſe eijcere, & ſuperare principem dæmonum, quia de alijs dęmonibus iam ſupra oſtenderat, quòd non eijceret eos in poteſtate principis dęmonum, hic autē dicit, quòd oportet etiam concedi, quòd principem dęmonū ſuperet, & liget, quia omnes arreptitij ſunt ſubiecti principi dæmonum: non ergo poſſet de poteſtate eius eripere illos, niſi alligaret ipſum principem dæmonum; vocauit autem Chriſtus hic diabolum fortem, quod poteſt intelligi comparatiue. ſ. ꝙ ſicut de manu fortis nemo poteſt tollere ſpolia, niſi

H

alligauerit eum, ita nec poteſt eripere quiſquam arreptitios de manu dęmonis, niſi ſuperauerit eum.

Aliter poteſt intelligi, quòd ſit diabolus fortis, nō quidem fortitudine, ſed crudelitate, quia crudele dominium exercet ſuper eos, qui ſibi ſubiecti ſunt ſemel, quod apparuit in porcis, quos legio dæmonum pręcipitauit in mare ſupra octauo, & Mar. 5. & Luc. 8. Chriſtus autem alligauit eum inquantum ſibi abſtulit poteſtatem, non quidem, quòd iam nequaquam poſſit hominibus nocere, quia tentat, & nocet, ſed quia magna poteſtas, quam quaſi libere exercebat in orbe, per Chriſti aduentū coarctata eſt, & quaſi

I

ad nihilū redacta, & ideo dixit Chriſtꝰ Io. 12. nūc iudicium eſt mundi. ſ. tempore ſuo, & princeps huius mūdi, diabolus eijcietur foras, ideſt, extra poteſtatem quam prius exercebat. Et ita manet ligatus nunc dęmon, ideſt, tota vniuerſitas dęmonum, & tamen ſoluetur aliquando, ſcilicet, circa finem ſęculi, vel diebus antichriſti, quia tunc poterit nimis nocere, ſicut potuit ante Chriſtum: immo forte grauius, quia erunt dies illi quales non fuerunt a principio creaturæ, ſed breuiabuntur propter electos infra vigeſimoquarto. Diripuit autem Chriſtus vaſa diaboli dupliciter. ſ. arreptitios a dęmonibus liberando, vel eos, qui in infidelitate, & idolatria tenebantur ad fidem conuertendo, & Eccleſiæ vniendo, vt dicit Chryſo.

K

Quomodo quarta ratio Chriſti concludat. Quæſt. LXVII.

QVAERETVR circa rationem quartam Chriſti.

Et poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, quòd non ſit ratio diſtincta a præcedētibus, ſed ſit concluſio contra Phariſæos, eo quòd ipſi impugnabant Chriſtum, & eſt ſenſus, quòd qui non eſt mecum contra me eſt, ideſt, qui non concordat mecum contra me eſt, & qui non congregat mecum ſpargit, ideſt, perdit id, quod facit, & ſic innuit, quòd Phariſæi erant in malo ſtatu quaſi perdentes omnia, quæ faciebant cum diſcordarent a Chriſto.

Aliter

A

Aliter poteſt accipi, quòd ſit iſta quarta ratio per ſe, & ita Chryſo. dicit, quòd poſita tertia ſolutione ponit hic quartam, & vult dicere, quòd non eſt veriſimile, quòd ipſe poteſtatem acciperet a dęmone, quia dęmon erat ſibi contrarius in operibus, ideo potius contra dęmonem faciebat quàm per dęmonis poteſtatem: ſic dicit Hieron. non poſſunt Saluatoris opera beelzebub operibus comparari: ille cupit animas tenere captiuas, Dominus liberare, ille prædicat idola, hic vnius Dei notitiam, ille trahit ad vitia, hic reuocat ad virtutes, quomodo ergo poſſunt inter ſe habere concordiam, quorum opera ſunt diuerſa?

B

Alij dicunt, quòd intelligitur de hæreticis, & ſciſmaticis, qui ſpargunt Eccleſiam quam Chriſtus congregauit ſcindendo eam per varios errores.

Sed melius intelligitur, ſicut dictum eſt ſupra, vt vult Hieronymus, maximè, quia non conueniret præcedentibus ſi Chriſtus loqueretur hic de hæreticis.

Sed dicitur quomodo dicitur hic, qui non eſt mecum contra me eſt, quia Lucæ nono, dicitur, qui non eſt contra me pro nobis eſt.

Dicendum, quòd iſtud intelligitur de diabolo, qui hoſtis eſt: nam in eo quod nō concordabat Chriſto in intentione, habebat contrariam intentionem, ſed Lucæ nono, intelligitur de homine, qui licet

C

non ſequeretur Chriſtum continuè, ſicut diſcipuli, cum imitabatur eum in aliquo ſaltem, ideſt, quantum in nomine eius dæmonia eijciebat: ideo dixit, qui non eſt contra nos, ideſt, iſte, qui in nullo repugnat vitæ noſtræ, & in aliquo conſonat nobis, pro nobis eſt, ſic dicit Chryſo. ſi non eſt contrarium quod ibi dicitur: hic enim loquitur de diabolo aduerſario exiſtente. ibi autem de homine, qui in parte erat cū eis, de quo dictum erat, vidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia.

Mar. 3. Luc. 21. Ideo dico vobis omne peccatum, & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphemiæ non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filium homi-

D

nis, remittetur ei, qui autem dixerit contra Spiritumſanctum non remittetur ei, neque in hoc ſęculo, neque in futuro. Aut (Supra 3. Luc. 6. 22. q. 5. ca. quoties.) facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Siquidem ex fructu arbor agnoſcitur. Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui cum ſitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono theſauro profert bo-

E

na, & malus homo de malo theſauro profert mala. Dico autem vobis, quoniam omne verbum ocioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die Iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

Ideo dico vobis. Hic ponitur contra Phariſęos, qui de Chriſto dicebant blaſphemiam, grauitas peccati ipſorum, ſcilicet, ꝙ non remittetur eis iſtud peccatum in hoc ſęculo, nec in futuro, & dicitur. *Ideo dico vobis.* Scilicet, quia ſi dicitis, quòd in Beelzebub eijcio dęmonia.

A

Omne peccatum, & blaſphemia remittetur hominibus. Ideſt, remitti poterit. vocatur peccatum id quod fit, blaſphemia autem id quod contra Deum dicitur, vel in præiudicium cedit eius, licet non putetur.

Spiritus autem blaſphemiæ non remittetur. Ideſt, blaſphemia facta ex malitia, quæ vocatur ſpiritus blaſphemandi, ſiue deſiderium non remittetur: alia litera habet ſpiritus blaſphemiæ, ideſt, blaſphemia, quæ eſt contra Spiritumſanctum, & iſta litera eſt planior.

Et quicunque dixerit verbum. Scilicet, contumeliam aliquam.

B

Contra filium hominis. Ideſt, contra Chriſtum inquantum putatur purus homo.

Remittetur ei. Ideſt, poterit remitti. *Qui autem dixerit contra Spiritumſanctum verbum.* Ideſt, dixerit blaſphemiam, ſic dicitur Mar. tertio, qui autem blaſphemauerit in Spiritumſanctum, & idem Luc. 12.

Non remittetur ei nec in hoc ſæculo, nec in futuro. Ideſt, nunquam poterit remitti, hoc autem dicit, quia aliqua peccata ſunt, quæ remittuntur poſt mortem, de iſto autem dicitur, quòd nunquam remittetur. Poteſt intelligi iſta litera dupliciter ſecundum, quòd Spiritusſanctus, & filius hominis dupliciter accipiuntur. Vno modo accipitur filius hominis pro perſona Chriſti, vt diſtinguitur a patre, & Spiritusſancto.

(Litera iſta dupliciter pōt intelligi, ſecūdū ꝙ Spiritusſanctus, & filius hoīs dupliciter accipiunt.)

C

Alio modo pro ſeipſo, vt homo eſt, & diſtinguitur a ſe, vt eſt filius Dei. Sic ēt Spiritusſanctus accipit, aliqn̄ pro perſona, & aliqn̄ pro tota natura diuina, qa Deus Spiritus eſt. Io. 4. & ēt ſanctus eſt. Et accipiendo primo modo eſt ſenſus, quòd peccata facta contra filium, ideſt, contra attributa patris, & filij ſunt remiſſibilia: pctā autem in Spiritumſanctum irremiſſibilia ſunt, & hoc eſt quod communiter dicitur. Sed iſtud non multum conuenit ad propoſitum, quia Chriſtus loquebatur hic contra Phariſęos, qui dixerant eum in beelzebub eijcere dęmonia, & tamen iſtud contra filium erat, ideſt, contra perſonam eius. Ideo aliter accipitur, ſcilicet, Spiritusſanctus pro tota natura diuina, & filius hominis pro Chriſto quātum ad humanitatem ſolum, vel ſolum inquantum cognoſcitur

D

eſſe homo, & tunc pctm̄. vel blaſphemia eſſet cōtra filium hominis ſiquis nocuiſſet Chriſto eo tempore, quo nondum agnoſcebatur, ſicut illi, qui dixerunt, hic eſt vorax, & potator vini, pręcedenti ca. iſta enim fiebant contra filium hominis, quia fiebāt contra eū, qui non putabatur eſſe Deus. Verbum autem, vel blaſphemia contra Spiritumſanctum eſt, quicquid dicitur ꝯ deitatem aperte, vt ſiquis dicat, quòd Deus nō remittit pctā, vel quòd diabolus remittit peccata, ita bene ſicut Deus, quia nemo dubitat quin hoc ſit in præiudicium Dei: prima blaſphemia remittitur, ideſt, non reputatur peccatum, quia ſi aliqui dicerent contra Chriſtum aliquid quando ignorabant eū eſſe Deum, & Meſſiam, non peccabant per hoc, & ideo non agebant pœnitentiam, & hoc eſt remitti illis, ſcilicet,

E

quia Deus non imputabat ad pœnam tale factum: blaſphemia autem contra Spiritumſanctum nunquam remittitur hic, nec in futuro, ſcilicet, ſine pœnitentia, & tamen ſi pœniteat, qui blaſphemauit contra Deum, remiſſionem habet, & ita nullum peccatum eſt irremiſſibile, de quo, quis pœnitere vult.

(Nullū peccatū eſt irremiſſibile de quo qs pœnitere vult.)

Quod patet, quia Chriſtus dixit iſta cōtra Phariſęos, quia dixerunt, quòd in beelzebub eijceret dęmonia, & tamen certum eſt, quòd ſi de hoc pœniterent, remiſſionem haberēt, & tamen dicitur Mar. tertio, qui blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, non habet remiſſionem in æternum, quoniam dicebāt ſpiritū immundum habet. Debet ergo intelligi, ꝙ blaſphemia dicta ꝯ Chriſtū inquātū putabat purus homo, remittitur,

tiatur, ſcilicet, etiam ſine pœnitentia, eo quòd non reputatur peccatũm, quia poteſt eſſe ex ignorantia: illa tamen, quæ erat contra Spiritumſanctum, i. ꝗ deitatẽ non remittitur. ſ. ſine pœnitentia, eo ꝙ illa eſt determinate pctũ, & vult Chriſtus dicere Phariſęis, ꝙ in alijs, quæ dicebant contra eum. i. ꝙ erat amicus pctorum, poterat eſſe, ꝙ non peccarent, quia non apparebat manifeſte, ꝙ in hoc facerent cõtra Deum: dicere tũ nunc, ꝙ miracula, quæ ipſe faciebat, fiebant per dęmonem, erat manifeſte pctũ, nec poterat excuſari, eo ꝙ attribuebant dæmoni miracula, quæ ſoli Deo conueniunt, & ideo etiam ſi Chriſtus fuiſſet purus homo, dicere ꝙ illa faciebat in virtute dęmonis, erat blaſphemia: cũ non poſſent fieri talia, niſi in virtute Dei.

Sed dicetur, quòd non, quia pctũ, vel blaſphemia contra quemcunque dicatur malum eſt: ideo etiam ſi contra Chriſtum, vt erat homo, & putabatur eſſe purus homo diceretur verbum aliquod, pctũ eſſet, quia etiam ſi diceretur contra alium hominem eſſet peccatum, nec poſſet remitti ſine pœnitentia.

Dicendum, ꝙ hic intelligitur de eo, quia erat blaſphemia, & tamen non putabatur eſſe: nã quia Chriſtus erat verus Deus, ſiquis diceret eum purum hominem blaſphemia erat, & tũ, qui hoc diceret ſibi antequam miracula faceret, ſcilicet, tu non es Deus, nec Meſſias, nec Propheta, & tu es minor omnibus Patriarchis, & Prophetis non peccaret, quodlibet tamẽ horum blaſphemia erat, & talis blaſphemia remittitur, ideſt, non imputatur a Deo, vt pctũ, & ſic nec indiget pœnitentia ad hoc, quòd remittatur. Si tamen quis diceret Chriſto, quòd erat fur, vel adulter, quando purus homo putabatur, peccaret, & indigebat pęnitentia ad remiſſionem: & ita verbum dictũ contra alios homines pctũ eſt, & tamen blaſphemia primo modo non eſt peccatum, quia procedit ex quadam rationabili ignorantia, & quia blaſphemia, quæ eſt aperte contra Deum, non poteſt excuſari per aliquam ignorantiam, illa nunquam remittetur, ſcilicet, ſine pœnitentia, & illa vocatur pctũ in Spiritumſanctum, ideſt, contra deitatem, quæ eſt Spirituſſanctus, ideſt, purus, & bonus, & hoc modo litera eſt plana, ſcilicet. *Omne peccatum*. Scilicet, materialiter ſumptum, ideſt, quando fit aliquid quod in ſe malum eſt, & tamen nullo modo eſt voluntarium, quia tunc non vocatur proprie peccatum, & iſtud non indiget remiſſione, nec pœnitentia, quia non fuit ibi culpa.

Et blaſphemia. Materialiter ſumpta, & hoc quando quis dicit aliquid contra Deum, ignorans, quòd contra Deum ſit, vel etiam eſt blaſphemia large dicta quælibet contumelia, vel verbum dictum contra hominem, quando non putatur eſſe in prejudicium eius, vt ſiquis putet ſe verum dicere, vel in defenſionem iuris ſui, vel non, animo iniuriandi.

Remittetur hominibus. Ideſt, non imputabitur eis in peccatum atque ſi non egiſſent, eo quòd omne peccatum eſt malum voluntarium.

Omne peccatum eſt malum voluntarium.

Spiritus autem blaſphemia. Ideſt, voluntas blaſphemandi, quia ſpiritus dicit animam cuius voluntas eſt quædam vis: & nominat maxime ſpiritus voluntatem, eo quòd ſpiritus dicit principium motus, vel operationis: voluntas autem inter potentias animæ eſt operatiua, quia ipſe eligit, & imperat operationẽ reliquarum virium.

Non remittetur. Ideſt, reputabitur, vt peccatum, & non remittetur, ſcilicet, ſine pœnitentia, & ſic dat hic Chriſtus regulam generalem, quod omne malum quod homo facit, ſiue contra Deum, ſiue contra proximum, & hoc in facto, vel in verbo nõ reputatur peccatum, ſi nõ eſt volitũ aliquo mõ, & intelligitur malum in facto per pctũ, & omne malum in verbo per blaſphemiã: dicit etiam, ꝙ omnis blaſphemia voluntaria, ſiue contra Deum, ſiue contra proximum eſt pctũ, & non remittitur. ſ. ſine pœnitentia, iſtud autem generale dictum applicat Chriſtus ad ſe in ſpeciali, & ad Deum, vnde dicitur in litera.

Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis. Ideſt, qui dixerit contumeliam aliquam mihi, quoniam putat eſſe ſolum filium hominis. i. purum hominem.

Remittetur ei. Ideſt, non reputabitur pctũ intelligẽdo, vt ſupra dictum eſt, ſi negaret, quis excellentiam Chriſti quando non erat ſufficienter probata, quia in hoc nullum peccatum erat, & ideo non indigebat pęnitentia. *Qui autem dixerit contra Spiritumſanctum*. Ideſt, contra deitatem, quę eſt Spirituſſanctus. i. purus, & bonus. *Verbum*. Ideſt blaſphemiam, quia quicquid contra Deum dicitur, blaſphemia eſt, inquantum derogat dignitati eius. *Non remittetur ei*. Scilicet, reputabitur, vt pctũ: & non remittetur. ſ. ſine pęnitentia.

Nec in hoc ſęculo, nec in futuro. Ideſt, nunquam, hoc autem dicit ad oſtendendum, ꝙ pctũ per ſeipſum nunquam eſſe deſinit, niſi deleatur per pœnitẽtiam, ideo nulla temporis prolixitate pctũ tollitur ei, qui non pęniteat ante mortem, quia tunc manet pctũ ẽt poſt mortem: ſic dicitur Mar. 3. non habet remiſſionem in æternum. i. nunquam, ſed reus æterni delicti, ideſt, habebit in æternum reatum, qui cauſatus eſt ex delicto, licet delictum tranſiuit quando commiſſum eſt. dicitur autem manere reatus in æternum inquantum per eum eſt homo obligatus ad pœnam in æternum.

An ſit aliquod peccatum in Spiritumſanctum. Idque dupliciter accipi. Et quod ſit peccatum contra Chriſtum. Et peccare in aliquam perſonam Trinitatis contingit dupliciter. Et quomodo peccatur contra attributa perſonæ diuinæ.

Quæſt. LXVIII.

QVAERITVR. propter prædicta, an ſit aliquod peccatum in Spiritumſanctum.

Aliqui dicunt, quòd non, quia peccatũ iſtud eſt illorum, quibus placet malitia propter ſe, ſicut bonis placet bonitas, vt dicitur Senten. diſt. 43. malitia tamen nulli placet per ſe, quia nullus operatur intendens malum, vt dicit Dionyſius, cum omnia bonum appetant: ergo nullus peccat in Spiritumſanctum. Item omne peccatum hominis quod prouenit ex corruptione naturę eſt ex infirmitate, ergo nullum pctũ eſt in Spiritumſanctum. Item omne peccatum procedit ex errore, quia omnis malus eſt ignorans 3. Et hic. ſed peccatum ex ignorantia diſtinguitur contra peccatum in Spiritumſanctum: ergo nullum eſt in Spiritumſanctum. Item, aut eſſet peccatum in Spiritumſanctum in homine in via, aut poſt viam, non poſt viam, quia tunc non eſt locus merendi, aut peccandi, ſed recipiendi pro meritis, & demeritis condigna: non etiam eſt in ſtatu viæ, quia de nullo dum eſt in via eſt deſperandum, vt ait Auguſtinus, & tamen de peccante in Spiritumſanctum deſperatur, quia vetatur orari pro eo 1. Ioan. 5. ſcilicet, eſt peccatum ad mortem pro eo dico ne quis oret: ergo non eſt peccatum aliquod in Spiritũſanctum. Item quia fieret diſtinctio quantum ad eſſentialia in diuinis, quia peccatum eſt contra Deum, vt eſt Deus, & Dominus, & legem nobis imponens, ſiue poſitiuam, ſiue mentibus inſitam, & hoc pertinet ad eſſentialia, & tamen eadem eſt maieſtas, & deitas, & gloria, & omnia eſſentialia trium: ergo quodlibet peccatum, eſt ſimul contra tres perſonas, vt ſunt vnus Deus.

Dicendum,

Dicendum, quòd oportet poni peccatum in Spiritumſanctum, quia Chriſtus illud ponit hic. Sed quid illud ſit, dubium eſt.

Aliqui dixerunt, quòd omne peccatum quod cõmittitur ab homine poſt baptiſmum, eſt peccatum in Spiritumſanctũ: ſic tenet Origenes, vt refert Athanaſius cuius aſſignat cauſam dicens, quòd ſunt diuerſa peccata contra tres perſonas inquantum offenduntur ab eis, in quibus ſunt, dicit autem quòd pater eſt in omnibus entibus: filius autem in creaturis ſolis rationabilibus, ſed Spiritusſanctus eſt in ſolis baptizatis, ideo quicunque peccat, quandocunque peccet, peccat ſaltem contra patrem, & filium, quia in omnibus rationabilibus creaturis ambo ſunt, & illis peccare poſſe competit, ſed contra Spiritumſanctum ſoli Chriſtiani peccant, & quandocunque peccant dicuntur peccare contra Spiritumſanctum, & ideo dicit Origenes peccata Chriſtianorum eſſe irremiſſibilia, iuxta illud ad Hebrę. 6. Impoſſibile eſt eos, qui ſemel peccauerunt renouari rurſus ad pœnitentiam.

Sed iſtud non ſtat. Primo, quia tollitur hic ſpes de remiſſione peccatorum, quæ eſt articulus fidei, & tamen remiſſio peccatorũ non eſt niſi fidelibus, & fides ſuſcipitur in baptiſmo, nam ibi illam profitemur, ideo poſt baptiſmum fit remiſſio peccatorum. Secundo, quia nõ eſt verum, quòd ſoli baptizati peccent in Spiritumſanctum, quia Chriſtus dixit hic Phariſeos peccare in Spiritumſanctum: nam dixit, ideo dico vobis, &c. & ſic iſta verba direxit ad eos, & magis patet Mar. tertio, ſcilicet, qui blaſphemauerit in Spiritumſanctum non habet remiſſionem, quoniam dicebant ſpiritum immundum habet. ergo iſtam blaſphemiam Phariſęorum vocat peccatum in Spiritumſanctum: Phariſęi tamen non erant baptizati. Tertio patet, quia Origenes diſtinguit peccatum in Spiritumſanctum, a peccato in filium ex conditione peccantis, quia ſi eſt Chriſtianus dicit omne peccatũ eius eſſe in Spiritumſanctum: ſi autem infidelis eſt, dicit peccatum eius eſſe contra filium, & tamen Chriſtus diſtinguit iſta peccata ex parte eorum contra quod peccatur dicens, qui dixerit verbum in filium, & qui dixerit verbum in Spiritumſanctum: ergo nõ eſt verum dictum Origenis. Quarto, quia præſupponit falſum, ſcilicet, quòd pater ſit in omnibus entib⁹, filius in ſolis rationabilibus: Spiritusſãctus in ſolis baptizatis. nam tres perſonæ ſunt vna deitas indiuiſa, & vna eſt in alia propter inſeparabilitatem. Io. 14. ſcilicet, ego in patre, & pater in me eſt, a fortiori ergo vbicunq; fuerit vna ꝑſona, erũt ſimul tres: nõ ergo eſt bona aſſignatio Origenis, quia, ꝑcedit ex errore.

Alij dicunt, ſcilicet, Theonoſtus, vt refert Athanaſius, quòd peccatum in Spiritumſanctum eſt, ꝙ ſoli viri perfecti poſt baptiſmum committũt, & iſtud dicit vere irremiſſibile, peccata autem imperfectorũ etiam poſt baptiſmum ponit remiſſibilia.

Sed etiam iſtud non ſtat, quia peccat fere in omnibus, in quibus Origenes. negat enim remiſſionem peccatorum in viris perfectis, quod falſum eſt, quia Eccleſia habet claues ad ligandum, & ad ſoluendum generaliter nullo excepto, ſcilicet, quodcunque ſoluueris erit ſolutum. infra 16. & 18. & illud. ſ. quorum remiſeritis peccata remiſſa erunt. Ioan. 20. Etiam quia tunc deterioris conditionis eſſent viri perfecti, quàm imperfecti, quod eſt abſurdum. Etiam, quia tunc de multis viuentibus deſperandum eſſet, ſcilicet, de viris perfectis ſi ſemel peccarent. Auguſtinus tamen dicit de nullo viuente deſperandum. Item falſum ſuppo nit, quia tunc Phariſęi non potuiſſent peccare in Spiritumſanctum, cum nec eſſent baptizati, nec viri perfecti. Item, quia diſtinguit peccata, ſcilicet, in filiũ, & Spiritumſanctum ex ſtatu peccantium, ſicut Origenes, vterque ergo erraui, & maximè, quia poſuerunt aliquod peccatum vere irremiſſibile in homine viuente. Quod autem Apoſtolus dicit ad Hebræ. 6. impoſſibile eſſe renouari eos, qui ceciderunt, intelligitur de renouatione per baptiſmum, vt exponit Athanaſius, ſemel namque dimittuntur peccata per baptiſmum, ſi autem poſtea homo peccauerit non eſt locus iterum ſumendi baptiſmum ad remiſſionem peccatorum: hoc enim Apoſtolus dicit impoſſibile, quòd tamen renouetur per pœnitentiam ſine baptiſmo, non eſt impoſſibile, ſed facile. & hoc Eccleſia facit.

Dicendum ergo aliter, ꝙ peccatum in Spiritumſanctum poteſt eſſe tam in baptizatis, quàm in non baptizatis, perfectis, & imperfectis. Poteſt tamen accipi dupliciter, & hoc, quia peccatum in Spiritum ſanctum diſtinguitur contra peccatum in filium hominis. Accipitur autem dupliciter filius hominis. Vno modo pro perſona Chriſti, quæ eſt ſimul Deus & homo. Alio modo pro deitate ſola, & ita Spiritusſanctus accipitur vno modo pro ſola deitate, & alio modo pro perſona. Accipiendo primo modo filiũ hominis, & Spiritumſanctum, dicitur peccatum in Spiritumſanctum omnis blaſphemia, quæ eſt contra Deum, ita vt cognoſcatur eſſe contra Deum, & hoc ſiue ſit contra naturam deitatis abſolute, ſiue ſpecialiter contra aliquam perſonam, & ſic accipitur hic in litera, quòd Phariſęi peccauerunt in Spiritumſanctum, quia dixerunt, quòd in Beelzebub Chriſtus eijciebat dæmonia, in quo dicebant Deum eſſe dęmonem, quia ſpiritus ille, qui dęmonia eijciebat, erat deitas, quę eſt Spiritusſanctus, & non beelzebub, qui erat ſpiritus immundus. Etiam virtutem diuinam, quæ ſoli Deo cõperit. ſ. miracula facere dęmoni attribuerunt, & vocauit hic Chriſtus ſolam blaſphemiam in Deum peccatum in Spiritumſanctum, eo ꝙ Phariſęi ꝗ quos loquebatur, peccauerãt ſolum in blaſphemia, & tũ quodlibet factum quod eſſet directe contra ſolum Deum, poſſet vocari hoc modo peccatũ in Spiritumſanctum, ſicut idolatria. Peccatum aũt in filium hominis. i. in Chriſtum inquantum eſt homo, & putabat purus homo erat quod militabat contra ipſum non cognoſcendo veritatem eius, vt ſi diceret tu nõ es Deus, nec Propheta, ſed homo ſimplex, vt ſupra dictum eſt, & tunc vnum remittit. i. non reputat peccatum, & aliud non remittit. i. reputat peccatum, & nõ remittit. i. ſine pęnitẽtia, vt ſupra dictum eſt, & ſenſus iſte ꝓuenit valde literę ad propoſitum Chriſti, & non eſt aliqua difficultas de irremiſſibilitate peccati, & tũ Doctores non ſequunt cõiter hoc ſenſum. Accipiendo aũt Spiritumſanctum pro ꝑſona, & filiũ hoĩs pro ꝑſona filij, dicet peccatum in Spiritumſanctum quod vr ſpãliter ꝓtinere ad Spiritũſanctũ, non tũ eſt putandum, ꝙ aliquod peccatum poſſit eſſe ꝗ vnã perſonã, quod non ſit ꝗ aliam, quia peccatum quodcunq; eſt, ꝗ Deum eſt, quia offendit eum, vt eſt Deus, & Dñs noſter: ſi igit peccat ꝗ filium, peccat ſimul ꝓtra tres ꝑſonas, quia eſt eadẽ gloria, & maieſtas trium: igit eſt eadẽ offenſa. Etiã quia dr peccatũ in filiũ remitti, & pctũ in Spiritumſanctũ nõ remitti: non eſt credẽdus ex hoc Spiritusſãct⁹ maior filio: ſic dicit Ambroſius ſup Lucã. ſ. nunqd maior eſt Spiritusſanctus Chriſto, vt in Chriſtũ peccãtes veniã ꝓſequant, in Spiritũſanctũ delinquẽtes remiſſionẽ nõ mereant adipiſci? Et rñdet dicẽs, ſed vbi vnitas ꝑtãtis eſt, nulla cõparationis eſt qõ. i. quia eſt eadem poteſtas triũ nullus eſt maior altero, ſed idem pctũ eſt ꝗ omnes: dicitur tamen peccatum in Spiritumſanctum, vel in filium, inquantum quædam peccata licet ſint contra totam

Trinitatem, ſpecialiter tamen pertinent ad aliquam F
perſonam. Et hoc fit dupliciter. Vno modo, quia
peccatur contra illam perſonam. Alio modo cõtra
attributum illius perſonæ. Primo modo dicetur qs
peccare contra illam perſonam, cõtra quam aliquid
dicit, vt ſi dicatur pater eſt minor filio, vel infirmior,
peccatur contra patrem: ſi autem dicatur filius eſt
creatura, vel eſt ſolum ex tempore, vt dixit Arrius
vel non eſt ante materiam, vt dixit Heluidius pecca-
tur contra filium: ſi vero dicatur Spiritusſanctus
eſt patris ſeruus, & filij, vt dixit Macedonius, pecca-
tur contra Spiritum ſanctum, ſed non accipitur hoc
modo a doctoribus peccare in Spiritumſanctum, qa
iſtud eſt peccatũ infidelitatis, vel hęreſis, quia eſt ſen-
tire impie de aliqua perſona diuina, & tamen pecca-
tum infidelitatis diſtinguitur a peccato in Spiritum
ſanctum, quod ponitur per ſe ſpecies peccati, vel
genus.

Quo a doctoribus accipitur in Spiritũ ſanctum peccare.

Aliter peccatur contra attributum, & quia patri
attribuitur poteſtas, filio ſapientia, Spiritui ſancto bo
nitas, & ſecundum quòd peccata ſunt diuerſimode
contra iſta attributa, dicuntur eſſe quędam contra
patrem, quędam contra filium, alia contra Spiri-
tum ſanctum: quando enim peccatur ex impoten-
tia, vel infirmitate, peccatur contra patrem, vt
qui victus aliqua paſſione operatur, quia paſſio im-
potentem facit, cum vero ex ignorantia peccatur eſt
peccatum in filium, quando autem ex certa malitia
peccatur eſt peccatum in Spiritumſanctum cui attri-
buitur bonitas.

Differentia iſtorum poteſt accipi ex Ariſto. 5. Ethi.
vbi oſtendit, quòd peccatum committitur tribus mo
dis, ſcilicet, ex ignorantia, ex paſſione, ex electio-
ne. Ex ignorantia enim peccatum committitur,
quando ignoratur aliquid illorum quorum ſcientia
a peccato impediuiſſet. Vnde ignorantia eſt ibi cau
ſa peccati, vt ſiquis comedit carnes in quadrageſima,
quia credit non eſſe quadrageſimam, & hoc dicitur
peccatum in filium. Ex paſſione autem peccatur quã
do ab intrinſeco, vel extrinſeco, quis impellitur, ita
vt ratio obruatur, & impediatur rectè iudicare, vt in
ira, & libidine, dolore, & timore, & hoc eſt peccare
ex infirmitate, quia paſſio, quæ eſt infirmitas natu-
ræ eſt ibi cauſa peccati, & hoc eſt peccare in patrem.
Ex electione autem peccatur, quòd ex deliberatione
homo peccato adhęreret non impulſus aliqua tenta-
tione, ſed quia habet inordinatum appetitum, & ſe-
cũdum illam deordinationem placet ſibi peccatum
ſecundum ſe, & hoc eſt peccare ex malitia, id eſt, ſo-
la malitia mouente, & eſt peccare in Spiritumſan-
ctum, quia tunc quicunque peccaret ex habitu pec-
caret in Spiritumſanctum, cum habitus peccati ſit ip-
ſa malitia, vt dicitur ſeptimo Ethi. cap. 1. ſed eſt cer-
tus modus agendi ex malitia, quo peccatur in Spiri-
tumſanctum, vt dicetur ſequẽti queſtione. Accipiẽ-
do hoc modo peccatum in Spiritumſanctum, dici-
tur peccatum in patrem, & in filium remiſſibile, ſci-
licet, per pœnitentiam, ſed peccatum in Spiritum-
ſanctum nõ eſt remiſſibile ẽt per pœnitentiam, non
quidem, quòd ſit ſimpliciter irremiſſibile ſiquis de il-
lo pęnitere velit, vt dicetur q. 71.

Sed tunc dicetur quomodo erat peccatum in Spiri
tumſanctum, cum dixerũt Phariſęi in beelzebub ei-
cit dęmonia.

Aliqui dicunt, vt Nicolaus, quòd Phariſęi, & ſcri-
bę ex conſideratione operum Chriſti, & Scripturarũ,
in quibus de aduentu Chriſti erat tempus determina
tum, cognouerunt ipſum eſſe Chriſtum, quia tamen
cępit vitia eorum reprehendere, conceperunt odium
& inuidiam cõtra ipſum, ex quibus excęcati a prima
notitia ceciderunt in errorem, quia talia peruertunt
iudicium rectum rationis, & extunc cęperunt facta
eius interpretari in malum, & primo vocauerunt
eum voracem, & potatorem vini, & peccatorum
amicum, pręcedenti capitu. poſtea autem in tantam
inſaniam proruperunt, quòd vocauerunt eum ar-
reptitium, attribuentes miracula facta virtute diui-
na, dęmoni, & licet primum eſſet graue peccatum:
non tamen erat niſi blaſphemia contra eius humani-
tatem. Secundum fuit incomparabiliter grauius,
quia erat contra eius Deitatem, & talis blaſphemia
eſt peccatum in Spiritumſanctum, quia eſt impugna-
tio veritatis agnitæ.

Sed dicendum, quòd accipiendo hoc modo pec-
catum in filium hominis, dicitur blaſphemia contra G
Chriſtum inquantum putatur purus homo, ſiue eſ-
ſet ex parte deitatis, vt ſi diceretur tu non es Deus,
vel Deus non habitat in te, ſiue ex parte humanita-
tis, vt ſi diceretur tu es vorax, & potator vini: nam
iſta dicerentur ei, vt purus homo crederetur, & ta-
lia dixit remiſſibilia: ſi tamen diceretur contra Chri-
ſtum aliqua blaſphemia poſtquam ſcitur eſſe Deus,
ſiue illa ſit contra deitatem, vel contra humanita-
tem non differret, vt ſi nunc diceret quis quòd Chri
ſtus fuit adulter, vel fur, aut auarus, quia idem eſſet,
atque ſi diceret, quòd Deus eſt peccator, quia poſt-
quam cõſtat ipſum eſſe Deum, omne malum, quod
de eo dicitur, de Deo dicitur, quia ſi Chriſtus pecca
ret, Deus peccaret, ſed quando nõ putatur eſſe Deus
H
poteſt aliqua blaſphemia eſſe contra humanitatem
eius, quæ non redundet in Deitatem, & ideo ſi Pha-
riſęi, & Scribę vere cognoſcerent Ieſum eſſe Meſſiã,
& Deum, & ex inuidia dicerent ei, quòd erat vorax
& potator vini, etiam eſſet peccatum in Spiritum-
ſanctum, & tamen non oportet dici, quòd Phari-
ſęi crederent tunc, vel aliquando determinate Ie-
ſum eſſe Meſſiam, licet ipſe faceret talia opera, ex
quibus euidenter colligebatur: & ſic licet peccarent
non credendo eſſe Meſſiam, tamen ſuppoſito, quòd
non crederent, illæ blaſphemię, quas dicerent contra
ipſum non eſſent peccatum in Spiritumſanctum,
I
vel etiam ſi crederent eum eſſe Meſſiam, & tamen
putarent, quòd non erat Deus, blaſphemię contra
ipſum non eſſent peccatum in Spiritumſanctum.

Dicendum ergo eſt, quòd vocauit hic Chriſtus
peccatum in Spiritumſanctum, hoc quod dixerunt,
ſcilicet, in beelzebub eijcit dęmonia, quia non ſo-
lum de ipſo, ſed etiam de quocunque alio faciente
miracula, ſi dicerent, quòd faciebat illa virtute dę-
monis erat peccatum in Spiritumſanctum, quia mi-
raculum per quemcunque fiat, non poteſt eſſe niſi a
Deo, & ita eſt impugnatio veritatis agnitæ, id eſt, quia
notum erat, quòd miracula illa non poterat facere
niſi virtute Dei, & quia credere nolebant, nec redar-
guere poterant, calumniabanꝫ, vt dicit Hieronymus.

Ad primum dicendum, quòd nullus vult malum
ſub ratione mali, ſed inquantum peccatum æſtima-
tur bonum ipſi peccanti, quaſi quietans appetitum K
corruptum, & propter hoc deſideratur ſecundum ſe,
id eſt, non propter alterum, ſicut beatitudo propter ſe
deſideratur, quia eſt perfectio beati, & quietat ipſum.

Ad ſecundum dicendum, quòd omne peccatum
prouenit ex corruptione naturæ, quia tamen eſt iſtud
principium commune non denominatur peccatum
quodlibet ab eo, ſicut res non nominantur a cauſis
primis, ſed a proximis, maxime, quia ſine incentiuo fomitis, qui eſt naturæ corruptio, quis interdum
malum eligit, ſcilicet, ex quadã debilitate, quę eſt cau
ſa proxima nata ex corruptione naturę ſm quã eſt ho
mo facilis ad cadendũ in peccatũ, ideo non dicitur
omne

omne peccatum eſſe ex infirmitate, ſiue ex corruptio- A
ne naturę.

Ad tertium dicendum, quòd ignorantia poteſt ad
peccatum ſe habere dupliciter. Vno modo, vt pręce-
dat. Alio modo, vt comitetur. Primo modo igno-
rantia eſt cauſa peccati, & cauſat inuoluntarium, vt
ſiquis carnes comederit in quadrageſima, neſciens
eſſe quadrageſimam, & tale vocatur peccatum pro-
pter ignorantiam, quia propter dicit cauſam, & ſic nõ
eſt omne peccatum ex ignorantia. Dicitur autem
ignorantia comitari peccatum quando agens non
ignorauit quid agebat, nec an eſſet malum, quia cum
erat inclinatus ad illud iudicauit bonum eſſe ſibi eo,
quòd quietatur appetitus ſuus in eo, & tunc ignorans
eſt, eo quòd iudicat ſibi eſſe bonum, quod eſt ſimpli-
citer malum. Et tamen iſta ignorantia non præceſſit B
electionem, ſed potius deſiderium de iſta re induxit
ignorantiam faciens, quòd iudicaretur eſſe bona, &
talis ignorantia eſt in quolibet peccante, de qua dici-
tur omnis malus eſt ignorans, & tales dicuntur pecca
re per ignorantiam, & nõ propter ignorantiam, quòd
ignorantia non præcedit tamquam præſtans cauſam
peccato, & ſic non excuſatur: & tamen quando dici-
tur quis peccare per ignorantiam accipitur de igno-
rantia, quæ pręcedit, & non quæ comitatur: ideo non
eſt quodlibet peccatum ex ignorantia, ſed aliquod eſt
ex certa malitia, quod erit peccatum in Spiritum-
ſanctum.

Ad quartum poteſt dici vno modo, quòd de nullo C
dum viuit deſperandum eſt, & hoc propter Deum,
qui tam potens, & miſericors eſt, vt de quacunque
profunditate peccatorum poſſit hominem reducere
ad ſalutẽ. Ex parte tñ hominis in qbuſdã peccatis poſ
ſet de eo deſperari, eo quòd quędã peccata ſunt, quæ
ſecundum ſe repugnant principio remiſſionis, ſicut
illa ægritudo in corporalibus eſſet incurabilis, in qua
languens nullum remedium medicinę ſuſcipere vel-
let. Et talia ſunt omnia peccata in Spiritumſanctum,
vt infra dicetur.

Aliter poteſt dici, quòd non deſperatur omnino
de peccantibus in Spiritumſanctum, licet curatio eo-
rum ſit difficilior quàm cęterorum peccatorum. Et
cum dicitur, quòd vetatur pro his orari. Dici poteſt D
vno modo, quòd aliqui intelligunt de peccato, quod
habet finalem impęnitentiam, quia pro tali peccato
non eſt remiſſio, nec prodeſt oratio, quia ſic decedẽs
perit. Aliter accipitur, quòd ſit peccatum in Spiritum-
ſanctum non dicens finalem impęnitentiam, & tamẽ
non eſt orandum pro tali peccato, id eſt, non obliga-
mur pro tali, quia conuerſio talium ad bonum eſt mi
raculoſa, ſed pro miraculis fiendis non orat quiliber,
vnde licet obligemur orare pro cęteris, & pro quibuſ
dam expreſſe: non tamen pro talibus, quia ipſi deme-
rentur hoc per actum ſuum. Et tamen dicendum ve-
re, vt patet 1. Ioan. 5. q̃ nõ veramur orare pro aliquo,
ſed oſtenditur, q̃ quędam peccata ſunt pro quibus
non obligamur orare, licet non interdicamur: nam E
dicit, eſt peccatum ad mortem non pro eo dico, vt
quis oret, id eſt, non obligo quemquam ad orandum
pro eo, ſi autem diceret, pro eo autem dico nequis
oret, interdiceretur oratio, & tamen non eſt talis for-
ma verborum.

Ad quintum dicendum, quòd licet ſit eadem
deitas tirium perſonàrum, & omne peccatum ſit
contra omnes tres: dicuntur tamen quędam pecca-
ta ſpecialiter eſſe contra vnam perſonam, & non
contra aliam, inquantum ſunt contra attributa per-
ſonarum, vt ſupra oſtenſum eſt.

An peccatum in Spiritumſanctum ſit aliquod genus peccati determinatum. Et quòd in eo ſint ſemper duo peccata. Et quomodo peccatũ ex deliberatione dupliciter accidere poteſt. Et opponi gratiæ intelligitur dupliciter. Quæſt. LXIX.

QVAERETVR de peccato in Spiritumſanctũ
an ſit aliquod determinatum genus pecca-
ti, vel pertineat ad omnia peccatorum
genera.

Aliqui dicunt, quòd non eſt determinatum ge-
nus peccati: ſicut enim peccatum ex certa malitia eſt
in Spiritumſanctum, ita peccatum ex infirmitate eſt
in patrem, & peccatum ex ignorãtia eſt in filium, ſed
peccatum ex infirmitate non dicit aliquod genus pec
cati, ſed circunſtantiam peccati, cum poſſit accidere
infirmitas contra quoddam genus peccati, ergo pec-
catum in Spiritumſanctum etiam non erit determi-
natum genus peccati. Item peccare ex certa malitia,
quod eſt peccatum in Spiritumſanctum, eſt peccare
ex electione, vt dictum eſt præcedenti queſtione: omnis tamen habens habitum vitij, peccat ex electio-
ne, quia in hoc diſtinguitur 7. Ethi. intemperatus ab
incontinenti, quia intemperatus agit ex electione ha-
bens habitum, incontinens autem agit per paſſionem
ſine habitu, quia habitus vitij eſt ipſa malitia 7. Ethi. c.
1. omnis ergo vitioſus peccat in Spiritumſanctum cũ
agat ex malitia, & ſic peccatum in Spiritumſanctum
pertinet ad omne genus peccati, & non eſt determi-
natum genus. Item ſpecies peccati in Spiritũſanctũ,
quæ ponuntur 2. Sen. diſtin. 43. ſ. deſperatio: obſtina-
tio: impęnitentia, & ſic de alijs habent ſe ad omne ge-
nus peccati, quia in quolibet poteſt quis eſſe obſtina-
tus, & de quolibet poteſt eſſe impęnitens: ergo non
eſt peccatum iſtud genus determinatum. Item pecca
tum in Spiritumſanctum dicitur, quod eſt contra at-
tributum Spirituſſancti, ſed tamen quodlibet peccatũ
mortale repugnat gratię quę appropriatur Spiritui-
ſancto: ergo quodlibet mortale eſt peccatum in Spi-
ritumſanctum, & ſic nõ eſt determinatũ genus. Item
peccatum in Spiritumſanctum eſt peccatum ad mor
tem, vt dicitur 2. Sen. diſtin. 43. ſed quomodolibet
mortale eſt ad mortem, quia mors animæ, vt Auguſti
nus dicit, eſt ſeparatio eius a Deo, a quo tamen mor-
tale quodlibet eam ſeparat.

Dicendum, quòd peccatum in Spiritumſanctum
eſt determinatum genus peccati, quia alias non diſtin
gueretur ab alijs generibus peccati, ſed coincideret
cum quolibet peccato: Chriſtus tamẽ diſtinxit hic in
litera peccatum in filium, a peccato in Spiritumſan-
ctum: ergo eſt determinatũ genus. Etiam quia pecca
tum in Spiritum eſt contra attributum Spirituſſan-
cti, ſed attributa perſonarum diſtinguuntur ſaltem ra
tione, quod ſufficit ad hoc, q̃ per ea conſtituantur di-
uerſa genera, vel ſpecies peccatorum: ergo erit iſtud
genus diſtinctum. Etiam quia Magiſter 2. Sen. diſtin.
43. dicit de iſto peccato, q̃ eſt quoddã genus peccati
grauius cęteris. Etiã quia cętera peccata ſunt remiſſi-
bilia, hoc autem dicitur irremiſſibile: ergo graue
differt ab alijs.

Pro hoc ſciendum, q̃ peccatum in Spiritumſanctũ
dicitur, q̃ eſt ex certa malitia, vel induſtria, ſiue ele-
ctione, quod idem eſt, q̃ autẽ quis ex certa deliberatione actum peccati eligat non impulſus aliqua paſ-
ſione poteſt dupliciter accidere, ſ. aut per aliquid po-
ſitiuum, ſiue vitij, ſiue virtutis inclinatur in actum
vitij, vel virtutis, quia ſunt ſimiles habitibus, & natura-
liter appetitur id quod eſt ſimile, & ſic habens habitũ
intemperantię naturaliter inclinatur ad actum huius
vitij, & hoc per aliquid poſitiuum. ſ. per habitum vitij
qui eſt qualitas poſitiua, ſicut habitus virtutis, & iſte
dicitur

dicitur agere ex certa malitia,ideſt, ex ſolo habitu vitij non impulſus aliqua ignorantiam nec paſſione,& ille habitus eſt malitia 7.Ethi.c.1.& ita malitia eſt aliquid pure poſitiuum:ſed dicit̃ malitia,quia per ipſum habitum inclinantur ad actum malum, qui dicitur malus non quantum ad id quod eſt, ſed quantum ad rectitudinem circunſtantiæ qua caret, & illa priuatio rectitudinis eſt malum in actu.

Alio modo ex certa deliberatione peccatum elicitur propter priuationem eius, quòd a peccato retrahebat, & hoc eſt quando voluntas ſponte reijcit,& contemnit id per quod a peccato retrahi poſſet. Ex multis enim retrahi poteſt homo, vt dicetur ſequenti quæſtione.ſ.ex timore pœnæ æternę, & ex ſpe futuri præmij,& ſimilibus. Siquis ergo contemnat præmia æterna,& pęnas æternas abijciendo cogitationem illorum a ſe,vt eligat delectabile ſecundum carnem, & fruatur eo tamquam per ſe bono, eſt peccatum ex electione,ſiue ex certa malitia. Accipiendo autem primo modo peccare ex malitia,non eſt determinatum genus peccati,ſed ex circũſtantia.ſ.peccare ex habitu, vel ſine habitu.ſ.ex paſſione,vel ignorãtia, & ideo tale peccatum nõ dicitur peccatum in Spiritumſanctum, & ita non eſt omne peccatum voluntarium, ſiue ex malitia peccatum in Spiritumſanctum. Accipiendo autem ſecundo modo peccatum ex certa malitia eſt determinatum genus peccati,quia genus, & ſpecies in peccato determinantur ex obiecto:ideo peccatum quod habet determinatum obiectum,eſt determinatum genus,vel ſpecies peccati, & iſtud eſt peccatum in Spiritumſanctum, quod ex certa malitia eſt, & eſt determinati generis,obiectum autem in peccato iſto eſt omne illud quod a peccato retrahere poterat, & inquantum voluntas contemnit illud ſponte,eſt peccatum in Spiritumſanctum.

Pro quo ſceindum,ꝙ in peccato quolibet in Spiritumſanctum ſunt ſemper duo peccata. Et primum eorum eſt proprie peccatum in Spiritumſanctum,& habet ſpeciale obiectum. Secundum autem dicitur large peccatum in Spiritumſanctum,ſolum inquantum oritur a primo,vt ſiquis propter hoc,ꝙ contemnit pręmium futurum,& pęnas futuras,eligit fornicari, vel furari, eſt peccatum in Spiritumſanctum. Et primum peccatum eſt hic,ꝙ homo cõtemnat vitam æternam quam ſuper omnia debet cupere,& ꝙ contemnat pęnas ęternas quas ſuper omnia debet timere, vt dicitur ſupra 10.& Lucę 12.& iſtud eſt proprie peccatum in Spiritumſanctum,quia eſt contra hoc obiectum determinatum quod contemnitur,& poterat a peccato retrahere. Secundum eſt eligere fornicari, vel furari, & iſtud non eſt determinati generis nec obiecti, ſed in quocunque genere poteſt peccari, & non dicitur iſtud peccatum in Spiritumſanctum niſi inquantum oritur ex primo quod eſt proprie peccatum in Spiritumſanctum, quia iſte,qui peccat in illa paſſione impulſus,non faceret hoc,niſi vel ignoraret pręmium, & pęnam futuram, vel vtrumque contemneret.

Sciendum etiam,quòd malum agere contemnendo pęnas,& præmia futura ſtat dupliciter. Vno modo,ꝙ quis iſta non credens eſſe futura,velit frui delectabili quod eſt in præſenti, tãquam nihil ſit quod eũ diſtrahere poſſit. Alio modo, quòd credat ea eſſe futura,& tamen contemnat illa abijciens ſpem, & non rem illorum, a ſe propter amorem præſentium, & tunc incidit homo in quemlibet actum malum. Primo eſt peccatũ in Spiritumſanctum, ſed ſunt ibi duo peccata quorum neutrum eſt in Spirituſanctum. Primum eſt infidelitas inquantum non creditur præmium nec pęna poſt vitam, & tamen peccatum infi-

F delitatis differt a peccato in Spiritumſanctũ, quia infidelitas pertinet maxime ad intellectum, licet volũtas concurrat,vt compleatur ratio peccati, ipſum autem peccatum in Spiritumſanctum totaliter pertinet ad voluntatem,quę contemnit ſponte, & abijcit ea quæ poterant retrahere a peccato. Aliud autem.ſ. fornicari, vel quodcunque malum ex pręcedenti ſecutum non dicitur peccatum in Spiritumſanctum, quia non eſt determinati generis, nec etiam oritur a peccato in Spiritumſanctum. Accipiendo ſecundo modo.ſ.quòd quis credat pęnas,& pręmia poſt mortem,& abijciat ſpem eorum a ſe, & ex hoc incidat in fornicationem,vel quodcũque aliud malum dicitur proprie peccatum in Spiritumſuanctum, de quo naſcitur fornicatio.ſic dicitur ad Ephe.4.qui deſperan-

G tes ſeipſos tradiderunt ſe impudicitię,ideſt, deſperantes de bono futuro tradiderunt ſe impudicitię.ſ.volẽtes frui bono præſenti, ſicut dixerunt ſtulti Sapientię 2.Coronemus nos roſis antequam marceſcant,& nõ tranſeat nos flos temporis noſtri, & non ſit pratum, quod non pertranſeat luxuria noſtra. illi tamen dixerunt hoc ex infidelitate, quia non credebant aliquid poſt mortem: iſti autem ex deſperatione bonorum, quæ credebant,& hoc eſt peccare in Spiritumſanctũ quod habet ſpeciale obiectum.ſ.id quod poterat retrahere a peccato,& contemnitur, omnibus talibus peccatur contra attributum Spirituſſancti, quia poni tur impedimentum directe ipſi remiſſioni peccato-

H rum,quę appropriatur Spirituiſancto,inquantum ſit ex ſola bonitate Dei,vel quia in omnibus iſtis directe contemnitur bonitas,quæ attribuitur Spirituiſancto, vel aliquis effectus eius.ſ.quia contemnuntur,& abijciuntur omnia, quæ poterant diſtrahere a peccato, quæ tamen ex Dei bonitate data erant nobis remedia contra peccatum.

Ad primum dicendum, quòd peccatum ex infirmitate non dicit aliquomodo ſpeciale genus,quia infirmitas,& ignorantia ex quibus procedit peccatum non ſunt aliquod peccatum, ſed ſolum pęna quæ tamen eſt cauſa peccati,& ſic non conſtituit genus peccati,quia genus in peccatum accipitur ex obiecto, & non ex cauſa,& idem eſt in genere actus virtutis,pec-

I catum autem in Spiritumſanctum eſt ex induſtria,ſiue ex certa malitia, eſſe tamen ex induſtria non eſt genus peccati ſed circunſtantia: inquantum tamen illud peccatum quod eſt ex induſtria accipit ſpeciale obiectum.ſ.ea quæ poterant hominem diſtrahere a peccando,eſt determinatum genus peccati, quod dicitur peccatum in Spiritumſanctum ex certa malitia. Et tamen non eſt verum, quòd omne peccatum ex certa malitia, ſit peccatum in Spiritumſanctum, ſed ſolum illud quod eſt determinatũ ſibi ſpeciale obiectum.ſ.ea quę poterant diſtrahere a peccando: contra illa enim peccare, ſcilicet, contemnendo ea eſt peccare in Spiritumſanctum.

Ad tertium dicendum, ꝙ non dicitur pctm̃ in Spiritumſanctum illud quod fit ex contemptu eorum

K quæ a peccando diſtrahunt, ſed ipſe contemptus illorum,& ſic deſperatio,obſtinatio, & impęnitentia ſunt proprie pctã in Spiritumſanctum, quod autem ex quocunque iſtorum poſſit ſequi pctm̃ cuiuſcunque generis non eſt inconueniens,quia illud quod inde oritur non eſt pctm̃ in Spiritumſanctum, quia vt ſupra dictum eſt in quolibet peccato in Spiritumſanctum ſunt duo peccata ſimul, & primum eſt proprie peccatum in Spiritumſanctum, ſecundum autem non,quia non eſt determinati generis, ſed dicitur large pctm̃ in Spiritumſanctum, quia oritur ex primo quod eſt vere pctm̃ in Spiritumſanctum.

Ad quartum dicendum, quòd mortale quodlibet opponitur

opponitur gratię:Et tamen opponi gratiæ ſtat dupliciter. Primo directe,& per ſe, & hoc ſit quando aliquis gratiã actualiter deſpicit, vel aliquid ad gratiam pertinens. Secundo indirecte,& ex cõſequenti.ſ.quã do quis non deſpicit gratiam, & tamen agit aliquid quod cum gratia ſtare non poteſt. Primo opponi gratię competit ſoli pctõ in Spiritumſanctum, eo ꝙ illo directe contemnitur gratia, vt ſiquis eſt impęnitens, ideſt, proponens nunquam pœnitere directe cõtemnit remiſſionem pctõrum, quia proponit nunquam participare illa, vel contemnit aliquid pertinens ad gratiam, ſicut qui contemnit bona ęterna volens frui præſentibus, quia bona æterna ex gratia nobis dantur,cum per ęquiualentiam nemo poſſit illa mereri, quia non ſunt condignę paſſiones huius temporis ad futuram gloriã, ad Roma.8. Secundo modo contemnitur gratia per quodlibet mortale non quidem directe,vellet enim homo ſi eſſet poſſibile,ꝙ manendo in mortali eſſet in gratia Dei, & daretur ſibi vita æterna,indirecte tamen contemnit gratiam, inquantum facit aliquid quòd ſcit non poſſe ſtare cum gratia, & tamen eligit illud potius quàm manere in gratia.

Ad quintum dicendum, quòd pctm̃ quodlibet mortale eſt aliquo modo ad mortem, ſed ſpecialiter pctm̃ in Spiritumſanctum: eſt enim pctm̃ mortale quantum ad aliquid ſimile morti, & quantum ad aliquid ægritudini: inquantum enim ſeparat a Deo,qui eſt vita noſtra,habet ſimilitudinem mortis, & iſtius ſeparatio dicitur mors prima:inquantum autem adhuc manet poſſibilitas redeundi ad vitam,habet ſimilitudinem ægritudinis ducentis ad mortem condemnationis,quæ eſt mors ſecunda,quę omnino ſimilitudinem mortis retinet, dum per ea homo ſeparatur a Deo in perpetuum,& ad vitam gratię non eſt poſſibilis reditus. Sicut autem in ęgritudinibus corporalibus quędam ſunt curabiles, & iſtæ dicuntur non eſſe ad mortem:aliæ autem ſunt incurabiles quantum eſt de natura morbi,& iſtę dicuntur infirmitates ad mortem,ita & in peccatis mortalibus,illa ſolum dicuntur ad mortem,quæ quantum in ſe irremiſſibilia ſunt, & iſta ſunt ſolum pctã in Spiritumſanctum,quia tamen mortale a morte dicitur neceſſe eſt,quòd omne mortale ſit ad mortem, ſed dicitur mortale, quia eſt ad mortem:non eſt tamen omne mortale ad mortem ſecundam in quantum in quolibet mortali cum ſit remiſſibile eſt reditus ad vitam gratiæ eo modo quo illud eſt remiſſibile,& quantum ad hoc pctm̃ in Spiritumſanctum dicitur ſolum ad mortem.

An recte ſpecies peccati in Spiritumſanctum aſſignentur. Et quæ dicantur ſingulæ eſſe. Et aliquid in actu virtutis, & vitij eſſe,poteſt conſiderari dupliciter. Quæſt. LXX.

QVAERETVR nunc de ſpeciebus peccati in Spiritumſanctum an recte aſſignentur:ponuntur enim ſex communiter a doctoribus & 2.Sentẽ.diſ.43.ſ.deſperatio,præſumptio,impęnitentia, obſtinatio, impugnatio veritatis agnitæ,& inuidentia.

Aliqui dicunt, quòd non ſint omnia hæc pctã in Spiritumſanctum. Et primo de deſperatione:nullus enim poteſt deſperare ſi credit remiſſionem pctõrũ fieri in Eccleſia:negare tamen, vel non credere remiſſionem pctõrum,eſt infidelitas: ergo deſperatio eſt ſpecies infidelitatis,& non peccati in Spiritumſanctum,quia iſta diſtinguuntur inter ſe,vt oſtenſum eſt pręcedenti quæſtione. Item patet de præſumptione idem,quia præſumptio eſt ſm quam nimis confidit de miſericordia Dei extendẽdo eam valde, & tamen

A nullus poteſt eam immoderate extendere cum ſit infinita:ergo præſumptio non eſt pctm̃ in Spiritumſanctum. Item patet idem de impęnitentia,quia accidentia rei non conſtituunt ſpeciem, ſed impęnitentia eſt accidens peccati,ſicut duratio cuiuslibet rei eſt accidens eius:nam impęnitẽtia eſt manere in pctõ vſque ad mortem:ergo impęnitentia non eſt ſpecies peccati. Item patet de obſtinatione,quia pręteritum, & futurum non faciunt differre ſpecie, quia homo, qui fuit,& nunc eſt,non differunt ſpecie, ſed impęnitentia,& obſtinatio differunt ſolum per præteritum, & futurum,quia impęnitentia eſt ex hoc,ꝙ de peccatis pręteritis proponit homo non pœnitere: obſtinatio autem eſt inquantum proponit ſemper committere

B pctm̃ quod ſemel commiſit,vel non deſiſtere ab eo: ergo impęnitentia,& obſtinatio non ſunt duæ ſpecies peccati in Spiritumſanctum. Item patet de impugnatione veritatis agnitæ,quia pctm̃ in Spiritumſanctum eſt contra attributum Spirituſſancti, ſed impugnatio veritatis agnitę eſt contra attributum filij, quia veritas appropriatur filio,qui dixit Io.14.ego ſum via veritas,& vita:ergo non eſt iſtud pctm̃ in Spiritumſanctum,ſed in filium. Item patet de inuidia,quia inuidia eſt vnum de vij.capitalibus vitijs,nec eſt grauiſſimum omnium,ſed cętera vitia capitalia non dicũtur pctm̃ in Spiritumſanctum:ergo nec inuidia. Item patet, q̃a generum oppoſitorũ ſunt ſpecies diuerſę, ſed pctm̃ in Spiritumſanctũ quod eſt ex certa malita diſtingui-

C tur ex oppoſito contra pctm̃ in patrem, vel filium quod eſt ex infirmitate,vel ignorantia, & tamen deſperatio,& pręſumptio, & reliqua poſſunt accidere ex infirmitate, vel ignorantia,ſicut ex certa malitia:ergo iſtæ ita ſunt ſpecies peccati in patrem,& filium, ſicut peccati in Spiritumſanctum:ergo non debent poni ſpecies huius peccati, quia tunc non pertinerent ad genus alterum peccati,quia diuerſorum generum non ſubalternatim poſitorum diuerſę ſunt ſpecies,& genera, vt dicit Ariſto.in prædicamentis. Item pctm̃ in Spiritumſanctum ex electione, inquantum quis ſponte remouet omnia,quę a pctõ retrahere poſſunt, ſi autem aliquod illorum maneat non eligetur pctm̃,

D & tamen non poſſunt tolli omnia retrahentia a pctõ niſi per omnia ſex.ſ.enumerata.ſ.præſumptio deſperatio &c.ergo nullum iſtorum per ſe eſt, ſpecies peccati in Spiritumſanctum, ſed omnia ſimul ſumpta ſunt vnum pctm̃ in Spiritumſanctum conſtituendo illud tamquam partes integrales.

Dicendum,ꝙ iſta ſex,ſunt ſex ſpecies peccati Sipritusſancti,vt patet ex multis auctoritatibus ſanctorũ, de ſingulis eorum quas induxit Magiſter 2.Sent. diſt. 43.& illas omittimus. Ponitur autem primum ipſorum deſperatio,non quidem, vt prouenit ex infidelitate, quia infidelis proprie non deſperat de præmio poſt mortem,quia ſpes, & deſperatio ſunt ꝯ idẽ:ſpes aũt eſt de bono arduo quod tamen attingi poteſt, licet cum aliqua difficultate: deſperatio aũt eſt etiã de

E bono arduo a quo quis ſe auertit putans, non poſſe illud conſequi,forte ꝑꝑ aliqua impedimenta ex parte ſui:vbi aũt nullum bonũ eſſe creditur, nec poteſt eſſe ſpes nec deſperatio :infidelis aũt non credit bonum eſſe poſt mortem.ſ.qui eſt infidelis ꝯ hunc articulũ: ideo ille nec poteſt ſperare nec deſperare:forte enim ſi crederet cõcupiſceret,& ſperaret,ſed neceſſe eſt, ꝙ deſperatio ſit in eo qui credit eſſe fęlicitatẽ poſt mortem. Et tñ deſperat de illa, quod poteſt fieri dupliciter. Vno mõ,quia ſcit non poſſe haberi ſimul bona illa,& frui bonis in pręſenti,& præponit præſentia futuris, & ex hoc deſperat ex futuris ſciens,ꝙ fruẽdo iſtis non eſt poſſibile peruenire ad illa,& hoc eſt deſperare.i.ſpem voluntarie abijcere,quia iam non ſperat illa bona,

bona, ſed aufert ſpem illorum ab animo ſuo. Alio mo do fit deſperatio quando putatur, ꝙ ſunt bona poſt mortem, & tñ illa dabuntur ſolis viuentibus ſm virtutem, & quia credit quis difficile eſſe viuere ſemper ſecundum virtutem, & putat, ꝙ non poterit tota vita viuere ſm virtutem, deſperat ſe habiturum illa bona futura: in vtroque modo ſeruatur ratio deſperationis. ſ. ꝙ ſit de bono arduo ad quod putatur non poſſe peruenirì. Nam de bonis futuris nemo deſperat quaſi illa oderit, ſed quia putat impoſſibile eſſe, vel difficile illa haberi. Et hoc fit vtroque modo de dictis. De primo patet, quia afficitur quis valde ad bona prẽſentia, ita ꝙ in omni caſu eligit illis frui. Et quia ſi recte credit ſcit eſſe impoſſibile frui iſtis, & illis: deſperat de illis, quia ſunt bona ardua ad quæ ſibi impoſſibile eſt peruenirì in caſu dato. De ſecundo patet, quia ille, qui credit difficile eſſe viuere in virtutæ, cupit bona æterna ad, quę ſcit impoſſibile eſſe peruenirì, niſi finiendo in virtute, quia tñ putat valde difficile eſſe permanere in virtute, deſperat de bonis illis pp difficultatem eorum. In vtroque etiam modo eſt pctm̃ in Spiritumſanctum, quia repugnatur attributo Spirituſſancti. De primo patet, quia ille præponit bona iſta ęternis, & ideo deſperat de illis, in quo repugnat bonitati Dei, quę ſola liberalitate donat nobis dona ęterna, quę nemo ſufficienter mereri poteſt: bonitas tñ eſt attributum Spirituſſancti. De ſecundo patet, quia ille repugnat gratię, quia licet homini carnali viuere ſemper in virtute ſit difficile: ex gratia tñ Dei omnia facilia ſunt, ſicut dixit Chriſtus pręcedenti capitulo. Iugũ meũ ſuaue eſt, & onus meum leue. Qui ergo propter difficultatem putat, ꝙ non poterit permanere in virtute, non confidit ſe habiturum gratiam per quam omnia leuia fiant, & tamen Deus omni petenti dat gratiam, & affluenter quidem. Iaco. 1. Alij modi deſperationis ſunt, vt quando quis ignorans eſſe bona poſt mortem fruitur delectabili preſenti, ſed non vocatur hęc proprie deſperatio, ſed infidelitas, vt ſupra dictum eſt. Etiã ſiquis propter grauia pctã, quę commiſit, credat, ꝙ non ſit poſſibile ſibi aſſequi vitã ęternam, quam alios credit aſſequi, vt propter hoc viuat ad libitum, dr̃ deſperare, ſed iſtud non eſt pctm̃ in Spiritumſanctum, ſed eſt pctm̃ infidelitatis, quia ſicut abſolute negare remiſſionem pctõrum eſt infidelitas, ita dicere de aliquo quandiu viuit quantumcunque grauia commiſerit, ꝙ remiſſionem habere non poteſt, eſt infidelitas, quę aliquo modo pertinet ad filiũ, quia illud eſt ex ignorantia. Alij etiam, qui ſeipſos occidunt dicuntur deſperare, ſed non eſt hoc pctm̃ in Spiritumſanctum, nec dicũtur proprie deſperare, ſed per accidens, quia iſti non abijciunt ſpem, ſed faciunt aliquid cum quo non poteſt manere ſpes, & iſtud pertinet magis ad peccatum in patrem, quia occidens ſe facit propter aliquam paſſionem, quę vrget valde eum, ſecundum quam putat ſibi vitam futuram eſſe deteriorem morte, & ideo non vult viuere, & ſic procedit hoc ex infirmitate, ideſt, inquantum non potẽs tolerare paſſionem illam occidit ſe. Et tamen peccatum ex infirmitate eſt in patrem, cui attribuitur potentia.

De preſumptione etiam dicendum, quòd eſt peccatum in Spiritumſanctum, & accipitur præſumptio pro ſuprabundanti, & inordinata ſpe, & hoc quando quis ſperat, quòd etiam ſi peccet mortaliter haberet vitam æternam: nam ſpes recta non eſt ſine meritis, quia ſpes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia Dei, & ex meritis noſtris, qui autem ſperat, quòd per ſolam gratiam Dei ſine meritis immo cũ demeritis poteſt habere beatitudinem, inordinate ſperat agens contra naturam ſpei 3. Sen. diſtin. 26. & F talis ſpes vocatur præſumptio: iſti enim ampliant valde miſericordiam. Iſtud autem eſt peccatum in Spiritumſanctum, quia repugnat attributo eius. ſ. bonitati, quia tales abutuntur ea faciẽtes Dei bonitatem iniuſtam, quę ita beatificet, ſicut bonos, vel repugnant effectui attributi eius, quia ex bonitate Deus dedit nobis remedia, per quæ retrahamur a peccando, quorum vnum eſt timor æternę pœnæ, quam iſti contẽpſerunt, ſic de Dei miſericordia preſumendo.

Aliter accipitur preſumptio, vt quando quis confidens valde, ideſt, inordinate de bonitate Dei non vult ſe eruere a periculo cum poſſet, expectans, quòd Deus eum eruet, vel qui ſe conſtituit in periculo ſpõte ſperans a Deo liberari, ſed iſta preſumptio potius dicitur tentatio Dei quàm peccatum in Spiritumſan G ctum, quia peccata in Spiritumſanctum repugnant directe principio remiſſionis peccati. ſ. ipſi bonitati, vel gratię per quam peccata remittuntur, inquãtum quis illam impugnat, vel non vult participare ea: in peccato autem tentationis Dei abutitur quis aliqualiter Dei bonitate, & tamen non repugnat illi, vt eſt principium remiſſionis peccatorum, vnde non eſt tentatio Dei peccatum irremiſſibile, ſicut peccatum in Spiritumſanctum.

Tertium eſt impęnitentia, & accipitur vno modo prout eſt duratio peccati vſque ad mortẽ, ideſt, quòd de illo non pœnitet homo quandiu viuit, & ſic non eſt peccatum in Spiritumſanctum, immo nec eſt ali H quod genus peccati, ſed eſt accidens eius, ſicut duratio cuiuslibet rei eſt eius accidens: nam aliàs eſſent duo peccata in eadem ſpecie, & vnum eſſet pctm̃ in Spiritumſanctum, & aliud non, quod eſt incõueniẽs, vt ſi qui commiſit adulterium, non pęnituit, eſſet ſecundum adulterium pctm̃ in Spiritumſanctum, & non primum: impęnitentia dicit propoſitum quoddam de nunquam pęnitendo, & tunc eſt ſpeciale genus peccati, quia habet determinatum obiectum, & eſt peccatum in Spiritumſanctum, quia repugnat attributo eius. ſ. gratię remiſſionis pctõrum, quæ attribuitur Spirituiſancto, quia qui proponit nunquam pœnitere, eligit nunquam habere remiſſionem peccatorum.

I Et aliqui dicũt, vt Nicolaus, quòd iſte vellet, quòd nunquam Deus ſibi daret gratiam pęnitendi.

Et dicendum, quòd hoc verum eſt, quia quidam homines ſunt, qui iocunde fruuntur bonis huius ſęculi, & ſciunt, quòd ſi Deus eis daret gratiam pęnitendi, priuarentur fruitione bonorum præſentium, & quia illi nimis adhęrent, non ſolum non cupiunt gratiam pęnitendi, ſed etiam nolunt illam, & quòd deterius eſt timent, quòd Deus eis inuitis aliquando iſtam gratiam dabit, & ſic carebunt fruitione ſua: iſti ſunt in peſſimo ſtatu peccatorum, de quibus dicitur Iob 21. qui dixerunt recede a nobis, & non pulſes cor noſtrum ad pœnitentiam: ſcientiam viarum tuarum nolumus, ideſt, nolumus intelligere, vt bene agamus. Sed dicendum, quòd hoc facit quidem ad indi K gnitatem peccati: nõ eſt tamen neceſſe ad hoc, quòd impęnitentia ſit pctm̃ in Spiritumſanctum, ꝙ deſideret homo, ꝙ Deus nunquam ei det gratiam pęnitendi, quia ſatis eſt, ꝙ proponat nunquam pęnitere. Quantum eſt obſtinatio, & iſtud eſt qñ aliquis proponit firmiter manere in pctõ. Et diſtinguunt obſtinatio, & impęnitentia ex duobus, quæ ſunt communiter in pctõ. ſ. delectatio, & turpitudo: inquãtũ. n. pp delectationẽ quis adhęret firmiter pctõ, pponens nunquam deſiſtere ab eo, eſt obſtinatio: quantum ad turpitudinem vero, vel indecentiam operis inquantũ non vult quis dolere de opere, tãquam non fuerit turpiter, vel male factũ, ſed bene, eſt impęnitẽtia, & ideo, vt communiter

A muniter impęnitentia eſt de præteritis peccatis, obſtinatio autem de futuris, ideſt, quia non vult ceſſare a committendo, licet etiam impęnitentia poſſit eſſe de futuris, vt ſiquis proponat nunquam dolere pro peccatis pręteritis: nec etiam de futuris ſi aliqua commiſerit. Aliter accipitur obſtinatio prout eſt perſeueratio vſque ad mortem in actu alicuius peccati propter delectationem eius, & tamen fuit iſta perſeueratio ſine propoſito perſeuerandi, & ſic nõ eſt aliquod genus peccati, ſed circunſtantia, vel accidens eius, vnde non eſt pctm̃ in Spiritumſanctum: accipiendo aũt obſtinationem prout eſt propoſitum perſeuerandi in actu peccati eſt pctm̃ determinatum, & eſt in Spiritumſanctum, quia repugnat directe gratię remiſſio nis peccatorum: cum proponat ſemper perſeuerare B in peccato.

Quintum eſt impugnatio veritatis agnitæ, & non quidem cuiuslibet veritatis, ſed illius ſolius, quæ ad fidem pertinet, & maxime quando impugnando veritatem aſſerimus aliquam falſitatem, quę eſt in derogationem diuinę perfectionis, ſicut fuit in preſenti, cum Iudęi volentes impugnare hanc veritatem agnitam. ſ. ꝙ operabatur in virtute Dei, aſſeruerunt hoc falſum. ſ. ꝙ operabatur in beelzebub, & ita Chriſtus dixit iſtud eſſe peccatum in Spiritumſanctum: repugnat enim attributo Spirituſſancti. ſ. gratię reuelationis, quia ea, quæ ad fidem pertinent per reuelationem habentur, ſed Spirituſſanctus eſt, qui reuelat myſteria, quia Spirituſancto dictante locuti ſunt ſancti 2. Petri C 1. ideo tali veritati repugnare, eſt repugnare Spirituiſancto, vel quia ea, quæ ad fidem pertinent ſunt ad remiſſionem pctõrum cum per fidem ſaluemur Act. 5. ſ. fide purificans corda eorum, ſed repugnare gratiæ remiſſionis eſt contradicere Spiri tuiſancto, qui per fidem mundat nos.

Sextum eſt inuidia, & non accipitur inuidia pro qualibet inuidia: ſiquis enim inuideat proximo, quia temporaliter exaltatur, peccat quidem mortaliter, ſed non peccat in Spiritumſanctum, ſed inuidia charitatis alienę, vel gratiæ eſt pctm̃ in Spiritumſanctum, vt ſiquis doleat, quia proximus ſuus ſanctus eſt, vel quia Deus dat ei gratiam, eſt peccatum in Spiritumſanctũ, D quia directe contradicitur Spirituiſancto, volendo ꝙ ipſe ex immenſa charitate non largiatur dona ſua.

Aliqui tamen volunt, quòd non ſit iſta inuidia perſonę ſingularis, ſed inuidia, quòd gratia Dei creſcat in mundo, vt ſiquis doleret, quòd cultus Chriſti augeretur, & quòd multi conuertuntur ad ipſum, & ſic inuit Nicolaus.

Sed dicendum, quòd hoc pertinet ad magnitudinem iſtius peccati, & tamen vtrobique eſt peccatum in Spiritumſanctum. Primum patet, quia quando qs dolet, quòd gratia Dei creſcit in orbe: videtur inuidere Deo, vt ſi doleret, quia Chriſtus ab omnibus coliturr: cum autem dolet quis de gratia ſingularis perſonæ, videtur inuidere homini, & tamen longe grauius eſt inuidere Deo, quàm homini. Secundum patet, E quia licet inuidea tur ſingulari perſonæ inuidetur ſibi de gratia ſpirituali, ſecundum quam eſt remiſſio peccatorum, & via ad beatitudinem, quorum vtrunque eſt directe a Spirituſancto: ideo contradicitur hic Spirituiſancto, & ſic vtrobiq; eſt peccatum in Spm̃ ſctm̃.

Sufficientia autem prędictarum ſpecierum ſic habetur, quia peccatum in Spiritumſanctum proprie loquendo conſiſtit in actu voluntatis abijcientis id per quod homo a peccato retrahitur. Contingit autem hoc dupliciter. retrahitur enim aliquis a peccato, & operatur bonũ propter ſe, & aliquis propter aliud. Sed propter aliud fit dupliciter. ſ. ad vitandum ſupplicia, vel ad conſequendum præmia, ſed neutrum pertinet ad virtuoſum, qui bonum propter ſe operatur, & malum propter ſe fugit. Hęc autem duo tolluntur propter duo peccata prędictorum. ſ. per præſumptionem tollitur timor ſuppliciorum, & per deſperationem tollitur ſpes præmiorum: aliquis autem operatur bonum propter ſe, & fugit malum propter ſe, qñ mouetur principaliter ex aliquo quod eſt in ipſo actu virtutis, vel peccati. Hoc autem eſt dupliciter: aliquid enim poteſt conſiderari in actu virtutis, vel vitij dupliciter. ſ. vt eſt quoddam humanum bonum, & aliquid quòd eſt diuinum. Si autem cõſideretur actus peccati ex parte eius quod eſt bonum humanum in actu, poſſunt eſſe ibi duo. ſ. delectatio indebita, & deformitas actus, & ex vtroque poteſt homo a peccato retrahi, & contra hoc ſunt duę ſpecies peccati in Spiritumſanctum. ſ. obſtinatio, & impęnitentia, quia per obſtinationem aliquis adhęret firmiter delectationi peccati ac ſi non eſſet mala, ſed illicita: per impęnitentiam autem non virat deformitatem, quæ eſt in actu, quæ debuerat eſſe motiuum retrahendi a peccato, & pęnitendi. Diuinum autem in actu virtutis, quòd poſſit retrahere a peccato eſt duplex, vnum eſt veritas fidei quaſi dirigens quomodo a peccato debeat recedi. aliud eſt, ſicut inclinans. ſ. ipſa gratia per Spiritumſanctum in Eccleſiam diffuſa, quæ inclinat ad non peccandum. Contra primum eſt impugnatio veritatis agnitę, contra ſecundum eſt inuidentia fraternę gratiæ. Alij autem diſtinguunt iſtas ſpecies ſic: dicunt enim quòd pctm̃ in Spiritumſanctum opponitur ſpe cialiter gratię pęnitentiali, ideſt, quæ eſt in pęnitendo per quam fit remiſſio peccatorum. Ad remiſſionem enim peccati quędam exiguntur ex parte remittentis, quędam ex parte eius cui remittitur, & quædam ex parte eius per quod fit remiſſio. Ex parte remittentis concurrũt duo. ſ. miſericordia, & iuſtitia. Contra primum eſt deſperatio, & contra ſecundum præſumptio: ex parte eius cui remittitur requiruntur duo. ſ. propoſitum de non peccando, & dolor de commiſſis. Contra primum eſt obſtinatio, & contra ſecundũ impęnitentia. Ex parte eius per quod ſunt duo. ſ. fides Eccleſię, & gratia, quæ datur in ſacramentis. Contra primum eſt impugnatio veritatis agnitę. Contra ſecundum eſt inuidentia fraternæ gratię, quomodo autem explicentur ſingula ſingulis apparet ex ſupradictis de qualibet ipſarum ſpecierum.

Ad primum dicendum, quòd aliqui deſperant large loquendo, ideſt, non ſperant remiſſionem peccato rum, quia non credunt illam fieri in Eccleſia. Aut nõ credunt eſſe bonum, vel malum poſt mortem propter quod ſit neceſſaria remiſſio peccatorũ, & iſtud non eſt pctm̃ in Spiritumſanctum, ſed infidelitatis: ille autem proprie deſperat de remiſſione pęccatorũ, & de bonis futuris, qui credens iſta vera eſſe abijcit ſponte ſpem iſtorum, vt liberius fruatur bonis huius vitę, vel quia putat difficile eſſe viuere ſecundum virtutem, quod erat neceſſarium ad conſequendum bona futura.

Ad ſecundum dicendum, quòd preſumptuoſus non peccat ex hoc, ꝙ putat miſericordiam Dei valde magnam eſſe: nam nemo ſufficit æſtimare quanta ſit, cum infinita ſit, & quantumcunque eam magnã fecerimus, adhuc maior eſt, ſed peccat, qui iuſtitiam Dei contemnit credens, quòd cum peccatis ſit aditus ad vitam ęternam, in quo etiam miſericordię Dei derogat abutens ea ac ſi fuiſſet iniuſta. Ad tertium dicendum, ꝙ ſic eſt de impęnitentia, ſicut de perſeuerantia: accipitur enim dupliciter perſeuerantia. Vno modo, vt eſt propoſitum perſeuerandi in bono incępto vſque in finem, alio modo, vt eſt duratio actualis in actibus virtutũ vſque ad mortẽ. Primo eſt ſpecialis

virtus,

virtus, quia habet determinatum obiectum, secundo modo non est virtus, sed est circunstantia aliarum virtutum. Ita etiam impęnitentia dicit vno modo durationem in pctō vsque ad mortem, & sic non est pctm̄, sed circunstantia quorundam pctōrum. Alio modo impęnitentia dicit propositum nunquam pœnitendi de pctō, & sic est determinatum peccatum, quod est in Spiritumsanctum. Ad quartum dicendum, ꝙ obstinatio, & impęnitentia non differunt per præteritum, & futurum, licet obstinatio semper sit de futuro, idest, propositum perseuerandi in peccato, & impęnitentia sit regulariter de præterito: tamē interdum est de futuro, vt siquis proponat nunquam pœnitere de peccatis commissis nec de committendis, sed differunt per duo, quæ sunt in peccato. s. delectationem, & deformitatem, quia per obstinationem firmiter adhęretur delectationi tamquam bona sit, & per impęnitentiam non receditur a deformitate peccati tamquam non esset mala.

Ad quintum dicendum, ꝙ veritas, & sapientia, & similia, possunt dupliciter considerari. s. vel secundum propriam rationem, & sic attribuuntur filio, vel secūdum, ꝙ habent quandam rationem boni, quia verum est bonum intellectus, & sic approprianturSpiritui sancto, inquantum quę ad fidem pertinent per eum reuelata sunt, & inquantum per fidem peccata remittuntur, & tollens fidem aufert principium remissionis peccatorum.

Ad sextum iam dictum est, ꝙ inuidia de bonis temporalibus, licet sit pctm̄ mortale non est in Spiritumsanctum, sed inuidia gratię spiritualis: ideo non dicit inuidia simpliciter pctm̄ in Spiritumsanctum, sed inuidia fraternæ gratiæ. Ad septimum dicendum, ꝙ omnia ista possunt aliquo modo pertinere ad peccatum in patrem, & in filium, sed proprie pertinent ad pctm̄ in Spiritumsanctum. Possunt enim dupliciter accidere. Vno modo ex hoc, ꝙ voluntas per se tendit in vnumquodque istorum, vt quia aliquis non vult habere spem de futuris præmijs, aut non vult veritati agnitæ consentire, & sic de alijs: & hæc sunt species peccati in Spiritumsanctum, quia sic proprie loquendo est desperatio, vel præsumptio, & ita de alijs qñ voluntas per se in actum desperationis, vel præsumptionis labitur. Alio modo potest accidere desperatio, vel præsumptio, & ita de alijs ex aliquo exteriori, vt propter defectum rationis regentis, vel propter impulsum alicuius passionis, & ita accidunt per infirmitatem, vel ignorantiam, & non sunt peccata in Spiritumsanctum, sed magis peccata in patrem, & filium, quia illis magis assimilantur, vt supra fuit dictum de desperatione.

Ad octauum dicendum, ꝙ quāuis sint multa, quę a pctō retrahere possunt, sicut sunt distinctæ species peccati in Spm̄sanctum: tñ quodlibet illorum per se a pctō retrahit, & vnus homo retrahit̄ per vnū, & alius per aliud, & ita econtrario ad cōmittēdū pctm̄ in Spiritūsanctū nō oportet, ꝙ oĩa auferant̄, sed necesse est, ꝙ ablatio cuiuslibet eorū ꝯstituat vnā speciē peccati in Spm̄sanctū, sicut quodlibet eorū manens in hoĩe poterat retrahere a pctō: etiā si non essent oĩa simul.

An peccatum in Spiritumsanctum sit irremissibile, & propter quid. Et quòd peccatum dupliciter dicitur irremissibile.
Quæst. LXXI.

QVAERETVR an peccatum in Spiritumsanctū sit irremissibile. Aliqui dicunt, ꝙ non est irremissibile, quia remissio peccati fit per gratiam, sed vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia, ad Ro. 5. idest, quanto fuerit peccatum maius, gratia re- F missionis erit maior, sed peccatum in Spiritumsanctum est grauissimum: ergo est maxime remissibile. Item charitas est perfectior spe, & fides prior spe, sed peccatum oppositum fidei. s. infidelitas, & oppositū charitati. s. odium sunt remissibilia: ergo desperatio, quæ opponitur spei est remissibilis.

Item quatuor sunt in nobis pęnalitates ex peccato primi hominis. s. ignorantia, infirmitas, concupiscentia, & malitia: sed infirmitas, & ignorantia excusant aliqualiter peccatum, & faciunt illud remissibilius: ergo idem erit de malitia, sed peccatum in Spiritumsanctum est ex malitia certa, ergo est remissibile. Item differt homo ab Angelo, quia habet electionem vertibilem: Angelus autem immutabilem, quia G nunquam mouetur ab eo quod semel elegit, sed peccatum in Spiritumsanctum est peccatum hominis: ergo poterit homo mutare electionem, & sic recedet a peccato, sed peccatum remittitur inquantum ab eo receditur, ergo peccatum istud est remissibile.

Item irremissibile negat potentiam remissionis, aut ergo negatur ex parte Dei remittentis, aut ex parte hominis cui remittitur: non ex parte Dei: quia nihil est quod remittere nō possit qui infinita potest: nō etiam ex potentia hominis, quia potentia ista suscipiendi remissionem consistit in libero arbitrio, idest, ꝙ possit detestari quod prius elegit, sed hoc potest homo etiam post peccatum in Spiritumsanctum: ergo nullo modo est irremissibile.

H Dicendum ꝙ Christus dixit non remitti peccatum in Spiritumsanctū, sed videre quomodo non dimittitur dependet ex modo accipiendi peccatum in Spiritumsanctum: si enim accipiatur, vt diximus in expositione literæ non remittitur. i. sine pęnitentia, & tamē pœnitenti remittitur. Et ita dicit Theophilus, & non est tunc aliqua difficultas. Accipiendo autem peccatum in Spiritumsanctum, vt accipitur communiter. Dicunt quidam, ꝙ sex species positæ præcedenti q. non sunt plene peccatum in Spiritumsanctū, nisi qñ adiungitur eis impęnitentia finalis. i. ꝙ maneat hō in peccato vsque ad mortem, & tunc est vere irremissibile, quia nunquam remittetur, eo ꝙ mors confirmat hominem in bono, vel in malo Ecclesiastes 11. lignū I in quocunque loco ceciderit ibi erit, sed casus est mors: & tunc erunt quinque species peccati in Spiritumsanctum: nam impęnitentia non erit distincta ab eis, sed erit circunstantia cuiuslibet illarum.

Sed non stat, quia non differret peccatum in Spiritumsanctum ab alijs, quia quodlibet mortale, in quo homo manserit vsque ad mortem est irremissibile, & sic peccatum in patrem, & in filium esset etiam irremissibile, quod falsum est, nisi diceretur, ꝙ omne peccatum in patrem, & filium esset veniale: nam venialia post mortem remitti possunt, vt dicit Grego. 4. dialo. sed falsum est, quia multa peccata in patrem, & in filium sunt mortalia. Alij dicunt, ꝙ impęnitentia, vt est duratio in peccato vsque ad mortem, non est necessaria ad hoc, ꝙ sit peccatum in Spiritumsanctum, K sed peccatum istud eo ipso, ꝙ committitur per vnicū actum voluntatis est peccatum in Spiritumsanctum, etiam si nihil postea sequatur, & tunc impęnitentia est species distincta ab alijs, & est propositum nunquam pęnitendi, siue postea pęniteat, siue non, & isti dicunt esse irremissibile peccatum, non ꝙ non possit remitti, vel ꝙ nunquam remittatur, sed ꝙ nō habeat de se aptitudinem ad remissionem, & hoc pp tria. Primum pp cām mouentem ad peccandū, quæ est certa malitia: nam qñ ignorantia, vel infirmitas mouet excusatur peccatum in toto, vel in parte, quia ista causant inuoluntarium simpliciter, vel s̄m quid: & tunc peccatum dr̄ remissibile, quia habet in se vnde

facile

facile remittatur: peccatum autem quod est ex industria non habet rationem excusationis: ideo dr̄ irremissibile, quia ex se non est ad remittendum facile.

Secundum propter modum inclinationis voluntatis in peccatum, quia finis in operabilibus est, sicut principium indemonstrabile in speculatiuis 7. Ethi. error autem in speculatiuis circa principia difficile remoueri potest, eo ꝙ non possunt accipi aliqua magis nota per quæ error improbetur: ita etiam in practicis qñ quis alicui peccato adhęret, vt fini quasi in eo constituens suam beatitudinem, non potest tali peccato de facili remedium adhiberi, quia nihil aliud diligitur magis a peccante propter cuius consecutionem dimittat hoc in quo finem vltimum ponit, quicūque autem peccat ex electione, vel industria adhęret peccato quasi per se bono, & fini: ideo tale peccatum nō de facili curatur: ideo dicitur 7. Ethi. ꝙ incontinens qui peccat ex passione, facilius curatur quàm intemperatus, qui peccat ex electione, & habitu, & hoc est peccatum esse irremissibile. s. quia voluntas difficiliter inclinabitur ad dimittendum peccatum, & tñ peccatum non dimittitur nisi qñ ab eo receditur, sed istæ duæ causæ non solum dicunt irremissibilitatem in peccato in Spiritumsanctum, sed etiam in quolibet peccato quod fit ex electione. Tertium est speciale peccatum in Spiritumsanctum ex parte obiecti sui, quia istud peccatum est ex hoc, ꝙ voluntas repellit a se id per quod fit remissio peccatorum, vnde sicut esset ęgritudo incurabilis illa quam habens nollet suscipere medicinę remedium, vel ꝙ de se fastidit oĩa remedia, ita dr̄ peccatum irremissibile quod directe repugnat spirituali medicinę: non tñ est dubium quin remitti possit, & remittatur aliquando si homo pęniteat, & tamen qui taliter peccant vix aliquando volunt pęnitere: sic dicit August. lib. de ser. do. tanta labes est huius peccati, vt deprecandi humilitatem subire non possit, etiam si peccatum suum mala conscientia agnoscere, & enunciare cogatur. Sic etiam dicit Beda non, ꝙ negamus eis si pęnitentiam agere possint posse dimitti a Deo, sed ꝙ credamus eum blasphemum, sicut nec ad remissionem exigentibus meritis, ita nec ad ipsos dignę pęnitentiæ fructus esse prouenturum iuxta id, excęcauit oculos eorum, vt non conuertantur, & sanem illos: ita enim oportet dici secundum modum communem accipiendi peccatum in Spiritumsanctum. Sed hoc non satisfacit literę Christi. dixit enim ꝙ non remittetur istud peccatum in hoc sęculo nec in futuro, & sic non solum posuit difficultatem, sed negauit actum, & abstulit potentiam, dicens ꝙ non remittetur quod magis exprimitur Mar. 3. s. qui blasphemauerit in Spiritumsanctū non habet remissionem in æternum, sed manet reus æterni delicti, idest, quod delictum semper manebit, ergo peccatum in Spiritumsanctum nunquam remittitur. Dicendum ergo est, sicut diximus in expositione literæ. s. ꝙ peccatum in Spiritumsanctum sit blasphemia contra Deum, de qua est notum, ꝙ sit ꝯ Deum: peccatum in filium hominis est aliquid dictū ꝯ Christum inquantum nondum cognoscebatur esse Deus. Primum est irremissibile, idest, est peccatum quod nunquā remittetur hic nec in futuro. s. sine pęnitentia, & tamen pęnitenti dimittitur. peccatum aūt in filium hoĩs dimittitur. s. etiam sine pęnitentia, & hoc in illis, quæ ex ignorantia pura dicebantur ꝯ Christum, quia non reputabantur a Deo, vt peccata. Sic dicit Theophilus. s. est aūt intelligendū, ꝙ qui blasphemauerint in Spiritūsanctum, veniam nō consequent̄ nisi pęniteāt. Cum vero in carne Christi exscandalizabatur, etiam si non pęniterēt aliquid excusationis habebant, & remissionis aliquid ꝯsequebant̄: iste sensus A consonat valde literæ, & tollit oĩa incōuenientia. Ad primum respondendum s̄m viam communem accipiendo peccatū in Spiritumsanctum, est dicendū, ꝙ istud pctm̄ pręcludit viam gratię, & ideo manēte eo, non remanet ex parte peccātis aditus ad gratiam, sed ablato eo per immensitatem diuinę misericordię potest postmodum esse abundantia gratiæ iuxta magnitudinē delicti, vt si homo valde humilietur pp magnitudinem præcedentis peccati. Ad s̄m dicendū, ꝙ desperatio, quę est ꝯ spem est irremissibilior ꝗ infidelitas, & odium, quę sunt ꝯ charitatē, & fidē, quia spes directe est in aliquid, sicut in vltimū finem: nam spes est certa expectatio futurę beatitudinis 3. Sen. distin. 26. ideo remota spe tollitur finis, & sic desperatio est B peccatum irremissibile, quia est error circa finem agibilium, sicut error principiorū in speculatiuis est insanabilis: charitas aūt non est solum de fine. i. de Deo, sed eorum, quę ad finem. s. proximorum, & sic licet peccet quis ꝯ charitatem proximi, non tñ directe peccat ꝯ charitatem Dei, vnde ex illa parte manet via ad curationē. s. ꝙ ex hoc, ꝙ homo aliqualiter diligit Deū, reducit se ad diligendum proximum, quem non diligebat, sciens ꝙ non possit placere Deo nisi diligat ꝓximum, si aūt directe peccat̄ ꝯ charitatem, prout est in finē erit pctm̄ irremissibile, & est in Spiritūsanctū, & hoc est siquis oderit gratiam quā Deus dedit proximo per quam reconciliauit eum sibi, & istud est inuidētia fraternę gratię, quę est pctm̄ in Spiritūsanctū. C De fide etiam dicendū, ꝙ infidelitas sibi opposita potest procedere ex ignorantia, & sic est aliqualiter excusabilis, & non est pctm̄ irremissibile, si aūt procedat ex certa malitia est peccatum in Spiritumsanctum. s. impugnatio veritatis agnitę, vt qñquis agnoscens aliquam veritatem fidei non solum non assentit, sed ēt impugnat aliam, vt alij nō credāt: hęc enim nō hoĩs, sed dęmonis iniquitas est, qui cupit neminem saluari. Ad tertium potest dici vno mō, ꝙ malitia non excusat nec alleuiat, sicut infirmitas, & ignorātia eo, ꝙ nō causat inuoluntarium, sicut illæ causant. Vel potest dici aliter, ꝙ malitia, quę est pęnalitas proueniens ab Adam non est aliquis habitus vitij nec actus, sed est D quidā defectus aĩę nostrę s̄m quem faciliter inclinat̄ in malum. s. quia nō habet perfectiones actualiter per quas immobiliter determinetur ad bonū, & ista etiā aliquo mō alleuiat pctm̄, sicut ignorantia, & infirmitas: malitia tñ ex qua peccatur in Spiritūsanctū non est pęnalitas, sed est actus malus: ideo nec alleuiat nec excusat. Ad quartū dicendū, ꝙ pctm̄ potest dupliciter dici irremissibile. Vno mō ex genere suo, & sic est pctm̄ in Spiritumsanctum, inquantum repugnat gratię remissionis, vt dictū est. Alio mō est pctm̄ irremissibile ex parte peccantis, & sic est pctm̄ mortale in quo finitur via: est irremissibile, siue sit hoĩs, siue sit Angeli, sed est differentia, quia hō quādiu viuit est in via, mors aūt finit viam, & ideo oē pctm̄ potest remitti homini quādiu viuit, etiam si sit pctm̄ in Spiritum- E sanctum: post mortem aūt omnia sunt irremissibilia, in Angelo aūt finitur via immediate post primā electionem: non. n. est in via nisi quādiu est indeterminatus ad aliquid eligendum, cum vero aliquid semel elegerit, iam ꝓpositū mutare non potest: iō quodlibet pctm̄ in angelo est irremissibile, eo ꝙ in quolibet est in statu. Ad quintum dicendū, ꝙ cum dr̄ peccatū in Spiritumsanctum irremissibile, non tollitur potētia nec ex parte Dei remittētis, nec ex parte hominis cui fit remissio, sed tollitur aptitudo, vel facilitas quędam. s. quia non est tam facile istud peccatum remitti, sicut cętera propter causas dictas. Alij autem volunt, ꝙ non remittitur eo, ꝙ Deus nō concurrit cum peccante ad hoc, ꝙ pęniteat, vt sic remittatur sibi, &

hoc

hoc propter peccati grauitatem. Sic dicit Hiero. hoc dicit, quia non merebitur pęnitentiam agere, vt recipiatur qui Christum intelligens principem dęmoniorum esse dicebat, & idem dicit Beda, & Augusti. vt patet supra. Et ex hoc volunt aliqui sumere, quòd licet peccatum quodlibet remitti possit, istud tamen nunquam remittitur, quia Deus nunquā mouet cor taliter peccantis ad pęnitendum.

Sed ista est minus dura sententia. s. dicere quòd nullus eorum, qui semel peccauerunt in Spiritum sanctū. saluetur aliquando, quia tunc de aliquo viuente immo de multis desperandum esset, cum plurimos contingat peccare in Spiritum sanctum.

Item quia tunc de multis alijs non peccantibus in Spiritum sanctum esset desperandum in vita, quia si propter grauitatem criminis Deus non mouet cor sic peccantis, vt aliquando pęniteat, cum multa peccata simul, quæ non sunt in Spiritum sanctumęqualeant in grauitate vni peccato in Spiritum sanctum immo excedant, erunt etiam irremissibilia peccata cuiuscunque hominis, qui grauissima multa commiserit, quia Deus non concurret cum eo propter grauitatem criminum quod absurdum est, quia plures essent de quibus desperandum quàm de quibus sperandum foret, non est ergo vera sententia.

Retractatio August. penes sententiam superiorem.

Vnde Augu. qui aliquando videbatur eam tenuisse corrigit eam in lib. retractationum, & patet 2. Sen. distin. 43. dicens, quod quidem non confirmaui: quoniam hoc putare me dixi, sed tamen addendum fuit si in hac scelerata mentis peruersitate finierit hanc vitam, quia de nullo pessimo in hac vita constituto desperandum est, nec pro illo imprudenter oratur, & ideo licet verum sit, quòd taliter peccantes meretur, quòd Deus non moueat eos vnquam ad pęnitentiam, ipse tamen ex immensa bonitate interdum illos mouet, & liberat: remitti ergo potest istud peccatum, sed dicitur irremissibile, vt supra dictum est.

An aliquis in primo actu peccandi possit peccare in Spiritum sanctum, vel oportet præsupponi alia peccata. Et quomodo pœnitentia sit modo actus, modo habitus. Quæst. LXXII.

QVAERITVR an aliquis in primo actu peccandi possit peccare in Spiritum sanctum, vel oportet præsupponi alia peccata.

Aliqui dicunt, quòd non potest esse primum, quia sicut nemo repente fit summus, vt dicit Ber. super Can. sed paulatim proficere nolle, ita nullus repente fit pessimus, & tamen peccatum in Spiritum sanctum est grauissimum, ergo nemo potest incidere in illud non premissis alijs.

Item dicit Grego. in Moralibus exponens illud Iob 39. s. clamorem exactoris, & cętera, quòd vitia, quæ primo mentem inuadunt cum quadam ratione hominem quasi persuadendo ad modum ducis vincunt, sed postmodum mens post diuersa vitia irrationabiliter dissipatur, sed peccatum in Spiritum sanctum est maxime a persuasione rationis recedens, cum sit valde irrationabile. ergo non potest esse primum, sed precedent alia.

Item dicitur 5. Ethico. quòd non est in potestate hominis, vt statim operetur iniusta, sicut iniustus facit, sed iniustus operatur iniusta delectabiliter, & ex electione, ergo non potest homo in primo actu peccare ex electione, quia est ex certa malitia. ergo non potest esse peccatum.

Item desperatio est peccatum in Spiritum sanctū, & non potest esse primum peccatum hominis, quia præsupponit demerita, nam. sicut spes ei opposita est ex meritis, ita desperatio ex demeritis, & sic non est primum peccatum. Item patet idem de impęnitētia, quæ est peccatum in Spiritum sanctum, & tamen presupponit peccata præterita, quia sicut pęnitentia dolet de commissis, ita impęnitentia non vult dolere, ergo non potest esse primum.

Dicendum, quòd nihil impedit peccatum in Spiritum sanctum esse primum. nam cum peccata inter se sint distincta, vnum non præsupponit alterum ad sui esse, & sic poterit indifferēter vnū pcedere alterū.

Sed dicendum, quòd communiter dicitur, quòd peccatum in Spiritum sanctum nunquam est primū, quia in peccatis quorum vnum nascitur ab altero, nō consideratur quid semper fit, sed quid in pluribus cōtingit. vnde dicitur vnum vitium simpliciter nasci ab alio tamquam a capitali, a quo vt in pluribus nascitur, licet interdum ex alio oriatur, sicut fraus assignatur filia auaritię, quia auari committunt plures fraudes quàm cęteri. Et tamen interdum nascitur ex luxuria, sicut se fallunt amantes, vt quidam dixit:

Iuppiter ex alto periuria ridet amantum.

In vitijs aūt illud habet rōnē, vt primū sit cuius obiectū est magis appetibile, sicut dicimus de vitijs capitalibus respectu filiarū suarū. & ꝓsequētur illud peccatum cuius obiectum maxime recedit a ratione boni, habet causam, vt non sit primum nec capitale, sed quòd ex alio oriatur, & tale est peccatum in Spiritū sanctum, & ideo semper, vel communiter oritur ex alijs peccatis, possibile tamen est, quòd in primo actu peccet quis in Spiritum sanctum, & maxime in duabus speciebus vltimis. s. inuidentia gratię fraternę, & impugnatione veritatis agniræ, & hoc est, quia istæ duæ species habent maiorem distinctionem ab alijs peccatis, quam quatuor primę, quæ presupponere videntur alia peccata, vt impęnitentia, & obstinatio, & ideo non cadit hō subito in talia pctā, sed quasi per quosdā gradus. Sic dicit Origenes in Peri archon. s. non arbitror, ꝙ aliquis ex his q̄ in summo perfectorū gradu constiterit ad subitum euacuetur, & decidat, sed paulatim, & per partes eū decidere necesse est. Potest tamen aliquis inspectis diuersorum hominum statibus, abijcere spem futurę glorię pp difficultatem peruenendi, & pp delectationes eorum, qui de ea non curant, & hæc est desperatio, & similiter firmare in hoc animum suum, vt voluntatem suam in omnibus sequatur, quod est obstinatio, & ita de alijs, & sic erunt ista prima. Vnde licet nō sit impossibile peccatum in Spiritum sanctum esse primum, fortasis tamen non contingit in aliquo homine esse primum, quia vt communiter pctā in Spiritum sanctum sunt ex quodam contemptu, & tñ contemptus non est in principio, sed in processu peccatorum, Prouerb. 18. Impius cū in profundū malorū peruenerit contemnit. Ad primū dicendū, ꝙ non est idē de profectu virtutū, & de casu in pctm, quia cū bonū sit ex integra cā requiruntur multa ad actū virtutis, & tanto plura quāto fuerit actus perfectior, malū aūt fit ex defectibus singularibus, vnde nō requirit aliquis ordo nec presuppositio malorū, ꝑ priorū ad hoc, ꝙ aliquis incidat in pctm grauissimū. Ad ꝓm dicēdū, ꝙ Grego. assignādo ibi originē communē vitiorū cōsiderauit id quod, vt communiter accidit, nō quin aliter possit accidere: sic enim naturales, & morales faciūt, ꝙ interdū deficit vterq;, sed naturales regulę deficiūt vt in minus, morales sępius q̄ naturales. Ad tertiū dicēdū, ꝙ pctm potest esse dupliciter ex electione. Vno modo, vt sit ex habitu, qui est electiuus. Alio modo, vl sit a voluntate nuda non impulsa passione nec ignorantia, sed ex consideratione finis. Primo modo non potest quis peccare, vt primo actu, vt cum habitus non gignatur nisi ex actibus, quia iniustus operatur iniusta

iniusta ex electione, idest, ex habitu electiuo, non potest quilibet operari, sicut ille, idest, ex habitu.

Si secundo modo, potest primum peccatum ex electione, idest, ex voluntate determinata non impulsa per ignorantiam nec passionem, & ita in primo actu potest quis operari iniusta ex electione talia qualia iniustus, licet non ex habitu, sicut ille: peccatum autē in Spiritum sanctum est ex electione, siue ex certa malitia, non quòd malitia sit habitus malus, sed actus malus, & ideo potest esse primum peccatum, sicut malus habitus gignitur ex malis actibus factis per electionem, qui tamen a nullo habitu sunt.

Ad quartum dicendum, quòd tam spes quàm desperatio præexigunt merita, & demerita, non tamen oportet, quòd illa sint iam in actu, sed quòd sint in proposito: nam non oportet, quòd ille, qui incipit spe rare habuerit iam aliqua merita, sed ante omnē actū bonum potest esse spes, cum ita sit, quòd moueamur ad faciendum cętera bona propter spem vitę æternæ, & tamen nulla spes presupponit merita in futuro. s. quòd iste sperat vitam æternam ex gratia Dei, & ex meritis bonorum actuum, quos proposuit agere, ita desperatio præsupponit demerita in proposito, quia qui desperat licet nulla mala prius egerit, presupponit mala, quæ agere proponit in fruitione bonorum huius vitæ, propter quæ desperat de futuris.

Ad quintum dicendum, quòd idem est de pœnitentia, & impœnitentia, vnde pœnitentia, vt est actus præsupponit semper aliquod peccatum, & tamen, vt est habitus non præsupponit aliquod peccatum semper, sed solum dicit propositum pœnitendi si aliquando peccaret: nam pœnitentia est in viris iustis etiam si nunquam peccarint mortaliter, & cum sit de virtutibus infusis, & existente charitate semper manet, & cum illo habitu potest stare propositum pœnitendi si aliquando peccauerit, quod propositum non est proprie actus istius habitus, quia actus eius est proprie dolere de peccato, & deinde confiteri, & satisfacere, & ita est de impœnitentia, quia quantum ad actum semper presupponit peccata præterita, & tamen quantum ad habitum, & propositum non præsupponit: est enim actus eius non pęnitere, scilicet, eo tempore quo pęnitere tenetur, & tamen nemo tenetur pęnitere nisi postquam peccauit, habitus tamen impœnitentiæ, & propositum ante cętera peccata esse possunt, vt siquis antequam peccet in aliquo graui genere peccati proponat nunquam pœnitere de peccatis quęcunque faciet, hoc autem possibile est, tamen non contingit, quia istud propositum est contemptus gratiæ remissionis, & tamen peccator non incipit a contemptu, sed aduenit ei contemptus in processu, vel in termino peccatorum Prouerb. decimooctauo. Impius cum in profundum malorum venerit, contemnit.

An peccatum Adæ, & peccatum Angeli fuerunt in Spiritum sanctum, & an irremissibile. Et quòd ignorantia negatiua fuit in natura integra & quomodo. Quæst. LXXIII.

QVAERITVR an peccatum Adæ primum, & peccatum Angeli fuerunt in Spiritum sanctum. Aliqui dicunt, ꝙ peccatum Adæ fuit in Spiritum sanctum, quia non peccauit in patrem nec in filium; ergo peccauit in Spm̄ sanctum, patet quia peccatur in patrem ex infirmitate, in filium ex ignorantia, istę aūt sunt quædam pęnę, quæ non fuerunt ante peccatū, sed secutæ sunt ex eo, ergo fuit pctm in Spm̄ sanctum. Item presumptio de misericordia Dei est pctm in Spm̄ sanctum: sed Adā peccans cogitauit de Dei misericordia, vt dicit August. & patet 2. Sen. distin. 22 ergo fuit pctm in Spm̄ sanctū. Alij dicunt, ꝙ peccauit in filium, quia peccauit appetendo scientiam, quæ attribuitur filio, & non Spiritui sancto. Irē Adā peccauit ex ignorantia, vt dicit Augu. quia licet Adā nō fuit seductus in eo, in quo mulier, tñ seductus est. qa credidit veniale esse quod mortale erat, pctm tñ ex seductione, vel ignorātia est in filium: ergo peccauit in filiū. De pctō Angeli dicūt aliqui, ꝙ fuit in Spm̄ sanctū, qa irremissibilitas est ꝑditio peccati in Spm̄ sanctū, & tñ pctm Angeli fuit irremissibile: ergo fuit in Spm̄ sanctū. Irē qa eodem genere peccati quo tūc peccauit Angelus etiam nūc peccat, sed nūc peccat in Spm̄ sanctū, quia inuidet gratię sanctorū. vellet. n. ꝙ nulli pctā remitterentur, nec ꝑferretur gratia, vt oēs perirē: ergo tūc peccauit in Spm̄ sanctū. Alij dicunt ꝙ non fuit in Spm̄ sanctū, sed in patrē, quia peccauit appetēdo potentiā inordinate, quę attribuit patri, & non Spūi sancto: ergo in pr̄em peccauit. Irē pctm in Spm̄ sanctū est ex certa malitia, & tñ Angelus nō potuit peccare ex certa malitia, qa malitia est pęna peccati, quę nō fuit ante primū peccatū. dicēdū, ꝙ aliqui volūt, ꝙ peccatū primū hoīs, & Angeli nō fuisse in patrē, nec in filium nec in Spiritū sanctū, sed quodam alio mō, quia dicūt, ꝙ istę differentię non sunt peccati absolute accepti, sed peccati quod ꝑtingit in natura corrupta, eo ꝙ infirmitas, & ignorātia, & malitia, ex quibus oriuntur ista tria genera peccati, sunt pęnæ ꝑsequentes naturā corruptā per pctm, quod quidem satis rationabiliter dr̄. Sed melius dici potest, ꝙ fuerūt pctā illa in patrem, vel in filiū, vel ēt in Spm̄ sanctū, quia ante pctm ista poterant aliqualiter inueniri. maxime quidem ignorantia: nam infirmitas nullo modo inueniri poterat in natura cōdita, quæ integra erat, ita nec pctm in patrem quod procedit ex infirmitate esse poterat ibi. Ignorantia poterat tñ inueniri aliquo modo in natura integra non priuatiue, sed negatiue: ignorantia tñ priuatiue dr̄ carentia scientię ꝑsiderationis actualis, vel perfectionis luminis intellectus quę inesse deberent, & qa in natura integra, nō fuit aliqua carentia, cū asserat integra, non poterat ibi esse ignorātia priuatiue: ignorātia aūt negatiue est nō habere sciētiā, siue absolute siue determinate. absolute, vt oīa bruta hūt ignorātiā, qa nihil sciūt. determinate aūt, vt homo, qui nescit infinita, quæ Deus scit, haber ignorātiā illorū, & talis ignorantia fuit ante pctm, & etiā manet in vita ęterna, qa multa scit Deus, quæ nesciūt Angeli, & hoīes, & ista ignorantia nō est pęna, sed est qdā defectus ꝑsequens intellectū creatū inquantū creatus est: nā ex hoc, ꝙ creatus, est limitatus, & deficit a perfecto lumine intellectus increati. s. ꝙ non scit oīa, vel saltē non potest ꝑsiderare oīa simul, qa licet cōtingat plura simul scire, nō est tñ possibile cōsiderare simul nisi vnū, & talis ignorātia potest esse cā peccati. s. inquātū nō cōsiderat oīa, quę possent distrahere eū a pctō, & pctm proueniens ex tali ignorantia pōt dici pctm in filiū. Sic ēt potuit esse pctm in Spm̄ sanctū, quia prouenit ex malitia, quia malitia illa non est aliqua pęna nec aliqs habitus, sed actus quidam quo voluntas sponte abijcit a se ea, per quæ poterat retrahi a peccato: nam pęna non poterat esse ante omne peccatum, & ita malitia prout est quædam facilitas ad cadendum in malum proueniens ex quodam defectu, idest, priuatione bonorum aliquorum intellectus, & volūtatis, quę habuisset homo si non peccasset, non poterat esse ante omne peccatum: etiam habitus malus non poterat esse ante peccatum, cum gignatur ex malis actibus, sed malitia prout est malus actus nō ex ignorātia nec ex passione procedens, poterat esse in natura integra,

tegra, & per illum actum corrumperetur, & ita pctm̃ F primum angeli, & hominis non potuit esse in patrẽ, potuit tamen esse peccatum in filium, & aliqualiter in Spiritum sanctum, prout est speciale peccatum, & determinant sibi certum obiectum, neutrum illorum fuit in Spiritum sanctum. Quod patet ex obiecto peccati vtriusque, nam tam angelus, quàm homo peccauit altitudinem propriam inordinate appetendo, & ideo quantum ad genus peccati fuit vtrunque peccatum superbiæ, quo honor, vel celsitudo aliqua inordinate appetitur, & tm̃ quantum ad circunstantiam pcli, vtrunque fuit pctm̃ in filium. s. ex ignorantia, prout dicit negationem, vt supra dictum est, inquãtũ vterque ignorauit. i. actualiter non consideraueit ea, q̃ consideranda erant ad euitationẽ peccati: si. n. oia considerassent, nunquam se determinassent ad actum malũ, cũ adhuc nulla esset obliquitas in voluntate eorum, quæ ad malum fieret: non. n. fuit pctm̃ eorum primum repugnantia voluntaria ad bonitatem Dei, quasi sponte abiicerent spem bonorum, quæ consequi poterant, quod esset proprie pctm̃ in Spiritum sanctum, sed fuit ex inconsideratione, vt dictum est, & sic vtrũque peccatum fuit in filium.

Ad primum dicendũ, q̃ pctm̃ A de ex gne fuit superbia, ex circunstantia fuit in filium. s. ex ignorantia nõ accepta priuatiue, sed negatiue.

Ad secundum dicendum, q̃ Adam non peccauit pctõ præsumptionis, quia non cogitauit, q̃ Deus p mi H sericordiam satisfaceret eum manentem in pctõ, sed q̃ per misericordiam daret ei, q̃ peniteret, & sic liberaretur a pctõ. & ita dicit Aug. quod simul de misericordia. i. remissione, & pẽnitentia cogitauit,

Alia duo concedunturr, quia verum est, q̃ Adã peccauit in filium, licet primum eorum nõ recte probet quia non dr̃ peccatum in filium, nec in patrẽ ex obiecto, sed ex causa. i. non peccat in filium, qui inordinate appetit scientiam, quæ filio attribuitur, sed qui peccat ex ignorantia, quia ignorantia est causa, quæ opponit sapientiæ, quæ attribuitur filio.

Ad quintum dicendum, q̃ peccatum Angeli non fuit in Spiritum sanctum: fuit tm̃ irremissibile nõ quidem ex genere peccati, sed ex statu peccantis, nã fuit peccatum de genere superbiæ, vt dictum est, & omne I tale est remissibile peccatum, cum in Spiritum sanctũ est irremissibile ex genere, quia etiam manenti in via est irremissibile. Sed fuit peccatum angeli irremissibile ex statu eius, quia angelus immediate post primã electionem est in statu, cum non possit mutare propositum, & tamen omne peccatum in statu est irremissibile, sicut omne peccatum hominis post mortẽ, vt ostensum est præcedenti q. & tamen non sunt peccata in Spiritum sanctum omnia illa, in quibus homo moritur.

Ad sextum dicendum, q̃ pctm̃ diaboli est nunc in Spũm sanctum, sed non primum pctm̃ eius, & tamen ex primo pctõ secutum est quidquid nunc diabolus hẽt in quo peccare dicatur, quia primum pctm̃ fuit actus superbiæ ad quem consecutæ sunt multæ deformitates peccatorum, vt inuidia, & odium, & similia, inter quæ est peccatum in Spiritum sanctum. K

Ad septimum dicendum, q̃ non peccauit angelus in patrẽ, licet appetuit inordinate potentiã, quia non accipitur peccatum in patrem, quod. s. it ad attributum eius, vt ad obiectum, sed q̃ defectus attributi. s. infirmitas sit causa peccati, & tm̃ in natura integra non potuit esse infirmitas, ideo nec peccatum hominis, nec angeli fuit in patrem.

Ad octauum dicendum, q̃ malitia ex qua peccatũ angeli fuit; & ex qua dicitur esse peccatum in Spiritũ sanctum, non est habitus, nec pœna, sed est actus, & iõ licet pctm̃ illud non fuerit in Spũm sanctum proprie, vt ostentum est, fuit tm̃ ibi malitia. i. actus malus, & potuisset esse peccatum in Spiritum sanctum.

An sit aliquod peccatum, quod in futuro remittatur. Et quôd duplex sit peccatum mortale, & veniale. Et quare peccatum mortale non dimittatur post mortem: peccatum vero veniale relaxetur. Et q̃ in pœnitentia tria in peccatore sunt. scilicet conteri, confiteri & satisfacere. & qualia debeant esse. Qõ. LXXIIII.

QVAERETVR quare dr̃ hic in litera, q̃ pctm̃ in Spũm sanctum nõ remittitur hoc in sęculo, nec in futuro, an sit pctm̃ aliquod, quod remittatur in futuro. Aliqui dicunt, q̃ non: quia pctm̃ tollit̃ p pnĩam, & tm̃ post mortem non est pnĩa, nisi infructuosa qualem stulti faciunt in inferno: Sap. 5. Item pctm̃ remittitur per hoc, q̃ ab eo receditur, & tm̃ post mortẽ nemo p̃t recedere a pctõ, quia mors facit statũ in hoĩe, sicut electio in angelo, ergo post mortẽ non p̃t pctm̃ remitti. Item si posset dimitti post mortem, nemo esset cui non dimitteretur, quia acerbitas pœnarum coget hoĩem ad pnĩam, & sic dimitteretur pctm̃ omnibus, & nemo damnaretur ęternaliter. Item in inferno nulla est redemptio, & tm̃ si peccata possent dimitti post mortem multi redimerentur de inferno, ergo non dimittuntur peccata mortuis.

Dicendum, q̃ Christus non innuit ex litera, q̃ aliqua peccata post mortem dimittantur, sed dixit hoc ad superabundantiã, ne quis putaret, q̃ licet nõ dimittẽrentur ei peccata hic, q̃ poterant dimitti post mortem, nã Christus proprie intellexit de peccato in Spiritum sanctum. i. de blasphemia aperte dicta ꝓtra deitatem, quia non remittitur hic, nec in futuro. s. ei qui non pœnituerit hic, sed pœnitenti hic dimittitur, vt supra ostensum est.

Verum est tm̃, q̃ aliqua crimina dimittuntur post mortem, & p̃t accipi ex lr̃a ponderando partes, licet Christus forte hoc significare non intenderit cum dr̃, non remittẽt in hoc sæculo, nec in futuro, si nullum pctm̃ in futurũ remitteret, licet vt dictum est, poterat hoc Christus dicere non supponendo, q̃ aliquod pctm̃ dimitteretur post mortem, sed ad tollendum errorẽ aliquorum, qui putarent dimitti peccata post mortem, quæ viuentibus non fuerant dimissa.

Pro hoc sciendum, q̃ pctm̃ est duplex. s. mortale, & veniale. In mortali possunt duo præcipua considerari, s. macula, & pœna. De macula dicendum, q̃ si viuenti non dimittitur. i. aufertur, non auferetur post mortem, sed erit reus æterni delicti, vt dicitur Mar. 3. macula autem deletur per pœnitentiam, & quia pœnitẽtia solum est in vita, non potest dimitti pctm̃ mortale, nisi ei qui viuens pœnituerit. Si autem accipiatur de pœna, ista est duplex. s. æterna, & temporalis: æterna autem nunquam dimittitur post mortem, qualis est pœna inferni, & ratio est, quia semper manet macula in sic punitis, & tamen quandiu manet macula, peccatum non potest dimitti.

Pœna autem temporalis. s. purgatoria potest dici, q̃ diminuitur. i. soluitur, quia finitur, licet non sit ꝓprie dimittere, quia dimittere importat gratiam, & tamen in purgatorio punitur quisque tantum quantum peccauerit, vel quantum de satisfactione debita hic sibi incompletum remanserit.

De veniali dicendum absolute, q̃ venialia dimitti possunt post mortem, non solum quantum ad pœnã, sed etiam quantum ad ipsum pctm̃, prout dicit culpã, vel maculam. Sic dicit Greg. 4. Dialo. & Augustin, in epistola ad Corint. ista autem sunt parua peccata. Sic dicit

dicit glo. datur intelligi quasdam culpas in hoc sęculo, quasdam vero in futurum relaxari, quod enim de vno negatur, de quibusdam conceditur, sed tamen hoc de paruis minimisque peccatis fieri posse credendum est, sicut est assiduus ociosus sermo, immoderatus risus, vel peccatum curæ rei familiaris, quæ vix sine culpa, vel ab ipsis agitur qui culpam qualiter debeant declinare sciũt, aut in non grauibus culpis errore ignorantiæ, quæ ẽt post mortem grauant, si non in hac vita adhuc positis minime fuerint relaxata.

Ratio differentiæ de dimissione mortaliũ, & venialium est, quia mortalia separant a Deo eo q̃ peccans mortaliter auertit se a Deo, & conuertit se ad bonum creatum quo fruitur, & est necessaria conuersio, quia non potest quis simul frui duobus separatis, q̃ a fruitio est de bono, quod putatur, vt summum, & tamen non contingit ab aliquo cogitari duo summa bona, B maxime quando ista habent aliquam oppositionem. qui ergo fruitur creatura non potest frui Deo, sed cõtemnit ipsum præponens ei creaturam, & a Deo auertitur. Siquis aut decedat in mortali moritur auersus a Deo, & q̃ a mors firmat statum, ille qui moritur a Deo auersus, nunquam poterit cõuerti ad ipsum, & ita peccatum suum non poterit iam dimitti. Peccatum autẽ veniale non facit auersionem a Deo, sed solum conuersionem aliqualem ad creaturam, sed talis conuersio potest stare sine auersione a Deo, eo q̃ pet venia- le, licet conuertatur quis ad creaturam, tamen nõ frui tur ea, quia est parua conuersio, & ad rem quę nõ acci C pitur, vt summum bonum, & talis conuersio non est a Deo prohibita per præcepta, licet sit dissuasa per cõsilia, vnde non tollit peccatum veniale charitatẽ, sed solum imminuit feruorem eius, sed qui in charitate manet, in Deo manet, & Deus in eo. 1. Io. 4. ideo licet moriatur quis in peccato veniali, non moritur auersus a Deo, ideo potest dimitti peccatum, quia non manet firmatus in aliquo, quod sit contra Deum, ideo venialia, quæ nullo modo fuerunt hic dimissa, dimittuntur post mortem, & tamen toleratur pro eis aliqua pœna purgatoria.

Ad primum dicendum, q̃ pœnitentia est necessaria pro mortalibus, sed nõ pro venialibus, licet sit pro eis D vtilis. Vt tamen magis videatur dicendum, q̃ in pœnitentia ex parte peccatoris sunt tria. s. conteri, confiteri, & satisfacere. Conteri autem determinate requirit pro mortalibus. s. q̃ expresse doleat de illis peccatis, siue in generali. s. q̃ doleat se offendisse Deum qualitercũque offenderit, siue in speciali, vt si de quolibet eorum per se cogitet, & ista vocatur contritio expressa, Contritio. vel actualis, & talis non est necessaria pro venialibus, ita q̃ dimitterentur homini venialia etiam si nunquã doleat in speciali, nec in generali se peccasse venialiter, sed requiritur contritio virtualis, & ista est cõtritio interpretatiua. s. q̃si quis facit aliquem actum bonum feruenter propter Deum, nam venialia directe repugnant feruori charitatis, actus ergo charitatis feruens directe opponitur venialibus, & est ad tollendum ea, E & in virtute eius includitur displicentia de peccato veniali, quia q̃n quis facit talem actum feruẽter, impossibile est, q̃ placerent ei venialia, si tunc de illis cogitaret, quia contradictio est velle operari feruenter propter Deum, & placere sibi de veniali, quod feruorem tollit, ideo sicut dolere de peccato est actualis, & exp̃ssa contritio, ita facere actum bonum feruenter, ꝓpter Deum est virtualis contritio, & ista sufficit ad tollendum venialia, & ita est regula, q̃ q̃n facit quis actũ bonum feruenter in charitate propter Deum, tolluntur sibi venialia quantum ad culpam, siue maculam, sicut mortalia remittuntur quantum ad maculam p actualem contritionem, ad venialia autem remittenda nõ requiritur actualis contritio, cuius ratio est, quia mortale, & veniale differunt in infinitum, cum quodlibet mortale separet a Deo, & omnia venialia etiam simul sumpta non separant a Deo, & tamen ad tollendum omnia mortalia peccata quantumcunque grauia, sufficit contritio actualis, quantumcunque parua: dumtamen sit vera, ergo nulla cõtritio actualis requiritur ad remissionem venialium.

De confessione dicendũ, q̃ p mortalibus requirit̃ Confessio. confessio si haberi potest, pro venialibus autem nunquam requiritur, licet possit haberi, sed est de ꝓsilio.

Aliqui tamen dicunt, quòd quando quis non est conscius sibi peccatorum mortalium, tenetur confiteri venialia, vt satisfaciat legi de confitendo semel in anno.

Sed dicendum, q̃ non est verum, quia lex de confi- B tendo datur de solis mortalibus. Quod patet, quia dicitur, q̃ quilibet fidelis cõfiteatur omnia peccata sua, & tamen impossibile est confiteri omnia venialia, q̃a infinita sunt, & nemo potest illa plene scire, ergo de solis mortalibus dicitur. Qũ tamen quis non est sibi conscius mortalium, vt non videatur contemnere ecclesiam tenetur se præsentare sacerdoti, & dicere nõ sum conscius mihi alicuius mortalis, & tamen non propter hoc affero me non peccasse aliquando mortaliter, sicut dixit Apostolus 1. Corin. 4. Nihil mihi cõscius sum, sed nec in hoc iustificatus sum. i. quãquam nesciam me peccasse non puto propter hoc me esse C iustum, quia poterit esse, q̃ peccauerim, & nesciam, & sic non ero iustus.

Sed dicet aliquis, q̃ si præceptũ de confitendo esset solum de mortalibus, sequeretur q̃ qui non esset sibi conscius alicuius mortalis non teneretur ad aliquid, nec ẽt ad præsentandum se sacerdoti cum lex nõ obliget, nisi in casu in quo datur.

Dicendum, q̃ tenetur se præsentare sacerdoti propter duo. Primo, vt non videatur contemnere ecclesiam: est enim peccatum mortale præstare se talem, vt videatur eam contemnere si posset aliter facere, & tamen qui non præsentat se sacerdoti saltem semel in anno, videtur cõtemnere ecclesiam, & hoc quia licet sit possibile aliquem manere sine peccato mortali p totum annum, tamen inspecta fragilitate humana est difficile, vnde est verisimile de quolibet homine, q̃ in toto anno committet saltem vnum mortale, & ideo ecclesia posuit regulam generalem dicẽs omnis fidelis, &c. præsumens, q̃ nemo esset qui in toto anno nõ peccaret saltem semel.

Secũdo, & principalius fuit, quia ecclesia voluit, q̃ de conscientia oĩum fideliũ constaret præsidentibus ecclesiæ, vt per hoc scirẽt prouidere gregi dominico, nam licet ea quæ in confessione dicuntur, debeant occulta manere, tm̃ per ea quilibet sacerdos potest scire quid expediat gregi suo, non solũ in particulari quãtũ ad quemlibet, sed ẽt in communi ponendo regulas, & remedia in generali, & publice ad obuiãdũ illis peccatis quorum notitiam habuit in confessione, quia aliter corrumperetur faciliter totus grex per aliqua peccata occulta, vt per hæresim & similia, quia quidã ex aliis inficiuntur, & non posset prouideri, nisi q̃n pctm̃ per se efficeretur publicũ, & forte iam pp multitudinem peccantium esset insanabile: ad tollendum autẽ hoc non fuit conuenientior modus, q̃ q̃ omnes fideles tenerentur semel in anno oĩa mortalia confiteri, ideo tenentur oẽs, & si aliquis est qui non sit sibi conscius peccati mortalis, tenetur se præsentare sacerdoti dicens se non esse conscium sibi mortalium, & hoc sufficit ecclesiæ, q̃ pro hoc erit securа de eo, quod nõ fieret si non præsentaret se, ideo tenetur se præsentare, sicut si peccasset.

Satisfactio

De ſatisfactione dicendum, ꝙ dupliciter accipit̃.ſ.p actuali ſolutione, vel pro propoſito ſatisfaciendi.

De primo modo dicendum, ꝙ non requiritur ſatisfactio etiam in peccato mortali cum ſine illa poſſit eſſe ſalus. Quod patet, q̃a in purgatorio fit ſatisfactio pro peccato mortali, ſi hic non fuit expleta. De propoſito ſatisfaciendi dicendum, quòd in peccatis mortalibus requiritur: nam nullum mortale remittitur ſine actuali contritione, & tamen in contritione includitur virtualiter propoſitum confitendi, & ſatisfaciẽdi: vnde ſiquis habeat expreſſe propoſitum nõ ſatisfaciendi, nec poteſt eſſe contritio, nec confeſſio valet quidquam. De peccato autem veniali dicendum, ꝙ non requiritur pro eo aliqua actualis ſatisfactio, nec etiam propoſitum ſatisfaciendi, & tamen ſi non ſatisfecerit homo hic, cogetur ſatisfacere poſt mortẽ.

Ad ſecundum dicedum, quòd a peccato veniali põt recedi poſt mortem, inquantũ per pęnam dimittitur. Et cum dicitur, ꝙ mors firmat electionem. Dicẽdũ ꝙ cum per peccatũ veniale non auertatur mens a Deo, quia non tollit charitatem, vt dictum eſt: facit mors firmiter adhęrere Deo moriẽtẽ in veniali ſi ſine mortali decedat, & ita mens licet non haberet iam diſplicentiam de peccato veniali, tolleretur illud: nã etiam in viuentibus tollitur peccatum veniale ſine contritione actuali, & hoc quantum ad culpam peccati, ſcilicet per quemlibet actum factum feruenter in charitate: a fortiori ergo poterit tolli veniale quantum ad maculam poſt mortem, maxime quia nihil impedit animam exiſtentem in purgatorio habere dolorem de peccato formatum charitate. Cum omnes animę ibi manẽres in charitate deceſſerint, & in illa ſemper maneant, quia illa nunquam excidit 1. Corin. 13.

Ad tertium dicendũ, ꝙ pecatum mortale non dimittitur poſt mortem, & ſic nullum dimittitur, ſed veniale poteſt dimitti, & ideo omnia venialia in quibus quis moritur, dimittuntur.

Ad quartum dicendum, quòd in inferno nulla eſt redemptio, eo quòd illuc ſolum itur pro peccato, quod poſt mortem nulli dimittitur, ſed pro veniali non itur ad infernum, ideo licet dimittantur omnia venialia poſt mortem, nulla fit redemptio in inferno.

Aut facite. Oſtenſo ſupra, quòd miracula facta a Chriſto non poterant attribui dęmoni: hic oſtenditur, quòd neceſſe erat attribui ea diuinę virtuti, & dicitur.

Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum. Vult Chriſtus increpare Iudęos, quaſi irrationabiliter locutos, quia arbor bona non poteſt facere malos fructus, nec mala arbor bonos fructus, ſed qualis eſt arbor, neceſſe eſt, quòd ſint tales fructus: in cognitione autem eſt contrarium, quia quales fuerint fructus talis eſſe arbor oſtenditur, & tamen Chriſtus faciebat bonos fructus, ſcilicet ſanabat arreptitios, ergo neceſſe erat, quòd ex bona radice iſtud procederet, & non ex poteſtate Beelzebub. Et ideo vtitur cõtra eos ratione iſta, ſcilicet oportet, quòd ponatis vnum de duobus, ſcilicet arborem eſſe malam, & fructum malum, vel arborem eſſe bonam, & fructum bonum, & non poteſtis dare medium, ſcilicet arborem eſſe malam, & fructum bonum, & tamen vos dicitis fructum meum eſſe bonum, ſcilicet ſanare arreptitios, ergo neceſſario erit arbor bona, ideſt virtus iſta faciens, & nõ erit Beelzebub. Et iſtud eſt argumentum cornutum, quia quidquid elegerimus concludit, ſic dicit Hierony. cõſtringit eos ſyllogiſmo quem gręci aphitõ vocãt: nos ineuitabilẽ poſſumus appellare, qui ĩterrogatos hinc inde concludit, & in vtroque premit: ſi inquit diabolus malus eſt, bona opera facere non poteſt: ſi autẽ F bona ſunt, q̃ cernitis facta, ſequitur vt nõ ſit diabolus qui illa fecit, nec.n. fieri p̃t, vt ex malo bonum, aut ex bono malum oriatur. *Aut facite.* i. ponite. *Arborem malam, & fructum eius malum.* i. neceſſe eſt, ꝙ vnũ iſtorũ ponatis. Aliqui.n. turbantur, quia dr̃ facite, nam nõ vr̃ licitum facere arborem malã, nec fructum malũ. Vñ dicit Aug. lib. de verb. do. vbi.n. ait facite arborem bonã. &c. eſt p̃ceptum ſalubre cui obedientia neceſſaria eſt. Quod autem dr̃ facite arborẽ malam non eſt p̃ceptum, vt faciatis, ſed monitio, vt caueatis, nõ eſt tñ iſte ſenſus lr̃æ, ſed ille quem poſuit Hiero. ſ. ꝙ Chriſtus nihil præcipit, ſed ſolũ arguit, & dr̃ facite. i. ponite, quaſi Chriſtus petat ab eis, ꝙ concedant alteram partẽ iſtarum, quod neceſſe eſt fieri, & patet ex litera ſequen. ſ.

G *Siquidem ex fructu arbor cognoſcitur.* Iſta eſt probatio dicti, quia dixerat ponite arborem bonam, & fructũ bonum, vel arborem malam, & fructum eſſe malũ. q. d. neceſſe eſt alterum iſtorum poni, quia arbor cognoſcitur ex fructu, & ideo ſi fructus bonus eſt arbor bona eſt, & ſi fructus malus, arbor mala, ſi tñ arbor mala poſſet facere bonum fructum, iam non cognoſceret arbor ex fructu. Aliter introducit hoc Nicolaus dicẽs, ꝙ licet miracula aliqua poſſint fieri arte magica, ſicut Simon magus faciebat ſtatuas ambulare, loqui, & ridere, vt dr̃ in itinerario Clementis, iſta tñ pertinent ad ſolam curioſitatem, facere tñ miracula ſalubria, vt curare ægros, & illuminare cæcos, ad ſolam Dei virtutẽ pertinet, talia autem Chriſtus faciebat, ergo non poterant attribui dęmoni. H Dicendum, ꝙ dæmones cũ ſint inuidi, licet poſſint bonum facere, nunquã facerent: Chriſtus autem faciebat bona, ideo ſignũ erat, ꝙ non operabatur virtute dęmonis, & tñ nõ eſt probatio neceſſaria, quia p̃t dæmon interdum bonum facere, vt fallat, ſed argumentum neceſſarium eſt, ꝙ Chriſtus faciebat talia opera, quæ non pertinebãt ad dæmonẽ, ergo non operabatur virtute dęmonis. Et vocatur bona arbor Deus, mala arbor dæmon, boni fructus qui per ſolum Deum fieri poſſunt, mali fructus opera, q̃ facit dæmon, ſed Chriſtus faciebat bonum fructum. i. opera quæ ſolus Deus facere poterat, & dæmon etiã ſi vellet illa facere non poſſet, ergo Chriſtus non operabatur virtute dęmonis, & ſic ratio neceſſaria.

Progenies viperarum. Poſtquam oſtendit Chriſtus

I Phariſæos falſa, & irrationabilia dicere, oſtẽdit hic ex qua radice iſtud dicebant. ſ. ex inuidia, & odio, quod contra Chriſtum conceperant, & vocat eos progeniem viperarum in contumeliam quandam. ſ. quia venenum inuidiæ in corde gerebant.

Qũo poteſtis bona loqui cum ſitis mali? Non eſt intelligendum, ꝙ aliqua bona dicerent Phariſæi de quibus Chriſtus admiraretur, quia potius dicebant mala. ſ. in Beelzebub eiicit dæmonia, ſed eſt ſenſus quomodo poteſtis bona loqui, ideſt quomodo poteritis, quaſi dicat non poteritis, quia mali eſtis, & ideo non admiror, ꝙ mala loquamini, quia neceſſe eſt vos mala loqui, cum mali ſitis.

K *Ex abundantia enim cordis os loquitur.* Hic probat dictum. ſ. os loquitur id quod in corde eſt, maxime qñ abundanter eſt, ſiue ſit malum, ſiue bonum, & ideo cum vos habeatis ſuperabundantiam malitiæ in corde, non poteritis bona dicere.

Bonus homo de bono theſauro profert bona. Declaratio eſt dicti: eſt enim bonus, qui virtutes habet: theſaurus hominis eſt cor eius vbi ſunt omnes cogitationes, & de illo egreditur bonum, & malum infra 25. ſcilicet de corde exeunt adulteria furta, &c. & dr̃ theſaurus: quia, ſicut theſaurus ſemper eſt in abſcondito, ita quę in corde ſunt abſcondita ſunt, ita vt nemo ſciat, niſi ipſe homo, 1. Corin. 2. nemo ſcit, quę ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui eſt in eo.

A *Et malus homo de theſauro malo profert mala.* Ideſt de malo corde in quo ſunt malę cogitationes profert mala, ideſt mala verba. *Dico autem vobis.* Poſtquã oſtẽdit Chriſtus peccatũ Iudęorum blaſphemando Deũ: oſtendit hic, quòd non erunt impuniti.

Omne verbum ocioſum. Arguit a minori, ſ. ſi de verbis ocioſis, quę nullum offendunt, reddemus rationem, a fortiori cogeremur reddere de blaſphemia.

Quod locuti fuerint homines. Non dixit, quod locuti fueritis, vt oſtendat iſtam eſſe generalem ſententiam, & in hoc facit eam minus ſuſpectam, quia ſi diceretur quod locuti fueritis, putaret aliquis, quòd Chriſtus ex ira dicebat iſtud Phariſæis æmulis ſuis: cum autẽ hoc dixit omnibus hominibus non erat ſuſpectum. Etiã dixit hoc, vt omnes cauerent ocioſa verba. Sic dicit Chryſoſto. non dixit, quod locuti eſtis vos: ſimul quidem omne hominum erudiens genus. B

Reddent rationem. Ideſt puniẽtur pro eo: innuit enim malum eſſe ocioſum verbum, quia alias non diceretur homo rationem redditurus: nam de actibus virtutum non dicit, quòd reddetur ratio.

In die iudicij. Scilicet in iudicio generali, quod in vna die fiet, quia ſimul totus orbis iudicabitur. Vel melius in die iudicij, ideſt die mortis cuiuslibet in qua iudiciũ ſpeciale de eo fit, & ibi tam de ocioſis, quam de pernicioſis rationem reddit.

Ex verbis enim tuis. Hic oſtendit Chriſtus, quòd etiã in verbis ſit meritum, vel demeritum, contra aliquos, qui putauerunt hoc conſiſtere in ſolis operibus, verba autem, nec ad meritum, nec demeritũ pertinere. C

Iuſtificaberis. Ideſt iuſtus efficieris, vel iuſtus oſtenderis, ſ. ex verbis bonis. Vel iuſtificaberis, i. abſolueris, quaſi iuſtus in iudicio Dei. *Et ex verbis tuis condemnaberis.* Ideſt ex verbis malis, & tamen nemo condemnatur, niſi pro peccato mortali, ergo malum verbum eſt peccatum mortale.

Quare Chriſtus vocauit Phariſæos progeniem viperarum. Quæſt. LXXV.

QVAERETVR quare Chriſtus vocauit Phariſæos progeniem viperarum. Dicendum primo, quia voluit eis dicere iſtam contumeliam, ſicut etiam infra in litera vocauit eos generationem adulteram, & hoc non dixit, quaſi in vindictam, quia poterat eos delere ſi voluiſſet: tamẽ non erat hoc facturus, ſicut prędixerat Iſa. & dicitur, ſupra in litera, ſcilicet arundinem quaſſatam non confringet, ſed dicit hoc, quia ipſi peccauerant grauiter blaſphemando Deum, ſ. in Beelzebub eijcit dęmonia, ideo decuit, ꝙ cum ipſi dixiſſent falſam blaſphemiã, audirent veram contumeliam, & Chriſtus hoc poterat facere, quia iudex erat. Secundo fuit, quia hoc cõueniebat eis, dicuntur enim progenies viperarum, i. filij viperarum, ſ. ſimiles eis, quia ſicut viperę venenum in ſe habent, & mordendo effundunt illud in vulnere, ita & Phariſæi in corde habebant venenum odij, & ideo in verbis mordacibus effundebant illud, q̃a verba ſua inuidia plena erant. Tertio fuit, vt oſtẽderet, ꝙ erant filij malorũ patrũ, qui eos male nutrierãt, & ita male loquebant̃. Sic dicit Chryſoſto. non admiror, ꝙ hoc loquimini, &.n. male nutriti eſtis a malis ꝓgenitoribus, & mẽtẽ malã habetis. Vel põt intelligi de patribus non q̃dẽ de immediatis, ſed de alijs prioribus, q̃ occiderãt ꝓphetas, & iſti imitabant̃ eos: ſic dr̃. ĩ. 23. ꝙ iſti ſunt ſocij ſuorũ patrũ, q̃ occiderũt ꝓphetas. Et patet, ꝙ iſte ſit ſenſus, quia ibi vocat Chriſtus iſtos genimina viparũ. i. imitatores illorũ, q̃ ꝓphetas occiderũt. Et ſic dixit Stephanus Act. 7. quẽ ꝓphetarũ nõ pſecuti ſunt patres veſtri, & occiderunt eos, q̃ p̃nunciabant de aduentu iuſti. Quarto dicit hoc ad ſignificãdũ eos eſſe filios diaboli, q̃ ſerpens eſt Iſa. 28. vbi Leuiatã vocat̃ ſerpens, & in ſerpente locutus eſt Gen. 3. vnde, ſicut Chriſtus vocauit eos filios diaboli. Ioã. 8. ſ. vos ex patre diabolo eſtis, ita hic vocauit eos filios viperę, i. diaboli, & quia opera Dei diabolo attribuebant, vt ait Rabanus, ſ. ꝓgenies viperarũ, i. filios, & imitatores diaboli eos appellat, q̃a ſcienter bonis opibus detrahebant, quod diabolicum eſt. Quinto fecit hoc ad auferendum Phariſæis ſupbiã, q̃a ipſi valde gloriabãtur de nobilitate ꝓgeniei, ſ. ꝙ eſſent filij Abrahę Io. 8. filij Abrahę ſumus: nulli vnq̃ ſeruiuimus: Chriſtus aũt, vt confundat eos vocat eos filios viperarũ, quę erat peſſima progenies. Et iſte etiam eſt conueniens ſenſus quia ſic Ioannes increpuit eos ne ſupbirent de ſtirpe Abrahę, ſ. videns multos Phariſęorum dixit eis ꝓgenies viperarum, &c. & ſequitur ne velitis dicere intra vos p̃rem habemus Abrahã ſupra 3. c. Sic dicit Chryſo. progenies viperarũ eos dixit, quia in ꝓgenitoribus gloriabantur, vt ergo excluderet eorũ ſuperbiam ſeparauit eos a cognatione Abrahę: attribuens eis ꝓgenitores ſimilium morum.

Quomodo eſt verum, quod dicitur hic. ſ. ex abundantia cordis os loquitur. Quæſt. LXXVI.

QVAERETVR quõ eſt verũ, quod hic dr̃. ſ. ex abũdãtia cordis os loquit̃, q̃a interdũ quis loquit̃, q̃ in mente nõ h̃et, & aliq̃ mali bona loquunt̃, ſicut dr̃. ſ. 7. non oĩs, qui dicit dñe dñe intrabit regnũ cęlorũ.

Dicendum, ꝙ iſtud verũ eſt ſemper, ꝙ bonus hõ bona loquit̃, quia de bono theſauro non põt mala ꝓferre, quod ſi faceret iam malus efficeret̃. de malo aũt ſecus eſt, q̃a licet mala, vt cõmuniter ꝓferat agens ex habitu, tñ bona dicere põt cum habeat libertatem ad oppoſita, & interdum pp̃ aliquem finem agit ꝯ conditionem habitus: regulariter tñ malus mala dicit, q̃a qualis vnuſquiſque eſt, talia dicit, & operatur 2. Ethi. iſta tñ regula Chriſti poteſt eſſe vera dupliciter generaliter: Vno modo intelligẽdo in caſu, in quo ipſe loq̃tur: nam de Phariſęis loquebatur, qui mala dicebant, D & de hoc verum eſt, quòd mala, dicens eſt malus: licet non conuertatur.

Secundo poteſt intelligi non in quolibet bono, & malo, ſed in eo, qui abundanter eſt bonus, vel malus: nam qui parum malus eſt, poteſt malitiam occultare, & bona dicere, qui tamen valde malus eſt, non poteſt malitiam occultare, quia abũdantia malitiæ, quæ eſt in corde cogit linguam prorumpere in verba mala, & ita Chriſtus dixit ex abundantia cordis os loquitur, & non dixit ex corde os loquitur: in quo etiam innuitur, quòd quando quis mala loquitur, deteriora in corde habet cum abundantia ſit in corde, ſicut dicit Chryſo. cum audieritis hominem mala loquentem multo ampliorem extimes nequitiam, quam verba demonſtrent, quod enim exterius dicitur eſt E ſupereffluentia eius, quod intus eſt: in hoc autem valde arguit Phariſæos, dicens, quòd nequiores erant, quam apparebant, quia licet mala loquerentur, adhuc ipſi deteriores erant.

Quid ſit verbum ocioſum. Quæſt. LXXVII.

QVAERETVR de verbo ocioſo de quo hic dicitur quid ſit.

Aliqui dicunt, quòd ſit verbum calumnioſum, & iniurioſum. Quod patet, quia Chriſtus volebat hic oſtendere, quòd Phariſæi punirentur pro malis, quę dixerant blaſphemia erat, ergo illud, & ſimilia ſunt verba ocioſa.

Item patet, quia infra dicitur ex verbis tuis condem F naberis, & applicat hoc ad verba ociosa, de quibus dixerat, & tñ non condemnatur quis, nisi pro verbo malo pernicioso, vel iniurioso, ergo, idest ociosum.

Item patet, quia dicit Chrysosto. ociosum autem verbum est, quod mendax est, & quod calumniam habet.

Dicendum videtur, ꝙ verbum ociosum dicitur eē verbum leue, quod nulli nocet, & tamen nulli proficit, vel sine aliqua ratione, necessitate, vel vtilitate dicitur, sed superuacuum est, & ex hac ratione dr̄ ociosum. i. ꝙ nihil proficit, sicut qui ociatur nihil agit: vel est verbum pro ocio, i. ad trahendum tempus in eis, q̄ bus nihil operis incumbit. & distinguitur ociosum ꝗ G vtile, quod bonum est, & è contra turpe, & perniciosum, quod malum est, sic dicit Grego. ociosum verbū est, quod aut vtilitate rectitudinis, aut ratione iustę necessitatis caret, quia. s. sine vtilitate loquentis dicitur, & audientis: si commissis seriis de rebus, illis friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. cęterum qui scurrilia replicat, & cachinnis ora dissoluit, & aliquid profert turpitudinis: hic nō ociosi verbi, sed criminosi tenebitur reus. iste est modus communis accipiendi verbum ociosum, & proprius secundum rationē nominis, non est tamen inconueniens accipi verbum ociosum pro pernicioso, & calumnioso. Et istud potius tenere voluit Chry, licet recitasset opinionē aliorum distinguentium ociosum a pernicioso, cum ait. H ociosum autem verbum est, quod mendax est, quod calumniam habet, & subdidit. s. quidam autem dicūt q̄m & vanum, quale est, quod risum mouet inordinatum, vel turpe inuerecundum. Et hoc modo dicetur ꝙ verba, quæ Pharisæi dixerunt contra Christum. s. in Beelzebub, &c. erant ociosa, & ꝙ ad hoc dixit ipse de verbis ociosis, & tunc dicitur ociosum. i. sine ratione, vel contra rationem, quia ratio non mouit ad proferēdum, sed potius est contra rationem talia dici. Vel dicitur ociosum. i. in ocio cogitatum, & hoc dicitur, vt innuatur, ꝙ est ex magna malitia, cum minus cogitatum sit ad inuenīēdum tale verbum, quod in ocio fit: quando cessantibus aliis cogitationibus locus est inuenīendi malū aliquod artificiose, quod sit nimis pun I gitiuum: nam multa mala docet ociositas, & ita erat verbum istud. s. in Beelzebub, &c. qa videbatur esse ex cogitatum valde ex malitia. & tamen iste modus accipiendi ociosum fere a nullo inuenitur, nisi a Chrysost. nam Hiero. Aug. Greg. cæteri totusque vsus ociosum alio modo vocat.

Ad primum dicendum, ꝙ dixit hic Christus de verbo ocioso non innuens, ꝙ verba, quæ dixerant Pharisæi essent ociosa, sed arguit a minore, s. de ocioso ratio redditur, a fortiori de pernicioso, & de blasphemia. Sic dicit Hiero. si ociosum verbum, quod nequaquā ædificat audientes non est absque periculo eius qui loquitur, & in die iudicii reddet vnusquisque rōnē sermonum suorum, quanto magis vos, qui opera san- K ctū spiritus calumniantini, & diciris me in Beelzebub eijcere dæmonia, reddituri estis rationem calumnię vestrę?

Ad secundum dicendum, ꝙ ibi Christus non dixit de verbis ociosis, sed de verbis, quæ dixerant Pharisæi quæ perniciosa erant, & pro talibus condemnarētur, quòd sunt peccatum mortale. Vel potest intelligi de ociosis, & est sensus: condemnaberis. s. ad pœnam purgatoriam, nam cuilibet veniali competit aliqua pœna purgatoria.

Ad tertium dicendum, ꝙ Chrysosto. tenuit in hoc specialem modum loquendi de verbo ocioso contra consuetudinem cæterorum.

An verbum ociosum sit peccatum mortale, vel veniale, Quæst. LXXVIII.

QVAERETVR de verbo ocioso, an sit peccatum mortale, vel veniale.

Aliqui dicunt, ꝙ sit mortale, quia dicitur hic, ꝙ de oī verbo ocioso, quod locuti fuerint hoīes reddent rōnem in die iudicii, & tñ in die iudicii non redditur rō, nisi de mortalibus, quia pro venialibus sufficit pœna purgatoria, & quicunque decesserit in solis venialibus ante diem iudicii, punietur ꝑ eis in purgatorio, & post illum diē nulla erit pœna, nisi æterna. ergo verbum ociosum malum est mortale, cū ꝙ pro eo post diē iudicii puniatur quis, quia hoc est ratio nem reddere, nam ratio non redditur, nisi de eis pro quibus pœna toleranda est, quia de bono opere, nemo rationem reddet.

Item patet, quia dicitur hic, ex verbis tuis condemnaberis, cum autem hoc de ociosis diceretur, ergo ociosum mortale est.

Dicendum, ꝙ verbū ociosum qualecunque sit veniale est, si autē sit turpe, vel perniciosum est mortale, sic dicit Greg, qui scurrilia replicat, & aliquid ꝓfert turpitudinis, hic non ociosi verbi, sed criminosi tenebitur reus. Item verbum ociosum est de illis peccatis, qui post hanc vitam remittuntur, vt dicit Augu. & hr̄ 25. di. c. qualis hinc, & tñ non dimittuntur post mortē peccata mortalia, sed sola venialia, vt ostensum est. s. q. 74. ergo verbum ociosum veniale est, vnde Aug. ēt vocat illud de minimis peccatis, sed minima peccata, & minuta, & quotidiana sunt illa, quæ venialia dicimus, vnde non solum verbum ociosum absolute dictum est veniale, sed etiam si accipiatur cū aliquas circunstantias aggrauantes, sicut est assidue loqui ociosa, vel longas narrationes ociosi sermonis trahere, sicut dicitur 3. Ethic. c. de temperantia, de illis qui in fabulis totos dies conterunt. i. expendunt, vel ratione loci, vt si in ecclesia quis ociosa verba dicat, in qua nihil fieri debet, nisi quod ad orationem pertinet, vt dicit Aug. & habetur 42. dist. c. in oratorio, & c. oratorium, quia oēs istę graūiates, & quæcunque aliæ non inducunt verbum ociosum de specie venialis peccati, sed quantumcunque sit graue, vel qualitercunque dictū: dum tñ nihil sit, nisi ociosum, nunq̄ per se erit, nisi veniale. Et dr̄ per se, quia forte quis in verbis ociosis expendit ipsum illud in quo tenebatur facere aliquid vtile, & maxime si ad cultum Dei erat necessarium, tunc. n. mortale est; non quidem verbum ociosum, sed omissio operis necessarii, & amissio tpis, sed verbum ociosum in se quantumcunque sit assiduū, & longū venia le est, vt ait Aug. & hr̄ 25. di. c. qualis hinc. s. hoc de par uis minimisque peccatis fieri posse credendum est, sicut est assiduus ociosus sermo, immoderatꝰ risus, &c. ēt si in ecclesia quis longa verba ociosa dicat veniale est per se, vt dicit Aug. in Omel. de igne purgatorio. & habetur 25. distinction. §. criminis, s. quæ autem sunt minuta peccata opus est, vt ex eis aliqua nominemus, & sequitur si se, aut in ecclesia, aut extra ecclesiam fabulis ociosis occupauerint: ociosum ergo verbum ꝑ se, semper est veniale, sed per accidēs fit mortale, s. nō ipsum, sed aliud quod cum eo fit, vt est omissio operis necessarii, vel alia similia.

Ad primum dici p̄t, ꝙ de verbo ocioso redditur rō in die iudicii, s. in iudicio particulari, quia mox, vt q̄q; moritur præsentatur Deo iudicandus, & ibi rationem reddit, tam de mortali, q̄ de veniali, si in mortali decedit adiudicatur igni æterno, si autem in veniali, igni purgatorio: & hoc est in iudicio reddere rationem, sic dicit Aug. & 25. distinction. capit. qualis. s. qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio repręsentabit̄, & de illis

illis ociosis dicit Aug. ꝙ reddetur rō in die iudicii, ea- A dem d. §. criminis. s. in se in ecclesia, aut extra ecclesiā fabulis ociosis, de quibus in die iudicii ratio reddenda est, occupauerint. Aliter potest dici, quòd in die iudicii, scilicet iudicii generalis reddetur ratio de verbo ocioso, quod est veniale, ab illis qui decesserunt in mortalibus, nam veniale non potest remitti ei, qui in mortali manet, vnde damnati in iudicio generali, reddent rationem de omnibus, tam mortalibus, quàm venialibus, sed pro venialibus quidem aliquis paruus gradus debetur pœnæ, ꝑ mortalibus aūt æterna pœna.

Ad secundum dicendum, ꝙ illud intelligitur de solis peccatis mortalibus. i. de verbis perniciosis, quę sūt peccatum mortale, non autem de ociosis. Potest tamē intelligi de ociosis, & hoc tam ad illos qui decedunt in solis venialibus, quam ad eos qui in mortalibus. Primi. n. condemnabuntur ex verbis ociosis. s. ad pœnam B purgatoriam.

Alii aūt condemnabuntur ad pœnam æternā, non quidem, ꝙ venialia sint eis causa damnationis æternę, sed ꝙ in igne æterno cui adiudicantur propter mortalia, punientur ēr pro venialibus, cum eis competat aliqua pœna, quæ nunquam illis fuit remissa: hæc autē dicta sunt accipiendo verbum ociosum, vt cōiter sumitur: nam accipiendo, vt accipit Chrys. est mortale, quia est verbum mendax, & ꝙ calumniam habet, & tunc concedenda sunt argumenta, quia potius adiuuant illam positionem.

Quomodo verum est quod dicitur in litera, scilicet ex verbis tuis iustificaberis, &c. Quæst. LXXIX. C

QVAERETVR qūo est verum, quod dicitur in litera. s. ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

Dicendum, ꝙ non est dubium quantum ad istam partem. s. ex verbis tuis condemnaberis, quia malū verbum. i. perniciosum est peccatū mortale, & pro quoliber mortali potest homo condemnari, & vere cōdēnabitur, nisi pœnitear.

De verbis tamen bonis quomodo per illa iustificetur hoc est dubium, quia potest aliquis dicere bona verba qui malus est, & tamen illa non excusant eum cum condemnetur. D

Dicunt quidam, ꝙ iustificatur homo ex bonis verbis, si fuerint bonitati mentis consona, sic dicit Nicolaus, & tamen tunc non iustificatur homo ex verbis, sed ex bonitate mentis, sic etiam dicit Remigius: non est dubium, quin vnusquisque de verbis suis malis, q̄ loquitur condemnabitur, veruntamen ex bonis verbis non iustificatur quis, nisi ex intimo corde, & deuota intentione ea proferat.

Dici potest ergo vno modo, ꝙ ex verbis bonis iustificatur quis, si proferat ea, sicut Christus dixit supra in litera. s. ex abundantia cordis os loquitur, & bonus hō de bono thesauro profert bona, & hoc consonat expositioni Remigii, & Nicolai.

Secundo potest dici iustificaberis. i. iustus ostenderis, vel nominaberis, quia dixit Christus supra in lr̄a, E siquidem ex fructu arbor cognoscitur, & ita si quis iusta loquitur, signum est, ꝙ iustus est. Sed dicendum, ꝙ vere Christus loquit̄ de iustificatione, q̄ fit ex solis verbis, per quæ sola iustificabitur, & tanq̄ iustus absolueī, & patet quia Christus loquitur hic de rōne, q̄ redditur in die iudicii, & sicut de factis reddit̄, ita & de verbis, & quia verba sunt triplicia. s. bona, & mala. s. perniciosa, & indifferētia. s. ociosa, posuit Christus, ꝙ de his tribus haberetur cōsideratio in die iudicii, vnde de ociosis dixit. de omni verbo ocioso, quod locuti fuerint hoīes reddent rōnem in die iudicii, & quia ociosa interdum hūt excusari, vt non sit ēr peccatum veniale; & interdum sunt peccatum veniale: Christus non cōdemnauit dererminate, nec absoluit, sed dixit reddēt rōnem. q. d. sub dubio manet, an punientur pro eis, vel non, quousque reddant rōnem, qūo illa dixerunt, vt videatur an debeant puniri, vel non: pro malis autem verbis certa manet condemnationis sentētia. ideo nō dicitur, ꝙ de eis ratio reddetur, sed dr̄ ex verbis tuis condemnaberis. i. certum est, ꝙ sic fiet: pro bonis aūt certum est, ꝙ non erit condemnatio, ideo dixit ex verbis tuis iustificaberis, & præsupponendum est, quòd hic dicitur de solo iudicio verborum, quasi quis iudicari debeat de quolibet verbo, & facto per se, & de illo debet cōdemnari, vel absolui, ac si nihil aliud egisset, nec dixisset: & tūc certum est, ꝙ ex solis verbis bonis, quando de illis iudicium agetur, iustificabitur homo, quia aut verbum bonum fuit dictum in charitate, aut nō: si in charitate iustificabitur homo. i. dignus premio iudicabitur, si autem extra charitatem saltem iustificabitur. i. absoluetur, quia nihil mereatur ex illo verbo, tamen saltem non condemnabitur, & hoc est iustificari.

Tunc responderunt ei quidam de Scribis & Pharisæis dicentes: Magister volumus a te signum videre. Mar. 8. Luc. 11:
Qui respondens ait illis: Generatio mala, & adultera signum quærit, Ionæ 2.
& signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ propheræ. Sicut. n. fuit Ionas in ventre Ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Viri Niniuitæ surgent in iudicio, cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce plus quā Ionas hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, quia venit a finibus terræ audire sapientiā Salomonis; Et ecce plus quā Salomon hic. Cū autem immundus spiritus exierit ab hoīe, ambulat ꝑ loca arida quærens requiem, & non inuenit. Tunc dicit: Reuertar in domum meā vnde exiui. Et veniēs inuenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitāt ibi, & fiūt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic pessimæ.

Ionæ 3. Luc. 11. 3. Reg. 10. 1. Par. 9. 1. q. 1. c. vereor. Luc. 11. De pę. d. 4. c. reuertar.

Tunc responderunt. Hic ponitur confutatio tentantiū Christi potestatem, postquam fuerat posita confutatio calumniātium eius bonitatem, & diuiditur in tres partes, quia primo ponitur eorum confutatio. Secondo denunciatur eorum condemnatio, ibi. *Viri Niniuitæ.* Tertio subdiuiditur eorum execratio, ibi. *Cum autem immundus.* Circa primum dicitur. *Tunc.* s. qū fiebant præcedentia. *Responderunt ei.* i. dixerunt, quia accipit̄ large rñdere pro dicere, quia isti nihil respondebant Christo, cum non quæsuisset quidquā ab eis, nec fuisset eis elocutus, nā isti non sunt illi q̄ dixerūt. s. in Cōfutatio tentantiū Christi potestatem.

in Beelzebub eiicit dæmonia, & contra quos Christus locutus fuerat præcedentia, sed alii erant, vt patet Luc.11.ſ.quidam eorum dicebāt in Beelzebub eijcit dæmonia, & alij tentantes ſignum quærebant,& ſunt iſti, qui hic ſignum petunt,ſed ita ſolet accipi reſpondere.i. dicere,vt patet Mar. 11. vbi dr̄ Chriſtus reſpondiſſe ficulneæ,quæ tñ nihil ei fuerat locuta. *De Scribis, & Phariſæis*, Scribæ ſunt legis doctores, & Phariſæi ſunt quaſi religioſi,& iſti ſunt qui Chriſtum ꝓſequuntur:nam populus non perſequebatur eum, ſed potius gaudebat valde qñ ipſe rationibus conuincebat Scribas,& Phariſæos. *Dicentes magiſter volumus a te ſignum videre*. i.volumus ꝙ oſtendas nobis aliquod miraculū,& licet non exprimatur hic tamen petierunt ſignū de cęlo,vt patet Luc. 11. ſ. & alii tentantes eum ſignū de cęlo quærebant. *Qui reſpondens*. ſ.volens concedere quod petebant ait illis. *Generatio mala, & adultera*. Contumelia eſt quam Chriſtus eis dixit. *Signum quærit*. Loquitur Chriſtus eis in tertia perſona,quaſi dedignatus dirigere ſermonem ad eos, ſed loquitur toti populo aſtanti de eis.. *Et ſignum non dabitur ei*. ſ. ſignum, quod petit de cęlo, ſed dabatur aliquod ſignum, quod ipſi non petebant. *Niſi ſignum Ionæ prophetæ*. i. tale ſignum, quale fuit in Iona,& ſequitur. *Sicut enim fuit Ionas in ventre Ceti*. Cetus vocatur piſcis magnus,& aliquando accipitur Cetus pluraliter indeclinabile,vt Gene. 1. creauit Deus grandia Cete.i.magnos piſces,ſic dicitur Ionæ 2.præparauit Dominus piſcem grandem,vt deglutiret Ionam. *Tribus diebus,& tribus noctibus*. Sic dicitur Ionæ 2.ſ.erat Ionas in ventre piſcis,tribus diebus,& tribus noctibus. Et non ſunt accipiendi iſti dies,& noctes per ſynecdochem, ſicut tres dies,& tres noctes, quibus Chriſtus fuit in corde terræ, ſed quòd fuerint noctes,& dies integri, quia ſemper ſcriptura accipienda eſt in ſignificatione propria, niſi conſtet, ꝙ neceſſe ſit aliter accipi,quia alias tota certitudo ſcripturę periret, ſi liceret nobis ſine cauſa neceſſaria trahere verba extra propriam ſignificationem, & tamen de tribus noctibus,& diebus Ionæ non conſtat, ꝙ fuerint incompleti,ergo oportet dicere,quòd fuerunt integri. *Sic erit filius hominis*. i.ego:ſic enim ſolet ſe vocare, vt patet p̄cedenti c.& ſupra 10.non enim volebat de ſe maiora dicere,quam quiſque videre poterat, & quia omnes videbant eum eſſe hominem, ideo filium hominis ſe vocabat,quia ita erat.ſ.filius virginis,licet opera ſua eū aliquid vltra hominem eſſe oſtenderent. *In corde terræ*. Ideſt in ſepulchro, quia intra lapidem iacuit, & dixit in corde terræ,& non in terra, vt oſtenderet ſe loqui de morte ſua,nam nunc in terra erat.i.ſuper terrā,ſed in corde terræ nemo eſt,niſi qui ſepeliē, & ita de morte ſua expreſſe dixit. *Tribus diebus,& tribus noctibus*. Nō fuerunt noctes,nec dies integri,vt infra dicetur.

An iſtud ſit ad præcedentia continuatum.
Quæſt. LXXX.

QVAERETVR an ſit continuatum iſtud ad præcedentia.

Aliqui dicunt,ꝙ ſic, & ēt ꝙ iſta ſunt immediate poſt illa, quia dr̄ hic, tunc reſpōderunt.ſ.tunc,vt completa ſunt præcedentia.

Alii dicunt,quòd fuit prius factum.i.antequā Chriſtus diceret omnia, quæ ſupra habentur ꝯ Phariſæos, ſed ꝙ ſimul fuerint iſta. ſ. dicere ī Beelzebub eiicit dæmonia,& ꝙ peteretur ſignum a Chriſto,quia Luc.11. dr̄,quidam ex eis dixerunt in Beelzebub eiicit dæmonia,& alii tentantes ſignum quærebant.

Dicendum,ꝙ non poteſt tam determinate ſciri ordo iſtarum rerum,quia potuit eſſe, ꝙ ambo iſta ſimul fierent.ſ.dicere in Beelzebub,&c. & ſignum petere, Vel ꝙ prius dictum fuerit in Beelzebub,&c. & Chriſtus dixerit contra Phariſæos omnia quæ habentur ſupra quibus finitis Phariſæi petiuerint ſignū, vt hic dr̄, & quidquid dicatur conuenit vtrique Euangeliſtę, & hoc propter breuitatem temporis, quia eodem tpe.i. continuato colloquio oīa iſta facta ſunt. Et ſi velimus tenere,ꝙ ſimul dictum eſt in Beelzebub,&c.& petitū eſt ſignum, exponetur litera tunc reſponderunt.i.qñ alii dixerunt in Beelzebub,&c. tunc iſti petiuerunt ſignum. Si aūt velimus, ꝙ petitio ſigni fuit poſt omnia præcedentia dicetur, ꝙ qñ Luc.11. dr̄ quidam ex eis dicebant in Beelzebub eiicit dæmonia, & alii ſignum quærebant, non dicitur hoc quaſi ambo ſimul facta ſint. quia nec hoc dicit litera, ſed ſolum ꝙ ambo facta fuerint, & tamen dato ꝙ ambo ſimul facta fuiſſent, oportebat ꝙ Matthęus teneret ordinē quem tenuit, quia ipſe proſequitur reſponſionem Chriſti ad vtrunque, & quia non poterat vtrunque ſimul dicere,licet a diuerſis ſimul vtrunque dictum fuerit, recitauit plene prius illud, quod dicebatur de Beelzebub: deinde adiunxit petitionem ſigni, & reſponſionem Chriſti. Lucas aūt,quia ſolum proſecutus eſt id quod dicebaē de Beelzebub,& non reſpōſionem Chriſti ad petitionem ſigni,poſuit vtrunque ſimul.

Quare Phariſæi a Chriſto nunc ſignum petiuerunt. Et quòd miracula cum veneratione ſunt accipienda.
Quæſt. LXXXI.

QVAERETVR quare iſti petiuerunt nunc ſignum a Chriſto.

Dicendum,ꝙ non petiuerunt, quaſi eēt neceſſarium ad oſtenſionem poteſtatis Chriſti, quia multa ſigna fecerat ex quibus fuerat ſufficienter oſtenſa,ſed petiuerunt hoc propter multa. Primo,qa volebant tentare eum:erant.n.increduli, & licet multa ſigna viderent nō credebant, ſed ſemper alia cupiebant,& ſic tentabāt Chriſtum,vt ſcirent an facere poſſet,quod ipſi petebant,& ſic dr̄ Luc.11.ſ.alii tentantes ſignum quærebant.

Secundo fuit propter curioſitatē, nā miracula erāt aliquid nouum naturam excedens, & gaudebant videndo illa, licet ꝑp ipſa credere nollent, & hæc erat curioſitas.i.ſuperflua cura ſciendi,id quod non ꝑdeſt, nam miraculum ſi non accipiatur cum veneratione, inquantum eſt a Deo, & per ipſum credatur virtus diuina inutile eſt, & potius eſt in contemptum Dei, & malum eſt taliter miracula quærere. Tertio fuit ꝑp inuidiam, quia Phariſæi inuidebant Chriſto,& volebāt q̄ocunque moleſtare eum, & ita petebant ſignum, ſicut dicit Cyril. alii vero operibus ſtimulati liuoris aculeis petebant ab eo cęleſte videre portentū.Quarto fuit,quia ſæpe Phariſęi cum Chriſto contenderāt verbis,& ſemper eos confundebat, petunt ergo nunc miracula in quibus non eſt verbis contendendū.Sic dicit Chry.qa dñs ſuperius multoties verbis in verecundiā Phariſæorū obſtruxerat linguā,rurſus ad opa veniūt.

Quare petierunt Phariſæi ſignum de cęlo fieri.
Quæſt. LXXXII.

QVAERETVR quare petiuerunt iſtud ſignū fieri de cęlo,nā Luc.11.dr̄ ꝙ ſignū de cęlo q̄rebant.

Dicendum,ꝙ hoc faciebant,primo ꝑp curioſitatē: nam deſiderabant videre noua,& admiranda, & quia maiora,& magis grata homini ſunt ea,q̄ fiunt in natura cęleſti,q̄ quod fit in hoīe,iō in cęlo ſignū petebant: volebant.n.forte,ꝙ faceret ſtare ſolē,ſicut Ioſue fecit Ioſue 10. vel ꝙ faceret illum retrocedere, ſicut factū eſt diebus Iſa. propter Ezechiam. 4. Reg.2. vel quòd veniret

veniret ignis de cęlo, ſicut fecit Elias 4. Reg.1.vel ꝙ panes de cęlo mitteret, ſicut veniebat manna de cęlo ſub Moyſe. Exod.16.vel quòd pluuię,& tonitrua apparerent de cęlo,vt fuit factum per Samuelem 1.Re. 12.& ita de ſimilibus: ſic dicit Hiero.volumus a te ſignum videre de cęlo, ſcilicet cupiebant in morē Eliæ ignem de ſublimi venire, vel in ſimilitudinē Samuelis tempore æſtiuo,cōtra naturā loci,mugire tonitrua, coruſcare fulgura, imbres ruere,&c.

Secundo, & pręcipue fuit, quia volebant Phariſæi confundere Chriſtum, non enim viderant ipſum facientem aliquando ſignum de cęlo,licet multas curationes ęgritudinum vidiſſent,& etiam iam duos mortuos ſuſcitaſſet, ſcilicet filiam archiſynagogi, ſupra 9. & filium viduæ Lucæ 7.putabant igitur,ꝙ non poſſet facere ſignum de cœlo,& ad hoc petebant,vt ſi facere non poſſet confunderetur, ſic patet Luc.11.ſ.alij tentantes eum ſignum de cœlo quærebant,& tamen tentare eſt velle habere experientiam de re incognita ſic dicit Cyril.ſignum de cœlo quærebant,quaſi dicerent quamuis ab homine dęmonium eiecerīs, non tamen hoc eſt diuinæ operationis argumentum,nondum enim vidimus aliquid prioribus miraculis ſimile. Moyſes enim traduxit populum per medium maris. Ioſue vero ſucceſſor eius ſolem retardauit in Gabaon: tu vero nihil horum oſtendiſti, quærere enim prodigia de cœlo innuit, quòd huiuſmodi cogitationibus tunc temporis afficiebantur erga Chriſtum.

Quare Scribæ, & Phariſæi potius quam alij quæſierunt hoc a Chriſto. Quæſt. LXXXIII.

QVAERETVR quare Scribę, & Phariſæi quæſierunt hoc a Chriſto potius, quam alij.

Dicendum, ꝙ iſta petitio ſigni fiebat ex quadam inuidia,vt poſſent iſti confundere Chriſtum,& tamē ſoli Scribæ,& Phariſæi oderant Chriſtum:populus autem diligebat eum, & gaudebat de omnibus, quæ faciebat,& quando rationibus confundebat Phariſæos, & Scribas gaudebat,ſic patet Luc.13.vbi quidam princeps ſynagogæ indignatus eſt, quia Chriſtus ſabbato curabat:Chriſtus aūt reſpondens confudit eum, & dr̄ cum hoc diceret,erubeſcebāt omnes aduerſarij eius, & omnis populus gaudebat in vniuerſis, quæ glorioſe fiebant ab eo. Item Phariſæi,& Scribæ cōueuerant contra Chriſtum, vt quomodocūque calumniarenē ei,& quia quidam eorum,qui dixerant in Beelzebub eijcit dęmonia, fuerant a Chriſto rationibus valde redarguti: alij ſocij eorum indignati nunc petebant ſignum a Chriſto, vt ſic poſſent ſibi confundere Chriſtum petentes ſignum in vindictā ſociorum ſuorum.

Quare iſti Phariſæi blande Chriſtum ſunt allocuti.
Quæſt. LXXXIIII.

QVAERETVR quare iſti nunc locuti ſunt blande dicentes magr̄ volumus a te, &c. cū ſupra loquerenē aſpere,ſ.in Beelzebub eijcit dęmonia. Dici pōt vno mō,ꝙ hoc fecerunt timentes duram Chriſti increpationē,nā ſocij eorum,qui dixerāt in Beelzebub eijcit dæmonia,fuerant nimis increpiti: blandius ergo iſti loquunē,vt nō eſſet Chriſto occaſio eos arguendi.

Secundo poteſt dici,quòd hoc faciebant irridendo, non enim vocabant Chriſtum magiſtrum honorantes eum,ſed illudentes. Quod patet,quia dixerunt volumus a te ſignum videre, & tamen ſi honorarent eum humiliter poſcerent, & non dicerent volumus, quaſi oporteret Chriſtum ſequi mandatum iſtorum, ſic dicit Chryſo.verba autem eorū adulatione, & ironia ſunt plena,& prius qdē cōuitiabanē dæmoniacum eum vocantes,nunc adulantur vocantes eū magiſtrū.

Quare Chriſtus nunc reſpondit aſpere, cum iſti Phariſæi fuiſſent locuti blande. Quæſt. LXXXV.

QVAERETVR quare Chriſtus nunc reſpondit aſpere,cum iſti fuiſſent locuti blande: nam vocat eos generationem adulteram.

Dicendum ꝙ hoc eſt. Primo quia ipſi merebātur increpari, ſcilicet quia petebant rem iniuſtam, ideſt dari eis ſignum, quando opus non erat,& ad finem indebitum.

Secundo fuit, quia loquebantur per ironiam. maior enim contumelia erat ꝙ Chriſtum illuderent ſub verbis honoris, quam quòd apertam cōtumeliam dicerent, ideo dure increpandi erant.

Tertio fuit, quia Chriſtus voluit oſtendere, quòd non flectebatur aliqua paſſione, ideſt non indignabaē propter contumeliam, nec propter laudes placabaē, vnde grauius increpuit iſtos blande loquentes, quam eos,qui ſupra amara dixerant, ſic dicit Chryſo,& quidem cum ei conuiriabantur manſuete eis reſpondebat, cum autem adulabantur conuitioſe,demonſtrās, ꝙ vtraque paſſione erat ſuperior, & nec conuitijs in iram ducitur, nec ab adulatione mollitur.

Sed dicetur, quòd Chriſtus cum pateretur non cōminabatur, & tamen cum malediceretur non maledicebat 1.Petri 2.ergo a fortiori cum benediceretur non malediceret.

Dicendum vno modo, ꝙ Chriſtus non maledicebat benedicentibus, & tamen iſti non benedicebant, ſed illudebant,ideo increpantur. Secundo poteſt dici, quòd Chriſtus non increpauit iſtos tanquam reddēs vicem pro malo, quod ei faciebant, & hoc dicitur 1. Petri 2.ꝙ cum malediceretur non maledicebat, ſcilicet tanquam vindictam ſumens,& cum pateretur nō comminabatur, etiam tanquam retribuens in hoc, ſed dixit eis contumeliam, quia merebantur audire eam cum mali eſſent, & quia Chriſtus oſtendere volebat,ꝙ blanditijs nō ducebatur,& forte iſta fuit cauſa præcipua,quia pauauerunt iſti, quòd verbis blandis Chriſtum mollirent, ipſe autem oſtendere voluit, ꝙ intelligebat cor eorum, & quòd non ducebatur aliqua paſſione, ſicut illi putabant.

Quare iſti arguuntur, quia petierunt ſignum.
Quæſt. LXXXVI.

QVAERETVR quare iſti arguuntur,qa petierunt ſignum, & rex Achaz arguitur, quia petere noluit Iſa. 7. nam Iſa. dixit ei pete tibi ſignum a dñio in ꝑfundū inferni, ſiue in excelſum.ſ.& dixit Achaz non petam, ꝑp quod dixit Iſa. indignatus. Audite,ergo domus Dauid nunquid parum eſt vobis moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis,& Deo meo?& ſic innuit,ꝙ Achaz offendit Deum nolens petere ſignū.

Dicendum, ꝙ iſti peccauerunt petentes ſignū,quia ſuperuacuū erat, & malo animo petebāt,ſ.vt Chriſtū confunderent. Achaz aūt peccauit in duobus.Primo quia non obediuit Deo, nam cū Iſa. diceret ei ex parte Dei, ꝙ peteret ſignum, ēt ſi non videretur ſibi neceſſarium, vel vtile, q̄tum ad aliquid tenebaē petere. Secundo, quia fecit hoc Achaz ex contemptu Dei, quia ipſe bene ſciebat, ꝙ Deus poterat facere quodcunq; ſignū vellet: ipſe tñ erat idolorū cultor, & noluit dare iſtū honorē Deo, ꝙ peteret ſignū in quo ille oſideret gloriā poteſtatis ſuę,& ad hoc poſuit excuſationē,dicens non petā, & non tentabo dñm,& tñ nō erat tentare Deum, ꝙ peteret ſignū, qñ Deus hoc iubebat

bebat, ideo Deus valde iratus est, quia Achaz cõtem- F
nebat eum, cum ipse offerret se ad faciendum signũ,
& Achaz nollet illud petere, nec videre.

Quare Christus noluit nunc dare signum cum peteretur.
Quæst. LXXXVII.

QVAERETVR quare Christus nollet nunc dare
signum cum peteretur. Dicendũ ꝙ fuit. Primo
quia non erat necessarium, nec vtile: Deus.n.est agẽs
ordinatissimum, & nihil agit sine ratione, quòd ergo
inutile est, Deus nunq̃ facit, ita nunc erat: nã plurima
signa Christus fecerat ex quibus sufficienter ostende-
batur potestas eius volentibus credere, iõ superuacuũ
erat nunc signa alia facere, & iuste Christus irascitur
istis, quia ita nunc petebant signum a Christo, quasi G
nullum vnq̃ fecisset, & sic sæpe faciebant Iudæi, qui
increduli erant, vt Io.6. cũ Christus pauisset totã turbã
miraculose dixit eis, operamini cibum, qui non perit,
& illi dixerunt, quid faciemus, vt operemur opa Dei,
& ille ait, hoc est opus Dei, vt credatis in eum quẽ mi
sit ille, & illi dixerunt, quod ergo tu facis signum, vt
videamus, & credamus tibi? & sic non erubuerũt mi-
seri petere signum, quasi Christus nullũ signũ vnquã
fecisset, cum immediate ante hoc eos miraculose pa-
uisset, de quo ipsi laudauerant eum dicentes. Hic est
vere propheta, qui venturus est in mundum, &c. Se-
cundo fuit, quia Christus sciebat istos nõ credituros, H
etiam si signum fieret: nam etiam signa præcedentia
non fecerat propter eos, sed ꝓ turbam, quæ credere
poterat sic dicit Chrysõ. non, vt eos induceret signa
faciebat, sciebat.n. eos lapideos esse, sed vt alios emẽ-
det. Tertio fuit, quia petebant signum inutile, s. signũ
de cęlo: nam non dixerunt absolute volumus a te si-
gnum videre, sed vt dr̃ Lu.11. signum de cœlo quæ-
rebant, & tñ istud erat ad curiositatem, & non ad vti-
litatem, & hoc Christus oñdit dicens, signũ nõ dabit
ei, nisi signũ Ionę prophetę. q.d. aliud signũ dabitur,
sed nõ, qd̃ ipsi petũt, sed signum Ionę. Quarto fuit, qa
malo aĩo petebant, s. liuore stimulati, vt dicit Cyrillus,
quia volebant confundere Christũ putantes, ꝙ non
posset hoc facere, iõ indignũ erat, ꝙ eorum desiderio
satisfaceret, nam etiam si aliquod signum vtile hac in-
tentione peterent, indignum erat, quòd fieret. I

Quare Christus nolebat aliquando dare signum de cœlo. Et quòd semper miracula faciebat utilia, & quæ ostendebant eum esse Messiam. *Quæst.* LXXXVIII.

QVAERETVR quare Christus nolebat ali-
qñ dare signũ de cęlo licet sæpe peteret̃ ab
eo. Dicendũ, ꝙ Christus communiter non
faciebat signa de cęlo ꝑp multa. Primo qa
iam fecerat, nã primũ signum, quod in eo apparuit
fuit de cęlo, s. qñ baptizatus est in Iordane, aptũ est cę-
lũ, & vox patris de cęlo audita est, & Spiritus Sanctus
descẽdit sup eum in columbæ specie supra 3. & Lu.3.
sufficiebat ergo semel fecisse, quia qui semel hoc po- K
tuit, semper illud posset. Secundo fuit, quia Christus
noluit oñdere se maiorem omnibus patribus antiqs,
& tñ ꝑp illos facta fuerant miracula multa in cęlo, vt
petente Moyse venit manna de cęlo. Exo.16. & petẽ-
te Iosue sol stetit. Iosue 20. ad vocem etiã Isa. sol re-
trocessit 4. Reg.20. & ad preces Heliæ ignis descẽdit
de cęlo 3. Reg.18. & 4. Re.1. Samuele aũt petente plu
uiæ, & tonitrua apparuerunt 1. Reg.12. nolebat ergo
Christus facere similia miracula, quia per hoc non
videretur illos credere, sed faciebat ea, quæ illi nõ fe-
cerant, s. sanare leprosos, & cæcos, & multa alia gene-
ra miraculorum. Tertio fuit, quia Christus volebat
facere miracula vtilia, fuerunt.n. miracula a Deo, &
ꝑp hoĩes: nã Deus nõ facit miraculũ aliquod ꝑp se, qa
non est sibi necessarium, iõ oportet, ꝙ in miraculo
sint duo, s. ꝙ diuinã potentiã oñdat, & ꝙ hoĩbus ꝓfi-
ciat: sic erat suscitatio mortuorũ, & curatio ægritudi-
num, nam ista non poterant fieri, nisi a Deo. vnde ita
sufficienter oñdebatur Deum esse eum, qui mortuos
suscitabat, sicut eum, qui solem stare faciebat, insuper
curationes ægritudinũ proderant hominibus: signa
aũt in cœlo non ꝓderant eis, iõ magis completa est rõ
miraculi, & finis in curatione ægritudinum, q̃ in pro-
digijs de cœlo, & quia Christus ꝑp salutem nostram
venerat, illa miracula semper faciebat, quę ad hoĩm
salutem proderant: non vero ea, quæ erant ad curiosi-
tatem, nam in talibus sufficiebat semel egisse ad ostẽ-
dendũ potestatem: postea aũt conuenienes erat facere
solũ ea, quæ pertinebant ad hoĩum salutẽ. Christus tñ
interdum fecit aliqua, quę viderentur ad curiositatẽ
ꝑtinere, sicut ambulare super aquas, hoc tñ semel tñ
egit, qa nõ erat vtile, sicut sanare ægros, & ꝑp hoc, qñ
Christus dedit apostolis potestatem miraculorũ ex-
pressit solum ea, quæ vtilia erant, s. mortuos suscitare
ægros sanare, dæmones eijcere supra 10. & Mar.6. &
Luc.9. de curiosis aũt, vt ambulare super aquas, signa,
in cœlo oñdere potestatem eis nullam expresse de-
dit, & ista fuit de causis præcipuis. Quarto fuit, quia
Christus noluit facere miracula, quæ negari possent
esse miracula, & ab eo facta esse: sciebat.n. ꝙ multi ca-
lumniarentur operibus eius, sicut nunc dixerant in
Beelzebub eiecit dæmonia, nullum tamen miraculũ
est magis calũniabile, q̃ quod fit in cœlo, & maxime
apud rudes, nam ꝑp elongationem a nobis, & igno-
rantiam eorum, quæ cœlo accidunt, multi putarent
ea, quæ super naturaliter fierent, posse accidere ex cã
naturali, & è contrario, quod naturaliter accideret,
putarent esse miraculum esseque magnus locus ca-
lumnię nolenti, iõ non faciebat miracula in cœlo, q̃
aũt fiebant in hoĩbus non erant sic calumniabilia, qa
ipsa se sensui oñdebãt. Sic dicit Hie. quasi nõ possint
illa calũniari, & dicere ex occultis, & varijs aeris pas-
sionibus accidisse, nã qui calũniaris ea, quę oculis vi-
des: manu tenes: vsitatem sentis, quid facturus es de
his, quæ de cœlo venerint? vtique ñdebis, & magos
in Aegypto multa signa fecisse de cœlo. Quinto fuit,
quia illa miracula curationum specialiter cõfidebant
Christum esse Messiam, nam prænunciatũ fuerat Isa.
35. Deus ipse veniet, & saluabit nos: tunc aperientur
oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, tunc sa-
liet, sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua muto-
rũ: Christus aũt volebat se ostẽdere esse Messiam, iõ
fecit talia miracula qualia propheę prædixerant de
Messia, & tamen de signis cœli nihil dixerat scrip-
tura circa Messiam, ideo non faciebat signa de cęlo.

Quare signa de cœlo facta sunt sæpe in veteri testamento. Et quare Christus miracula noluit facere in cœlo.
Quæst. LXXXIX.

QVAERETVR, quare Christus nõ faceret signũ
de cęlo, cum signa facta sint sæpe in veteri te-
stamento, vt dictũ est supra præcedenti. q. Dicendũ, ꝙ
hoc fuit. Primo quia interdum ipsa rei necessitas hoc
exigebat, sicut fuit in statione solis, nam Iosue non pe-
tiuit stare solem, vt aliquis per hoc videret Dei poten
tiam, sed vt esset sibi locus vindicandi se de hostibus,
quod facere non potuisset, nisi sol steristet, & fuisset
vnus dies, quasi duo, Iosue 10. sic ẽt, qñ retrocessit sol
factũ est, quia illud petiuit Ezechias ꝑp quẽ Deus mi
raculũ faciebat Isa.38. Secũdo erat, vt esset interdũ mi
raculũ multũ notũ, nã miraculũ, quod fit in curatio-

ne

ne vnius hominis, non videtur sic a multis, sicut illud, A
quod fit in cęlo, & quia tunc rara miracula erãt, cõue-
niens erat, vt in cęlo fierent. Tertio & præcipue erat,
quia Deus volebat oñdere, quod ipse faciebat om-
nia hæc, vt sibi tota laus deberetur, & non alicui ho-
mini, & quia Deus in cælo habitare credit̃, sicut Chri-
stus sæpe vocat eũ patrem cęlestem, vel qui est in cęlis
supra 5. & 6. & 7. fuit conueniens, ꝙ miracula fierent
de cęlo, quasi ab ipso, & non ab hominibus venirent:
Christus aũt volebat nunc oñdere, ꝙ ipse haberet
potentiam, & non proueniret ei aliunde, ideo nõ cõ-
ueniebat ei facere miracula de cœlo, quia in hoc pu-
taretur, ꝙ Deus habitans in cęlo illa faciebat, & non
Christus, & propter hoc præcipue nunquã volebat B
facere miracula de cœlo, licet sæpe peteret̃ ab eo, ꝙ
faceret, vt infra 16. & Lucæ 11. cum autem faceret
miracula in terra imperando morti, & vitæ: morbo, &
saluti, apparebat, ꝙ ex seipso ista faceret. Vnde Iudæi
mirabantur, ꝙ imperando hoc faceret supra 8. qualis
est iste, quia venti, & mare obediunt ei? Quarto fuit ẽt
præcipue, quia Deus voluit facere etiam miracula ali-
qua tempore veteris legis, vt se potentem oñdere-
ret, non tamen decuit tunc fieri miracula vtilia ho-
minibus, vt curationes languorum, & suscitationes
mortuorum, nisi raro, iõ debebant fieri miracula in
cęlo, quæ non sunt hominibus vtilia: ꝙ aũt talia non
fierent erat vel, ꝙ Iudæi non merebantur talia bene-
ficia recipere, vel quia illud tempus non erat in quo
Deus hominibus deberet benignitatem suam oñde- C
re nimis, sic Christus innuit Luc.4. dicens, ꝙ multæ
viduæ erant in Israel sub Elia, sed ad nullam earũ
missus est, sed iuit in sareptã Sydoniæ. Et multi le-
psi erant in Israel tempore Elisæi, sed nemo curatus est,
nisi Naaman Syrus, & ille non erat Iudæus, & sic in-
nuit illos fuisse indignos, cum prophetæ mitterentur
ad benefaciendum extraneis, & non ipsis, maxime tñ
erat, quia nõdum erat tempus, vt Deus benignitatem
suam nimis oñderet hominibus, quia nondũ erat
reconciliatus eis, fuit aũt recõciliatio facta post Chri-
stum, qui est mediator Dei, & hoĩm 1. Tim.2. iõ tunc
oñtẽdit Deus diuitias misericordiæ suæ in nos ad Ro.
9. c. & 8. c. quia donans nobis filium suum cum illo D
omnia donauit. tunc ergo curationes ægritudinũ, &
suscitationes mortuorum frequẽter apparere debue-
runt, & non prius, ideo prius debuerunt esse signa in
cœlo, quæ non sunt vtilia hominibus, & non curatio-
nes ægritudinum, & suscitationes mortuorum, sicut
tempore Christi.

Quare Christus vocauit istos generationem adulteram.
Quæst. XC.

QVAERETVR quare Christus vocauit istos ge-
nerationem adulteram. Dicendum, ꝙ proprie
generatio adultera dr̃, quæ ex adulterio nascit̃: Chri-
stus aũt noluit hoc dicere Pharisæis, quia forte erant
nati ex legitimo thoro, vel saltem non essent omnes E
quibus nunc loquebatur nati ex adulterio. Item quia
dato, ꝙ essent omnes adulterini fætus, non diceret eis
Christus hanc contumeliam, quia virum honestũ, &
grauem non decent talia verba. Item quia Christus
nunquã arguebat aliquem, nisi de vitio proprio, esse
tũ natum ex adulterio non est vitium prolis, sed parẽ-
tum, iõ non argueret eos de hoc, & ita Pharisei intel-
lexerunt, ꝙ non vocabat eos natos ex adulterio, quia
aliàs non sustinuissent istam cõtumeliã, quia possent
rationabiliter Christum de hoc increpare, & forte tẽ-
tarent in eum manus mittere. Dicendũ ergo, ꝙ acci-
pit̃ metaphorice, quia sicut adulterini fæt⁹ sunt igno-
biles, & nullũ honorem hñt, Sapientiæ 4. ita Christus
innuebat, ꝙ isti erant mali, & indigni honore. Et dice-
bat eos generationem adulteram, vt tolleret eis sup-
biam, quia de progenie gloriabantur. Secundo dicit
hoc, quia filius debet imitari patrem, isti autem erant
filij Abrahæ, sed non imitabantur eum, & sic appa-
rebat, ꝙ non essent filij eius, sed ex adulterio generati
sic dr̃ Io.8. cum dixerunt Iudæi pater noster Abrahã
est, & Christus ait, si filij Abrahæ estis opa Abrahæ
facite, nunc aũt quæritis me interficere, hominẽ, qui
veritatem locutus sum vobis: hoc Abrahã non fecit,
& tunc oñdit cuius filij sunt dicens, vos ex pr̃e dia-
bolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. ita hic
vocantur generatio adultera, quia non geniti sunt, s.
morum imitatione ad Abrahã, quẽ pr̃em vocant, sed
a diabolo quem tacent. Tertio, vt aliqui dñt, vocantur
generatio adultera, i. filii adulterãtiũ. qa fornicari, vel
adulterari accipitur in scriptura, ꝓ cultu idolorum, &
ita Iudæi, quia idola coluerant adulterabantur. Sic dicit
Nico. ꝙ quia isti erant filij illorum vocabantur ge-
neratio adultera. Sed dicendum, ꝙ Christus non in-
crepat istos, ꝙ essent filij idolatrarum, quia vt dictum
est Christus neminem increpat, nisi de vitio proprio,
esse autem filios idolatrarum alienum vitium est, i. pa
rentum. Sed vocantur sic, quia erant filij idolatrarũ,
& imitabantur eos in quodã alio genere idolatriæ, vel
infidelitatis: nam sicut idolatra deitatem attribuit la-
pidi, & ligno, ita isti deitatem attribuerunt diabolo di-
centes de Christo in Beelzebub eijcit dæmonia, nam
ꝙ Christus faciebat nemo poterat facere, nisi Deus:
tribuere ergo illa diabolo, erat facere illum Deũ. vel
erant idolatræ, quia sicut idolatra non vult credere in
verum Deum, ita cum isti Christum ex operibus suis
Deum esse cognoscere potuissent, in eũ credere no-
luerunt. Sic dicit Chrysõ, monstrat se esse æqualem
patri, sed ei non credere generationem adulterã facit.

Quare Christus nunc dedit Pharisæis signum Ionæ, cum ipsi essent indigni illud recipere. *Quæst.* XCI.

QVAERETVR quare Christus nunc dedit Pha-
risæis signum Ionę, cum ipsi essent maleuoli,
& curiosi, & indigni signum recipere: etiã
quia nullum erat nunc necessarium. Dicendum, quia
Chr̃s dedit istud signũ, qa erat valde vtile, vt ꝓ. dicet.
Etiam in hoc non erat inconueniens aliquod, quia si
Pharisæi malo animo petiuerunt signum, non cõsen-
sit Christus hic voluntati ipsorum, quia ipsi petebãt
signum tentantes eum Luc.11. s. vt confunderetur si
facere non posset, & tñ per istud signum Ionæ ꝓphe-
tæ non habebant optatum, quia non experiebantur
an Christus posset, vel non posset de quo ipsi dubita-
bant. Secundo quia si erant curiosi non competebat
hoc curiositati eorum, nã curiositas sua erat, ꝙ signũ
de cœlo videre cupiebant, sed nõ fuit eis datũ immo
signum in terra, quod ipsi, nec videre nec audire cu-
piebãt. Vnde Christus dixit, generatio adultera signũ
quærit, & signum nõ dabit̃ ei, nisi signum Ionæ. q.d.
non dabitur ei signum, quod petit, sed signum, qd̃ nõ
appetit. Tertio quia indignitas Pharisæorum non ob-
stabat ad hoc, quòd daretur eis signum istud, & hoc
propter duo. Primo quia istud signum non erat pro-
pter eos, licet eis daretur. Secundo quia non erat si-
gnum de quo ipsi gauderent: sic fuit in rege Achaz,
qui indignus erat recipere signum a Domino. Et etiã
ipse nolebat recipere, dicens non petam, & tamen,
Deus dedit ei, quia dicitur ibi propter hoc domin⁹ ip-
se dabit vobis signum, idest licet vos non petatis ipse
dabit, & dicitur ibi, ecce virgo concipiet, ita ergo hic
datum est signum, quod ipsi non petebant, nec erat
ad vtilitatem eorum.

Ad

Ad quid profuit, quòd Christus daret nunc istud signum Ionæ cum ipsi hoc non petiuerunt.
Quæst. XCII.

QVAERETVR ad quid profuit, ꝙ Christus daret nunc istud signum dicens, sicut fuit Ionas, & cętera, quia nemo illud petiuerat, nec erat ad propositũ eorũ, qui signũ de cęlo petebant. Dicendum, ꝙ Christus dedit istud signũ nunc non petitus, quod etiã dedisset si nullum aliud peteretur, sic.n. dabat alia: nam dixit, sicut fuit Ionas in ventre ceti: ita erit filius hominis in corde terrę, sic dixit, sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, ita oportet exaltari filium hominis Io. tertio, capitul. nã in vtroque est figura actuum suorũ. Et iõ dixit hoc ꝓpter multa. Primo vt ostenderet, ꝙ istæ scripturæ erãt figuræ eorum, quæ in ipso contingerent. Secundo vt annunciaret id, quod in eo futurum erat, nam dixit, ꝙ erit filius hominis tribus diebus, & tribus noctibus in corde terrę, per quod ostendebat mortem suam, & ꝙ tertia die resurgeret iacens solũ tribus diebus in corde terrę, i. in sepulchro. Tertio fuit, vt ostenderet se habere cognitionem futurorum, nam dixit nunc de morte, & resurrectione sua, quod postea Iudęi factum viderunt, & ita esset eis occasio credendi si vellent, sicut dixit Christus Io.14. nunc dixi vobis anteq̃ fiat, vt cum factum fuerit credatis. Quarto fuit, quia istud signum directe respondebat ad ea, quę petebant Pharisæi: nam petiuerunt signum de cęlo tentantes eum Luc.11. i. scire volentes: Christus aũt dedit eis signum per quod sciri posset, ꝙ ipse poterat illud de quo iudicabant Pharisæi, & dixit, sicut fuit Ionas, &c. s. per hoc, ꝙ ipse sciebat futura, & credere debebant, ꝙ ipse poterat dare signũ de cęlo si vellet. Vel aliter, & melius, dixit enim, ꝙ filius hominis erit tribus diebus in corde terrę, quasi dicat postquam fuerit tribus diebus in corde terrę, idest postquam mortuus fuerit, & surrexerit videbitis vera esse omnia de quibus nunc dubitatis, quia tunc apparuit Iesum esse dominum, & Messiam, & cępit totus mũdus credere in eum, sic.n. dixit Christus iterum Io. 8. cap. cum Iudæi dicerent ei aliqua, ait enim, cum exaltaueritis filium hominis tũc videbitis, idest quando crucifixeritis me, videbitis omnia, quæ dico vera, quia tunc apparuit gloria Christi, ideo conueniens fuit istud signum dari etiam si nemo peteret, & vocatur signum inquãtum est, vel esse poterat probatio aliquorum de quibus dubitabant Iudæi, & tamẽ. Lucæ.12. dicitur sicut Ionas fuit signũ Niniuitis, ita erit filius hominis generationi huic, scilicet sicut Ionas fuit Niniuitis signum salutis, sicut eo prædicãte Niniuitæ pęnituerant, sic Christus futurus erat Iudæis signum salutis si eo prædicante conuerterentur, quia tamen recipere noluerunt fuit eis aduentus Christi signum, & occasio maioris perditionis, sicut dicitur infra in litera, scilicet viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, idest Niniuitæ apparebunt iusti, & Iudæi condemnati.

Quomodo est verum, quòd Christus fuit tribus diebus, & tribus noctibus in corde terræ. Et quomodo dicitur per quadraginta horas solum fuisse mortuus, cum scriptura vocet id totum tempus tres noctes, & tres dies.
Quæst. XCIII.

QVAERETVR quomodo est verum, ꝙ Christus fuit tribus diebus, & tribus noctibus in corde terræ. Dicẽdũ, ꝙ dixit se futurũ in corde terræ, i. intra terrã, vt mortẽ suã per hoc significaret, q̃a nemo est in corde terræ, nisi q̃ sepelit. inquantũ tamen dixit, ꝙ esset tribus diebus innuens, ꝙ non esset pluribus indicauit, ꝙ resurgeret tertio die, quia sicut Ionas die tertio liberatus est de vẽtre piscis, ita Christus die tertio surrexit de corde terræ: dixit autem, quòd maneret tribus diebus, & tribus noctibus ad ostendẽdũ veram mortem, & veram resurrectionem, nã si Christus mansisset in sepulchro solũ quatuor, vel quinque horis, vel pauco tempore putarẽt, quòd non fuisset vere mortuus, sed ex tormentis in ecstasim factus, & quòd postea reuixerit: nõ poterat tamen tãto tempore manere in ecstasi, quia etiam si non fuisset vere mortuus, si iaceret per triduum in sepulchro moreretur. cum ergo tanto tempore iacuerit apparuit, quòd vere mortuus fuerit, & vere surrexerit, maiori autem tempore non debuit iacere in sepulchro, & hoc ne periret spes de resurrectione eius, nã in hoc triduo fere in oĩbus fides perierat, & spes: a fortiori, ergo fieret si longiori tempore manere deberet, quia sic iret in obliuionem, & quando postea resurgeret non crederetur. maxime, quia sic prænũciatum fuerat in scriptura de triduana morte eius, ideo triduo fuit mortuus de quo magis dicetur infra 28.c. Sed dicẽt quomodo fuit verum, quòd tribus diebus, & tribus noctibus iacuerit in corde terræ, quia nõ videtur iacuisse, nisi vna die, & duabus noctibus, cũ fuerit sepultus die parasceues ad solis occasum, & surrexit prima hora dominici diei.

Aliqui computant tres dies, & tres noctes, quia dicunt vnam noctem fuisse illas tres horas quibus sol obscuratus est ab hora sexta vsque ad nonam, & tres horas sequentes a nona vsque ad solis occasum, quia lux solis redijt vocant vnam diem, & sequentem noctem, & diem sabbati alium diem, & noctem, & deinde tertiam noctem, quæ fuit ante dominicam, & tertium diem ipsam partem dominici diei, quæ transijt antequam Christus resurgeret. Sic.n. Augustinus refert quosdam dicentes, s. quidam modum locutionis scripturæ nescientes noctem volunt aduertere tres illas horas a sexta vsque ad nonam quibus sol obscuratus est, & diem tres horas alias, quibus iterum terris est redditus, i. a nona vsque ad occasum, sequitur enim nox futura sabbati qua cum suo die computata erunt iam duæ noctes, & duo dies. porro aũt post sabbatum sequens nox diei dominici in qua tunc dominus resurrexerit, erunt ergo duæ noctes, & duo dies, & vna nox. Sed istud non stat, quia isti nolunt complere sensum literæ ad plenum, i. ꝙ fuerint vere tres noctes, & tres dies, sed fieri non põt, quia dies tertius qũocũque computetur nunquam est integer.

Item quia computant primũ diẽ istorũ ante mortẽ Christi, & tñ non põt cõputari tempus istud, nisi post mortem, quia dr̃, ꝙ iacuit in corde terræ, & tamen illis tribus horis tenebrarum, i. a sexta vsque ad nonam, quas vocant primam noctẽ adhuc Christus viuebat, nam hora nona expirauit, & tunc cessauerunt tenebræ, iõ non potest sic computari. vnde Augustinus dicit, ꝙ isti nõ sciuerunt modum locutionis scripturæ.

Sed dicendum, ꝙ Christus iacuit tribus diebus, & tribus noctibus, i. parte quadam istorum trium, & nõ totis tribus diebus, & tribus noctibus, ita.n. est cõsuetudo scripturæ dicere. Pro quo sciẽdũ, ꝙ Christus dr̃ fuisse mortuus per 40. horas solum, quod verum esse videtur: nã ipse mortuus est in pascha Iudæorũ, quod semper celebratur iuxta æquinoctium vernale, idest introitu solis in arietẽ, & tunc dies sunt æquales noctibus, sed Christus expirauit hora nona, manebant igitur tres horæ integræ vsque ad solis occasum: sequens autem nox cum die sabbati continent horas 24. & sic sunt 27. deinde accipiatur tota nox ante diẽ dominicã, quæ habet horas 12. erunt 39. & vna hora post

post solis ortum de die dominica, quando Christus surrexit, & sic complentur 40. an tamen ista hora vltima fuerit completa non apparet, quia non constat an Christus surrexerit in ipso ortu solis, vel aliquantulũ post, aut prius, sed hoc constat, quòd mulieres venerunt ad monumentum orto iam sole, & non multũ post ortum solis, quia ante lucem surrexerant inf. 28. & Mar.16. & tamen iam Christus surrexerat, ꝙ ergo sint 40. horæ mortis domini, vel 39. solum nõ differt: solum autem hoc poni oportet, quòd mors sua habuerit partem trium dierum, scilicet veneris, & sabbati, & aliquid de die dominica quantulumcunque illud sit: nam etiam si surrexerit Christus in ipso ortu solis, vel aliquantulum prius, adhuc dicetur aliqua parte dominici diei iacuisse mortuus, quia dies secundum consuetudinem scripturę, & vulgi incipit ab ipso ortu crepusculi matutini, quod incipit ante ortum solis, quasi per horam, & quartam partem horę.

Sciendum etiam, ꝙ stricte accipiendo Christus dr̃ iacuisse in corde terrę solum eo tempore quo fuit in sepulchro, & quia nõ fuit sepultus illico, vt mortuus est, cum nondum putaretur mortuus, erit minus tempus, q̃ 40. horarum quo iacuit in sepulchro: nam ipse hora nona emisit spiritum, & tamen non putabatur adhuc mortuus, quia iam prope solis occasum illius diei cum frangerentur crura latronibus, venerunt ad Iesum, vt frangerent crura eius, putantes eum adhuc viuere, sed cum mortuum inuenissent non fregerũt, & tunc sepultus est, quod erat ad solis occasum. subtractis ergo tribus horis a morte vsque ad tumulationem manebũt 37. horę quibus iacuerit in sepulchro, & tamẽ adhuc isto modo iacuit tribus diebus in corde terrę, quia de die veneris aliquantula parte iacuit in sepulchro, quia dies computatur vsque ad finem crepusculi vespertini, & illud est, quasi hora, & quarta post solis occasum, & ante id tempus sepultus est, q̃a Iudæi nihil agerẽt die sabbati cum illud possent cauere, & tamen sabbatum incipiebat in crepusculo vespertino diei veneris: hoc supposito dicimus Christũ iacuisse tribus diebus in corde terrę, idest partibus singulorum trium dierum. Sic dicit Hiero. scilicet non ꝙ omnes tres dies, & tres noctes in inferno fecerit, sed ꝙ in parte parasceues, & dominicę, & toto die sabbati tres dies, & tres noctes intelligantur.

Sed dicetur, ꝙ hoc põt stare aliqualiter quantũ ad dies, quia partes trium dierum fuerunt, & tñ non fuerunt ibi partes trium noctium: fuerunt enim duę noctes integrę de tertia autem nihil fuit. Ad hoc dicendum, ꝙ scriptura non computat sic stricte, ꝙ oportuerit ibi esse partes trium noctium, sed illud tempus totũ quo Christus mortuus iacuit, vocat scriptura tres noctes, & tres dies. Et ratio huius est, q̃a quilibet dies habet suam noctem, iõ cum fuerint hic vere partes trium dierũ, etiam numerantur partes noctium, licet non fuerint partes omnium trium noctium: maxime autem, quia vt vult Augu. nox vltima pertinet ad tertium diem, quasi iam nox pręcedat diem, & erit sensus, ꝙ nox ante dominicã cum parte diei dominicę computentur vna nox, & vna dies, & pars illa diei veneris cũ nocte, quę iam pręcesserat, vocatur alius dies. Sed hoc non multum differt, ꝙ nox precedat diẽ, vel dies noctem, quia si volumus ponere Christum surrexisse post tertiam noctem ponemus primã istarum trium noctium ante Christi mortem, s. illam, qua cũ apostolis cęnauit, & captus est: si vero ponamus primã noctem istarum incipere post Christi mortem, erit tertia ipsarum post Christi resurrectionem: non enim possunt tres noctes includi in isto tempore, sed vna earum computatur propter consequentiam ad suũ diem, i. quia dies, & nox coniungunt, & cõplent vnũ circuitum solis, & ita tres dies, & tres noctes accipi oportet ex modo loquendi scripturę. *Viri Niniuitæ.* Hic denunciatur istorum tentantium Christũ futura condemnatio, scilicet ꝙ noluerunt conuerti eo prædicante, sicut gentiles conuersi fuerant ad prædicationem prophetæ, & dicitur. *Viri Niniuitæ.* Idest de vrbe Niniue, quæ erat magna ciuitas in terra Assyriorum. *Surgent in iudicio.* Idest, in die iudicij. Vel in iudicio, idest ad hoc ꝙ iudicentur, quia dicitur.

Cum generatione ista. Idest ad hoc, ꝙ contendant cũ ea comparati ad eam, & dicitur cũ generatione ista, i. cum hominibus istis. *Et condemnabunt eam.* i. ostendẽt condemnabilem, eo ꝙ fuerunt meliores Niniuitę, q̃ Iudæi. *Quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ.* Prędicante Iona, nam ieiunauerunt, & induerunt se sacco, & sederunt in cinere, & clamauerunt ad Deum homines, & iumenta Ionę 3. *Et ecce plusquam Ionas hic.* Idest illi audierunt Ionam, qui erat paruę auctoritatis, vos autem non vultis audire me, qui sum maior, quã Ionas. Et potest accipi hic, vt aduerbium, scilicet plusquam Iona hic, i. hic est vobiscum aliquis maior, quam Ionas. Vel potest accipi, vt pronomẽ, s. hic, i. hic, qui vobis loquitur maior est, quam Ionas. Hiero. tñ dicit hic aduerbium loci non pronomen intelligas, & tamen vterque sensus conuenit literę.

Regina austri. Istud est secundum exemplũ in quo etiam Iudæi ostenduntur condemnabiles. est Regina austri, Regina Saba, quę venit ad Salomonem.

Surget in iudicio cum generatione ista. Idest contendet cum hominibus istis per comparationem bonitatis suæ, & malitiæ istorum. *Et condemnabit eam.* i. condẽnabilem ostendet, quando fuerit comparata Iudæis.

Quia venit a finibus terræ. Idest de terra multum longinqua. *Audire sapientiam Salomonis.* Ad nihil enim venit, nisi vt instrueretur a Salomone de quibusdam in quibus dubitabat, & videret an vera essent, quæ de ipso dicebantur, sic dicitur 3. Reg.10. & 2. Paralip.9. ꝙ Regina Saba audita fama Salomonis venit tentare eum in ænigmatibus. *Et ecce plusquam Salomon hic.* Idest & tamen hic, i. iste, qui vobis loquitur, est maior Salomone, & sic potius deberetis eum audire.

Quare ponitur exemplum hic Niniuitarum. Et quòd dies pro anno interdum in scriptura accipitur.
Quæst. XCIIII.

QVAERETVR quare ponitur hic exemplũ Niniuitarum. Dicendum ꝙ ponitur. Primo occasione præcedentium, nam fuerat supra dictũ, ꝙ sicut Ionas fuit tribus diebus in ventre ceti, sic erit filius hominis tribus diebus in corde terræ, ideo hic applicat exemplum Niniuitarum quibus Ionas prædicauit. Secundo fuit ad ostendendã condemnationem Iudæorum, quia viri Niniuitę, qui gentiles erant cõuersi sunt prædicante Iona, ille tñ erat simplex propheta, & qui nõ desiderabat eorum salutẽ, sed potius doluit, quia post 40. dies ciuitas nõ subuersa est Io.4. ego aũt, qui sum maior Iona prædico vobis, & non vultis cõuerti, ideo cõdemnabimini grauiter. Tertio fuit, quia magna similitudo fuit inter factum Niniuitarum, & Iudæorum, nam Ionas prædicauit Niniuitis vrbem post 40. dies subuertendam, & quia pęnituerunt non subuersa est: Ionæ 4. ita Christus prædicauit Iudæis, q̃ non conuersi sunt, sed eum occiderunt, ideo quasi post 40. annos a Romanis deleti sunt vrbe subuersa, & Iudæis pereuntibus, & dispersis, & sic 40. dies Niniue fuerunt signum istorum 40. annorum fere ad subuersionem Iudæorum, quia dies pro anno interdum in scriptura accipitur, vt Ezec.3. diem pro anno dabo tibi, & sic dicitur Lucæ 12. sicut Ionas fuit signũ Niniuitis,

Niniuitis,ita erit filius hominis generationi iſti:Chriſtus tamen magis tetigit comparationem Niniuitarũ ad Iudęos,quia illi pęnituerunt,& iſti non:in quo erat magna grauitas, & contemptus Dei ſic dicit Hiero. Ionas ſecũdum 70.interpretes triduo prędicauit, ego tanto tempore,ille Aſſyrijs gẽti incredulę,ego Iudęis populo Dei.ille voce locutus eſt ſimplici nihil ſignorum faciens, ego tanta faciens, Beelzebub calumniã ſuſtineo.

Quæ eſt iſta Regina Auſtri,de qua hic loquitur. Quæſt. XCV.

QVAERETVR quę eſt iſta Regina Auſtri de qua hic dicitur. Dicendũ eſt Regina Saba, quę ad Salomonem venit 3.Reg.10.& 2. Paralipome.9. Sed obijciet, qa illa vocatur Regina Saba:iſta aũt Regina Auſtri.Dicendũ ꝙ eadẽ Regina eſt, quia illa Regina venit ad Salomonem,& etiam iſta,& non legitur de aliqua alia Regina in tota ſcriptura,quę venerit ad Salomonem: Chriſtus tamẽ non diceret aliud, niſi quod ſcriptum erat, quia aliàs non eſſet probatio contra Iudæos: neſcirent enim an Chriſtus verum diceret, ſed vocatur ibi Regina Saba,quia regnabat in terra Saba: hic autem vocatẽ Regina Auſtri,i.quę habebat regnum in parte auſtrali reſpectu Ieruſalem,ſ.in terra Aethiopũ, quę meridiana eſt ad Ieruſalem. Sic dicit Hiero.iſta eſt Regina Saba de qua in Regum volumine, & in Paralip.legimus, quę per tantas difficultates, gente ſua, & imperio derelictis, venit in Iudæam ſapientiam audire Salomonis,& ei multa munera obtulit. de iſta Regina dicitur ꝙ venit a finibus terræ: non quidem, quòd vere eſſet in fine terræ habitabilis, ſed quia regnum ſuum multum diſtabat a Ieruſalem, & hoc dicitur ad maiorem condemnationem Iudæorum, quia illa venit de terra longinqua, & Iudæi noluerunt audire Chriſtum, qui inter eos erat. De iſta Regina an fuerit de regno illo de quo erat Regina Aethiopũ cuius eunuchus venit in Ieruſalem ad templum, & baptizatus eſt a Philippo Actu.8.& multa alia dictum eſt 3.Reg.10,& 2. Paralipo.9.

Ad quid poſitum fuit hoc exemplum de Regina Saba. Quæſt. XCVI.

QVAERETVR ad quid fuit poſitum exemplum de iſta Regina. Dicendũ, ꝙ hoc fuit. Primo ad arguendum grauius Iudæos,quia dum plures extranei oſtenduntur fuiſſe diligentes nimium circa ſalutem ſuam, quam Iudæi ꝯtemnebant, apparet ipſos fuiſſe damnabiliores, ideo licet poſuiſſet factum Niniuitarum,addidit exemplũ Reginę auſtri.Secundo quia oſtendebatur adhuc maior diligentia in Regina auſtri, quam in Niniuitis,qa Niniuitæ venientem ad ſe Ionam ſuſceperunt, Regina vero auſtri non recepit, ſed adiuit Salomonem per longa terrarum ſpacia,& multa viarum incommoda, quod & Chriſtus tetigit dicens, ꝙ venit a finibus terræ, quod etiam contra Iudæos erat, qui Chriſtum ad ſe venientem non ſuſceperũt, cum illa Salomonem, qui longe minor erat, magno cum labore quæſierit. Tertio, quia adhuc maius erat, quod Regina fecit,ꝙ̃ quod Niniuitæ fecerunt, quia pro minoribus rebus illa plus laborauit. Niniuitę enim pro vita ſua Ionam ꝑdicantem audierunt, crediderũt.n.verũ eſſe, qđ ille dicebat,ideo conuerſi ſunt, vt non perirent. Regina autem non agebat de cõſeruanda vita, ſed vt inſtrueretur in quibuſdam dubijs tantos labores ſubijt. ſic dicitur in litera venit audire ſapientiam Salomonis,

F quaſi dicat ad nihil aliud,niſi vt audiret, in quo ſunt Iudæi condemnabiles, quia Chriſtum, qui non de lapidibus, & lignis diſputabat, ſed de fide, & moribus prædicantem, per quæ nõ vita temporalis, quæ mors quędam eſt,ſed ipſa vita æterna haberi poterat,& cõtemnendo ipſum incurrebatur in mortem, recipere noluerunt. Sic dicit Chryſo.ſcilicet non autem hic ſtat dominus,ſed & aliam denunciationem adiungit. dicens Regina auſtri, &c.iſtud plus fuit, quam prius. Ionas enim ad illos iuit, Regina vero auſtri non expectauit Salomonem ad ipſam ire, ſed ad eum acceſſit, & mulier,& barbara:& tantum remota non mortem formidans, ſola cupidine verborum ſapientum. ibi
G ergo mulier aduenit,hic ego veni:& ipſa quidem a finibus terræ ſurrexit:ego autem ciuitates,& caſtra circueo,& illa de arboribus, & lignis diſputauit,ego autem de ineffabilibus myſterijs.

Quomodo dicitur,quòd Niniuitæ, & Regina auſtri condemnabunt Iudæos in iudicio. Et quòd iudicium quinque modis acciptur. Quæſt. XCVII.

QVAERETVR quomodo dicitur, ꝙ Niniuitæ, & Regina auſtri condemnabunt Iudæos in iudicio, quia condemnare eſt iudicare,quod eſt iuriſdictionis, & tamen Niniuitæ, & Regina auſtri nõ habebunt iuriſdictionem
H aliquam in die iudicii.

Dicendum, ꝙ iudicium poteſt accipi quincupliciter,ſcilicet auctoritatis, poteſtatis, & honoris, approbationis, & comparationis. Primũ eſt ſolius Trinitatis cuius eſt tota auctoritas iudicandi viuos, & mortuos,quia omnes ſui ſunt, & hoc modo Chriſtus inquantum homo non habebit iudicium auctoritatis, quia inquantum homo quidquid habuit recepit, vt minor: auctoritas tamen eſt in dante, in Chriſto aũt homine eſt, vt in recipiente infra 28.c.data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra.tota autem Trinitas eſt vnus iudex per auctoritatẽ, ſicut eſt vnus Deus, & vnus dominus, & licet filius quidquid habet a patre receperit,& Spiritus Sanctus ab vtroque,& ſic eſt
I in ſolo patre auctoritas, hoc tamen eſt reſpectu eſſe naturalis, quia quidquid vna perſona recipit ab alia a qua emanat, tamen reſpectu creaturarum non recipit vna perſona aliquid ab alia, nam non dat pater filio poteſtatem ſuper creaturas: ſed ſicut pater a nullo accepit, quòd eſſet dominus creaturarũ, ita nec filius, nec Spiritus Sanctus, & ideo omnes tres ſunt vnum principium, & vnus creator omnium creaturarum, vt recta fides confitetur.auctoritas ergo iudicandi eſt in tota Trinitate æqualiter, non tanquam in tribus iudicibus,ſed velut in vno.Secundum iudicium eſt poteſtatis, & iſtud erit in Chriſto homine inquantum ipſe homo eſt, ipſe enim ex commiſſa ſibi poteſtate iudicabit ſeculum, quia pater non iudicat quem-
K quam, ſed omne iudicinm dedit filio facere Io,5.ſcilicet, vt ſicut ipſe in humanitate ad hominibꝰ iudicatus eſt, ita in humanitate omnes homines iudicet, iõ dicitur infra 19.cum ſederit filius hominis in ſede maieſtaiis ſuæ, & infra 24.& 25.dicitur,quòd ipſe iudicabit, dicens venite benedicti, & ite maledicti,iſto modo nemo iudicabit, niſi Chriſtus,quia hæc dignitas ei ſoli cõpetit, qui eſt ſimul Deus, & homo,quod nemo alius habet. Tertium eſt iudicium dignitatis, vel honoris,quod eſt ſedere in ſolio excelſo,& competit paucis viris ſanctiſſimis,ſcilicet Apoſtolis,vt dicitur infra 19.cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis, & vos ſuper 12.ſedes iudicantes, non quidem iudicantes, ideſt ſententiam ferentes, ſed iudicantes, ideſt quaſi aſſeſſores exiſtentes, quia
aſſeſſorem

aſſeſſorem fieri quendam ſpecialem honorem dicit. Quartum iudicium eſt approbationis, & collaudationis,& iſtud pertinet ad omnes electos, vt dr̃ Sap.3.de omnibus ſanctis,ꝙ iudicabunt nationes.i.approbabũt iudicium datũ a Deo ſuper nationes. Quintum eſt iudicium comparationis, & iſtud eſt qñ in comparatione vnius iudicatur alius malus,vel bonus, & iſtud iudicium, tam malis, quàm bonis competit, dr̃.n.vnus malus iudicare alterum ſi per comparationem ad ipſum alius iudicatur magis malus, ita etiam bonus iudicat bonum.hoc modo accipitur hic,ꝙ Niniuitæ, & Regina Auſtri iudicabunt Iudæos.i. quia in comparatione ad ipſos Iudæi erunt valde mali, & condemnabiles,quia multa iſti fecerũt pro ſalute, & virtute, quæ Iudæi facere contempſerunt. Ex hoc tamen non innuitur,ꝙ Niniuitæ,& Regina Auſtri ſaluabuntur, vel peribunt,quia tam boni,quàm mali poſſunt hoc iudicare:de malis patet præcedenti cap. vbi dicit Chriſtus de Tyro,& Sidone,& terra Sodomorum, ꝙ ſi factæ fuiſſent in eis virtutes, quæ factæ ſunt in Capharnaũ penitentiam egiſſent, & ſequitur ꝙ tolerabilius erit eis in die iudicii,quam vrbi Capharnaum,& ſic Tyrij, & Sodomitæ condemnant ibi Iudæos iudicio comparationis,& tamen Tyrij, & Sodomitæ damnati ſunt, vt ibi innuitur,cum dicatur tolerabilius erit eis, & ſic innuitur,ꝙ pœnam tolerabunt, licet minorem, quã Iudæi,& tamen poſt diem iudicii, nemo tolerabit pęnam,niſi damnati, ita igitur poterant eſſe iſti mali, & condemnare Iudæos,tanquam deteriores. Chriſtus tñ non innuit hic,ꝙ mali ſint Niniuitæ,& Regina Auſtri,cum potius eos videatẽ laudare. *Cum aũt immundus.*

Hic ponitur Iudæorum excęcatio,& poſſeſſio a dęmone,quia cum Chriſtum recipere noluerint crediti ſunt diabolo qui poſſideret eos,& ponitur exemplum de homine liberato a dęmone, ad quem dęmon iterũ reuertitur,quia grauius illum cruciat, quam prius, & dicitur. *Cum autem immundus ſpiritus.* i.dęmon qui ſpiritus eſt.i.ſubſtantia ſpiritualis non habens corpus vnitum. Licet aliqui putauerint dęmones eẽ corporeos habentes corpora de aere, vt dicit Apuleius Platonicus,ſed falſum eſt. Dicitur immundus,non quidem natura,ſed moribus, quia in ſubſtantia pure ſpirituali impuritas nulla eſſe poteſt, ſed immunda vult, & homines ad immunditiam mouet, vt ſic eos cadere faciat a naturali dignitate, & obliget ad pęnam ęternã. Vel dicitur immundus ad differentiam angelorũ honorum,qui ſunt ſpiritus puri, in quibus nulla eſt iniquitas. *Exierit ab homine.* i.coactus fuerit exire, quia dęmõ nunquam ſpõte vellet exire, quia cupit nocere homini,& vellet ſemper manere in eo, vt ſic torquere poſſet, ſic innuit Chriſtus ſupra in litera. oſtendens ꝙ dæmon non eijcit dæmonem de corpore, ſed ipſe cogebat eos exire. Et dicitur ab homine,quia per exemplũ vnius hominis liberati a dęmone ſignificat Chriſtus populum Iudaicum, quia dicitur infra in litera,ſic erit generationi huic peſſimæ. *Ambulat per loca arida.* i. nõ intrat in aliquod corpus, ſed per montes, & ſaltus ambulat. *Quærens requiem.* Dæmon non poteſt quieſcere, quia in æternum cruciabitur,& quocunque vadat infernum ſuum ſecum portat, & de hac quiete non accipitur hic, quia dæmon non quærit quietem ab illo cruciatu,cum ſciat impoſſibile eſſe,ꝙ ceſſet, ſed quęrit quietem ſuæ malæ voluntatis,eſt enim inuidus, & deſiderat nocere homini,& quando nocere põt quieſcit aliqualiter, ſicut iratus quieſcit cum retribuerit pęnam.4.Ethicor.cap.de manſuetudine,& quia iſtam quietem dæmon poteſt habere permittẽte Deo, quærit eam, ideſt inquirit ſi eſt aliquis cui Deus permittat ei nocere. *Et non inuenit.* Ideſt non inuenit aliquem hominem, vel res humanas, quibus nocere poſſit. *Tunc*

A *dicit.* Ideſt cogitat intra ſe. *Reuertar in domum meam vnde exiui.* Ideſt ad hominem illum de quo eiectus eſt, qui vocatur domus eius, quia dæmon habitabat in eo nõ tanquam locatum in loco, quia ſpiritualia non locantur,& tamen dæmon ſpiritus purus eſt: nec etiam habitat,vt forma in materia,quia ſic ſola anima eſt in homine,quæ eſt forma eius,cum ipſa ſit pars ſpeciei: dęmon autem non componitur cum aliqua re,quia cõtinet in ſe perfectam rationem ſpeciei, & ideo dicitur ſubſtantia ſeparata. i. quæ non habet materiam partẽ ſui,nec eſt componibilis cum materia,ſed habitat dæmon in corpore,vt motor in mobili, quia inñatum eſt dæmon in corpore,inquantum facit aliquid in eo torquendo illud,vel aliàs mouendo. *Et veniens.* i.tentans
B intrare in corpus,de quo eiectus fuerat. *Inuenit eam vacantem.* i.ocioſam, vel vacuam.ſ.non habentem hoſpitem,& ideo ipſe poteſt intrare, quia ſi ab alio hoſpite poſſideretur non poſſet dæmon rurſus intrare.tũc autem homo eſt vacans, quando ceſſat ab eo diuina ꝓtectio ſubtrahendo angelos cuſtodes, quia tunc eſt locus dæmoni ad torquendum hominem,& poſſidendum eum. *Scopis mundatam.* Figurata locatio eſt, & ꝑtinet ad domum, quæ ſcopis mundatur. & accipitur de corpore hominis,quia cum dæmon ſit ſpiritus immundus reddit domum immundam vbi eſt, & ita arreptitius per hoc immundus videtur: recedente autẽ dæmone immunditia recedit cum ipſo. *Et ornatam.* Etiam ad domum pertinet,quæ ornatur ex appoſitis,
C ita corpus humanum ornatum eſt, quando in ſua dignitate naturali manet, dæmon autem quando poſſidet hominem, facit eum cadere a naturali dignitate, quia cogit eum inſanire,& ſpumare,& cadere,& multa inhoneſta pati,& facere, quæ diminuunt dignitatẽ hominis,inquantum omnia ſua ratione quadam regi debent,vt nihil turpe,indecens, & varium in eis appareat: tunc.ſ.quando videt, ꝙ domus illa eſt vacans, nã non moueretur dæmon ad redeundum ad domum ſi ab alio hoſpite eam habitari cerneret,ſed quia vacat vult ipſe eam habitare. *Vadit & aſſumit alios ſeptem ſpiritus ſecum.* Poteſt intelligi dupliciter. Vno modo,ꝙ ſolus dæmon redeat,qui prius ibi fuerat,& tamen dicitur
D redirẽ ſeptem, quia iſte dęmon nunc rediens grauius torquet,quam prius, ita vt videantur ſeptem dæmones ibi eſſe qui hominem torqueant.

Aliter poteſt dici,& melius, ꝙ vere redit dæmõ ille cum aliis,& omnes intrant in hominem illum, nam multi dæmones poſſunt eſſe ſimul in eodem homine,vt patet Mar.5.& Luc.8. de homine in quo erat legio dæmonum. Et dicitur,ꝙ vnus aſſumit alios ſecũ, quia vnus dæmon non inuidet alteri, ꝙ ſit in corpore illo,in quo ipſe eſt. ratio eſt,quia vnus dæmon nõ impedit alium, ſed omnes ſimul poſſunt torquere eundem hominem, & quia dæmon inuidet valde homini,vellet inferre ei grauia mala per ſe,vel per alium, qa ſaturatur in malis ipſius hominis, & ideo quilibet dæmon vellet potius, ꝙ omnes dæmones eſſent in vno
E homine,quam ꝙ ipſe ſolus eſſet ibi. *Nequiores ſe.* i. grauius torquentes.omnes enim dæmones mali ſunt, qa in peccato, quod ſemel commiſerunt obſtinati manent,ſunt tñ quidam peiores aliis,quia licet oẽs peccauerint eodem genere peccati.ſ.in ſuperbia, quãto tñ quidam erant aliis excellentiores natura, fuit peccatũ eorum grauius peccato aliorum, & tanto durius puniuntur:hic tamen nõ vocantur ſic nequiores, ſed ab effectu.i.ꝙ peiora faciunt,& eſt etiam generale,quòd quanto dæmones ſunt natura maiores, tanto ſunt peiores circa hoĩes, quia quilibet dęmon eſt totaliter ꝑ pctm̃ deprauatus,ideo oẽs vires ſuas in malum cõuertit, quanto ergo fuerit in natura ſuperior,tanto erit in nocendo potẽtior. vnde ſunt iſti perſpicaciores intel-
lectu

lectui? & sic facilius tentando superant, quia sciunt F inuenire modos quosdam quibus persuadeāt hominibus, quos alij dęmones natura minores excogitare nesciunt. etiam sunt illi viribus fortiores: ideo grauiora mala inferre possunt si permittantur, & ita dæmones superiores vocantur nequiores alijs, idest, quia magis nocent hominibus, & sic vocantur dæmones pessimi illi, qui manentes in arreptitijs grauia faciūt: sic dicitur Act. 19. insiliens homo in eis, qui habebat dæmonium pessimum, dominatus est amborum, & hoc dicitur, quia ille arreptitius erat ferox nimis, ita vt duos homines vulneraret, & spoliaret, & in fugam compelleret. *Et intrantes habitant ibi*. Scilicet, omnes septem, & octauus, qui omnes septem secum ducit: G quod autem dicitur de septem dęmonibus, noluit Christus innuere, quòd semper ille dæmon rediens ducat septem secum, sed quòd ducit multos alios, sed est modus loquendi Scripturæ ponentis numerū certum pro incerto, iuxta illud Num. 14. tentauerunt me per decem vices, idest, sępe, quia non erat certus numerus tentationum. Et ponitur iste numerus, quia per septem solet significari vniuersitas rerum, & sic est iste numerus aprior ad signandum quamcunque multitudinem quàm quilibet alius: vnde omnia dæmonia, vel quodcunque signantur per septem: sic dicit Luc. cap. 8. quòd de Maria Magdalena Christus eiecerat septem dæmonia.

Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Idest, H grauius in hac secunda vice torquetur homo a dęmonibus quàm in prima vice, eo quòd nunc plures sunt, & maior eis nunc potestas a Deo conceditur quàm in prima vice, eo quòd graue fuit peccatum propter quod hominem a dęmone liberatum rursus dęmoni tradit. Sic dicit Chryso. quòd dæmoniaci cum liberati fuerint ab infirmitate, si desidiores efficiantur grauiorum attrahunt aduersus se phantasiam.

Sic erit generationi huic pessimæ. Idest, sicut fit dæmoniaco liberato si rursus tradatur dæmoni, quòd grauius torquetur, ita genti Iudæorum, scilicet, illis, qui Christo calumniabantur, & conuerti nolebant, quia traditi sunt dęmoni grauius quàm a principio antequam Deum cognoscerent.

Quomodo dicitur, quòd dæmon egressus de corpore ambulat per loca arida, quomodo hoc sit verum. Quæst. XCVIII.

QVAERETVR quomodo dicitur, quòd dæmon egressus de corpore ambulat per loca arida.

Dicendum, quòd quādo dæmon eijcitur virtute Dei de corpore non habet potestatem eundi in aliquem locum, nisi quo mittitur: vnde aliquādo dęmon de corpore eiectus mittitur in abyssum, sicut Luc. 8. legio dęmonum eiecta de homine rogauit Christum ne mitteret eos in abyssum, & si hanc gratiam Deus facit Dæmoni eiecto, assignat ei regimē, K vel locum vbi maneat: sic innuitur Mar. 5. vbi dęmones eiecti de homine rogauerunt Christum ne expelleret eos de regione illa, & quia vt communiter dæmoni eiecto de homine non datur immediate potestas nocendi alteri homini, nec rebus hominum, dicitur dęmon ambulare per loca arida, idest, per loca deserta vbi nihil virens est quod possit hominibus prodesse. Et dicitur hoc, quia dęmones eiecti de hominibus si non possunt nocere eis, saltem vellent nocere rebus eorum: sicut supra 8. & Mar. 5. dęmones eiecti de homine petierunt mitti se in porcos, quo cōcesso illi impetu facto precipitauerunt porcos in mare, & occiderunt eos: si autem non conceditur nocere animalibus hominum saltem vellent nocere arboribus, & alijs rebus possessis ab homine, vel quæ possunt eis esse vtiles: nam interdum datur illis potestas nocendi istis rebus Apocal. 7. Clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ, & mari dicēs nolite nocere terrę, & mari, nec arboribus. quādo autem dæmoni non conceditur nocere alicui rei pertinenti hominibus, tunc dicitur esse in locis aridis, qa spiritus non est proprie in loco, vt supra dictum est, sed solum per operationem. Quando ergo non potest operari malum in loco vbi nocear homini, necesse est eum in locis aridis esse, quia sola loca arida sunt, de quibus nullas vtilitas homini prouenire potest, & quicquid dæmon ibi faciat non potest nocere homini, ita igitur quandocunque dæmon eiectus de homine non permittitur nocere alicui homini, nec rebus humanis, dicitur necessario esse, vel ambulare p loca arida: etiam si sit in medio alicuius populi, quia non dicitur ibi esse, cum non possit ibi operari, & tamen aliquando dæmones eiecti de hominibus realiter expelluntur de illa regione, vt nulli possint nocere ibi, sed eant ad aliam, & interdum expellūtur extra omnes regiones, & sunt in locis desertis vbi nullis nocere possint, sic dicitur Tobiæ 8. f. tunc Raphael Angelus apprehendit dæmonium, & alligauit eum in desertum superioris Aegypti.

Quomodo scit dæmon se non inuenire requiem. Et quomodo permittatur nocere hominibus, quorum vexatione quiescit. Et quando potest hominem inuadere. Quæst. XCIX.

QVAERETVR quomodo dicitur, quòd dęmon eiectus querit requiem, & non inuenit, quomodo enim scit se non inuenire? Dicendum, quòd dæmon, vt dictum est supra, querit requiem, idest, querit inuenire aliquē cui nocere possit, quia ista est requies sua: non potest tamen dęmon nocere homini, nisi permittatur a Deo: ideo quærit, quis est ille, qui nocere permittitur, & quousque inueniat aliquem non habet requiem, sed in hoc est duplex modus loquendi.

Aliqui dicunt, q̄ Deus innuit dęmoni cui nocere I debeat non quidem voce exprimendo verbo, sed interius iudicando, sicut spiritus loquitur spiritui, ita dicitur Iob 1. q̄ Deus dixit ad Sathan: ecce vniuersa, quæ habet Iob: in manu tua sunt, idest, do tibi potestatem super ea: tantum in eum non extendas manum tuam Iob 2. dixit Deus ad Sathā: ecce in manu tua est Iob: verumtamē animam illius serua. i. do tibi potestatem affligendi eum, sed non occidendi.

Sed dicendum, q̄ non stat, quia tunc dęmon non ageret ex permissione diuina, sed ex mandato, si non moueretur ad agendum, nisi qñ Deus ei innueret, & tñ falsum est, quia dęmones agunt ex permissione, & non ex precepto, quia agere ex præcepto pertinet ad bonos Angelos, qui habent voluntatem rectissimā, & nulli nocere volunt nisi cum eis iubetur: dæmones autem cum habeant deprauatam voluntatem, & nimis desiderent nocere, non expectant, quòd Deus eis iubeat, sed potius ipsi petunt a Deo, quòd permittat eis nocere alicui, vt supra 8. & Mar. 5. dæmones orauerunt Christum, vt concederet eis intrare in porcos, & ita dicitur dæmon incitare Deum contra nos. f. vt det ei potestatem nocendi nobis, sic ipse dixit Iob 2. ad Sathan tu commouisti me aduersus Iob, vt affligerem eum.

Aliter ergo dicēdum, q̄ dęmō nō expectat a Deo mādatū de nocendo, sed ipse quęrit si sit aliquis cui p mittat nocere, & hoc est si sit quisquam destitutus diuino auxilio, qa illi poterit nocere. Et hoc pōt duplici ter fieri. Vno modo, quòd cum dæmon inuideat toti

toti naturæ humanæ, indifferenter vellet nocere cui- A cunque homini, & tentat hoc facere. Et tamen in eis, qui a Deo custodiuntur, sentit se dæmon prohiberi, & nihil potest contra illos facere, & hoc modo scit non permitti se a Deo nocere illis. Alio modo, & melius potest fieri, quòd dæmon cognoscat qui sunt illi homines, quibus nocere permittitur, quia Deus custodit homines per Angelos, quos eis assignauit: dæmon autem cognoscit Angelos bonos, & cum videt illos assistere hominibus scit se esse prohibitum nocere eis, ideo non tentat nocere: si autem inueniat interdum hominem destitutum ab Angelo custode, illum statim inuadit, & vexat, quia ille est cui nocere permittitur, quia aliàs non destituisset eum Deus custodia Angeli. Et ista est veritas, & propter hoc dæ- B mones quærunt per omnes homines, si quem inueniant destitutum ab Angelo custode, & ob hoc semper circueunt, nec habent aliam occupationem dæmones, qui inter nos manent, nisi circuire, vt inueniant quis est ab Angelo destitutus, vel debiliter custoditus propter demerita sua, sic dicitur 1. Petri 5. Aduersarius vester diabolus circuit quærens quem deuoret, & ideo quandocunque Deus dicebat ad Sathan: Vnde venis? ille dicebat circuiui terram, & perambulaui eam, Iob 1. & 2. Quasi nihil aliud faceret, & ita dicitur hic ambulat per loca arida quærens: istud ambulare est circuire, & requies sua est vexatio nostra, sicut bellum suum est quies nostra, vt dicit Hierony. Et etiam ex hoc apparet, quòd Deus non C innuit dæmoni, vt noceat homini, quia tunc dæmon non circuiret quærens quem deuoret, sed expectaret quid Deus ei iuberet. Item apparet, quòd dæmon non tentat nocere cuicunque quousque prohibeatur, sed considerat qs destitutus sit adiutorio, & illum inuadit, quia dicitur in litera, & veniens inuenit eam vacantem, tunc vadit, & assumit, &c. scilicet, dæmon non assumit socios qui veniunt secum ad habitandum in domo priori, quousque videat eam vacantem, idest, a nullo habitatam, & hoc est hominem nō custodiri ab Angelo, sed destitutum esse, sicut domus, quę a nullo habitatur. Sed obijcitur, quòd tunc non esset mensura aliqua certa in malo quod dæmones inferrent hominibus: nam homo destitutus au- D xilio Angelico cum natura sit minor dæmone, non poterit se defendere a dæmone: nam non est potestas sub cœlo, quæ comparetur ei, Iob 41. Et ita noceret dæmon homini, quantum vellet, quod falsum est, quia quantumcunque dæmon inuaderet, illico occideret. Dicendum, quòd licet dæmon non inuadat, nisi eum quem destitutum inuenit, non potest nocere quantum vult, nititur enim dæmon nocere sine termino, scilicet, ad perdendum hominem, & cum sentit se illico reprimi a Deo, non per præceptum, sed per effectum, scilicet, quia coercet dæmonem ne nocere possit plusquam ipse vult, vt omnia maneant sub certa regula prouidentiæ. Et hoc Deus potest per seipsum facere, sed verius est, quòd per Angelos E facit, quia sicut Angelus custos arcet dæmones, vt nequaquam tangant hominem, quando Deus eum custodiri vult. ita & quando vult eum deseri, ipsi arcent dæmones ne noceant quantum volunt, sed quantum Deus permittit, quòd si omnino deseruerint hominem dæmones illico eum perderent. Sciendum tamen, quòd dæmones ita multi sunt, & tam soliciti, quòd nemo est, qui ab Angelo deseratur, quem dæmon illico non inuadat, quia etiam hoc pertinet ad diuinam prouidentiam: si enim secus esset, daretur quòd interdum desereretur homo ab Angelo, & dæmon non noceret ei, in quo frustraretur prouidentia Dei, cum ad hoc Deus faciat hominem deseri, vt pu-

niatur, necesse est ergo, quòd qui deseritur, illico a dęmone inuadatur, & ita nihil erit sine ordine, nec in hoc est dæmonibus magna occupatio, aut fastidium, quia nimis hoc cupiunt cum nos grauiter oderint, & rursus sunt substantiæ infatigabiles, cum sint puri spiritus, & velocis naturæ, vt subito hic, & mox in Oriente esse possint, potissime quia tantus est eorum exercitus, vt vbique vbi homines cōsiderantur multi eorum ad tentandū, & nocendum semper esse possunt.

Quid Christus voluit innuere per verba quæ dixit de spiritu immundo exeunte de homine. Et quid sibi volunt loca arida, & humida. Quæst. C.

QVAERETVR quid Christus voluit innuere per hæc verba quæ dixit de immūdo spiritu exeunte de homine. Aliqui dicunt, quòd innuitur differentia operum Christi, & dæmonis, scilicet, quia Christus vult polluta mundare, vt omnia munda sint, dæmon autem vult munda, & ornata polluere, quia dicitur in litera, quòd inueniens domū mundatam, & ornatam intrat in eam. Sic dicit Beda, si posset simpliciter intelligi. Dominum hæc ad distinctionem suorum, & Sathanæ operum adiunxisse, scilicet, quòd ipse semper polluta mundare, Sathanas autem grauioribus sordibus contaminare festinet. Sed non est iste sensus literæ, quia tūc deberet coniungi ista litera illi, vbi supra Christus ostendebat, quòd non eijciebat dæmones in potestate Beelzebub adducens ad hoc cōtrarietatem operum suorum, & dæmonis. Secundo, & efficacius, quia Christus dixit in litera, sic erit generationi huic pessimę, ergo de Iudęis oportet intelligi, & non de comparatione operum Christi, & dæmonis. Alij dicunt, q̄ intelligitur de hæreticis, qui aliquando fuerunt Gentiles, & conuersi sunt ad Christum, & postea efficiuntur hæretici, quia dæmon possidebat eos, quando erant Gentiles, & exeunt de eis per baptismū, & qñ efficiuntur hæretici plures, & graniores dæmones eos possident, q̄ prius: qa melius illis fuerat viā Dñi nō agnoscere, q̄ post agnitam retroire. Sic Hiero. refert dicēs: gdā istū locū de hæreticis dictū putāt, q̄ immundus spiritus qui in eis ante habitauerat, qñ Gentiles erant ad cōfessionē veræ fidei eijciāt: postea vero cum se ad hæresim transtulerint simulatisq; virtutibus ornauerint domum suā, tunc alijs septem nequā spiritibus adiūctis reuertatur ad eos diabolus, & habitet in illis, fiantq; nouissima eorum peiora prioribus. multo quidā peiori conditione hæretici, q̄ Gentiles sunt, quia in illis est spes fidei, in istis aūt pugna discordiæ, sed istū sensum abijcit Hiero. qa nō est ad propositū dictorum superiorum Christi, nec inferiorum. Alij dicunt, q̄ intelligitur de quolibet conuerso ad fidem, q̄ postea se peccatis immiscet, qa diabolus, qui eiectus fuerat ab eo redijt ad ipsum. Sic dicit Rabanus: homo enim quilibet ad fidem cōuersus a quo diabolus per baptismū eijcitur, qui eiectus inde loca arida peragrat, idest, corda fideliū: loca enim arida, vt ait Greg. sunt corda iustorum, quæ per disciplinæ fortitudinē ab omni carnalis concupiscentiæ humore siccantur, loca vero humētia sunt terrenorum hominum mentes, quas humor carnalis cōcupiscentiæ, quia replet fluidas facit. in his ergo aridis iustorū mentibus diabolus requiem inuenire nō potest, ideo redit ad priorem domum suam, i. ad hominem conuersum ad Christum, qui incipit ad vitia declinare, & inuenit domū istā vacantē, vt dicit Rabanus, i. a bonis actibus per negligētiā cessantē, & scopis mundatā, i. a vitijs prinis p baptismū ornatā, f. simulatis virtutibus p hypocrisim: & tūc habitat iste dæmon cū alijs septē in hoīe, i. vniuersitas vitiorū designata per septem, &

sunt graviores dæmones isti, quàm prior, quia iste homo, quando Gentilis erat, aperte malus erat, nunc vero etiam malus est, & se bonum simulat, & tamen simulata sanctitas, duplex est iniquitas. Istum sensum tenet Augustinus dicens, per hæc verba signat Dominus quoidam ita credituros, vt non possint ferre laborem continentiæ, & ad seculum redituri sint, id-est, ad vitia sæcularia, & prosequitur sic totam literã. Iste sensus licet videatur plaudere, non est sensus literæ, quia etiam non est ad propositum præcedentium verborum, nec sequentiũ. Item quia Christus ostẽdit hoc Iudæis se dixisse, cũ in fine ait, sic erit generationi huic pessimæ, illis, quibus loquebatur. Sic etiã dicit Cyrillus, quid enim hoc exemplũ expectet ad Iudæos Matthæus expressit, sic erit generationi huic pessimæ. Sed dicendum, quòd litera est intelligenda de homine liberato a dæmone, ad quem postea propter demerita sua dæmon redire permittitur, quia grauius ei nocet, vt dictum fuit in expositione literæ, & sic futurum erat Iudæis, quia dicitur sic erit generationi huic pessimæ, si tamen non deberet intelligi litera de homine sic liberato, non diceret Christus sic erit generationi huic. Et ideo de homine intelligitur, & tamen innuitur, quòd sic Iudæis accidet. Sic exponunt Hieronymus, Ambrosius, Chrysostomus, & Cyrillus. Dicit enim Hieronymus, spiritus immundus exiit a Iudæis, quando acceperunt legem, quia prius ideola coluerant in Aegypto. Expulsus autem a Iudæis redijt dæmon ad Gentiles, qui dicuntur loca arida. Dicit enim Remigius loca arida appellat corda Gentilium ab omni humore salutarium aquarũ, idest, sanctarum scripturarum, & spiritualium donorum aliena, & non inuenit ibi dæmon requiem, quia vt ait Remigius putabat diabolus posse habere requiem perpetuam in populo Gentili, scilicet, vt ab eis semper coleretur, quia tamen Christo venienti Gentilitas credidit: iam locum in eis diabolus non inuenit, vt dicit Hierony. & ideo dicit reuertar ad domum meam, idest, ad Iudæos quos ante dimiseram, hoc enim fuit, quando Christum recipere noluerunt, sed occiderunt, quia tunc diabolus plene dominatus est eorum. Dicitur inuenit eam vacantem, idest, vacuam hospite, quia Christum quem recipere debuerant nõ habebãt: quia ille dixerat, surgite recedamus hinc, & ideo præsidijs Dei, & Angelorum Iudæi carebant, sed erant ornati superfluis obseruationibus legis, & mundati a cultu idolatriæ, quia tamen ista nihil eis proderant, quia vacantes erant, idest, Christum hospitem non habebant, diabolus habitat in eis plene illos possidendo: Et dicitur assumere alios septem secum, per quos signatur vniuersitas dæmonum, qui omnes habitant in cordibus Iudæorum. Vel, vt ait Hierony. signantur dæmones subintrantes, propter absentiam Spiritussancti, quia vbi ille non habitat, necesse est, vt diabolus maneat, & quia Spiritussanctus septem dona habet, Isaię 11. Cum recesserit Spiritussanctus, subintrãt cor hominis omnia mala opposita donis eius, quæ intelliguntur per totidem dæmones, quot sunt dona Spiritussancti. & sunt isti dæmones nequiores, quia vt ait Hierony. multo enim maiore dæmonum numero possidentur blasphemãtes in synagogis suis Christum Iesum, quàm in Aegypto possessi fuerant ante legis notitiam. Vel potest intelligi, vt ait Chrysost. quòd dæmones sunt nequiores, idest, grauiores pœnæ Iudæis inferuntur pro peccatis vltimis, quàm pro primis: nã expulit Deus dæmonem de cordibus Iudæorum per Prophetas hortando illos, vt ad ipsum conuerterentur, deinde per seipsum expulit illis prædicando, & quia Prophetas occiderũt, & postea Christum, grauiora fuerunt, quæ a Vespasiano, & Tito pro morte Christi passi sunt, quàm quę prius pro occisione Prophetarum in Babylone, & sub Antiocho patiebantur. Dicit tamen Cyrillus, q̃ dæmon expulsus fuit in Aegypto de Iudęis qñ occiderunt agnũ in figura Christi, & liniti sunt sanguine eius, & sic euitauerũt destructorẽ. sententia, s. Hieronymi, & Chryso. conuenientes sunt, & maxime expositio Hierony. & sic Christus in hac litera voluit ostendere, q̃ Iudæi p̃ maiori parte ex aduentu suo nullã vtilitatem habuerunt, quia cum non susceperissent eum exceçati sunt, & grauius a dæmonibus possidentur, quàm si nunquam eis Christus prædicasset, nec legem habuissent.

Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius, & fratres stabant foris quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris stant quærentes te. At ipse respondens dicẽti sibi ait: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, soror, & mater est.

Mar 3. Luc. 8.

Adhuc eo loquente. Hic ponitur vltimo confutatio insidiantiũ infirmitati naturæ assumptæ, scilicet, quia dum prædicaret insidiabantur ei quidam volentes eum turbare annunciando aduentum cognatorum suorum, qui attinebant ei ex parte carnis infirmæ, & dicitur. *Adhuc eo loquente.* Idest, Dum Christus prædicabat ea, quæ habentur supra in litera. *Ad turbas.* Licet enim contra Pharisæos loqueretur, sermonem tamen non dirigebat ad eos, sed ad turbas, quia multæ astabant. *Ecce mater eius, & fratres.* Idest, Cognatos, quia fratres nullos habuit. *Stabant foris.* Idest, Extra domum, quia Christus prædicabat in domo quadam tunc, vt dicitur sequenti cap. s. In illo die exiens de domo &c. *Quærentes loqui ei.* Idest, Venerant ad loquendum sibi. *Dixit autem ei quidam.* s. Christo, hic q̃ hoc dixerat erat de astantibus, & non de cognatis Christi, & annũciauit aduentum illorum. *Ecce mater tua, & fratres tui.* Ipsi enim miserãt istũ ad Christũ: quia dr̃ Mar. 3. & veniũt mater eius, & fratres, & foris stãtes miserũt ad eum vocãtes eum, & hoc erat, quia ipsi non poterant intrare propter turbam, Lucę 8. Venerunt ad illũ mater, & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba. *Foris sunt quærentes te.* Idest, Volentes loqui tibi: nõ enim quærebant cum scirent vbi esset. *At ipse respondens dicenti.* In hoc innuitur, quòd ista verba, quæ erant aliqualiter aspera, non dirigebantur ad matrem, & cognatos, sed ad dicentem, eo quòd videbatur malo animo quæsisse, & dixisse hæc Christo. *Ait quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei.* q. d. Non putes, quòd illi qui quærunt me, sint mater, & fratres speciali modo, quia mihi magis sunt mater, & fratres isti, quibus prædico. *Et extendens manum in discipulos.* Nõ intelligitur de solis Apostolis, & discipulis, qui eũ familiariter seq̃bant̃, licet de oĩbus q̃ audiebant verba eius, sic innuit Mar. 3. s. sedebat circa eum turba, & circunspiciens eos, qui in circuitu eius sedebant ait: Ecce mater mea, & fratres. ergo de tota turba, quæ in circuitu erat hoc dixit, & non de solis discipulis. *Ecce mater mea, & fratres mei.* q. d. Tu vis, quòd dimittam verbũ inceptum propter matrem, & fratres supuenientes, & bene diceres si illi soli essent mater, & fratres, & tñ habeo hic matrem, & fratres, s. istos, q̃bus loquor. Nõ oportet ergo, q̃ dimittã istos pp illos. *Quicunque.n. fecerit voluntatem patris mei.* Probat dictũ, s. q̃ assistẽtes essent sibi mr̃, & frẽs, & hoc

hoc quia ille est mater, & fratres Christi, qui facit voluntatem Dei, idest, sequitur legem eius. *Qui in cœlis est.* Nõ habebat Christus nisi vnum patrem, s. Deum, quia tamen Iudæi putabant Ioseph esse patrem eius, Lucæ 3. ne crederetur de illo loqui dixit, qui in cœlis est, vt videatur q̃ de Deo loquitur. *Ipse meus frater, & soror, & mater est.* Satis apparet, q̃ loquitur de quadam spirituali attinentia, & cognatione: nã non potest vna persona ad alteram, simul esse frater, soror, & mater: dixit autem Christus hic de sororibus, licet de eis supra non fiat mentio, quia forte ipse veniebant etiam nunc ad Christum, & tamen intelligũtur nomine fratrum, quia in eodem gradu sunt solo sexu differẽtes.

An ista sint continuata ad præcedentia. Quæst. CI.

QVAERETVR an ista sint continuata ad præcedentia. Aliqui dicunt, q̃ non, quia ista ponuntur Luc. 8. post parabolas, q̃ habentur sequenti cap. Dicendum, q̃ sunt continuata, & q̃ facta sunt immediate post præcedentia, immo dum illa fierent, q̃a dicit̃ in litera, adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius, idest, dum loqueretur ea quę habentur supra. Item quia Mar. 3. ponitur etiam hoc eo ordine quo hic, s. post illa verba, quæ Christus dixit contra Pharisæos de Beelzebub. Ad ordinem Lu. dicendum, q̃ ipse mutauit ordinem, sic enim fit, vt cõmuniter, quòd multis Euangelistis narrantibus eandem rem, quidã tenent ordinem naturalem, & quidam non. Sic dicit August. lib. de concor. Euan. s. hoc sine dubio consequenter gestum intelligere debemus, præmisit enim cum ad hoc narrandum transiret, adhuc eo loquente ad turbas, quid est adhuc, nisi quando illud loquebatur? nam & Mar. post illud, quod de blasphemia Spiritussancti retulerat dixit, & veniunt mater eius, & fratres. Lucas enim non huius rei gestæ ordinem tenuit, sed prę occupauit hoc, & recordatum ante narrauit.

An Maria habuit alios filios, qui essent fratres Christi. Quæst. CII.

QVAERETVR cum dicatur hic, ecce mater tua, & fratres, & Christus sit filius Marię, an illa habuit alios filios, qui essent fratres Christi? Aliqui dicunt, q̃ sic, cum Euangelista hic fratres nominet. Et isti dicunt dupliciter, quidam dicunt, q̃ Christus genitus est ex Maria, & Ioseph, sicut Cherintus hæreticus, & tunc poterat Christus habere fratres ex patre, & matre. Sed isti insaniunt cum supra dicatur 1. cap. q̃ inuenta est Maria habens in vtero de Spiritusancto. Et Angelus dixit, quod ex ea natum est de Spiritusancto, i. non de viro, & allegatur ibi dictum Isaię, s. ecce virgo cõcipiet, vt innuatur, q̃ Christus manente matris virginitate, conceptus, & natus est. Item dicitur ibi Ioseph accepit Mariam coniugem suã, & nõ cognoscebat eam, donec peperit filium suum, & vocauit nomen eius Iesum, ergo saltem necesse est dici vsq; ad Christi natiuitatem Mariam semper mansisse virginem. Alij dicunt, s. Heluidius hæreticus, vt refert Hierony. lib. contra Heluidium, q̃ Maria ante Christi natiuitatem semp fuit virgo, sed eo nato cognita est a Ioseph, et enim filios habuit, qui vocantur fratres Domini, & probat hoc, quia supra cap. 1. dicitur, Anteq̃ conuenirent inuenta est habens in vtero de Spiritusancto, ergo vr̃ q̃ postea conuenerint. Itẽ quia dr̃ eodẽ cap. q̃a Ioseph accepit Mariã coniugem suã, & nõ cognoscebat eã donec peperit, ergo innuitur, q̃ postea cognouerit. Item q̃a dr̃ ibi donec peperit filiũ suũ primogenitũ, ergo post illũ alios habuit. Itẽ q̃a hic nominant fratres Dñi, sed siue sint ex parte matris apparet, quòd Maria fuerit cognita. Sic dicit Hierony. lib. contra Heluidium, s. huic Heluidij vna propositio sumitur, q̃ fratres Dñi in Euangelio nominantur; vnde inquit fratres Dñi dicti sunt, qui non erant fratres. Sed etiam hęc insania est: nam virgo Christum peperit, & postea semper in virginitate mansit, vt est suppositio fidei, de quo magis dictum est supra cap. 1. q. 50. Et ad ista etiam argumenta Heluidij, ibi responsum est: nõ ergo habuit Christus fratres aliquos, nec ex parte patris, quoniam patrem non habuit in terris, nec etiam ex parte matris, quia illa semper in virginitate mãsit, sed noĩant̃ fratres more scripturæ illi q̃ cognati sunt.

Qui erant isti fratres, & quomodo dicitur Christus habere fratres. Et quòd fratres affectu dicuntur dupliciter. Quæst. CIII.

QVAERETVR qui erant isti fratrẽs, vel quomodo dicitur Christus habere fratres. Aliqui dicunt, q̃ sicut Christus non erat filius Ioseph, & tamen putabatur filius eius, Luc. 3. Ita ẽt isti nõ erant fratres Christi, & tamen putabantur esse fratres eius, & tñ tunc oportet, q̃ ponerentur esse filij Ioseph: nã si essent filij Mariæ vere essent fratres eius: sinautem essent filij Ioseph nõ essent fratres Christi, sed putarent̃, sicut putabat̃ Ioseph pater Christi, & ita multi tenent q̃ isti fuerunt filij Ioseph ex alia vxore, vt refert Beda. Et tñ Hieron. improbat hanc positionem dicens, quidam vero fratres Domini ex alia vxore Ioseph filios suspicantur sequentes deliramenta apocriphorum, quandam gestam mulierem confingentes, & tamen hanc positionem tenet aliqualiter Aug. lib. de quæstionibus Euangelij, s. ex cognatione Ioseph dici potuerunt fratres eius, ab his qui illum patrem Domini arbitrabantur. Aliter tamen tenetur communiter, & verius, s. q̃ isti erant fratres, idest, cognati Christi ex parte matris, s. filij sororum Mariæ, & potissime illius Mariæ, quæ vocatur Maria Iacobi, Marci 16. & Lucæ 24. Idest, Mater Iacobi, siue Maria Cleophæ, idest, vxor Cleophæ, Ioan. 19. Quæ tamen fuerat vxor Alphæi prius, cuius filij fuerunt isti, qui vocantur fratres Domini. Sic dicit Hierony. Nos autem fratres Domini, non filios Ioseph, sed consobrinos Saluatoris sororis Mariæ materteræ Domini filios intelligimus, quæ esse dicitur mater Iacobi minoris, & Ioseph. Fratres autem consobrinos dici omnis scriptura demonstrat, isti autem fratres erant Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas, sequenti cap. & Marci 6. Illi tamen sunt filij Mariæ Iacobi, quæ est soror Virginis. Cum autem obijcit Heluidius fratres habuisse Christum. Dicit Hierony. quòd quatuor modis in scripturis fratres dicuntur, scilicet, natura, gente, cognatione, affectu. Natura, vt Esau, & Iacob. Gente, vt omnes Iudæi fratres dicuntur, Deuteronom. 15. & 17. Scilicet, Non poteris constituere super te regem, qui non sit frater tuus. Cognatione, vt qui sunt de eadem familia, vt Gen. 13. Dixit Abraham ad Loth: Non sit rixa inter te, & me, quoniam fratres sumus. Affectu dicuntur fratres dupliciter, scilicet, in speciali, & generali. In speciali, vt omnes Christiani dicuntur fratres, infra 23. Omnes vos fratres estis. Generali, vt omnes homines ex vno patre primo nati pari germanitate coniunguntur. Dicit aũt, q̃ nõ dicuntur fratres Dñi natura, quia oportebat tunc exprimi patrem, vel matrem, & tamen scriptura nõ dixit eos filios Ioseph, nec Mariæ. Non ẽt dicunt̃ fratres gente, q̃a absurdum est, q̃ pauci ex Iudæis vocent̃ fratres, cũ oẽs Iudæi qui ibi erant fratres poterant appellari, nec ẽt dicuntur fratres affectu speciali, q̃a tũc potius Apostoli fratres dicerent̃, idẽ ẽt affectu cõmuni, q̃a sic oẽs homines fratres erant ei, ideo stul-

tum erat quosdam solum fratres nominare. Restat ergo, vt dicantur fratres cognatione, idest, quia erant de eadem familia, s. filij sororis matris suæ, vt dictũ est.

Quare nunc fratres Christi, & mater ad eum venerunt. Quæst. CIIII.

QVAERETVR, quare nunc mater, & fratres Christi venerunt ad eum. Aliqui dicunt, ꝙ denunciatum fuerat illis Christum incidisse in furorem, & veniebant vt compaterentur ei, sic dicit Theophilus, s. quia propinqui Domini venerant tenere eũ, tanquam in furiam versum, mater eius amoris compassione detenta, venit ad eũ; istud aũt dicunt, quia Mar. 3. vbi istud ponitur paulo ante, ꝙ conueniebat turba ad Christum, ita vt non posset nec manducare panem, ipse autẽ exiuit ad illos, & cum audissent sui, exierunt tenere eum, dicebant enim in furorem versus est. Sed hoc parum valet, quia discipuli non dixerunt illud quasi vere putarent Christum a mente alienatum, sed locuti sunt in amaritudine animæ suæ, quia ipsi adhuc infirmi, & carnales erant, & non permittebantur comedere propter turbas, nunc vero cũ Christus discumbere vellet, cõuenit iterũ turba, & ipse relicta intentione ciborum exiuit, vt p̃dicaret eis, in quo discipuli nimis indignati, & iram continere non valentes, dixerunt, ecce in furorẽ versus est, & exierũt tenere eum, Christus tñ non ostendit in se aliqd furoris, ita vt ad matrẽ, & cognatos fama peruolaret de furore eius, vt peruenirent cõpati ei. Aliter pōt dici, & melius, ꝙ Christus ꝓpter opus p̃dicationis nõ manebat in patria sua, sed discurrebat per varia loca, & quia cognati sui q̃ vocant̃ hic fratres, & ẽt mater manebãt in Nazareth quasi semp, vt innuit̃ seq. cap. & Mar. 6. s. & sorores eius nonne oẽs apud nos sunt? ex desiderio ergo videndi eum, ꝙ a forte iam diu non viderant venerunt, vt viderent. Sic dicit Titus dereliĉtis cognatis carnalibus Dominus insistebat doctrinæ paternæ, ꝙ a vero desiderabatur propter absentiam veniunt ad eũ. Sic etiam dicit Chrysost. s. ex hoc manifestum fit, ꝙ non semper cum eo erant fratres eius, & mater, quia vero dilectus erat, ad eum propter reuerentiam, & affectum veniunt de foris expectantes. Aliter potest dici, ꝙ veniebant forte ad conferendum cum eo de aliquibus pertinẽtibus ad rem familiarem ipsorum, sed hoc non videtur, quia Christus omnia hæc contempserat, & contemnere docebat, cum ipse nõ habebat vbi declinaret caput suum, supra 8. & Lucæ 9. Ideo de negocijs rei familiaris nihil cum eo tractaretur.

Quare fratres Christi, & mater foris stabant eo prædicante. Quæst. CV.

QVAERETVR, quare fratres Domini, & mater foris stabant eo prædicante. Dicendũ, ꝙ Christus nunc in quadam domo prædicabat, & eo prædicante venerunt fratres eius, nec tamen intrauerunt domum. Et dicunt aliqui, ꝙ fuit hoc, quia contemnebatur verbum eius. Nam dicitur Ioan. 9. ꝙ fratres sui non credebant in eum: cui conuenit quod hic dr̃, ꝙ eum quærebant de foris expectantes. Alij dicũt, ꝙ hoc faciebant ex superbia, voluerunt enim gloriari forte de cognatione Christi, & ideo non se miscuerunt turbæ ad audiendũ verbum, sed per se foris manserunt quasi aliquid essent, & possent a cæteris conspici, & cognosci, quòd fratres Domini erant. Sic dicit Chrysost. vide fratrum eius elationem: cũ enim deceret eos ingredi, & audire, cum turba foris eum expectant. Sed quid de matre, quæ libenter filij verba audiret credens in eum, nec superbiens, quòd mater eius esset? Dicendum, ꝙ ipsa libenter se miscuisset turbæ, vt filij verba audiret, quia tamẽ veniebat in comitatu fratrũ Domini, oportebat ꝙ eis, quia viri erãt obediret, non recedens ab eis, vt suam teneret honestatem, cum ergo illi foris manerent, ipsa quoque foris stetit. Item quia licet ætate matrona esset; virgo tamen verecunda erat, & cum turba sederet in circuitu Christi loquentis, vt dicitur Mar. 3. forte erubuit turbæ sedenti se immiscere, ne attentorum ad verbum Christi turbaret quietem. Aliter pōt dici de fratribus Christi, ꝙ foris manserunt, quia non potuerunt accedere ad eum propter turbã. Sic dr̃ Luc. 8. Venerunt ad illũ mater, & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba. Dici tñ pōt, vt vult Chrysost. ꝙ ipsi aliqualiter contemnebant verbum Dñi: vel propter superbiam foris manebant: nam licet turba obstabat eis, ne accederent ad loquendum Christo, non obstabat tamen, vt audirent verbum prẽdicantis, maxime cum ipsi fecerint eum tunc vocari, quando prædicabat, vt patet Mar. 3. Vnde culpam aliquam effugere non possunt.

Quare iste dixit Christo, quòd mater, & fratres eum quærebant. Quæst. CVI.

QVAERETVR de isto qui nunc dixit Christo, ꝙ quærebant eum mater, & fratres, quare sic dixit. Aliqui dicũt, ꝙ quidam ex inuidia volentes Christum contemptibilem ostendere ex cõditione parentũ, quasi de pauperibus natus esset dixit, ecce mater tua, & fratres tui, q.d. Vide quantum vales qui tales fratres, & matrem habes. Sic dicit Theophilus, s. quidã hoc sic intelligunt, ꝙ Christo docente quidam inuidentes subsannantes eum sup doctrina eius dixerunt, mater tua, & fratres tui stant foris volẽtes te videre, tanquam per hoc eum ignobilem demonstrarent. Alij dicũt, ꝙ quidam dolẽtes, ꝙ Christus sic doceret, & volentes eum impedire dixerunt: ecce mater tua, &c. quasi p hoc cessatum esset. Tertio potest dici, ꝙ quidam fecerunt hoc, vt ponerẽt Christum in perplexitate, vt si pp̃ cognatos cessaret a p̃dicatione, accusaret̃ quasi p̃ponens carnalia spiritualibus: si vero non cessaret videret̃ matrem contemnere pmittens eam, & fratres manere foris expectãtes: tales enim sæpe p̃positiones ei faciebãt, vt eum quasi pplexum teneret̃, sicut qñ petiuerunt an daret̃ census Cæsari, infra 23. & qñ obtulerunt ei adulterã petentes quid facerent̃, Ioã 8. sic dicit Hiero. vñ mihi iste q̃ nunciat non fortuito, & simpliciter nunciare, sed insidias intendere vtrũ spirituali operi carnẽ, & sanguinẽ præferat. Quarto potest dici, ꝙ iste dixit hoc Christo, quia fratres eius rogauerant, vt diceret: sic patet Mar. 3. s. Et venit mater eius, & fratres, & foris stantes miserunt ad eum vocãtes eum. Sed dicendum, ꝙ vtrunq; esse potuit, s. ꝙ fratres Christi rogarent istũ, vt vocaret Christũ, & ꝙ ipse hoc libenter acceperit quasi causam inueniens ad calumniandum Christo, & turbandum eum, quod aliqualiter innuitur ex verbis Christi ad istum aspere dictis, quod non fecisset, nisi iste peccasset in aliquo.

Quare cognati Christi fecerunt, quòd vocaretur tunc cum possent expectare. Quæst. CVII.

QVAERETVR quare cognati Christi fecerunt, ꝙ vocaretur tunc, quãdo prædicabat cum possent expectare vsque ad finem ibi. Dici potest, ꝙ fecerunt ex contemptu: nam despiciebant eum, nec enim volebant credere in ipsum, Ioan. 7. Cũ tamen multi in eum crederent, & propter hoc intrare noluerãt, vt dicit Chrysost. Ita quasi despicientes p̃dicationẽ eius non curauerũt, ꝙ illam interrũperent.

Sed

Sed hoc non satis stat, quia licet non credebant in eum, & despicerent eũ in corde suo, publice tamen non despicerent illum, maxime in verbo prædicationis, in quo ipse habebat honorem magnum apud plebem, & honor eius vndecunque veniret, redundabat in fratres suos. Secundo potest dici, & melius, ꝙ hoc fecerũt ex inani gloria, quia si expectarent finem verbi, vt tunc loquerentur, iam turba recessisset, & nemo eos agnosceret, voluerunt autem nũc Christum prædicantem vocare, vt omnes qui astabant cõuerterent oculos in eos, & viderentur aliquid esse in conspectu totius plebis, & felices iudicarentur, ꝙ tãti viri fratres esse meruerant. Tertio erat propter superbiam, vt viderentur ipsi Christo maiores, & imperare ei. cum dicatur Mar. 3. Quòd stantes foris miserunt ad eum vocantes eum. De his dicit Chrysost. Vide fratrum eius elationem, cũ enim deceret eos ingredi, & audire cũ turba, vel si hoc nollent expectarent finem sermonis, & tunc eum adirent, extra eum vocant, & coram omnibus hoc faciunt superfluũ honoris amorem ostendentes, & monstrare volentes, ꝙ cum omni potestate Christo aliquid iniungunt. Quarto pōt dici, ꝙ fecerũt hoc ex quadam cõfidentia: putabant enim, ꝙ propter honorem matris, & desiderium ipsorum quos forte diu non viderat, audito nõie eorum illico cessaret. Sic dicit Titus, s. Putabant aũt fratres eius, ꝙ cum eorum audiret præsentiam, dimitteret populũ reueritus maternum nomen, & flexus amore materno. Sed etiam si fecerint hac intentione, non excusantur a culpa: imprudenter enim diuinum sermonem interrumpere volebant, cum eis postea locus esset adeundi Christũ. Etiam quia dato, ꝙ nõ prædicaret, sed quidquid aliud esset ꝙ ad totam plebem ageret, ob reuerentiam tantæ multitudinis finem rei expectare debuissent, ne se toto populo simul maiores, & honorabiliores ostenderent, si vellent, ꝙ Christus interrupto sermone ad plebem eis solis in re non necessaria loqueretur, vnde Christus tanq̃ imprudenti petitioni non assensit. Sed obijcietur, quia mater erat cum fratribus, & de omnibus dicitur ꝙ quærebant eum, & ꝙ miserunt vocare eum, Mar. 3. Dicendum, ꝙ mater non iussit eum vocari, sed fratres, sed dr̃ de oĩbus simul, quia verum est, ꝙ omnes ad Christũ veniebant, & manebant foras: ipsa tñ prohibere nõ potuit, quod illi faciebant, qui viri erant. Vel forte, vt non contenderet permisit eis ad libitũ agere, vnde ipsa non peccauit, nec quicquam temere egit, illi vero in aliquo peccauerunt, & imprudenter egerunt. Sic dicit Aug. lib. de natura, & gratia, s. sed quicquid dicatur de fratribus Dñi, de sancta Virgine Maria propter honorem Christi nullam prorsus cum de peccatis agitur habere volo questionem, inde scimus, ꝙ ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendũ ex omni parte peccatum, ꝙ concipere, & parere meruit eum quem constat nullum habuisse peccatum.

Quomodo dicitur hic, quòd fratres Christi quærebant eum, cum essent cum ipso. Quæst. CVIII.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, ꝙ fratres Christi quærebãt eum, quia ipsi erant cum eo assidue, erãt enim fratres eius Iacobus, & Iudas, vt dicitur sequenti cap. & Mar. 6. & tamen isti erant Apostoli, quia iste Iacobus est, qui vocatur Iacobus minor, Mar. 15. & fuit Apostolus qui vocatur Iacobus Alphei, supra 10. Iudas autem fuit frater eius, & ideo vocatur Iudas Iacobi, idest, frater Iacobi, Lucæ 6. & etiam iste erat Apostolus, eodem cap. & Act. 1. Et tamen Apostoli semper erant cum Christo, vel mittebat eos ad prædicandum, non ergo venirent nunc cum matre eius ad videndum ipsum.

Alph. Tost. in Matth. Pars IIII.

Dicendum, quòd multi dicebantur fratres Domini, specialiter tamen quatuor, scilicet, Iacobus, & Ioseph, Iudas, & Simon, vt patet sequenti cap. & Mar. 6. Duo autem eorum, idest, Iacobus, & Iudas erant semper cũ Christo, quia erant Apostoli. Alij autem duo, s. Simon, & Ioseph poterant nunc venire cum Virgine, & forte aliqui alij, quia alios consobrinos habebat Christus, s. Iacobum, & Ioannem filios Zebedæi, & alterius Mariæ sororis matris Domini, & forte etiam alios, de quibus expresse non fit mentio, ꝙ essent fratres Domini, sicut nec filij Zebedæi vocantur fratres Christi, licet attinerent ei in eodem gradu in quo illi quatuor qui vocantur fratres eius, sequenti cap. & Mar. 6. & multi ita poterant venire, qui dicerentur fratres Christi, venirent forte etiam sorores, quia licet hic de solis fratribus dicatur, Christus tamen dixit, ipse est frater meus, & soror, & mater, in quo innuit, quòd mater, & frater, & sorores veniebant.

Ad quid Matthæus introduxit de matre, & cæteris venientibus ad Christum. Quæst. CIX.

QVAERETVR ad quid Matthæus introduxit de matre, & fratribus Christi venientibus nunc ad eum. Dicendum, quòd omnia, quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ad Rom. 15. & ita est istud. Prodest autem ad doctrinam in duobus. Primo inquantum Matthæus tacite arguit fratres Christi, quòd imprudenter voluerunt interrumpere sermonem eius, cum ait, Adhuc eo loquente ad turbas, q.d. Tũc quando loquebatur, nondum completo verbo vocabant eum. In quo ostendit quòd imprudenter agebant, quia nihil vtilius agi poterat, quàm quod tunc Christus exercebat, indecens ergo erat interrumpi vtilia pro rebus paruis, præsertim cum vtrisque locus esset. Sic dicit Chrysost. Euangelista ostendit hoc ipsum obscure insinuans cum dicit, adhuc eo loquente, ac si diceret nunquid non erat tempus? ad quid autem loqui volebant? Si pro dogmatibus veritatis, publice, atque cunctis audientibus proponere debebant, vt communiter omnibus fierent vtilitati: si autem de alijs sibi ipsis pertinentibus non oportebat ita festinanter vocare, vnde manifestum est, quòd ex vanagloria hoc faciebant, & sic instruit nos Matthæus in hoc arguendos esse, qui humana colloquia diuinis præponunt. Secundo prodest ad ostendendum Christi virtutem, & hoc fuit præcipuum, qui ita se habuit moderate, vt carnis, & sanguinis eum affectio non moueret, vt interruptum sermonem non interrumperet.

Quare Christus respondit aspere vocanti eum pro matre, & pro fratribus eum exquirentibus. Quæst. CX.

QVAERETVR quare Christus respondit aspere vocanti eum. Nam dixit ei: quæ est mater mea? & qui sunt fratres? idest, quare dicis mihi de matre, & de fratribus? potuisset enim blandius dicere, scilicet, sustine modicum, & ibo. Dici potest, ꝙ dixit hoc Christus pungens istum vocantem, quia iniquo animo eum vocauerat, s. volens eũ ignobilem ostendere, vt dicit Theophilus, siue quia insidians hoc dixit, vt ait Hiero. & sic potius eum arguit, quàm ad vocationem responderit. Si aũt dicat, ꝙ iste nõ egit iniquo animo, sed solũ exoratus a Christi fratribus, vt eũ vocaret. Dicetur, ꝙ adhuc imprudenter egit, ꝙ a nõ debuerat eũ vocare quousq; verbum finiret: nam vr̃ ꝙ iste importune, & alte ad Christũ clamauerit dicens, ecce mater tua, quia non poterat accede-

rs ad Christum: nam iste esset aliquis de extremis inter auditores, maxime a Christo distantibus, cum fratres Christi qui foris erant dixerint ei, quòd vocarent illum, & tamen ipsi non poterant adire eum præ turba, Lucæ 8. Ergo nec iste posset: clamaret igitur ad Christum dicens, ecce mater tua, & talis clamosa interruptio sermonis erat nimis reprehensibilis, quia imprudenter fiebat, debuit ergo aliqualiter pungi. Tertio fecit Christus hoc propter seipsum, quia non erat decens, quòd ipse nunc vocatus exiret, ideo debuit non solum non exire, sed etiam vocantem increpare. Quia si tacuisset, & nõ exiret, nesciretur quid melius esset, vt ergo aperte ostenderet multo excellētius esse audire verbum Christi, & prædicare, quàm colloqui matri, & fratribus, arguit vocantem quasi G illicite agentem. Sic dicit Chrysost. Considera quale erat astante ei toto populo, & ab ore eius pendente, iam inchoata doctrina eum foras extrahere; ob hoc, & Dominus quasi increpando respondit.

Quare dixit Christus quæ est mater mea, &c.
Quæst. CXI.

QVAERITVR quare dixit Christus quæ est mater mea, & qui sunt fratres? Aliqui dicũt, quòd per hoc negauit Christus se habere fratres, nullos enim habebat, vt ostensum est supra quæst. 13. Sed dicendum, q̃ non stat, quia verum erat, q̃ Iudæi hoc H dicébãt: nam non vocabant istos fratres eius, quasi ex eodem patre, vel matre genitos, sed quia cognati eius erant, secundum consuetudinem scripturę, & hoc verum erat. Item quia tũc etiam negaret matrem, quia dixit quę est mater mea? & tñ illã nõ negat, erat enim vera mater eius. Aliqui dicunt, q̃ negat eam matrem, sicut Marchion, & Manichæus hæretici, qui dixerunt Christum habere corpus phantasticum, nec fuisse verũ hominem, & cõsequenter nec matrẽ habere poterat. Vnde dicũt, q̃ Maria Christũ nõ peperit, sed eum fortuitu reperit, & sic vt filiũ accepit. Sic dicit Hieron. nõ ergo iuxta Marchionẽ, & Manichæũ matrẽ negauit, vt natus de phantasmate putaretur, qa ille q eã in cruce agnouit nõ negaret eã nunc, sic dicit Ambro. & Hilarius nõ negatur hic mater, quæ de cruce agnoscitur. Etiã quia si eã negare voluisset potius aliàs q̃ nunc negaret eã, s. qñ improperabatur sibi propter eam, & fratres, seq. cap. & Mar. 6. s. Vnde huic sapientia, & virtutes? nonne hic est fabri filius? nonne mater eius dr̃ Maria? & tñ tunc nõ negauit eam esse matrem, ergo nec nunc negaret, sic dicit Chrysost. Si negare vellet matrem, tũc vtiq; negasset, qñ Iudæi exprobrabant ei de matre. Dici potest ergo vno modo, q̃ Christus nec matrem, nec fratres negauit, & tñ aliqualiter aspere locutus est, qa fratres sui meruerãt, s. qa contemnebãt eũ, & intrare noluerãt ad sermonẽ eius. Sic dicit Chrysost. s. alter Euangelista dixit, q̃ fratres eius nondũ credebant in eũ, cui cõuenit quod hic dr̃, q̃ eũ quærebãt de foris expectantes, & sm eandẽ intentionẽ Dñs eorũ, non sicut propinquorũ meminit, vel quia propter inanẽ gloriam, & superbiam eũ dũ prædicaret vocauerant. Sed dicetur quid de matre, quia nihil in his peccauerat? non debuerat enim ipsa obiurgari. Dici pōt, q̃ etiam si propter hoc solũ Christus rñdisset aspere, qa fratres sui illud merebantur, adhuc matrem nõ excepisset, quia aliàs oporteret, q̃ ad eam exiret, quia nõ peccauerat, & fratres desereret, qui superbi erant; sed hoc fuisset grauius scandalũ matrem a fratribus separare, iõ de vtrisq; similiter loquitur. Secundo dici pōt, & melius, q̃ Christus nõ dixit ista verba aspera ꝓpter matrẽ, & fratres, sed ꝓpter vocantẽ q̃ vel malo animo, vel imprudenter vocauerat: vnde nõ dr̃, q̃ ipse dixit q̃ F est mater mea? sed dr̃ rñdens dicenti ait, q̃ est mater mea, &c. q. d. pp dicentẽ ista dixit, & nõ intendens increpare frẽs. Tertio pōt dici, q̃ hoc dixit Christus, et si nõ intenderet increpare fratres, nec vocantem, quia oñdere volebat, q̃ matri, & fratribus et nõ peccãtibus præponendus erat Dei cultus, & spũalis cognatio, vnde est sensus q̃ est mater mea, & fratres, i. nũqd de matre, & de fratribus curandum est, vt propter eos bona spiritualia negligantur? q. d. non. Sic dicit Chrysost. s. hoc non dixit matrem, aut fratres omnino reprobando, sed ostendens, q̃ sup omnem cognationem temporalem oportet propriam animam præhonorare, & tamen verum est, q̃ Christus in his verbis potius vocantem, quàm fratres arguit. Sic dicit Hieron. Dominus non, q̃ matrem negaret, & fratres exire contempsit, sed q̃ responderet insidianti. Sic & Chrysost. dixit, scilicet, non dixit vade, dic ei quòd non est mater mea, sed ad eum qui nũciauerat, extendit sermonem.

Quare Christus nunc non exiuit ad matrem, & fratres eum quærentes. Quæst. CXII.

QVAERITVR quare Christus nunc non exiuit ad matrem, & fratres. Dicendũ, q̃ fuit primo, quia indecens erat, q̃ minora bona maioribus præponeret: nam caro, & sanguis nihil prodest, Ioan. 6. Verbum autem Dei saluare potest animas nostras, ideo nihil ei præponendum erat. Sic dicit Iacobus: suscipite insitum verbum, quod saluare pōt aĩas vestras, Iaco. 1. Præsertim aũt Christus qui erat regula morũ hoc facere debuit: nã & si mater eius honoranda erat super omnes matres, pater tamen honorabilior erat, cuius opa erant p̃dicare verbũ eius. Sic enim Christus dixit Lucæ 2. Cũ esset puer annorũ duodecim dicente matre, fili qd fecisti nobis sic? nã & ego, & pater tuus dolentes q̃rebamus te. Et ille ait qd me q̃rebatis? nesciebatis, q̃ in his, q̃ patris mei sunt, oportet me esse. Sic dicit Hiero. & Beda, s. rogatus ab officio verbi non egreditur, nõ maternæ refutans obsequium pietatis, sed paternis se mysterijs ampljus, quàm maternis debere monstrat affectibus: nec iniuriose fratres contemnit, sed opus spirituale carnis cognationi præferens religiosiorem cordiũ copulam docet esse, q̃ corporis. Secundo fuit propter honorem populi, quia etiam si Christus loqueretur de rebus sęcularibus, si tota plebs attenderet, indignum erat, quòd adueniẽte matre aut fratribus tota hæc multitudo inexpleto verbo desereretur. Sic dicit Chry. Considera quale erat astante ei toto populo, & ab ore eius pendente, iam inchoata doctrina eum foras extrahere.

Tertio fuit, quia nullius necessitatis erat quod mater, & fratres quærebant: nam volebant videre eum, & alloqui, cũ diu forte non vidissent, sed huic locus erat expleto verbo, ideo interrumpendum non fuit.

Quomodo hoc quod hic dicitur sit verum, scilicet, qui fecerit voluntatem patris mei. Et quomodo qui credit in Christum est mater eius. Et quomodo fidelis est frater Christi. Et quòd illud dictum redundat in honorem Beatæ Virginis.
Quæst. CXIII.

QVAERITVR quare dixit Christus, q̃ facit volũtatẽ patris mei, hic mater, & frater, & soror est, & quomodo est hoc verum. Dicendũ, q̃ ista necesse est spũaliter intelligi cũ eadẽ psona ponat mater, frater, & soror. Vocant aũt fratres Christi oēs, q̃ faciunt volũtatẽ Dei, qa fratrib' cõpetit esse coheredes eiusdẽ hęreditatis, q̃ tñ faciunt voluntatẽ Dei sunt coheredes Christi ad Rom. 8. s. hæredes Dei coheredes aũt Christi: ergo sunt fratres eius, & ita ipse vocat fratres,

tres, Lucę 24. Ite & dicite fratribus meis, soror autem A eadem ratione qua frater dicitur, quia in eodem gradu sunt solo sexu differentes, in Christo tamen nõ est differentia sexus, quia ibi non est masculus, nec fęmina, Iudæus, nec Gentilis, ad Colos. 3. Idem ergo est in Christo frater, & soror. Dicitur autem qui credit in Christum esse mater eius, quia sicut mater formatũ puerperium habet in vtero, ita & in cordibus nostris formatur Christus per fidem, ad Galat. 4. s. donec formet in vobis Christus. Vel dicitur fidelis frater Christi, aut soror in eum credẽdo, mater autem illum prædicando, quia qui prædicat format Christum in cordibus proximorum, ad Galat. 4. Filioli mei quos iterũ parturio, donec formetur in vobis Christus, sic dicit Gregor. qui enim Christi frater, vel soror est credẽdo B efficitur mater prædicando, quasi enim parit Dominum, quem cordi audiẽtis infundit, & mater eius efficitur, si per eius vocem amor Domini in proximi mente generatur. Dixit autem Christus hoc propter multa. Primo vt doceat nos non considere in nobilitate carnis, sed in sola nobilitate virtutis, quia nulla est maior nobilitas, quàm attinere Christo, qui Deus est in gradu propinquissimo, nullus aũt est propinquior quàm esse matrem, vel fratrem, sed qui audit, & facit verba Dei, est frater, & mater Christi, ideo hęc nobilitas valde desiderãda est. Sic dicit Chrysost. Docet nos in nulla cognatione confidentes, virtutem non negligere, si enim matri nihil prodest matrẽ esse, nisi C virtus adesset, quis vtique alius per cognationem sal nabitur? Secundo fuit ad complendum desiderium multorum, multæ enim fœminæ putabant Mariam Beatissimam, quia Christum pepererat, & optabant similiter mater fieri, vt dicitur Lucæ 11. Beatus venter, qui te portauit, & vbera quæ suxisti, vt autem ostẽdat omnibus fœminis, immo etiam viris hanc posse peruenire felicitatem dixit, quòd quiçũque facit voluntatẽ Dei, est mater, & frater Christi. Sic dicit Chrysost. Multæ mulieres sanctificauerunt Beatam Virginem, & optauerunt tales fieri matres, quid est igitur, quod prohibeat? ecce latam nobis constituit viam, & licet non mulieribus solum, sed etiam viris fieri matrem Christi. Tertio fuit etiã ad laudem matris Christi, sicut enim ipsa erat vera mater eius secundum car- D nem, quod nulli alteri accidit, ita & ipsa super omnẽ creaturã fuit spiritualiter mater Christi, faciendo voluntatem Dei, quia nihil inter creaturas sanctius virgine inuentum est. Vtriusque ergo maternitatis honor erat sibi in altera sibi soli, & altera supra omnes. Sic dicit Chrysost. non negans matrem hoc dicit, sed ostendens, quòd nõ solum est digna honore propter hoc quòd genuit Christum, sed etiam propter omnem aliam virtutem, & licet fuerit magni honoris, quia Christum peperit, maioris tamen fuit, quia in eum credidit. Sic dicit Augustinus, & Bernardus, felicior Maria suscipiendo fidem, quàm concipiendo carnem Christi. Quarto fuit ad reddendum rationem dicti sui, & ista fuit præcipua causa: nam dixerat vocãs E eum, ecce mater tua, & fratres. Teneri ergo videbatur Christus exire ad matrem, & fratres, nisi aliud tũc faceret, quod matri, & fratribus præferendum esset, & ad hoc dixit: ecce mater mea, & fratres mei: nam nihil videtur inter gradus attinentię cui maior amor, & honor debeatur, quàm matri, & consequenter fratribus, oportuit ergo, quòd essent tanquam mater, & fratres isti propter quos Christus nunc cessabat exire ad matrem suam, & fratres, & sic dixit: ecce mater mea, & fratres, idest, hic habeo matrem, & fratres, quid ergo oportet exire ad eos, qui foris? potissime quia isti plures sunt, quàm illi, & quilibet istorum est mater, & frater.

Alph. Tost. in Matth. Pars IIII.

C A P. XIII.

IN illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare. Et congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita vt nauiculam ascendens sederet, & omnis turba stabat in litore, & locutus est eis multa in parabolis dicens. Ecce exijt qui seminat seminare. Et dum seminat, quædam ceciderunt secus viam, & venerunt volucres, & comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa, vbi non habebãt terram multam, & continuo exorta sunt, quia non habebant altitudinem terræ. Sole autem orto æstuauerunt, & quia non habebant radicem, aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas, & creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Qui habet aures audiendi audiat. Mar. 4. Luc. 8. Luc. 8.

IN *illo die.* Descripta fuit in præcedentibus promulgatio Euangelij facta manifeste. Hic subditur promulgatio eiusdem facta parabolice. Et diuiditur in duas partes, qa primo ponitur parabolica promulgatio. Secundo huius prædicationis per miracula cõfirmatio, sequenti cap. Prima in duas, quia primo ponitur Christi prædicãtis multiplex documentum. Secundo populi audientis impedimentum ibi. *Et factum est cum consummasset.* Prima in duas, quia primo præponitur quædam introductio. Secundo ipsa parabolica prædicatio ibi. *Ecce exijt.*

An ista sint continuata ad præcedentia.
Quæst. I.

QVAERITVR circa primum, an ista sint continuata ad præcedentia. Aliqui dicunt, q̃ non, qã Lucæ 8. ponũtur istæ parabolæ, & post illas ponitur de matre, & fratribus venientibus ad eum, quod habetur præcedenti cap. & sic videtur ordo esse mutatus. Dicendum, q̃ hic est ordo cõtinuus: nam ipsum ordinem quem tenet hic Matthæus, tenuit Mar. post aduentum matris, & fratrum Christi subijciens istas parabolas, Mar. 3. & 4. Item patet efficacius, quia dicitur in litera: in illa die exiens Iesus de domo, necesse est ergo istud factum fuisse eodem die quo facta sunt ea q̃ habẽtur supra immediate, s. aduẽtus matris, & fratrũ Christi. Sic dicit Aug. de cõcor. Euan. s. cũ dicit in illo die satis iudicat hoc cõsequẽter gestũ post p̃missa, aut nõ multa interponi potuisse, nisi forte dies more scripturarum tempus significet. Sic dicit Beda, patet hanc doctrinam Domini ad mare eadem die qua superiorem in domo celebratũ esse sermonem, terminato enim primo sermone, continuo subiunxit Matthæus dicens: in illo die exiens, &c. Ad ordinem Beati Lucæ dicendum, q̃ est ibi ordo mutatus, quia priius fuit aduentus matris, & fratrum Christi, quàm prædicatio istarum parabolarum. Sic dicit Aug. vbi supra, s. Lucas enim huius rei gestæ ordinẽ nõ tenuit, sed p̃occupauit hoc, & recordatũ ante narrauit. Circa primũ

dicitur. *In illo die.* Scilicet, In quo mater, & fratres F
venerunt ad eum, vt præced.cap. *Exiens Iesus de domo.*
Prædicauerat enim ipsa die intra domum circunstante
sibi multa turba: vnde dicitur præcedenti cap. Adhuc
eo loquente ad turbas, ecce mater eius, & fratres
astabant foris quærentes loqui ei, idest, extra domum
in qua prædicabat turbis. *Sedebat secus mare.* Scilicet,
Exiuit de domo, & de ciuitate, & sedebat iuxta litus
maris, quia ista ciuitas in qua erat nunc, erat iuxta mare,
scilicet, Galilææ, siue Tyberiadis, quod vocatur hic
mare absolute, eo quòd iuxta alia maria Christus nunquam
stabat, licet enim mare Mediterraneum tangat
terram Iudæorum in toro latere Occidentali, Numeri
24. Christus tamen nunquam ibat ad illud mare,
sed quandocunque dicitur, quòd ipse erat in mari, G
vel iuxta mare, semper intelligitur de mari Galilææ,
vt ostensum est, 8. cap. quæst. 93. & ibi de nominibus
huius maris, & causis eorum, & etiam aliorum marium,
de quibus in scriptura fit mentio, dictum est. *Et
congregatæ sunt ad eum turbæ multæ.* Cupiebant enim
audire verbum eius, & sciebant quòd ad hoc exierat de
domo, vt prædicaret, ideo accesserunt ad eum. *Ita vt
in nauiculam ascendens sederet.* Quia erant turbæ multæ
ascendit in nauiculam, & sedens loquebatur de nauicula
ad turbas, & dicitur de nauicula, quia erat parua
nauis, scilicet, piscatorum: non enim erat illud mare,
sed lacus, vel stagnum, & ideo non erant ibi magnæ
naues onerariæ ad portandas merces, sed solę nauiculæ
piscatorum. *Et omnis turba stabat in litore.* Nulli enim H
intrauerunt cũ ipso in nauiculam, ne viderentur alijs
præferri, sed tota turba stabat in litore, idest, sedebat,
quia cum in longum verba extenderet, non est verisimile;
quòd pedibus starent, sed sederent auditores,
Etiã quia sic melius possent videre faciem eius, quàm
si omnes starent. Etiam quia ista erat consuetudo audientium
eum prædicantem: nam ipsa die quãdo venerunt
mater, & fratres Christi ad eum ipso prædicante,
sedebat turba circa eum, sic dicitur Mar. 3. Veniunt
mater, & fratres eius, & sedebat circa eum turba. *Et
locutus est eis.* Scilicet, Turbis. *Multa in parabolis.* Scilicet,
Omnes septem parabolas, quæ habentur hic prædicauit
eis tunc, & forte plures alias, q̃ scriptę nõ sunt.

Quare Christus exiuit de domo. Quæst. II. I

QVAERETVR quare Christus exiuit de domo.
Dicendum primo, quòd fecit hoc propter turbas,
quia multi volebant eum audire, & nõ poterãt capi in
domo. Nam ipsa die prædicauerat in domo, & forte
non poterãt omnes ibi capi, vt audirent: voluit ergo
exire extra vrbem, vt possent omnes audire, & hoc innuitur
in litera, scilicet, exiens de domo sedebat secus
mare, & congregatæ sunt ad eum turbæ multæ. Sic
dicit Hieron. scilicet, considerandum, quòd populus
domum Iesu non poterat intrare, nec esse ibi, nisi Apostoli
audiebant mysteria, ideo egreditur de domo sua, & sedet iuxta mare, vt congregentur K
ad eum turbæ multæ, & audiant in litore, quæ intus
non merebantur audire.

Secundo vt quidam dicunt fuit hoc propter matrem,
& fratres Christi: nam voluit loqui eis, & ad hoc
exiuit de domo, & vrbe. Sic dicit Chrysost. scilicet,
postquàm increpauerat eum, qui matris, & fratrum
præsentiam nunciauit, fecit quòd illi cupiebant, scilicet,
exijt domum primum sanans ægritudinem vanę
gloriæ fratrum. Tertium decentem honorem exhibens
matri, scilicet, non exiuit propter eos, sed propter
illam. Sic etiam dicit Theophilus licet matrem
Dominus superius negligere videretur, tamen reuereturetur
eam, propter eam namq; egreditur circa mare.

Quare Christus illo die circa mare exiuit, potius quàm alio die. Quæst. III.

QVAERETVR quare illo die exiuit potius quàm
alio. Dicunt aliqui quòd propter matrem, &
fratres fecit: nam venerant ad eum, & non debebat
detinere eos quin loqueretur eis ipsa die, ideo
illo die exiuit ad mare. Dicendum, quòd hoc nõ multum
stat, quia nõ est verisimile quin Christus loqueretur
matri, & fratribus antequam exiret ad mare, qa
quando venerunt non potuit eis loqui, quia prædicabat:
finito tamen verbo non est dubium quin loqueretur
eis: nõ ergo exiret domum, vt eis loqueretur, nisi
forte præsupponatur q̃ mox, vt Christus cessauit p̃dicare
in domo exiuit ad mare, sed hoc non est verisimile,
quia quando venerũt mater, & fratres, Christus
prædicabat, & postea ad mare fecit longum sermonẽ
dicens parabolas, quæ habentur hic: inter istas ergo
duas prædicationes intercideret aliqua quies, vt sumeret
cibum, vel similia, & tũc matri, & fratribus loqueretur,
& non oporteret ad hoc exire ad mare. Præsertim,
quia Hiero. dicit, q̃ exiuit vt turbæ, quę non poterãt
audire eum intra domum, foris audirent. Dicetur
ergo, q̃ Christus exiuit illo die foris, quia intentio sua
tota, & occupatio erat prædicare: quandocunq; ergo
dispositio occurrebat, prædicabat, & quia nunc contigit
turbas multas esse, quæ audire vellent, exiuit foras
in die illo. Nam quandocũque turbæ peterent verbũ,
prædicabat eis. Vnde interdum cum vellet discumbere
si turba ad eum conueniret exibat, & prędicabat, vt
patet Mar. 3. Ita vt interdum nec manducandi spatiũ
haberet, quod ipse sponte faciebat: nam aliq̃n cũ esset
hora ciborum sedere volebat; sciẽs aliquos venturos
ad se, vt prædicaret eis, sicut Ioan. 4. Suadentibus ei discipulis
mãducare noluit dicens, Ego cibũ habeo mãducare
quem vos nescitis, & hoc dixit, qa expectabat
Samaritanos ad se venturos, q̃ statim venerũt, eo. cap.

Quare Christus exiuit ad mare. Quæst. IIII.

QVAERETVR quare Christus exiuit ad mare.
Dicendum primo, q̃ forte fuit hoc, quia locus
in quo erat situs erat iuxta mare, & tamen noluit
Christus exire foras, vt turbæ audirent eum, ideo
iuxta mare exiuit. Secundo fuit, quia Christus nolebat
prędicare de nauicula, vt dicetur infra quæst. 6. Ad
hoc autem oportuit, vt in mari prędicaret sedentibus
turbis in litore. Tertio forte fuit propter causam mysticam,
vt per locum docendi auditorum cõditionem
ostenderet, s. q̃ amari animo, & instabiles erant, sicut
mare. Sic dicit Hierony. s. cępit aũt docere ad mare, vt
locus docendi indicet auditores amaros fuisse, & instabiles:
ista videtur esse causa mystica, & nõ literalis,
quia tamen Christus omnia ista in parabolis locutus
est, potuit causa loci figuralis accipi.

Quomodo turbæ ad Christum veniebant. Quæst. V.

QVAERETVR de istis turbis, quæ nunc ad Christum
congregatæ sunt, quomodo veniebant.
Dicendum, quòd semper sequebantur Christum
turbæ multæ tam propter signa, quæ faciebat super
infirmos, Ioã. 6. Quàm propter nouitatem doctrinæ,
supra 7. & Mar. 1. & propter dulcedinem verborũ
eius, Ioã. 6. Et propter multas alias causas: & forte ista
turba manebat cum eo in ciuitate tunc, & quia ipso
die prædicante eo in domo, nõ potuerant omnes audire
illum, exiuit ad mare, & omnes turbæ, quæ sequebantur
eum foris egressum, conuenerunt ad illum.

Aliter

Aliter potest dici, quòd nunc plures turbæ conue-
nerunt ad ipsum quã fuerant cum eo ipsa die in ciu-
tate. Nam turbæ quæ veniebant ad eum non poterant
eum semper sequi, sed ibant, & redibant, Mar. 6.
Scilicet, erant enim, qui veniebant, & redibant multi,
& nec manducandi spatium habebant: audiebant
ergo ipsum per duos vel tres dies, vel plures, & tunc
recedebant: sic dicitur infra 15. Misereor turbæ, quia
triduo me sustinent, nec habent quid manducent: si
dimisero eos ieiunos deficient in via, & sic innuitur,
quòd tres dies cum Christo manserant, & volebant
iam recedere, cum dicat Christus si dimisero eos deficient
in via, & hoc modo quibusdam venientibus,
& alijs recedentibus, manebant semper turbæ cum
Christo: nunc igitur potuit esse, quòd conuenissent
isto die multę turbæ, quæ prius nõ fuerant cum Christo:
ideo licet prius prædicasset in domo, voluit nũc
propter eas egredi ad mare, & sic innuitur Lucæ 8.
vbi ponuntur istę parabolæ, & dicitur cum plurimę
turbę conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad
eum dixit: exit qui seminat &c.

Quare Christus ascendit nauiculam ad prædicandum. Quæst. VI.

QVAERETVR quare Christus ascendit nauiculam
ad prædicandum. Dicendũ propter multitudinem
turbarum, scilicet, vt eum
melius audirent, cum esset in loco excelsiori, & ita
fieret si ipse esset in nauicula, & turbæ in litore, sic
dicitur in litera, congregatæ sunt ad eum turbæ multæ,
ita vt in nauiculam ascendens sederet, quasi dicat
propter hoc ascendit in nauiculam, quia turbæ multæ
erant. Secundo fuit, & præcipue, vt non irruerent
in eum, quia quando multi conueniebant irruebant
in eum, vt tangerent ipsum, & sanarentur a languoribus,
Luc. 6. omnis turba quærebat tangere eũ,
quia virtus exibat de illo, & sanabat omnes. Etiam
quia multi erãt q̃ vt melius audirent irruebant in ipsum,
vt sic propinquiores fierent Luc. 5. Scilicet, factum
est cum turbæ irruerent in eum, vt audirẽt verbũ
Dei, cum autem intraret nauiculam nemo posset
appropinquare ei propter mare, & possent omnes au-
dire, & ita fecit eodem cap. nam petiuit vnam naui-
culam, scilicet, Petri, & sedens docebat turbas de
nauicula, & ita fecit hic, & ista est vera causa.

Tertio fuit vt auditores respicerent Christum in
vultu, si enim in terra sederet circunstaret eum turba,
nunc vero cum essent omnes in litore, & ipse in naui,
omnes habebant eum ante faciem. Sic dicit Chry.
non sine causa hoc factum esse oportet intelligi, sed
vt post se neminem dimitteret, sed omnes auditores
ante faciem haberet.

An Christus locutus est nunc omnia in parabolis, vel aliqua plane. Quæst. VII.

QVAERETVR an Christus locutus fuit nunc
omnia in parabolis, vel loquebatur aliqua pla-
ne. Aliqui dicunt, quòd omnia dixit in
parabolis, quia infra in litera quando dixerunt discipuli
Christo quare in parabolis loqueris? dixit vt au-
dientes non intelligant, si tamen loqueretur aliqua
plane, intelligerent illa: ergo omnia in parabolis dice-
bat. Item quia prædicauit Christus ea, quæ habentur
hic, & tamen hic non habentur nisi parabolæ. Item
patet, quia Mar. 3. Vbi ponuntur istę parabolæ dicitur,
talibus multis parabolis loquebatur eis verbum,
sine parabola autem non loquebatur. Item patet,
quia si cum istis parabolis loqueretur Christus aliqua
plane, maxime istud esset expositio parabolarũ, quia A
nihil esset magis necessarium, & tamen non exponebat
parabolas turbis, sed discipulis seorsum quando
erat in domo infra in litera, & Mar. 4. ergo non dice-
bat aliqua plane turbis.

Aliqui dicunt, quòd non prædicabat omnia in pa-
rabolis, sed quædam, quia dicitur in litera, & locu-
tus est eis multa in parabolis: ergo non omnia, idem
Mar. 4. Scilicet, docebat illos in parabolis multa.

Dicendum, quòd aut quæritur de isto sermone
Christi specialiter, aut de cæteris in modo suo com-
muni prædicandi. Si quæratur de alijs, dicendũ quòd
Christus multa loquebatur plane: nam in illo magno
sermone quem Christus fecit in monte supra 5. & 6.
& 7. fere nihil in parabolis dixit, nisi accipiatur pa- B
rabola large, vt illud: vos estis sal terræ, & illud, nemo
accendit lucernam. Si autem quæratur de isto ser-
mone specialiter satis potest teneri, quòd solas para-
bolas dixerit, vel quòd interseruerit aliqua plana cum
parabolis. Et cum dicitur, quòd locutus est multa
in parabolis, non tollitur quin omnia, quæ nunc di-
xit in parabolis dixerit, sed dicitur, quòd dixit multa,
eo quòd iste sermo fuerit longus. Potius tamen vi-
detur, quòd Christus etiam nunc non dixerit omnia
in parabolis, sed multa plane dixerit, quia aliàs p̃o-
pulus non intelligens fastidiret cum sine fructu ma-
nerent, licet ergo propter aliquam causam multa in
parabolis dicta sint quæ non intelligebantur, multa
etiam plane dixerat, quæ intelligerentur. Sic dicit C
Hiero. notandum, quòd non omnia locutus sit eis
in parabolis, sed multa: si enim dixisset cuncta in pa-
rabolis absque emolumento populi recessissent; per-
spicua miscentur obscuris, vt per ea, quæ intelligunt
prouocentur ad eorum doctrinã qui non intelligunt.

Ad primum dicendum, quòd loquebatur Chri-
stus in parabolis, vt audientes non intelligerent, &
ideo illa quæ volebat obscura manere parabolice di-
cebat, quia tamen non omnia volebat abscondi, lo-
quebatur multa plane.

Ad secundum dicendum, quòd solæ parabolæ po-
nuntur hic, licet non solas parabolas Christus dixe-
rit, Euãgelistæ tamen parabolas solas huius sermonis
scripserunt, quia alia quæ tunc Christus dixit plane D
non erant tam necessaria, vt scriberentur. Vel forte
iam alibi scripta erant: quia verisimile est, quòd eadẽ
vel similia prædicaret sæpe, quia non oportebat sem-
per noua dici: nam nec doctrina morum, nec fidei
tam longa est, vt semper dicendum maneat, & nun-
quam priora repetantur. Etiam quia propter turbas
de nouo venientes oportebat multa repetere. Sed
præcipue dicendum, quòd istæ parabolæ erant ma-
ioris ponderis quàm cętera, quæ Christus dixit plane.
Quod patet, quia ideo voluit hæc occultare. Vnde
dixit vobis est datum nosse mysterium regni Dei: cęte
ris autem in parabolis, Lucæ 8. q. d. Magnum myste-
rium latebat in istis parabolis, ideo tanquam præci-
pua scripta sunt omissis omnibus plane dictis.

Ad tertium dicendum, quòd Christus non loque-
batur sine parabola, idest, consueuerat in sermoni-
bus ponere aliquam parabolam semper, non tamen
dicitur nihil loquebatur nisi parabolam, & sic cum
parabolis multa plana ponere solitus erat.

Ad quartum dicendum, quòd Christus licet dixe-
rit multa plana cum istis parabolis, tamen istas para-
bolas non exposuit turbis, quia latebant hic aliqua
mysteria, quæ Christus nolebat intelligi ab auditori-
bus, saltem ab omnibus, sic infra in litera cum Chri-
stus interrogatur quare in parabolis loquitur, dixit,
quia vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum,
illis autem non datum, oportuit ergo parabolas sine

expositione

expositione manere, licet alia multa populo plane dicerentur. *Ecce exijt.* Hic ponitur ipsa prædicatio parabolica, & diuiditur in duas partes. Primo ipsæ parabolæ describuntur, in quibus vt aliqui volunt totus status, & decursus Ecclesiæ militantis includitur; Secundo intentio principalis concluditur ibi. *Intellexistis hæc omnia.* Prima diuiditur in 7. partes iuxta septem parabolas 2. ibi. *Aliam parabolam.* 3. ibi. *Aliam parabolam.* 4. ibi. *Aliam parabolam locutus est.* quinta ibi. *Simile est regnum cœlorum.* Sexta ibi. *Iterum simile est.* Prima in duas, quia primo parabola ponitur. Secundo eius sententia petitur ibi. *Et accedentes discipuli.* Prima parabola est de semine proiecto, & ponuntur quatuor eius partes, quarum tres perierunt, & vna fecit fructum, & dicitur. *Ecce exijt.* De Christo intelligitur, quia ipse est, qui exijt ad prædicandum.

Qui seminat. Idest, Qui prædicat, quia semen est verbum Dei Luc. 8. seminat enim, qui verbum Dei prædicat, quia sicut semen absconditur, & nascitur; ita verbum manet occultum in corde, & postea nascitur in opere. *Seminare.* Videtur esse inculcatio sermonis: exijt qui seminat seminare.

Sed potest dici, quòd est modus loquendi hebraicus in quo sic verba repetuntur, vt illud expectans expectaui Dominum cum sufficeret dici expectaui Dominum. Vel potest dici, quòd non ponatur hic superflue, quia seminator non exijt semper ad seminandum, sed interdum ad arandum, & alia faciendum. Sic dicit Chry. cum audieris exijt, qui seminat, vt seminet, non extimes esse identitatem sermonis, egreditur enim multoties, qui seminat ad aliã rem, vel vt scindat terram, vel vt malas incidat herbas, vel vt spinas euellat, vel vt quandam aliam diligentiam adibeat, hic autem ad seminandum exiuit.

Seminare semen suum. Idest, Verbum prædicationis, quia semen est verbum Dei, vt dictum est. *Et dum seminat.* Grana spargendo. *Quædam ceciderunt.* Idest, Quædam semina vel grana. *Secus viam.* Idest, Iuxta viam vel in via. *Et venerunt volucres.* Per volucres dæmones signantur, quia sicut volucres semina in terra iacta comedunt ne nascantur, ita dæmon rapit verbũ de corde hominis, vt bonum non operetur. *Et comederunt ea.* Scilicet, inuenerunt grana non operta esse a terra, & comederunt ea. *Alia autem.* Idest, Alia grana, vel semina, & ista est secunda pars seminis. *Ceciderunt in petrosa.* Idest, In locis vbi multi lapides erãt, & sic non erat terra conueniens ad ferendum fructum.

Semẽ est verbum.

Vbi non habebant terram multam. Ista fuit causa, vt perirent semina, quia paucitas terræ non potuit ea defendere a calore Solis, & sic exaruerunt, & differt a primo semine quod secus viam cecidit, quia illud nullam terram habuit, scilicet, quia non fuit terra arata post seminationem, ideo manserunt grana patentia super terram. Hęc autem terram habuerunt, & ideo volucres non potuerunt comedere semina, quia tamẽ paucam terram habuerunt exsiccata sunt. *Et continuo exorta sunt.* Scilicet, Pauco tempore post seminationem. Nam cætera semina manent aliquãto tempore sub terra, & quanto iaciuntur profundius in terra tanto tardius nascuntur. *Quia non habebant altitudinem terræ.* Ista fuit causa, vt cito nascerentur, & dicitur altitudo ipsa profunditas, scilicet, non erant in profunditate terræ, sed circa superficiem, & dicitur Mar. 4. Cecidit super petrosa vbi non habuit terrã multam, & idem est, quia vbi pauca terra est, non potest esse altitudo terræ, & subditur ibi statim exortum est, quia non habebat altitudinem terræ.

Sole autem orto æstuauerunt. Idest, Nimis calefacta sunt. Nam cum haberent paucam terram, calor solis penetrauit valde ad ea. *Et quia non habebant radicem aruerunt.* Idest, Nondum fecerant radicem quando aruerunt, vel si fecerant, periit illa radix, quia erat proxima superficiei terræ. *Alia autem.* Scilicet, Semina, & ista est tertia pars seminis. *Ceciderunt in spinas.* Scilicet, Super spinas, nondum enim terra erat arata quando seminatum est, & sic spinæ erant ibi, & cum araretur post seminationem ipse spinæ simul cũ granis sub terra iacuerunt, & vocantur hic spinæ omnes herbæ noxiæ quæ seminata impediunt. *Et creuerunt spinæ.* Scilicet, Simul cum semine, vel plusquàm illud. *Et suffocauerunt ea.* Scilicet, Semina, quia non potuerunt semina simul cum spinis ascendere. Et potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd tam spinæ quàm semina exorta sunt, & tamen spinæ magis creuerunt, & sic suffocauerunt semina quorum germina infra manebant.

Alio modo, quòd nascentibus spinis semina non potuissent nasci, quia spinæ abstulerunt virtutem seminis, sic videtur innui Mar. 4. Scilicet, ascenderunt spinæ, & suffocauerunt illud, & fructum non dedit.

Sed melius intelligitur primo modo, scilicet, quòd spinæ, & etiam semina nascerentur, & tamen spinæ magis creuerunt, & dilatauerunt se quàm semina, nam tenuerũt germina seminis sub se, & hoc est suffocare illa, quia nec aere nec sole libere fruebantur, sic dicit Luc. 8. Cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud, quod autem dicitur Mar. 4. Et non dedit fructum, non est sensus, quòd non ortum fuerit, sed quòd non peruenit ad fructum suffocantibus illud spinis. Vel quia si aliquis paucus fructus erat, ille non potuit colligi præ multitudine multarum spinarum, & idem est fructum non esse, vel colligi non posse, quia fructus non dicitur nisi inquãtum homines illo fruuntur, idest, vescuntur. *Alia autem ceciderunt in terram bonam.* Ista est quarta pars seminis, quæ sola profuit, & hoc, quia cecidit in terram bonam, scilicet, vbi erat terra multa, & non impedita spinis. *Et dabant fructum.* Idest, Dederunt omnia semina, quæ in terram bonam ceciderunt. *Aliud centesimum.* Semina quæ ceciderunt in terram bonam subdiuiduntur in tria, non quidem ex conditione seminis, quia vnum erat quod per totam terram spargebatur, sed ex conditione terræ, quia licet ista tota 4. terra dicatur bona, quædam partes eius erant meliores alijs, ideo non fuit fructus æqualis, sed alicubi centuplum, i. centum mensuræ pro vna mensura seminis. *Aliud sexagesimum; aliud tricesimum.* Idest, Et alia pars terræ dedit sexaginta mensuras pro vna, & alia dedit solum triginta, quælibet tamen erat laudabilis, quia dare fructum tricesimum abundans est. *Qui habet aures audiendi audiat.* Idest, Qui potest intelligere intelligat, qtiasi dicat nõ intelligetis omnes hæc, & quando Christus dixit hoc verbum, clamauit altius quàm prius, vt incitaret auditores Luc. 8. s. hæc dicens clamabat, qui habet aures &c.

Quis est iste seminator, & quomodo exijt.
Quæst. VIII.

QVAERETVR quis est iste seminator, & quomodo exijt. Dicendum quòd iste est Christus qui seminauit in populis sanam doctrinã, quæ proficit ad fructum vitæ æternæ. Sic dicit Hiero. sator iste, qui seminat significatur esse filius Dei, & patris in populis seminare sermonem. Dicitur aũt exiuisse, vel secundũ, ꝓ homo vel secundũ, ꝓ Deus. Secundum, ꝓ homo exibat, qa de loco in locum mouebatur, & dicitur exijsse, quia forte hodie in domo prædicauerat, nunc autem exiuit ad mare. Sic dicit Hiero. intus erat domi versabatur, loquebatur discipulis sacramenta:

ta: exijt ergo de domo sua, vt seminaret in turbis. Vel potest dici, quòd quotidie exibat, quia etiam si in domo prædicaret, tamen etiam exibat ad turbas, quantumcunque conueniebant ad eum. Vel dicitur exirent: aliqui volunt, quia relicta Iudęa per Apostolos ad gentes transiuit, vt dicit Rabanus, Sed istud est mysticum, quia Christus tunc non exiuit, sed Apostoli, quia ipse semper prædicauit Iudęis nunquam egressus de terra Iudęorum. Apostoli autem post mortem eius per totum orbem se extenderunt. Vel dicitur exijt, idest, prædicare cępit: iste est enim modus loquendi scripturæ, quòd quandocunque ille qui prius nihil agebat, incipit aliquid agere, dicitur egredi, ſ. dicitur Exo. 2. Scilicet egressus est vir de domo Leui, & accepit vxorem, & tamen ad accipiendũ vxorem non oportebat egredi, sed quia prius non accipiebat, & tunc accipit dicitur egressus, quia aliunde egressus fuerat: & sic quandocunque dicitur aliquis egredi, & non exprimitur vnde egreditur, accipitur egredi, idest, agere, & sic dicitur intrare, & exire tota hominis operatio: sic dicitur Act. 1. oportet, vt ex his qui congregati sunt nobiscum in omni tempore quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Iesus &c. idest, toto tempore quando fuit inter nos conuersatus quasi totum quod Christus fecit non fit nisi intrare, & exire. Sic etiam Nu. 27. Ad verbum eius egredietur ipse, & omnes filij Israel, i. quidquid ille mãdauerit facient filij Israel, & illud totum erat exire, & intrare, ita in Christo exire fuit prædicare incipere cũ prius non prædicaret. Si autem accipiatur secundũ, quòd Deus non poterat exire localiter, cum vbique sit, cum aliquod nouum sibi aduenire nõ possit, quia nihil sibi accidere potest, cũ quidquid in eo est æternum sit, sed exiuit circa nos aliquid nouum faciẽdo, & carnem assumendo, quæ prius assumpta non erat. Sic dicit Chry. vnde exijt qui vbique præsens est? sed qualiter exijt non loco, sed incarnatione propinquior nobis factus per habitum carnis, quia enim nos intrare non poteramus peccatis nostris prohibentibus nobis ingressum, ipse ad nos egreditur.

Quare verbum Dei vocatur semen. *Quæst. IX.*

QVAERETVR de isto semine, quare verbum Dei vocatur semen. Dicendum, quòd propter similitudinem. Nam hæc omnia parabolæ sunt: sicut dicitur Luc. 8. Scilicet, dixit per similitudinem exijt, qui seminat &c. Et primo, quia sicut semen est origo fructus, & ex paucis granis magnæ segetes crescunt, ita ex paucis verbis Dei sequuntur plurima opera bona, quia vnicum verbum bonũ est sufficiens ad regulandum totam vitam, vt illud quod dixit Christus supra 7. Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, facite illis, & sequitur ibi. Hæc est lex, & Prophetæ, idest, in hac stat tota lex, sic etiam Eccle. 12. time dominum, & recede a malo, hoc est omnis homo, idest, in hoc stat tota vita humana, & hanc proprietatem seminis, & verbi Christus innuit in litera, ſ. ꝓ illud quod cecidit in terram bonam, fecit fructum centesimum.

Secundo, quia semen ad hoc, quòd proficiat occultatur in terra, & verbum Dei, ita quòd prosit occultari debet in corde, propter hoc illud semen quod cecidit in via, & non potuit operiri terra deuoratum est ab auibus: sic & verbũ Dei quod antequã absconditur in corde rapitur a dęmone, nõ facit fructum, sic dicitur in litera infra, & Luc. 8. Venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum. Tertio quia semen ad hoc, quòd prosit moritur Ioan. 12. nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit ipsum solum manet, si autem moriatur multum fructum affert: sic & verbum Dei in corde moritur inquantum ibi iacet absconditum, & tamen manet in animo, vt postea exeat in operationem. Vel dicitur mortuum, idest, mortificans, quia nisi verbum Dei mortificauerit praua desideria cordis nostri, nunquam fructum bonum proferet, si autem mortificat illa, proferet fructum copiosum.

Quare dicitur in litera seminare semen suum. Et quomodo Christus proprium semen seminauit, & non alienum. *Quæst. X.*

QVAERETVR, quare dicitur hic seminare semen suum. Dicendum, quòd iste sator erat Christus. Ipse autem nihil alienum habuit, sed propria seminauit. Moyses autem, & Prophetæ non sua, sed aliena dixerunt, quia a Deo mittebantur, & hoc erat laus eorum, quòd non propria, sed aliena dicerent. Vnde in confusionem falsorum prophetarum dicitur Ezech. 13. Veniebant, & ego non mittebam eos. Sic Apostoli non sua, sed quæ Christi erant seminauerunt, quia non aliud docuerũt quàm quod Christus iussit infra 28. Docete omnes gentes seruare omnia quæcunque mandaui vobis, Christus autem nihil alienum dixit, quia non accepit ab alio cum ipse Deus sit, & sic semen suum seminauit. Sic dicit Titus seminauit semen suum, non enim accepit verbum quasi mutuatum, cum ipse naturaliter sit verbum diuinum, non est igitur suum propriũ semen Pauli, vel Ioannis, sed habent cum acceperint: Christus autem habet proprium semẽ proferens doctrinam ex sua natura, & ideo Iudęi mirabantur quomodo literas sciret, cum non didicisset eas Ioan. 7.

Sed obijcietur, quia Christus dixit ibidem mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me, ergo non erat semen suum, quod seminauit. Dicendũ, quòd doctrina Christi sua erat, idest, non erat suscepta ab aliquo extraneo: nam licet filius nascendo acceperit omnia a patre, vt dicit Hilarius, & sic susceperit sapientiam, bonitatem, & cętera, quæ dicunt in Deo perfectionem, non tamen accepit quasi ab aliquo extraneo separato ab eo, quia sicut ipse dixit, ego, & pater vnum sumus, & ego in patre, & pater in me est Io. 14. Suum ergo erat quod prædicabat etiã si a patre acceperat: secus autem de alijs qui susceperũt tanquã ab extraneo id, quod non est in natura eorum, sicut discipuli a magistro. Nam illi nõ seminant, quod suũ est, sed quod alienũ, licet qñ dixit Christus mea doctrina non est mea, locutus est secundum humanitatem, putabant enim Iudæi eum esse purum hominem, & sic dixit mea doctrina non est mea, idest, non accepi a meipso, quasi dicat, vos miramini, quòd literas scio cum non didicerim, sed non miremini, quia non accepi a meipso doctrinam istam, sed ab eo qui misit me, idest, non est ista doctrina ex humanitate, sed a Deo, & tamen licet Christus inquantum Deus diceret, quòd accepit a patre verum diceret, tamen non tollit hoc quin doctrina sit sua, cum pater non sit alienus ab eo, & separatus.

Quomodo istæ quatuor differentiæ seminis se habeant.
Quæst. XI.

QVAERETVR de istis quatuor differentijs seminis quomodo se habent. Aliqui putant, quod fuerint diuersæ seminationes, & diuersa loca in quibus seminatum est, cum hic ponantur quatuor partes seminis. Sed dicendũ, ꝓ non stat, sed oportet, ꝓ fuerit vnica seminatio, quia dicitur exijt, qui

qui seminat, & dum seminat aliud cecidit &c. & sic F
innuitur, quòd in eadem seminatione cecidit quædã
pars seminis super viam, & aliud in petrosa &c.

Secundo patet, quia dicitur aliud cecidit, in quo
videtur, quòd a casu fuit, quòd semen iaceretur in ta-
lem vel talem partem, & tamen si fuissent quatuor se-
minationes sicut sunt quatuor partes seminis, nõ esset
a casu, sed ab intentione seminantis qui in talem ter-
ram, vel talem seminaret.

Tertio patet, quia si essent quatuor seminationes,
oporteret, quòd quælibet terra istarum per se semina-
retur, & ita quædam seminatio esset quæ solum fie-
ret in via, & alia quæ solum fieret super spinas, nemo
tamen tam insipiens esset, quòd super solam viam, vel
super solas spinas, vel super solam terram seminaret. G

Sed dicendum, quòd fuit vnica seminatio, & vnica
terra, & tamen quædam pars agri illius lapides habe-
bat, & quædam pars spinas: ideo semina ibi iacta dicũ-
tur cecidisse super spinas, & in petrosa, cecidit etiam
quædam pars in via, quia ager ille erat circa viam, &
ad hoc, quòd totus seminaretur, ceciderunt quædã
grana in via, & tunc proprie dicitur ceciderunt, scili-
cet, a casu, quia non intendebat sator iacere semina
in via, cum sciret hoc esse inutile, alia autem pars agri
erat terra bona, & illa fecit fructum, quia nec habuit
spinas nec petras.

Quare dicitur, quod semen cadens in via a volucribus comestum est. Quæst. XII.

QVAERETVR quare dicitur, quòd semẽ cadens
secus viam a volucribus comestum est. Ali-
qui dicunt, quòd ratio fuit, quia volucres ma-
gis ambulant in via quàm alibi. Sed falsum est, quia
volucres cum propter solum cibum moueantur, ibi
ambulant vbi cibum inuenire possunt, qui magis in-
uenitur in agris quàm in via, cum via nihil germinet.

Sed dicitur, quòd comestũ est, quod erat secus viã,
scilicet, quia nõ mansit opertum terra, volucres enim
comedunt omnia grana super terram inuenta, quod
autem secus viam erat non fuit opertum, quia non
aratum est super illud, ideo illud solum comederunt
volucres, & hoc quia accipitur hic secus viam, idest, I
in via, licet enim secus significet iuxta, tamen hic non
intelligitur iuxta viam, sed in via: nam dicitur Luc. 8.
Cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres
comederunt illud, idest, quia conculcatum est, & non
fuit aratum super illud, volucres illud inuenerunt, &
comederunt. Et potest intelligi secus viam, idest, iux-
ta, vt ponatur proprie sicut dicitur Mar. 4. Dum semi-
nat aliud cecidit circa viam, & est sensus, quòd aliqua
pars erat inter viam, & agrum, quæ nec arabatur nec
via erat, sed forte erat limes, & grana, quæ ibi cecide-
runt comesta sunt, quia iacebant in superficie nõ ara-
ta. Vel potest accipi, quòd pars agri circa viam arata
erat, & semina operta fuerunt, viatores tamen con-
culcantes partem terræ aratæ iuxta viam excusserant K
semina, & sic aues inuenerunt ea, & comederunt.
Et hoc potest intelligi Luc. 8. Scilicet, cecidit secus
viam, & conculcatum est, aues autem istæ quæ semi-
na comedunt sunt dæmones, vt infra dicetur.

Quomodo semen seminatum est super petrosa. Et ex quo oritur semen in terra proiectum. Quæst. XIII.

QVAERETVR quomodo seminatum est super
petrosa. Aliqui dicunt, quòd sator non inten-
debat iacere semina super petram, & tamen
ceciderunt aliqua super petram, & manserunt ibi,
quia dicitur Luc. 8. Aliud cecidit super petram. Sed
non stat, quia etiam si caderent aliqua grana super pe-
tras, postea cum araretur motis petris grana operirẽ-
tur, & sic non manerent super petram.

Sed forte dicetur, quòd etiam motis petris acci-
dit aliqua grana super petris manere. Vel quia fue-
runt in agro aliquæ magnæ petræ, quæ ab aratro non
sunt motæ. Sed non stat. Primo quia si semina ali-
qua manerent supra petram nudam, illa a volucribus
comederentur, & tamen non comesta sunt, quia so-
lum quod cecidit secus viam deuoratum est.

Secundo patet, quia si super petra maneret non
posset nasci, sed arescere, & tamen natum est, quia
dicitur Luc. 8. Cecidit supra petram, & natum aruit,
idest, prius natũ est, quia dicitur Luc. 8. Et postea aruit.

Tertio patet, quia dicitur in litera: alia ceciderunt
in petrosa vbi non habebãt terram multam, & idem
Mar. 4. Et sic terram habebant: ergo non erant super
terram nudam.

Dicendum ergo, quòd cecidit semen super petro-
sam, idest, super aliqua loca quæ habebant lapides
magnos immobiles, scilicet, super lapidicinas, & erat
pauca terra super lapides. grana autem operta fue-
runt terra, sed quia erant circa lapides non potuerunt
germinare, quia pauca terra erat a qua traheretur hu-
mor nutrimentalis, & propter hoc dicitur ceciderũt
in petrosa, vbi non habebant terram multam, scili-
cet, supra se versus cœlum, nec infra se inter se, &
lapides. Et dicitur continuo exorta sunt, quia non
H habebant altitudinem terræ, pauca enim terra fuit
causa cito nascendi, oritur enim semen proiectum
in terra ex calore, & humore proportionate se ha-
bentibus, & ideo si sit semen in superficie terræ non
opertum nunquam nascetur, sed desiccabitur, quia
habet calorem, sed non humorem, si autem ponatur
semen in magna profunditate terræ ad quam
non peruenias sufficienter virtus solis, consumetur
semen, sed nunquam nascetur, si autem sit sub ter-
ra in magna profunditate, ad quam tamen virtus so-
lis proueniat sufficienter nascetur quidem, sed tarde,
si autem sit sub terra, & tamen circa superficiem eius
nascetur cito quia sol illico aget propter facilem pe-
netrationem, & tamen non poterit diu conseruari,
quia tamen terra æstuauerit, calefiet immoderate se-
men illud, & desiccata radice peribit. Est etiam alia
causa, vt semen super petram non possit diu mane-
re, scilicet, quia conseruatur semen factum planta
contra solis calorem per humorem nutrimentalem,
cuius etiam si magnam partem sol cõsumpserit sem-
per multum maneat. Hoc autem fit per magnitudi-
nem radicum pertingentium ad multam terram, a
qua humorem attrahant, quando autem semina ia-
ciuntur super lapidem existentem sub terra, licet
supra se terram habeant non possunt tamen radices
extendere propter petram, & sic oportet, quòd talia
semina cito pereant etiam si petra sit in profunditate
terræ, quia terra superior non proficit ad radices agẽ-
dum, sed solum inferior, & hoc est non habere radi-
cem, idest, habere paruam, quæ non sufficiat attra-
here humorem ad producendum fructum. Si tamẽ
petra sit circa superficiem terræ arescunt semina pro-
pter duo, scilicet, propter calorem solis magni circa
superficiem terræ, & propter defectum radicum, quæ
sunt super petram, & vtranque causam tetigit hic
Christus dicens, ceciderunt in petrosam vbi non ha-
bebant terram multam, scilicet, super se, quia illæ
petræ erant iuxta superficiem terræ, & continuo exor-
ta sunt, quia non habebant altitudinem terræ, idest,
quia non habebant multam terram supra se, & ista
est prima causa. Cum autem dicitur sole autem orto
æstuauerunt, i. valde calefacta sunt ad idem pertinet,
cum

Ex quo oritur semen in terra proiectum.

cum vero sequitur, & quia non habebant radicem A
aruerunt, pertinet ad secundam causam, scilicet, quia
supra petram non poterat radices extendere, & sic
paucum humorem attrahere posset, & ita fieret plan-
ta breuis, & quando iam nullus esset humor, qui at-
traheretur, necesse erat plantam per se desiccari etiã
sole non æstuante. Idem intelligendum est si petræ
istæ sint mobiles, vt quia quando terra arabatur, acci-
dit manere grana aliqua super petram circa superfi-
ciem terræ. Quod autem dicitur de semine cadente
in spinis potest dupliciter accipi.

Vno modo, quòd seminabatur super terram non
aratã in qua erant natæ aliquæ spinæ saltem in aliqua
parte eius, & iacto semine cum araretur spinæ oper-
tæ fuerunt terra, & rursus natæ sunt, sicut & ipsa se-
mina, & tamen suffocauerunt ea, quia creuerunt plus- B
quàm semina. Vel suffocauerunt, idest, tenuerunt
ea sub se infra se, vt si accidit grana in conuersione
terræ per aratrũ cadere sub congerie spinarum dens-
rum, quia tunc non poterunt nasci semina sicut si ca-
derent sub magnis lapidibus, & istud erat suffocare.

Alio modo potest accipi, quòd non erant aliquæ
spinæ natæ in terra quando seminata est, & tamen
erat ibi semen spinarum, ideo arata terra germinauer-
unt tam spinæ quàm semina, sed spinæ magis creue-
runt, ideo suffocauerunt semina. Sed primus mo-
dus est melior, quia in litera dicitur, alia ceciderunt
in spinas. Et sic iam erant spinæ quando semina iacta
sunt. De semine iacto in terram bonã dicitur, quòd C
fecit fructum, & est intelligendum, quòd totus ager
seminatus vocatur terra bona, præter partes illas, quæ
erant impeditæ, scilicet, partes spinosæ, & petrosæ, &
illæ, quæ iuxta viam erat, & dicitur de ista terra Mar.
4. Aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum
ascendentem, & crescentem. Hoc dicitur ad differe-
ntiam aliarum trium partium terræ, nam prima,
scilicet, secus viam, nullum fructum dedit, quia se-
men a volucribus deuoratum est, ista autem dabat
fructum. Secundum semen, quod fuit super petrosa
dedit quidem fructum, quia illico ortum est, vt patet
in litera, sed non fructum ascendentem, quia illico
aruit sole æstuante. Tertium semen, scilicet, quod
fuit super spinis fructum quidem dedit, quia natum D
est, & fuit iste fructus ascendens, quia spinæ, & se-
men simul exorta sunt, & tamen non dedit fructum
crescentem, quia spinæ cum magis creuissent suffo-
cauerunt semen, terra autẽ bona, quæ nullum habuit
impedimentum dedit fructum bonum crescentem,
& ascendentem.

Quòd autem dicitur, quòd dedit fructũ aliud cen-
tesimum &c. intelligunt aliqui, quòd fuerant diuersi
agri in quorum vno semen daret centuplum, in alio
sexagesimum, in alio tricesimũ, quia in eodem agro
non videtur posse esse tantam diuersitatem.

Sed dicendum, quòd eadem terra est in qua cecide-
runt istæ quatuor partes seminis, & facile est hanc
diuersitatem fieri in eodem agro, quia sicut in diuer- E
sis agris poterat hoc fieri propter inæqualem virtutẽ
terræ, ita & in eodem agro sunt interdum partes inæ-
quales virtute in quibus hoc potest accidere.

Sed tũc dicetur quomodo poterat cognosci, quòd
vnum semẽ daret centuplum, & aliud sexagesimum
si est idem ager. Dicendum, quòd poterat sciri secun-
dum æqualitatem partium agri, quia ager æqualiter
seminatur vbique: si ergo in vna parte agri conside-
rata mensura seminis iacti nascitur centuplum, & in
alia respectu eiusdem mensuræ nascatur sexagesimũ,
cum sit æqualis pars agri, apparebit differẽtia, scilicet,
quanta sit proportio fructuum cuiuslibet partis agri
ad semen ibi iactum.

Quare dixit Christus hic, qui habet aures audiendi audiat. Et quòd res dupliciter sunt arduæ. Quæst. XIIII.

QVAERETVR quare dixit Christus hic, qui ha-
bet aures audiendi audiat. Dicendum, quòd
propter duo. Primum ad reddendos atten-
tos auditores, quia talis locutio incitat, & non solum
verba ipsa ex suo sensu incitabant, sed etiam ex modo
proferendi Christi, quia ista dixit voce alta Luc. 8. Sci-
licet, hæc dicens clamabat, qui habet aures &c.

Secundo fuit ad ostendẽdum obscurum esse quod
dicebatur, quia in rebus planis sufficit qualiter cũque
audire, in rebus autem arduis necesse est attente au-
dire cum etiam vix intelliguntur, ideo Christus ha-
B bebat modum specialem incitandi in rebus arduis.

Sunt autem res dupliciter arduæ, scilicet, ad intelli-
gendum vel ad agendum. In rebus duris ad intelli-
gendum Christus dicit, qui habet aures &c. idest, qui
potest intelligere intelligat, quia accipitur audire lar-
ge pro intelligere: sic patet supra 11. Vbi cum Chri-
stus dixisset de Ioanne, quòd erat Elias, quia istud erat
difficile ad intelligendũ dixit, qui habet aures audien-
di &c. idest, non intelligetis omnes quomodo Ioan-
nes est Elias, & tamen intelligat, qui potest: ita hic, qa
ista parabola est obscura, & Christus sciebat, quòd
præsentes non intelligebant eam dixit, qui habet au-
res &c. idest, intelligite si potestis, & ita sæpe in Apoc.
quando aliqua obscura dicuntur additur, qui habet
C aures &c. idest, qui potest intelligere visionem istam
intelligat Apoc. 2. & 3. In rebus arduis Christus ad
agendum solet dicere, qui potest capere capiat, sic
infra 19. Cum Christus loqueretur de inseparabilita-
te matrimonij, & Petrus diceret si ita est causa homi-
nis cum vxore sua non expedit homini nubere: Chri-
stus dixit non omnes capiunt verbum istud, sed qui-
bus datum est, qui potest capere capiat.

Aliqui autem dicunt, quòd per hæc verba, scilicet,
qui habet aures, innuitur semper occultus, vel spiri-
tualis sensus. Et tamen dicendum, qp proprie sunt
ad incitandum audientem circa ardua dicta. Sic dicit
Hiero. prouocamur autem ad dictorũ intelligentiã:
quoties his sermonibus cõmouemur, s.q. habet aures.

Quomodo differat aurea ab aureola in patria. Et qualiter homines in patria assimuntur ad ordines Angelorum. Et quomodo beatitudo sit præmium essentiale. Et quæ sit beatitudinis substantia, seu præmium essentiale. Et quod sit præmium accidentale, & quomodo habeatur. Et de gradibus beatorum. Et quomodo opus habet rationem meriti ex duobus. Quæst. XV.

QVAERETVR propter ea, quæ dicuntur in lite-
ra de fructu centesimo, & sexagesimo, q̃ sunt
isti fructus, & quia fructus, & aureola, & aurea
siue præmium essentiale quantum ad aliquid viden-
tur coincidere, vel similari, videndum est de eis quo-
modo differãt, quia de præmio essentiali quod est bea-
titudo dictum fuit satis supra 5. cap. Nunc non est di-
cendum nisi quomodo differat a fructibus, & aureo-
la, & vt melius intelligatur, Est primo dubium quo-
modo differat, vel an differat præmium essentiale, i.
aurea ab aureola. Aliqui dicunt, qp non differunt, qa
aurea est ipsa beatitudo. Est autem beatitudo status
omnium bonorũ aggregatione perfectus, vt ait Boe.
de consolat. lib. 3. prosa 2. includit ergo omne bonum
quod habetur in vita æterna, & consequenter aureo-
la includitur in ipso præmio essentiali, & nõ addit ali-
quid aliud. Item qui seruant consilia, & præcepta
magis præmiantur quàm seruantes sola præcepta, &
non videntur differre nisi per maius, & minus præ-
mium,

mium, ſed magis, & minus non variant ſpeciem, aureola tamen dicit præmium debitum operibus perfectis ſicut ſunt opera conſiliorum, ergo non addit aliquid diſtinctum ab aurea, ſed eſt maior, & minor aurea. Item videtur, quòd non ſit aliquod præmium in patria præter auream, ſed præmium reſpondet merito: radix autem merendi eſt charitas, & tamen charitati reſpondet aurea, ergo nullum præmium eſt præter auream. Item homines in patria aſſumuntur ad ordines Angelorum, quia erunt ſicut Angeli Dei infra 22. Immo æquales Angelis Luc. 20. Et tamen in Angelis omnia ſunt communia, quia vt dicit Hiero. licet quædam ſint data quibuſdam excellenter, nihil tamen ibi poſſidetur ſingulariter, omnia enim ſunt in eis quodammodo æqualiter, quia licet alij alijs ſublimius poſſideant, omnes tamen illa habent, ergo non erit in hominibus diuerſitas præmij, ſed aurea eſt præmium eſſentiale, ergo aureola eſt aliquod præmium diſtinctum ab illo. Item ſi aureola eſſet præmium diſtinctum ab aurea deberet eſſe excellentius, quia datur pro excellentioribus operibus, ſcilicet, cõſiliorum, aurea autem pro operibus præceptorum, & tunc non vocaretur aureola quod importat diminutionem.

Dicendum, quòd aureola dicit præmium diſtinctum, & ſuperadditum ad præmium eſſentiale quod eſt aurea, & accipiunt hoc doctores ex modo loquendi ſcripturæ: nam Exo. 25. Super illo verbo facies coronam auream, & ſuper illam alteram coronam aureolam, dicit Glo. ad hanc coronam aureolam pertinet canticum nouum, quod virgines tantũ coram agno concinunt.

Ex quo apparet, quòd aureola ſit quædam corona quibuſdam ſpecialiter data, aurea vero omnibus beatis detur. Conuenit hoc etiam ex ratione victoriæ, quia vbi victoria ſequitur ad pugnam, debetur corona, 2. Tim. 2. Non coronabitur niſi qui legitime certauerit, & tamen ſunt ſpeciales modi pugnandi alij, qui, ergo debetur illis ſpecialis corona victoriæ, & iſta dicitur aureola. Pro hoc ſciendum, quòd totum bonum hominis in patria eſt beatitudo, & iſta dicitur præmium eſſentiale. Quædam autem bona patriæ, quæ non pertinent ad beatitudinem dicuntur accidentale præmium. Putant aliqui iſta differre, quia præmium eſſentiale omnibus competit, accidentale autem ſolum quibuſdam, & quia quodam eſſentiale eſt reperitur in omnibus in quibus eſt eſſentia præmium quod in omnibus inuenitur, eſſentiale dici putant. Accidentalia autem non ſunt eadem in omnibus ſed variantur, eo quòd accidunt, illud ergo præmium quod ſolis quibuſdam datur accidentale vocari putant. Sed non ſtat, quia tunc quilibet beatus haberet præmium accidentale, quia eſſentiale præmiũ eſt beatitudo, quæ omnibus beatis competit, & quibuſdam in ea accidit magis, & alijs minus habere, & nemo beatus eſt, qui beatus eſſe non poteſt, etiam ſi ſubtraheretur ſibi aliquis gradus illius boni quod habet: ergo quilibet habet aliquid accidentale, & conſequenter quilibet beatus haberet aureolam quæ eſt præmium accidentale, & præter eam non dicimus aliquod præmium accidentale. Sed falſum eſt, quia aureola paucis competit, ergo nõ dicitur ſic, i. ex hac ratione eſſentiale aut accidentale præmium. Dicendum ergo aliter, q̃ totum bonũ hominis eſt ipſa beatitudo, quæ eſt vltimus finis, & eſt iſta in ſola Dei viſione, quia nihil aliud poteſt ipſum hominem beatificare, quidquid etiam aliud ſequatur ex iſta viſione pertinet ad beatitudinem, & ſic ſunt dotes animæ, & corporis. Eſt ergo videre Deum ſubſtantia beatitudinis, & quia beatitudo eſt præmium, dicitur præmium eſſentiale, vel ſubſtantiale, & tunc non pertinet ad viſionem diuinam, i. omnes gradus participandi iſtã viſionem ſunt præmium eſſentiale, non quidem, q̃ ſint eſſentia beatitudinis, ſ. ad viſionẽ Dei, quæcũque ergo perfectio erit in beatis in videndo Deum magis vel minus, i. ipſe modus diuerſus participandi Deo viſo, & quæcunq; perfectio ſecuta ex hac viſione, dicitur præmium eſſentiale, & ita verum eſt, q̃ præmium eſſentiale non eſt æquale in omnibus beatis. Dicitur autem accidentale præmium bonum aliquomodo quod habebunt quidam beati, quod non eſt in videndo Deum, nec ſequitur ex ipſa viſione, ſ. q̃ nec eſt viſio Dei, nec delectatio ſecuta ex viſione, nec perfectio aliqua redundans in corpore ex anima videntẽ Deum, quod dicitur propter dotes corporis, quæ etiam ad præmium eſſentiale pertinent, & ideo dotes tam animæ quàm corporis erunt in hominibus beatis, licet inæqualiter ſicut ipſa viſio eſt inæqualis, & tamen præmium accidentale, i. aureola non eſt in omnibus, eſt ergo iſtud præmium accidentale honor quidam vel gloria materialiter, vel potius gaudiũ quoddam animæ de quibuſdam bonis habentibus ſpecialẽ rationem difficultatis, & perfectionis, & non gaudet beatus de illis inquantum per ea vnitur Deo, vel meruit vniri ei, quia hoc iam pertinet ad præmium eſſentiale, ſed ſolum gaudet de illis inquantum ſunt talia bona, & per illa habet quendam ſpecialem honorem quem cæteri non habent. Et ita præmium eſſentiale eſt viſio Dei, & gaudium de eo inquantum homo illi coniungitur. Præmium autẽ accidentale eſt de bono creato gaudere, ſ. de quodam ſpeciali bono: non tamen aliquis per hoc beatus fruitur bono creato, q̃ ſolo Deo, vt obiecto fruuntur beati; gaudent tamen de illo bono creato inquantũ eſt quædam perfectio, quia omne bonum perficit habentem ex aliqua parte. Ex hoc autem apparet, quòd præmium eſſentiale minimum omnium bonorum eſt maius omnibus præmijs accidentalibus omnium beatorum, ideſt, minima aurea eſt maior omnibus aureolis, quia ſicut bonum increatum eſt maius in infinitum omnibus bonis creatis ſimul ſumptis, ita gaudium de bono increato in quolibet capiẽte ipſum bonum increatum, neceſſe eſt, quòd ſit maius omnibus gaudijs ſimul ſumptis, quæ ſunt de bono creato. Dicitur autem de eo, qui capit illud bonum propter nos, qui nondum Deum capimus, & ideo ſæpe magis gaudemus de bonis creatis quàm de Deo, quilibet tamen beatus capit Deum, quia vnitur ſibi per eſſentiam ipſum videndo, ita vt eſſentia diuina vniatur intellectui eius ſicut ſpecies intelligibilis intellectui noſtro, vt oſtenſum eſt ſupra 5. cap. q. 40. Ergo neceſſe eſt, q̃ quilibet beatus gaudeat improportionabiliter plus de Dei viſione quàm de omnibus bonis creatis, quæ excogitari poſſunt, inquantum illud magis perficit ipſum quã omnia bona creata, & ita ſi gaudia omnium beatorũ de bonis creatis conuenirent in vnum hominem, nõ eſſet illud tantum gaudium quantum eſt gaudium videntis Deum clare ſiue per eſſentiam, etiam in minimo gradu huius viſionis, qui ſit poſſibilis. Iſta autem præmia accipiunt nomina per metaphoram, ſcilicet, quòd vtraque corona dicitur, eſſentiale tamen dicitur aurea, accidentale tamen dicitur aureola. Dicitur autem vtrunque corona. Primo ex ſimilitudine coronę materialis, nam illa ſolis victoribus in pugna datur 2. Timo. 2. non coronabitur niſi qui legitime certauerit. Et iterum bonum certamen certaui, curſum conſummaui: ideo repoſita eſt mihi corona. & quia ad vtrumque premiũ precedit pugna & victoria, vtrũque corona dicitur. De eſſentiali præmio patet, quia illud vocatur regnum Dei, ideſt, beatitudo, & tamen ad iſtud non peruenitur niſi per grauem pugnã Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, & in his requiritur victoria, ſcilicet, perſeuerare in ſubſtinendo, quia aliàs non eſt ſalus ſupra 10. Qui perſeuerauerit vſque in finẽ ſaluus erit.

De primo accidentali patet, quia iſtud requirit non quamlibet, ſed ſpecialem, & difficillimam pugnam qualis eſt in martyribus, & in virginibus, & doctoribus, his enim ſolis aureola datur, recte ergo corona dicitur.

Secundo propter dignitatem, quia corona datur Regibus tanquam proprium eis, & eſt iſta ſumma dignitas inter ſeculares, vt ergo oſtendatur illud bonum quod datur in patria eſſe ſummum, dicitur vtrũque corona, licet non ſit vtrunque æquale: nã etiam præmium accidentale quod eſt gaudium de bono creato, erit maius in patria quàm hic omnia gaudia humana: maxime quia omnes beati dicuntur reges quia regnabunt cum Chriſto, vt dicitur Apoc. 5. coronam ergo habent.

Tertio conuenit hoc ex figura coronæ, quæ eſt circulus ſignans rem perfectam, & quia beati vniuntur ſummo bono, ideſt, Deo qui extra ſe nihil habet, ſed omne bonum claudit in ſe, coronam habent beati, hac tamen ratione melius dicitur corona præmium eſſentiale quàm accidentale, quia per præmium accidentale non refertur homo ad Deum, ſed ad bonũ creatum, quia tamen nemo habet accidentale præmium niſi qui beatus eſt, etiam ipſum vocabitur corona. Dicitur tamen eſſentiale præmium aurea, accidentale vero aureola, & vtrunque ab auro dicitur, quod fit ad oſtendendum dignitatem, quia aurum eſt optimum inter metalla, & vti auro eſt ſummæ dignitatis, pertinet enim ad reges: hæc autem dignitas eſt in beatis. Dicitur tamen accidentale præmium aureola diminutiue, quia minus eſt quàm aurea, quæ eſt præmium eſſentiale, vt oſtenſum eſt: differunt tamen iſta duo præmia, quia accidentale eſt ſuperadditum ad eſſentiale, & tamen non eſt in omnibus habentibus eſſentiale.

Sed dicetur quomodo poteſt addi aliquid ad præmium eſſentiale quod eſt beatitudo, quia ipſa includit omne bonum. Dicendum, quòd præmio eſſentiali poteſt aliquid addi dupliciter. Vno modo ex cõditione naturæ quæ præmiatur, ſicut ſupra beatitudinem animæ in qua perfecte reperitur beatitudo, additur gloria corporis. Vnde interdum ipſa gloria corporis dicitur aureola inquantum eſt minor quã gloria animæ, quæ poteſt dici aurea: nam ſuper illud Exo. 25. Scilicet, facies alteram coronam aureolam, dicit Glo. q. in fine, aureola ſuperponitur, quia in ſcriptura dicitur, quòd beatis ſublimior gloria in receptione corporis ſeruetur. Sed non accipimus ſic aureolam communiter, eo quòd aureola eſt præmium accidentale, ſed ſolis quibuſdam datur, gloria tamen corporis ad præmium eſſentiale pertinet, quia datur omnibus beatis.

Alio modo additur ipſi præmio eſſentiali ex ratione operis meritorij, habet enim opus rationem meriti ex duobus ex quibus habet rationem bonitatis, ſcilicet, ex radice, & ex inſtrumento. Radix enim eſt ipſa charitas, quæ refert quodlibet opus in Deum, nam ipſi charitati, & cuilibet operi, vt eſta charitate competit Deus, vt præmium, quia ipſum datur pro operatione quod per operationem deſideratur haberi, ſed per ſolam charitatem in operationibus in Deũ tenditur, ergo ſola charitas eſt cui Deus in præmium competit, & ſic ipſa ſola eſt radix merendi, & ei competit præmium eſſentiale, ideſt, aurea. Aliud eſt ipſum inſtrumentum, & hoc eſt ipſum genus operationis conſideratum in ſeipſo, quod eſt conſiderare quantum ad habitum elicientem, & circunſtantias debitas, & finem proximum actus, ſicut eſt abſtinere a venereis eſt ex habitu temperantiæ, & eſt ſecundum circunſtantias debitas, ideſt, a qua oportet abſtinere, & quando, & qualiter &c. Eſt etiam finis proximus, ſcilicet, perfectio quædam cõſecuta ex abſtinere, quæ non excedit genus virtutis moralis, & quantum ad hæc tria conſideratur actus in genere ſuo, ſcilicet, quia non reducitur ad aliquam virtutem imperantem, ſcilicet, ad charitatem, vel ad iuſtitiam legalem: nam vtraque imperat huic actui, ſcilicet, abſtinere abſtrahendo illud de conditione ſui generis, quia charitas iubet abſtinere propter Deum, iuſtitia autem legalis, vt non noceatur proximo, vt patet 5. Ethi. cap. 1. Et nõ eſt finis proprius abſtinere a venereis aliquis iſtorum inquantum eſt ab habitu temperantiæ, ideo charitas habet ſe ad rationem merendi generaliter, vt radix, actus vero bonus quantum ad naturam ſui generis habet ſe, vt inſtrumentum, ſicut enim operi bono inquantum eſt ex radice charitatis competit præmium eſſentiale, quia charitas dirigit omnia in Deum, ita ipſi actui quantum ad bonitatem ſui generis competit, quoddam aliud præmium, & quia nullus actus habet Deum pro fine niſi inquantum eſt a charitate, erit illud præmium quod competit actui propter bonitatem ſui generis aliud quàm Deus, ſcilicet, bonum aliquod creatum, & iſtud dicitur præmium accidentale ſiue aureola. Licet tamẽ quilibet actus virtutis habeat quãdam bonitatem ſui generis nõ competit præmium accidentale, quod dicitur aureola pro quolibet actu virtutis, ſed ſolũ pro illis quæ habent excellentem rationem victoriæ propter difficultatem pugnæ, vt eſt in martyribus, virginibus, & doctoribus, vt infra dicetur, quia tamen aureola eſt gaudium de iſto bono creato, ideſt, inquãtum iſti actus multum excellentes conferunt homini tunc quendam honorem, præmium autem eſſentiale eſt de bono increato: neceſſe eſt, quòd differant, & ideo præmium accidentale, eſt ſuperadditum eſſentiali.

Ad primum dicendum, quòd beatitudo dicit aggregationem omnium bonorum, ſcilicet, omnium illorum, quæ ſunt neceſſaria ad perfectam operationem, vere enim beatitudo non eſt aggregatio multorum bonorum, ſed eſt in vno bono quod in ſe omnia aggregat, ideſt, continet eminenter, & ſufficienter, & iſtud eſt Deus, viſio ergo eius eſt beatitudo: perfecte ergo ipſum videre eſt eſſentia beatitudinis, & tunc verum eſt, quòd quæcunque bona, quæ minus ſunt quàm videre Deum, perfecte non poſſunt conſtituere beatum, ipſa autem viſio beatum facit, & dicitur cõtinere omne bonum, quia perfectio vnit hominem ipſi ſummo bono, non tamen tollitur quin modi vnionis poſſint eſſe inæquales, & ideo vnus erit beatior altero, omnes tamen erunt beati, a fortiori autem dicetur de bonis, quæ ſunt extra illud ſummũ bonum, quòd ſine illis poſſit quis eſſe beatus, & ita eſt aureola, quæ dicit gaudium de bono creato, & illud non eſt beatitudo, nec aliquid beatitudinis, facit tamen illam eligibiliorẽ, ſic dicitur 1. Ethi. de beatitudine politica, quòd quibuſdam additis eſt eligibilior, & tamen ſine illis eſſe poteſt, ſicut eſt corporis pulchritudo, & nobilitas generis, & ſimilia, ita igitur beatitudo aureola eſt eligibilior, & tamen ſine illa adhuc eſſet beatitudo, quia reddit hominem nullo indigentem, nec indiget aureola in patria ille, qui non habet eam, quia deſideraret ſi indigeret, nihil tamen deſiderat, qui ſummo bono fruitur ad nutum, ideſt, quantum ipſe vult.

Ad

Ad ſecundum dicendum, quòd aureola, & aurea non ſolum differunt per magis, & minus, ſed etiam ſpecie differunt, & dicendum, quòd ille, qui ſeruat conſilia, & præcepta, cęteris paribus plus meretur, quàm ille qui ſeruat præcepta ſolum, ſecundũ quòd ratio meriti conſideratur in operibus ex ipſo genere operum, non tamen meretur magis ſemper ſecundum, quòd conſideratur ratio meriti ex radice charitatis. Et dicitur cęteri paribus; ideſt, quòd tot opera fecerit vnus ſeruando præcepta ſicut alius, & inſuper ſeruauerit conſilia, quiā aliàs ſecus eſt, vt ſi aliquis per vnum annum ſeruet conſilia, & præcepta, & alius per ſexaginta ſeruet præcepta ſolum etiam ex genere actus plus iſtę meruit, quia valde plures actus fecit. ſi tamen conſideretur meritum ex radice charitatis, interdum, qui ſeruat plura præcepta, meretur plus quã ille qui ſeruat conſilia, & præcepta etiam tempore æquali inquãtum iſte potuit ex maiori charitate agere, licet vt communiter ſit contrarium, ſcilicet, quòd ſeruans conſilia, & præcepta agit ex maiori charitate cum faciat opera duriora, & tamẽ vt dicit Grego. probatio dilectionis, exhibitio eſt operis, & ideo non vocatur aureola præmium eſſentiale quando eſt magis intenſum, cum contingat nõ habentes aureolam maius habere præmiũ. Nõ ergo dicit aureola augmẽtum præmij, ſed gaudium ſolum illud quod habetur de bono creato: inquantum ergo eſt excellens, ſiue ergo habens aureolam habeat maius præmium eſſentiale, ſiue æquale ſiue minus quàm ille, qui non habet aureola non differt, cum aureola dicat aliquid ſuperadditum ad præmium eſſentiale.

Ad tertium dicendum, quòd licet radix cuiuslibet meriti ſit charitas, actus tamen bonus in genere ſuo eſt quaſi inſtrumentum merendi, & tamen ad effectũ conſequendum in aliqua re non ſolum requiritur debita diſpoſitio in primo mouente, quæ eſt bonitas radicis, ſed etiam recta diſpoſitio in inſtrumento, quia in effectu conſequitur aliquid ex parte primi principij, & aliquid ex parte inſtrumenti, ſed quod eſt ex parte primi principij eſt præcipuum, & ideo meritum operis inquantum eſt ex radice charitatis, quæ eſt primum mouens, habet præmium eſſentiale quod dicitur aurea, meritum vero ex parte diſpoſitionis inſtrumenti habet præmium minus, & illud vocatur accidentale, & illud eſt aureola, & neceſſe eſt iſtud præmium diſtinguì ab eſſentiale, cum ipſa bonitas inſtrumenti addat aliquid ad bonitatem radicis, & ſic erunt duo præmia diſtincta.

Sed dicetur, quòd cum in omni actu meritorio vltra radicem charitatis ex qua fit, etiam bonitas operis ex genere ſuo exigatur, erit præmium accidẽtale pro quolibet opere bono, & tamen iſtud premiũ non cõpetit omnibus, quia non habent omnes beati aureolam, ergo nõ aſſignatur bene præmium accidentale.

Dicendum, quòd pro quolibet opere bono inquãtum eſt bonum ex genere ſuo eſt in beatis gaudium quoddam de illo bono, & iſtud non pertinet ad præmium eſſentiale, quia illud dicit gaudium de bono increato, ſed ad præmium accidentale, & ita rari ſunt beati, qui non habeant præmium accidentale, quod dicitur propter illos, qui ex ſolo merito vnicę conuerſionis, vel propter ſacramẽtum fidei ſaluati ſunt. De primo patet in illis, qui ſemper mali fuerunt, & in fine vitæ per vnicũ actum contritionis conuerſi ad Deũ, ſaluati ſunt, quia illis non poteſt correſpõdere aliquid ſuperadditum ad præmium eſſentiale.

De ſecundo patet, vt in paruulis, q̃ mox vt baptizati ſunt deceſſerunt, illis enim nihil poteſt ineſſe niſi premium ſubſtantiale propter charitatem eis infuſam cũ nullum actum egerint. cęteri autem, qui aliquandiu recte viuentes beatitudinem aſſecuti ſunt, neceſſario habebunt aliquod præmium vltra eſſentiale, cum fecerint multos actus bonos ex genere, & tamen dicendum, quòd non vocatur aliquod præmium accidentale aureola, ſed ſolum illud quod competit pro actibus perfectis habentibus rationem excellentis victoriæ; in reliquis autem erit quoddam præmium accidentale, ideſt, gaudium de bonis operibus inquãtum ſunt bona, & conferunt quendam honorem, iſtud tamen præmium eſt innominatum, quia ſoli accidentali præmio excellenti datur nomen aureolæ.

Ad quartum dicendum, quòd Angelis omnia bona inſunt ſimiliter, ideſt, quidquid bonum eſt in vno eſt in alio, licet excellentius in vno quàm in alio, & ideo ſolum differt beatitudo eorum per maius, & minus, in hominibus autem non eſt ſic, quia beatitudo, ideſt, præmium eſſentiale differt in eis per maius, & minus, & inſuper differunt ſpecie præmia ipſorum inquantum vnus habet præmium eſſentiale ſolum; alius vero eſſentiale, & accidentale. Ratio differentiæ eſt, quia omnes Angeli eodem genere actus meruerunt ſuam beatitudinem, ideſt, omnes per vnicum actum, ſ. in hoc, quòd ſe conuerterunt ad Deum, & ideo nullum præmiũ ſpeciale innenitur in vno quod non inuenitur in alio, ſed ſolum eſſentiale præmium eſt in omnibus, licet illud eſt inæqualiter ſecundum quòd ſe inæqualiter conuerterunt, quia quanto aliqui erant ſuperiores, tanto intenſius ſe conuerterunt, & magis meruerunt magiſque præmiati ſunt. Homines autem diuerſis generibus actuum merentur beatitudinem, ideo poſſunt in quibuſdam eſſe ſpecialia præmia, quæ non ſunt in alijs, licet etiam in beatis erit quædam communitas bonorum, ſcilicet, inquantum quilibet ex perfecta charitate gaudebit de bonis aliorum bona ipſorum quaſi propria reputans, hæc tamẽ non pertinet ad præmium accidentale quod aureola dicitur, & aliud de alterius aureola gaudere, nam corona victoriæ ſolis victoribus datur, & non congaudentibus victoriæ, & ſic iſta communitas bonorum non tollit diuerſitatem præmiorum ſecundum ſpeciem in beatis.

Ad quintum dicendum, quòd præmium accidentale aureola dicitur, quia minus eſt quam præmium eſſentiale quod dicitur aurea, cum eſſentiale præmiũ ſit gaudium de bono increato quod eſt finis. Accidentale vero eſt gaudium de ipſa bonitate actus, quæ eſt aliquid creatum, & erat ad finem, & ideo quodlibet præmium eſſentiale quantumcunque paruum eſt maius maximo præmio accidentali, immo omnibus præmijs accidentalibus omnium beatorum. Et ſic minimum præmium eſſentiale vocatur aurea, & p̃mium accidentale ẽt maximum nõ dr̃ niſi aureola.

An beatitudo aureolæ, & fructus differant. Et quid ſit fructus ſpiritualis. Et quomodo multiplicatio fructus ex ſemine prouenit ex duobus. Quæſt. XVI.

QVÆRITVR nunc de beatitudine aureolæ, & fructus, ſcilicet, an differant. Aliqui dicunt, quòd non, quia eidem merito reſpondet aureola, & fructus centeſimus, ſcilicet, virginitati, vt dicit hic Glo. ergo aureola, idem eſt quod fructus. Item dicit Augu. lib. de virginitate, quòd centeſimus fructus debetur martyri, & idem debetur virgini: ergo fructus eſt quoddam præmium competens martyribus, & virginibus, & tamen virgini, & martyri debetur aureola, ergo aureola, & fructus idem ſunt. Item in patria non eſt niſi duplex præmium, ſcilicet, eſſentiale, & accidentale quod eſſentiali ſuperadditur, ſed præmium additum eſſentiali dicitur

dicitur aureola, quia Exodi vigeſimoquinto. dicitur quòd ſuper coronam auream ponatur aureola: fructus ergo cum ſit premium quoddam, vel erit eſſentiale, vel accidentale. non tamen eſt eſſentiale, quia tunc fructus deberetur omnibus beatis. ergo eſt accidentale, & ſic erit aureola.

Dicendum, quòd aureola, & fructus non ſunt idẽ, quia quæ non ſunt eiuſdem diuiſionis, non ſunt eiuſdem rationis. Et tamen aureola, & fructus non ſimiliter diuiduntur, quia aureola diuiditur in aureolam virginum, martyrum, & doctorum. Fructus autem diuiditur in fructum coniugatorum, & viduarum, & virginum. ergo fructus, & aureola non ſunt idem.

Item ſi eſſent idẽ cuicunque deberetur fructus deberetur aureola, ſed falſum eſt, quia coniugatis, & viduis fructus debetur, ſed non aureola, ergo non ſunt idem. Dicendum, quòd differunt. Ad hoc autẽ ſciendum quid ſit fructus. Et dicendum, quòd ſicut aurea, & aureola ſunt quædam premia beatorum, ſcilicet, eſſentiale, & accidentale, & per metaphoram dicuntur coronæ, & vna aurea, & alia aureola, vt dictum eſt preceden. quæſt. ita fructus premium quoddam dicit beatorum, quòd per metaphoram fructus dicitur: nã fructus ſecundum originem ſuam in terræ naſcentibus inuenitur, & tranſumitur ad ſignificandũ quoddam premium, ea tamen quæ per metaphoram dicũtur, poſſunt varie accipi ſecundum adaptationem ad diuerſas partes, & proprietates rei de qua fit tranſumptio. Cum autem fructus dicatur proprie de terræ naſcentibus in rebus corporalibus, ſecundum diuerſas conditiones quæ in fructibus corporalibus inueniri poſſunt, diuerſimode poterit accipi fructus ſpiritualis. Habet enim fructus corporalis dulcedinem quandam, quæ reficit hominem ſecundum quòd in eius vſum venit, & eſt vltimum, ad quod operatio naturę peruenit, quia licet ex arbore fiat fructus, ex fructu nihil fit, quod natura agat. & eſt etiam id, quod expectatur ex agricultura per ſeminationem, vel per alios modos. ſecundum ergo quamlibet iſtarum proprietatum fructus corporalis poteſt tranſumi, vt dicatur aliquid fructus ſpiritualiter, & quia iſtę ſunt varię proprietates, poterunt ſpiritualiter fructus accipi multum varie. Si ergò accipiatur fructus ſpiritualiter pro eo, quod reficit, & id quod expectatur vltimũ, Deus eſt fructus noſter. & hoc modo dicimur ſolo Deo frui, quia frui ad fructum pertinet: ſolus enim ipſe reficit tanquam vltimum, & ita eſt fruitio perfecta in patria, & imperfecta in via, & ſic fruitio vocatur dos animæ quæ dicitur perfecta fruitio. Hic autem non accipitur ſic fructus: de iſto enim fructu, & fruitione dictum eſt ſupra quinto capitu. Si autem accipiatur fructus ſpiritualiter pro eo, quòd mentem ſolum reficit, licet non ſit vltimus finis ſic virtutes dicuntur fructus inquantum mentem reficiunt ſincera delectatione, vt dicit Ambro. ſic accipitur fructus ad Galat. quinto, ſcilicet fructus ſpiritus eſt gaudium. & iſto modo etiam non accipitur hic fructus, ſed de iſtis fructibus dicetur eod. cap.

Tertio modo poteſt fructus ſumi, vt eſt quoddam bonum, vel commodum quod ex labore agriculturę expectatur, & ſic dicetur fructus illud premiũ, quod homo conſequitur ex labore quo in hac vita laborat, & ſic omne premium quod habebitur in patria, ſiue aurea, ſiue aureola, vel quodlibet aliud dicitur fructus, inquantum nullum premium habebitur ſine laboribus huius vitæ: nam non coronabitur, niſi qui legitime certauerit ſecundo Timot. ſecundo. ſic accipitur fructus ad Roman. ſexto, ſcilicet habetis fructum veſtrum in ſanctificatione, finem vero vitam ęternã, ideſt fructus omnium laborum veſtrorum conſiſtit in quadam ſanctificatione, ideſt ſtatu ſanctitatis vitæ æternæ, & ſic non accipitur hic fructus. Quarto modo accipitur fructus, vt eſt id, quod habetur ex ſemine, vt inſurgit ex ſeminatione, & ita Chriſtus loquitur hic dicens, q̃ ſemen iactum in terram bonam dedit fructum. Aliud quidam centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud tricesimum. iſta autem multiplicatio fructus ex ſemine prouenit ex duobus, ſcilicet ex bonitate terræ, & virtute ſeminis, vt ſi terra habeat bonam pinguedinem nutrimentalem copioſam, & virtus ſeminis ſit multum conuerſiua, vt poſſit conuertere multos humores in naturam ſuã, & ita erit multus fructus. ſemẽ autem ſpiritualiter eſt verbum Dei Luc. 8. & iſtud bonum ſemen eſt, nec eſt defectus in fructu ex parte huius ſeminis, ſed ex parte terrę quæ eſt cor noſtrum eod. c. ſicut ergo vt ex ſemine naſcatur fructus, virtus ſeminis conuertit multũ de humore terrę in ſpeciem ſuam, ita cum ſemen, quod eſt verbum Dei ſit ſpirituale, ad hoc, q̃ faciat in nobis fructum, oportet q̃ conuertat nos in naturam ſuam, ideſt in quãdam ſpiritualitatem: fit autem homo ſpiritualis recedendo a cõditione carnis. quanto ergo magis a carne receditur, & in ſpiritualitatem acceditur, tanto eſt maior fructus verbi Dei in nobis, & ſic nihil aliud eſt iſte fructus, niſi quædam ſpiritualitas cauſata in homine p̃ verbum Dei, qui autem maxime ſpirituales fiunt omnino a carne recedendo fructum centeſimum ferunt, qui autem minus aliqualiter fructum ſexageſimum, qui autem adhuc minus fructũ triceſimum. vt infra dicetur. Hoc ſuppoſito apparet, q̃ fructus, & aurea, & aureola differunt. Eſt enim aurea gaudium de bono increato. Aureola autem gaudium, quod habetur de operibus perfectis factis a nobis inquantum habent quandam excellentiam ſpecialem, fructus autem conſiſtit in gaudio, quòd habetur de ipſa diſpoſitione operantis, quæ eſt quędam ſpiritualitas eius in quam aſcendit p̃ ſemen verbi Dei. Et ita fructus poteſt ſignificare meritum, & premiũ, meritum quidem ſi accipiatur fructus pro ſpiritualitate quam homo hic conſequitur retrahendo ſe a p̃ditione carnis propter verbum Dei. premium autem ſi accipiatur pro illo gaudio quod habebunt beati de ſpiritualitate quam hic conſecuti ſunt ex verbo Dei. Dotes etiam condiuiduntur aureæ, & aureolæ, & fructibus, de dotibus autem dicetur infra 17. capitu. vbi agetur de transfiguratione. Aliqui dicunt, quòd differt aureola a fructu, quia aureola debetur pugnanti 2. Tim. 2. non coronabitur, niſi qui legitime certauerit. fructus autem debetur laboranti, iuxta illud Sap. 4. bonorum laborum glorioſus eſt fructus, Sed non ſtat, quia cum in eodem opere ſit labor, & pugna, nec differant iſta, niſi ratione, ſ. quia labor eſt in opere inquantum eſt difficile. pugna vero inquantum aliquis in eo aduerſatur, non differrent fructus, & aureola, niſi ratione: ſed falſum eſt, quia realiter differunt, ga quibuſdam competit fructus quibus non competit aureola, ſ. viduis, & coniugatis, & aliquibus competit aureola, & non fructus, ſ. martyribus, & doctoribus: nam poſſunt eſſe martyres, & doctores qui fructum non habeant, vt ſi non vixerint continenter, & tamẽ finientes vitam in charitate habuerunt aureolas de martyrio, & doctrina, ſolis autem virginibus competit ſimul aureola, & fructus. Alij dicunt, q̃ aurea reſpicit conuerſionem ad Deum. Aureola autem, & fructus conſiſtunt in his quæ ſunt ad finem, ita tamen, quòd fructus principalius reſpicit voluntatem. Aureola autem magis reſpicit corpus.

Sed non ſtat, quia ex eodem opere prouenit præmium corporis, & animæ: cum premiũ corporis dependeat ab anima per quandã redundantiã, & ſic nõ differrent

differrent aureola, & fructus, nisi ratione solum, & F tamen falsum est, quia quibusdam competit fructus quibus non aureola, & è contrario, vt dictum est, ideo tenendum est, quod fuit supra dictum.

Ad primum dicendũ, quòd non est inconueniens eidem operi competere diuersa premia ex diuersis q̃ sunt in ipso opere, & ita virginitati tria premia competunt, scilicet aurea: inquantum virginitas obseruatur propter Deum imperante hoc charitate, & aureola inquãtum virginitas est quoddam opus perfectionis habens perfectionem victoriæ excellentis, & fructus inquantum per virginitatem homo transit in quandam spiritualitatem recedens a carnalitate. G

Ad secundum dicendum, quòd fructus proprie sumptus, vt hic accipitur, non est aliquod præmium commune virginitati, & martyrio, sed solum tribus gradibus continentiæ, scilicet coniugali, viduali, virginali. Quando autem dicit Augustin. fructum centesimum competere martyribus, large accipit fructum, inquantum quælibet remuneratio fructus dicitur, & hoc modo fructus centesimus est quoddam præmium, quod generaliter debetur cuilibet operi perfectionis.

Ad tertium dicendum, quòd fructus non est aureola, & licet aureola sit premium accidentale superadditum essentiali, non tamen omne premium accidentale est aureola, sed solum premium de operibus illis in quibus non maxime conformatur Christo secundum perfectam victoriam. Et ideo adhuc præter aureolam manet duplex premium accidentale. H Vnum quod est innominatum, scilicet gaudium de quolibet opere bono per quod meruerunt sancti beatitudinem inquãtum illud est bonum in suo genere, licet non habeat rationem excellentis victoriæ, & hoc modo, vt dictum est precedenti quæst. rari sunt beati qui non habeant premium accidentale. Aliud est quod fructus dicitur, & est gaudium de qualibet spiritualitate secundum quam sancti retraxerunt se hic ab operibus carnis, & tamen quando absolute dicimus premium accidentale, solemus solum intelligere de aureola, quia est magis nominata.

Cui virtuti debeatur fructus. Et ad quid Deus respiciat in nobis operantibus. Et quæ sit delectationis venereæ noxa. Et continentiæ quæ sit potentia.

Quæst. XVII.

QVAERITVR cui debeatur fructus. Dicendum quod debetur virtuti continentiæ, & quia continentia, id est abstinentia a venereis, habet tres gradus, scilicet coniugalem, vidualem, virginalem, ideo sunt tres fructus, vt dicetur seq. quæst.

Aliqui tamen dicunt, quòd fructus non debetur soli continentiæ, quia prima Corinth. decimoquinto. super illo verbo, alia claritas solis, dicit glo. quòd claritati solis illorum dignitas comparatur qui centesimũ fructum habent, lunari autem qui sexagesimum, stellis qui tricesimum, sed illa diuersitas claritatum, vt vult Apostolus significat omnem differentiam beatitudinis quę erit in sanctis. ergo fructus omnibus beatis debetur, & non soli continentiæ.

Item fructus dicitur a fruitione, sed fruitio pertinet ad premium essentiale, quod omnibus beatis datur, & per quamlibet virtutem acquiritur. ergo omnibus virtutibus competunt fructus.

Item fructus debetur labori maiori Sapientię quarto. bonorum operum gloriosus est fructus, sed maior est labor in fortitudine quam in temperantia, vel continentia, ergo fructus potius competunt fortitudini quam continentiæ, vel saltem non soli continentiæ.

Item difficilius est non excedere modum in cibis qui sunt necessarij ad vitam, quam in venereis, sine quibus vita potest conseruari, quia tanto natura inclinat fortius, & intẽsius ad aliquid, quanto est magis sibi necessariũ. ergo maior est labor parcimonię quę est contra cibos, quam continentiæ quę est in venereis, & sic parcimonię fructus competunt.

Item fructus dicit refectionem, sed refectio precipue est in fine. cum ergo virtutes theologicæ finem habeant pro obiecto, scilicet Deum, videtur quòd eis maxime competant fructus.

Dicendum, quòd fructus assignantur soli continẽtiæ iuxta sanctos doctores, & vt dicit glo, hic, & sic secundum differentiam trium graduum continẽtię, vt dictum est assignantur tres fructus, scilicet centesimus, sexagesimus, & tricesimus. Ratio huius est quia vt dictum est precedenti quæst. fructus est gaudium quoddam, siue premium beatorum de quadã spiritualitate, secundum quam transiuerunt a carnali vita in quendam statum spiritualem, illi ergo virtuti competunt fructus quæ maxime liberat hominem a subiectione carnis. Hęc autem est continentia, siue temperantia inquantum respicit venerea, & hoc siue sit habitus, siue solum dispositio, quia in hoc non differunt dum tamen debite abstineatur a venereis, eo quòd Deus non respicit in nobis habitum, sed intentionem operis, & ipsum opus, & hoc quantum ad habitus morales, qui secundum se non sunt meritorij, secus autem de habitu charitatis, quia sine illo non esset meritum, in operibus tamen virtutum moraliũ non differt quantum ad quantitatem meriti agere ex habitu, vel sine habitu si opus est bonum ex genere, & intentio recta. nominamus tamen hic generaliter continentiam id per quod abstinemus a venereis, siue sit habitus, siue dispositio, & huic fructus competunt, quia ipsa maxime liberat a subiectione carnis. nã per delectationes venereas anima maxime subijcitur carni, ita vt in actu venereo spiritus prophetię non tãgat corda prophetarum, vt dicit Hieronym. in alijs tamen actibus quantumcunque esset anima impedita, spiritus prophetiæ tangebat corda prophetarum, & hoc est, quia non potest tangi anima si omnino est carni immersa, ita autem est in venereis, quod patet, quia in nullo actu tollitur omnino intelligere, nisi in venereis. sic enim dicitur septimo Ethicorum capitul. decimoquinto, quòd in delectatione venerea impossibile est intelligere quicquam, sola tamen continentia liberat a venereis quæ maxime animam mergunt, ideo continentia facit hominem maxime spiritualem. soli igitur continentię fructus attribuuntur, quia fructus est quædam spiritualitas secundum quam a carne recedit, vt dictum est. I

Dicendum, quòd illa glo. accipit large fructum inquantum quælibet remuneratio fructus dicitur, & K hoc fuit propter quandam adaptationem, scilicet, quia sicut fructus ponuntur tres, scilicet centesimus, sexagesimus, & tricesimus, ita Apostolus, posuit ibi tria, scilicet Solem, & Lunam, & stellas. Etiam quia sicut fructus sunt inter se inæquales, ita est quædam proportio saltem larga inequalitatis inter Solem Lunam, & Stellas, ideo glo. illa adaptauit eis tres fructus, sed non accipitur fructus proprie.

Ad secundum dicendum, quòd fruitio accipitur ex fructu prout fructus est vltimum, quod expectatur. Hic tamen fructus accipitur prout nascitur ex semine, & sic non pertinet fructus ad præmium essentiale, sed ad quandam spiritualitatem quæ est recedendo a carne, & ista soli continentiæ competit.

Ad

Ad tertium dicendum, quòd non accipitur hic A fructus, vt prouenit ex labore, inquantum labor dicit fatigationem, & difficultatem, sed inquantum per laborem semina fructificant, & ita segetes natę in agris dicuntur labores nostri, quia pro eis laborauimus. Vel quia per laborem, & solicitudinem nostram natæ sunt. Hic autem accipitur fructus prout nascitur ex semine per laborem nostrum, id est inquantum p laborem in spiritualitatem quandam ex semine verbi Dei transimus. Hoc autem competit continentiæ, sed non fortitudini, quia fortitudo non liberat hominem a subiectione carnis, vt eum spiritualem faciat, sed liberat a timore exteriorum terribilium. continẽtia autem liberat a seruitute carnis. ipsi ergo fructus competunt, & non fortitudini.

Ad quartum dicendum, quòd licet delectationes venereæ sint minus necessariæ quam delectationes quæ sunt in cibis, tamen sunt magis vehementes, & per eas magis subijcitur anima in seruitutem carnis quam per delectationem ciborum. Et sic difficilius est illis resistere. Ideo continentiæ quæ resistit illis debentur fructus potius quam parcimoniæ quæ est in cibis.

Ad quintum dicendum, quòd non accipitur hic fructus prout est finis, quia tunc est premium essentiale, & sic magis competit fructus charitati quam continentiæ, sed fructus accipitur pro spiritualitate quæ est a carnalitate recedendo, & hoc magis competit continentię quam charitati, vel alijs theologicis virtutibus.

An tres fructus assignentur conuenienter tribus partibus continentiæ. Et quomodo verbum Dei quibusdam magis quibusdam minus prodest. Et quomodo eorum fructuum ratio secundum numeros assignatur. Quæst. XVIII.

QVAERITVR, an tres fructus assignentur conuenienter tribus partibus continentię.

Aliqui dicunt, quòd non: quia ad Gala. 5. ponuntur fructus duodecim, scilicet gaudium pax, &c. ergo non debent poni soli tres. D

Item fructus dicit aliquod premium speciale, præmium tamen quod assignatur virginibus, viduis, & coniugatis non est speciale, quia omnes saluandi continentur sub aliquo horum trium, cum nullus saluetur carens continentia, & tamen continentia diuiditur sufficienter per istos tres gradus. ergo inconuenienter assignantur isti tres fructus istis tribus gradibus continentiæ.

Item sicut viduitas excedit continentiam coniugalem, ita virginitas viduitatem. Et tamen isti tres fructus non se habent similiter, quia non se habet sexagenarius ad tricesimum, sicut centenarius ad sexagenarium secundum aliquod genus proportionis. Non quidem secundum arithmeticam, quia sexagenarius excedit trigenarium in triginta, centenarius autem excedit sexagenarium in quadraginta. Nec etiam secundum proportionem geometricam, quia sexagenarius est duplus ad trigenarium, & tamen centenarius non est duplus ad sexagenarium, sed est superpartiens tertias, quia continet totum, & duas tertias eius, ergo non conuenienter assignantur isti fructus. E

Dicendum, quòd per istam differentiam trium fructuum, Christus voluit ostendere non solum tres gradus continentiæ, sicut doctores assignant, sed voluit ostendere, quòd verbum Dei non prodest omnibus quibus predicatur, & posuit tres modos hominum quibus non prodest, quod designauit per semen cadens secus viam, & in spinas, & supra petram. alijs autem prodest, & isti faciunt fructum boni operis, non tamen prodest omnibus ęqualiter, quia non sunt corda omnium ęqualiter disposita, & secundum variam dispositionem, siue ex parte gratiæ, siue ex bona aptitudine naturali fiunt differẽtię infinitę in hoc, quòd magis, vel minus verbum Dei quibusdam quam alijs prosit, & quia infinita non possunt numero, nec sermone notificari, posuit Christus tres differentias fructuum, non tanquam sint solum tres, sed quia istæ sunt exemplum ad intelligendum infinitas. nec etiã est necesse, quòd ita se habeant homines in proportione fructificationis, sicut isti numeri, sed posuit eos B ad placitum, quia quicunque numeri ponerentur nõ inducerent aliquam certam proportionem excessus fructificationis. Simile est de gradibus beatitudinis. nam non sunt omnes sancti ęquales in beatitudine. volens autem scriptura assignare differentiam eorum dixit, sicut differt stella a stella in claritate, sic erit in resurrectione mortuorum 1. Corint. decimoquinto capitu. & subditur amplius differentia, scilicet alia est claritas solis, alia lunę, alia claritas stellarum, & ita voluit differre beatos, sicut differunt ista corpora. manifestum est tamen, quòd plures modi differentię erunt inter beatos quam tres qui designantur per illa tria. Etiam non erit talis omnino proportio beatitudinis sanctorum, qualis est proportio claritatis istorũ corporum, & tamen scriptura voluit ponere aliquem modum differentię, vt per illum intelligamus omnes gradus differentiæ beatorum qui tot esse possunt quot sunt beati, ita nunc Christus per istos tres gradus sanctificationis designat omnes gradus sanctificationis seminis verbi Dei in cordib' nostris: quot-quot illi sint, etiam si infiniti sint, & habeant se secundum quemcunque gradum proportionis, Mat. posuit istos ad significandum magnum fructum quem verbum Dei facit in corde bono. nam proferre fructum centesimum, vel sexagesimum est admirandum, verbum tamen Dei magis fructificat in corde bono, quam sit in terra bona proferre fructum centesimum, & ista est veritas. C

Aliqui tamen volunt, quòd Christus hoc dixit loquens per similitudinem ad fructum terræ, scilicet in terra Chanaan aliquæ terræ bonæ proferunt fructum tricesimum, aliæ sexagesimum, aliæ centesimum.

Sed non stat, quia quòd proferret fructum sexagesimum erat quasi miraculum in terra Chanaan. quod patet Genes. vigesimo sexto. nam dicitur, quòd Isaac seminauit in terra Chanaan, & inuenit in ipso anno centuplum, & dicitur ibi, quòd Philisthini admirati sunt, & Rex Gerarę venit ad eum dicens, vidimus tecum esse Dominum, ideo diximus sit fœdus inter nos, & sic non erat in terra illa consuetum, quòd proferret terra aliquando fructum centuplum.

Si tamen velimus dicere, quòd licet esset admirandum, tamen aliquando fiebat, poterit stare, & hoc videtur etiam satis rationabile, scilicet, quòd Christus posuit fructũ maximum quem aliquando terra proferebat in regione Chanaan, ideo vltra centesimum fructum nihil posuit, quia nunquam inueniebatur, quòd proferret vltra centesimum fructum. Et hoc etiam videtur verũ, & non loquitur Christus speciali ter de fructu alicuius virtutis, quia semen, qđ hic facit fructum est verbũ Dei. illud tũ non mouet solum ad aliquam vnam virtutem, sed ad oẽs, quia nulla virtus est, immo nullũ bonũ, quod hic non suadeatur in sacra scriptura, & nullũ malum, quod nõ prohibeatur.

nam etiam quinto Ethic. capit. primo. dicitur, quòd
F lex præcipit actum omnium virtutum.in qualibet ergo erit fructus tricesimus,& sexagesimus, & centesimus secundum, quòd in eodem genere virtutis quidam faciunt opera multum excellentiora alijs, & sic omni virtuti competunt isti tres fructus, inquantum per istos innuitur omnis differentia excessuum in magis, & minus in quolibet genere virtutis. Doctores tamen assignant specialiter fructus virtuti continentiæ soli,propter causam dictam præcedenti quæst. scilicet,quia ista facit hominem magis spiritualem liberando a subiectione carnis, & reducendo hominem in quandam spiritualitatem,ideo secundum diuersos gradus continentiæ sunt diuersi fructus. Sunt enim tres gradus continentiæ, s.virginalis,vidualis, & coniugalis.& ita sunt tres fructus.

Tres gradus continentiæ.

G Vel potest aliter dici, quòd continentia facit spiritualitatem in homine quæ dicitur fructus, & secundum varietatem spiritualitatis, differũt fructus.Quædam enim est spiritualitas necessaria, & quædam superabundans. necessaria quidem est quãtum ad hoc, quòd rectitudo spiritus ex delectatione carnis non peruertitur, & ad hoc quilibet obligatur,nam rectitudo rationis non peruertitur per delectationem carnis, nisi quando est illicita. spiritualitas ergo quæ tollit peruersionem est coniugatorum, quia licet venereis vtantur, licite tamen vtuntur, & ideo non peruertitur rectitudo rationis. Spiritualitas superabundans dicitur per quam homo a delectationibus carnis omnino se subtrahit.Sed hoc fit dupliciter,scilicet, vel re
H spectu cuiuslibet temporis,scilicet præsentis, præteriti,& futuri,& hęc est spiritualitas virginum, vel secũdum aliquod tempus,scilicet præsens,& futurum,& hæc est continentia viduarum, & vtraque est superabundans cum liceat cuilibet nubere prima Corint. septimo. seruantibus ergo cõtinentiam coniugalem datur fructus tricesimus. pro viduali autem sexagesimus.pro virginali autem centesimus.

Ad hoc assignant aliqui rationẽ ex habitudine numerorum. trigenarius enim fit ex ductu sui in denarium.trinarius autem est numerus omnis rei, vt dicitur primo de cęlo,& mundo primo cap.scilicet, quia in qualibet re est principium,medium, & finis, & in quolibet corpore sunt tria,scilicet longum,latum,&
I profundum, & sic ternarius continet perfectionem omnibus rebus conuenienter, & sic trigenarius numerus recte coniugatis assignatur quibus supra obseruationem decalogi quæ est necessaria, & signatur per denarium,non additur aliqua perfectio,nisi communis,sine qua non potest esse salus, scilicet abstinere ab illicito cœitu. Senarius autem ex cuius ductu in se denarium surgit sexagenarius,habet perfectionem ex partibus,cum constet ex omnibus partibus suis aggregatis, s, vnitate, binario, & ternario,& ipse est primus omnium qui ex partibus aggregatis surgit,& cõpenit viduitati in qua inuenitur perfecta abstractio a delectabilibus carnis,quantum ad omnes circunstantias quæ sunt partes virtuosi actus,scilicet, quia nullo
K tempore, & nullo loco, & nullo modo venereis vtitur,quod non fit in coniugali cõtinentia, quia aliquo tempore, & cum aliqua persona, s.cum coniuge venerea licite exercet.Centesimus autem fructus respõdet virginitati, quia denarius ex cuius ductu in seipsum surgit centenarius,est limes numerorum, idest extremitas, & finis, & sic virginitas tenet summitatẽ spiritualitatis,quia nihil vltra eam est de spiritualitate. habet enim centenarius qui est quadratus numerus perfectionem ex figura.est enim figura quadrata perfecta,quia habet æqualitatem ex omni parte,cum sint omnia latera eius æqualia. vnde competit virginitati in qua quantum ad omne tempus incorruptio æqualiter inuenitur. Aliam enim rationem assignat Beda, scilicet ex figura literarum numeri, & ex habitudine digitorum, scilicet pollicis,& indicis, sed est magis aliena, ideo omittitur.

Non est tamen putandum, quòd isti tres gradus continentiæ se habeant omnino in tali proportione sicut isti numeri, quia tunc appareret, quòd castitas vidualis esset solum dupla in merito ad coniugalem, quod non videtur esse verum, quia seruare continentiam coniugalem nullius,vel paruę videtur difficultatis, cum liceat venereis vti ad mitigationem fomitis, vidualis autem castitas difficultatem magnam habet, cum nullis vtatur venereis: forte ergo plus quam decupli meriti est ad coniugalem. Etiam virginalis castitas hoc modo non esset dupli meriti ad vidualem, sicut nec centum ad sexaginta, & tamen videtur plus quam dupla, cum summę difficultatis sit virginitatẽ perpetuam obseruare, quia vt dicit Hieronym,quòd in carne viuere & præter carnem, angelicum est, & non humanum, & sic dicit, quòd virginitas par est angelis: non ergo talis proportio istorum numerorum.

Secundo patet, quia non est semper æqualis fructus viduitatis, nec virginitatis, sed differt,secundùm quòd à maiori, vel minori tempore obseruatur. vnde interdum obseruatio viduitatis est maioris meriti, quam obseruatio virginitatis, vt si vna sit breuis, & alia diuturna. Etiam omnes viduitates, & virginitates non sunt inter se æquales inquantum sunt breuiores, & diuturniores, & inquantum tentatio cui resistitur est minor vel maior, & tamen proportio istorum numerorum semper est eadem: ergo non se habent isti tres gradus continentiæ sicut isti tres numeri, & tamen cõaptantur eis aliqualiter, scilicet quia maior est vi luitas coniugio, & virginitas viduitate, licet non in eadem proportione in qua isti nunc.

Ad primum dicendum, quòd ad Galat.quinto,accipiuntur fructus pro eo quod reficit, licet non sit finis, & ita virtutes dicuntur fructus, quia mentem sincera delectatione reficiunt. Hic autem fructus accipitur pro quadam spiritualitate quę est abstrahendo à carnalitate quę soli continentiæ competit, & quia habet solum tres gradus, dicuntur esse tres fructus tantum.

Ad secundum dicendum, quòd argumentum de numero non multum vrget, cum dictum sit, quòd isti tres fructus non habent se omnino in eadem proportione in qua isti numeri.Qui tamen vult attendere ad numeros, dicet quòd distinctio fructuum magis accipitur secundùm species, vel figuras numerorum,quam secundùm quantitates eorum,vt supra dictum est, tamen etiam quantum ad excessum quantitatis assignant aliqui rationem, scilicet quòd coniugatus abstinet solum à non sua. vidua vero abstinet à suo,& à non suo,& sic est ibi quasi quædam ratio dupli,sicut sexagenarius est duplus ad trigenarium, centenarius vero supra sexagenarium addit quadragesimũ,qui consurgit ex ductu quaternarij in denarium, quaternarius autem est primus numerus quadratus, & sic competit talis additio virginitati,quæ supra perfectionem viduitatis perpetuam incorruptionem adiungit, rectius tamen est non multum attendere ad istos numeros propter causam dictam.Dicto iam de fructibus, nunc redeundum est ad aureolas de quibus fuerat inceptum, & quia aureola dari dicitur virgini, martyri, & doctori.

An

An virginitati debeatur aureola, & cui virginitati debeatur. secundum ne eius materiale, an propositum continendi. Et quæ sint illa tria quæ virgines infestant, viduas non. Et de Aureola virginis Mariæ. Et quare virginitati non deberetur aureola si homo nunquam peccasset.

Quæst. XIX.

EST primo dubium, an virginitati debeatur aureola. Aliqui dicũt, quòd non,quia vbi est maior difficultas operis, debetur maius prẽmium saltem ex genere actus,sed maiorem difficultatem patiuntur viduæ abstinendo a venereis quam virgines.ergo debetur magis aureola viduis quam virginibus, & tamen non debetur viduis, ergo nec virginibus. patet dictum, quia Hieronym. loquens de laude viduarum
B dicit, quanto maior est difficultas ex parte quadam a voluptatis illecebris abstinere, tanto maius est præmium, & Aristotel. libro de Animalibus dicit, quòd iuuenes corruptæ magis appetunt coitum propter memoriam delectationis præteritę.

Item si deberetur aureola virginitati,vbi esset perfectissima virginitas inueniretur maxime aureola,sed in virgine Maria est perfectissima virginitas.nam virgo virginum nominatur:& tamen ei non debetur aureola, cum aureola sit gaudium de operibus perfectis quæ habent rationem excellentis victoriæ, sed Maria nullam pugnam sustinuit cõtinendo, quia fuit ablata,vel omnino extincta in ea corruptio fomitis,ergo virginitati non debetur aureola.

Item illi quod non est secundum se laudabile, non debetur prẽmium excellens, sed virginitatem seruare non fuisset laudabile in statu innocentię,cum tunc esset homini præceptum, crescite, & multiplicamini,& replete terram. Genes.primo. Etiam tempore Moysi steriles erant in opprobrium: ergo virginitas non est f'm se laudabilis,& sic nõ debetur ei aureola.

Item non videtur idem prẽmium debitum virginitati seruatæ,& virginitati amissæ, sed pro virginitate amissa debetur quandoque aureola,vt si mulier inuita prostituatur a tyranno pro confessiione nominis Christi,ergo non debetur aureola pro virginitate seruata.

Item pro eo, quod inest homini a natura nullum debetur prẽmium, virginitas tamen cuilibet homini tam bono quam malo innascitur, ergo non debetur ei aureola.

Item, sicut se habet viduitas ad fructum sexagesimum, ita se habet virginitas ad centesimum, & ad aureolam, sed non debetur cuilibet viduæ fructus sexagesimus, sed soli vouenti viduitatem, vt quidam dicunt. ergo nec cuilibet virginitati debetur aureola,sed soli virginitati ex voto seruatæ.

Item prẽmium non debetur operi necessario, cũ omne meritum sit voluntarium,sed quidam sunt virgines ex necessitate, vt frigidi, & eunuchi, ergo non debetur semper aureola virginitati.

Dicendum,quòd virginitati aureola debetur, quia Exodi vigesimoquinto capit. super illo verbo. facies alteram coronam aureolam dicit glo. ad hanc coronam pertinet canticum nouum, quod virgines coram agno concinunt, scilicet qui sequuntur agnum quocunque ierit,ergo prẽmium,quod debetur virginitati dicitur aureola,

Item dicitur Isa.56. hęc dicit Dominus eunuchis, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filijs, & filiabus:nomen sempiternũ dabo eis.quod non peribit, & tamen eunuchi vocantur virgines qui se castrauerunt propter regnum cœlorum infra decimonono, & per illud innuitur quædam gloria excellens super cęteros, & hãc nos vocamus aureolam. Et patet hoc ex ratione aureolæ,quia
A ipsa est quoddam gaudium de operibus perfectis habentibus excellentem rationem victoriæ, & tamen virginitas dicit pugnam grauissimam, & consequenter excellentem victoriam,quia vt ait Augustin.libro de agone Christiano. inter certamina Christianorũ bella castitatis sunt duriora, & est quotidianum bellum, quia caro cõcupiscit aduersus spiritum.ad Gala. 5. ergo debetur virginitati aureola. In hoc autem nemo dubitat,sed cui virginitati debeatur est dubium.

Aliqui autem dicunt aureolam deberi actui virginitatis, idest quicunque de saluandis seruauerit virginitatem vsque ad mortem habebit aureolam. nam
B damnati etiam si virginitatem seruauerint aureolam non habent, cum non habeant prẽmium essentiale.

Sed etiam hoc non est verum,quia aliqui volentes nubere manentes in virginitate decedunt, sed de his certum est,quòd aureolam non habebunt, quia nihil prodest integritas carnis, vt ait Hieron.si mente quis nupserit.

Alij ergo dicunt,quòd aureola debetur non actui, sed statui virginitatis, scilicet, quòd soli virgines mereantur aureolam qui in statu virginitatis perpetuo seruandæ se posuerunt,vt si cum essent virgines vouerunt castitatem perpetuam.

Sed etiam hoc non stat, quia potest quis ęquali vo
C luntate seruare virginitatem non vouendo eam, sicut alius vouendo.

Aliter ergo dicendum, quòd meritum debetur actui virtutis imperato a charitate, & hoc meritum respectu præmij accidentalis competit actui virtutis ex genere suo, etiam non referendo ad charitatem. Aureola autem est prẽmium accidentale, ideo competit virginitati seruatæ ex genere virtutis. omnis tamen virtus est habitus electiuus, & ideo virginitas nõ pertinet ad virtutem, nisi inquantum quis eligit carnis incorruptionem, & etiam mentis in perpetuum obseruare. nam carnis integritas, & incorruptio,materiale est ad virginitatem, vt pertinet ad virtutem, sed propositum de conseruando perpetuo istam inte
D gritatem facit virginitatem pertinere ad virtutem,in illis ergo potest esse aureola virginitatis qui propositum habuerunt.

Pro quo sciendum, quòd aureola virginitatis non datur, nisi ei qui in virginitate decedit. Sed istorum quidam sunt qui propositum continendi, aut nubendi habere non possunt, sicut paruuli qui omnes moriuntur in virginitate, & istis non datur aureola proprie dicta tunc, quia proprie virgines non sunt, sed solum materialiter, tum quia aureola est de operibus perfectis in quibus reperitur ratio excellentis victorię. in paruulis tamen,nec pugna, nec victoria est continendo,cum nondum fomes in eis stimulos habeat. Potest tamen large dici,quòd habebunt aureo
E lam sumendo aureolam pro quocunque gaudio, qd in patria habebunt beati super gaudium essentiale. Nam non est dubium quin de incorruptione carnis gaudebunt,quia est quædam perfectio, licet nunquã habuerint intentionem obseruandi eam,sicut paruuli qui moriuntur in innocentia, gaudebunt de innocentia, licet nũquam opportunitatem habuerint peccandi. Si autem tales sunt qui possunt proponere cõtinere,vel nubere,aut proposuerunt nubere, vel non. Si proponant nubere, & in hoc desiderio decedant, licet in charitate moriantur,& integri corpore,aureolam non habebunt,quia non sunt proprie virgines. Si autem habuerunt desideriũ seruandi virginitatem, aut fuit aliquando interruptum aut non. Si non fuit interruptũ, habebunt proprie aureolam, & non differt, an isti tota vita hoc propositum habuerint, aut

ſolum aliquanto tempore, ita q̃ poſtquam propoſuerint non interruperint propoſitum. Nam etiam ſi quis tota vita habuerit propoſitum nubendi, & poſtea mutata voluntate, vel vouens virginitatem viuat ſolum per vnam diem, habebit aureolam, quia deceſſit in obſeruatione virginitatis proprie dictæ, & tamen non erit tam excellens aureola iſtius, ſicut eius qui tota vita manſit in propoſito virginitatis. vnde ſicut iſti differunt quantum ad premium eſſentiale, ita etiam ſunt inęquales quantum ad accidentale, quia non eſt ęquale opus quantum ad genus virtutis ſuæ obſeruatio virginitatis per vnam diem, ſicut per totam vitam. Si autem propoſitum fuit interruptum aut reintegratum eſt, aut non. Si non eſt reintegratum non habebitur aureola, quia non deceſſit iſte in obſeruatione virginitatis, qui vſque ad mortem propoſitum non tenuit, ſed iam de nuptijs cogitauerat, licet iſte habebit quoddam gaudium de incorruptione carnis non perdita, ſed iſtud non dicitur aureola proprie. Si autem eſt reintegratum propoſitum, putant quidam, quòd non habeatur aureola, quia ipſa debetur pro virginitate ſemper ſeruata. qui tamen recidit a propoſito, perdidit virginitatem, cum magis ſit virginitas in mente quam in carne, ſed virginitas perdita non reſtauratur, ergo nec aureola habebitur, vt iſti volunt.

Sed dicendum, quòd poteſt reintegrari propoſitũ, quia ſiquis mutauit propoſitum de ſeruando virginitatem, aut realiter expertus eſt venerea, aut non. Si eſt expertus non reſtauratur virginitas, cum ſemel perierit tota, ideſt mentis, & carnis integritas, & hoc ſiue ſponte, ſiue coacte, aut per violentiam. Nam ſi mulier habuit propoſitum nubendi, & omnino ab aliquo violenter defloretur, perit virginitas, quia ipſa perdiderat, immo abiecerat integritatem mentis, & poſtea coacta eſt perdere integritatem carnis. licet igitur habeat poſtea voluntatem ſeruandi virginitatem, & ſine culpa fuerit deflorata, virgo non erit, nec aureolam merebitur, etiam ſi per totam vitam abſtinuerit a venereis. Secus autem ſi habens firmum propoſitum ſeruãdi virginitatem fuerit ab aliquo deflorata violenter, quia cum non perdiderit integritatem mentis, virgo dicetur, & aureolam habebit. ſi vero integritas carnis ſemper manſit, ſed interruptum eſt propoſitum ſeruandi virginitatem, poterit reintegrari. vnde ſi ante mortem reſumat propoſitum primum, & ſic moriatur dicetur vere decedere in virginitate, & aureolam habebit. Et cum dicitur, quod virginitas perdita non reſtauratur, verum eſt de virginitate carnis, & tamen integritas mentis poteſt plene reſtaurari, ſi manſerit carnis integritas, ideo aureola non peribit, licet non erit tantę dignitatis, ſicut aureola illius quæ nunquam propoſitum virginitatis mutauit.

Ad primum dicendum, quòd virgini datur aureola, & non viduæ, & tamen in abſtinendo a venereis aliquo modo ſuſtinent maiorem pœnam virgines, quam viduæ, & aliquo modo viduæ quam virgines. Tria enim valde infeſtant virgines quæ viduas non tangunt.

Primum eſt deſiderium experiendi rem inexpertam, & hoc procedit quaſi ex quadam curioſitate, ex qua fit, vt homo libentius videat, & magis videre cupiat id, quod nunquam vidit, quam quod videre ſolitus eſt, & iſta eſt grauis tentatio quę magis procedit ex cogitatione quam ex carnis ſtimulo.

Secundum eſt falſa cogitatio: virgo enim inexperta delectationem veneream, æſtimat multo maiorẽ illam eſſe quam ſecundum veritatem ſit, & non poteſt ſibi ratione perſuaderi contrarium, cum nunquã ſit experta. Ratio huius eſt vehemens inclinatio naturę, ideſt ardens concupiſcentia ex qua iudicatur illud, ad quod talis concupiſcentia mouet eſſe magnæ fruitionis, quod in cęteris ſenſibus experimur quia maior eſt delectatio in ſentiendo aliquid quam fuerit deſiderium ſentiendi, in veneris autem econtrario accidit, quia cum concupiſcentia eſt grauiſsima, fruitio autem breuis eſt, nec reſpondet magnitudini deſiderij.

Ratio huius fuit naturæ ingenium, quia ſi ad venerea non dediſſet concupiſcentiam tam grauiter excitantem, nullum animal illis vteretur, præſertim homo qui in eis ſua ſentit incommoda: appoſuit ergo ſingulis perfectis animalibus hanc vehementem & vrgentiſsimam concupiſcentiam, reducentem omne animal in ſeruitutem poteſtatis naturæ.

Tertium eſt inexperientia, & inconſideratio incõmodorum: virgo enim neſcit, quę incommoda conſequantur vtrunque venereis vtentem, & ideo non retrahitur: nam ſi forte illa cognoſceret aperte, & cõſideraret, nimis retraheretur à deſiderio venereorum, & eſſet hoc ſibi magnum adiutorium contra tentationem. Iſta tria non infeſtant viduas.

De primo patet, quia illa curioſitas eſt circa inexperta, viduæ tamen iam expertæ ſunt.

De ſecundo patet, quia licet ſit vehemens concupiſcentia, vidua tamen ſcit illam eſſe fallacem, quia non ſequitur tanta fruitio quanta ſecutura innuitur ex tam ardenti naturæ deſiderio: poteſt ergo cauere fallaciam, quam iam nouit, vnde poterit ſenſualitati ex experientia perſuadere.

De tertio patet, quia incommoda venereorũ iam vidua vſu didicit, ideo ex his retrahi poteſt: hæc ergo triplex pugna ſolius virginitatis eſt, in viduis tamen eſt vnum, quod non eſt in virginibus, ſcilicet rememoratio præteritę delectationis, quæ nimis vrget, vnde inter præcipua documenta ſeruandi continentiam, eſt non cogitare pręteritas venereorum delectationes, nec tempora, nec loca, nec modos, & ita de cęteris circunſtantijs. ſicut dicit Ouidius lib. de remedio amoris, ſcilicet.

Et loca ſæpe nocent, fugito loca conſcia veſtri
Concubitus, cauſas mille doloris habent.

Hoc autem virgines non cruciat, quia nihil veneri expertæ ſunt cuius cogitatio eas pungat. Quid tamen iſtorum magis vrgeat, ſcilicet iſtud ſolum, vel illa tria per ſe quæ virgines affligunt, non eſt facile dicere, immo nec poteſt dari vna ſententia in hoc, ſed ſecundùm variam diſpoſitionem hominum, quidam magis mouentur ex vno, quam ex alio, & ita accidit maiorem interdum eſſe viduis difficultatem ad continendum, quam virginibus, & interdum econtrario, & tamen ſimpliciter maior videtur pugna virginum. & quidquid ſit in hoc certũ eſt, quòd perfectior eſt victoria virginum, quã viduarum, quia pulcherrimum genus victorię eſt nunquam hoſti ſuccubuiſſe. Corona autem non debetur pugnę, ſed victorię, vnde ſiquis grauiorem pugnam ſuſtineat, etiam ſi non vincatur dumtamen non vincat, non datur ei corona, alteri vero faciliorem pugnam agenti ſi vincat corona redditur: licet ergo interdum viduæ grauiorem, quam virgines pugnam egerint, quia tamen virgines ſemper vicerunt, viduę autem ſuccubuerũt, interdum non datur viduæ aureola, ſed virgini. De alijs vero, quæ communia ſunt virgini, & viduæ inferendo eis difficultatem continendi, vt pœna grauis, quæ reſoluit ſpiritum, & mutat totum corpus nolentis conſentire deſiderio venereorum, & apprehenſio formæ mouentis ad fruitionem, & ſimilia, & quibus iacemus non eſt hic dicendum, q̃ quan-

quantum ad hoc non comparantur virgo, & vidua cum vtrique ſint communia.

Ad ſecundum dicendum, quòd circa aureolã matris Chriſti duplex eſt opinio. Quidam dicunt, quòd ipſa pro virginitatis premio non habet aureolam inquantum reſpicit pugnam, & victoriam. habet tamẽ aliquid maius aureola propter perfectiſſimum propoſitum ſeruandi virginitatem.

Alij autem dicunt, quòd habet excellentiſſimam aureolam etiam ſub ratione propria aureolæ, quia licet ipſa pugnam non ſenſerit, pugnam tamen carnis aliqualiter habuit, ſed ex vehementia virtutis, ita habuit carnem ſubditam, quòd iſta pugna inſenſibilis ei erat.

Sed hoc non ſtat, quia ſi dicatur proprie pugna inſenſibilis, ideſt quia nunquam eam ſenſit in multum, nec in paruum, non poteſt dici pugna, quia vbi nõ eſt ſenſus aduerſitatis non eſt reſiſtentia aliqua quæ requiritur ad rationem pugnę.

Si autem dicatur, quòd ſenſit pugnam, & tamen non multum turbabat eam propter magnitudinem virtutis. non eſt conueniens, quòd beata Virgo, ſiue ponatur ſine originali concepta, ſiue in originali cõcepta, & mox ſanctificata, creditur ab omnibus, quòd ita fuerit in ea fomes extinctus, quòd nulla manſerit inclinatio illius propter perfectam ſanctificationem. vnde non recte, nec pie dicitur fuiſſe aliquam pugnã a carne in virgine, cum talis pugna non ſit, niſi ex inclinatione fomitis, & tẽtatio quæ eſt a carne ſine peccato eſſe non poteſt, vt patet per glo. 2. Corinth. 12. ſuper illo verbo. datus eſt mihi ſtimulus carnis meę, vt oſtenſum eſt ſupra 4. c. queſt. 68. non ergo fuit pugna in ea.

Sed dicendum, quòd virgo Maria vere habuit aureolam ſecundum propriam rationem, vt datur pro excellenti victoria, quia licet non habuerit pugnam a carne, habuit tamen, vel habere potuit pugnam de carne, ſcilicet, quòd Sathan tentaret eã de opere carnis, quia licet non poterat eſſe in ea aliquis ſtimulus, vel inclinatio aut deſiderium ad venerea, diabolus poterat ei ſuggerere immittẽdo grauiſſimas cogitationes de venereis, illis autem perfecte reſiſtere pugnabat de conſeruanda virginitate, nec eſt inconueniẽs, aut contra honorem virginis eam a dæmone de venereis fuiſſe tentatam, cum Chriſtus a Sathan de idolatria quæ eſt peſſimum vitiorum, tentatus fuerit ſupra capit. quarto.

Ad tertium dicendum, quòd nunc debetur aureola virginitati, licet non deberetur ſi homo nunquam peccaſſet, quia aureola nõ debetur virginitati, niſi inquantum addit quandam excellentiã ſuper alios gradus continentię. ſi autem non peccaſſet Adam, virginitas nullam perfectionem addidiſſet ſupra coniugalem continentiam, quia tunc fuiſſent nuptiæ honorabiles, & thorus immaculatus nulla exiſtente concupiſcentię fęditate. nam nunc virginitas habet quandã perfectionem, quia vitat omnem veneream delectationem, quę eſſe non poteſt ſine quadam fęditate, & ardore concupiſcentiæ, & ſuffocatione rationis. in ſtatu autem innocentiæ nihil iſtorum fuiſſet, ideo nullã perfectionem habuiſſet virginitas vltra actum coniugalem, immo melior, & honorabilior eſſet actus coniugalis quam virginitas, quia per illum proles gigneretur ſine vllo incommodo, virginitas autem ſterilis eſſet, ideo non competeret tunc premium virginitati, maxime quia aureola dicit gaudium de victoria excellenti, & tamen tunc nulla eſſet pugna in continendo, quia pugna eſt nunc propter inclinationem fomitis dati nobis in pęnam, qui non fuiſſet in ſtatu innocentiæ. Non eſſet ergo tunc aureola virginitatis, ſed potius mortaliter peccaret volens virginitatem ſeruare, quia Deus pręceperat dicens: creſcite & multiplicamini. Geneſ. primo. quod fuit dictum in ſtatu innocentiæ, vt patet ibidem, quia innocentia perijt. Geneſ. tertio. nunc autem mutata conditione naturæ humanæ, eſt virginitas nimis laudabilis quæ tunc in nullo honore fuiſſet, & redditur pro ea excellens premium, quod dicitur aureola.

Dicunt tamen aliqui, quòd tempore legis Moyſi ſaltem ipſis Iudęis non daretur aureola pro virginitate ſeruata, quia tunc cultus Dei multiplicandus erat per carnalem propagationem, ſcilicet, vt augeretur aliter populus a quo ſolus Deus colebat ſpecialiter. vnde non erat tunc laudabile omnino a venereis abſtinere, nec tali propoſito redderetur ſpeciale premium, niſi procederet ex diuino inſtinctu, ſicut creditur de Ieremia, & Helia, quorum coniugia non leguntur. Sed de hoc, an verum ſit, dicetur infra decimonono, vel vigeſimoquinto cap. vbi de virginitate agetur. De gentilibus tamen colentibus Deum tẽpore legis Moyſi, non eſt dubium quin aureolam ſeruatæ virginitatis reciperent ſi propter Deum illam ſeruarent.

Ad quartum dicendum, quòd ſi aliqua violenter corrumpitur, aut prius habuit firmum propoſitum obſeruandi virginitatem, aut non. Si non habuit ſaltẽ quando corrupta eſt, ſed intendebat nubere, virginitas perijt, licet ſine culpa eius, & quamuis poſtea proponat perpetuo abſtinere, & ita faciat, non habebit aureolam virginitatis. Si autem antequam deflloraretur firmum habebat propoſitum virginitatis, non perit aureola, licet pereat carnis integritas, quia virginitas magis eſt mentis quam corporis, & hoc ſi ſemper maneat in propoſito virginitatis, quod ſi mutauerit perit omnino virginitas.

Sed quid ſi ſit deflorata poſtea mutet aliquando propoſitum virginitatis. ſi ante mortem reſumat propoſitum virginitatis, an habebit aureolam?

Aliqui dicunt, quòd non: quia in iſta fęmina perijt integritas carnis. ſi ergo pereat integritas mentis, iam nihil manet de virginitate, & ſic non poterit reintegrari cum tota iam perierit.

Dicendum, quòd prædicta fęmina habebit aureolam. nam quando deflorata eſt non perdidit aureolã, ſi tunc tenebat firmiter virginitatis propoſitum. poſtea tamen ſi mutet propoſitum virginitatis non corrumpitur niſi mente, ſed corruptio mẽtis ſemper poteſt reparari quandocunque mutetur propoſitum, ideo poterit reparari, vt cum non perdiderit aureolam quando deflorata eſt, quòd poſtea ſi redeat ad propoſitum perpetuo continendi, manebit ſibi aureola.

Cum autem dicitur, quòd in iſta fęmina perijt tam integritas carnis quam mentis, ergo non poteſt reſtaurari.

Dicendum, quòd verum eſt quando ambo ſimul pereunt, aliàs autem non perijt virginitas, & illud fit dupliciter.

Vno modo ſi mulier ſponte cognoſcitur. Secundo ſi violenter, & tamen habebat tunc propoſitum nubendi alicui, quia in eodem inſtanti ſunt iſta duo, ſcilicet, perire carnis integritatem, & mentis. Hic autem non eſt ſic, quia quando mulier violenter cognita eſt, manebat ei propoſitum virginitatis in quo ſaluabatur vera virginitas, quando autẽ poſtea mutabit propoſitum nõ erat violatio carnis, quia illa violatio quæ præceſſerat nõ abſtulit virginitatẽ, iõ eſt iam quaſi non fuerit, cum nihil operata fuerit, nunc aũt violatio nulla fuit, & tamen ſola mutatio propoſiti non tollit virginitatem, quin poſſit reparari, ideo

ideo si resumit propositum ante mortem manet sibi F aureola.

Ad quintum dicendum, quòd virginitas innascitur nobis a natura quantum ad id, quod est materiale in ea, s. integritas carnis, & tamen quantum ad id, quod est formale, & perfectum, a quo ipsa habet rationem virtutis, & meriti, s. propositum perpetuo abstinendi, non inest a natura, sed a diuino munere homini prouenit, vt dixit Christus infra decimonono, s. non omnes hoc capiunt, sed quibus datum est, scilicet a Deo.

Ad sextum dicendum, quòd non competit cuilibet viduæ fructus sexagesimus, sed illi soli quę habet propositum virginitatis, & non differt, an habeat propositum sine voto, vel cum voto, quia ad rationem actus virtutis sufficit electio quæ est in proposito sine voto, sicut cum voto. de virginitate idem est, quia sufficit propositum, & nõ requiritur votum, qui autem nec votum emisit, nec propositum habet, licet virginitatẽ obseruet, aureolam non habebit, vt si volentẽ nubere, ante nuptias contingat decedere, & vocatur nubere quicunque actus venereus qualitercunque fiat. Vel si forte quis erat dubius, an nuberet, vel virginitatem seruaret, & dubitantem de his mors abstulit, etiam aureolam non habebit, licet erit ei aliquale gaudium in patria de integritate non perdita.

Ad septimum dicendum, quòd frigidi, & eunuchi qui coire nequeunt, si voluntatem habeant seruandi perpetuo incorruptionem, etiam si aliquando eis potentia coeundi adeniat, virgines sunt, & aureolã habebunt, quia faciunt de necessitate virtutem. si tamẽ non habent propositum istud, sed nubere vellent si possent, licet materialiter virgines sint, aureolam tamen non habebunt. Sic dicit Aug. lib. de sancta V irginitate, s. quibus ipsum virile mẽbrum debilitatur, vt generare non possint, vt sunt eunuchi, sufficit cum Christiani sint, & Dei pręcepta custodiunt, eo tamen proposito sunt, vt coniuges si possent haberent coniugatis fidelibus abdicari, & ita qui omnino ex necessitate abstinet, aureolam non habet.

An martyribus debeatur aureola. Et tria sunt genera martyrum. Et secundum quid operi debeatur aureola. Et victoriæ pugnæque perfectio de exterioribus consideratur ex duobus. Demum essentia martyrij explicatur, & eius conditiones, in quo sit, & circa quæ censeatur versari.

Quæst. XX.

QVAERETVR, an martyribus debeatur aureola. Aliqui dicunt, quòd non: quia aureola datur pro operibus supererogationis: nam Exodi 25. super illo verbo aliam coronam aureolam: dicit Beda. de eorum premio potest recte intelligi qui generalia mandata spontanee vitæ perfectioris electione transcendunt. mori tamen pro confessione fidei interdum est necessitatis, & non supererogationis. iuxta illud ad Rom. 10. corde creditur ad iustitiam, ore autẽ confessio fit ad salutem, idest ad habendum salutem necesse est interdum confiteri, quod corde creditur, & tamen quod est ad salutem, est simpliciter necessarium, ergo confessio fidei interdum est necessaria, & tunc martyrium non erit aliquid supererogationis, & consequenter non respondebit sibi aureola semper.

Item quia, vt ait Gregori. tanto magis sunt seruitia grata, quanto sunt magis libera, sed martyrium quasi nihil habet de libertate, cum sit pœna ab alio violenter inflicta, ergo martyrio non respondet aureola quæ soli excellenti merito debetur.

Item martyrium non solum consistit in exteriori passione mortis, sed etiam in interiori voluntate. Vnde distinguit Bernardus tria genera martyrum, s. voluntate, & non necessitate, vt Ioannes Euangelista. voluntate, & necessitate, vt Stephanus. necessitate & non voluntate, vt Innocentes. si ergo martyrio debetur aureola, magis debetur martyrio voluntatis quã martyrio exteriori, cum martyrium ex voluntate, pcedat, & tamen non conceditur in hoc martyrio aureola, ergo nec martyrio exteriori dabitur aureola.

Item afflictio mentis est maior quam afflictio corporis quæ est per dolores, quia illa est per interiores G animæ passiones. vnde interior afflictio, martyrium quoddã est, vt dicit Hiero. in Sermone de assumptione, s. recte Dei genitrix virgo, & martyr fuit, quamuis in pace vitam finierit. vnde dicitur tuam ipsius animã pertransiuit gladius, s. dolor de morte filij, & tamen interiori dolori aureola non respondet, ergo nec exteriori martyrio.

Item pęnitentia est quoddam martyrium. vnde dicit Grego. quãuis occasio persecutionis desit, habet tamen pax nostra martyrium suum, quia si carnis colla ferro non subijcimus, spirituali tamen gladio carnalia in mente trucidamus. pęnitentiæ autem quæ in exterioribus operibus consistit, non debetur aureola, ergo nec etiam exteriori martyrio.

Ad septimum dicendum, quòd frigidi, & eunuchi H Item illicito operi non debetur aureola, sed illicitũ qui coire nequeunt, si voluntatem habeant seruandi est seipsum occidere, vt ostendit Augu. 1. de ciuitate perpetuo incorruptionem, etiam si aliquando eis potentia coeundi adeniat, virgines sunt, & aureolã habebunt, quia faciunt de necessitate virtutem. si tamẽ non habent propositum istud, sed nubere vellent si possent, licet materialiter virgines sint, aureolam tamen non habebunt. Sic dicit Aug. lib. de sancta V irginitate, s. quibus ipsum virile mẽbrum debilitatur, vt generare non possint, vt sunt eunuchi, sufficit cum Christiani sint, & Dei pręcepta custodiunt, eo tamen proposito sunt, vt coniuges si possent haberent coniugatis fidelibus abdicari, & ita qui omnino ex necessitate abstinet, aureolam non habet.

Dei. quorundam tamen martyria in ecclesia celebrata sunt qui sibi manus iniecerunt tyrannorum rabiẽ fugientes, vt patet in Ecclesiastica historia de quibusdam apud Alexandriam, ergo non debetur semper martyrio aureola.

Item contingit hominem aliquãdo vulnerari pro fide, & postmodum aliquo tempore superuiuere: hunc enim constat martyrem esse, & tamen non cõstat, quòd ei debeatur aureola, quia non duraut pugna vsque ad mortem, ergo non debetur semper martyrio aureola.

Item quidam magis affliguntur in amissione rerũ I temporalium, quam in afflictione proprij corporis. quod patet, quia multas afflictiones sustinent, vt diuitias congregent. si ergo propter Christum eis temporalia auferantur, videtur quòd sint martyres, non tamen habebunt aureolam, ergo non competit omni martyri aureola.

Item martyr videtur esse solus ille qui pro fide occiditur. dicit enim Isidorus martyr grece, latine testis dicitur, quia propter Christum passiones, & martyriũ sustinuit, & vsque ad mortem pro veritate certauit, sed aliquę alię virtutes sunt excellentiores fide, vt iustitia, charitas 1. Corinth. 13. & tamen etiam charitati non debetur aureola, ergo nec fidei, & sic nec martyrio, quod propter fidem est.

Item sicut veritas fidei est a Deo, ita etiam quęcũ- K que alia veritas, quia vt ait Ambros. omne verum a quocunque dicatur, a Spiritu sancto est. si ergo sustinenti mortem pro veritate fidei deberetur aureola, etiam deberetur sustinenti mortem pro quacunque alia veritate, quod falsum est, ergo nec pro veritate fidei.

Item bonum commune est melius, & diuinius bono particulari 1. Ethic. c. 1. sed si aliquis pro conseruatione reipublicæ moriatur in bello iusto, non debetur ei aureola: ergo si occidatur pro obseruatione fidei proprię ne illam perdat, non habebit aureolam, & tamen est martyr.

Item omne meritum prouenit ex libero arbitrio, sed quorundam martyria celebrantur in ecclesia qui vsum liberi arbitrij non habuerũt, s. Innocentes: ergo non

non habuerunt aureolam, quæ est quoddam premiũ respondens merito, & ita non competit omni martyrio aureola.

Dicendum, quòd martyribus aureola datur. Quod patet qa virgini datur aureola, sed est maius esse martyrem, quam esse virginem, vt dicit Augustinus lib. de sancta virginitate, scilicet nemo quantum puto ausus fuit preferre virginitatem martyrio: ergo martyri debetur aureola: datur enim aureola pro operibus perfectis habentibus rationem excellentis victoriæ, secundùm quam homo valde cõformetur Christo, hoc autem est in martyrio, quia ibi est pugna grauissima, & consequenter excellens victoria; sicut enim quædam est pugna spiritus contra interiores concu- B piscentias, ad Gala. 5. caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, ita est quædam pugna homini contra passiones ab extra illatas, vnde sicut perfectissimæ victoriæ qua de concupiscentijs carnis triumphatur quæ est virginitas, debetur specialis corona quæ dicitur aureola, ita etiam perfectissimæ victoriæ quæ habetur de exteriori impugnatione debetur aureola.

Perfectissima autem victoria de exterioribus consideratur ex duobus.

Primò ex passionis magnitudine, quia quanto est hostis fortior, tanto victoria est excellentior, inter omnes autem passiones ab extra illatas mors est maxi- C ma, quia ipsa est vltimum terribilium tertio Eth. cap. de fortitudine, sicut inter passiones interiores præcipuę & vehementiores sunt concupiscentiæ venereorum, & ideo quando quis obtinet victoriam de morte, & de alijs, quæ ordinantur ad mortem perfectissime vincit.

Secundò consideratur perfectio victoriæ ex causa pugnæ, scilicet quando pro causa honestissima pugnatur quę est Christus, & hæc duo in martyrio inueniũtur, quia martyrium dicitur mors suscepta propter Deum, quia martyrem facit non pęna sed causa, idest causa moriẽdi, quia aliàs latrones affixi patibulis martytes dicerentur: sicut ergo virginitati pro Christo seruatæ in qua est perfectissima victoria concupiscen- D tiæ venereorũ, debetur aureola, & martyrio ita quod est mors pro Christo suscepta in qua perfecte vincuntur passiones ab extra illatæ, aureola debebitur.

Ad primum dicendum, quòd aureola datur pro opere perfecto etiam si non sit supererogationis, sustinere autem mortem propter Christum quantum est de se, est opus supererogationis, quia non tenetur quilibet fidem suam confiteri coram persecutore sẽper, sed quando de fide interrogatur, & oportet eam negare vel confiteri, multi tamen martyres se sponte obtulerunt, & in illis fuit martyrium opus supererogationis. Et tamen etiam siquis deprehensus cogatur fidem confiteri perfecte aureolam habet, licet tũc martyrium non sit supererogationis, sed necessitatis, quia aureola non debetur operi inquantum est supererogationis, sed inquantum habet perfectionem: manente ergo hac perfectione, etiam si non sit opus supererogationis aureola debetur, & tamẽ martyrium non est opus minus perfectum quando est necessitatis, quam quando est supererogationis: ergo vtrique debetur aureola.

Ad secundum dicendum, quòd omne martyrium proprie dictum est voluntarium, cum sit mors pro Christo suscepta, quòd autem ab extra inferatur non facit illud esse inuoluntarium, vnde nec debetur martyrio præmium, secundùm quòd ab extra infligitur, sed secundùm, quòd voluntarie sustinetur, quia non inuenitur nisi per ea quæ sunt in nobis, & quanto aliquis sustinet id, quod est difficile & magis notum voluntati repugnare, tanto voluntas, quæ propter Christum id sustinet, ostenditur firmius fixa in Christo, & ideo excellentius præmium ei debetur. Est autẽ martyrium voluntarium quomodocunque inferatur, sed interdum est magis, vel minus voluntarium, & fit sic tripliciter. A

Primo quãdo quis optans pro Christi nomine mori non requisitus offert se persecutori, & istud est voluntarium absolute.

Secundo vt siquis nollet mori & se occultat, deprehensus tamen eligit potius omnia terribilia sustinere, quam Christum negare, & istud est voluntariũ conditionatum, vel mixtum.

Tertio vt si infideles oderint aliquem fidelem, vtpote si multos de ipsis conuertit ad Christum, & propter hoc illum occidant, nec liberari possit etiam si velit negare, Christũ martyr est, & ipsa passio est simpliciter necessaria, & tamen iste aureolam habebit, quia pro Christo occiditur, & ista mors est voluntaria quantum ad istam, inquantum illud pro quo ẽt eam tolerat, fuit voluntarium, & tunc ei non displicet egisse id pro quo occiditur.

Ad tertium dicendum, quòd martyrium perfectũ non consistit in sola voluntate, sed opus requiritur, quia non est tam fixa in Christo mens eius qui martyrium desiderat, sicut eius qui actu tolerat. Nam in actibus in quibus reperitur multum de delectatione, vel de difficultate, ipsi actus exteriores addunt ad rationem meriti, vel demeriti supra actum voluntatis, quando solus est, secundùm quòd ipsa voluntas intẽsius mouetur ad bonum, vel malum quando fiunt tales actus exterius. De delectatione patet, vt in venereis: nam voluntas mouetur propter delectationem, quia tamen vehementior est, quando est in actu quã quando est solum in desiderio vel proposito, necesse est voluntatem magis adhęrere illi delectationi, & quia tendendo in delectationem illam voluntas deordinatur, necesse est, quòd quando experietur actu illam delectationẽ magis deordinetur, & consequenter magis peccat quis quando actu fornicatur, quam quando fornicari deliberat: sunt enim ista duo peccata, & tamen voluntas magis deordinatur in secundo, quam in primo, quia augetur voluntas in actu. Idem est in actibus difficilibus, quia eligere tolerare aliquid difficile est durum voluntati, & non eliget illud nisi sit nimis firmata in amore eius propter quod malum tolerat, & tamen difficilius est persistere voluntatem in hac electione quando malum actualiter infligitur, cum illud non poterit facere sine maiori firmitate quam prius habebat, cum solum hoc tolerare eligeret, & ita est in martyrio, quia firmior voluntas requiritur ad tolerandum martyrium actu, quam ad eligendum illud tolerare, & quia ex vehementiori motu voluntatis in Deum est maius meritum, ma- E gis meretur regulariter martyrium sustinens, quam solum illud eligens, etiam si ad illud sustinendum se omnino disposuerit, etiam quia præter hoc tolerat quandam difficultatem, quam non habet qui martyrium solum eligit.

Potest tamen interdum magis mereri qui solum illud eligit, quam qui eligit, & sustinet, eo q̃ ex maiori, & ardentiori charitate potest quis martyrium eligere quam alius illud sustinere, idest quòd charitas, qua ipse eligit sustinere martyrium sit maior, & iste actus eligendi sit ardentior & magis firmans eligentem in Christo, quam sit illa charitas quã habet alius quando actu martyrium tolerat, & per quam sufficiẽter firmatur in Christo vt propter eum posset ista dura tolerare, & tunc cum charitas sit radix meriti respectu præmij essentialis, & iste habeat perfectiorem actum

actum charitatis martyrium eligendo, quam alius illud sustinēdo, necesse est, quòd magis mereatur iste martyrium eligendo, quam ille illud sustinendo, & tamen eligenti solum martyrium non debetur aureola, toleranti autem debetur, quia aureola est prēmiū accidentale, & non meremur illud ex radice charitatis, sed ex conditione actus habentis difficultatē quādam & excellentem victoriam, sed hoc nō est in eligente martyrium, quia ille nondum pugnat, charitas autem non prodest ad aureolam, quia solum est ad præmium essentiale.

Ad quartum dicendum, quòd in toleratione interiorum passionum non est martyrium, quia dolores exteriores sunt maiores interioribus: sicut enim delectationes tactus circa quas temperantia est, maximę sunt inter omnes delectationes interiores, & exteriores, ita dolores tactus omnibus alijs doloribus sunt maiores, & ideo illi difficultati quæ est in sustinēdo dolores tactus, prēcipue quæ sunt in verberibus, & similibus debetur aureola, magis quam difficultati quæ est in sustinēdo interiores dolores, pro quibus solis non dicitur aliquis proprie martyr nisi per similitudinem, & sic Hieronym. dicit Mariam esse martyrem.

Ad quintum dicendum, quòd pēnitentia non est martyrium, quia martyrium est mors pro Christo suscepta, pēnitentia autem non est mors, nec consistit in his, quæ ad mortem inferendam ordinantur, cum pēnitentia sit ad carnem macerandam, vel domandam, martyrium autem ad carnem occidēdam, nisi pēnitentia mensuram excesserit, & tunc culpanda est, dicitur tamen martyrium propter similitudinē afflictionis, & excedit martyrium passionis diuturnitate, exceditur tamen ab eo doloris intensione, & est excessus simpliciter, vnde pœnitentiæ aureola nō cōpetit, sed martyrio.

Ad sextum dicendum, quòd martyrium nunquā est illicitum, sed laudabile, inferre autem sibi ipsi manus occidendo, vel mutilando generaliter est illiciū, in aliquo tamen casu licet, scilicet si diuino instinctu fiat de quo dictum est supra capitulo quinto, quæstione 112.

Ad septimum dicendū, quòd siquis pro fide Christi vulneretur, siue ad mortem, siue non, dumtamen inde non moriatur, sed prorsus curetur, licet multum meruerit, martyr tamen non est, nec aureolam habebit, cum martyrium sit mors pro Christo suscepta, si autem ex vulnere confestim moritur, martyr est, si vero ad mortem percutitur, & tamen non moritur statim, sed post aliquot dies, dumtamen ex vulnere moriatur martyr est, & aureolam habebit, sic fuit de beata Cecilia quę gladio percussa per triduum vixit, vt de ipsa ait, triduanas à domino poposci inducias, vt domum meam Ecclesiam consecrarem. Ita etiam fuit de multis martyribus qui susceptis vulneribus nō statim, sed post aliquot dies in carceribus mortui sūt, siquis autem vulnus mortale non accipiat, & tamen exinde incurrat mortem, martyr dicitur, & aureolam habere creditur.

Quidam tamen dicunt, quòd si per negligentiam incurrat propriam mortem ex vulnere, quod nō erat mortale, non est martyr.

Sed dicendum, quòd etiam si per aliqualem negligentiā mortuus est qui aliàs non erat ex vulnere moriturus martyr est, quia ista negligentia non deduxisset eum ad mortem nisi præsupposito vulnere, quod pro fide acceptum est, & ita vulnus pro Christo illatū fuit ei prima occasio mortis, & ideo martyr est iste, & aureolam non amittit propter negligentiam prædictam, nisi talis fuisset negligentia quæ culpam mortalem inducat, quia ista aufert auream, & aureolam, & sic necesse est, quòd vel damnetur vel aureolam habeat. Si vero ex vulnere mortali suscepto non moritur aliquo casu accidente, vel vulnera mortalia non suscepit, & tamen carcerem sustinens moritur, martyr est, & aureolam habet. Ita enim fuit de quibusdā vt de Marcello, & de Ioanne Papa, & de Eusebio: nā Ioannes, & Eusebius vulnera susceperunt, sed carcerem diu sustinentes famis inedia, vel alijs angustijs mortui sunt, eorum tamen martyria celebrat Ecclesia. Ad martyrium enim non requiritur determinatum genus mortis, sed solum, quòd pro Christo moriatur aliquid sustinens, ita quòd ista toleratio duret vsque ad mortem, vel ex malis toleratis mors sequatur.

Ad octauum dicendum, quòd non est martyr ille cui temporalia auferuntur propter Christum: sicut enim temperantia non est circa delectationes in pecunijs, vel honoribus, sed in delectationibus tactus quasi præcipuis, ita etiam fortitudo est circa pericula mortis sicut circa præcipua tertio Eth. cap. de fortitudine, ideo soli illi passioni quæ irrogatur circa corpus ex qua mors sequitur debetur aureola. Si autem quis propter Christum diuitias, famam, honorem, vel similia amittat, non est propter hoc martyr nec aureolam habebit, quia nō potest quis plus amare res suas quam corpus suum nisi inordinate amet. Amor tamen inordinatus non adiuuat ad merendum aureolam, sed potius facit ad perdendum præmium substantiale, cum inordinatus amor sit peccatum; naturaliter tamen non potest æquari dolor de amissione rerum, dolori de occisione corporis, ideo martyrio debetur aureola, sed non amissioni rerum propter Christum.

Ad nonum dicendum, quòd ad martyrium non solum est causa sufficiens confessio, sed requiritur virtus aliqua infusa; quæ habeat pro fine Christum: quęlibet enim virtus in facto suo facit nos testes Christi in quantum opera quę Christus facit per nos, sunt testimonium bonitatis Christi, cum homo non possit sine Christo bonum facere: Io. 15. sine me nihil potestis facere, idest nihil boni: ideo non solum siquis pro confessione fidei moriatur, sed etiam pro quacunque alia virtute quā propter Christum seruat, vel vt in vitium oppositum non incurrat, martyr est, & ita beata Agnes pro seruanda virginitate potius, quam pro seruanda confessione fidei occisa est, licet confessio fidei fuerit adducta vt color ad ipsam occidendum, ita siquis occidatur quia non vult consentire alicui vitione per illum Christum offendat, vere martyr est, & aureolam habet.

Ad decimum dicendum, quòd veritas fidei magis pertinet ad Christum, quā cęterę veritates, quia pertinet ad ipsum, vt ad finem, & vt ad obiectum, quia fides tota de Christo est, cęterę veritates non pertinēt ad Christum tanquam ad obiectum, sed ad res illas de quibus aliquid confirmatur vel negatur, sed possunt pertinere ad Christum, vt ad finem, scilicet si propter Christum velit quis dicere veritatem. Et ideo nullius veritatis confessio ex parte materię vel obiecti est causa sufficiens ad martyrium, scilicet vt non dicatur aliquid falsum de Christo, aliæ tamen veritates possunt esse sufficiens causa martyrij, vt siquis potius occidi eligat, quam falsum dicere, vt Christū non offendat: nam tunc aureolam martyrij habebit.

Ad vndecimum dicendum, quòd moriens in bello iusto pro bono publico non est martyr ex hoc solū quòd pro republica moritur, sicut est martyr qui pro Christo moritur, quia bonum increatum excedit bonum creatum quodcunque. Vnde quicunque finis

creatus

creatus, siue sit bonum publicum, siue priuatum, nō potest tantam bonitatem præstare actui quantam finis increatus præstat, & ideo siquis pro republica moritur non referens hoc ad Christum, licet sit in charitate non habebit aureolam, sed si moriatur pro republica inquantum in hoc tollit Christum principaliter cuius cultus est conseruatio boni publici martyr erit, & aureolam habebit, vt si defenderet patriam ab impugnatione hostium qui Christi fidem nituntur corrumpere, martyr erit.

Ad duodecimum dicendum, quòd quidam volūt Innocentes fuisse vere martyres, non solum opere, sed etiam voluntate. Dicunt enim, quòd virtute diuina acceleratus fuit in eis vsus rationis, sicut asserūt fuisse in Ioanne Baptista dum adhuc esset in vtero, & ita fuit in eis voluntas moriendi pro Christo.

Sed hoc non est satis recte dictum, quia non est ponendum miraculum sine necessitate, nemo tamē vrget nos Innocentes habuisse miraculose vsum rationis, ideo non est ponendum.

Alij ergo dicunt, quòd Innocentes fuerunt martyres necessitate & non voluntate, & sic vult Bernar. distinguens tria genera martyrum, vt dictum est, & tūc Innocentes non habent perfectam rationem martyrij, sed aliquam participationem eius, scilicet, quòd pro Christo passi sunt, & ita non habent aureolam, secundùm perfectam rationem aureolæ, scilicet quia gaudent se in obsequium Christi fuisse occisos, sicut paruuli morientes cum carnis integritate ante annos discretionis, licet non habeant perfectam aureolam virginitatis, gaudent tamen aliqualiter de integritate carnis, quæ in eis mansit.

An doctoribus debeatur aureola. Et quibus doctoribus maxime debeatur. Quæst. XXI.

QVAERETVR, an doctoribus debeatur aureola. Aliqui dicunt, quòd non, quia omne præmium patriæ respondet alicui virtuti, prædicare tamen, vel docere nō est actus alicuius virtutis: ergo doctrinæ, vel prædicationi aureola non competit.

Item docere & prędicare ex studio competit, & ex doctrina, ea tamen per quę meremur aliquid pro futuro statu non sunt acquisita humano studio, sed infusa, quia naturalibus, & acquisitis non meremur: ergo per prędicationem, & doctrinam non habetur aureola.

Item exaltatio in futuro habetur per humiliationem huius vitæ: Luc. 14. scilicet qui se humiliat exaltabitur: in docendo tamen, & prędicando non est humiliatio, sed potius superbiæ occasio, vnde dicit glo. Matth. 4. quòd diabolus multos decepit honore magisterij inflatos: ergo prædicationi non debetur aureola.

Dicēdum, quòd aureola debetur doctoribus, quia ad Eph. 1. super illo verbo, quæ sit eminens, &c. dicit glo. quoddam crementum habebūt sancti doctores vltra illud quod alij communiter habebunt, istud autem vocatur aureola.

Item Cantic. 8. super illo verbo. vinea mea coram me est. dicit glo. ostendit, quòd singularis prēmij modum doctoribus eius disponit, & sic doctores habebunt speciale prēmium, quod est aureola.

Etiam patet hoc ex ratione aureolę quæ dicit perfectissimam rationem victoriæ in qua homo confirmatur Christo, & sicut per martyrium, & virginitatē perfectissimam victoriam quis habet de carne & mūdo, ita etiam victoriam perfectissimam contra diabolum obtinet, quando quis non solum diabolo in pugna non succumbit, sed etiam eum expellit, & non solum à se sed etiam ab alijs, hoc autem fit per prædicationem, & doctrinam, ideo prędicationi & doctrinæ debetur aureola sicut virginitati & martyrio.

Aliqui autem putant, quòd solis prælatis debeatur aureola, quia eis competit ex officio prædicare, & docere.

Sed falsum est, quia aureola debetur omnibus actu prædicantibus, & docentibus, prælatis autem si actu doceant, aureola dabitur, aliàs tamen propter officiū solum non dabitur eis, quia corona non debetur statui sed actui pugnandi, iuxta illud 2. Tim. 2. non coronabitur nisi qui legitime certauerit.

Sciendum etiam, quòd non debetur cuilibet doctrinæ aureola, sed illis solum, quę est de pertinentibus ad salutem, ista autem est doctrina sacræ scripturæ, quia obseruatio eius est necessaria ad salutem, & ita dicitur Dan. 12. qui erudierint plurimos ad iustitiā fulgebunt sicut stellæ ad perpetuas æternitates, per quod præmium aureolę designatur, erudire tamen ad iustitiam est erudire hominem in illo per quod iustus fit, & ista est doctrina sacræ scripturæ, quia obseruatores suos iustos reddit, docere autem hoc pertinet ad aureolam, quia hic est quædam pugna excellens, & arma huius pugnæ sunt spiritualia, scilicet testimonia sacræ scripturæ 2. Corinth. 10. arma militię nostrę non sunt carnalia, sed spiritualia potentia Deo, idest habentia potestatem, secundùm Deum ad destructionem munitionum, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, idest doctrina sacrę scripturæ proficit ad hoc, vt per eam resisti possit omnibus impugnātibus Christum, & omnis intellectus cogatur subijci Christo per istā manifestam veritatem, quam sacra scriptura ostendit: hic ergo docere est spiritualiter militare pro quo debetur corona excellens, quę aureola dicitur.

Ad primum dicendum, quòd prędicare & docere sunt actus alicuius virtutis, i. sapientiæ tanquam dirigentis, vel charitatis tanquam imperantis, vel misericordię specialiter hoc respicientis, quia docere est subuenire defectui proximi qui est ignorātia, sed alienis defectibus subuenire ad misericordiam pertinet; vnde docere ponitur inter opera misericordię spiritualia, vt ostensum est sup. 5. c. q. 26.

Ad secundum dicendum, q̄ licet scientia ad prędicandum, & docendum ex doctrina & studio, vt communiter habeatur, vsus tamen doctrinę ex voluntate procedit, quę informatur per charitatem à Deo infusam, & sic actus iste potest esse meritorius, non per eaquę homo naturaliter habet, vel acquisiuit, sed per eaquę Dominus sibi infudit.

Ad tertium dicendum, q̄ exaltatio hominis in hac vita non diminuit prēmiū vitæ futurę, nisi ei qui hanc exaltationem ad propriam gloriam quęrit. Qui autē istam exaltationem ad vtilitatem aliorum conuertit, ex ea sibi mercedem acquirit: nam non poterit vtiliter docere quis, nisi status doctoris haberet aliquam excellentiam super eos qui docentur propter venerationem eius, quod docetur, ne sacra doctrina fit contemptibilis.

An Christus habeat aliquam aureolam, eive competat. Quæst. XXII.

QVAERETVR, an Christus habeat aliquam aureolam. Aliqui dicunt, quòd sic, quia aureola debetur virginitati, martyrio, & doctrinę, sed in Christo fuerunt hæc perfectissime: ergo Christo debetur aureola.

Item

Item quod est perfectissimum in rebus humanis Christo est attribuendum, sed aureola debetur meritis excellentissimis: ergo in Christo est aureola.

Item dicit Cyprianus, quòd imaginem Dei virginitas portat: virginitatis ergo exemplar in Deo est, & sic videtur quòd Christo etiam inquantũ est Deus aureola competat.

Dicendum vt aliqui volunt, quòd in Christo est aureola, secundùm propriam rationem aureolę, quia in eo fuit pugna, & excellens victoria, & istud dicit proprie ratio aureolæ.

Aliter dicendum, & melius, quòd quamuis Christo competat aurea siue corona, secũdùm rationem suam, non tamen competit ei aureola, quia aureola cum sit diminutiuum importat aliquid paruum, vel aliquid quod secundùm partem habetur, & non secundùm totam sui plenitudinem possidetur. Illis ergo competit aureolam habere in quibus est aliqua participatio, idest pars perfectæ victoriæ, per imitationem ad illum in quo inuenitur plenissima victoria, & quia in Christo inuenitur perfectissima victoria per quam omnes alij qui vincunt cõstituuntur victores, s. inquantum recipiunt aliquid de bonitate illius victorię: Io. 16. confidite ego vici mudum, idest quia ego vici, vos poteritis vincere, quia ego dabo vobis, quòd vincatis, cũ ego vincere potuerim, & Apoc. quinto. dicitur vincit leo de tribu Iuda: Christo ergo non competit habere aureolam, sed aliquid valde excellens, vnde omnes aureolę originem, & excellentiam accipiant, sicut dicitur Apoc. 3. sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius, s. qui vicit dabo ei sedere mecum in throno meo sicut, & ego sedeo cum patre meo. Et sic illud quod Christus habet non est aureola, secundùm propriam rationem, sed excedens omnem aureolam: nam aureola est gaudium de conformitate ad Christum propter excellentem victoriam, nullus tamen sibi ipsi conformatur nec similatur, vt dicit Hilarius: ergo nõ est aureola proprie in Christo, sed aliquid maius omnibus aureolis, quod est alterius rationis.

Ad primum dicendum, quòd Christus fuit verissime virgo, martyr, & doctor, sed premium correspondens istis in Christo nõ habet aliquam notabilẽ quãtitatem in comparatione ad magnitudinem premij essentialis, ideo non dicitur aureola, cum in nobis aureola dicat aliquid excellens aliquo modo connumerabile contra premium essentiale, licet nunquam sit equale illi, vt ostensum sup. q. 16.

Ad secundum dicẽdum, quòd licet aureola debeatur operi perfectissimo quoad nos, tamen inquãtum aureola diminutiue dicitur, significat quandam participationem perfectę victorię per imitationem ad illum in quo plenissime inuenitur, & quia in Christo nihil inuenitur participatiue, sed perfectissime cum sit datus ei spiritus, & non ad mensuram: Io. 3. & non solum aliarum perfectionum, sed etiam diuinitatis plenitudo habitat in eo corporaliter. ad Collo. 2. non habet ipse aureolam, quę diminutionem dicit, sed quandam ineffabilem plenitudinem, & de illa plenitudine nos omnes accipimus: Io. 1.

Ad tertium dicẽdum, quòd licet virginitas habeat aliquo modo exemplar in Deo, non tamen est illud exemplar eiusdem rationis, quia tunc Deus esset virgo sicut habens virginitatem virgo est, sed falsum est, sed incorruptio naturæ quę est in Deo quam imitatur virginitas faciens in homine incorruptionem mentis, & corporis, longe est alterius rationis.

F *An in Angelis sit aureola. Et quomodo virginitas dicatur vita Angelica. Quæst. XXIII.*

QVAERETVR, an in Angelis sit aureola. Aliqui dicunt, quòd sic, quia Hieronym. loquẽs de virginitate dicit, & prẽter carnem viuere potius est vita Angelica, quam humana, & 1. Corinth. 7. dicit glo. quòd virginitas est portio Angelica, & tamen virginitati debetur aureola: ergo etiã Angelis debetur.

Item nobilior est incorruptio spiritus, quã carnis, sed in Angelis inuenitur mentis incorruptio, quia nũquam peccauerunt: ergo potius debetur eis aureola, quam hominibus carne incorruptis, qui aliàs tamen sępe peccauerunt.

Item doctrinę debetur aureola, Angeli tamen docent nos purgando, perficiendo, & illuminando, vt dicit Dion. ergo Angelis debetur saltẽ aureola doctorũ.

Dicendum, q̃ non competit Angelis aureola, quia nõ coronabitur nisi qui legitime certauerit 2. Tim. 2. in Angelis tamen nulla pugna est.

Item quia aureola non debet actibus qui non exercentur per corpus: actus .n. mentis non sufficit ad aureolam. vnde amantibus virginitatem, martyrium, & doctrinam, si exterius non adsit carnis integritas, & mors pro Christo suscepta, & actualis doctrina, aureola nunquam dabitur: Angeli tamen cum sint incorporei nihil istorum habere possunt, ideo nec aureolam habebunt.

Item quia aureola proprie dicta rñdet cuidam merito excellentissimę operationis, & perfectę, illa vero quę in homine ad perfectionem meriti pertinẽt, sunt Angelis connaturalia, vel pertinent ad communem statum eorum, siue ad premium, sicut de virginitate. Nam incorruptio carnis est in homine quędam perfectio: in Angelo autem incorruptio natura est. Etiã incorruptio mentis ad cõem statum Angelorũ non pertinet, quia ex conditione beatitudinis mens eorũ corrumpi non potest. Martyrem quoq; esse homini est perfectio: Angelo tamen non, excellentior quippe est natura Angeli, quam vt martyr esse possit. Docere quoq; Angelorum non est ad meritum ipsorũ, sed ad gloriam, & cõem statum ipsorũ pertinet, nec est hoc in illis aliqua difficultas sicut in nobis, ideo pp illa per quę hominibus dantur aureolę non danẽ Angelis, quia ista pertinent in homine ad meritũ, in Angelis vero ad naturam, & statum communem.

Ad primum dicendum, q̃ virginitas dicitur esse vita Angelica inquantum virgines per gratiam imitantur id, quod Angeli hñt per naturam: non est .n. alicuius virtutis ipsi Angelo, q̃ omnino abstineat à delectationibus carnis, cum illas habere nequeat, quia incorporeus est. Aliqui tamen putant dęmones qui eiusdẽ naturę sunt in venereis delectari, vt patet in incubis, & succubis: nam quidã dęmones, vt ait Aug. 15. de ciu. Dei, fęminas improba libidine vexant.

Sed dicendum, q̃ impossibile est dæmones in venereis delectari, cum ista sint penitus extra naturam eorum, ista tamen exercent, vt homines fallant, & per hoc ad malum inducant, vt si aliter non possunt, hoc modo saltem eos libidinibus maculent. Quòd tamen dęmon ex iniquitate mentis suę damnatæ vellet experiri delectabile venereum, quod scit sibi natura impossibile, non est inconueniens, quia nihil mali esse potest, quod mens deprauata velle non possit.

Ad secundum dicendum, quòd perpetua incorruptio mentis in nobis pertinet ad premium accidẽtale, cum saluari possit etiam ille qui sępe mente corruptus est, in Angelis autẽ incorruptio perpetua, est de necessitate salutis, quia si Angelus semel peccat,

reparari

reparari non potest. Ad tertium dicẽdum, quòd illi actus, secundùm quos Angeli nos docent non pertinent ad laborem, & difficultatem, sed ad gloriam, & communem statum ipsorum, ideo per eos aureolam non habent, quę datur pro sola excellenti victoria.

An aureola detur corpori, vel animæ. Et quomodo vtrique premium datur. Quæst. XXIIII.

QVAERETVR, an aureola detur corpori, vel animæ. Aliqui dicunt, q̃ sit in corpore, quia premium essentiale potius pertinet ad animam, q̃ accidentale, cum sit essentiale respectu boni increati, accidentale vero in bono increato, vt dictum est sup. q. 15. dotes tñ quę ad premium essentiale pertinent, non solum sunt in anima, sed etiam in corpore: ergo aureola quę pertinet ad premium accidentale non solum erit in anima, sed etiam in corpore.

Item peccato quod exercetur per corpus rñdet pęna in anima, & corpore: ergo & merito, quod exercetur per corpus debetur premiũ in anima, & in corpore, meritum tñ aureolę per corpus exercetur, quia (vt dictum est) preced. q. q̃ aureola non cõpetit actui qui per corpus non exercetur: ergo aureola corpori debetur.

Item in corporibus martyrum apparebit quædam pulchritudo virtutis in ipsis cicatricibus, vt dicit Aug. 22. de ciu. Dei, nẽscis quõ sic afficimur amore martyrum bonorum, vt verius in illo regno in eorum corporibus videre cicatrices vulnerum velimus, quas pro Christi nomine pertulerunt, & fortasse videbimus: non .n. erit deformitas in eis, sed dignitas quędam, quamuis in corpore nõ corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit: ergo videtur q̃ aureola martyrum erit in corpore, & eadem ratione aureola virginum, & doctorum.

Dicẽdum, quòd aureola erit in anima, quia animæ existentes modo in patria aureolas habent, tñ non habent corpora: ergo proprium subiectum aureolę nõ est corpus, sed anima.

Item quia omne meritum ab anima est: ergo omne premium erit in anima. Et patet quia aureola proprie est quoddam gaudium beatorum de illis bonis de quibus aureola debetur, gaudium tamen non est in corpore, sed in anima. De hoc tamen bono, quod est aureola redundat aliquid in corpus, quia sicut ex gaudio essentialis premij, quod est aurea redũdat quidam decor in corpore, qui est gloria corporis, ita ex gaudio aureolę resultat quidam decor in corpore, & sic aureola principaliter & tanquam in subiecto est in anima, & tamen per quandam redundantiam fulget in carne. Ad primum dicendum, quòd aureola non est in corpore principaliter, & vt in subiecto proprio, sed per redundãtiam, vt dictum est, & ita est, quod de dotibus corporis objicitur, quia dotes corporis non sunt ipsa beatitudo, nec pars eius, sed sunt quędam redundantia facta in corpus ex plenitudine beatitudinis animæ. Ad secundum dicendum, quòd licet actus in quo est meritum per corpus exerceatur, non est meritum corporis, sed animę, quia corpus est, vt organũ nesciens quid per illud agatur. Anima vero est principale agẽs cuius est totum bonum, quod est in actu: corpori ergo non debetur aliquod premium, nec in totum, nec in partem tanquam illud aliquid meruerit, & totum præmium est animę; in corpore tamẽ est aliquid premij non tanquam aliquid meruerit, sed qa naturaliter est animę vnitum, cum sit pars speciei, & non potest anima habere aliquod excellens bonum, quin aliquid eius redundet in corpus saltem equiuoce, quia non potest esse aliquod bonum vnius rõnis, quod sit in corpore, & in anima tanquam in duobus subiectis, quia omnia accidentia corporis sunt corporalia, accidentalia autem animæ sunt incorporalia, & idem etiam est in malis quorum anima patitur: nam fit naturaliter redundantia ab ea in corpus. Ad tertiũ dicẽdum, quòd tam in martyribus, quam virginibus, quam doctoribus erit quidam decor in corpore, illa tamen pulchritudo quę apparebit in cicatricibus martyrum non erit aureola, sed aliquid redundans ab aureola, quia multi martyres aureolam habebunt, qui tamen cicatrices nullas habebunt, sicut qui submersi in aquis occisi sunt, & qui fame, & labore carceris confecti decesserunt.

An conuenienter assignentur istæ tres aureolæ virginum, martyrum, & doctorum vel debent plures esse. Et quòd tres sunt pugnæ priuilegiatæ contra carnem, mundum, & dæmones: earumque præcipuus actus quis sit in singulis. Quæst. XXV.

QVAERETVR, an conuenienter assignẽtur istę tres aureolę virginum, martyrum, & doctorũ, vel an debeant esse plures. Aliqui dicunt, quòd plures esse debeant, quia aureola martyrum rñdet virtuti fortitudinis. Aureola virginum virtuti temperantię. Aureola doctorum virtuti prudentię: ergo videtur quòd debeat poni quarta aureola quę rñdeat virtuti iustitię. Item quia 2. Tim. 2. dicitur reposita est mihi corona iustitię, & tamen aureola est ista corona: ergo iustitiæ datur quędam aureola. Item Exod. 25. dicit glo. q̃ corona aurea datur cum per Euangelium his qui mãdata custodiunt vita æterna promittitur infra 19. si vis ingredi ad vitã serua mandata, huic aureola superponitur cum dicitur eod. cap. si vis esse perfectus vade & vende, &c. quod ad paupertatem voluntariam pertinet: ergo paupertati datur aureola. Item per votum obedientię homo se totaliter subijcit: ergo in voto obedientię consistit perfectio, & sic vr̃ quòd aureola ei competat, cum illa detur pro operibus perfectis. Itẽ prẽter virginitatem, martyrium, & doctrinã sunt multa alia opera supererogationis de quibus hõ gaudebit in futuro: ergo multę alię aureolę sunt prẽter istas cũ sit aureola gaudium de opere perfecto. Item sicut aliquis diuulgat fidem prędicando, & docendo, ita ẽt sacram scripturam exponendo, & libellos in eius adiutorium cõpilando: ergo dẽtur ei aureola. Dicẽdum, q̃ aureola est quoddam gaudium spũale, & priuilegiatum, excellenti victorię, & priuilegiatę rñdens, ideo solis victorijs priuilegiatis dabitur. Istę aũt sunt tres, ideo solum sunt tres aureolę. Tres .n. pugnę solum sunt, s. contra carnem, & contra exteriora, & contra dæmonem. In pugna aũt contra carnem ille obtinet victoriam perfectissimam qui à delectationibus venereis, quę sunt prẽcipuę inter delectationes carnis omnino abstinet, & ideo virginitati, quæ hoc facit debetur aureola. viduę vero & coniugati contra carnem pugnant, & superant, non tamen est perfectissima victoria, cum non omnino abstinuerint à venereis contra, quę pugnatur: debetur ergo coniugatis pro hac victoria fructus tricesimus, & viduis fructus sexagesimus. Aureola tamen quę est aliquid valde excellens eis non datur, sed solis virginibus, quę venerea prorsus abiecerunt. In pugna quæ est contra mundum, & famem, & contra exteriora illa est maxima victoria, cum resistentes mundo vsq; ad mortem sustinemus, qui autem pro Christo temporalium amissionẽ sustinent magnam quidem gloriam habent. Qui vero in corpore molestias tolerant, maiorem habent aureolam, tamen non suscipiunt, quia ad victoriam maximam huius generis non perueniunt, scilicet vsq; ad

mor-

mortem decertare: ſolis ergo martyribus huius pugnæ datur aureola quę ſecunda eſt. In pugna autem qua contra diabolum pugnatur illa eſt prępcipua victoria, cum quis hoſtem non ſolum à ſe, ſed etiã de cordibus aliorum remouet, quod fit per doctrinam, & prędicationem, & ideo doctoribus, & prędicatoribus tertia debetur aureola.

Alij diſtinguunt tres aureolas, ſecundùm tres vires animæ quantum ad actus earum prępcipuos, vt cuilibet vna aureola reſpondeat. Prępcipuus enim actus ipſius vis rationalis eſt non ſolum fidem habere, ſed ẽt fidei veritatem in alios diffundere, & huic actui competit aureola doctorum. Actus prępcipuus vis irascibilis eſt propter Chriſtum mortem contemnere & ſuſtinere, & huic actui debetur aureola martyrum. Actus prępcipuus vis concupiſcibilis eſt à delectationibus venereis, quę in hoc genere maximę ſunt, omnino abſtinere, & huic debetur aureola virginum, & ad idem redit, quod pręcedens aſſignatio.

Alij diſtinguunt aureolas pęnes modum conformitatis ad Chriſtum, cum aureola ſit gaudiũ de opere perfecto, ſecundùm quod conformamur Chriſto, ipſe autem fuit mediator Dei, & hominum 1. Tim. 2. fuit ergo doctor inquantum veritatem, quam à patre accepit mundo manifeſtauit: Io. 7. mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me. Fuit martyr inquantũ à mundo ad quem mittebatur, perſecutionẽ, & mortem ſuſtinuit, quia in propria veniens à ſuis receptus non eſt: Io. 1. Fuit autem virgo inquantum vtramq; integritatem, i. mẽtis, & carnis in ſeipſo ſeruauit, ideo doctores, martyres, & virgines perfectiſſime Chriſtũ imitantur, & ſic eis debentur aureolæ. Sciendum etiã, quòd cauſa prępcipua quare ſacri doctores iſtas tres aureolas aſſignãt fuit, quia pro his tribus actibus in ſcriptura inuenitur ſpecialis laus, & excellentia pertinens ad futurum ſęculum, quę pro alijs actibus non inuenitur ita ſpecialis. De virginitate patet Iſa. 56. ſcilicet hęc dicit Dominus eunuchis, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs, & filiabus, nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit. dicuntur tamen eunuchi ipſi virgines, quia ſe eunuchizauerunt, ideſt caſtrauerunt propter regnum cęlorum, vt Chriſtus dicit inf. 19. de hoc etiam, Apoc. 14. dicitur & nemo poterat dicere canticum niſi illi, & ſequitur, hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: virgines enim ſunt, & ſequuntur agnum quocunque ierit. dicere autem iſtud canticum iſtos ſolos, & ſequi agnum, oſtendit excellentem gloriam eorum, quam nos aureolam vocamus, & quia iſta aureola eſt gaudiũ de operibus in quibus perfecte Chriſto conformantur, dicitur quòd ſequũtur agnũ quocunque ierit. De martyribus etiam qui aureolam habent dicitur quòd ſequuntur agnum, & quòd agnus regit illos, & deducit illos ad vitæ fontes aquarum: Apoc. 7. & dicitur de eis, quòd datę ſunt eis ſingulæ ſtolę albæ: Apoc. 6. per quas oſtenditur ſpecialis gloria quam habent de martyrio ſuo, & hanc dicimus aureolam, & dicitur de eis, quòd agnus qui in medio throni eſt regit eos, & habitat ſuper illos: Apoc. 7. De doctoribus etiam inuenitur ſpecialis gloria, quia Daniel. 12. dicitur, qui docti fuerint fulgebunt ſicut ſplẽdor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellę in perpetuas ęternitates, iſte autem fulgor eſt ſpecialis gratia, quę dicitur aureola. Vnde debetur prępcium duplex doctori, ſcilicet eſſentiale, quod eſt vita æterna, & accidentale, ideſt aureola. De primo patet Eccleſiaſt. 24. qui me illucidant vitam æternam habebunt, & loquitur ibi ſacra ſcriptura doctoribus qui eam illucidant. De ſecundo patet ſupra, ſcilicet qui erudiunt multos ad iuſtitiam, &c. Et iſtud duplex prępcium doctorum poſuit Paulus 1. Tim. 5. ſcilicet qui bene prępſunt duplici honore digni habentur, maxime qui in verbo & doctrina laborant, iſti autẽ ſunt doctores qui verbo & doctrina laborant, i. prędicant, & docent: iſtę ergo tres aureolę aſſignantur. Ad primum dicendum, quòd iuſtitię non competit aureola, eo quòd datur pro operibus excellentis victoriæ, iuſtitia tamen non dicit aliquam pugnam. Vel poteſt dici, quòd iuſtitia vt accipitur in ſacra ſcriptura eſt virtus generalis, & circuit omnem virtutem: non ergo poteſt deberi ei aliqua ſpecialis aureola. Tamen quod dicebatur aureolam doctorũ dari prudentiæ falſum eſt, quia prudentia dirigit moralia, ſed non ſpeculatiua, doctor tamen prępcipue prędicat, quę ad ſpeculatiua pertinet, ideo docere eſt actus ſapientiæ tanquam habitus dirigentis. Vel eſt à charitate tanquam imperantis propter finem ſuum. Vel eſt ſpecialiter à miſericordia tanquam à reſpiciente defectũ proximi cui vult prouidere, & illa eſt ignorantia quę tollitur per doctrinam. Ad ſecundum dicendum, quòd non vocatur corona iuſtitię aureola data pro actibus iuſtitiæ, ideſt iuſte data, quia datẽ homini pro bonis operibus, & eſt ipſum prępcium eſſentiale, quod nemo ſine meritis habet. Vnde dicitur ibi, quam reddet mihi iuſtus iudex, ideſt illa erit corona iuſtitię, quia Deus illam iuſte dabit pro operibus bonis. Ad tertium dicendum, quòd paupertati non debetur aureola, quia licet ſit paupertas voluntaria opus perfectionis, non tamen tenet ſupremum locũ in aliquo genere pugnæ, quia amor rerum poſſidendarum qui opponitur voluntariæ paupertati non impugnat tam grauiter mentem ſicut concupiſcentia carnis, & dolor illatus in corpore expereſcutione exteriori. Aureola tamen debetur pro excellenti victoria: ergo non debetur aureola paupertati, ſed debetur ei iudiciaria poteſtas infra 19. ſcilicet vos qui reliquiſtis omnia ſedebitis ſuper duodecim ſedes iudicantes. & hoc ratione humiliationis, quia qui omnia deſpicit voluntarie pauper effectus, contemptibilis eſt in hoc ſęculo, & pro hoc contemptu debetur quidam ſpecialis honor, i. iudiciaria poteſtas in futuro. Ad glo. autem allegatam dicendum, quòd large accipit aureolã, ſcilicet pro quolibet prępmio quod datur merito excellenti, & ita omnibus actibus conſiliorum debetur aureola, ſed non eſt aureola proprie dicta. Ad quartum dicendum pro voto obedientię non debetur aureola, quia aut accipitur perfectio huius actus ex genere ſuo vt pertinet ad latriam, aut ex rebus ad quas per votum ſe obligat quis. Primo modo non debetur aureola voto obedientię, quia non dicit aliquam difficultatem, nec pugnam, & tamen requiritur ad aureolam. Si ſecundo modo cum per votum obediẽtię non determinetur quis ad aliquem vnum ſpecialem actum nõ debetur vna aureola, ſed plurimę, ideo nulla debetur niſi forte ſub voto obedientię caderet ſaltem implicite aliquis de illis tribus actibus pro quibus aureola non datur, quia tunc daretur aureola non inquantum ſit per votum obedientię, ſed inquantum eſt actus talis determinati generis. Ad quintum dicendum, quòd licet de quolibet opere ſupererogationis ſit aliquod ſpeciale gaudium in futuro, quod pertineat ad prępmium accidentale, tamen non debetur pro quolibet aureola, cum ipſa ſit gaudium de excellenti victoria, quę ſolum eſt in illis tribus actibus ſupradictis. Ad ſextum dicendum, quòd exponentibus ſacram ſcripturam, & quoſcunque huiuſmodi libellos conficientibus debetur aureola, ſed iſta nõ differt ab aureola doctorum, quia talia ſcribere quidam modus docendi eſt.

An

An omnes tres aureolæ ſint æquales, vel ſit aliqua maior alijs. In quo ſingularum examinatur comparatio ad inuicem.
Quæſt. XXVI.

QVAERITVR, an omnes tres aureolę ſint æquales, vel ſit aliqua maior alijs. Aliqui dicunt, quòd aureola virginum ſit maior, quia de virginibus dicitur Apoc. 14. quòd ſequuntur agnum quocunque ierit. Et etiam, quòd cantant canticum nouum, quod nemo alius poterat cantare: ergo virgines ſunt excellentiores omnibus in aureola. Item Cyprianus dicit de virginibus, quòd ſunt portio illuſtrior gregis Chriſti: ergo eis maior aureola debetur. Alij dicunt, quòd ſit maxima aureola martyrum, quia dicit Cyprianus non omnes virgines coniugatas excedũt, ſed hæ ſpecialiter quæ in tormẽtis paſſionis, virginitate inſuper cuſtodita coęquãtur martyribus coniugatis: & ſic martyrium dat virginitati præeminentiam ſuper alios ſtatus: ergo martyrio debetur maior aureola, quam virginitati.

Alij dicunt, quòd etiam aureola doctorum ſit maxima, quia Eccleſia militans eſt ad ſimilitudinem Eccleſiæ triumphantis, ſed in Eccleſia militante maximus honor debetur doctoribus primo Tim. 5. ſcilicet qui bene pręſunt prębyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant verbo & doctrina: ergo ita erit in Eccleſia triumphante, ſcilicet quòd eis aureola digniſſima debeatur.

Dicendum, quòd non ſunt ęquales iſtę tres aureolę: nam ea pro quibus dantur non ſunt æqualia: ergo nec ipſę erunt æquales.

Excellentia tamen vnius ſuper alteram poteſt dupliciter attendi. Primo modo ex parte pugnæ, ſcilicet quòd illa ſit potior aureola quę grauiori pugnæ debetur, & tunc aureola martyrum videtur eſſe maior alijs, licet alijs videtur maior aureola virginum, aſſerentibus grauiorem eſſe pugnam virginitatis pugna martyrij: & tamen vere pugna martyrij eſt grauior, & ſecundùm ſeipſam fortior & vehemẽtius affligẽs, ſed pugna carnis eſt periculoſior, quia eſt diuturnior & vicinior nobis, ſcilicet intra nos manens. Et tamen abſolute maior eſt pugna martyrum, & conſequenter maior aureola.

Secundo poteſt cõſiderari ex parte eorum de quibus eſt pugna: & tunc aureola doctorum eſt maxima omnium, quia iſta pugna eſt contra intelligibilia. pugna autem virginitatis, & martyrij eſt circa paſſiones ſenſibiles. Illa tamen excellentia quę attenditur ex parte pugnę eſt eſſentialior aureolę, quam illa quę eſt ex parte eorum de quibus eſt pugna, eo quòd aureola datur pro victoria excellenti, victoria tamen excellentior dicitur ex parte ipſius pugnæ, quam ex parte ipſorum de quibus eſt pugna, & quia grauiſſima pugna eſt martyrij cum ſit vſque ad mortem, cum ſit vltimum terribilium, erit aureola martyrum ſimpliciter maxima, ideo dicitur ſupra quinto. in glo. quòd in octaua beatitudine quę ad martyres pertinet, ſcilicet beati qui perſecutionem patiuntur &c. & in connumeratione ſanctorum, martyres doctoribus, & virginibus præordinantur. poſt iſtam eſt aureola virginũ quorum etiam grauis pugna eſt, minima autem omnium eſt aureola doctorum, quia pugna illorum eſt minus difficilis, licet ipſa ex ſe ſit dignior, ideſt de re digniori. iſtud autem eſt comparando aureolas quantum ad genus earum, quę eſt comparatio per ſe. Secus autem ſi comparentur per accidens, quia poterit minima eſſe maxima, & ecõtrario, vt ſiquis pro Chriſto leui morte confectus eſt, & tamen aliquis vſque ad ſenectutem virginitatem ſeruauit, acerrimas carnis ſuſtinens tentationes. Nam tunc virginitatis aureola maior videbitur. ſic etiam ſiquis per totam vitã docendo nimium laborauit, & multos ad fidem Chriſti conuertit, & alius aſſumpto propoſito virginitatis per menſem, vel per annum ſolum vixit, non eſt dubium quin maior erit tunc doctoris, quam virginis aureola, & ſic quantum ad varias circunſtantias poteſt interdum vna eſſe maior & interdum alia.

Ad primum dicendum, quòd non eſt maxima aureola virginum: nam quòd ipſi ſequantur agnũ quocunque ierit, non eſt ſimpliciter virgines eſſe maiores cęteris beatis, ſed quòd in hac conditione puritatis nemo perfecte conformetur Chriſto niſi ipſe. Quòd etiam dr̃ ꝓ cantant canticum nouum, quod nemo poteſt cantare, eſt ſenſus, quòd gaudium, & iubilationem de carnis integritate ſeruata ipſi ſoli habent inter beatos, & cęteri beati nõ poſſunt de hoc gaudere.

Ad ſecundum dicendum, quòd virgines ſunt illuſtrior portio gregis, quando virginitas concurrit cum martyrio, quia vt dicit Cyprianus virgines non excedunt omnes coniugatas, niſi quando cum tormentis paſſionis etiam virginitatem ſeruauerunt. Et tunc verum eſt eo quòd concurrunt duę magnæ aureolæ, ſi tamen vna alteri compararetur, maior eſt aureola martyrum. Aliter poteſt etiam dici, quòd aureola virginũ eſt illuſtrior, i. pulchrior, nõ tamen eſt melior nec dignior. Nam virginitas dicit quandam magnam puritatem, ſ. ab omni macula carnalis fęditatis immunẽ eſſe, quod eſt maxima pulchritudo, & tamen maius eſt martyrem eſſe, quam virginem: ſicut in rebus poſſeſſis à nobis, quędam ſunt alijs pulchriores, licet non ſint illis meliores.

Ad tertium eſt concedendum, quòd vere aureola martyrij eſt ſimpliciter maior.

Ad quartum dicendum, ꝓ aureola doctorum eſt dignior alijs, quia eſt de rebus dignioribus, ipſa tamen nec eſt maior, nec melior alijs. Cum autem dr̃, quòd doctores ſunt majores in Eccleſia militanti alijs, dicendum, ꝓ hoc eſt verum propter ea quę docent, nõ tamen ſequitur, quòd meritum docẽdi ſit maius meritis omnium aliorum operum, ita etiam prelati ſunt in Eccleſia cęteris maiores: & tamen etiam ſi boni ſunt, non eſt dubium quin martyres ſint meliores, & maioris dignitatis futuri in vita æterna.

An aureola in ſeipſa poſſit eſſe maior in vno, quam in alio. Et quomodo ad eius magnitudinem ſit neceſſaria charitas.
Quæſt. XXVII.

QVAERITVR de qualibet aureola in ſeipſa, an poſſit eſſe maior in vno, quam in alio, vt in duobus martyribus, vel virginibus. Aliqui dicunt, quòd non ſit maior in vno, quam in alio, quia ea, quę fiunt in termino non intenduntur nec remittuntur, & tamen aureolę debentur in operibus, quæ ſunt in termino perfectionis: ergo non intenditur nec remittitur, & ſic eſt in omnibus ęqualis. Item virginitas non ſuſcipit magis, & minus cum dicat priuationem, ſ. incorruptionem mentis, & carnis, priuationes tamen, & negationes non intenduntur nec remittuntur, ergo prępmium virginitatis, ſ. aureola non intenditur nec remittitur. Dicendum, quòd aureola non eſt æqualiter in omnibus: nam ſicut tres aureolæ ſpecie differentes non ſunt ęquales inter ſe, vt dictum eſt pręcedenti quęſt. ita nec aureolę eiuſdẽ ſpeciei ſunt ęquales in omnibus in quibus ſunt: nam aureola eſt gaudium de victoria excellenti, & tamen victoriæ non ſunt ęquales: ergo nec poterunt eſſe ęquales aureolę: nam aliàs non correſponderet prępmium merito, quia pro inæqualibus meritis darentur ęqualia prępmia, vt patet in differentia martyri magni,

&

&parui. Etiam in virginitate ſeruata longo tempore vel pauco. Etiam in habente paruas concupiſcentias, vel grauiſſimas. Sic etiam de doctoribus, quia quidā pauca, & alij multa docuerunt, etiam an parum, vel multum laborauerint, & an breui, vel longo tempore, & an multum doctrina, & ita de alijs conditionibus doctrinæ. Poteſt autem vna aureola eiuſdem ſpeciei eſſe maior altera dupliciter. Vno modo ex parte radicis. Alio modo ex parte operis: contingit enim aliquos duos eſſe quorū vnus ex minori charitate maius tormentum martyrij ſuſtineat, quam alius, vel magis p̄dicationi inſtet, aut magis à delectationibus carnis recedat: intenſio ergo meriti, quę attenditur penes radicem, ideſt charitatem non reſpondet magnitudini aureolę, ſed pertinet ad prēmium eſſentiale, quia aliàs aliquis, qui non patitur pro Chriſto, aureolam martyrij haberet maiorem quibuſdam martyribus, quia vt oſtenſum eſt ſupra quæſt. 22. aliquis eligendo martyrium non poteſt magis mereri, quam alius illud ſuſtinendo. meritum autē ex genere actus eſt, quod pertinet ad aureolam, ideſt quòd ille actus qui eſt perfectior in natura ſua, etiam ſi ex minima charitate fiat, pertinet magis ad aureolam, quam alius aliquantulum minus perfectus, etiam ſi fiat ex maxima charitate, quia aliàs non differrent prēmium eſſentiale & accidentale. Qui ergo maiores pęnas martyrij pertulit, maiorem habebit aureolam, etiam ſi ex minori charitate ſuſtinuerit. Sic etiam ſeruans virginitatem longiori tempore, & grauiores ſuſtinens concupiſcentias. idem de doctore vt ſupra dictum eſt, & tamen, licet ad magnitudinem aureolæ nihil faciat magna, vel parua charitas, eſt tamen neceſſaria charitas. Vnde ſiquis omnes actus pro quibus debetur aureola fecerit ſine charitate, nulla ei dabitur aureola, vt ſiquis doceat tota vita propter inanem gloriam, & in morte doleat, quòd propter inanem gloriam fecerit, licet habebit vitam æternam, quia in charitate decedit, aureolam tamen doctrinæ non habebit, eo quòd nullum actum fecit in charitate, vel ſaltem non faciebat hoc propter Chriſtum, etiam ſi in charitate eſſet, cum aliquando charitas ſtet cum inani gloria, ſi tamen prædicaſſet, vel docuiſſet ſemper propter inanem gloriam, & tandem dolens de hoc faceret ſaltem paucos actus doctrinæ propter Chriſtum, haberet aureolam, vt oſtenſum eſt ſupra ſexto capitulo quæſt. 13. de virginibus, & martyribus non poteſt hoc eſſe, & potiſſime de martyribus, quia etiam ſi martyr à principio propter inanem gloriam tolerat neceſſe eſt, quòd ante mortem redeat ad Chriſtum dolens de hoc: nam ſi non dolet, nec auream, nec aureolam habebit, ſed peribit quia doluit pro cauſa iniuſta, ſi autem dolet neceſſe eſt, quòd habeat aureolam, cum poſt ipſum dolorem ſequatur mors, quæ martyrium perficit. De virginibus dicendum, ꝙ ſi ſolum propter inanem gloriam virginitatem ſeruauerint, & non doluerint de hoc, poterunt vitam æternam habere, quia iſta inanis gloria poteſt eſſe peccatum veniale: aureolam tamen non habebunt. ſi autem doluerint habebunt aureolam, quia poſt iſtum dolorem adhuc continuatur conſeruatio virginitatis, quia illa durat vſque ad mortem, & iſtud paucum tēpus recuperat aureolam, licet non poſſit reſarcire damna pręteriti tēporis quantum ad prēmium ſubſtantiale, nec quantum ad accidentale: nam fuiſſet maior aureola, & etiam maius prēmium eſſentiale, ſi toto pręcedēti tempore ꝑꝑ Chriſtum virginitatem ſeruaſſet. Ad primum dicendū, ꝙ merita quibus debentur aureolę, non attingunt ad terminum perfectionis ſimpliciter, ſed ſm ſpeciē illius actus, ſicut ignis eſt ſubtiliſſimum oīm elementorum, & tñ vnus ignis eſt ſubtilior alio; ita licet non

F poſſit eſſe aliqua aureola perfectior, quam martyrii, tamen aureola vnius martyris erit maior aureola alterius. ſic etiam nulla poteſt eſſe excellentior victoria circa carnem, quam virginitas, & conſequenter nec maior aureola, & tamen aureola vnius virginis erit maior alia. Ad ſecundum dicendum, ꝙ vna virginitas non poteſt eſſe maior alia quantum ad eſſentiam virginitatis, quę eſt integritas omnimoda mentis, & carnis, & tamen poteſt eſſe maior, ideſt maiori tempore conſeruata, & contra fortiores concupiſcentias, iſtæ tamen circunſtantię dant magnam perfectionē actui in genere ſuo, & ita pro vna virginitate debetur maior aureola, quam pro alia.

G Et accedentes diſcipuli dixerunt ei. Qua- Marc. 4. Luc. 8.
re in parabolis loqueris eis? Qui reſpondens
ait illis: Quia vobis datum eſt noſſe myſte-
rium regni cœlorum: illis autem non eſt Luc. 8.
datum. Qui enim habet, dabitur ei, & Marc. 4. Iſa. 6.
abundabit: qui autem non habet, & quod Marc. 4. Luc. 8.
habet auferetur ab eo. Ideo in parabolis Ioan. 12. Act. 28.
loquor eis, quia videntes non vident, & Luc. 10.
audientes non audiunt neque intelligunt,
& adimpletur in eis prophetia Iſaiæ dicen-
H tis. Auditu audietis, & non intelligetis,
& videntes videbitis, & non videbitis.
Incraſſatum eſt enim cor populi huius, &
auribus grauiter audieruut: & oculos ſuos
clauſerunt, ne quando videant oculis, &
auribus audiant, & corde intelligant, &
conuertantur & ſanem eos. Veſtri autem
beati oculi, quia vident, & aures veſtræ,
quia audiunt. Amen quippe dico vobis,
quia multi Prophetæ, & iuſti cupierunt Marc. 4.
I videre, quæ videtis, & non viderunt, & Luc. 8.
audire, quæ auditis, & non audierunt.
Vos ergo audite parabolam ſeminantis.
Omnis qui audit verbum regni, & non in-
telligit, venit malus, & rapit, quod ſemi-
natum eſt in corde eius, hic eſt qui ſecus
viam ſeminatus eſt. Qui autem ſuper pe-
troſa ſeminatus eſt, hic eſt qui verbum au-
dit, & continuo cum gaudio accepit illud,
non habet autem in ſe radicem, ſed eſt tem-
K poralis. Facta autem tribulatione, & perſe-
cutione propter verbum continuo ſcandali-
zat. Qui aūt ſeminatus eſt in ſpinis, hic eſt q̄
verbū Dei audit, & ſolicitudo ſęculi iſtius, &
fallacia diuitiarū ſuffocat verbū, & ſine fru-
ctu efficitur. Qui vero in terram bonam ſe-
minatus eſt, hic eſt qui audit verbum, & in-
telligit, & fructum affert, & facit aliud qui-
dem centeſimum, aliud autem ſexageſi-
mum, aliud vero triceſimum.

Et

Et accedentes. Hic quæritur huius parabolæ intellectus, & diuiditur in duo. quia Primo quęritur. Et ſecundo intellectus aperitur ibi. *vos ergo audite.* Circa primum dr̄. *Et accedentes diſcipuli.* Quando Chriſtus prędicabat nemo ad eum accedebat: nūc vero poſtquam prędicauit diſcipuli accedere potuerunt. *Dixerunt ei quare in parabolis loqueris eis.* Erat quaſi modus querelę. ꝙ populus non intelligebat ea quę Chriſtus dicebat: ideo dixerunt, ꝙ non deberet loqui in parabolis, ſed plane. *Qui reſpondens ait, quia vobis datum eſt.* Quaſi dicat, vobis loquor aperte, illis autem in parabolis, quia vobis datum eſt, ideſt, conceſſum a Deo intelligere ſecreta, iſtis autem non: ideo oportet ſibi loqui obſcure, vt non intelligant. *Noſſe myſteria regni cœlorum.* Ideſt, ſecreta ſacrę Scripturę, quę vocatur regnum cęlorum. Vel dr̄ regnū cęlorum Eccleſia militans, ideſt, totus ſtatus noui teſtamenti in toto decurſu ſuo, vt aliqui volunt. *Illis autem non eſt datum.* Ideſt, turbis quàm Phariſęis non eſt datum ſcire iſta myſteria. *Qui enim habet dabitur ei.* Iſta eſt cauſa quare non dabit̄ Phariſęis, & turbis intellectus ſecretorū. ſ. quia non habebant fidem, & deuotionem ad Chriſtum: diſcipuli autem habebant fidem licet nondum firmam. habebant etiam deuotionem, quia ſequebātur eum relictis omnibus, ſicut dr̄. ĩ. 19. ecce nos reliquimus oīa, & ſecuti ſumus te. eis ergo. ſ. habentibus fidem, & deuotionem dabitur. ſ. cognitio ſecretorū. *Abundabit.* Ideſt, abundanter habebit: nam Chriſtus aperuit Apoſtolis poſt paſſionem intellectum ſcripturarum Luc. 24. ſ. aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, & hoc abundanter datum eſt, quia nō ſolum intellexerunt ad ſufficientiam, ſed etiā ad plenitudinem, & inſuper proceſſus Eccleſię illis reuelatus eſt, & hoc etiam fuit ad abundantiam. Vel poteſt dici abundabit, ideſt, habebit quantū ſufficit, quia ille, qui habet, & cui aliquid datur non habet ad copiam: ſed ſolum habet diſpoſitionem ad habendum, & ſi nihil ſibi vltra daretur indigeret, cum vero datur aliquid abundat, ideſt, habet quantum ſufficiens eſt, & ita Apoſtoli habebāt fidem, & deuotionem, ſed hęc non ſufficiebant, quia nondum intelligebant ſcripturas, nec ſecreta aliqua ſtatus noui teſtamenti, quæ ſcire erat eis conueniens, cum autem datū eſt ipſis hęc intelligere abundauerunt, ideſt, habuerunt quantum fuit eis conueniens. *Qui autem non habet.* Scilicet, fidē nec deuotionem. *Et quod habet auferetur ab eo.* Ideſt, ſenſus ſcriptutarum, vel ſtatus earum auferetur a Iudęis, quia non habuerunt fidem nec deuotionem in Chriſtum: non enim eſt iuſtum alicui non habenti auferri quod habet ſi intelligeretur de his, quę poſſidentur: ſed intelligitur de rebus ſpiritualibus quas Deus homini dat, vt proficiat per eas, quod ſi non vult, meretur illas amittere. *Ideo in parabolis loquor eis.* Scilicet, quia non habenti auferendum eſt, & ipſi fidem habere nolūt, ideo auferetur ab eis intellectus ſcripturarum, vel cognitio ſecretorum, vt ĩ. dicetur, & quia ſi iſta plane dicerentur intelligerēt illa, oportet loqui in parabolis, vt non intelligant. *Quia videntes non vident.* Quia Mar. 4. dr̄, vt videntes videant, & eſt litera apertior. ſ. ideo dr̄ eis in parabolis, vt non intelligant, & hoc eſt, vt videant, & non videant, ideſt, videant ea quę exterius fiunt, & non videant ea, quæ interius occultantur. Et ſic etiam videtur, & audientes audiant, & non intelligant, ideſt, audiant verba parabolarum, & non intelligant ſenſum earum. & ſic Marcus deſignat cauſam finalem, ideſt, ad quid Chriſtus loquitur in parabolis, & tamen Mattheus deſignat hic cauſam promeritoriam, ſcilicet, Chriſtus loquitur Phariſæis in parabolis, quia ipſi meruerunt, & hoc quia videntes non vident, ideſt, videbant Chriſti opera,

Quid ſit regnum cœlorum.

A & non videbant, ſcilicet, videre nolebant ea diuinitus eſſe facta, cum tamen ex eis manifeſte hoc appareret, ſed illa dęmoni attribuebant dicentes, in Beelzebub eijcit dęmonia. ideo meruerunt, vt iam non reuelarentur eis ſecreta aliqua.

Et audientes non audiunt nec intelligunt. Poteſt intelligi per modum cauſæ finalis, ſcilicet, vt audientes audiant, & non intelligant, ſicut dixit Marcus, & tamen melius continuat cum ſenſu præcedenti, vt dicat cauſam promeritoriam, ſcilicet, & audientes non audiunt, ideſt, quia non audiunt, ideſt, non aſſentiunt verbis Chriſti: nec intelligunt: nec intelligere volunt eorum ſenſum rectum, oportet quòd loquatur eis in parabolis, vt nihil intelligant, B ſcilicet, Chriſtus oſtendit Iudęis opera bona miraculorum, quæ deitatem oſtendebant, & non viderunt, ideſt, noluerunt videre, quòd iſta eſſent a Deo, & dixit eis verba bona dando ſacram doctrinam ad complementum legis Moyſi, & Prophetarum, & non audierunt nec intellexerunt, ideſt, noluerunt aſſentire iſti doctrinæ, nec intelligere veritatem eius, ſed inquantum poterant trahebant verba Chriſti ad prauum ſenſum, vt ſic ſcandalizarent populum: ideo iuſte meruerunt, quòd iam myſteria dicerentur eis in parabolis, & ſic nec poſſent intelligere, vt proficerent, nec vt in prauum ſenſum ſubtraherent, quia quod pro nullo modo intelligitur, nec intelligi creditur, a nullo redarguitur.

Quō intelligitur audientes nō audiūt nec intelligūt.

C *Vt adimpleatur in eis prophetia Iſaiæ.* Non accipitur. vt. prout dicit cauſam finalem, ſed dicit conſecutionem: nam non ideo Chriſtus iſta fecit, vt impleretur dictum Iſaia, ſed potius ideo Iſaia iſta prædixit, quia ſic futurum erat tempore Chriſti, ſed eſt ſenſus, vt adimpleretur, ideſt, ſic completum eſt. nam quando locutus eſt Chriſtus in parabolis, impletum fuit dictum Iſa. quia tunc Iudæi audiebāt, & non intelligebant, & habetur Iſa. 6. licet aliqualiter diſcordet litera ab iſta, ſed idem eſt ſenſus: nam raro Chriſtus aut Euangeliſtę allegant Scripturam veteris legis ſecundum omnia verba ſua.

Dicentis. auditu audietis, & non intelligetis. Poteſt iſta D litera dupliciter accipi. Vno modo de parabolis Chriſti. ſ. ꝙ audient, & non intelligent, & ſic vr̄ auditu audietis, ideſt, tempus erit in quo multa audietis, & non intelligetis. ſ. quia in parabolis dicentur. *Et videntes videbitis, & non videbitis.* Ideſt, videbitis ea quę exterius fiunt, & non intelligetis ea quę interius latent, vel videbitis. ſ. humanitatem Chriſti, & nō intelligetis eius deitatem, & tunc litera iſta ſignificat pęnam Iudęorum. ſ. ꝙ taliter aliqua viderent, & audirent, ꝙ illa nō poſſent intelligere. Aliter poteſt accipi, ꝙ oſtendatur hic culpa eorum. ſ. ꝙ noluerunt intelligere ea, quę intelligere poterant, & iſtum ſenſum magis ſequitur Mattheus. ſ. auditu audietis. i. aliquādo audietis verba Chriſti, & noletis intelligere ea in bono ſenſu, ſed deprauabitis ipſa, & vidētes videbitis. i. videbitis eius opera, E quæ teſtantur deitatē, & nō videbitis. i. noletis intelligere a Deo eſſe facta. *Incraſſatum eſt enim cor populi huius.* Eſt metaphora. ſ. q̄a intellectus pinguis nō ꝑuenit ad intelligēdū ſubtilia, & excelſa, & ita cor Iudęorū dicebat̄ incraſſatū, q̄a nō poterant intelligere ea quæ plana erāt, & ad ſalutē eorū ꝑtinebāt. Vel dr̄ cor incraſſatū, q̄a ſicut craſſitudo multiplicata circa cor extinguit vitā corporalē, ſic & malitia Iudęorū extinxit in eis vitā ſpūalē, & ſignat̄ malitia ꝑ craſſitudinē cordis. Pſal. 72. ꝓdijt quaſi ex adipe iniq̄tas eorū. *Et auribus grauiter audierunt.* Ideſt, habuerunt aures graues. ſ. indiſpoſitas ad audiendum, & ſignificatur per omnia hęc indiſpoſitio in Iudęis ad accipiendum doctrinam Chriſti. Nam ad doctrinā requirunt̄ ſenſus

G exterio-

exteriores, & præcipue visus, & auditus. Visus quidém, quia valde proficit ad scientiam, eo quòd plurimas rerum differentias nobis ostendit, vt dicitur primo Metaph. & propter hoc eũ super cęteros diligimus. Auditus etiam est necessarius, quia auditus est ianua intellectus, & post hoc est necessarius actus intellectus cui seruiunt sensus exteriores ministrando species rerum, per quas intellectus intelligat: cum autem hæc tria fuerint impedita, cognitio non habetur de rebus, & vt ostendatur, quòd Iudæi non erant cognituri veram Christi doctrinam, ponuntur impedita ista in eis tria. s. cor, aures, & oculi. Et de hoc dicitur quòd incrassatum est cor populi, cum crassitudo cordis, idest, intellectus impediat intelligere, & etiam crassa substantia cerebri impedit subtilem intellectionem. Aures dicuntur graues. i. surdæ, vt audire non possint. *Et oculos suos clauserunt.* Non clauserunt oculos corporales, nam Christum viderunt: sed oculos cordis clauserunt, sed sicut claudẽs oculos nihil videt, quia videre non vult, ita & Iudęi clauserunt oculos mentis nolendo iudicare bene de Christo, per ea quę de ipso videbant. *Ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant.* Idest, istud accidit eis, vt nõ viderent, nec intelligerent, & ita non possent conuerti. *Et conuertantur, & sanem eos.* Idest, si conuerterentur ad rectam doctrinam sanarem eos. s. dimittendo eis peccata sua; & quia ipsi demerentur dimitti sibi peccata non conuertent: tñ conuerterentur si audirent, & intelligerẽt: sic dr̃ Mar. 4. audientes audiant, & non intelligant, ne qñ conuertant, & dimittant eis peccata. Ista litera habetur aliter Isa. 6. s. audire audientes, & nolite intelligere, & non est sensus, q̃ sit præceptum, vel admonitio, quia Deus non suadet hoĩ malum, sed est p̃nunciatio futurorum. s. audite, & nolite intelligere. i. audietis, & intelligere non poteritis, quia in parabolis vobis dicetur. Vel nolite intelligere, idest, noletis, scilicet, ita erit, quòd aliqñ audietis doctrinam Christi, & noletis intelligere illam licet possitis, sed deprauabitis: & ideo Matthæus clarius dixit. s. auditu audietis, & non intelligetis, & sequitur videte visionem, & nolite cognoscere. i. videbitis Christum, & non cognosceris, vel videbitis, & noletis cognoscere, licet ex operibus suis satis posset cognosci. excęca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: videtur enim Isa. orare Deum, vt auferat Iudæis intellectum quod est excęcare, aggrauare, & claudere, & tñ non orat, quia hoc esset p̃ charitatem, sed debet intelligi per modum pronunciationis. s. excęcabis, aggrauabis, & claudes, idest, permittes excęcari, aggrauari, & claudi. Vel excęcabis, idest, proferens verba obscura in parabolis, quę intelligere non poterunt, ac si haberent cor excęcatum, & ideo Matthæus apertiꝰ dixit. s. incrassatum est cor populi huius, & auribus graui ter audierunt, & oculos suos clauserunt. i. Deus nõ excęcauit eos, sed ipsi se excęcauerunt: in cęteris autẽ eadem sunt verba Isa. & Matthæi.

Auctoritas Isa. declaratur, vt iacet in tex.

Vestri autem oculi beati, qui vident. Ostensa excęcatione Iudęorum pp eorum incredulitatem hic ostendit Christus Apostolorum illuminationem pp eorum fidem, & denotionem eis a Deo datas, & dicit: vestri autem beati oculi, qui vident. s. oculi Iudæorum maledicti sunt, quia videre noluerunt, sed vestri sunt beati, quia videtis. & non intelligitur de visione corporali, quia Iudęi quoque videbant Christũ, & oderant eum. Ioan. 15. s. nunc autem viderunt, & oderũt me, & patrem meum, & hoc non fuit eis ad beatitudinem, sed potius ad maiorem miseriam, sicut Christꝰ dixit eis Ioan. 9. si cęci essetis nõ haberetis peccatum, nunc vero, quia dicitis videmus, peccatum vestrũ manet, sed quia Apostoli spiritualiter Christum viderũt in eum credendo beati sunt: & accipitur beatitudo in specie, quia per fidem nemo est beatus, sed per claram visionem patriæ: & tamen per fidem meremur illam beatitudinem.

Et aures vestræ, quia audiunt. Idest, audiunt & assentiunt doctrinæ meæ, & per hoc beatæ sunt, idest, ad beatitudinem conferunt, quia sine fide impossibile est placere Deo ad Hebræ. 11. & tamen fides ex auditu est: ad Roma. 11. ideo aures quæ verbum suscipiũt per quod saluamur, conferunt ad beatitudinem. Iudæi autem audiebant, sed non assentiebant, sicut supra dicitur. Audientes non audiunt, & ideo aures eorum infœlices erant, quia ad æternam miseriam erant eis instrumenta. Nam si non audiuissent non erant digni pœna: licet non crederent.

Amen quippe dico vobis. Idest, in veritate, vel firmiter, & est interdum modus iurandi, vt dicit extra de iureiurando. cap. & si Christus. *Quia multi Prophetæ, & iusti.* Idest, multi iusti, qui non fuerunt Prophetę, & tamen erant Deo acceptabiles, in quo Christus ostendit dignitatem Apostolorum, quia ipsi meruerunt conspicere, q̃ patres antiqui cupierant, & non fuerat eis datum, & ideo oculos eorum beatos vocat.

Cupierunt videre, quæ videtis. Idest, videre me prę sentialiter, sicut vos videtis. *Et non viderunt.* Scilicet, qa iam mortui sunt. *Et audire, quæ auditis.* Idest, audire verba de ore meo. Vel audire doctrinam noui testamenti. Nam sciebant, q̃ alia lex danda erat, quia sic prædictum fuerat Iere. 31. s. ecce dies venient, & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, nõ ſm pactum, q̃ pepigi cum patribus vestris. dabo legẽ meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribã eam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum, & propitiabor iniquitatibus eorum. ipsi tamen non sciebant qualis esset ista lex futura, & ideo desiderabant audire eam tamquam valde bonam.

Et non audierunt. Scilicet, ante tempora Christi mortui sunt, & tamen nihil prius prædicatum est de nouo testamento, sed solum de lege Moysi: postquã autem Ioannes baptizauit Christum, cępit prædicari doctrina noui testamenti: Lucæ 16. scilicet, lex, & Prophetæ vsque ad Ioannem prophetauerunt: ex eo enim regnum Dei euangelizatur, idest, lex Moysi, & Prophetæ durauerunt vsque ad Ioannem, & prædicabantur vsque ad tempus eius, scilicet, sola lex, & Prophetæ, quia nulla alia doctrina tunc erat, quę prę dicari posset, sed ex eo, idest, ex tempore Ioannis euangelizatur, idest, prædicatur regnum Dei, idest, doctrina noui testamenti, quia licet postea prædicaretur lex Moysi, & Prophetæ in synagogis Iudæorum per singula sabbatha, Actuum 14. & 15. tamen iam non sola lex, & Prophetæ prædicabantur, sicut prius, sed potius lex Christi prędicabatur: ergo qui ante Christi tempora abierunt, nihil potuerunt audire de doctrina noui testamenti.

Vos ergo. Ostenso, quòd Iudæis non debuerunt declarari secreta noui testamenti, sed discipulis: aperuit hic Christus intellectum parabolæ eis dicens.

Vos ergo audite parabolam. Idest, quia sic est, quòd Iudæi non merentur ista intelligere. Audite vos, qui digni estis intelligere hæc.

Seminantis. licet multas parabolas Christus hic prę dicauerit: tamen istam solam eis nunc declarauit: de alijs autem infra tangit aliquid.

Omnis qui audit verbum regni. Idest, verbum doctrinæ noui testamenti, quod vocatur regnum, eo quòd per istam doctrinam peruenitur ad regnum Dei, idest, ad vitam æternam, quia qui non crediderit doctrinam istam, saluari non poterit, infra 28. & Mar. 16.

Et non

Et non intelligit. Idest, si non intelligit non põt iudicari in corde eius: Christus. n. in parabola seminantis posuit quatuor partes seminis, quarũ sola quarta fructum dedit, & quia prima est de semine cadente secus viam: dicit, q̃ istud est, qñ quis audit verbum Dei, & diabolus tollit illud confestim de corde eius. Nam sicut semen in via non potest operiri terra, & ideo aues illico illud deuorant: ita quidam sunt quibus Sathan mox aufert verbum de corde, vt illud audierint, ita vt nullas possit radices facere, nec fructum mittere: sic dicitur Mar. 4. & Luc. 8. sed Matthæus addidit hic, scilicet, & non intelligit, & verum est, quòd si quis audit verbum, & nõ intelligit: potest illud mox cadere de mente eius, quia quandiu verbum non intelligitur, impossibile est, quòd fructum faciat, sicut quandiu semen est in superficie terræ non opertum. Et tamen siue audiens intelligat, siue non: si diabolus tollit illico verbum de corde hominis, est sicut semen quod circa viam cadit, quia mox ab auibus deuoratur. *Venit malus.* Idest, diabolus qui per excellentiam malus est. *Et rapit quod seminatum est in corde eius.* Idest, tollit verbum de corde hominis: vt dicitur Mar. 4. & Luc. 8. & dicitur quod seminatum est in corde, quia sicut materiale semen in terram iacitur, & fructum facit, ita verbum Dei est semen spirituale quod fructificat in corde nostro, cogitationes sanctas, & bona desideria immittẽdo, quę suos radices quędam ex quibus foris manifestatur fructus boni operis.

Hic est qui seminatus est iuxtam viam. Idest, homo cui diabolus aufert verbum Dei de corde est secus viam, idest, est sicut semẽ quod iuxta viam cadit, quia confestim capitur ab auibus.

Qui autem supra petrosa seminatus est. Ista est secunda pars seminis quod cecidit super terram, & dicitur homo seminatus intelligendo, vt supra. Nam semen est quod seminatur proprie. Et tamen homo dicitur seminatus, eo q̃ in eo seminatur verbum Dei, sicut terra dicitur seminata, quia in ea materiale semen iacitur. *Hic est qui verbum audit.* Scilicet, & intelligit.

Continuo tamen gaudio suscipit id. Idest, statim vt audit recipit in corde verbum, & gaudet, quia iudicat illud esse bonum, & incipit operari per illud, & differt iste a præcedenti, quia in illo verbum Dei non manet, sed diabolus tollit illud de corde eius mox, vt ipsum susceperit, & ita non potest per illud aliquando operari: iste suscepit, & aliquãdo operatur, sed postea perit in eo verbum. *Non habet autem in se radicem.* Scilicet, sicut semen supra petram non potest facere radices, quia terram non habet, vel paruas radices agit, quia pauca terra est super lapidem, & ideo cito perijt. ita homo, qui radices non habet, licet cum gaudio suscipiat verbum Dei, non manet in eo diu. *Sed est temporalis.* Idest, pauco tempore conseruans verbum, & operans per illud. sic dr̃ Luc. 8. q̃ ad tempus credunt, & in tẽpore tentationis recedunt. *Facta autem tribulatione, & persecutione propter verbum.* Istud est, qñ aliqui conuertuntur ad Christum, & infideles incipiunt eos persequi, vt Christum deserant, quæ vocatur tribulatio. s. inquantum in se p̃sliguntur, & persecutio inquãtum ab alijs infertur. Alias intelligitur, qñ quis recte vult viuere ad veritatẽ Euãgelij, & alij, qui mali sunt, licet non sunt infideles, persequunt eum, quia dissimilis est operibus eorum, & talis persecutionem patitur pp iustitiam. i. pp iustam vitam, vt dicitur supra 5. cap. beati qui persecutionem patiuntur pp iustitiam.

Continuo scandalizatur. Scilicet, non põt tolerare aliquanto tpe tribulationem pp infirmitatem fidei, & ideo potius abijcit verbum Dei, q̃ tribulationem sustineat. *Qui autem seminatus est in spinis.* Ista est tertia pars seminis, quæ super spinas cecidit. *Et dicitur, qui seminatus est.* Scilicet, hõ in cuius corde, ita se habet verbum Dei, sicut semen cadens inter spinas. *Hic est, qui verbum Dei audit.* Scilicet, & suscipit illud in corde, & tñ non fructificat in aliquo opere bono, vel desiderio, qa solicitudo sęculi impedit. *Et solicitudo sæculi istius.* Scilicet, desiderium, & cura de acquirendo bona huius sęculi. s. honores, diuitias, potẽtias, famã, & cętera bona fortunę. *Et fallacia diuitiarum.* Idest, diuitiæ iã acquisitę, quia fallunt hominem, & vtrobiq; impedit verbum Dei. Nam sicut magnitudo solicitudinum ad acquirendum tollit cogitationem de rebus ad Deum pertinentibus, ita delectatio in bonis istis postquam acq̃sita sunt impedit aliquid ad cogitare, & per diuitias intelliguntur hic omnia bona fortunæ, quia diuitiæ cõtinent oĩa in virtute. s. honorem, potestatem, & similia, quia pecunię oĩa obediunt: Eccles. 10. Et dr̃ fallacia diuitiarum, quia oĩa bona huiꝰ sęculi fallacia sunt, quia quandam spẽm bonitatis ostendẽtia, nullã tñ in se habent, sed sequaces suos veris miserijs replent, & a vero bono separant, sed Luc. 8. addit. s. a solicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus euntes. nam voluntas est bonum hoĩs, & est vltra bona fortunę, sed noĩe diuitiarum intelligi possunt, quia diuites delitijs fruunt, sed Mar. 4. dr̃ ęrũna sęculi, & deceptio diuitiarum, & reliqua concupiscentię dr̃ ęrũna, solicitudo, vt dixit hic Matthęus, quia ęrũna est miseria, & ita solicitudo sęculi cor affligens hoĩes miseros facit: reliqua cõcupiscentiæ dixit. i. voluptates, quas Lucas expressit, & Matthęus hic tacuit. *Suffocat verbum.* Sicut spinę capientes sub se semen bonum suffocant illud, vt crescere non possit, ita solicitudines sęculi extingunt verbũ Dei, quia licet, quis bono aĩo verbum Dei audiat, si magnis solicitudinibus sęculi est impletus, vel voluptatibꝰ vacat, extinguitur verbum Dei in eo, quia præ multitudine solicitudinum sęculi cogitare non põt de verbo Dei, & sic perit, quod est suffocari. *Qui vero in terram bonam seminatus est.* Ista est quarta pars seminis, quæ fructum protulit, & dr̃ seminatus. s. homo in terram bonam. i. q̃ cor suum est ad suscipiendum semen verbum Dei, sicut terra bona ad suscipiendum materiale semẽ. *Hic est qui audit verbum.* Scilicet, bono aĩo, & suscipit illud. *Et intelligit.* Qñcunq; enim quis bono aĩo verbum audiat: si non intelligit non põt proferre fructum. *Et fructum affert.* Scilicet, boni desiderij & boni operis. *Et facit alind quidem centesimum.* Idest, qdam recipiens semen. i. verbum facit fructum maximũ, qui est fructus cętesimus. *Alind autẽ sexagessimum.* Idest, aliud semẽ receptũ in corde alio facit fructum magnum, sed minorem, qui dr̃ sexagesimus. *Aliud vero tricesimum.* Istud est semen faciens fructum minimi gradus: non tñ est hic differentia ex parte seminis, sed ex parte cordis, quia idem semen. i. verbũ prędicatur diuersis, & tñ illo audito quidam faciunt minorem fructũ, alij vero maiorem pp dispositionem hominis, & ita dr̃ Luc. 8. Quod autem in terram bonam: hi sunt, qui in corde bono, & optimo audiẽtes verbum &c. & sic dixit cor bonum, & cor optimũ: p hoc signans omnes differẽtias cordis possibiles, quia omnes illę sunt medię inter bonum, & optimum.

Bona huius sęculi fallacia sunt.

An sint plures sensus eiusdem literæ, & quot sunt sensus in sacra scriptura. Et quòd in veteri testamento proprie est allegoricus sensus Et quòd prima diuisio sensus scripturæ est in literalem, & mysticum: & de his duobus plura differuntur. Et quomodo ad literalem cæteri sensus reducantur: Item metaphoricus, & parabolicus. Quæst. XXVIII.

QVAERITVR propter parabolas, quas hic Christus ponit, circa sensum sacræ Scripturæ, an sint plures sensus eiusdem literæ, & quot sunt.

Dicendum,

Dicendum, ꝙ assignantur, & cōiter quatuor sensus.s.historicus, siue literalis, allegoricus, tropologicus, anagogicus. Aliqui tñ dicunt, ꝙ non sint plures sensus eiusdem scripturę, quia ista pluralitas tolleret certitudinem, & pareret ꝯfusionē, & auferret robur arguendi, quia multa argumenta deficiunt pp multiplicitatem, sicut in æquiuocatione, & amphibolia: ergo non erunt multi sensus eiusdem scripturę. Alij dicunt, ꝙ sint quatuor sensus, sed non isti nominati, qa Aug. lib. de vtilitate credendi dicit, ꝙ scriptura sacra, q̃ est vetus testm̃ quatuor sensus habet.s. historiam analogiam, ethimologiam, & allegoriam, qui discordāt ab istis quatuor. Alij dicunt, ꝙ sint plures q̃ quatuor sensus, quia præter istos est sensus parabolicus, qui nō est aliquis dictorum. Dicendum, ꝙ sacra scriptura multos sensus habet, vt dicit Grego. 15. Moralium ista est excellentia sacræ scripturæ super oēs scientias humanas, quia in illis solæ voces signant: in sacra aūt scriptura tam voces q̃ res signatę aliquid signant, & isti sunt quatuor sensus iam dicti: plures aūt non recipit scriptura. Pro quo sciendum, ꝙ non sunt isti quatuor sensus, in qualibet parte scripturæ sacrę, sed in solo veteri testō, vt dicit Aug. lib. de vtilitate credendi. Et rō est, quia saltē sensus allegoricus nō est in nouo testō, eo ꝙ allegoria est qñcunq; ex rebus signatis accipitur aliqua vlterior significatio de eis, quę credēda sunt de Chr̄o, vel circa eum: in nouo tñ testō quicquid dr̄ de Chr̄o est, & aperte dr̄, ideo allegoria nulla esse pōt, qa quod allegoria esse deberet, est ibi sensus literalis. sed in veteri testō est proprie allegoria, quia ex rebus ibi significatis accipitur adhuc aliqua significatio circa Christum, & ea quæ ad ipsum pertinent, & ita in veteri testō cum oīa in figura ꝯtingerent. 1. Cor. 10. & lex contineat vmbram futurorum bonorum ad Hebræ. 10. poterat ibi esse allegoria, vt per res ibi signatas significaret̄ aliquid de Christo. Etiam non est putādū, ꝙ in qualibet parte veteris testamenti possent inueniri quatuor sensus, sed in quibusdam solum. Nam q̃dā aliæ sunt, in quibus vnicus tm̃.i. literalis inueniri pōt, sic est de libris sapientialibus, vt de prouerbijs, & ēt de libris prophetalibus pro magna parte. in illis aūt solis possent inueniri quatuor sensus, qui historiam narrāt, aut ceremonias aliquas describunt: sunt aūt isti quatuor sensus non quidem immediate ipsius literæ, sed vnicus est, quem litera signat: tres aūt reliqui nō sunt sensus immediate ipsius scripturę, sed sensus accepti a rebus signatis per scripturam, & ideo primus dr̄ literalis, quia est ille solus, quē litera facit: cęteri aūt sunt spirituales, quia sunt signati per spiritum literæ, & nō per literam.i. per sensum, quem litera continebat.

Sciendum etiam ꝙ isti quatuor sensus sic nominātur.s. literalis, allegoricus, tropologicus, anagogicus.

Dr̄ primus literalis, quia est ille, quem litera facit, & ēt vr̄ historicus, quia per illum signatur nuda historia quam scriptura refert, accipiendo historiam large pro omni quod significatur immediate per literam scripturę, sed non illud quod auctor significare voluit quod dr̄ pp parabolas, & metaphoras, quia id quod significatur ibi in cortice literę non est sensus literalis, vt cum dr̄ oculi Dñi super iustos, & aures eius in preces eorum, quia non est sensus, ꝙ oculi Dñi sint super iustos, quia sensus literalis semper est verus, & tñ falsum est, ꝙ Deus habeat oculos, vel aures, ideo non est iste sensus literalis, sed est sensus parabolicus: literalis aūt sensus est hic, ꝙ Deus semper habet curam de bonis, vt benefaciat eis, & facit id quod ipsi orant ac si haberet oculos, & eos semper respiceret, & haberet aures, vt orōnes eorum audiret. Ex hoc aūt sequit̄, ꝙ interdum eadem scriptura habet duos sensus literales, & hoc, quia vtrunq; eorū intendit per ipsam li-
F teram significare auctor eius, iuxta illud Exo. 12. vbi de agno Paschali dr̄, os nō comminuetis ex eo: nam intelligitur ad literam de agno Paschali, quem Iudęi comedebant: nā ita obligabant̄ seruare.s. ꝙ os nō frangerent. etiam ad literam intelligitur de Christo patiente.s. ꝙ in morte sua non confringerentur aliqua ossa eius. Quod patet Io. 19. vbi dr̄, ꝙ milites fregerunt crura latronum: ad Iesum aūt cum venissent, non fregerunt crura eius: & dr̄ ibi, hoc aūt factum est, vt impleretur scriptura, quæ dicit, os non comminuetis ex eo; & tñ scriptura non pōt impleri, nisi in sensu, quem facit, & iste est solus sensus literalis, & ideo ad literam intelligitur illud de Christo, & non s̄m allegoriam, quia in sensu allegorico nulla scriptura complet̄, vt ȷ̄.
G dicetur, & ita intelligit̄ illud quod dixit Deus 2. Reg. 7. & 1. Paralipo. 22.s. ego ero ei in patrē, & ipse erit mihi in filium, quod ad literam intelligitur de Salomone, de quo scriptura loquitur ibi, & ēt de Christo intelligit̄ ad literam, sicut illud allegat Apost. ad Hebrę. 1. & tñ si intelligeretur de Christo in sensu allegorico, nō induceretur in probationem, quia sensus mystici nō probant: Sic dicit Diony. quod Theologia mystica non arguit: raro tñ litera habet duos sensus literales, sed vt cōiter habet vnicum. Secundus est allegoricus, idest, alienus, & hoc est, qñ per res signatas volumus vlterius significare aliquid de his, quę credenda sunt, quę pertinent ad Christum, vel ad nouum testm̃. Tertius est tropologicus, siue moralis, & hoc est, qñ per res significatas per scripturam, volumus adhuc signi-
H ficare aliquid quod pertinet ad mores dirigendos, & dr̄ tropologicus.i. sermo conuersus.s. quia ꝯuertit̄ sermo ad nos.i. ad mores nostros. Quartus est anagogicus.s. qñ per res signatas in scriptura nolumus vlteri9 significare aliquid quod pertinet ad statum vitæ futuræ, & dr̄ anagogicus.i. sursum ducens.s. ad cœlestia: de his pōt haberi exemplū in vno nomine, vel historia. De primo, vt istud nomen Ierusalem in sensu historico signat vrbem illam, quæ fuit Metropolis terræ Iudæorum. Allegorice signat Ecclesiam militantē, quæ est Ierusalem.i. visio pacis, quia fideles sunt in ea vniti in vinculo pacis. Tropologice signat animam viri bo-
I ni, quia ibi est pax Dei ad Philip. 4. & pax Dei, quę exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra. Anagogice Ierusalem est vita æterna ad Galat. 4. Ierusalem, quæ sursum est, libera est, mater nostra. licet ibi Ierusalem in sensu literali signat vitam æternam.

De secundo patet, vt primo Regum decimoseptimo, dicitur quomodo Dauid occidit Goliath Philisthęum: literaliter autem signatur occisio illius gigantis. Allegorice tamen ablatio potestatis dęmonium facta per mortem Christi: Dauid enim Christus est, Goliath autem dæmon: nam sicut Dauid occidit Goliath gladio ipsius, ita Christus dæmonem expulit de potestate, per illam partem, per quam ipse eam vsurpauerat: nam dæmon tunc potestatem accepit in homines, quando eos peccare induxit, quod in ligno factum est, ita & Christus in ligno mo-
K riens diaboli potestatem exclusit, & sic dicitur, vt qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur. Tropologice signat bellum quod quilibet gerit contra vitia, quando illa mortificat in carne sua, quia qui Christi sunt carnem suam crucifigunt cum concupiscentijs, & vitijs: ad Galat. 5. Anagogice significat̄ victoria quam Christus faciet de morte in die Iudicij destruēdo eam.i. faciendo ꝙ iam in nulla re sit mors: quia post diem Iudicij nihil iam moriet̄: prima Cor. 15. vbi cum agitur de resurrectione dr̄: nouissima omnium destruetur mors. ita in alijs partibus scripturæ facile est applicare istos quatuor sensus.s. vbi recipi possunt, quia non recipit eos quælibet Scriptura,

vt dictum

vt dictum est supra: Vnde de hoc est versus, scilicet:

Litera gesta docet, quid credas allegoria:
Moralis quid agas, quo tendas anagogia.

Sciendum etiam ꝙ isti quatuor dicuntur esse sensus scripturę, quia mediate, vel immediate per eam significantur: immediate quidem solus literalis: mediate aūt alij tres, & in hoc differunt inter se, quia litera solum habet vnum sensum, quem immediate signat, nec intendit aliquem alium, & iste dicitur literalis, cęteri aūt mediate signantur per literam, & tñ immediate signantur per res signatos per literam. Nam si ipsa litera haberet istos quatuor sensus, semper illos haberet, quod falsum est, etiam oēs vocarentur literales sensus literæ, & intenti ab auctore literę, vnicus tñ eorum dr̄ literalis, quia illum solum litera intendit: cęteri aūt non sunt sensus literæ, sed rerum signatarum p literam, & ideo sensus cęteri dicuntur mystici, vel speciales.i. non ipsius literę, & ob hoc sensus scripturę prima diuisione diuiditur in literalem, & mysticum, & rursus mysticus diuiditur in tres.s. allegoricum, tropologicum, anagogicum. Dicendum etiam ꝙ sensus mystici non sunt determinati: literalis aūt semper est determinatus: nam non est in potestate nr̄a eidem literę dare quēcunq; sensum voluerimus, sed necesse est illum solum accipere, quem litera facit: mystici autem possunt circa eandem scripturam variari iuxta voluntatem nr̄am, vt in exemplo dato pōt allegorice per mortem Goliath signari ablatio potestatis diaboli per passionem Christi, vel victoria, quam Christus de morte habuit in resurrectione destruendo mortē, quia mors ei vltra non dñabitur ad Rom. 6. & non est maior causa, quare significet̄ vnum istorum q̃ alterū, & ita tropologia, & anagogia sensus circa quamlibet scripturam possunt multiplicari, & variari. Ratio diuersitatis est, quia sensus literalis est ex litera elicitus: mysticus aūt est non elicitus, sed applicitus, & quia applicare est in voluntate nr̄a, dum tñ maneat aliqualis appropriatio, pn̄t libere variare sensus mystici: litera tñ vnica est, & vnico modo se habens: ideo non pōt ex ea elici, nisi vnicus sensus. Si aūt obijciat̄, ꝙ interdū sunt duo literales eiusdem literæ, vt s̄. dictum est. Dicendum, ꝙ hoc nunquam fit ex ꝯditione literę, quæ s̄m se determinate se habet ad signandum vnum, nisi eēt aliqua multiplicitas ęquiuocationis, amphiboliæ, compositionis, & diuisionis, sed prouenit ab auctore literæ, qui plura voluit per eandem literam significari: tñ nunquam possumus intelligere per eandem literam solam duos sensus, nisi hoc aliunde constaret, sicut in illo Exo. 12.s. os non comminuetis ex eo, quia si illa litera esset sola dicerem9 sensum literalem eius esse solum de agno Paschali, quia tñ Io. 19. allegat̄ ibi istud pro Christo: constat ꝙ habeat ista litera duos sensus: siue ergo sit vnicus sensus literalis, siue interdum duo, semper est sensus determinatus.s. sicut ex litera pōt haberi, & non aliter. Sciendum etiam ꝙ scriptura nunquam dicit verum, nec falsum in sensibus mysticis, sed solum in literali. Ratio est, quia dicitur propositio falsa, qñ nō est ita, sicut ipsa esse significat, ꝙ ergo per literam non significatur, non facit propositionem veram, nec falsam, sed sensus mystici non sunt sensus scripturæ, sed rerum significatarum per scripturam, vt dictum est, ideo non est scriptura vera, nec falsa in sensu mystico. Ex hoc etiam sequitur quod supra dicebatur.s. quòd eadem scriptura habeat varios sensus mysticos: nam ita conuenit vnus, sicut alius licet inter se sint disparati, sicut supra dicebatur de passione, & resurrectione Christi intelligi allegorice occisio Goliath, & vterque satis conuenit illi rei, & tamen passio Christi, & resurrectio, & victoria super diabolum, & victoria super mortem multum in-
A ter se differunt: si tamen scriptura esset vera, vel falsa in sensu mystico, non haberet nisi vnum mysticū vnius generis, scilicet, vnicum tropologicum, & vnicum allegoricum, & vnicum anagogicum, quia si plures haberet cū vnus discordaret ab altero, si esset scriptura vera in vno sensu, esset falsa in altero, & tamen sacra scriptura non potest esse falsa; cum ergo habeat multos sensus mysticos discordantes, oportet dici, quòd secundum illos non dicatur vera, nec falsa: ergo secundum solum sensum literalem iudicatur veritas, vel falsitas.

Prima diuisio sensus Scripturæ est in literalē, & mysticum.

Ex hoc etiam patet, quòd scriptura nunquam dicitur compleri in sensu mystico, idest, complendo illud quod mystice per eam significatur, sed solum
B completur in sensu literali. Quia tunc dicitur compleri scriptura quando sit id quod per eam significatur, & tamen sensus mystici non significantur p scripturam, sed per res signatas per scripturam: ergo non potest compleri in sensu mystico, sed in literali, quem ipsa significat. Item quia scriptura, quando impletur verificatur, si autem nunquam compleretur esset falsa, & tamen in sensu mystico scriptura nunquam est vera, nec falsa, vt ostensum est: ergo in sensu mystico nunquam impletur, nec dicitur non impleri. Et ex hoc patet, ꝙ illa litera.s. os non comminuetis ex eo; intelligitur de Christo in sensu literali, quia dicit̄ Ioā. 19. facta sunt hæc, vt scriptura impleretur &c. Item quia si in sensu mystico posset scriptura impleri, tolle-
C retur omnis certitudo scripturarum, quia cum quęlibet scriptura recipiat tot allegorias, vel tot tropologias quot ei voluerimus applicare, nesciremus quando esset impleta, quia licet esset impleta in quibusdā sensibus, quos nos applicaremus, cum adhuc præter illos essent alij applicabiles, esset nobis dubium quando esset impleta: immo nunquam putaremus eam esse impletam, cum semper esset possibile applicari aliquem sensum mysticum, qui nondum esset applicitus. Item quia diceretur eadem scriptura semper esse impleta, & semper non impleta, quia omnes mystici sensus sunt ęquales.s. quia nō est maior ratio, quare significetur vnus quàm alius, sed solum pendet ex
D applicatione nostra, diceretur æqualiter de qualibet scriptura, quòd erat impleta, & non impleta, quia in quibusdam sensibus esset impleta, & in alijs non: nō ergo impletur scriptura nisi in sensu literali, qui vnicus, & determinatus est, & ibi non est contradictio, nec incertitudo, nec aliquod inconueniens. Sed obijcietur, quia interdum eiusdem literę sunt duo sensus literales, vt dictum est, & tunc erit dubium quomodo impleatur.

Dicendum, quòd etiam tunc non est aliquod inconueniens, quia illi sensus sunt determinati: cum de illis constet ex litera, & ita potest sciri quando scriptura nullo modo est completa, vel qñ est impleta in altero tm̃, vel qñ in vtroque, & dicendum est, ꝙ talis scriptura aliquo modo erat cōpleta.s. in aliquo sensu;
E & aliquo modo nō completa, sicut illa.s. os non comminuetis ex eo. Nā intelligēdo de agno Paschali quolibet anno implebat̄ a Iudęis, intelligēdo aūt de Christo nūquam fuit impleta, nisi in passione sua, sed semper expectabatur implenda. & quia scriptura non pōt habere duos sensus literales ęqualiter principales, tūc dicitur impleri quando pręcipuus eorum verificat̄; & quia pręcipuus sensus erat de morte Christi dicitur simpliciter tunc impleta illa scriptura Io. 19. scilicet, facta sunt hæc, vt adimpleretur scriptura: os nō comminuetis ex eo, & sic Christus dixit, quòd venerat implere legem, & Prophetas.i. ꝙ implerentur in eo supra 5. cap. & Luc. 24. dixit: qm̃ necesse est impleri omnia, q̃ scripta sunt in lege, & Prophetis de me.

Sed ex hoc accipiunt aliqui occasionem erroris putantes, quòd cęremonię veteris testamenti, & omnia figuralia, quę ibi erant intelligantur de Christo ad literam, eo ꝙ erant figura futurorum bonorum ad Hebræ. 10. & quia omnia in figura contingebant Iudeis, 1. Cor. 10. Et tamen non stat, quia tunc induceretur confusio in sensibus sacræ scripturę, quia tamen cęremoniæ, & figuræ veteris testamenti, varie possent applicari ad Christum, vt patet supra in exemplo dato de morte Goliath, nunquam essemus certi, quis esset sensus scripturæ, quod est inconueniens. Ideo dicendum, ꝙ licet generaliter ea, quæ erant in veteri testamento significent ea, quæ sunt in nouo, nõ significat tamen ea in sensu literali, sed in mystico, scilicet, in allegorico, sic patet ad Gala. 4. vbi Paulus dicit: scimus quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & alium de libera, quæ sunt duo testamenta, & dicitur ibi, quæ sunt per allegoriam dicta, idest, significari duo testamenta per duas vxores Abrahæ est allegoria, & non sensus literalis. ita ergo est de cęteris figuris, & cęremonijs veteris testamenti, quia quicqd significent de Christo, vel de statu noui testamenti signant allegorice, & non literaliter, & hoc est quod Apostolus dicit ad Hebrę. 10. legem continere vmbrã futurorum bonorum, idest, continet ea velut in vmbra, & non expressè, & tamen sensus literalis expressè habetur ex litera. Sic etiam intelligitur omnia in figura contingebant illis, scilicet, ea, quę fiebant erant figura futurorum bonorum in nouo testamento, & istud pertinet ad sensum mysticum, quia vt supra dictum est, sensus literalis est, qui immediate per literã significatur: mystici autem sensus non significantur p literam, sed per res gestas signatas per literã: ergo ea, quæ in figura contingebant, mystice significabant futura, & non literaliter.

Ad hoc autem ꝙ sensus sit literalis requiritur, ꝙ possit haberi determinate, & non confuse, & ꝙ habeatur ex litera aliqua, & propter hoc, scilicet, illud, os nõ comminuetis ex eo, literaliter de Christo accipimus, quia aliqua litera. s. Ioan. 19. hoc expressit. De cęremonijs autem, & figuris veteris testamenti scimus generaliter, ꝙ significabant aliquid futurũ circa Christum, & in nouo testamento, quia tamen nulla litera scripturę exprimit, quid per quamlibet cęremoniam, vel figuram veteris testamenti intelligatur de eis, quę pertinent ad Christum, & ad nouum testamentum: dicentur hęc omnia significari allegorice: literaliter autem solum significabitur ipsa obseruatio cęremonialis, sicut a Iudæis seruabatur.

Dicendum etiam ꝙ sensus mystici nihil probant, idest, intelligendo scripturam in sensu mystico, non assumitur ex ea efficax argumentum ad aliquid probandum, vel impugnandum.

Et ratio est, quia arguens intendit deducere verũ, vel falsum, & in tantum habet firmitatem aliqua ratio inquantum constat eam procedere ex veris, & tamen in sensibus mysticis non dicitur aliqua scriptura vel vera, vel falsa, vt supra ostensum, ideo non potest argui in sensu mystico. Item quia argumentatio fit ad ostendendum aliquid esse, vel non esse, de quo prius dubitabatur, & tamen semper probatio procedit ex notiori, quia necesse est præmissas esse notiores conclusione. 1. Poster. sensus tamen mystici sunt incerti, quia non potest constare, quare iste sit potius sensus scripturæ quàm ille, ideo quòd sequeretur ex sensu mystico, esset adhuc minus certum, & sic non est iste sensus ad probandum, cum probatio semper velit deducere aliquid certum. Item quia tunc ex eadem scriptura possent probari opposita: nam eadem scriptura potest habere oppositos, vel disparatos sensus mysticos, vt supra ostensum est, & tamen ex disparatis sequuntur disparata, & ex oppositis opposita quod est inconueniens: ex solo ergo sensu literali sumitur probatio ad argumentum, quia ille determinatus est mystici autem sensus, nec arguunt, nec probant, vt dicit Diony. quòd mystica Theolog. non arguit, idest, diuina scriptura in sensu mystico non facit probationem.

Sciendum etiam quòd aliquando sensus mysticus efficitur literalis, scilicet, quia allegoricus est literalis, & hoc est, quia secundum ea, quæ dicuntur est allegoria, vel anagogia, & tamen quantum ad scripturam illam, quę hoc refert, est sensus literalis: de allegoria patet ad Gala. quarto, scilicet, scimus, quoniam Abraham duos filios habuit vnum de ancilla, & vnum de libera, quæ sunt per allegoriam dicta: hoc enim sunt duo testamenta &c. & sic per duas vxores Abrahę duo testamenta assignari allegoria est, & tamen in litera illa est sensus literalis cum nullum aliũ sensum habeat illa litera: si igitur Genes. decimosexto, & vigesimoprimo, vbi agitur de duabus vxoribus, & duobus filijs Abrahę exponeret scripturam de duobus testamentis esset allegoria, quia sensus literalis est ibi de ipsis vxoribus Abrahæ, Agar, & Sarra, & tamen ad Gala. quarto, intelligere p istas duas vxores duo testamenta est sensus literalis, sed dicit Paulus esse allegoriam, scilicet, respectu illius scripturæ, quæ loquitur de his duabus vxoribus, scilicet, Genes. decimosexto, & vigesimoprimo.

Quod autem anagogicus sit literalis, patet ad Gala. quarto: cum dicitur illa, quæ sursum est Ierusalem libera est, & tamen literaliter Ierusalem significat vrbem, ibi autem accipitur pro vita æterna, & ita est anagogia, & tamen respectu illius scripturæ est sensus literalis. Raro tamen istud fit, quòd sensus transeat in alium, & tamen etiam quando transit non fit confusio sensuum, vt dictum est, cum respectu vnius scripturę sit vnus sensus, & respectu alterius sit alius, Causa autem istorum quatuor sensuum est, quia quęlibet scriptura habet vnum sensum proprium, qui dicitur literalis: cęteri autem sunt appliciti, scilicet, mystici, & sunt tres secundũ ꝙ considerantur tria. s. quod agendum est, quod credendum est, quod sperandum est. Primus est tropologia. Secundus est allegoria. Tertius est anagogia, vel distinguunt isti sensus penes habitudinem scripturarum quarum sunt. nam vt dicit Diony. nouum testm̃ est medium inter vetus testm̃, & vitam æternam: nam sicut ea, quę in veteri erãt aptius, & abundantius exhibita sunt in nouo, ita & ea, q̃ vult creduntur, & sperantur clare videbuntur, & habebuntur in patria. inquantum ergo vetus testamentum comparatur ad nouum accipitur sensus allegoricus, quia allegoria nunquam est, nisi in scripturis veteris testamenti, inquantum per res ibi gestas significabatur aliquid in Christo futurum, vel in nouo testamento. Inquantum vero ambo testamenta comparantur ad vitam æternam ad quam ordinantur, accipitur sensus anagogicus, & rursus inquantum Christus est caput nostrum, & actio sua est instructio nostra, accipit tropologia, prout ea, quæ de Christo dicuntur conuertuntur ad dirigẽdos mores nostros, & ita sunt quatuor sensus. Ex hoc aũt sequit, ꝙ in veteri testamento põt scriptura habere quatuor sensus, vt supra ostensum est: in nouo aũt testamẽto solũ põt habere tres. s. literalẽ tropologicũ, anagogicũ, & hoc nõ vbiq;, sed vbi solũ narrant historię, vel ponunt figurę, sicut in Euãgelijs, & Actibus Apostolorũ, & Apoc. in Epistolis aũt Pauli, & Canonicis non habet, nisi vnicus sensus. s. literalis, nisi interdum inserantur aliquæ historiæ propter quas possint esse tres sensus,

Quomodo sensus allegoric' est literalis.

Et sensus anagogic'.

Quare sint quatuor sensus.

De sensu autem parabolico, & metaphorico, aliq; dicunt, quòd sit quintus sensus, quia non coincidit cũ aliquo prædictorum. Alij autem volunt eum reduce re ad literalem. Sed dicendum ꝙ sensus parabolicus non est proprie aliquis sensus Scripturæ, quia quilibet sensus scripturæ potest habere aliquam veritatem, & tamen parabolicus, & metaphoricus nunquam sunt veri, sed potius si accipiantur metaphorę, vt iacent semper faciunt falsum sensum: vt cum dicitur oculi Domini super iustos, nam Deus oculos non habet.

Dicendum ergo, ꝙ parabolicus, & metaphoricus non est aliquis sensus scripturæ, quia nec est intentus ab auctore scripturę, vt literalis, nec est nobis applicitus, vt mystici, sed est quoddam velamentum sensus literalis, ideo dici debet, ꝙ vel non iudicabitur sensus, vel debet reduci ad literalem, non quidem ꝙ ipse fit literalis, sed ꝙ ad literalem ordinatur. s. ad velandum eum, vel decorandum, vel propter alias causas: si autẽ interdum illum vocemus sensum scripturæ distinctũ ab alijs large dictum est: solemus tamen in pluribus eum cõnumerare, ita vt sint quinque sensus in scriptura, licet non sint quinque sensus scripturę.

Ad primum dicendum, ꝙ multiplicitas sensuum non parit confusionem in scriptura, quia hoc esset si eidem literæ scripturæ isti quatuor sensus assignarentur, sicut est multiplicitasęquiuocationis amphibolię, compositionis, & diuisionis: & tamen vnicus est sensus literalis scripturę, reliqui aũt non sunt sensus scripturę, sed rerum signatarum per scripturam, vt supra dictum est, & si scriptura interdum habeat duos sensus literales, non sequitur confusio, vt supra declaratum est. Ad secũdum dicendum, ꝙ isti quatuor sensus, quos ponit Aug. reducuntur ad quatuor supra dictos: nam tres eorum. s. historia, ethimologia, analogia pertinent ad sensum literalem. quartus aũt eorũ, scilicet, allegoria continet tres mysticos. s. tropologicum, allegoricum, anagogicum, distinguuntur aũt in literali illi tres. s. historia inquantum aliquid gestũ narratur simpliciter. Ethimologia vero inquantum rei gestę ratio redditur, vt infra 19. quando Christus expressit causam cur Moyses permisit libellũ repudij. Analogia quando vna scriptura alteri conformis esse ostenditur, vt quando Christus, vel Euangelistę allegant aliquid de veteri testamento in concordiam eorum, quæ in nouo facta sunt. Et hæc omnia pertinent ad sensum literalem, inquantum quodlibet istorum determinate signatur per literam, & non signantur in eadem litera, sed in diuersis partibus, secundum ꝙ scriptura habet triplicem modum procedẽdi. s. interdum narrando, interdum narratorum causam reddẽdo: interdum vero concordantias allegando. Per allegoricum aũt intellexit Aug. tres mysticos, quia dicitur allegoricus quasi alienus sensus, & sic omnes mystici sunt alieni, quia vnicus est proprius. s. literalis. cęteri vero alieni, scilicet, mystici, qui non habentur ex litera, sed ex rebus signatis per literam, secundum ꝙ nos varie applicamus. Et tamen conuenientior modus distinguendi est, vt tres mystici ponantur, & vnus literalis, vt communiter nominamus, quàm quòd tres literales, & vnus mysticus, vt posuit Augustinus, & tamen ad idem redeunt, vt dictum est.

Ad tertium dicendum, quòd sensus parabolicus non est distinctus a quatuor dictis, eo quòd ille incidit in literalem, vt supra dictum est, sed communius nos non connumeramus eum alijs, & vocamus quintum sensum, de his autem sensibus, & multis, quæ ad eos pertinent magis late diximus Iosue quadragesimoprimo cap. a quæst. vigesima per multas quęstiones, & ibi vide.

An sacra Scriptura parabolis vti debeat. Et in quo parabola, & metaphora inter se differunt. Et quare eis vtatur scriptura, & quomodo. Quæst. XXIX.

QVAERETVR propter parabolas, quæ ponuntur hic, an sacra Scriptura debeat vti parabolis, & metaphoris.

Aliqui dicunt, quòd non, quia sacra Scriptura, quæ est excellentissima inter omnes scientias, non debet sibi assumere id quod inducitur in plenitudine scientię infimę, & tamen poetica scientia vtitur metaphoris ad decorem suum, quia aliàs contemneretur: ergo sacra Scriptura non debet illis vti. Item declarare sacram scripturam est magni meriti: Ecclesiast. vigesimoquarto, scilicet, qui illucidant me vitam æternam habebunt: metapho. tamen & parabolæ occultant potius intellectum scripturę: ergo non est conueniens, vt scriptura vtatur illis. Item metaphoræ cum sint quędam transumptiones, fiunt propter similitudinem rei, quæ transumitur ad rem ad quam transumitur, & tamen quanto aliqua creatura excellentior est, tanto est Deo similior, ideo eum aliquid ad Deum transumitur potius deberet fieri trãsumptio de creaturis excellentibus quàm de infimis, & tamen vt communiter fit in infimis, vt in lapide, leone, arbore, & ita de cęteris non est conueniens metaphora.

Dicendum, quòd in scriptura est conueniens metaphora, & parabola, quia dicitur Osee duodecimo, ego visionem multiplicaui, & in manu prophetarũ assimilatus sum, idest, per similitudines, quas prophetæ loquebantur de me hominibus intelligendum, illud est metaphoris vti.

Dicendum tamen pro hoc, quòd parabola, & metaphora differunt, quia metaphora est quædam transumptio quando loquendo de aliqua re ascribimus ei proprietates alterius rei, inquantum est aliqua similitudo inter illas res, sicut dicitur aliquis occidi in ore gladij, vel quòd lingua ignis deuorat stipulam. nam nec gladius habet os, nec ignis linguam, sed est aliqua similitudo, scilicet, quia ignis deuorat, idest, cõsumit, & gladius etiam consumit, sicut habens linguam, & os deuorat aliquid. Sic etiam dicitur Deus habere oculos super iustos, & aures ad preces eorum, scilicet, quia ita benefacit eis, & facit quod petunt, sicut si eos semper videret, & audiret. Parabola autem est quando volumus de vna re loqui, & illam non exprimentes aliam exprimimus per quam volumus illam intelligi, sicut hic in parabola seminantis nolebat Christus intelligere de materiali semine, quia nihil ei illud attinebat, sed de verbo Dei suscepto in cordibus hominum: nihil tamen de verbo exprimens semen solum expressit, & ideo in parabola semper est comparatio, & similitudo: in metaphoris autẽ est similitudo, sed nõ cõparatio, qa cõparatio semp̃ est inter separata, & tm̃ in metaphoris semper exprimitur id, de quo loqui volumus, & attribuitur ei aliena proprietas propter similitudinem, & sic in metaphoris vnica locutio est, in qua ponitur id quod transumitur, & ad quod fit transumptio: in vnico autem non est comparatio: in parabola autem sunt duæ locutiones, scilicet, vna, in qua non exprimitur res, de qua loqui volumus, sed id per quod eam volumus intelligere, & alia, in qua plane exprimitur ipsa res, de qua volumus loqui, & illa est expositio parabolæ, vt patet hic in parabola seminantis, & expositione eius, & licet interdum expositio parabolæ non exprimatur, refertur adhuc parabola ad illam tamquam ad tacitam existentem: sic dicit Hieronymus parabola est rerum natura discrepantium sub

aliqua similitudine facta comparario: Græco enim vocabulo dicitur similitudo, quando illud quod intelligi nolumus per comparationes aliquas indicamus. Ratio autem quare in Scriptura sit vsus conueniens metaphoræ, & parabolæ, est primo ratione diuinæ sublimitatis, quia sacra Scriptura de Deo loquitur, & tamen si volumus Deum intelligere secundum suam proprietatem est impossibile, quia nulla vox, quæ eum sicuti est designare possit, quia Deus est sine tempore, & sine qualitate: voces tamen nostræ sine tempore non significant, & sine qualitate aliqua, vel conditione subiecti, quia verba cum tempore signant: nomina autem, vel pronomina, vel signant qualitatem rei, idest, formam, vel rem subiectam illi qualitati, quorum nihil Deo competit, & sic nihil diuinum per nostras voces significari potest proprie, & quantum ad hoc dicitur Deus ineffabilis: oportet igitur si aliquid de Deo loqui debemus, quòd improprie, & figurate loquamur, & sic per ea, quæ sunt nobis cognita loquimur de Deo, vt sic aliquid etiam si largissime intelligamus: metaphoræ ergo aliquę sunt necessarię in sacra Scriptura: sic enim dicit Dionys. quòd impossibile est aliter lucere nobis diuinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum circumuelatum, idest, non intelligemus aliquid de Deo, nisi sub quibusdam velamentis sacris, idest, sacrę Scripturæ, quæ sunt metaphoræ.

Secundo fit hoc specialiter propter rudes: nam intellectus sacræ Scripturę, saltem quantum ad aliquid est omnibus necessarius, quia in sacra Scriptura est salus nostra, & vita æterna. Ioan quinto: rudes tamen non possunt intelligere nisi sensibilia: ideo non potuit eis dari cognitio aliqua de Deo, nisi per illa, & hoc est vti metaphoris, quæ licet non tribuant apertam notitiam de re: tribuunt tamen aliqualem, & hoc sufficit ad hoc, quòd sint magnæ vtilitatis.

Ad primum dicendum, quòd sacra Scriptura non vtitur metaphoris ea ratione, qua ars poetica, quia ars poetica cum sit de rebus, quæ de se fere nullam habent dignitatem, nisi decorarētur quibusdam circumpositis, contemneretur, sicut est in fœmina turpis vultus, quæ alienos sibi fucos apponit: sacra autem Scriptura non quærit dignitatem ex adiunctis, vel circumpositis, sed potius tanta est dignitas sua ex parte subiecti, quòd non potest a nobis capi, neq; capietur, nisi sit aliquid per quod quasi a sua sublimitate descendat ad nostram infirmitatem, & hoc est vti metaphoris, quia per istas intelligimus aliquid de excelsis, quæ forte non intelligeremus si sine metaphoris dicerentur. Poetica ergo metaphoris vtitur, quia est omnium minima: sacra autem Scriptura vtitur illis, quia est omnium maxima: poetica etiam vtitur illis, vt ornetur: sacra autem Scriptura, vt intelligatur.

Ad secundum dicendum, quòd metaphorę non occultant veritatem Scripturæ cum planum sit Scripturam nolle taliter significare qualiter cortex metaphoræ signat: etiam quia quod in vno loco Scripturæ metaphorice habetur in alio plane dicitur, & sic metaphora iuuat ad intellectum, vt dictum est.

Ad tertium dicendum, quòd Scriptura potius facit metaphoram de Deo in rebus infimis, quàm in supremis propter tria, vt dicit Dionys. Primo ad tollendum erroris occasionem: nam si fieret metaphora in rebus supremis, cum quidam inter illas, & Deū nesciant differentiam, sicut illi, qui Solem, & Lunam, & gyrum stellarum Deos posuerunt decepti pulcharitudine eorum Sapien. 14. putarent, quòd non dicebatur illud de Deo metaphorice, sed vere: cu autem fit metaphora in rebus infimis, nemo putat talia de Deo dici secundum veritatem, sed secundum attributionem. Secundo propter illos, qui contemnunt, vel fastidiunt sacram Scripturam, vt magis eis ipsa veritas occultetur. Tertio propter intellectum rudium: nam si fierent metaphoræ in rebus summis, cum etiam illæ sint parum notæ rudibus, nec intelligerent metaphoram, nec rem signatam per eam; res autem infimas intelligunt, quia cadunt sub quotidiano sensu, & experientia, ideo in istis debet fieri metaphora.

An Christus semper cum prædicabat loquebatur in metaphoris. Quæst. XXX.

QVAERETVR an Christus loquebatur semper in metaphoris cum prędicabat.

Aliqui dicunt, quòd non, quia dicitur hic, quòd Christus locutus est multa turbis in parabolis: si tamen sibi consuetum esset hoc, non diceretur hic tamquam aliquid nouum, quòd in parabolis docebat. Item si Christus prędicaret semper in parabolis, discipuli non dicerent nunc, quare in parabolis loqueris, quia a principio dixissent ei, vel si tunc non dixissent etiam nunc non dicerent, cum hoc esset consuetum, & tandem quęsierūt hoc nūc, & Christus eis respondit, ergo non loquebatur semper in parabolis, sed solum nunc.

Dicendum, quòd aut quęritur an totum quod prędicabat semper erat parabola, aut an in qualibet prædicatione vtebatur aliqua parabola. Si primo modo non est verum, quòd semper loqueretur in parabolis, quia multa apparent in Euangelijs, quæ plane sine parabolis, & metaphoris dicta sunt. Si accipiatur secundo modo dicendum, quòd Christus semper loquebatur in parabolis, idest, in qualibet prędicatione dicebat aliquam parabolam, sed interdum plures, & interdum pauciores, sicut ei videbatur, & tamen sine parabola nunquam sermonem facere cōsueuerat: sic dicitur Mar. 4. talibus multis parabolis loquebatur eis verbum: sine parabola autem non loquebatur eis, & non dicitur, quòd omnia, quæ dicebat erant parabolę, sed consuetus erat nunquam facere locutionem quin interponeret aliquam parabolam: sic innuitur Ioan. 16. cum dixerunt discipuli Christo cum essent in cęna: ecce palam loqueris, & prouerbium nullum dicis, idest, parabolam: ergo videtur, quòd Christus consuetus erat ante hoc loqui in parabolis: hoc enim videbatur sibi esse vtile turbę audienti, vt infra dicetur.

Ad primum dicendum, quòd dicitur de Christo nunc, quòd in parabolis multa docuit, non quidem quasi ante hoc parabolis non vsus fuerit, sed quia nunc in vno sermone plures parabolas dixit, quàm aliàs solitus erat dicere. Vel forte, quia aliàs exponebat parabolas, nunc vero non exposuit illas plebi.

Ad secundum dicendum, quòd ante hoc licet Christus diceret aliqua in parabolis, discipuli non dixerunt ei, quare in parabolis loqueris, scilicet, quia paucæ erant parabolæ, vel quia illas exponebat, ita vt potius plane quàm parabolice loqui videretur: nunc autem dixit multa in parabolis, & ideo conquerebantur discipuli de parabolis, & maxime, quia illas non exposuerat populo.

Vbi, & quomodo discipuli quæsiuerunt a Christo expositionem huius parabolæ. Quæst. XXXI.

QVAERETVR vbi, & quomodo discipuli quæsierunt a Christo expositionem istius parabolæ.

Aliqui dicunt, quòd discipuli accesserūt ad Christum quando prædicabat, & quæsierunt de ista parabola, & hoc fecerunt mox, vt ipse dixit istam parabolam antequam procederet ad alias, quod ex duobus colligunt. Primo quia in litera dicitur, & accedentes discipuli dixerunt &c. Secundo quia post parabolam ponitur mox quæstio discipulorum ante alias parabolas, & tamen alię dictæ sunt in eodem sermone, vel saltem aliquæ earum, ideo antequam procederet ad alias quæsierunt expositionem istius.

Sed non stat. Primum quia quando Christus nunc prædicabat, non poterant discipuli accedere ad eum, quia ipse erat in naui, tota autem turba stabat in litore, vt patet supra in litera. Secundo patet, quia etiam si ponatur hic expositio istius parabolę immediate post eam, non sequitur, quòd antequam procederet Christus ad cęteras parabolas dixerit istam expositionem: nam etiam si multo tempore post sermonem istum Christus diceret istam expositionem adiungeret eam Mat. suę parabolę tenens ordinem artificialem, & non naturalem, quia exponens, & exponibile debent esse simul, vt videatur, quòd vnum exponitur per alterum.

Alij dicunt, quòd discipuli fuerunt in naui cum Christo prædicante, & ideo quando prædicabat potuerunt accedere ad eum, & quæsierunt expositionem parabolę: sic dicit Hiero. Quærendum est quomodo accedant tunc ad eum cum Iesus in naui sedebat, nisi forte intelligi detur, quòd dudum cum ipso nauem conscenderint, & ibi stantes super interpretatione parabolæ scisciat sint, hoc tamen non diffinit Hiero. Posset tamen aliqualiter dici: quòd discipuli fuerint in naui, cum de sola turba dicatur supra in litera, quòd omnis turba stabat in litore, & nomine turbæ non intelliguntur necessario discipuli.

Sed melius dicitur, quòd etiam discipuli mansérint in litore cum turba. Nam non erat aliqua causa quare intrarent cum eo in nauem, maxime quia de solo Christo dicitur supra in litera, quòd ascendens in nauiculam sedebat. Item quia dato, quòd fuissent discipuli cum Christo in naui, non est verisimile, quòd antequam finiret loqui ad turbas quęrerent aliquid ab eo, & si illi quęrerent, ipse non responderet, quia non cessaret loqui ad turbas, intendente in eum tota multitudine, vt seorsum loqueretur discipulis, sicut nec voluit cessare a prędicatione, vt loqueretur matri, & fratribus, quando venerunt ad ipsum supra precedenti capitu.

Dicendum ergo, quòd non quæsierunt hoc quousque Christus cessauit loqui ad turbas, & tamen ponitur quæstio eorum immediate post parabolam, vt ex primo coniungatur suæ parabolæ, vt supra dictum est.

Aliqui autem dicunt, quòd quæsierunt discipuli a Christo istud, postquam redijt in domum quęsierunt ab eo de parabola zizaniorum.

Sed dicendum videtur, quòd hoc quęsierunt postquam cessauit loqui, & turbę recesserunt, & manebat Christus solus. ante tamen quàm veniret ad domū: nam dicitur Mar. 4. cum esset singularis interrogauerunt eum, idest, cum esset solus, non autem videtur, quòd erat adhuc in domo: nam cum de parabola zizaniorum dicatur specialiter infra in litera, quòd quęsierunt discipuli a Christo postquam venit in domū, videtur de alijs negari. s. q̄ non quęsierunt de eis in domo, & tamen de ista quęsierunt, ergo videtur, q̄ fuit antequam veniret in domum. Sic dicit Chry. discipuli discere cupientes sciunt quando interrogare oporteat: non enim coram omnibus hoc faciunt, & hoc ostendit Matthęus, cū dicit, & accedentes. Marcus autem manifestius demonstrans dicit, quòd singulariter accesserunt.

Quare discipuli interrogauerunt nunc Christum. Quæst. XXXII.

QVAERETVR, quare discipuli interrogauerunt nunc Christum. Dicendum, quòd volebant. s. erudiri, & conquerebantur de occultatione parabolarum, nam erat obscura parabola ista, & ideo voluerunt audire quid signaret. Etiam dolebant, quòd populus audiret, & non intelligeret. primum tacuit Matthęus, & exprimunt illud Mar, & Lucas, quia Mar. 4. dicitur cum esset singularis interrogauerunt eum parabolam, idest, expositionem parabolę, & Lucę 8. dicitur. interrogabant eum, quæ esset hæc parabola. secūdum expressit Matthęus cum dicitur hic, quòd dixerunt discipuli quare in parabolis loqueris eis, idest, inutiliter facis, quia non intelligunt te. Sed dicetur quare discipuli dixerunt quare in parabolis loqueris eis, & non dixerunt simpliciter quare in parabolis loqueris. Aliqui dicunt, quòd ex magna charitate dolentes, quòd populus non intelligēs parabolas maneret sine fructu sic dicit Chryso. consideranda est discipulorum rectitudo, qualiter multam pro alijs habent curam, & prius, quæ aliorum sunt quærunt, & non quę ipsorum. Sed dicendum, quòd Apostoli dixerunt hoc, quia ipsi sciebant, quòd Christus declararet eis parabolas in secreto, quia ita facere solitus erat, & ideo pro eis non differebat, quia Christus non exponebat populo parabolas, & ita soli populo videbatur parabolice locutus. Vel forte iam discipuli quęsierant a Christo expositionem parabolę, licet nondum eam exposuerit, & ideo pro solo populo locuti sunt, quia eis iam Christus videbatur de parabola satisfacturus, voluit autem Christus, quòd discipuli sic quęrerent, vt esset ei occasio ostendendi Iudęorum iniquitatem, propter quam non palam, sed in parabolis erat eis verbum proponendum.

Quare Christus parabolis nunc vtebatur, quæ quidem conferunt ad duo. Quæst. XXXIII.

QVAERETVR quare Christus parabolis vtebatur nunc.

Dicendum, quòd Christus semper vtebatur aliquibus parabolis, quia sine parabola nihil loquebatur Mar. 4. licet nunc plures parabolas dixerit quàm aliàs. Et erant parabolæ primo ad manifestandum aliquid, quia vt dictum est supra quæst. 28. metaphoræ proficiunt ad instruendos rudes, qui aliter diuina intelligere nequeunt. Sic dicit Hiero. Loquitur turbis in parabolis more prouidentię suæ, vt qui cęlestia capere non poterant, per similitudines terrenas audita percipere potuissent. Secundo prodest parabola ad hoc, quòd res magis memorię infigatur, inquantum per magis sensibilia manifestatur. Sic dicit Chryso. erigit enim parabola audientium mentem, vt manifestiorem sermonem faceret res visui ostendens, & ampliorem memoriam imponat.

Sed dicendum, quòd nunc Christus non fuit prącipue locutus in parabolis nisi ad occultandum ea quæ dicebat, quia cum dixerunt discipuli, quare in parabolis loqueris. dixit, quia non est illis datum nosse

mysteria regni cęlorum, idest, vt non intelligant secreta, quæ tamen intelligerent si sine parabolis eis loquerer. Etiam dicitur in litera: ideo in parabolis loquor, quia videntes non vident, & dicitur Mar. 4. vt videntes non videant, & audientes non intelligant. erat ergo ad occultandum mysteria. Quod etiam patet, quia parabolę ita obscurę erãt, ꝙ discipuli non intelligebant eas, & coacti sunt expositionem petere.

Sed dicetur quomodo parabola potest esse ad instruendum rudes, cum ipsa sit ad occultandum secreta?

Dicendum, quòd parabola non potest ista duo simul facere, quia sunt opposita, quia vtraque facit diuersimode: parabola enim quando ponitur sine expositione est ad occultandum, & ita erat hic: cum vero adiungitur ei expositio est ad magis manifestandum quàm si veritas nuda sine parabolis referatur.

Quare modo in parabolis Christus loquitur, & non in sermone illo magno quem egit in monte. Quæst. XXXIIII.

QVAERETVR, quare modo in parabolis loquitur, & non in sermone illo magno quem egit in monte supra 5. & 6. & septimo capitu.

Dici potest, quòd etiam ibi aliquas parabolas dixit, licet non sint scriptę, quia Christus nunquam sine parabola loquebatur Mar. 4. non tamen fuerunt scripta omnia, quæ ipse dixit, & fecit Io. 20. & 21. hic autem parabolę scriptæ fuerunt, quia forte erant vtiliores, & magis necessarię sacrę scripturę. Aliter potest dici, ꝙ ibi, vel nulla parabola dicta est, vel paucę. & hoc, quia Christus nunc parabolis vsus est ad se occultandum, tunc aũt nõ erat opus, ꝙ se occultaret. Et primo, quia ibi erant forte viri solum indocti quibus satis erat verba plane dicta intelligere. Hic autem erant viri docti. s. scribę, & Pharisęi, qui intelligerent si sine parabolis loqueretur. Sic dicit Chryso. in monte non ita fecit: non enim per parabolas sermonem contexit: tunc enim turbę solę erant plebs incomposita. hic autem, & scribę, & Pharisęi. Secundo, & præcipue, quia Christus nunc voluit ista occultare Iudęis propter peccata eorum, quia sępe audierant doctrinam eius, & non recipiebant, & miracula eius videntes interpretabantur in malum: ideo non meruerunt clare audire Christi doctrinam. sic ipse dixit supra in litera. ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vidẽt, & audientes non audiunt nec intelligunt, idest, intelligere noluerunt doctrinam bonam quam sępe eis prædicaui, vt dictum est in expositione literę, & tamẽ sermo factus in monte fuit circa principium prædicationis Christi, & tunc Iudęi nondum meruerant, quia nec doctrinam Christi abiecerant: nec miracula eius fuerant male interpretati: ideo nihil tunc occultabat. Tertio, & præcipue fuit propter excellentiam istorum, quæ Christus nunc prędicauit: nam in monte non ꝓdicauit nisi pręcepta, quę dirigunt vitam hominis, & illa est doctrina necessaria, quæ nulli etiam peccatori subtrahenda est, hic autem non prędicauit Christus doctrinam moralem, sed quædam mysteria concernentia statum Ecclesiæ, quæ scire non est de necessitate salutis: ideo non oportuit, quòd toti plebi ista dicerentur, quia talia reuelari non expedit nisi perfectis, & hoc Christus innuit dicens, vobis datum est nosse mysteria regni cęlorum. illis autem non est datum. Et ista est ratio magis principalis. Apostoli enim futuri erant principes Ecclesię: ideo nullum secretũ ad Ecclesiam pertinens eos latere debebat, quia vel nulli hæc reuelanda erant, vel eis pręcipue, & istud

F cõuenit magis quàm pręcedens ratio, quia licet multi de audientibus essent indigni audire doctrinã Christi, quia eam contempserant, & miracula male interpretabantur. s. Pharisęi, & scribę: tamen multa turba erat, quæ deuote Christum audiebat, & non demerebatur sibi occultari doctrinam, potissime cum nunc turba multa de ciuitatibus confluxisset, quando Christus dixit istas parabolas Lu. 8. Item, quia tunc post hæc Christus semper loqueretur in parabolis, si doctrinam suam occulrare intenderet propter demerita Iudęorum, & tamen non fecit, quia post hoc ita loquebatur aperte sicut prius, nec legitur aliquãdo tot parabolas dixisse, & ita occulte fuisse locutum: non ergo fuit præcipue ista occultatio parabolica propter G Iudęorum demeritum, sed quia ista, quę dicebantur secreta erant, quę non licebat reuelari turbis etiam si non peccauissent circa Christi doctrinam.

Quare tot parabolas simul dixit nunc Christus. Quæst. XXXV.

QVAERETVR, quare tot parabolas simul dixit nunc Christus. Aliqui dicũt, ꝙ hoc fiebat propter diuersitatem auditorum, quia parabola delectat audientem, non tamen delectantur omnes in eodem genere loquendi: ideo pro varietate auditorum multas dixit parabolas. Sic Hiero. turba non vnius sententię, sed diuersarum in singulis voluntatum. H Vnde loquitur ad eam in multis parabolis, vt iuxta varias voluntates diuersas reciperent disciplinas. Sed hoc staret si turba intelligeret quid per parabolas significaretur, & tamen non intelligebant, ideo non caperent in hoc iocunditatem nisi forte delectarentur in solo verbo.

Aliter potest dici, ꝙ ideo dixit tot parabolas, quia ad signanda diuersa mysteria erant necessarię diuersę parabolę: quia vt infra dicetur, quęlibet parabola significat vnum statũ Ecclesię, vel si omnes significent absolute ipsum statum noui testamenti signant illum iuxta diuersas proprietates, quę ei conueniunt, & iõ fuerunt multę parabolę, quia Christus multa significare intendebat.

I

An omnes istæ parabolæ fuerunt dictæ in eodem sermone, vel in diuersis. Quæst. XXXVI.

QVAERETVR an omnes istę parabolę fuerunt dictę in eodem sermone, vel in diuersis. Aliqui dicunt, ꝙ in diuersis, quia hic sermo ponitur hic, & Mar. 4. & Lu. 8. ponitur solum parabola seminãtis, & illico subiunguntur aliqua, quę Christus fecerit, ergo solum prima parabola dicta fuit in hoc sermone. Item quia postquam Christus dixit hanc parabolam seminantis, discipuli quęsierunt expositionem eius, vt patet supra in litera, & tamen qñ quęsierunt erat Christus singularis, idest, solus. Mar. 4. ergo iam cessauerat prædicare istam. K ergo primam solam dixit in hoc sermone. Item patet, quia infra in litera post quartam parabolam subditur: hæc omnia locutus est Iesus in parabolis. ergo videt̃, ꝙ saltem vsque ad locum illum extendi potuit sermo ad plus, & reliquę tres parabolę sequentes nõ fuerũt in eodem sermone. Item patet, quia post quartam parabolam dr̃ tunc dimissis turbis venit in domũ. ergo nõ potuit vltra quartã parabolã ẜmo extendi. Dicendũ, ꝙ oẽs istę parabolę dictę sunt in eodẽ ẜmone. nã dr̃. s. in litera, & locutus est eis multa in parabolis. Itẽ quia infra in litera post oẽs parabolas dr̃, & factũ est cũ ꝯsummasset Iesus parabolas istas transijt inde. erge vsquequo cõpleuit oẽs septẽ parabolas nõ recessit

de

de loco, in quo incęperat eas dicere: ergo idem fuit sermo, quia non maneret Christus in loco in quo prędicauerat expleto sermone, eo ꝙ in nauicula prędicauerat. s. in litera: ideo finito sermone, & turba recedente, ipse quoque redijt in domũ. Ad primũ dicẽdũ, ꝙ licet Lucas posuerit vnicam parabolam, nõ sequit̃, ꝙ in hoc ẜmone vnicã dixerit, quia tunc etiam sequeretur, ꝙ vnicã Christus dixerit in illo sermone, & alijs cum Lucas solã parabolã seminantis describat. non est enim standum ei, qui pauciora dicit, sed ei qui plura. Ad ẜm dicendũ, ꝙ qñ discipuli quæsierũt a Christo expositionem parabolę seminantis, sermo erat iam finitus, & tñ non quæsierunt de ea mox, vt illã dixit, sed Mat. posuit expositionem immediate post parabolã, vt sic appareat cuius sit expositio, licet infra expositionem parabolę zizaniorum non posuerit immediate post ipsam parabolã. non enim poterat recte dici, ꝙ in hoc sermone sola parabola seminantis dicta fuerit, cum. s. dicat̃ in litera, ꝙ Christus loquebatur multa in parabolis. Ad tertium dicendũ, ꝙ Mattheus non dicit illud quasi solas præcedentes parabolas Christus in eodem sermone dixerit, sed quia volebat discontinuare eas, interponendo expositionem parabolę zizaniorum posuit illum articulum quasi iam alia sñia inciperet. Ad quartũ dicẽdũ, ꝙ illud tunc, non refert̃ ad pręcedentes parabolas, quasi mox, vt illę dictę fuerint redierit Christus in domũ, sed refertur ad tẽpus, in quo dicebantur oẽs istę parabolę. s. ꝙ qñ illę dictæ sint finito sermone Christus redijt in domum, & illa interpositio expositionis parabolę zizaniorũ, nõ impedit, quia ex cã facta est: nã licet ẜm ordinem conuenientẽ debuerat poni illa expositio immediate post parabolam zizaniorũ, & hoc quãtũ ad ordinẽ artificialẽ, vel in fine oĩm quãtũ ad naturalẽ ordinẽ, Mattheus non curauit: nã ordinẽ naturalẽ tenere voluit, vt post parabolas subiungeret quo Christus iuit, vt videret̃ esse continuatio, quod non fieret si interponeretur ibi expositio parabolę zizaniorum.

Quid voluit Christus per istas parabolas significare. Quæst. XXXVII.

QVAERETVR quid voluit Christus significare per istas parabolas. Aliqui dicũt, ꝙ ꝯtinet̃ hic totus decursus Ecclesię per septem status a prædicatione Christi vsque ad finẽ sęculi signatos per istas septẽ parabolas, quod satis est verisimile, qa dr̃ hic vobis datũ est nosse mysteria regni cęlorũ. i. ꝙ in parabolis istis ꝯtinebant̃ secreta regni cęlorũ, quod vocat̃ aliqñ Ecclesia militans, vt dicit Grego. & pp hoc non fuerũt ista declarata turbis, qa nõ merebant̃ audire statũ Ecclesiæ, & decursum, vnde dr̃, illis aũt non est datum. Etiã quia fere in oĩbus parabolis dr̃ simile est regnũ cęlorum. & sic apparet, ꝙ de conditionibus Ecclesię militantis, quę dr̃ regnum cęlorũ hic agit̃, & credit̃, ꝙ in istis septem parabolis signant̃ septẽ status succedẽtes sibi in Ecclesia vsque ad finẽ sęculi, eo ꝙ vltima parabola est de fine sęculi. s. simile est regnũ cęlorũ sagenę missę in mare &c. & alię signant status singulos. Et tunc ista prima signat statũ Ecclesię incipientis sub Christo a principio prędicationis eius vsque ad mortẽ suam, quia totũ illud tẽpus fuit ad prędicãdũ, & in illo aliqui receperũt verbũ eius, alij nõ licet multi audierint ipsum; pauciores eorũ crediderũt, & ad hoc dr̃, ꝙ exijt qui seminat. i. Christus incępit prędicare seminãdo verbũ Dei in cordibus hoĩm, & qa plurimi non receperũt eũ, dicit fuisse quatuor partes seminis, & vnicã earũ fecisse fructũ, vt innuatur, ꝙ vix quarta pars eorũ q audierũt verbũ Christi crediderũt in eũ. Et ẽt per hoc instruit̃ prędicator, ꝙ licet videat

A verba sua non recipi ab oĩbus, si tñ ab aliquibus recipiunt̃ non cesset a prędicatione, cũ Christus, qui fuit summus prędicatorum vix conuerterit quartã partẽ eorum quibus prędicauit, & hoc mõ possunt applicari cęterę parabolę diuersis statibus Ecclesię, vt de qualibet loco suo dicet̃. Aliter potest dici, ꝙ etiam si non significent̃ per septẽ parabolas septẽ status Ecclesię sibi tpe succedentes, signabit̃ saltẽ in qualibet parabola ipsa Ecclesia quãtũ ad aliquã conditionem suã, cum dicat̃ in pluribus earum simile est regnũ cęlorũ. i. Ecclesia militãs: nam saltem parabola zizaniorum non potest intelligi de regno cęlorũ, nisi vt est Ecclesia militans, qa in expositione eius dixit Christus mittet filius hoĩs Angelos suos, & colligẽt de regno eius oĩa scandala, in quo verbo dicit Grego, ꝙ regnũ cęlorũ pręsentis tpis Ecclesia dr̃, quia in illo beatitudinis regno B vbi pax summa est, inueniri scãdala non poterũt, quę colligant̃: ita ẽt cęteræ parabolę, de Ecclesia militante intelligunt̃, sed ponunt̃ plures ad designandum eam secundum varias conditiones eius, quę etiam possunt competere ei pro eodem tempore.

Quomodo dicitur hic, quòd habenti dabitur, & non habenti auferetur, & an hoc sit verum. Et quomodo a diuersis exponitur: item quomodo intelligatur auferri Iudæis intellectum scripturæ. Quæst. XXXVIII.

QVAERETVR qũo dr̃ hic, ꝙ habenti dabitur, & C non habenti auferet̃. Dicẽdũ, ꝙ non intelligit̃ de rebus possessis, quia hr̃e aliquid de illis non est meritorium ad plus habendũ, sed accipitur de bonis spiritualibus, quę pertinẽt aliquo mõ ad meritũ, quia tũc habenti illa dabunt̃ plura pro illis. Et ita est sensus, ꝙ siquis haber desiderium recipiendi bona spiritualia, & apponit conatũ suũ ad hoc, Deus addit ei spiritualia, quæ petit, non habenti aũt desideriũ nec conatũ, nihil dat̃. Sic dicit Chryso. cũ aliquis desideriũ habuerit. s. studiũ, dabunt̃ ei vniuersa, quę a Deo sunt. cum aũt his vacuus fuerit, & quæ ad se pertinẽt non inferat, nec quę a Deo sunt ei dant̃. Sic ẽt intelligit̃, ꝙ habenti desideriũ intelligendi sacrã scripturam, D & laborantiad hoc dabit̃ fructus intellectus, nolenti aũt laborare nihil dat̃, sed auferet̃ potius si aliquid habebat naturali ĩgenio. Sic dicit Remigius, q habet studium legendi dabit̃ ei facultas intelligendi, q aũt non habet legendi studiũ, hoc quod per bonũ naturę habere vr̃ auferet̃ ab eo. Vel potest intelligi de virtutibus, quia habens virtutem meretur eam habere maiorem, sicut dicit Augu. de charitate, ꝙ charitas habita meret̃ augeri, & aucta perfici meret̃. Potest aũt accipi de Apostolis magis ad propositũ. s. ꝙ habenti fidem, & deuotionem in Christũ dabitur vlterior cognitio de eo, & reuelabunt̃ ei mysteria scripturę, non habenti aũt fidẽ de Christo, auferet̃ ẽt bonum intellectus si aliquod habebat. Sic dicit Hiero. Apostolis in Christo credentibus concedit̃: Iudæis vero, qui nõ cognouerũt, E ẽt siquid per naturam possident tollit̃. Vel potest intelligi, ꝙ discipulis credentibus in Christum datũ est quod non habebant. s. reuelatio secretorum: Iudęis aũt, qui non habebant. s. fidem Christi, ablatũ est, ꝙ habebãt. i. lex vel intellectus legis, vt Chr̃s dixit ĩ. 21. auferet̃ vobis regnũ cęlorũ, & dabit̃ genti facienti iustitiam eius. Sic dicit Hilarius, fidem Iudęi nõ habentes, legem quoque quam habuerunt perdiderũt, & ideo perfectum fides Euangelica habet donum, quia suscepta fructibus nouis ditat, repudiata vero ẽt veteris substantię opes detrahit. Aliter potest dici, ꝙ habens dr̃ ille, qui per dona sibi data fructũ facit: non habẽs vero, qui per dona collata nullum fructum reddit, & tunc habenti datur, idest, facienti fructum

dantur

dantur plura dona in quibus possit fructificare,& non F
facienti fructum aufertur donum,quod habet,sic pa
tet. J.25.& Luc.20.de illo,qui habuit quinque talen
ta,& lucratus est alia quinque:datum est ꝙ esset super
quinque ciuitates:ei vero, qui vnum habuit, & nihil
lucratus est, iubet Dominus auferri talentum, & dari
ei,qui decem habebat, & ibi cōcludit Christus omni
habenti dabitur,ei autem,qui non habet, & quod vī
habere auferetur ab eo,ita ergo hic Iudæis fuerat da
ta lex,in qua nullum fructum fecerunt: ideo debuit
eis auferri:sic patet.J.21.de vinea locata agricolis,qui
fructum non dederunt, quia dominus eius locauit
eam alijs agricolis,qui darent fructum tpe suo, & ibi
subditur,auferetur vobis regnum cęlorum, & dabit
genti facienti iustitiam eius.i.vobis datum erat regnū
cęlorum.s.lex,& non fructificastis habendo eam: iō
auferetur a vobis, & dabitur genti facienti iustitiam
eius.i.quę facit fructum iustitię habendo illā. Auferī
autem Iudęis lex.i.intellectus legis, non ꝙ Deus vere
illis auferat aliquem habitum intelligendi, sed quia
non concurrit in eis ad recte intelligendum, & tñ sine
eo nihil intelligere possumus;& iusta pęna est.s.vt
illi,qui recte intelligere potentes intelligere noluerunt,
sed veram Christi doctrinam peruerterūt, & mi
racula eius male interpretati sunt, postea bonum sibi
necessarium intelligere non possent Deo non con
currente cum eis, & hoc est auferri eis intellectum
scripturę.s.quia Deus aliàs concurrebat cum eis;& G
postea non concurrit,& sic aufert eis non, ꝙ ipsi ha
bebant,sed quod ipse eis dare solebat, quia auferri vī
quod dandum erat si non datur:sic.n.ad Rom.1.dicit
Apostolus de Gentilibus habentibus cognitionē de
Deo eum colere noluerunt:ideo tradidit illos Deus
in reprobum sensum.i.permisit eos errare,vt bonum
agere nesciant,qui prius cum scirent bonum facere
noluerunt: sic etiam datum regnum cęlorum.i.lex
genti facienti iustitiam eius.i.genti quę cum habuit
verum intellectum legis operabatur per eam. Iste est
sensus verus,& tñ adhuc in prędsenti Christus non lo
quebatur determinate de ablatione intellectus legis,
quia de illo fuit locutus.J.21.sed locutus est nunc de
subtractione sanæ doctrinæ,q̄ Iudęis facta est. Quod
patet,quia quęrentibus discipulis a Christo quare in
parabolis loqueris eis: dixit ipse, qui habet dabitur
ei, qui non habet auferetur ab eo, & ante hoc di
xerat,vobis datum est nosse mysteria,illis aūt non, &
sic istud auferri, non fuit nisi subtrahi reuelationem
mysteriorū,& est sensus, ꝙ discipuli habebant.s.fruc
tum ex verbis Christi,quia credebant, & operabant
iuxta mandata eius,Iudęi aūt non habebāt fructū, qa
non solum non proficiebāt ex verbis Christi,sed etiā
conabant peruertere doctrinā eius,ideo discipulis ha
bentibus fructum ex verbo dabitur.s.amplior doctri
na,& reuelatio mysteriorum,inquantū dr̄.vobis datū
est nosse mysteria regni cęlorū:Iudæis aūt non habē
tibus prędictum fructū auferet.i.non dabit reuelatio
mysteriorū inquātū dr̄,illis aūt non est datum,& hoc
est auferri.s.quia aliàs dandum erat si ipsi non deme
ruissent hoc sibi dari, & ideo hic solum refertur ad
hoc,ꝙ Iudæis non debuerunt reuelari mysteria, sed
dici eis parabolice,discipulis autem palam.

Ad quid Christus dixit istas parabolas cum nollet eas intelligi. Et quòd plurima eorum,quæ Christus prædicauit, plus quàq; proficiunt quàm cū ipse tunc prædicabat. Quæst.XXXIX.

QVAERETVR ad quid Christus dixit istas
parabolas, cum nollet eas intelligi, & sic
erant inutiles, sicut dr̄ 1.Corin.14.ꝙ si quis
loquitur,& non intelligit: mens eius sine
fructu est.Dicendum,ꝙ pp multa.Primo pp ipsos Iu-
dæos quibus occultabatur doctrina sana in his para-
bolis,& erat eis occasio quærendi sensum earum, &
tunc Christus reuelaret,quia per hoc mererentur in-
telligere cum desiderium haberent intelligendi,& co
natum apponerent,& tñ licet multi audirent istas pa-
rabolas;nemo quæsiuit a Christo intellectum earum
nisi discipuli,in quo apparet q̄tum erat frigida mens
eorum circa Christi doctrinam, cum non curarent
an intelligerent,vel non,ac si nihil istud esset. Secun-
do fuit pp discipulos, quia illis datum erat cognosce-
re ista mysteria,si tñ parabolę istę non dicerentur,nū-
quam illa cognoscerent. Tertio fuit,vt scirent disci-
puli pp quid Iudæis occultabatur doctrina Christi.s.
quia non fecerant fructum per illam:nam si non di-
xisset illas parabolas non quæsiuissent discipuli quare
Christus in parabolis loqueretur, vt ergo ipsi quære-
rent dixit illas,& tunc respondit,ꝙ quia non habebāt
fructum ex doctrina Christi,auferebatur nunc ab eis,
idest,non dabatur sensus mysteriorum. Hoc aūt scire
vtile erat. Quarto fuit etiam pp aliquos ipsorum Iu-
daeorum, quia licet tunc non proficerent ex verbis
Christi postea conuersi sunt, & tunc intellexerunt
parabolas, quia credentibus datus est intellectus scri-
pturarum.Quinto,& pręcipue pp nos, & pp totā Ec-
clesiam:nam plurimam eorum,quæ Christus prędi-
cauit plus nunc proficiunt toti Ecclesiæ q̄ tunc profe-
cerint quando dicebantur,& quia per istas parabolas
signantur nobis aliqua mysteria,quæ scire nobis vti-
le est,Christus voluit eas dicere, etiam si quando di-
cebantur,non intelligerentur. H

Quomodo dicitur hic, ideo in parabolis loquor, quia videntes non vident, & quomodo exponendum sit. Quæst. XL.

QVAERETVR qūo dr̄ hic, ideo in parabolis
loquor,quia videntes non vident. Dicen-
dum,ꝙ datur cā quare Christus in parabo-
lis,& non palam locutus est nunc Iudæis,
sed ista cā varie ponitur a Matthæo, & Marco: nam
hic dr̄, quia videntes non vident, & significatur cā
promeritoria.s.Iudęi meruerunt,vt Christus eis palā I
non loqueretur,& hoc, quia videntes non vident.j.
vident miracula,quæ facio,& non vident.i.videre nō
lunt qūo a Deo sunt, & audientes non audiunt.i.au-
diunt doctrinā meam, & tñ nolunt eam intelligere
nec recipere.Sic dicit Chry.videntes dęmones exeun-
tes, & dixerunt in Beelzebub eijcit dęmonia. Audie-
runt,ꝙ ad Deum attrahebat,& dicunt,non est hic hō
a Deo:quia ergo ōria his, quæ videbant, & quę audie
bant enunciabāt,pp hoc ipsum videre, & audire eis
aufert:vnde a principio non eis parabolice loquieba-
tur,sed cum multa certitudine,quia aūt audita, & vi-
sa peruerterunt,iam in parabolis loquitur. Mar.aūt
expressit hic cām finalem dicens,oia fiunt, vt viden-
tes videant,& non videant, & audientes audiant, &
non intelligant, & pp hoc loquor in parabolis, quia K
volo,ꝙ non intelligant,& tñ si plane loquerer intel-
ligerēt.Dicendū aūt est,ꝙ vtranque cām Christus vo
luit ostendere,quia vna sine altera non sufficit: nā ēt
si Iudæi demeruissent,non loqueretur eis Christus in
parabolis,nisi vellet,ꝙ non intelligerent, & ēt nollet
ipse,ꝙ non intelligerēt nisi demeruissent, quia Deus
non infligit pęnam maxime in subtractione bonorū
spiritualium nisi pp demeritum. Sed dicetur qūo dr̄.
J.in litera,& non intelligāt ne qñ conuertātur, & di-
mittantur eis peccata,quia etiam si mali essent Iudęi,
Deus non haberet intentionem,ꝙ non conuerteren
tur,vt nunc dimitteret eis peccata, quia si hoc inten-
deret necesse erat damnari Iudęos;etiam quia vī esse
falsum,

falsum,quia Deus non desiderat condemnationem A
alicuius:nam oīa diligit, & nihil odit eorum, quę fe-
cit.Sapien.12.Etiam ipse mortem non fecit,nec lętaī
in perditione viuorum. Sapien.primo.Dicendum,ꝙ
ista debent accipi,vt ibi.vt non dicat semper causam
finalem,sed aliquando consecutionem.s.Christus lo-
cutus est in parabolis,vt audientes non intelligant, &
qñ sequitur ne qñ conuertantur:non est sensus, ꝙ iō
in parabolis locutus est Christus, vt nunquam con-
uerterentur,sed est sensus,ꝙ ex quo loquebatur in pa-
rabolis,& non intelligebant eum,non conuertebanī,
& consequenter peccata non dimittebātur eis. Chri-
stus tñ directe voluit,ꝙ Iudęi nō intelligerent parabo
lam,ꝙ tñ non conuerterentur,hoc ipse non intende-
bat, nec ad istum finē faciebat, & tñ sequebatur vnū
ex altero.Sed dicetur,ꝙ cum ex nō intelligere sequaī B
non conuerti,& non dimitti peccata, & Christus no-
lebat,ꝙ Iudæi intelligerent:faciebat, ꝙ non conuer-
terentur. Dicendum,ꝙ non faciebat directe,ꝙ non
conuerterentur:subtrahebat eis tñ id per quod con-
uerti poterunt,& non est inconueniens, quia sicut
Deus directe aufert homini vitam æternam pro pec-
cato,ita & interdum aufert ea, per quę homo posset
habere vitam æternam,& ista sunt rectum iudicium,
& bonum desiderium circa agenda, sine quibus non
potest esse salus:interdum tñ Deus propter grauia de-
licta non concurrit cum homine ad hoc,ꝙ habeat re-
ctum iudicium nec bonum desiderium, & ex hoc se-
quitur,ꝙ homo nunquam conuertetur sed damnabi C
tur,& tñ Deus non vult ibi directe damnationem ho
minis,licet sciat illam sequi ex subtractione ipsorum,
per quę est salus.Sed adhuc obijcietur, ꝙ Deus dire-
cte faciat ad damnationem hoīs imponens ei neces-
sitatem male agendi,quia dr̄ Io.12.propterea non po
terant credere,quia dixit Isa.excęcauit oculos eorum,
vt non videant oculis,& non intelligant corde,& cō-
uertantur,& sic non poterant bene agere, quia Deus
excęcabat eos.Dicendum,ꝙ Iudęi non poterant cre-
dere:non quidem quasi Deus auferret eis liberum ar-
bitrium,vel necessitatem imponeret agendi malum,
sed quia bonum non potest quis agere sine Dei adiu-
torio Io.15.sine me nihil potestis facere.Deus tñ non D
cōcurrebat cum Iudęis propter eorum demerita: iō
credere non poterant, licet Deus nullam necessitatē
ad non credendum eis imponeret. Alij dicūt,ꝙ Deus
directe voluit excęcare quosdam Iudęorum, vt non
intelligerent,& mali fierent, & ipsum crucifigerent,
postea vero cognita culpa conuerterentur. Sic dicit
Aug.lib.de quæstionibus Euangelij.s.non absurde di
cimus quosdam Iudęorum fuisse sanabiles, sed tanto
tumore superbię periclitatos,vt eis expedierit primo
non credere,& ad hoc fuisse cęcatos,vt non intellige
rent Dñm loquentē parabolas,quibus non intellictis
non crederent in eum:non credentes aūt cū cęteris
desperatis crucifigerent eum,ita & post eius resurre-
ctionem conuerterentur,qñ iam de reatu mortis am
plius humiliati diligerent,a quo sibi tantum scelus di- E
missum esse gauderent,qm̄ tanta eorum superbia ta-
li humiliatione erat deijcienda. Et iste sensus potest
colligi ex verbis Ioannis.s.excęcauit oculos eorum,vt
non videant oculis,& non intelligant corde, & conu-
ertantur.q.d.iō excęcātur nunc,vt aliqñ quertanī,&
hoc est postquam malū fecerint semel excęcati. Iste
sensus potest stare,quia Ioannes dixit affirmatiue, &
conuertantur,& tñ si ponantur negatiue nō stabit,&
tñ oportet intelligi negatiue.ita.n.dr̄ Mar.4.ne qñ cō-
uertantur &c.Patet ēt,quia Ioannes allegat Isa.& tñ
Isa.6.vbi hoc ponitur necesse est accipi negatiue.s.ne
forte videant oculis suis,& conuertantur.i.hoc fit, vt
non videant,& nō conuertātur, quia si viderent con-
uerterentur,ideo magis stat sensus præcedens. Et tñ
etiam si teneatur sensus Augustini non est sensus, ꝙ
Deus excęcauerit Iudęos faciendo,ꝙ non possent cre
dere in Christum,quia tunc Deus directe vellet pec-
catum,& cooperaretur ad illud,cum Iudęi peccaue-
rint non credendo, & Christū occidēdo. Sed est sen-
sus,ꝙ propter demerita sua non concurrit cum eis,vt
crederent,& sic non credentes Christum occiderūt,
directe tñ voluit Deus, ꝙ ex hoc malo sequeretur
quoddam bonum, scilicet, ꝙ isti ex culpa ad Deum
humiliores redirent.

Quomodo dictum est discipulis: vestri autem oculi beati, an hoc sit verum,quia Christus corporaliter ab eis videbatur. Quæst. XLI.

QVAERETVR quomodo dictum est discipulis.
vestri aūt oculi beati.Dicendum,ꝙ non potest
intelligi de sola visione,& auditu corporis, quia etiā
Iudęi Christum audiebant, & videbant eum: non tñ
erant oculi eorum beati,sed infęlices. Aliqui ergo di-
cunt, ꝙ vocantur hic oculi spirituales.i.fides qua in
Christum creditur,& aures spirituales quibus doctri-
nę Christi assentitur.Sic dicit Hiero.mihi videnī ocu-
li illi beati,qui Christi possunt agnoscere sacramēta,
& ille beatæ aures de quibus Isa.dicit Dñs apposuit
mihi aurem,& ego non ōdico. Sed hoc etiam non
sufficit,quia tunc Prophetarum oculi beati essent, qa
ista de Christo crediderunt antequam fierent, & tñ
non dicuntur beati,cum Christus ponat hic differē-
tiam dicens,multi Prophetæ cupierūt videre, quę vi-
detis,& nō viderūt:ergo nō intelligitur de visione per
fidem.Dicendum,ꝙ intelligitur de vtraque visione
simul.s.ꝙ Christus corporaliter videretur,& crederet
esse verꝰ Deus:erat.n.quędā beatitudo videre hoīem
illum,qui sciebatur Deus esse,in quo totum bonum
nr̄m positum esse cognosceremus, & sic Christū in
carnem videre,qñ Christus esse putabatur, quædam
pars beatitudinis erat: iō post eius ascēsionē discipuli
valde desiderabant videre Christum recordati dulcis
simę conuersationis eius,& affligebantur, quia nō vi-
debant:sic ipse prędixit eis Luc.17.s.ait ad discipulos,
venient dies qñ desidereris videre vnum diem filij
hoīs,& non videbitis.& qa discipuli credebant Chri-
stum esse filium Dei.J.16.tu es Christus filius Dei vi-
ui,& videbant eum corporaliter erant beati,non qui-
dem illa beatitudine,quę est in pria, sed quadam alia
iocunditate,quæ minor est illa, superat tamen omne
gaudium huius vitæ.

Quomodo est verum,quòd multi Prophetæ, & iusti cupierunt videre,quæ Apostoli videbant. Quæst. XLII.

QVAERETVR qūo est verum,ꝙ multi Prophe-
tę,& iusti cupierunt videre,quæ Apostoli vide-
bant,& non viderunt,& tñ q̄tum ad visionē fi-
dei,quę magis beatificat q̄ corporalis viderūt eū, sic
ipe dixit de Abrahā Io.8. pr̄ vī exultauit,vt videret diē
meū:vidit,& gauisus est.Dicūt ergo,ꝙ aliqui Prophe-
tę,& iusti cognouerūt mysteria Christi,& alij nō&
iō non dr̄ hic Prophetę cupierūt videre, & nō vide-
rūt,sed multi Prophetę.s.qa alij viderūt. Sic dicit Hie-
ro.vī huic loco illud esse ōriū quod alibi dr̄: Abrahā
cupiuit diem meum videre,& vidit,& lętatus est. Nō
aūt dixit oēs Prophetę, & iusti cupierūt videre quæ
videtis:sed multi inter multos.n.potest fieri,vt alij vi-
derint alij non viderint, & sicut de Abraham dr̄, ita
fuit ēt de Isa.qui vidit gloriam Christi: sic dr̄ Io.12.s.
hoc dixit Isa.quando vidit gloriam eius,& locutus est
de

de eo,idem etiam de Michea, & multis alijs . Sic dicit Rabanus.ſ.Iſa.quoque,& Micheas, & multi alij Prophetę viderunt gloriam Domini, qui ēt proprerea videntes appellati ſunt. Dicēdum tñ melius,ꝙ Prophetæ non viderunt, quę viderunt Apoſtoli.ſ.non viderunt ipſum corporaliter, & tunc illa viſio per fidem non faciebat eos beatos: ſicut.n.fides que habetur in pręſenti differt a viſione glorię,ita fides Prophetarū a viſione Apoſtolorum: ſicut ergo nos beati nō ſumus, ſed beatitudinē expectamus,qui aūt in patria manent beati ſunt,ita & prophetæ beati non erant, ſed beatitudinem deſiderabant,qa videre cupiebant. Apoſtoli aūt beati erant,quia videbant. Et patet,quia dr̄ hic, ꝙ cupierunt videre,quæ videtis,& non viderunt, & audire,quæ auditis.& tñ in fide non diſtinguitur videre, & audire,ſed poteſt vocari fides viſio quædam obſcura.ſ.in ęnigmate: ergo oportet accipi de corporali viſione vbi videre,& audire diſtinguūtur: ſic tenet Hiero.nam poſt præcedentem expoſitionem ſubdit aliā quam dicit eſſe meliorem.ſ.inter multos fieri poteſt, vt alij videāt,alij non videant, licet in hoc periculoſa ſit interpretatio, vt inter ſanctorum merita diſcretionem q̄libet facere videamur.ſ.quantum ad fidem de Chriſto habitam: ergo Abraham vidit in ænigmate non vidit in ſpecie: vos aūt in pręſentiarum tenetis,& habetis Dñm veſtrum . & ad voluntatem interrogatis,& conueſcimini ei.in hoc aūt Chriſtus oſtendit Apoſtolos fuiſſe excellentiores oībus Iudęis, nō ſolū malis,ſed ēt bonis, cū ipſi dicant̄ beati, & ꝙ Prophetę,& iuſti Iudęorum non fuerunt beati, ſed cupierūt habere,quę iſti habent. Sic dicit Chryſo.ſ.in hoc non ſolum malis,ſed & his,qui boni fuerūt eos pręponit: & enim antiquis iuſtis beatiores eos dicit, quia non ſolum,quę Iudęi non viderant hi vident, ſed & quæ iuſti,& Prophetæ cupierūt videre,& non viderūt, ſed Luc.10.dr̄ multi Prophetę,& reges voluerunt videre &c.eſt intelligendum hic.ꝙ iuſti,qui dicuntur hic erant reges ſaltem aliqui eorum, & illi cupierunt videre Meſſiam,qui iam a Prophetis prænūciatus erat.

Quare in iſta parabola ſeminantis Chriſtus poſuit quatuor differentias terræ in quas ſemen cecidit Et quod eſt impedimentum duplex quare credentes non operentur ſecundum fidem. Quæſt. XLIII.

QVAERETVR, quare in iſta parabola ſeminantis Chriſtus poſuit quatuor drīas terræ in quas ſemē cecidit. Dicēdū,ꝙ hoc fuit cōueniens tam ex parte parabolę, q̄ ex parte rei ſignatę per parabolā. De primo patet, qa Chriſtus voluit artificioſe exprimere oēs beatitudines ſeminis iacti in terra. ſemē aūt aliqñ fructificat,& aliqñ nō. fructificat aūt ſolum qñ cadit in terrā bonā nō impeditā fructificare, & iō Chriſtus vnam tm̄ partem ſeminis dixit feciſſe fructū: ſi aūt nō fructificat,vel hoc eſt, qa non habet terrā in qua fructificet, vel qa habet illam non conuenientem. Si primo modo,ſic eſt de ſemine quod cecidit iuxta viam.ſ.in terrā non aratam,& non potuit operiri,vel ſi opertum eſt fuit illico excuſſum de terra pedibus conculcātiū illud, & ita aues veniētes illud comederūt. Si ſecūdo mō, aut impedit̄ terra pp paucitatē virtutis,aut pp ꝯriū agēs. Si primo mō, ſic eſt de ſemine cadēte ſuper petroſa, qa dr̄.ſ̄.in litera,ꝙ non habuit multā terrā.ſ.a parte ſuperiori, & a parte inferiori habebat petrā ꝯiunctā, tñ non potuit agere radices,& in ardore ſolis emarcuit. Si ſecundo mō, ſic eſt de ſemine quod cecidit inter ſpinas: nā ibi terra multa erat, & fructificare potens: ſpinę tñ ſuffocauerūt ſemen bonū. Et ſub iſtis differentijs includitur oē impedimentum non fructificandi ex parte ter-

F ræ. Sed obijcietur,quia interdum impeditur terra fructificare pp defectum pluuiarum,& nō cadit ſub aliqua drīa iſtarum: ēt terra bona non fructificat. Dicendum,ꝙ verum eſt. Chriſtus tñ noluit hic ponere niſi illos modos quibus impeditur fructus ex parte terrę, & ideo ſemen quod cecidit in terrā bonā, quæ nullū impedimentum habuit,generaliter dicit feciſſe fructum. Et rō huius eſt, quia Chriſtus introducit iſtam parabolam pp verbum Dei,quod in quibuſdam hominibus fructificat,& in alijs non, & hoc nunquā eſt ex defectu cęleſtis grē,quia hoc non eſſet hoī imputabile,ſed ex aliqua prauitate hoīs ex qua parte comparatur terrę ſuſcipienti ſemen, & non fructificanti: iō tetigit ſolum illos modos quibus terra non fructifi-
G cat pp impedimentum proprium omiſſo defectu pluuiarum. Secundo Chriſtus poſuit quatuor partes ſeminis pp rem ſignatam per parabolam: nam verbū Dei in quibuſdam audientibus fructificat,in alijs non. neceſſe eſt aūt,ꝙ oēs fructificantes ex verbo ſuſcepto habeant bonū cor: qualitercūque ergo illud ſit, ſiue in plus, ſiue in minus comparant̄ oēs terrę bonę, nā ſub vnica parte ſeminis cadentis in terram bonā Chriſtus comprehendit oēs iſtos, qui aūt non fructificant impediuntur varie, & iſtos Chriſtus comprehendit in tribus differentijs terrę. Sic dicit Chryſo.ſ.deſides ſuſceperunt verbum,& perdiderunt,diuites illud ſuffocauerunt: molles aūt illud perdiderūt. Sed apertius dicendum eſt,ꝙ quidam audientes verbum non fru-
H ctificant,qa non credūt. Alij aūt licet credant impediuntur fructificare. de primis eſt impoſſibile, ꝙ fructificent,quia verbum non creditum non poteſt mouere aīum ad aliquid,& iſti comparant̄ ſemini cadenti iuxta viam, quia licet terra ſit bona,impoſſibile eſt ibi fructum gigni cum ſemen nō operiatur terra, vel excutiatur pedibus tranſeuntium,& ita dr̄ Luc.8.ꝙ ſemen cadens iuxta viā ſunt illi de quorū cordibus diabolus tollit verbū ne credentes ſalui fiāt.i.vt non credant,& nō ſaluentur,ſiue aūt non credant,qa non intelligunt,ſiue pp aliam cauſam nō differt,vt cōiter tñ qui non credit putat non eſſe verū,quod dr̄, & iō nō credit,& ſic dixit Mattheus,qui audit verbum,& non intelligit.i.non intelligit,eſſe verum, & iō non credit,hic aūt diabolus tollit verbum de corde hoīs, &
I aues ſemē de terra,& non in alijs differentijs terrę, qa verbum quod nō creditur mox cadit ab animo nr̄o, quia aīus non curat de eo quod verum eſſe nō putat, & ita diabolus tollit verbū, cęteri aūt, qui credūt ēt ſi non operent̄, verbū in aīo retinent cum credant illud eſſe verū,& ſic de ſola prima parte ſeminis dr̄, ꝙ aues comederunt illud,& ēt,ꝙ diabolus rapit verbū. In ſpinis aūt,& ſ̄.petram manet,licet fructū non gignet,qa iſti ſunt,qui credunt,& non operantur, quia tñ verbū creditum mouet aīum neceſſe eſt, ꝙ credens operet̄ niſi impediatur. Eſt aūt duplex impedimentum, vnū eſt pp timorem,aliud eſt pp amorem,quia ex iſtis paſſionibus oriunt̄ cęteræ. Propter timorem.n.impediūtur,qui credūt,& tñ ſi aduerſitas inſurgat recidūt a fi-
K de,vel ceſſant ab operatione,vt aduerſa non tolerent, & hoc eſt ſemen quod cecidit ſuper petroſa: nam dr̄, ꝙ iſti,qui audientes ſunt verbum, & cum gaudio ſuſcipiunt: non habent tñ radicem, ſed facta tribulatione pp verbum ſtatim ſcādalizantur, & iō Chryſoſto.vocauit iſtos molles.i.delicatos non potentes aduerſa tolerare. Per amorem aūt impediuntur illi, qui propter aliqua bona huius vitę ceſſant ab opere doctrinę Chriſti,& quia ea quæ amantur in ſęculo ſunt diuitiæ,honor, poteſtas, fama, delitiæ carnis, circa quę habenda,& retinenda poſtquam habentur eſt neceſſaria magna ſolicitudo,dicuntur iſti ſemen cadēs ſuper ſpinas,quia vt dicit̄ Luc.8.iſti poſtquā verbum
audierunt

audierunt a ſolicitudinibus,& diuitijs, & voluptatibus vitę ſuffocantur,& non referunt fructum,& quia non ſunt plures modi in generali quibus homo audiens verbū non fructificet,poſuit Chriſtus ſolū tres partes ſeminis nō fructificātes, & vnā fructificantē.

Quomodo differunt iſtæ quatuor partes ſeminis inter ſe. Et quomodo poſſit accipi ſuffocatio. Qō.XLIIII.

QVAERETVR quō differunt iſtę quatuor partes ſeminis inter ſe. Dicendū,ꝙ prima differt ab alijs, quia ſemen eius non fuit opertum terra,vel ſi fuit opertum fuit excuſſum de terra pedibus conculcantium,ita vt non poſſet fructū ferre,quia in terra non manebat,ſed ſuper terram. In alijs aūt manſit ſemen intra terram. Item quia ſemē primę partis deuoratum eſt, ſed ſemen aliarum partium non fuit deuoratum: ideo iſta pars fuit deterior cęteris.i.magis indiſpoſita ad fructificandum. Secunda pars differt a prima per id quod dictum eſt. Nam ſemen fuit receptum in terra,& non fuit deuoratum. Differt a tertia.& quarta,quia hic fuit pauca terra eo, ꝙ cecidit ſemen ſup petroſa,& non potuit agere niſi paruas radices, & Sole ęſtuante cito aruit. In alijs aūt terra multa erat,& radices magnę fieri poterāt, & tñ tertia pars ſeminis cum oīa alia haberet.ſ.terrā bonā, & multam,hoc ſolum nocuit,ꝙ ſemen a ſpinis ſuffocatum eſt,vnde in ſecunda parte non fuit directe impedimentum fructificandi,ſed defectus virtutis, quia multus humor erat cum eſſet terra profunda. Sed qd magis nocuit ad fructificandum? Dicendū, ꝙ ſuffocatio poteſt dupliciter accipi. Vno modo, ꝙ ſemen intra terram ſuffocatum fuerit a ſpinis, ita ꝙ nunquam ortū fuerit,& tunc deterius ſe habuit quod ſeminatum eſt inter ſpinas q̄.ſ̄.petram, quia quod.ſ̄.petram cecidit germinauit,& cito natum eſt,ſed poſtea aruit Sole æſtuante,quod vero inter ſpinas cecidit nunquā ortum eſt. Alio modo accipitur ſuffocatio.ſ.ꝙ ſemen germinauerit,& tñ ſpinę magis creſcentes ſuffocauerunt illud.i.intra ſe occultauerūt. Et tunc poterat dubitari quid ſe habuerit deterius.ſ.ꝙ ſupra petram, vel quod inter ſpinas cecidit. Et tñ ſimpliciter, ꝙ deterius fuit id quod cecidit inter ſpinas. Quarta pars ſeminis in nullo impedita eſt,quia habuit terram bonā.i.terram multam vbi nec petrę nec ſpinę erant,& iō fecit fructum. In re ſignata per parabolam idem ordo eſt, quia illi,qui non credunt deterius ſe habēt q̄ cęteri.i. minus diſpoſiti ad fructificādū, licet cęteris paribus pctm̄ grauius reputatur in credente q̄ in nō credēte, quia nō credens eſt quaſi neſciens,& tñ ſciens ſeruus voluntatē Dñi,& nō faciens, plagis vapulabit multis, ſeruus aūt neſciēs volūtatē Dñi, & iō nō faciēs,plagis vapulabit paucis Luc.12. Qui aūt credūt,& pp perſecutionē ceſſant operari diſpoſiti ſunt ad operādū, qa aliqñ operant̄,& ſolū ceſſant in aduerſitate,ſed q non credūt nunq̄ operant̄,iſti ēt melius ſe hñt q̄ illi,qui pp amorē ſęculi nō operant̄: nā magis impedient̄ amatores ſęculi operari bonū q̄ timētes pſecutionem,eo ꝙ bona,q̄ amari poſſūt quotidie occurrūt, pſecutio aūt tēporanea eſt, & trāſit,q vero nullo iſtorū impediuntur ſemp fructificāt,ſicut ſemē cadēs in terrā bonam.

Quare vocatur hic diabolus malus abſolute. Et quomodo eo nihil ſit deterius. Quæſt. XLV.

QVAERETVR, quare vocatur hic diabolus malus abſolute.ſ.venit malus, & rapit &c. nam Mar.4.dr̄ venit Sathanas, & Luc.8.dr̄ venit diabolus. Aliqui dicunt,ꝙ diabolus dr̄ malus,quia ſimpliciter malus eſt,& iſtud conuenit

A Pythagoricis,& Manicheis,qui poſuerūt per ſe coordinationem malorum,ſicut coordinationem bonorum,& tunc ſicut caput oīum bonorum eſt per ſe bonum,& purum bonum,ita caput oīum malorum eſſet per ſe malum,& purum malum, & tale vocaretur malum abſolute. Sed iſtud eſt impoſſibile,quia malū non eſt aliqua natura,ſed eſt defectus boni in habente aliquam bonitatem, vbi aūt nullum bonū eſt, nec etiam malum eſſe poteſt. Et tñ purum malum nihil habet de bono: ergo non eſt poſſibile eſſe purum malum,& ſic diabolus non poteſt eſſe totaliter malus. Sed dr̄ abſolute malus,quia eſt excellenter malus: nihil.n.eſt deterius diabolo: quāto aliqua natura melior eſt ſi pręuaricatur, tanto deterior efficitur, & quia
B Angeli ſunt excellentiores oībus creaturis, ſi Angelus fiat malus,erit peior oī creatura,dęmon aūt eſt Angelus malus: iō dęmones abſolute mali vocantur. mali hoīes aūt minorem habent malitiam: ideo nullus homo vocatur malus abſolute. Secundo quia dęmon non ſolum malus eſt,ſed ēt in malo firmatus: non.n. poteſt iam bonus effici, quilibet tñ homo quantumcunque malus poteſt effici bonus. Tertio quia dęmō non ſolum eſt malus,ſed ēt cęteros nititur malos efficere,nec aliam occupationem habet niſi, vt omnes homines faciat malos, & pp hoc ſpecialiter vocatur malus abſolute: nam dr̄ hic, ꝙ venit malus, & rapit qđ ſeminatū eſt, & hoc eſt velle facere hoīes malos.

C *Quare dæmones vocantur volucres cœli. Qō. XLVI.*

QVAERETVR, quare hic dęmones vocant̄ volucres cęli. Dicendum primo, ꝙ eſt propter ſimilitudinem operis,quia ſicut volucres deuorant ſemen,ita vt non poſſit terra germinare, ita & dęmones tollunt verbum bonū de corde hoīum,vt non poſſint fructum boni operis reddere,vt dr̄ Luc.8. Secundo propter ſuperbiam, qa ſicut volucres alta conſcendunt cum dicantur volucres cęli,ita & dęmones ſuperbi ſunt,& patres ſuperborum Iob 41.vbi dr̄ de Leuiathan, quod ipſe eſt rex ſuper oēs filios ſuperbię. Tertio propter locum habi-
D tationis,quia ſicut aues morantur in aere,ita & dęmones in aere caliginoſo morantur, & ſic vocantur poteſtates aereę,& principes tenebrarum, habitantes in cęleſtibus.i.in aere ad Ephe 6. Quarto propter excellentiam,& ſubtilitatem naturę, quia ſicut aues ſunt ſubtilioris naturę q̄ cętera animalia, ita & dęmones ſunt natura ſubtiliores cęteris creaturis,ſicut Beda ait recte dęmones volucres cęli dicuntur, ſiue quia cęleſtis ſpiritualiſque naturæ ſunt,ſiue qa in aere habitāt.

Quomodo dęmon poteſt rapere verbum de corde hominis, cum nihil poſſit in intellectu aut in voluntate noſtra, nec etiam Angelus bonus. Quæſt. XLVII.

E QVAERETVR quomodo dęmon poteſt rapere verbum de corde hominis.

Dicendum,quod dęmon nihil poteſt rapere de intellectu aut de voluntate noſtra, quia operatio dęmonis non poteſt pertingere directe vſque ad ſubſtantiam animæ noſtrę, nec etiam Angelus bonus, quia ſolus Deus, qui animæ noſtræ illabitur,& in ea vere eſt,poteſt in ea operari, & ideo ſi etiam Deus permitteret dęmoni facere quod poteſt,non poſſet tollere aliquid de intellectu noſtro, nec de voluntate,nec etiam ſcit quid eſt in intellectu aut in voluntate noſtra vt oſtenſum eſt ſupra octauo cap.quęſtione decimaſeptima, poteſt tamen dęmon operari ſupra phantaſmata,quia phantaſia dicit organum corporale, & quia totum intelligere noſtrum
dependet

dependet ex phantasmate, vt dicitur tertio de anima, eo quod intellectus nostr non habet in se formas, per quas intelligat, sed per sensum accipit a rebus. Cum possit dæmon turbare phantasiam destruēdo phantasmata, vel faciendo ea inepta ad vsum intellectus, poterit auferre omnem intellectionem nostram, sicut apparet in omnibus ægritudinibus, in quibus turbatur cerebrum: nam tollitur omne intelligere, vel non recte intelligitur: hoc modo dæmones possunt auferre verbum de corde credentium, destruendo omnia phantasmata rerum auditarum, sed Deus non permittit sic dæmonibus operari, quia sic efficerent omnes homines insanos, & amentes, & euacuaretur prouidentia Dei, & tamen sicut Deus non permittit dæmonibus nocere hominibus quantum volunt corporaliter, ita nec permittit lędere phantasiam eorum, & ideo etiam sic non possunt dęmones tollere verbum de corde hominis, sed tollunt impediendo hominem credere, scilicet, suggerendo ei diuersa, vt non credat, sicut ad certa peccata dæmon tentat hominem, vel offerendo ei alia de quibus cogitet, vt sic obliuiscatur verbum quod debet credere. Quomodocunque autem suadente dæmone homo non credit eis, quæ prædicantur, dicetur diabolus rapere verbum de corde eius, & hoc maxime est, quando dæmon reddit hominem indeuotum, vt non attendat ad ea, quæ prædicantur. Sic dicit Remigius: sunt nonnulli, qui verbum Dei nulla cordis deuotione suscipiunt, & ideo semen verbi Dei quod in eorum cordibus seminatur, dæmones quasi semen viæ tritæ subito auferunt.

Quare Christus loquens de terra bona posuit tres gradus fructuum. Quæst. XLVIII.

QVAERETVR, quare Christus loquens de terra bona posuit tres gradus fructuum, scilicet, tricesimum, sexagesimum, centesimum.

Aliqui dicunt, quòd hoc fuit ad similitudinem terræ malæ, sic dicit Hieronym. ideo notandum, quòd sicut in terra mala tres fuerunt diuersitates, scilicet, petrosa, secus viam, & spinosa loca: sic in terra bona trina diuersitas est tricesimi, sexagesimi, & centesimi fructus.

Alij dicunt, quòd hoc fuit ad ostendendum merita sanctorum, scilicet, quòd quidam sancti in die iudicij pro meritis suis liberabunt centum homines de pœna, alij liberabunt sexaginta, alij triginta.

Quod falsum est, quia nemo liberabitur, nisi suis meritis in die iudicij: vnde Augustinus improbat istam positionem vigesimoprimo de ciuit. Dei.

Alij dicunt, quòd fructus tricesimus est in illis, qui fidem Trinitatis prædicant: sexagesimus est in commendatione operum perfectorum, idest, consiliorum: centenarius est, quando vita æterna promittitur.

Alij dicunt, quòd fructus tricesimus est, quando ex verbo Dei audito, bonam cognitionem gignimus: sexagesimus autem quando bonam locutionem: centesimus vero quando bonam operationē. Et ista duo dicit Remigius.

Alij dicunt, quòd centesimus fructus debetur martyribus: sexagesimus autem virginibus: tricesimus vero coniugatis. Sic dicit August. lib. de quæstionibus Euangelij, & tamen tunc non differunt fructus ab aureolis, quia fructus non est martyrum, sed aureola, & ideo non tenetur hoc communiter.

Alij dicunt, quòd centesimus fructus est virginum: sexagesimus viduarum: tricesimus coniugatorum, vt dicit Hieronym. & ita tenetur communiter.

Dicendum tamen est, quòd per istos tres fructus Christus signare voluit omnes differentias fructificātium per verbum susceptum. Nam omnis terra bona fructificat suscepto semine, ita & verbum Dei susceptum in corde bono, reddit fructum boni operis, & tamen sicut non omnes terræ bonæ æqualiter fructificant, ita nec boni viri æqualiter operantur, sed quidam magis, alij vero minus iuxta dispositionem cordis sui: illę autem diuersitates sunt infinitæ. Christus tamen designauit illas per tres gradus fructuum, & licet soleat communiter applicari ad tres fructus, scilicet, virginum, viduarum, & coniugatorum, tamen Christus vere intellexit de omnibus, qui ex suscepto verbo reddunt fructum boni operis: nam in hac parabola comprehendere voluit omnes, qui audiunt verbum Dei tam fructificantes, quàm non fructificantes. Sicut ergo per tres gradus terræ malæ, scilicet, iuxta viam, & petrosæ, & spinosæ comprehendere voluit omnes, qui per susceptum verbum non fructificant, ita per tres fructus terrę bonæ voluit ostendere omnes gradus bene operantium. Sic dicit Hierony. vt patet supra.

Aliam parabolam proposuit illis dicens: Simile factum est regnum cœlorum homini, qui seminauit bonum semē in agro suo. Cum autem dormirent homines venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abijt. Cum autem creuisset herba, & fructum fecisset: tunc apparuerunt, & zizania. Accedentes autem seruipatrisfamilias dixerunt ei: Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: Vis imus, & colligimus ea? Et ait: Non. Ne forte colligentes zizania eradicetis simul, & triticum. Sinite vtraque crescere vsque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus. Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum. Aliam parabolam proposuit eis dicens: Simile est regnum cœlorum grano sinapis quod accipiens homo seminauit in agro suo, quod minimum quidem est omnibus seminibus. Cum autem creuerit maius est omnibus oleribus, & fit arbor ita vt volucres cœli veniant, & habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum.

Mar. 4. De elec. c. licet de vitanda.

24. q. 3. ca. notadum.

Mar. 4. Luc. 13.

Luc 13.

Positio secundæ parabolæ.

Aliam parabolam. Hic ponitur secunda parabola, scilicet zizaniorum, quæ in eodem sermone dicta est, & dicitur. *Aliam parabolam.* Idest sequentem, quia parabola seminantis fuit prima omnium. *Proposuit illis.* Scilicet turbis, quia omnes istæ parabolæ fuerunt dictæ eisdem turbis, & in eodem sermone, vt dictum est supra, & etiam aliam dixit quam subticuit hic Mattheus, & expressit illam Marc. s. de semine germinante herbam, & postea spicam, & deinde frumentum plenum Mar 4.

Dicens simile factum est. Idest simile est, vel assimilatum est, & melius dicitur assimilatum est, quam simile est, quia similitudo est inter ea, quæ vere sunt similia, & tamen nos facimus inter ea aliquam comparationem sicut hic, & ita est in omnibus parabolis, sic enim dixit Hieronymus, ꝙ parabola est rerum natura discrepantium sub aliqua similitudine facta compa ratio. *Regnum cœlorum.* i. ecclesia militans, quia in vita æterna, quæ in cęlo est zizania seminari non possunt, nec colligi, sicut dicit Hieron. ꝙ sępe ecclesia prę sentis temporis regnum cęlorum dicitur, quia in illo regno beatitudinis, vbi pax summa est, scandala inueniri non poterunt, quæ colligantur.

Parabola quid sic secundum Hieron.

Homini qui seminauit bonum semen in agro suo. i. purū triticum non habens zizania, nec aliquod semen malū admixtum, & dicitur, ꝙ est simile homini non quidē soli homini seminanti, sed potius agro in quo seminatur. Vel melius omnibus his simul sumptis. s. homini agro, semini, zizaniis, & cæteris, quæ dicuntur.

Cum autem dormierent homines. s. terui illius qui fecerat seminari bonum semen in agro suo. q. d. ꝙ vigilantibus istis non potuisset vnicus homo superseminare zizania. Vel dicitur cum dormirent homines. i. omnes homines. s. media nocte, quia inimicus iste non auderet publice hoc facere, ne quis videret, & nunciaret domino agri. *Venit inimicus eius.* Quia enim inimicus erat, nocere voluit, & ideo superseminauit malum semē, vt periret bonum semen, sicut in precedenti parabola semen, quod cecidit inter spinas suffocatum est. *Et superseminauit zizania.* Genus seminis est, quod aliqualiter similatur tritico, multum tamē differt in virtute, & potius corrumpit triticum quando ei admisce tur. *In medio tritici.* i. inter triticum. s. quia triticum erat iam seminatum, & super illud seminata sunt zizania, ita vt separari non possent ab alterutro. *Et abijt.* Idest recessit postquam seminauit zizania, vt nesciretur qd egisset, *Cum autem creuisset herba.* i. triticum, quia prius nascitur in modum herbæ, & deinde formatur spica, postea vero fit plenum frumentum, vt dicitur Mar. 4.

Et fructum fecisset. s. formando grana spicarum, quia illa sunt fructus seminis. *Tunc apparuerunt zizania* s. in formatione granorum, nam quando herba tota apparebat non distinguebatur triticum a zizaniis, sed quando formata sunt grana apparuit quid esset triticum, & quid zizania, nam herba tritici, & zizaniorum est similis, sed grana sunt dissimilia. *Accedentes autem serui patrisfamilias.* s. domini istius agri. *Dixerunt ei, domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo?* Ex admiratione hoc dicunt, nam ipsi sciebant, ꝙ bonum semen. i. purum triticum fuerat in agro seminatum. *Vnde ergo habet zizania.* q. d. mirum est quomodo posset habere zizania quorum semen non fuit positum in agro. *Et ait, illis. inimicus homo hoc fecit.* i. non miremini, quia homo qui erat inimicus meus, volens destruere, quod seminaueram, superseminauit zizania. *Serui autem dixerunt ei. vis imus & colligimus ea.* Idest vis, ꝙ eamus, & tollamus omnia zizania de agro, & maneat purum triticum. *Et ait non. ne forte colligentes zizania.* Poterant colligi zizania, quia distincta apparebant a tritico, sed noluit, ꝙ colligerentur.

Eradicetis simul cum eis, & triticum. Idest licet agnoscātur zizania, non poterunt eradicari quin etiam eradicetur triticum propter similitudinem radicum, & potius debuerunt permitti zizania, quam ꝙ periret triticum. *Sinite vtraque crescere vsque ad messem.* Idest maneant simul vsque ad tempus messis. *Et in tempore messis dicam messoribus, colligite primum zizania.* Tūc enim zizania colligenda, idest eradicanda erant antequam triticum, & licet eradicetur aliquid de tritico cum eis non nocebat, quia cum agnosceret poterat separari, secus aūt ante messem, quia si eradicaretur triticū cū zizaniis cum nondum esset maturum, periret. *Et alligate ea in fasciculis ad comburendum.* Zizania. n. sunt inutilia, quia corrumpunt bonum semen, ideo non erant seruanda ad aliquem vsum, sed comburenda ne misceri possent tritico, aut alteri semini, quia corrumperent illud. *Triticum autem congregate in horreum meum.* s. postquam fuerit depuratum a zizaniis.

Ad quid inducta est ista parabola zizaniorum. Et quòd duplex est status ecclesiæ. hic dicitur ager in quo verbum Dei est seminatum.
Quæst. XLIX.

QVAERETVR de ista parabola ad quid inducta est. Dicendum ꝙ Christus exposuit eā in litera, & innuitur in ea secundus status ecclesiæ. Fuit. n. primus status Christo prædicante, & Apostolis, quod ostenditur in præcedenti parabola seminantis: nam totum illud fuit tēpus plantandi fidem per prædicationē, & qdā eā receperūt, & alij non, vt innuitur per quatuor partes seminis in pēcedenti parabola. Dolens aūt diabolus fidē bene firmatam in cordibus fidelium, & ꝙ non posset auferri, voluit admiscere errorem, & sic suscitauit hęreticos, qui sunt, quasi semen malum, vt per hoc turbaretur fides apud fideles, & iste fuit secundus status ecclesię, qa immediate post apostolos surrexerunt hēretici immo viuentibus quibusdam apostolis surrexerunt aliqui hęretici, sicut viuente Ioanne surrexerunt Cherinthiani: contra quos scripsit Euangelium, vt dicit Hiero. supra in prologo, qui incipit plures fuisse, & sic regnum cęlorum, idest ecclesia est similis homini, qui seminat bonum semen in agro suo: nam homo Christus est seminator iste, vt dicitur infra in litera, s. qui seminat bonum semen est filius hominis: ager autem est mundus, quia doctrina Christi toti mundo proposita est infra 28. docete omnes gentes. Vel ager est ecclesia, quia ex istis, qui credunt, efficitur ecclesia. Bonū semen est recta doctrina sine errore, quam tenent catholici, vt dicitur infra in litera: bonum semen sunt filij regni, idest homines boni, qui pertinēt ad regnum cęlorum: inimicus homo est dęmon, qui inuidēs cultoribus Christi, & etiam ipsi Christo voluit admiscere errores ī doctrina Christi: ipse seminauit zizania, idest errores cōtra doctrinam Christi, vt praue illa intelligeretur. Vel zizania sunt filij nequam, idest homines mali, vt dr̄ infra in lr̄a, quia per errores in fide depraua ti sunt: iste aūt inimicus hō venit dum dormirent homines, i. non aduertentibus hominibus, quia errores introducuntur a principio nemine aduertente, qa si aduerterent hoīes nunq̄ errori locus esset. Vel dr̄ cum dormirent, i. postquā dormierunt, s. somno mortis homines, i. apostoli, quia post mortem eorū surrexerunt varię hęreses. Vel dum dormirent, i. ne gligēter attenderent hoīes, i. pręlati, quia cum non attendunt oues suas est locus hęresi, & varijs erroribus, vt insurgant. Sic dicit Augu. cum dormirent, i. negligētius agerent prępositi ecclesię, aut dormitionē mortis acciperent apostoli, venit diabolus, & superseminauit

eos quos malos filios Dominus vocat, cum autē cre- F
nisset herba apparuerūt zizania.i.hæreses, a principio
non apparent, quia error putatur esse veritas, sed cum
creuerint iam apparent. Vel intelligitur de hæreticis,
qui vt ait Chrysostom. a principio occultant seipsos,
cum autem multam acceperint libertatem, palam in
verbis venenum infundunt, & viribus contra fideles
vtuntur, tunc autem serui patrisfamilias, idest patres
antiqui, qui fuerunt in ecclesia primitiua admirantes
hæresim insurgentem accedunt ad patremfamilias.i.
ad Christum.s.per orationem, quia ad Deum affecti-
bus appropinquamus. i. quærunt quomodo zizania
nata sunt.i.quomodo potuerunt nasci hæreses, cum
sana doctrina Christi sine errore fuerit prædicata to-
ti orbi, & ille dixit inimicus homo hoc fecit, idest dia-
bolus, qui inimicus est Dei, & etiam hominum, quia
toto animo cupit ei nocere. Sic dicit Chrysostom. ini-
micus vocatur propter iacturam, quam infert homi-
nibus, vexantur enim diaboli aduersus nos, princi-
pium autem vexationis factum est non ab inimicitia
quæ est ad nos, sed quæ est ad Deum, & dicūt. *Vis imus,*
& colligimus ea. i. vis, ꝓ istos hæreticos quos diabolus
seminauit colligamus separādo a tritico.i.a commu-
nitate ecclesiæ per excommunicationem, & tandem
exterminando eos de terra per mortem, quæ inferat-
ur per iudices seculares? & ille ait. *Non, ne forte colligen-*
tes zizania eradicetis cum eis triticum. Idest, quòd non o-
portet malos totaliter tollere de medio bonorū, quia
volendo destruere malos, destruentur etiam boni, sed
vtrique manere debent vsque ad messem, idest vsque H
ad finem seculi simul, & tunc separabuntur mali de
medio iustorum, & ligabuntur ad fasciculos ad com-
burendum.i.ibunt ad ignem æternum, vbi semper ar
debunt, infra 25. quia ignis eorum non extinguetur,
& vermis non morietur Isa. 66. triticum autem con-
gregatur in horreum, i. boni reperiuntur in vita æter-
na, sicut dicitur supra 3. ꝓ Christus mundabit aream
suam, & congregabit triticum in horreum, paleas au-
tem comburet igne inextinguibili.i.igne inferni.

Aliam parabolam. Hic ponitur tertia parabola, po-
suit enim Christus multas parabolas, quia vt ait Hie-
ron. ipse est, sicut diues patersfamilias inuitatos diuer-
sis reficiens cibis, vt vnusquisque secundùm naturam
sui stomachi varia alimenta susciperet. *Proposuit eis.* s.
turbis, quia eædem turbæ audierunt omnes istas para-
bolas. *Dicens simile est regnum cœlorum.* i.assimilatum est,
quia ista est assimilatio parabolica, & ita dicit Deus
Oseæ 12. ego visionem multiplicaui, & in manu pro-
phetarum assimilatus sum.i.prophetæ dederunt mul
tas assimilationes de me per quas me traderent homi-
nibus cognoscendum. Et dicitur regnum cœlorum
ecclesia militans, vel doctrina sacræ scripturæ.

Grano sinapis. Hoc dicit propter paruitatem, quod
cum paruum sit, crescit in magnam arborem.

Quod accipiens homo. Non intelligitur de vnico grano
sed de multis, quia nemo vnicum granum seminaret,
sed more scripturæ accipitur vnum pro multis, sicut
Exod.8. dicitur, quòd venit musca grauissima.i. mul-
titudo muscarum, & hoc forte, quia idem est de vno
grano, & de multis, quia quodlibet eorum germinare
potest. *Quod minimum est omnibus seminibus.* s. in quantita
te, sed in virtute maius est cum crescat in magnam ar-
borem, & propter paruitatem Christus volens osten-
dere, quòd quantumcunque sit parua fides sufficit ad
obtinendum omnia dixit, infra 17. si habueritis fidē,
sicut granum sinapis, s. quantumcunque paruam, quia
non potest esse minor in quantitate, quam granum
sinapi. *Cum autem creuerit.* i. crescendo peruenerit ad
maximam quantitatem suam. *Maius est omnibus oleri-*
bus. i. omnibus herbis, & recte dixit oleribus ad diffe-
rentiam arborum. Quia arbores maiores sunt, sed nō
olera. sunt enim olera herbæ, quæ stipitem tenerum Olera quid
habent non ligneum, sicut arbores. *Et fit arbor.* i. ma- sint.
gnum olus quasi arbor: non quidem in natura, sed in
similitudine magnitudinis. *Ita vt volucres cœli veniant*
& habitent in ramis eius. Hoc ostendit magnitudinem
eius, scilicet, quia volucres cœli possunt habitare in ra
mis eius. Vel habitare in ramis, idest sub ramis, idest
facere nidos. Vel melius habitare, idest sustentari ali-
qualiter sedentes in ramis eius. Vel habitare in ramis,
idest sub ramis, scilicet in vmbra, quia propter magni-
tudinem suam facit vmbram in qua aues cęli interdū
habitant, & hoc exprimitur Mar.4. s. facit magnos ra-
mos, ita vt possint sub vmbra eius aues cęli habitare,
& iste sensus magis conuenit veritati, nisi forte in ter- G
ra Chanaan, in qua Christus loquebatur, arbor sinapis
maior efficitur, ita vt in ramis eius volucres nidos
facere possint.

Quid voluit Christus per istam parabolam zizaniorum significare. Et quomodo sacræ scripturæ doctrina dici possit regnum cœlorum, atque etiam ipsi doctores illius. Et quid sit granum sinapis.
Quæst. L.

QVAERETVR quid voluit Christus significa
re per istam parabolam.

Dicendum vno modo, quòd ista respon
det duabus præcedentibus parabolis, quia
dictum fuerat, ꝓ regnum cœlorum est, sicut semen,
quod seminatur, cuius solum quarta pars fructum de-
dit, & præcedenti parabola dictum est quomodo bo-
num semen per zizania aliqualiter corruptum est, pu
taret aliquis, ꝓ pauci manerent in regno cœlorum, iō
Christus ostendit, ꝓ isti pauci sunt magni in virtute,
quia sunt sicut granum sinapis, quod paruū est, & po-
stea crescit in magnam arborē. Sic dicit Chrys. s. quia
dñs dixerat, ꝓ de semine tres partes pereunt, & saluat̄
vna, & in ipsa rursus, quę saluatur, multa efficitur iactu
ra per zizania, quæ seminantur, ne dicerent qui ergo
erunt, & quanti fideles? consequenter hunc timorem
aufert per parabolam sinapis.

Aliter pt̄ dici, ꝓ in hac parabola 3. ostēditur tertius
status ecclesiæ sequens post præcedentem. s. post here I
ses insurgentes designatas in præcedenti parabola, qa
contra illas hæreses dominus suscitauit in ecclesia do-
ctores sanctos & peritos, qui possent per rationem, &
scripturam hæreticos conuincere: isti doctores, licet a
principio fuerint humiles, & abiecti, postea tamē Deo
agente fuerunt exaltati, & magnis principibus valde
chari, sicut beatus Siluester Constantino, & beatus
Ambrosius Theodosio, vt sic vtroque gladio eccle-
sia ab hæreticis purgaretur, scilicet spirituali, gladio,
idest ratione, & scriptura quantum ad illos qui doctri-
nam sanam vellent recipere, & gladio materiali. s. per
potestatem secularem, quantum ad alios qui indurati
in errore rationi non assentirēt, & iō introducit̄ para-
bola de grano sinapis, & dr̄ regnum cęlorum hic ipsa K
ecclesia militās, & ista est, sicut granum sinapis, quod
a principio est paruum, & postea crescit in arborem. s.
quia ecclesia a principio pauca membra habuit cum
pauci crederent, & totus orbis esset infidelium. po-
stea vero per totum orbem dilatata est, ita vt ab ortu
solis vsque ad occasum iam offerat̄ in nomine Chri-
sti sacrificium mundum, vt dicitur Malac.1. Vel dicit̄
regnum cęlorum doctrina sacræ scripturæ, quia pduc-
cit ad regnum cęlorum, quia qui eā non tenuerit con-
demnabitur Mar.16. Sic dicit Hier. regnū cęlorū prędi-
catio euangelii est, & notitia scripturarum, quæ du-
cit ad vitam, de qua dr̄ Iudæis, auferetur a vobis regnū
Dei,

Dei, & hoc modo fides etiam vocatur granum sina- A
pis, vt dicitur infra 16. s. si habueritis fidē, sicut granū
sinapis, ad fauorem fidei pertinet eo, ꝓ dicatur vene-
na expellere, & tunc verum est, ꝓ doctrina sacræ scri-
pturæ est, sicut granum sinapis, quia sicut illud est mi
nus omnibus seminibus, ita ista doctrina in modum
certitudinis prima facie videbatur esse minor omni-
bus doctrinis humanis, quia illæ dicūt res verisimiles,
ista autem res difficiles creditu, & longe ab omni in-
tellectu, s. hominem crucifixum esse Deum. Etiā cete
ræ habent aliquos eloquentiæ flores, ista autem exē-
pta quæsitis coloribus non vtitur. Sic dicit Hierony.
Prędicatio euangelii minima est omnibus disciplinis,
Ad primam quippe doctrinam, fidem non habet ve-
ritatis hominem Deum, mortuum Christum, & scā-
dalum crucis prædicans. Confer hāc doctrinam libris
philosophorum, & splēdori eloquentiæ, compositio- B
ni sermonum, & videbis quanto minus sit cæteris se-
minibus semen Euangelii. & tamen ista doctrina sa-
cræ scripturæ creuit in magnam arborem supra oīa
olera.i.super oēs doctrinas philosophorum, quia iam
nulla doctrina auctoritatis est, sed oēs humanę doctri
næ sacris literis, & Christi doctrinæ caput submittūt,
& ita in hac arbore aues habitant, quia humana inge-
nia credentiū in ea quiescunt, quia cęteras doctrinas
humanas pp eam quærunt, & cū ad ipsam puenerint
in ea quiescunt, quia nihil est quo vltra tendat̄, sed ibi
habitant, quia habitatio firmam quietem notat.

Aliter accipitur regnū cęlorū pro doctoribus sacrę C
scripturæ, quia ipsi sunt pars præcipua regni cęlorū. i.
ecclesiæ, & isti sunt granum sinapi, quia a principio
fuerunt parui.i.abiecti, sed postea agente Deo creue-
runt in magnas arbores exaltati apud principes secu-
lares, ita vt Satrapæ huius sæculi, qui sunt sicut aues cę
li pp celsitudinem potestatis quiescebant in ramis eo
rum.i.regebantur ꝓ filio ipsorum, & sic iuxta eorum
monita pptātē principis hr̄tici, qui nolebant ꝓ sentire
sacræ doctrinæ exterminabantur de terra.

Aliter potest accipi granum sinapi, pro Chro, sic
enim comparat se grano frumenti. Io.12. s. nisi granū
frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum so
lum manet, si autem moritur magnum fructum af- D
fert, ita etiam Christus fuit granum a principio pp par
uitatem, quia humiliatus est vsque ad mortē, sed po-
stea creuit in magnā arborē, quia dñatur a mari, vsque
ad mare, & vsque ad terminos orbis terræ Psal. 71. &
data est sibi potestas in cęlo, & in terra. ℣. 28. & hoc, qa
ipse per sanguinem suum acquisiuit sibi oēs gentes,
vt esset dñs earum Actu.20. Sic dicit Grego.19. mora.
Christus est granum sinapi, qui in horto sepulturæ
plantatus, arbor magna surrexit, granum namque fuit
cum moreretur, arbor cum resurgeret, granum per
humilitatem carnis, arbor per potentiam maiestatis.
Hilarius quoque dicit Christum esse granum sinapi,
quod per mortem seminatum est, & in terra sepul-
tum, & vltra mēsuram omnium olerū creuit, & vni-
uersam propheratum gloriā excessit, & in ramis eius E
aues cęli, i. Apostoli habitant, quia vmbra eius totam
terram operuit, & etiam montes Psal.79. ideo omnes
gentes sub vmbra eius viuunt Threno.quarto, in pec-
catis nostris captus est Christus dominus, sub vmbra
eius viuemus inter gentes.

An ista parabola sit continuata ad præcedentia.
Quæst. LI.

QVAERETVR an ista parabola sit continuata ad
præcedentes.

Aliqui dicunt, ꝓ non, quia Luc.8. ponitur sermo fa
ctus ad turbas in parabolis, & tamen ista parabola de
grano sinapi ponitur Lucæ, capitulo 13.

Dicendum, quòd ista est continuata cum pręcedē-
tibus, quia in eodem sermone omnes istæ dictæ sunt,
nam infra in litera dicitur, cum consummasset Iesus
istas parabolas transiit inde, & sic in loco in quo Chri-
stus cępit dicere istas parabolas mansit quousque con
summauit eas. ergo ordo continuus est inter istam, &
præcedentes.

Ad Lucam potest dici vno modo, quòd ipse non
tenuit ordinem naturalem, sed artificialem, quod sæ-
pe faciunt Euangelistæ, cum quidam ab aliis in ordi-
ne discrepent.

Aliter potest dici, & melius, ꝓ etiam Lucas tenuit
ibi ordinem rectum, scilicet quia Christus bis, aut plu-
ries dixit istam parabolam, scilicet semel hic ad tur-
bas, & iterum cum loqueretur contra archisynagogū
prohibētem sanare sabbato ægros Luc.13. Matthęus
autem posuit eam hic cum cęteris parabolis, quia om
nes in eodem sermone dictæ sunt, maxime quia ipse
tacuit de archisynagogo, de quo Lucas meminit. Lu-
cas vero ponens sermonem ad turbas factum in para-
bolis, solam parabolam seminantis ibi expressit Lucę
octauo, cęteras vero tacens aliis locis expressit in qui-
bus a Christo fuerunt repetitæ, scilicet quando con-
tra archisynagogum locutus est Luc.13. nam ibi duas
parabolas, scilicet de sinapi, & de fermento posuit.

Aliam parabolam.

Hic ponitur quarta parabola, quæ in eodem sermo-
ne posita est: multas enim parabolas Christus simul di
xit, quia per hoc magis alliciebat audientes, nam vt
ait Hieron. turba non vnius sententiæ, sed diuersarum
in singulis voluntatum, vnde loquitur ad eam in mul
tis parabolis, vt iuxta varias voluntates diuersas recipe-
rent disciplinas.

Locutus est eis. Idest eisdem turbis, quia omnes istas
septem parabolas in eodem sermone Christus dixit.

Simile est regnum cœlorum. i. assimilatum est eo, ꝓ est
assimilatio parabolica rerum nō eiusdem generis, sed
natura discrepantium, vt dicit Hiero.

Fermentum quod acceptum mulier abscondit. i. quod acce-
pit, & abscondit, & dr̄ abscondi, quia cum fermentum
respectu massæ sit valde paruum, ponitur intra mas-
sam, & fermentat eam, & cum sit occultum operat̄.

In farinæ satis tribus. i. fermentum absconditum, vel
positum fuit in tribus satis. i. mensuris farinæ, est enim Quid sit
satum, vt ait Hierony. & Beda genus mensuræ iuxta satum.
morem prouinciæ Palęstinæ, vnum & dimidium mo
dium capiens, & sic tria sata farinæ faciunt aliqualem
massam. Sic enim dixit Abraham ad Sarram qñ vene
runt angeli quos voluit inuitare, cum non haberet pa
nes Gene.18. s. accelera tria sata farinæ cōmisce & fac
subcinericios panes.

Donec fermentatum est totum. i. manfit fermentum ab-
sconditum in massa trium satorū farinæ, donec tota
massa fermētata est, & sic vult innuere, ꝓ licet fermē-
tum paucū fuerit, fermētauit totam massam, sicut dr̄
1. Cor.5. modicum fermentum totam massam corrū
pit, idest alterat fermentando, & interdum corrum-
pit deteriorando, si vltra proportionem fuerit aliquid
plus de fermento in massa,

An ista parabola fermenti absconditi sit continuata ad præcedentes. Quæst. LII.

QVAERETVR an ista parabola sit cōtinuata
ad præcedentes.

Aliqui dicunt, ꝓ non, quia sermo dictus
in parabolis ad turbas hr̄ Luc.8. & tñ ista pa
rabola de fermento habetur Luc.13.

Dicendum, quòd non est dubiū quin ista parabola

ſit continuata ad præcedentem, quia ſicut hic poniť, F
iuxta præcedentem, ita etiam Luc. 13. ambæ ponuntur ſimul, & ſic inter illas ordo continuus eſt, & tamẽ an iſta ſint continuata cum omnibus præcedentibus eſt idem dubium, quod de præcedenti parabola, etiã cum ambas ſimul Lucas poſuerit extra ſermonem factum ad turbas in parabolis, & tamen idem dicendũ eſt, quòd iſtæ duę parabolæ bis dictæ ſunt. ſ. in ſermone ad turbas, & poſtea contra archiſynagogum, & ſic tam Matthæus, quam Lucas circa eas rectum ordinẽ tenuerunt, vt dictum eſt præcedenti q. licet nõ poſuęrint eas in eodem loco.

Quid Chriſtus voluit oſtendere per iſtam parabolam fermenti abſconditi, Et cur tria ſata dicantur non plura. G
Quæſt. LIII.

QVAERETVR quid Chriſtus voluit oſtendere per iſtam parabolam.

Dici poteſt, ꝙ iſta inducitur ad idem ad quod præcedens. Quod patet ex ſimilitudine effectus, nam dicebatur ſupra de grano ſinapi, quod cum eſſet parvum creſcebat in magnam arborem, hic autem dr̃ de fermento, quod cum ſit paucum poſitum in magnã maſſam totam fermentat, & vtrunque ſignificat eccleſiam, vel doctrinam Chriſti, quæ cum eſſet a principio parua, creuit poſtea in immenſum. Sic dicit Chryſ. ſ. ad illud oſtendendum dr̃s apponit parabolã H
de fermento. q. d. ſicut fermentum multam farinam tranſmutat in ſuam virtutem, ita & vos totum mũdũ tranſmutabitis, & certum eſt, ꝙ Chriſtus in his duab⁹ parabolis oſtendit doctrinæ ſuæ dilatationem, quia Luc. 13. dixit illas contra archiſynagogum, & hoc qũ vidit, ꝙ aduerſarii ſui confundebantur ex verbis eius, & populus gaudens accipiebat doctrinam ipſius, vt pater ibidem. Sic dicit ibi glo. ſ. erubeſcentibus aduerſariis, & populo gaudente de his, quæ glorioſe fiebant a Chriſto, profectum euangelii conſequenter ſub quibuſdam ſimilitudinibus manifeſtat, i. ſub duabus parabolis. ſ. de ſinapi, & fermento, quæ ponuntur ibidem.

Aliter poteſt dici, ꝙ in hac parabola oſtendit̃ quartus ſtatus eccleſiæ, qui ſecutus eſt poſt præcedentem, quia in præcedenti parabola oſtenſa eſt exaltatio do- I
ctorum ſacræ ſcripturæ apud principes ſeculares, hic autem oſtenditur qũo per eoſdem principes fidei veritatem amantes, data eſt licentia dictis doctoribus ampliandi eccleſiam per totum orbem Imperio Romano ſubiecto, & hoc tam prædicando fidem, quàm eccleſias in ſingulis locis conſtruendas, & hoc fuit poſtquam hæretici confutati ſunt, quia liberata eccleſia de impedimentis hæreticorum, ſtatim nimis creſcebat donec per totum orbem extenderetur, licet eſſet a principio parua, ſicut modicum fermẽtũ in maſſa poſitum totam maſſam fermentauit. Et poteſt per fermentum ſignari dilectio, vt ait Augu. eo ꝙ fermẽteſcere facit, & excitat, mulierẽ autem dicit ſapientiã, farinæ ſata tria ſunt illa tria, quæ ad charitatem perti- K
nent. ſ. ex toto corde, ex tota anima, & tota mente, infra 22. Vel dicit, ꝙ intelliguntur illi tres fructus, ſ. centeſimus, ſexageſimus, triceſimus. Vel tria genera hominum. ſ. Noe, Daniel, & Iob, dicit autem donec fermentaretur totum, quia vt ait Rabanus, charitas in noſtra mente recondita, eouſque creſcere dẽt donec totam mentem in ſui perfectionem committet, quia hic quidem inchoatur, ſed in futuro perficitur.

Alij dicunt, vt Hiero. ꝙ mulier iſta, quæ fermentũ accipit, eſt prædicatio apoſtolica, vel eccleſia diuerſis gentibus congregata, hęc fermentum tollit. i. intelligentiam ſcripturarum, & abſcondit illud in tribus ſatis farinę. i. facit, ꝙ corpus, & anima ſenſitiua, & ſpiritus. i. pars rationalis, quæ ſunt tria in vnum redacta non diſcrepent. ſiſte eſt fructus ſacræ ſcripturæ, vt homo per verbum eius ſubiiciat carnem, & aĩam ſenſitiuam cum ſuis affectibus ſpiritui, vt totus homo efficiatur ſpiritualis, ſicut dicitur ad Ro. 7. ſpiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis.

Aliter etiam accipitur, vt vult Hieron. & Theophilus, ꝙ iſta tria ſata ſint tria, quæ Plato dixit eſſe in anima. ſ. rationale, irascibile, & concupiſcibile, fermentũ aũt, & doctrina Chriſti fermentat iſta tria, i. dirigit ea, ita vt in ratione poſſideamus prudentiam, in ira odiũ contra vitia, in cupiditate deſiderium virtutũ. Vel fermentantur iſta tria, i. diriguntur, ita ꝙ nullum eorum peccet in opere ſuo.

Alii dicunt, quòd fermentum eſt doctrina Chriſti, quæ in tribus ſatis ponitur. i. in fide Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, in quibus eſt principium credẽdi cum in nomine trium perſonarum baptizemur, & ſic fermentatur totum. i. tota fides perficitur. Sic dicit Euſebius, ſed hanc expoſitionem non approbat Hieronymus.

Alii dicunt, vt Auguſt. lib. de verbis Domini, ꝙ tria ſata farinæ ſunt genus humanum, quod de tribus filiis Noe eſt reparatum. mulier autem quæ abſcondit fermentum eſt ſapientia Dei, quæ poſuit fidem in cordibus omnium gentium. Sed hoc non approbat Hilarius dicens, quamquam ad trium gentium vocationem ex Sem, Cham, & Iaphet tres menſuras farinæ eſſe referendas ſenſiſſe multos memini, ſed neſcio an hoc ita opinari ratio permittat, cum & ſi omniũ gentium vocatio ſit, in his tamen Chriſtus non abſcõſus ſit, ſed oſtenſus, & in tanta infideliũ multitudine non fermentatum eſt totum.

Alii dicunt, vt Hilarius, ꝙ fermentum Chriſtus eſt, quod abſconſum fuit in tribus menſuris farinæ. i. lege prophetis, & euangelio, & ipſe oĩa vnum fecit, qa qd̃ lex conſtituit, prophetæ nunciauerunt eſſe futurũ, in euangelio oñditur eſſe impletum. Hęc oĩa vera ſunt, & bene coaptãtur, quia facile eſt in parabolis multos ſenſus applicare, ſicut facimus in ſenſibus myſticis, & tñ ſenſus Chriſti in hoc vr̃ eſſe, ꝙ ſignificet dilatationem doctrinæ ſuæ per totũ orbẽ, quæ a principio parua fuit. i. in paucis diſcipulis in Iudæa, ſed poſtea per totum orbem ſe extendit, ſicut fermentum, qd̃ in quantitate paruum eſt, ſed in virtute valde magnum, cum ſe extendat per totam maſſam in qua abſcõditur. Qd̃ autem dicitur de tribus ſatis farinæ poteſt intelligi de tribus partibus orbis, Aſia, Aphrica, & Europa per quas Chriſti doctrina ſuſcepta eſt, vt vult Auguſt. licet Hilarius repugnet eo, ꝙ non fuerunt omnes iſtę gentes fermentatæ. i. ad fidem conuerſæ, & tamen dicitur in litera donec fermentaretur totum. Ideo põt dici melius, ꝙ per tria ſata farinæ Chriſtus innuit omnes gentes, quę ad fidẽ conuerſę fuerunt, & ponit certum numerum pro incerto, quia non differebat dicere tria ſata, vel quinque ſata. Sic dicit Chryſo. tria ſata hic pro multis poſuit, hunc. n. numerum determinatum pro multitudine indeterminata accepit. Cauſa tñ vera quare Chriſtus dixit tria ſata, & non plura fuit, quia licet per parabolas aliud innuatur, quam exprimitur, tamen in ipſis parabolis veritas quædam, aut veriſimilitudo eſſe debet, & quia terra Chanaã in qua Chriſtus loquebatur erat frequentior vſus mulieribus fermentare tria ſata, quam plura, vel pauciora, ſic dicitur Geneſi. 18. quòd dixit Abraham ad Sarrã accelera tria ſata farinæ; commiſce. i. fac maſſam de tribus ſatis farinæ: interdũ tamen maior, aut minor maſſa fiebat, Chriſtus tamen locutus eſt de eo, quod cõmunis erat.

Hæc

Mar. 4. Hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis A
Pſal. 77. ad turbas, & ſine parabolis non loquebatur eis, vt impleretur, quod dictum erat per prophetam dicentem. Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita a cõſtitutione mundi. tunc dimiſſis turbis venit in domũ, & acceſſerunt ad eum diſcipuli eius dicẽtes: Ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui reſpondens ait. Qui ſeminat bonum ſemen eſt filius hominis, ager autem eſt mundus: Bonum vero ſemen, hi ſunt filii regni, zizania autem filii ſunt nequam. Inimi- B
cus autẽ qui ſeminauit ea eſt diabolus. Meſſis vero conſummatio ſæculi eſt. Meſſores
Apoca. 14. autem angeli ſunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur, ſic erit in conſummatione ſæculi. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dẽtium. Tunc iuſti fulgebunt C
ſicut ſol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi audiat.

Hæc omnia. Poſitis ſupra quibuſdam parabolis hic redditur ratio illarum, & diuiditur in duo. Quia primo ponitur dicta ratio. Secundo ſubditur eiuſdem parabolæ ſupraponitæ interpretatio, ibi. *Tunc dimiſſis turbis.* Circa primum redditur ratio quare Chriſtus in parabolis loqueretur, & dicitur. *Hæc omnia.* ſ. quæ ſupra poſita ſunt, & etiam quæ habentur infra. *Locutus eſt Ieſus in parabolis.* Ideſt obſcure, ſicut hic referuntur non exponens illas plebi. *Ad turbas.* Ideſt ad illas turbas, q- D
bus incepit loqui iuxta mare ſedẽs in nauicula ſupra in litera: nam ad illas dixit omnes iſtas ſeptem parabolas in eodem ſermone. *Sine parabolis non loquebatur eis.* Ideſt nunquam erat ſolitus loqui ad plebem quin aliquam parabolam illis diceret, & dicitur eis. i. turbis. ſ. quia eis ſolis loquebatur in parabolis, quando autem diſcipulis ſeorſum loquebatur, non in parabolis, ſed palam loquebãtur, & hoc quia illis erat datum noſſe myſterium regni Dei, & non turbis, vt dicitur ſupra in litera, & Luc. 8. Vel etiam ſi ſimul turbis, & diſcipulis proponeret iſtas parabolas, ſolis turbis videbat̃ loqui in parabolis, & non diſcipulis, eo ꝙ diſcipulis ſeorſum omnia exponebat, & nõ turbis, vt dr̃ Mar. 4. *Vt impleretur.* Iſta eſt cauſa. ſ. quòd factum eſt hoc, vt impleretur prophetia, & tamen vt, non dicit hic cau- E
ſam finalem, ſed quandam conſequentiam, quia non loquebatur Chriſtus in parabolis ad iſtum finẽ, vt impleretur prophetia, ſed potius ideo prophera prænũciauit hoc, quia ſic futurum erat, ꝙ Chriſtus in parabolis loqueretur. *Quod dictum eſt per prophetam.* Scilicet Dauid. Qui excellenter vocatur propheta, & habetur Pſal. 77. *Dicentem aperiam in parabolis os meum.* i. aperiam os meum ad loquendum, & dicam parabolam. *Eructabo.* i. loquar, quia eructare eſt de vẽtre aliquid emittere, & ſic verbum noſtrum interius conceptum per os emittitur. *Abſcondita a conſtitutione mundi.* i. loquar aliqua, quæ fuerunt abſcondita a conſtitutione mundi, ideſt antequam fuerũt reuelata, vſque nunc, & ita fuit in Chriſto, quia ipſe reuelauit, q̃ nunquã in lege, nec prophetis fuerant reuelata. ſed litera Pſalmi dicit, loquar propoſitiones ab initio, ſed ad idẽ redit, quia propoſitio accipit̃ ibi pro aliquo occulto, ſicut ſunt parabolæ, & ita dicit alia litera loquar ęnigmata antiqua.

Quare dicitur hic hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis.
Quæſt. LIIII.

QVAERETVR quare dicitur hic, hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis.

Aliqui dicunt, ꝙ hoc eſt, quia Chriſtus iſta ſola dixit in parabolis. Sed falſum eſt, quia etiam alias parabolas dixit, vt patet infra in litera, vbi ponũtur tres parabolæ, & infra 25. & in aliis locis Euangeliorum ponuntur parabolæ.

Aliqui dicunt, ꝙ Chriſtus multas parabolas præter iſtas dixit, & iſi in iſto ſermone ſolum iſtas dixit. Sed falſum eſt, quia ẽt tres parabolas ſequẽtes dixit in eodem ſermone, quia infra in litera poſt ipſas dr̃, cum cõſummaſſet Ieſus parabolas iſtas tranſiit inde, & ſic in eodem locõ, in quo cępit parabolas dicere mãſit, quo uſque finiuit illas omnes.

Sed dicendum, ꝙ hoc dixit Matthæus faciẽdo quãdam interpoſitionem, eo ꝙ nolebat ſubiungere expoſitionem parabolæ zizaniorum: illam autẽm non dixit Chriſtus turbis, ſed diſcipulis ſeorſum, & quia ſi nullam interpoſitionem faciendo ſubiungeret illam expoſitionem, putaretur ꝙ etiam illam Chriſtus diXiſſet turbis, dixit: hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas. q. d. omnia præcedentia in parabolis locutus eſt Ieſus ad turbas, & tamen ſequentẽ expoſitionem zizaniorum nõ dixit ad turbas, ſed diſcipulis ſuis, in ſecreto illam dixit. ſ. cum eſſet in domo, vt dr̃ infra in litera, & iſta eſt veritas.

Quomodo eſt verum, quòd Chriſtus ſine parabolis non loquebatur. *Quæſt. LV.*

QVAERETVR quomodo eſt verum, ꝙ Chriſtus ſine parabolis non loquebatur, vt hic dicitur: nam interdum palam loquebatur, vt patet ſupra 5. 6. & 7. c. vbi omnia aperte dicuntur. Sic etiam dicit Hieronymus, quòd non omnia locutus eſt Chriſtus in parabolis, ſed multa: ſi. n. dixiſſet cuncta in parabolis abſque emolumento populi receſſiſſent. perſpicua ergo miſcet obſcuris, vt per ea quæ intelligunt prouocentur ad eorum notitiam, quæ non intelligunt.

Dicendum, ꝙ Chriſtus non loquebatur omnia in parabolis, ſed aliqua ſolum. Quod tamen hic dicitur ſine parabolis non loquebatur.

Dicũt quidam intelligi de hoc ſermone in quo ſine parabolis non eſt locutus: in aliis tñ ſine parabolis non loquebatur. Sic dicit Chryſ. ſ. quamuis ẽt multa ſine parabolis turbis dixerit, ſed tñ tunc nihil. Sed hoc non ſtat, quia tunc diceret̃ hic, & ſine parabolis nõ eſt locutus, & tñ dr̃ non loquebatur, quod ſignificat conſuetudinem, ergo innuit, ꝙ aliis temporibus non ſolebat loqui ſine parabolis. Item quia ſi Chriſtus nunc ſolum in parabolis locutus fuiſſet, & voluiſſet hoc Matthæus ſignificare, ſufficeret illud, quod dixit. ſ. hęc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas, & tñ ſubiinxit, & ſine parabolis non loquebatur, ergo voluit innuere, ꝙ non ſolum nunc, ſed ẽt alias in parabolis loquebatur. Quod magis aperitur Marc. 4. nam poſitis ibi tribus parabolis ſubiungit̃: talibus multis parabolis loquebat̃ eis verbũ, prout poterant audire, ſine parabola aũt non loquebatur eis, & ſic pariter iſtas parabolas ſolebat, & alias multas parabolas dicere,

Dicēdũ, ꝙ Christus in quolibet sermone, vt cõiter ponebat aliquam parabolam, licet oĩa alia clare diceret, & istę parabolę erant interdum ad occultandum aliqua mysteria, & interdum ad incitãdum populum, qui in parabolis delectabatur, quas aliqualiter intelligere poterat: sic dr̃ Mar.4. s.talibus multis parabolis loquebatur eis verbum prout poterant audire, idest intelligere: hoc tñ fuit speciale, quia plures parabolas nunc Christus dixit, quam in alijs sermonibus dicere solitus erat, & tamen in illis semper dicebat aliquas parabolas: si autem interdum totum sermonum planum sine parabola diceret, raro fiebat, & sic verũ est, quòd sine parabolis nunquam loquebatur. Sic dicit Augu. lib. de quæstionibus euangelij, scilicet hoc dr̃ non, quia nihil proprie locutus est, idest clare, sed quia nullum fere sermonem explicauit, nisi non per parabolam aliquid significauerit quamuis in eo aliqua, proprie dixerit, ita vt sępe inueniatur totus sermo eius parabolis explicatus: totus autẽ proprie dictus nullus inueniatur.

Quare allegauit hic Matthæus dictum Psalmi, quia videtur non esse ad propositum.
Quæst. LVI.

QVAERETVR quare allegauit hic Matthæus dictum Psalmi.

Dicendum, ꝙ hoc fuit primo ꝑ ꝓsuetudinem suam, quia Matthæus consueuit vbicunque inuenerit auctoritatẽ aliquam veteris testamenti consonam dictis, aut factis Christi allegare illam, & ideo hic allegauit. Secundo, quia Christus locutus fuerat multa in parabolis, & quia putaret aliqs, ꝙ Christus introducebat nouum modum docendi, ostendit, ꝙ prænunciatum fuerat de eo. s. ꝙ in parabolis loqueretur, & ista omnia facit Matthæus propter Iudæos quibus scribebat istud euangelium, qa illi magnam fidem tribuunt scripturis sacris, ideo ex illis ostẽdit Iesum esse Messiam, cum fere omnia facta eius, & dicta prænunciata fuerint in sacra scriptura. Sic dicit Chrys. post præmissas parabolas ne aliquis opinaret, ꝙ Christus noua introduceret, inducit Euãgelista, ꝑphetam etiam hunc prædicentem doctrinæ modũ.

Quomodo allegat hic Matthæus istud dictum Psalmi, quia non videtur esse ad propositum.
Quæst. LVII.

QVAERETVR qũo allegat hic Matthæus, istud dictum Psalmi, quia non videtur esse ad propositum, nam non intelligit̃ de Christo, sed de propheta qui loquebatur, & non intelligit̃ de parabolis Christi, sed de historiis rerũ gestarum antiquarum.

Dicendum, ꝙ ibi loquitur propheta Asaph cuius est ille Psalmus de rebus gestis mirabiliter a Deo in fauorem populi Iudaici, a principio electionis eius, & iõ præponit istud exordium dicẽs loquar propositiones ab initio. i. verba rerum gestarum a principio electionis huius populi a Deo, & sequitur: quanta audiuimus & cognouimus ea. i. loquar omnia, quæ nos vidimus, & oĩa quæ audiuimus a patribus nostris. Vñ dr̃ ibi de mansione Israelitarum in Aegypto, & de miraculis ibi a Deo factis ad liberationem populi.

Sed dicendum, vt ostensum est supra q.28. ꝙ interdum eadẽ scriptura habet duos sensus literales, quorum vtrunque intendit Spiritus sanctus, qui dictauit illa verba, & ita fuit hic: est enim vnus sensus literalis de propheta qui narrabat res gestas a Deo in populo Hebræorũ, & istum ꝓtinet aperte litera. Alius est de Christo, ꝙ loqueretur parabolas secretas, quæ manserant absconditæ a principio sęculi, & tunc est sensus loquar propositiones ab initio. i. propositiones absconditas a principio sęculi. s. quę nunquam fuerunt declaratæ, & hunc sensum expressit Matthæus dicens, eructabo abscondita a constitutione mundi.

Alii dicunt, ꝙ intelligitur, ꝙ Christus exposuit mysteria, quæ erant abscondita a principio sęculi. s. quòd exitus de Aegypto, & omnia signa ibi facta, quæ narrãtur Psal.77. fuerunt quædam figura futurorum, quę in Christo cõpleta sunt, & ipse ea declarauit, & qa semper fuerunt abscondita, quousque per Christũ declarata sunt, dicebatur ipse loqui parabolas, vel abscondita ab initio. Sic dicit Hieronym. Quod enim ex persona domini dr̃, aperiam in parabolis os meum, &c. considerandum attentius describi egressum Israelis ex Aegypto, & omnia signa narrari, quæ in Exodi cõtinentur historia, ex quo intelligimus vniuersa illa, q̃ ibi scripta sunt parabolice sentienda, & includere abscondita sacramenta, hæc enim saluator editurum se esse promittit dicens: aperiam in parabolis os meum. Sed magis videtur, quod supra dictum est, quia iste sensus non agit ad propositum, quia non vult hic ostẽdere, ꝙ per exitum Israelis de Aegypto, & cętera miracula signaretur aliquid ad Christum pertinens, sed vult ostendere, quòd Christus locuturus erat in parabolis, & sic quando dicitur aperiam in parabolis os meum, non solum debet intelligi de Asaph narrante miracula facta in Aegypto, sed de Christo, qui promittit se in parabolis locuturum. Et patet, quòd intelligatur principium illius Psalmi potius de eo, quam de Asaph, quia dicitur attendite popule meus legẽ meã, & tamen Asaph, nec populum habebat, nec legem vnquam dederat. Etiam quando dicitur aperiam in parabolis os meum, potius intelligitur de Christo, quã de Asaph, quia Asaph nullas parabolas ibi dixit, sed puram rerum gestarum narrauit historiam: Quod vero sequitur. s. loquar propositiones ab initio, tã Christo, quã Asaph conuenire potest, nam Asaph dixit propositiones ab initio. i. historiam gestorum ab initio populi Iudaici. Christus autem loquitur propositiones ab initio, idest absconditas ab initio, scilicet, quia nullus vnquam eas reuelauit, & etiam Christus nunc parabolice eas dixit.

Quomodo dicitur hic, quod dictum est per prophetam, quia alij libri non sic habent.
Quæst. LVIII.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, quòd dictum est per prophetam, quia alii libri habent, quod dictum est per Isaiam prophetam. Sic dixit Hiero. legi in nonnullis codicibus in eo loco, vbi nos posuimus, & vulgata editio habet, vt impleretur, quod dictum est per prophetã, ibi scriptum esse per Isa. prophetam.

Sed dicendum, quòd falsum est, quia ista litera est Psalm. septuagesimiseptimi, & sic vult Hieronym. in Isa. autem non inuenitur hoc, ideo Porphyrius reperiens illam literam in quibusdam codicibus accusauit Matthæum, quasi insipientem: credens quòd sic Matthęus scripsisset. Sic dicit Remigius, scilicet Porphyrius objecit fidelibus, Euangelista vester tantæ insipientiæ fuit, vt quod reperitur in Psalmis ipse deputauerit Isaiæ.

Aliqui ergo putant, quòd ista litera, quę communiter haberi solebat, a viris prudentibus emendata fuerit, vt auferretur nomen Isa. Hieronym. tamen dicit, & est verisimilius, s. ꝙ Matt. expresserit nomẽ Asaph prophetæ, scriptor tñ primus ignorans nomen Asaph vel

vel aliquis de consequentibus scriptoribus abstulit illud, & posuit nomen Isa. quod magis vulgatum erat, & ita per errorem librariorum longo tempore mansisse in quibusdam codicibus, quousque a prudentibus emendatum est, ita vt iam, nec nomen Asaph, nec Isa. habeatur, sed dicitur, quod dictũ est per prophetã dicentem, i. per Asaph, quia Asaph cuius est ille Psal. & etiam omnes scriptores Psalmorum fuerunt prophetæ, vt Hiero. asserit. *Tunc dimissis.* Hic ponit̃ cuiusdã parabolę interpretatio, s. parabolę zizaniorum, & dr̃. *Tunc.* Scilicet completo sermone in quo dixit omnes septem parabolas, s. quatuor præcedentes, & sequentes tres. *Dimissis turbis.* s. finito sermone, quandiu. n. prædicabat turbæ erant cum eo: expleto autem verbo recedebant turbę. *Venit in domum.* Prędicauerat. n. in litore maris manentibus turbis, & ipse existens in nauicula, vt patet supra in litera, & dicit̃ in illo die exiẽs de domo sedebat secus mare: nũc vero finito sermone in domum reuertitur. *Et accesserunt ad eum discipuli eius.* Quandiu enim fuit cum turbis nihil quæsierunt ab eo, quando autem in domo fuit quæsierunt eo, ꝙ sciebant, ꝙ ipse nollet turbas audire expositionẽ parabolarum. *Dicentes edissere nobis.* Idest declara.

Zizaniorũ parabolæ interpretatio a Chfo facta.

Parabolam zizaniorum agri. Idest zizaniorum, quæ super seminata sunt in agro habente triticum.

Qui respondens ait. Concessit aũt Christus, quod petebant, quia supra dixerat, ꝙ eis datum erat nosse mysteria regni Dei, i. aperte intelligere, cæteris autem in parabolis. *Qui seminat bonum semen.* Semen est verbum Dei. Lucę 8. quod seminatur in corde hominis, sicut semen materiale in agro, & dicitur bonum semen, quia Christi doctrina nullum cõtinet errorem, nec iniquitatem, sed dirigit hominem in bonũ Psal. 18. lex domini immaculata conuertens animas, s. a vitijs in virtutem, & Psal. 10. dicitur eloquia domini eloquia casta, idest pura, argentum depuratũ in igne.

Qui seminat est filius hominis. Idest Christus se enim vocat filium hominis, quia vere filius hominis est, licet sit aliquid vltra hominem, s. Deus. cum tñ non expediret, ꝙ semper, & publice se Deum vocaret: vocabat se filium hominis, quia per hoc nullũ scandalizabat, & nulla secreta pandebat per quorum apertionẽ impediretur, vel acceleraretur passio sua. Istud semen Christus seminauit, quia ipse fuit, qui tradidit totam doctrinam noui testamenti. Petrus autem, & Paulus, & cęteri nihil a se prædicauerunt, sed quod Christus eos docuerat.

Ager est mundus. Hoc dicitur, quia doctrina Christi toti mundo proposita est Mar. 16. ite per vniuersum orbem, & prædicate euangelium meum omni creaturę, & non est, sicut de lege Moysi, quæ soli populo iudaico data est, ideo in laudem eius dicitur Psal. 147. non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis, i. nulli alteri nationi Deus dedit legem, & iudicia, nisi Iudæis. Sic etiam dicitur Deutero. 4. ꝙ non est alia natio, quæ haberet legem, & iudicia, sicut Iudæi, ideo tempore illo ager seminis diuini erat sola Iudæa Psal. 74. s. Notus in Iudæa Deus, nunc aũt totus mundus est ager diuini verbi, quia a solis ortu vsque ad occasum magnum est nomen Christi in omnibus gentibus Mala. 1.

Bonum vero semen hi sunt filij regni. i. filij Dei, qui pertinent ad vitam æternam, quia aliqñ participes erunt in regno Dei, & non intelligitur de his, qui sunt filij regni secundum prędestinationem iustitiam, sed solum secundum certam Dei prędescientiam, eo ꝙ Christus diuidit hic oẽs hoĩes in duo, s. in filios regni, & in zizania, & dicit zizania cremanda esse in camino ignis, filios aũt regni vocat iustos, qui fulgebunt, sicut sol in regno patris eorum, vt dicitur infra in litera, & tñ, qui sunt filij regni secundum prędestinationem iustitiam, nunq̃ erunt in regno Dei, quia iam essent filij regni secũdũ firmam prędestinationem, ergo intelligitur de filijs regni, i. de solis prędestinatis, semen tñ bonum est verbũ Dei Luc. 8. hic aũt dr̃. ꝙ semẽ bonũ sunt filij regni, & vtrũque est verum: nam proprie semẽ est verbũ, quod in corde seminatur, & gaudentes sanã doctrinã, & sequẽtes eam per hoc efficiuntur boni possunt ẽt ipsi vocari bonum semen, quia vt ait Aristo. nihil differt loqui de habitu, & de hñti habitum, i. de iustitia, vel de iusto.

Zizania autem filij sunt nequam. i. hoĩes mali, qui vocãtur filij, quia ẽt si mali sint in q̃tum ad ipsum bonũ naturę, quod habent filij Dei sunt, & sic Deus ẽt vocat filios suos ipsos malos Isa. 1. filios enutriui, & exaltaui, & ipsi conspuerunt me, & tñ qui spreuerunt Deum mali sunt 1. Reg. 2. qui contemnunt me erunt ignobiles. Vel dicunt̃ filij neq̃. i. homines mali, ita ꝙ filius sit nomen absolutum, vt significet solum hoĩem. Sic dicit̃ cantic. 2. sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios, i. inter homines oẽs, quia ibi non agitur spãliter de filijs alicuius, quia tunc exprimeretur nomen pr̃is eorum. Sic ẽt dicitur Prouer. 31. de muliere forti, i. multę filię congregauerunt diuitias, i. multę fęminę: tu vero supergressa es vniuersas, dicuntur aũt zizania errores hæreticorum, Christus tñ ipsos homines vocauit zizania, s. quia prauam doctrinam habent. *Inimicus autem, qui seminauit ea.* i. zizania super seminando ea in agro vbi erat triticum seminatũ. *Est diabolus.* Iste est inimicus Dei, & hoĩum, sed magis est inimicus Dei q̃ hoĩum: immo non est inimicus hoĩum, nisi ꝑ Deũ, vt dicit Chrysostomo.

Mali filii qui sint.

Messis vero consummatio sęculi est. Messis significat duo s. segetes, quæ metunt̃. & ipsum tempus metendi. De primo patet supra 10. & Luc. 10. s. Messis quidẽ multa est operarij vero pauci, rogate dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. De secundo patet Iosue 4. s. nonne dicitis, ꝙ adhuc quatuor menses sunt, & messis venit, i. tempus metendi, hic aũt accipitur pro tempore metendi, & sic proprie messis est ꝓsummatio sęculi, quia sicut tempus metendi est consummatio segetis, ita consummatio sęculi est finis vitæ nostræ super terram, & sic accipitur supra in litera finite vtraque crescere vsque ad messem, i. vsque ad tempus metendi. Et patet, quia sequitur ibi, s. in tempore messis dicam messoribus, &c.

Messis duo significat.

Messores autem angeli sunt. Quia, sicut messores tollũt segetes de agris, & recondunt eas in locis suis, sic & angeli erunt executores diuinæ iustitiæ, vt bonos, & malos separent, & ponunt illos in locis sibi deputatis per diuinã iustitiam. *Sicut ergo zizania colliguntur.* Hic applicat Christus parabolam de similitudine messorũ ad angelos. Nã pater familias ꝛge messis dixit messoribus, quòd colligerent zizania. s. eradicando ea.

Et igni comburuntur. Iussit enim ea ligari in fascículos, & comburi ne alicui bono semini permisceri possent grana eius, & illud corrumperet.

Sic erit in consummatione sęculi. Idest in die iudicii, tũc enim est finis sæculi, quia post illum diem nulla dies erit, nec nox. Sæculum autem vocatur tempus istud, quod per motum cęli efficitur, & in diem & noctem distinguitur, & dum hæc series temporum continuaẽ manet etiam corruptibilium rerum alteratio, & successio, & hæc duo simul. s. tempus & motus proprie sæculum efficiunt. Hæc duo cessabunt in die iudicii, ideo tunc erit consummatio sæculi, interdũ tñ sæculũ stricte accipitur pro tempore determinato. s. pro cẽtũ annis. Hic tñ accipitur primo modo. *Mittet filius hominis angelos suos.* Erunt angeli executores in die iudicii, & ideo Christus mittet eos ad exequendum oĩa, quæ mysterialiter fieri debent, & ꝑ hoc tẽpus oñdit se esse Deum,

Sæculum quid sit.

Deum, quia dicit se dominum angelorum, & tamen F nemo est angelorum dominus, nisi Deus. Etiam dixit supra, quòd ipse est pater familias, qui seminauit bonum semen in agro suo. Hic autē dicit, quòd ager est mundus: innuit ergo quòd mundus est eius, & sic ipse est Deus, quia mundus non est, nisi Dei Psal. 23. s. domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo. Sic dicit hic, glo. scilicet cum autem sit sic, qui seminat agrum suum, manifestum est, quòd præsens mundus est eius: licet ipse dixerit, quòd regnum suum non est de hoc mundo Ioan. 18.

Et colligent de regno eius omnia scandala. Scandala sunt iniquitates, vel homines mali, qui colligentur, idest congregabuntur, vt iam non sint dispersi inter bonos, G sed simul sint, vt ligari possint in fasciculos, & mitti in ignem, sicut zizania. regnum autem Christi vocatur hic ecclesia militans: nam in regno cœlorum nulla poterunt esse scandala, quæ colligantur. Sic dicit Augusti. 2. de ciui. Dei. scilicet nunquid de regno illo vbi nulla sunt scandala? de regno, ergo isto, quod est hic, scilicet ecclesia colligentur. Vel potest intelligi de regno, idest de vita æterna, non quòd aliquando ibi scandala fuerint, quæ colligi possint, sed colligentur ne ibi esse possint, scilicet ne illuc introeant, iuxta illud tolletur impius ne videat gloriam Dei. Sic dicit Chrysosto. Potest intelligi de regno celestis ecclesiæ, & tūc ostenditur hic duplex pœna, scilicet quòd excidunt a gloria in hoc, quòd dicit, & colligent de regno eius omnia scandala, scilicet ne scandala in regnum eius H intrent. Sed melius dicitur quòd regnum Dei sunt ipsi homines: cum etiam ipsi sint templum Dei 1. Corin. 3. templum sanctum Dei est, quod estis vos. cum ergo mali tolluntur de medio bonorum, in quibus Deus regnat, dicuntur tolli de regno Dei, & tunc soli boni sunt regnum Dei Apo. 5. vbi beati dicunt: fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, & 1. Petri 2. dicitur: vos estis genus electum, regale sacerdotium, & gens sancta: nunc ergo mali in regno sunt Dei: licet ipsi non sint regnum Dei, sed cum a bonis fuerint separati, nec regnum Dei erunt, nec in regno Dei manebunt.

Aliqui putant regnum Dei vocari istum mundum in quo sunt tam boni, quam mali, & in die iudicij mali de mundo tollentur, vt mittantur in gehennam. Sed istud non stat, quia etiam boni tunc colligerentur de regno Dei, quia non manebunt in mundo isto, sed in vita æterna: si accipiatur mundus stricte pro superficie terræ in qua homines habitant: si aut accipiatur pro tota rerum vniuersitate, tam boni, quam mali manebunt in mundo, quia infernus de vniuersitate rerum est. præcedens ergo sensus est melior.

Et eos, qui faciunt iniquitatem. Idem videtur esse scandalum, & faciens iniquitatem, quia vtrumque significat homines malos, & tamen est sententiæ duplicatio

Aliter dicit Hiero. scilicet quòd voluit Christus distinguere inter hæreticos, & scismaticos, vt per eos, K qui faciunt scandala intelligantur hæretici: per eos vero, qui faciunt iniquitates, intelligantur scismatici.

Alij dicunt, vt vult glo. quòd per scandala intelliguntur illi, qui præbent proximo occasionem peccandi. Per facientes iniquitatem intelliguntur quicūque peccantes.

Sed potest dici, & forte melius, quòd per scandala intelliguntur omnia peccata. Per faciētes iniquitates, intelliguntur omnes peccatores, vnde dicūtur colligi omnia scandala, idest tolletur iam locus peccādi, quia post diem iudicij, iā nemo peccabit, & etiam ipsi, qui peccatores fuerunt tollentur, vt nō sint in regno Dei. Et iste est conueniens sensus, vel primus, sed tūc peccata vocantur scandala respectu proximi, & respectu illorum, qui commiserunt vocantur iniquitates, quia peccatum nocet facienti, & etiam proximo nocere potest: dicitur autem, qui faciunt iniquitatem, & non qui fecerunt, quia qui fecerunt malum, & conuersi sunt filij regni sunt, & cum electis computabuntur, sed illi, qui de iniquitate non sunt conuersi puniētur. Sic dicit Rabanus: obserua, quòd dicit eos, qui faciūt iniquitatatem nō, qui fecerunt, quia non, qui conuersi sunt ad pœnitentiam, sed solum, qui permanent in peccatis æternis cruciatibus mancipandi sunt: non tamen est intelligendum, quòd tunc actualiter faciant iniquitatem, quando tolluntur de medio bonorum, quia tunc, nec peccabunt, nec peccare poterunt, quia hoc erit post resurrectionem, & tamen post mortem nemo peccat, sed dicuntur facientes iniquitatem, idest in iniquitate facta permanentes, quia per mortem fit confirmatio status in homine. Vnde qui in peccato decesserunt, manent in æternum in peccato. Qui vero in charitate, manent in æternum in charitate.

Et mittent eos in caminum ignis. Idest in ignem inferni cui adiudicabuntur: infra 25. ite maledicti in ignem æternum.

Ibi erit fletus, & stridor dentium. In hoc demōstratur pœna acerrima, quam damnati sustinebunt. Ostenditur etiam vera resurrectio corporum, quia fletus, & stridor dentium in anima separata esse non possunt, & quia forte aliquis putaret, quòd corpora resurgentiū essent impatibilia, & sic etiam si in inferno essent nihil paterentur, dixit Christus, quòd erit ibi fletus, & stridor dentium: in quibus, vt ait Remigius, duplex pœna designatur, scilicet magni frigoris, & caloris, qa stridor dentium ex frigore prouenit; fletus autem ex fumo, & per hoc designantur omnia genera pœnarum quæ sunt in inferno, scilicet ab extra: secus de pœna intrinseca, quę est remorsus conscientię Isa. 66. vermis eorum non morietur, idest remorsus illę semper durabit: de fletu, & stridore dentium quomodo in inferno esse possit, & an sit etiam in dęmonibus declaratū est satis supra 8. c. q. 38. de pœnis autem inferni magis in speciali dicetur infra 25. c.

Tunc iusti fulgebunt sicut sol. Postquam posuit statum malorum, qui mittuntur in caminum ignis: ponitur I status bonorum, & vocātur iusti omnes boni: nō quidem a iustitia, quę est virtus particularis, scilicet commutatiua, & distributiua 5. Ethi. c. 3. qui a ista non perficit hominem, vt per istam solam sit bonus simpliciter, sed a iustitia, quę est virtus generalis, & dicitur iustitia legalis, quę est illa, secundum quam seruat quis totam legem, & sic, qui obseruat totam legem Christi simpliciter iustus est. Vel dicuntur iusti a iustificatione generali, & ista est, quę fit in effusione gratię p quam tollitur omnis macula præcedentis culpæ, & omnes virtutes gratuitę simul infunduntur, quæ simpliciter hominem iustificant, quia tunc nihil deest homini ad perfectam bonitatem formalem, eo quòd omnes species virtutum habet, quia omnes infundūtur cum gratia, & ab ista proprie vocantur iusti, q̄ sunt in vita æterna, quia ibi sunt aliqui, qui nunquam legē Christi seruauerunt: sicut paruuli, qui mox baptizati defuncti sunt, & tamē illi iusti sunt, idest iustificati per fidem ad Rom. 5. iustificati ex fide pacem habeamus: & alij, qui semper egerunt contra legem Christi, & in ipso mortis articulo conuersi per gratiam infusam liberati sunt, & ita manent iusti in patria. Quòd autem dicitur, fulgebunt sicut sol, ostenditur perfectio beatorum, quę erit ex dotibus inter quas est vna ipsa claritas ex parte corporis, sed de dotibus dicetur infra 17. cap. quòd autem dicitur, sicut sol, vt dicit Chryso. non est putandum, quòd ita, sicut sol solum fulgeant, quia plus

plus fulgebunt, sed quia in corporibus nihil sole lucidius inuenitur: Christus autem ex cognitis nobis vtitur exemplis, & recte quidem sancti fulgebūt post finem seculi, quia, etiam fulserunt: nam nunc fulgent, vt ait Remigius in exemplum aliorum supra 5. c. scilicet luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum: tūc autem fulgebunt, sicut sol ad laudandum Deum.

In regno patris eorum. idest in vita æterna, quę est regnum Dei. Luc. 22. vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo.

Qui habet aures audiendi audiat. Dicit Rabanus, idest qui habet intellectum intelligat, quia mystice hęc omnia intelligenda sunt: nemo tamen putet ista parabolice dicta, quia hic est expositio parabolæ, & non B parabola: sunt tamen verba quibus Christus vtitur ad reddendum aliquem attentum, & hoc facit, quando dicit aliquid difficile intelligi, & quia parabolę sunt difficiles ad intelligendum, solet Christus dicere post parabolas, qui habet aures audiendi audiat, vt patet in parabola seminantis supra in litera, & Lucę 8. Interdū etiam quędam, quę non dicūtur parabolicè, sunt obscura, ideo etiam in illis Christus dicit, qui habet aures audiendi audiat, vt patet supra 11. cap. cum dixit de Ioanne, quòd ipse est Elias, qui venturus est, adiunxit, qui habet aures, &c. & tamen ibi non erat parabola, ita hic non est parabola, sed nuda veritas, quia tamen Christus loquitur de statu beatorum, & damnatorū post resurrectionem, q̄ non patent ad sensum C erat difficile hominibus, qui sola sensibilia intelligebant, videre quomodo istud esset, ideo reddidit eos attentos, vt eleuarentur super sensum dicens, qui habet aures, &c. idest, qui potest intelligere intelligat, qa difficile est plane cogitare nobis adhuc in via manentibus, qui nihil istorum vidimus.

Quare Matthæus posuit hic istam expositionem parabolæ. Quæst. LIX.

QVAERETVR quare Matthęus posuit hic istam expositionem parabolæ.

Aliqui dicunt, quòd sequitur in hoc ordinem rei gestę, quia postquam Christus dixit præcedentes parabolas cessauit prædicare, & veniens in domum exposuit discipulis istam parabolā zizaniorum, & ideo Matthęus posuit expositionem loco suo, sic patet, quia dicitur in litera, tunc dimissis turbis venit in domum, &c.

Sed dicendum, quòd non stat, quia necesse est dici, quòd Christus in sermone isto dixerit omnes septem parabolas, scilicet quatuor præcedētes, & tres sequētes, quia infra in litera post omnes parabolas dicitur: cum consummasset Iesus parabolas istas, transiit inde, & sic non recessit de loco in quo incepit dicere parabolas quousque compleuit omnes septem, & sic in vno sermone dictę sunt: ergo quod dicitur hic, scilicet tunc dimissis turbis venit in domum, non est intelligendum, quòd fuerit immediate post quatuor parabolas præcedentes, sed post omnes septem. Idem inquit Aug. lib. de cōcordantijs euange. scilicet quòd omnes parabolæ in eodem sermone dictę sint. Item pater, quia si tres sequentes pertinerent ad alium sermonem, poneretur in principio earum aliquid per quod innueretur eas pertinere ad aliud tempus, sed nihil pontur. Sed absolute incipitur immediate post istam expositionem parabolę, scilicet simile est regnū cęlorum thesauro, &c. ergo istę, scilicet parobolę simul fuerunt dictę cum præcedētibus, & sic Matthęus interponendo istam expositionem non tenuit ordinem rei gestę, quia tunc debuisset poni post omnes A septem parabolas, quia illis dictis venit Christus in domum, & tunc accesserunt discipuli, & quęsierunt expositionem parabolę zizaniorū. Nec etiam tenuit ordinem artificialem, quia tunc posuisset istam expositionem immediate post suam parabolam, scilicet zizaniorum, quę fuit secunda, sicut expositionem parabolę seminantis posuit immediate, post istam parabolam, vt patet supra in litera, & tamen hic non fecit: non tamen oportet semper rationem reddi de obseruatione ordinis, quia si veritas rerum gestarum non seruetur in ordine narrandi, sępe nihil differt.

Quare Christus solum exposuit istas duas parabolas, & non alias quinque. Quæst LX.

QVAERETVR quare Christus solum exposuit istas duas parabolas, scilicet seminantis, & zizaniorum cum septem parabolas dixerit, & quare discipuli non quęsierunt, nisi expositionem istarum duarum.

Dicendum, quòd Christus omnes parabolas exposuit discipulis. Quod patet Mar. 4. scilicet talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, sine parabola autem non loquebatur eis: seorsum autem discipulis suis disserebat omnia, ergo nulla parabola erat, quam Christus discipulis non exposuerit. Item pater, quia supra in litera dicitur, vobis datum est nosse mysteriū regni Dei: cęteris autem in parabolis, & tamē in omnibus parabolis continebantur quædam mysteria abscondita, ergo necesse erat, quòd vel discipuli per sęipsos parabolas intelligerent, vel Christus illis eas exponeret, & tamen multę parabolę erant obscurę plusquam parabola seminantis, quia Mar. 4. dixit Christus discipulis quærentibus expositionem parabolę seminantis, scilicet nescitis parabolam hanc, & quomodo omnes parabolas cognoscetis, ergo non exposuit istas duas solas, sed etiam alias. Et patet hoc magis, quia post oēs istas parabolas dixit Christus discipulis, intellexistis hæc omnia: dicunt ei: etiam, idest vere intelligimus, ergo omnes parabolas Christus eis exposuit.

Aliqui autem dicunt, quòd istas duas solas parabo- D las Christus exposuit, & istas exponi solum discipuli petierunt, eo quòd cęteras per se discipuli intelligere potuerunt, & ad hoc potest referri illud verbum, scilicet intellexistis hæc omnia, idest nunquid intelligitis omnes parabolas?

Sed melius dicitur, quòd omnes parabolas Christus exposuerit, quia dicitur Mar. 4. seorsum autem disserebat illis omnia, ergo nulla parabola manebat inexposita. Item quia non est verum, quòd istæ duæ solę fuerint expositę, quia etiam septima parabola de sagena fuit exposita infra in litera, scilicet sic erit in cōsummatione seculi: exibunt angeli, & separabūt malos, &c.

Dicendum ergo, quòd discipuli petiuerunt omnes parabolas sibi exponi, & Christus eis exposuit. Mat- E thæus tamē solum voluit ponere expositionem trū, scilicet seminantis, & zizaniorum, & sagenę, & quia exponebat Christus parabolas petētibus discipulis, introducit eos Matthæus expositionem petentes. Ratio autem quare istarum tnum solum posuit expositionem fuit, quia istę erant difficiliores: saltem parabola seminantis, & zizaniorum, & hoc, quia istę habent multas partes, quas non posset quilibet applicare faciliter qd aliquid: reliquæ autem sunt paruæ, & ex istis expositis, solent illæ intelligi: licet interdum aliquas parabolas multum obscuras, quas tamen Christus discipulis exposuit, reliquit Matthæus inexpositas, vt est parabola decem virginum infra 25. quæ difficilis est. Sic dicit Augu. de eadem, scilicet inter parabolas

parabolas a domino dictas, solet quærentes multum F
mouere ista, quæ de decem virginibus posita est, sed de ea dicetur loco suo.

Quæ sint ista zizania, quæ super seminata sunt in agro. Et quòd Deus neminem ad malum mouet. Quæst. LXI.

QVAERETVR quę sunt ista zizania, quę super seminata fuerunt in agro.

Dicendum, quòd aliqui volunt esse hæreticos. Alij autem schismaticos. Alij vero quoscunque peccatores Sic dicit Aug. recte quæritur vtrum hęretici sint, aut male viuẽtes catholici. Sed quod dicit eos in medio tritici seminatos, videntur illi significari, q̃ vnius G communionis sunt, scilicet catholici peccatores, qui communicant cum bonis: hęretici autem catholicis non communicant, quia tamen agrum ipsum non ecclesiam, sed hũc mundum interpretatus est, bene intelliguntur hęretici, quia in hoc mundo permiscẽtur bonis. De catholicis autem peccatoribus dicit, ꝙ illi, qui in eadem fide mali sunt, palea potius, quam zizania dicuntur, quia palea fundamentum habet cũ frumento radicẽque communem: de schismaticis dicit, ꝙ schismatici vñr spicis corruptis similiores, vel paleis aristarum fractis, vel scissis, & de segete abiectis.

Dicendum tamen, quòd zizania dicuntur omnes peccatores in quocũque genere peccati. Quod patet H quia ipse dixit zizania sunt filij nequã, idest homines mali, & tamen quilibet peccator malus est. Item quia Christus diuisit oẽs hoẽes in duo. scl̃ triticũ, & zizania, & ꝑ triticũ intelligit iustos, q̃ fulgebunt in regno Dei per zizania autem, quę comburunt intelligit illos, qui mittuntur in caminum ignis, & tamen omnes peccatores mittentur in infernum. Psal. 9. scilicet cõuertantur omnes peccatores in infernum, ita necesse est accipi, & verum est, quòd diabolus seminauit istos, quia licet Deus hominem creauerit, diabolus tamen fecit eũ peccatorem, quia diabolo suggerẽte homo peccat. Deus autem neminem ad malum mouet, qa ipse maiorum tentator non est Iaco. 1. sed fecit hominem rectum Ecclesiastes 7. homo autem immiscuit se peccatis diabolo suggerente, nam per inuidiã diabo- I
li peccatum introiuit in orbem terrarum. Sapientię 1. Et ita tenet Augustin. scilicet in hac parabola, sicut Dominus in expositione concludit non quędam, sed omnia scandala, & eos, qui faciunt iniquitatem zizaniorum nomine significasse intelligitur, quia tamẽ mali non introducuntur hic solum, vt in se mali sunt, sed pręcipue, vt inquantum alijs nocẽt, vt conformẽt parabolę zizania dicuntur, nam zizania, ideo super seminata sunt, vt perderet totum triticum admixtis sibi zizanijs, & quia ipsi, qui maxime nocent ecclesię Dei sunt hęretici, qui nituntur corrumpere fidei veritatẽ in qua tota fundatur ecclesia: Christus pręcipue voluit in ista parabola hæreticos designare, licet de omnibus peccatoribus intelligatur, & ita conuenit ista parabola ad designandum secundum statum ec- K
clesię, qui fuit insurgentibus hęreticis, & ideo communiter ab Augustino, & Chrysostomo, & cæteris exponitur parabola de hęreticis, quod quidem bene fit dum tamen non negetur per zizania intelligi omnes peccatores.

Quomodo diabolus vocatur inimicus homo cum non sit homo. Et quòd inimicitia diaboli pracipua est contra Deum. Quæst. LXII.

QVAERETVR quomodo diabolus vocat̃ hic inimicus homo cum non sit homo.

Dici pōt vno modo, quòd vocatur homo more scripturæ, quæ ipsum vocare hominem solita est. Sic dicit Hiero. diabolus præterea inimicus homo appellatur, quia Deus esse desijt, & in 9. Psal. dictum est de eo exurge domine nõ confortetur homo, i. diabolus.

Secundo pōt dici, & melius, ꝙ in sacra scriptura quælibet persona vocatur homo, & si sit purus spiritus, sicut pater in diuinis non est homo cum solus filius carnem assumpserit, & tamen Christus vocauit eum hominem Io 8. s. & si ego iudico iudicium meũ verum est, quia solus nõ sum, sed ego, & qui misit me pater, & in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est, & sic se, & patrem dixit esse duos homines, i. duas personas, quia vnicus homo erat, s. Christus. Tertio pōt dici, & adhuc melius, ꝙ diabolus non vocatur hic homo, sed solum inimicus, sed tñ dr̃ hic inimicus homo pro illo, qui in agro seminauit zizania: nam ista parabola sic fuit ad literam, s. ꝙ in agro cuiusdam seminato alius inimicus eius seminauit zizania: ille aūt erat homo, & iō dominus agri dixit: inimicus homo hoc fecit, i. hō, q̃ erat inimicus meus, & iō in parabola dr̃: inimicus hō: in expositione autem eius non dr̃ inimicus homo, sed solum inimicus, s. inimicus, qui seminauit ea est diabolus, ipse autem est inimicus ꝑ malam voluntatem, & propter malum, quod realiter infert, quia hominibus nocet, & tñ inimicitia sua præcipua est ꝗ Deum a quo sentit se puniri, & sic nititur distrahere homines a cultu eius, & inducere eos ad hoc, vt offendant ipsum, ꝗ homines aūt inimiciciam exercet ꝑ Deū, s. inquantum malum, quod eis infertur vr̃ redundare in dedecus Dei, cuius sunt homines quædam possessio, sicut malum illatum pecoribus præcipue vr̃ instigi dominis eorum, & nititur diabolus subijcere sibi hominem, vt ipse dñetur ei, & nō Deus, & ēt ꝑ hoc inuidet homini, vt Deus non communicet bonũ suum homini beatificãdo ipsum, in quo est quædam gloria Dei, s. quia perficit opera sua. Sic dicit Chry. vexatio diaboli aduersus nos est, principium aūt vexationis est factum non ab inimicitia eius, quæ est ad nos, sed ab inimicitia, quæ est ad Deum, ideo super sem inauit zizania, i. induxit hæreticos, vt totum agrum ecclesiæ corrumperent.

Pater in diuinis homo vocari potest.

Inimicitia diaboli pcipua eit cõtra Deũ.

An hæretici sint tolerandi, vel de ecclesia eijciẽdi, & occidendi. Et de eorum duplici pœna. Quæst. LXIII.

QVAERETVR cũ hic dicat̃, finite vtraque crescere, i. zizania, & triticum, & ꝑ zizania intelliguntur hæretici, an sint tolerandi, vel eijciendi de ecclesia, & occidendi. Aliqui dicunt, ꝙ debent tolerari, dicit enim Apostolus 2. Tim. 3. seruum Dei oportet mansuetum esse cum modestia corripientem eos, q̃ resistunt veritati, neqñ det illis Deus pęnitentiam ad cognoscendum veritatem, & resipiscant. sed si hęretici non tolerantur, sed occiduntur, aufertur eis facultas pęnitendi, ergo tolerandi sunt. Item illud, quod est necessarium in ecclesia, tolerandum est, & tñ hæreses sunt necessariæ, quia 1. Corin. 11. dr̃ oportet hæreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiant in nobis, ergo non sunt occidendi hæretici. Item supra in litera dominus agri vetuit eradicari zizania, dicens finite crescere vtraque vsque ad messem, & tñ per zizania signãtur hęretici, per messem aūt cõsummatio seculi: vere Christus dixit: ergo hæretici permittendi sunt viuere vsque ad consummationem seculi, & sic tenemur eos tolerare. Dicendum ꝙ hæretici aliqñ sunt tolerandi, & aliqñ non. Pro quo sciendum, ꝙ circa hæreticos duo sunt consideranda, vnum ex parte ipsorum, aliud ex parte ecclesię. Et parte autem ipsorũ est

Notand ꝙ circa hæreticos duo consideranda sunt.

est peccatum per quod meruerunt non solum ab ecclesia per excõicationem separari, sed ēt ꝑ mortem a mundo excludi, quia multo grauius est ęternã, q̃ tẽporalẽ lędere maiestatem, & tñ, qui committit crimẽ lesę maiestatis, statim occidit, ergo hęreticus potius meretur occidi: extra de hęreticis c. vergentis. Etiam multo grauius peccant corruptores fidei per q̃ est vita aĩę. Nam iustus ex fide viuit ad Ro. 1. q̃ falsiatores monetę per q̃ temporali vitę subuenit, & tñ falsarij monetę, & cęteri malefactores statim per principes seculares occiduntur, iō a fortiori hęretici postquam ꝙuicti sunt de hęresi, merebantur immediate occidi.

Ex parte aūt ecclesię ꝓsideraṫ misericordia ad errãtium conuersionem, & iō ecclesia non statim condemnat hęreticũ ad mortẽ, sed post pęnitentiã, & fm correptionem ecclesia iudicat eũ condemnandũ, qa putat eum esse subuersum, & incorrigibilẽ. sic dr̃ ad Titum 3. hęreticum hoīem post primam, & secundã correptionem deuita: sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est. Et tñ in hoc est duplex pęna: vna est spiritualis, vt excõicare hęreticos, & condemnare dicta eorũ, & ꝓgregationes, & synodos. Alia est corpalis, s. occisio. Circa primam non est difficultas, nec scandalum ex parte ecclesię, quia faciliter pōt ista facere: cũ nec oporteat ad hoc bellũ mouere. Etiam non est nocumentũ ex parte hęreticorum, quia per excõicationẽ istã, & damnationẽ dictorũ suorũ non pręcludit eis via ad salutẽ, sicut si occiderent, quia iam pęnitere non possent, sed potius ista excõicatio est eis quędam pęna medicinalis, & occasio ad hoc, ꝙ redeant ad salutẽ, & ꝑ hoc ecclesia quoslibet hęreticos excõicat: immo iam sunt excõicati a iure, extra de hær. excõic. Quantũ vero ad pęnam corporalẽ. i. occisionẽ, & priuationẽ bonorũ, & similia, ecclesia nõ ita faciliter ꝓcedit, sed aut hæretici sunt tales ꝗ quos non ꝑt procedi sine magno scandalo, vt quia multi sunt, vel quia multos hñt fautores. Vel ꝑt procedi contra eos sine scandalo. Si primo mõ ecclesia cessat procedere. Si secundo mõ procedit, & tũc postquam quis de hęresi conuictus est, si non vult ab ea discedere tradit eũ ecclesia iudici sęculari ad mortẽ: licet ecclesia occidi nõ iubeat: si vero ab errore discedit remittitur ei, & recipit eum ecclesia, si vero postea relabitur ēt si velit redire ad fidẽ, ecclesia suscipit eum, vt moriatur in gremio fidelium, & tñ tradit eum iudici sęculari, quia timet̃ de inconstantia sua, s. ꝙ iam semper eēt infirmus in fide, & posset alios inficere, & hoc est, ꝙ apostolus dicit ad Titum 3. s. hęreticum hoīem post primam, & secundam correptionẽ deuita: sciens quia subuersus est, qui hmōi est. Ad primum dicendũ, ꝙ ad modestiã ecclesię ꝑtinet, ꝙ hęreticum primo, & secundo corripiat: si aūt postea relabitur habet̃, ꝑ subuersio, & iō licite occidit̃, nec expectat̃ iam illius firma ꝙuersio, sed potius timet̃, ꝙ alios inficiet. Ad secundũ dicẽdũ vno mõ, ꝙ apostolus dixit hoc per modũ prænũciationis, & non ꝑ modũ ꝑcepti, s. quia, ita futurum erat, ꝙ hæretici in ecclesia essent, non tñ ꝑ hoc oportet, ꝙ tolerenṫ, quia ita prænunciant̃, quæ mala sunt, sed non oportet tolerari mala facientes. Cũ aūt dr̃ hæreticos esse vtiles ecclesię, sicut dixit apostolus, s. qui probati sunt manifesti fiant. Dicendũ ꝙ ista vtilitas est per accidens præter intentionẽ hæreticorum quorũ intẽtio est corrumpere veritatem fidei: bonũ aūt sequitur ex virtute fidelium, qui eorum praxis doctrinis resistũt, & tñ in rebus attendendum est, quod est per se, & nõ quod est ꝑ accidens, iō cum hæretici nocere intendãt ecclesię non debet eos ecclesia sustinere. Ad tertium dicendũ vno mõ, ꝙ hæretici non semp eradicantur, licet non tolerent̃, quia ecclesia ꝓcedit ꝗ eos ꝑ excõicationem solã interdum, & aliqn ꝑ pęnam corporalem. Excõicatio tñ nõ est eradicatio, vt dr̃ 24. q. 4. c. aliud est, si tñ ꝓcedit ecclesia vlterius tradendo hæreticum curię seculari, per quod eum eradicat, non est ꝗ Christi pręceptum, quia tunc ipse vetuit hæreticos eradicari, qñ eorũ eradicatio est periculosa fidelibus s. ne cum zizanijs eradicetur triticũ, si aūt non est periculum in eradicatione eius permittit illã Christus: immo ꝑcipit cum dicat, ꝙ in tpe messis eradicentur zizania. s. quia tunc eorum eradicatio non est periculosa tritico, & iō qñ non pōt puniri hæreticus, nisi ecclesia moueat bellũ, cũ sit bellum periculosum cessat potius ecclesia ꝓcedere. Sic dicit Chry. hoc dicit dñs prohibens occisiones fieri, nec. n. oportet interficere hæreticum, quia prælium inexpiabile in orbem terrarum induceretur, & iō dicit ne eradicetis simul cũ eis triticum, i. si moueritis arma, & occideritis hæreticos, necesse est multos sanctorum occidi: non ergo detinere hæreticos, & abscindere eorũ liberã, ꝓbationẽ, & synodos, & studia dissoluere prohibet, sed interficere, & occidere.

A

B

C

D

E

An peccatores, qui non sunt hæretici sint ab ecclesia tolerandi. Et quomodo, & quatenus. Et vocalis increpatio malorum quomodo sit facienda. Quæst. LXIIII.

QVAERETVR de alijs peccatoribus, q̃ non sunt hæretici, an ab ecclesia tolerãdi sint. Aliq̃ dicũt, ꝙ non, quia in veteri testõ Deus imponens pęnas, ꝑ delictis dicit, auferte malum de medio vr̃i. Deut. 17. & 22. ergo ecclesia debet auferre malos de medio, & non tolerare eos. Dicendũ ꝙ toleratio malorum, aut consideratur quãtũ ad Dei iudicium, s. an expediat, ꝙ ipse malos toleret, vel quãtum ad iudicium ecclesię. Si primo mõ, dicunt aliqui, ꝙ mali non deberent tolerari a Deo, quia ab hominibus solent tolerari mali ꝑ duo, s. vel quia non cognoscuntur, vel quia sine piculo bonorũ nõ pñt puniri, Deus aūt vere cognoscit malos vbicunque sint. Prouer. 15. s. in omni loco oculi dñi contemplantur bonos, & malos. Etiam sine periculo aliquo bonorũ pōt malos perdere, iō vr̃, ꝙ nullum malũ tolerare deberet. Dicendũ ꝙ expedit, ꝙ Deus malos toleret. Primo quia aliàs oporteret, quòd Deus simul occideret oẽs hoīes, quia nemo est, qui interdum non peccet 3. Re. 8. nõ est hō, qui faciat bonum, & non peccet. Secundo ꝑ spẽ ꝙuersionis, quia aliqui sunt, qui licet longo tpe peccent, aliqñ futuri sunt boni, qui si mox, vt peccant occiderent̃, nunquã boni fierent, iō Deus differt pęnã, vt qñ boni effecti fuerint misereatur eorũ Isa. 30. s. iō expectat vos Deus vt misereatur vr̃i, & hoc Christus voluit cum dixit ne forte colligentes zizania eraderis simul triticum, i. aliqui sunt, qui nunc zizania sunt, & tñ futuri sunt triticum, quod futuri erant si eis parceret̃. Sic exponit Aug. iō mali a Deo tolerandi sunt. Sed quidam dicũt hoc intelligi de malis, qui aliqñ futuri sunt boni. Aliqui tñ sunt mali, qui nunq̃ ꝙertentur, isti ergo non deberent tolerari, cũ Deus nunq̃ nouerit illos emendandos. Dicendum ꝙ illi sunt a Deo tolerandi. Primo, vt oñdat diuitias misericordię sue, s. ꝙ illos sustinet ex immensitate misericordiæ, licet ipsi sint indigni misericordia. Secundo ꝑ bonos, vt eos exercẽat, quia aliqui boni fiũt ꝑ pęnam, quæ a malis infertur, sicut ergo Deus hic permittit homines a dęmonibus tentari, & vexari, ita & permittit bonos a malis exerceri, si. n. nemo malus esset, nullus vnq̃ martyr fuisset, & clarissimis virtutibus defuisset locus. Tertio, vt boni considerando iniquitates malorum nitantur in bonum, vt illis sitẽs nõ sint: magna ēt Dei laus, & multæ aliæ vtilitates ex toleratione malorum ꝓueniũt, eēnt n. hoīes, quasi ex necessitate boni si scirent, ꝙ mox, vt peccarent

peccarent occiderentur. De hoc dicit Aug.li.de quęstio.euãg.boni tñ,qui adhuc infirmi sunt,opus hñt in quibusdam malorum admixtione, siue vt p eos exerceantur, siue vt eorum comparatione magna illis exhortatio fiat, vt nitanẽ ad melius: aut forte simul erãdicatur triticum cum auferuntur zizania, quia multi primo zizania sunt, & postea triticum fiunt,qui si nõ patienter cum mali sunt tolerarentur, ad laudabilem mutationem nõ perueniunt. Itaque si euulsi fuissent simul eradicatur triticũ, quod futuri essent si eis parcereẽ,iõ dicit non esse tales auferendos de hac vita,ne cum malos conantur interficere, bonos interficiant, quot futuri sunt, aut bonis obsit quibus,& inuitis vtiles sunt,sed tunc optime hoc fiet, cum iam in fine nõ restat, vel tempus commutandę vitę, vel proficiendi ad veritatem ex occasione, ac comparatione alieni erroris, & iõ dicit dñs finite vtraque crescere vsque ad messem.i.bonos, & malos simul manere vsque ad tempus, in quo mali sine bonorum damno possint auferri de medio eorum, & hoc erit in die iudicij, qa tunc generaliter separabit Deus bonos a malis, sicut pastor separat oues ab hędis, vt patet.ĩ.25.Si aũt cõsideratur q̃tum ad tolerationem ecclesiæ:dicendum,ꝙ etiã si ecclesia nollet tolerare malos: tolerari necesse erat,quia non põt cognoscere oẽs malos.Etiã dato,ꝙ cognosceret non posset omnes auferre pp multitudinem, & iõ dicendum, ꝙ aut ecclesia cognoscit malos, aut non: si non cognoscit, non oportet,ꝙ multũ inquirat, qui sunt mali ad hoc, ꝙ eos puniat,quia q̃dã melius latent,quam ꝙ publicentur.Et hoc verum est, nisi in quibusdam peccatis, q̃ quanto sunt magis occulta, tanto sunt periculosiora,vt est hæresis,quia hæretici occulte pñt inficere totum gregem dñicum, & pp hoc ecclesia dedit specialiter in crimine hæresis inquisitores per oẽs prouincias, vt solicite inuigilent circa eradicandas hæreses. Si aũt mali sunt cogniti, aut sunt mala grauia,aut leuia, in leuibus aũt ecclesia non exercet vltionem: & ita est de hæresi, quia licet sit graue crimen, si tñ nondum est firmata, vt siquis errat, & non vult peruertere alios, & si admoneatur corrigit seipsum,non punitur corporaliter,nec ẽt excõicatur. Sic dicit Aug.vbi supra,s.nec tñ ꝯñs est, vt oĩs hęreticus, vel scismaticus ab ecclesia corporaliter separetur,multos enim portat ecclesia,quia nõ ita defendunt falsitatem sñię suę, vt intentã multitudinẽ faciant, quod si fecerint tunc pelluntur, si aũt peccauerit quis, & corrigi põt exterminandus nõ est,ne sic auferatur locus pñię. Qđ ẽt in hęresi verũ est, vt dicit Hiero.s.datur.n.locus pñię, & mouemur ne cito amputemus fratrẽ,quia fieri põt, vt ille,qui hodie noxie dãnatus est ex dogmate cras resipiscat, & defendere incipiat veritatem. Si aũt sunt maiora pc̃tã,i.oĩa illa ꝓ quibus de iure pęna aliqua debeẽ, aũt põt sine periculo,& scandalo bonorum pęna illa infligi, aut non. Si põt debet infligi. Si non põt, debet supersederi,& expectari tempus in quo possit sine periculo infligi, vel diuinum expectari iudicium, quia aliàs ecclesia volẽs eradicare zizania eradicaret simul triticũ,quod Christus vetuit.Sic dicit Aug.ꝯ epistolam Parminiani,s.cũ quisque Christianorum intus in ecclesia constitutorum in aliquo tali pc̃tõ fuerit depręhensus,vt anathemate dignus habeatur, fiat hoc vbi periculũ scismaticis non hr̃, alias timetur cum dilectione non ad eradicandum,sed ad corrigendum. Quòd si se nõ agnouerit,nec pęnitendo correxerit, ipse foris exiet,& per propriam voluntatem ab ecclesię cõione dirimetur. Vñ dñs cum dixisset finite vtraque crescere vsque ad messem, subiunxit cãm, dicens ne forte cum vultis colligere zizania, eradicetis simul triticum, vbi satis ꝯñdit cum metus iste non subest, sed omnino de fru- F mentorum stabilitate certa securitas manet,i.qñ ita cuiusque crimen notum est, & omnibus execrabile: apparet, vt vel nullos ꝓrsus, vel non tales habeat defensores per quos schisma possit contingere, nõ dormiat seueritas disciplinę: cum vero ijsdem moribus plurimos occupauerit, nihil aliud restat bonis,quam dolor, & gemitus, sic igitur misericorditer corripiat hõ,quod põt, quod aũt non põt patienter ferat,& ex dilectione gemat ac lugeat donec ille desuper emendet,& corrigatur,aut vsque ad messem differat eradicare zizania,& paleam ventilare. Ista intelliguntur de pęna criminum,secus aũt est de objurgatione seu vocali increpatione,quia pręlatus, vel prædicator põt in sermone generali redarguere peccantes, & maxime G si aliqua occasio acciderit,s.plaga aliqua inflicta a Deo quæ ꝓ criminibus accidisse putanda est, & tunc prælatus grauiter põt pc̃tã obiurgare peccatoribus non expressis, asserens, ꝙ pp illa crimina Deus illam vltionem exposcat, si vero talis occasio non acciderit adhuc põt obiurgari pc̃m nõ expressis peccatoribus, quia sic magis dolebunt, & intra se erubescent pc̃tõres, q̃ ꝙ obiurgantem impugnent. Sic dicit Aug.vbi supra,s.turba aũt iniquorum cum facultas est in populis ꝓmendi sermonem, generali obiurgatione ferienda est, & maxime si occasionem ac opportunitatem p̃buerit aliquod desuper Domini flagellum, quo eis appareat ꝓ suis demeritis vapulare: tunc.n.aures humiles p̃bet emendari sermone calamitas auditorum, & facilius in gemitum ꝯfitendi, q̃ in murmura H resistendi afflicta corda cõpellit, quamquã & si nulla calamitas tribulationis p̃mat cum facultas detur, vtiliter corripitur in multitudine multitudo, nam sicut separata sęuire, sic in ipsa congregatione obiurgata gemere consueuit. Ad argumentum in ꝯtrium dicendum, ꝙ mali auferendi sunt de medio, qñ cognoscũtur,& sine scãdalo fieri põt, & sic Deus loquitur 17. & 22. Cum vero non cognoscuntur mali, vel sine periculo bonorum puniri non pñt cessandum est, ne simul triticum eradiceẽ, vt hic dr̃. Sic dicit Hiero.s.vr̃ hoc esse ꝯtrium illi præcepto. Auferte malum de medio vestri,si.n.ꝓhibeẽ eradicatio, & vsque ad messem tenenda est patientia, qũo eijciendi sunt quidam de medio nostrũ? & rñdet,s.sed inter triticum, & ziza- I nia,quod nos appellamus lolium,quãdiu herba est,& ne dum calamus,vel ad spicã grandis similitudo est,& in discernendo nulla, aut valde difficilis facultas: præmonet ergo Dñs ne vbi quid ambiguũ est cito sñiam proferamus, sed Deo iudici reseruemus, vt cum dies iudicij venerit,ille non suspitionem criminis,sed manifestum reatum de sanctorum cętu eijciat.

Simile est regnum cęlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit hõ abscondit, & prę gaudio illius vadit, & vendit vniuersa, quæ habet, & emit agrum illũ. Itẽ K simile est regnum cœlorum homini negociatori: quærenti bonas margaritas. Inuenta aũt vna preciosa margarita, abijt, & vendidit oĩa, q̃ habuit, & emit eam. Iterum simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset, educentes, & secus littus sedentes elegerunt bonos in vasa sua, malos aũt foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli, & separabunt

25.q.7.c.1. 24.q.1.c. quisquis.

Inf.22.25.

rabunt

rabunt malos de medio iustorũ, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & stridor dentium. Intellexistis hæc oĩa. Dicũt ei. Etiam: ait illis. Iõ oĩs scriba doctus in regno cęlorũ, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera.

Positio qn ꝗ pabolę.

Simile est. Hic ponitur quinta parabola, quæ est dicta ẽt in eodem sermone, & dr̃. *Simile est regnum cœlorum.* i. ecclesia militans, vel ea, quę pertinent ad statum eius. *Thesauro abscondito in agro.* Dicit in agro,i.in terra quæ possidetur ab aliquo, & hoc,quia subiungit,ꝙ inueniens emit agrum illum: si tñ esset locus publicus, qui nullius personæ priuatę est, nec posset emi, nec oporteret ad hoc, ꝙ extraheretur inde thesaurus.

Quem, qui inuenit homo abscondit. i.qui inuenit locum thesauri in agro alieno, quia non põt illum statim tollere inde: magis abscõdit, vt a nullo inueniri possit quousque ipse emat agrum, & possit inde libere thesaurum effodere. *Et præ gaudio illius.* s.thesauri inuenti: posset hic dici prę desiderio illius,quia desiderium est rebus nondum hĩtis quas hr̃e cupimus: gaudium est de rebus iam possessis quibus ad votum frui possumus: iste aũt,qui thesaurum inuenit: licet nondum illum hẽat libere quousque agrum emat,quia tñ facile est illum hr̃e, & quod prope est inesse vr̃: gaudet de illo,quasi de iam possesso, & iõ potius Christus dixit p̃ gaudio illius, q̃ prę desiderio. *Vadit, & vendit vniuersa, quæ habet.* Non est intelligendum, ꝙ inueniens thesaurum semper vendat oĩa,quæ habet,vt emat agrum illum,quia qui diues est, non est opus, ꝙ aliquid vendat,vt emere possit agrum,sed ad oñdendum magnũ desiderium hñdi thesaurum inuẽtum dicit Christus: vadit, & vendit vniuersa.q.d. ꝙ si aliter non põt hr̃e agrum, nisi vendat vniuersa, vendet illa, vt solũ agrũ liceat possidere. *Et emit agrum illum.* s.vt liceat sibi thesaurum inde extrahere libere, quod non liceret quãdiu ager ab alio possidetur.

Differẽtia iter desideriũ, & gaudium.

Quid per istam parabolam thesauri ostendere voluit Christus: vbi declaratur, qui sit iste thesaurus absconditus, & quid significat abscondere thesaurum in agro. Quæst. LXV.

QVAERETVR quid Christus voluit per istã parabolam oñdere. Aliqui dñt, ꝙ per thesaurũ in agro absconditum signatur prędicatio euangelij, & Christus ostenderat supra in parabola sinapis, & fermenti virtutẽ istius prædicationis in magnum crescendo. Hic oñdit preciositatem eius comparando eã thesauro, & margaritis. Sic dicit Chry. parabolę, quas Christus supra posuerat de fermento, & sinapi ad virtutem euangelicę prędicationis referuntur, qm̃ superabit orbem terrarum: nunc aũt, vt preciositatem, & magnificentiam eiusdem oñderet, proponit parabolam de thesauro, & margarita. Et dr̃ hic regnum cœlorum ipsa ecclesia militans, vel prędicatio euangelij, quę in ecclesia militanti est: dr̃ aũt ista prędicatio thesaurus absconditus in agro, non quidem, quasi prędicatio abscondita sit, quia per totum orbem prędicatũ est ad Ro.11.s.in oẽm terram exiuit sonus eorum, & ita Christus dixit supra 10.c.quod dico in tenebris dicite in lumine, sed pp thesaurum, quia thesaurus debet esse absconditus: & in hoc non similatur prędicatio euangelij thesauro, sed solum q̃tum ad id,s.ꝙ qui inuenit thesaurũ vendit oĩa, quæ habet, vt emat agrũ, ita, & qui inuenit verum precium euangelicę prędicationis oĩa dimittit, vt illam solã teneat, nec portet, ꝙ A singulę partes parabolarum applicentur rebus signatis,sed satis est, ꝙ aliquę earum applicentur. Alię vero sunt, vel pp ornatum parabolę, vel vt verisimile videatur, nam de thesauro parabola poni non posset, nisi absconditus dicereẽ. Aliter põt dici, ꝙ ager est iste mundus, sicut Christus dixit supra in litera, & thesaurus,i. prędicatio euangelica est in agro,i.in mundo, quia p totum orbem Christus euangelium prædicari iussit. Mar.16.& licet vox euangelij nullis gentibus fuerit occulta, quia in oẽm terram exiuit sonus eorum: pluribus tñ hominibus mansit occultum precium euangelicę prædicationis, & ẽt vsque hodie manet, quia sicut ager in quo thesaurus est ab omnibus palam vr̃: B nemo tñ scit thesaurum ibi latere, nisi ille, qui inuenit, ita licet oẽs gentes audierint euangelium, non tñ crederent oẽs euangelio, ad Ro.10.sed despiciunt illud, eo ꝙ nesciunt precium eius, s.quia non putãt verum esse, quod prædicatur, sed potius quibusdam ipsa prędicatio erat scandalum. alijs vero videbatur esse stultitia 1. Cor.1.s.nos prædicamus Christum crucifixum: Iudæis quidem scandalum, gentibus aũt stultitiam. iõ vere abscondita est in agro,i.in mundo prædicatio euangelij, quia precium,i.veritas eius nescitur ab omnibus. Et iste est melior sensus. Et dr̃ quẽ, qui inuenit hõ abscondit,i.diligenter obseruat. Nam sciẽs veritatem euangelicam non occultat illam, vt alij eã nesciant, sed potius diuulgat illam, cum Christus per C totum orbem prędicari iusserit. Et ille, qui abscondit talentum sibi traditum redarguitur.ĩ.25.sed quia illa, quę diligenter seruare volumus ne pereant abscondimus, cum euangelicam veritatem diligenter seruare velit ille, qui eam inuenerit, ne ab illa cadat, cum melius sit viam dñi non agnoscere, q̃ post agnitam retroire 2.Pet.2.dr̃ abscondere eam. Sic dicit Hie.q aũt abscondit non de inuidia facit, sed more seruantis, & nolentis perdere abscondit in corde, ꝙ pręscius prætulit facultatibus. Quod aũt dr̃ vadit, & vendit vniuersa, quę habet. innuitur, ꝙ qui veritatem euangelicam tenere vult, omnia debet dimittere, non quidem oĩa, quę possidet, quia vendere oĩa, quæ quis possidet, & Christum sic sequi perfectionis est, & non necessita- D tis infra 19.s. vendit vniuersa, quæ habet, quia sicut in venditione fit commutatio rei pro precio, ita q euangelicam veritatem suscipit oẽs priores errores mutat deserẽs illos, vt puram euangelij veritatem sequatur. Vel vendit vniuersa,i.oẽs affectus, quia cum Christus doceat hoĩem viuere sm̃ legem spũs, & non sm̃ desideria carnis, sed potius crucifigere carnem cum vitijs, & concupiscentijs ad Ro.8.& ad Gala.5.oportet oĩa vendere,i.nullum affectum carnalem nobis reseruare quem sequi velimus, sed oẽs legi Christi subijcere. Et dr̃ hic, ꝙ p̃ gaudio illius vadit, eo ꝙ siquis agnoscat veritatem promissorum in euãgelio, despicit oĩa terrena volens hr̃e cęlestia. Sic dicit Greg.in homi. Si E consideremus, quę,& q̃ta sunt, quæ nobis promittũtur in cęlis: vilescunt aĩo oĩa, quæ hñr in terris. Vel refertur hoc ad operationem, s.quia ille, qui sequitur veritatem euangelij, ẽt si difficilia subeat, cum gaudio agit, quia ad virtuosum ꝑtinet delectabiliter exercere virtutis opus 2.Ethi.cum sit signum generati habitus, delectationẽ aduenire opibus, sic.n.dr̃ Act.5. ꝙ ibant apostoli gaudentes a conspectu consilij, quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

Quare in parabola dicitur prę gaudio.

Sed sciendũ, ꝙ de isto thesauro dr̃, ꝙ inueniẽ,s.sine difficultate reperiẽ, & tñ inuentus non possideẽ statim, sed oportet prius oĩa vendere, eo ꝙ inuenire p̃dicationẽ euãgelicã facile est cũ vbiq; p̃dicetur. Et ẽt credere non est difficile, qa Deus apit corda hoĩum quorũ vult donãs eis spm̃ credendi, & tñ seq postea doctrinã euãgelicã est difficile, qa oportet ad hoc cõ-

primerę

primere oẽs affectus nostros subijciendo carnẽ spũl, F
& hoc est oĩa vendere anteq̃ istum thesaurum possideamus. Sic dicit Hilarius: hic quidem thesaurus gratis inuenitur: euangeliorũ.n.p̃dicatio in absoluto, i.in manifesto est, sed vtendi, & possidendi huius thesauri cũ agro ptãs nõ põt eẽ sine precio, quia cęlestes diuitię non sine damno seculi possidentur. Alij dñt, q̃ thesaurus abscõditus est desideriũ bonorũ cęlestiũ: ager aũt est ipse labor virtuosus sine quo nõ hñr bona cęlestia: debet aũt abscondi ne pp inanem gl'iam bona opa fiant. Sic dicit Grego. in hom. thesaurus in agro absconditus, est cęleste desiderium: ager vero in quo thesaurus abscõdit est disciplina studijs cælestis quẽ, s. thesaurum, s.cũ inuenit hõ abscondit, in pñti.n.vita, quasi in via sumus qua ad patriam pergimus. Maligni G
aũt spũs iter nr̃m, quasi q̃dam latrunculi obsident: deprædari, ergo desiderat, i. deprædationẽ pati, q̃ thesaurum publice in via portat. Hoc aũt dico non, vt p̃ximi nr̃i opa nr̃a nõ videant, sed vt per hoc, quod agimus laudes exterius nõ quęramus: agrũ p̃fecto venditis oĩbus comparat, q̃ carnis voluptatibus renũciãs, cuncta sua desideria p cęlestis disciplinæ custodiã calcat. Alij dñt, q̃ thesaurus abscõditus est ipse Christus, quia deitas eius in carne latuit. Ager aũt est ipsa caro occultans diuinũ verbũ, vel potius sacra Scriptura in qua occulte ꝓtinet notitia de Christo, q̃ aũt p studiũ sacrę Scripturę notitiam de Christo habet, p̃ dulcedine huius cognitionis cęteras comparationes desere- H
rit, vt huic studio mancipet, & hoc est oĩa vendere, vt agrũ possideat. Sic dicit Hie. Thesaurus iste ĩ quo sunt oẽs thesauri sapię, & scię absconditi, aut Deus verbũ est, qui in carne Christus vr̃ absconditus, aut sanctæ scripturę in quibus reposita est notitia saluatoris. De hoc aũt Aug. ait. hunc thesaurum dixit in agro abscõditũ, s. duo testamenta in ecclesia, q̃ cum quis ex parte intellectus attigerit, sentit illic magna latere, & vadit, & vendit oĩa sua, & emit illum, i. ꝓtemptu temporalium cõparat sibi ocium, vt sit diues cognitione Dei. Alij dñt, q̃ in ista parabola signatur quintus status ecclesię, s. quia postq̃ expulsis hęreticis fuit diuulgata fides in orbem terrarum per prædicationẽ sctõrũ: multi viri valentes, & piti in doctrinis Philosophorũ, conuersi ad fidẽ Christi inceperunt se exercere, & suam scĩam conuertere ad vtilitatẽ, & regimen aĩarũ, sicut fuit Aug. & alij prelati, & viri docti tpe suo, & tunc thesaurus absconditus in agro vocatur præmiũ cęleste: ager in quo absconditur est exercitatio in docendo, & faciendo alia ad regimen aĩarũ, iste aũt ager, i. ista occupatio regiminis aĩarũ emit vẽditis omnibus pp thesaurum ibi latentem, eo q̃ pp desideriũ regni cęlestis isti prælati, & viri docti dimissis oĩbus fere, q̃ ad curã rei familiaris ptinebant, soli desiderio, & studio p̃ficiendi proximis in regimine animarum vacabant: oẽs istę expõnes sunt conuenientes, sed prima est magis literalis.

Thesaurus inuentus sub terra cuius sit. Quæst. LXVI.

QVAERITVR cũ dicat, q̃ ille, qui inuenit thesaurum in agro emit agrũ, in quo innuitur, q̃ non posset aliter habere thesaurũ, est dubium de thesauro inuento cuius sit. Dicendũ, q̃ eorũ, quæ inueniuntur quædã sunt, quæ nunq̃ fuerunt alicuius, idest actualiter ab aliquo possessa, sicut sunt lapilli inuenti in litore maris, & gemmę inuentę in capitibus piscium, vel minerię metallorum inuentę in visceribus terrę, & talia primo occupanti conceduntur, quia p occupationem transeunt in dominium, cũ nullius vnq̃ fuerint. Alia sunt, quæ fuerunt alicuius, & tñ iã nullius sunt, quia p derelicto habent, & talia etiã primo oc- F
cupanti conceduntur, qñ tñ hẽantur pro derelicto, & qñ nõ, & quę sunt signa ad hæc dictum est. §. 6.q.42. Alia sunt, quæ p derelicto non hñr, & ista qñ inueniũt non efficiuntur inuenientis, sed restituenda sunt, de quo ibidem dictum est. De thesauris autẽ dicendũ, q̃ thesauri abscõditi in terra alicuius fuerunt, etiã non ponebantur abscõditi, vt p derelicto habeant, sed potius, vt melius seruent, iõ non efficiuntur inuenientis absolutę, quasi pro derelicto hẽantur. Sed dicendũ, q̃ aut sunt thesauri a longissimo tpe abscõditi, aut a pauco tpe, de quo põt haberi coniectura ex loco, & circunstantijs eius, & ex ipso thesauro, s. an sint ibi noua vel vetera, vt si sit ibi moneta incognita, vel vasa talis figurę qualia nostra non vidit ętas, arguendum est antiquissimum esse thesaurum: si a ꝓrio arguendum est eũ esse a paruo tpe absconditus, ita vt putetur superesse dñum eius, vel eos, qui de iure succedere debent, non efficitur thesaurus ipsius inuenientis q̃tũ ad aliqd, vel etiam dñi agri si in alieno agro infossus sit, sed iudicabitur de illo, sicut de re inuenta super terram, q̃ restituatur, immo potius, quã de re aliàs inuenta, quia de illa põt credi interdũ, q̃ habeatur, p derelicto, sed nunq̃ de thesauro, quia qui abscondit voluit eum diligẽter obseruare. cum ergo, nec pro derelicto habeat nec dño careat non potest effici inuenientis, sed integre restituere tenetur, fiet ergo de illo, sicut de cæteris rebus inuentis, vt dictum est supra 6.c.q.42. Si aũt sit thesaurus antiquus, cuius verisimiliter credat non superesse dñm, nec aliquos ad quos de iure succedere pertineat, quia dato, s. q̃ superstint in decima, vel duodecima generatione, non põt tñ sciri, qui illi sint, vel an fuerint regionis illius, vel alterius, debet thesaurus iste effici totus inuentoris, sicut res, quæ in nullius bonis est, quia licet iste thesaurus aliqñ haberet dñm, iã non habet dñm, & idem iuris est ac quasi dñm nunq̃ habuisset, vt efficeretur totus inuentoris. Iura tñ humana ad scandala tollenda aliter disposuerunt, s. q̃ siquis thesaurum inuenit in prędio, siue loco proprio, aut in alieno. Si in proprio statim efficitur ipsius inuẽroris. Si autẽ in alieno, aut ille est locus priuatus, scilicet alicuius personę priuatę, vel est publicus, siue sacer. Si est locus priuatus, aut ille, qui inuenit a casu inuenit, vel, quia studio quęrebat putans esse ibi thesaurum. Si a casu inuenit dimidius fit inuentoris, & dimidius domini agri, siue loci. Si vero studiose qnęsiuit, & inuenit eum in agro alieno, totus thesaurus efficitur domini agri. Si autem locus est sacer, vel religiosus, & inuenit thesaurum quis fortuito ibi, totus est inuentoris, vt Instit. de rerum diui. in §. thesaurus, Et C. de thesauris, lib. 10. l. 9. & idem dicit glos. l. 14. q. 5. c. si quid inuenisti. talis autem lex erat tempore Christi, & ideo ille, qui thesaurum inueniebat in agro alieno emebat agrum, vt posset totum thesaurum pro se libere habere, & ad hoc vendebat vniuersa, quæ habebat, vt posset agrum emere pro precio thesauri.

An thesaurizare sit peccatum. Et an liceat parentibus pro filijs thesaurizare aliqua. Quæst. LXVII.

QVAERITVR an thesaurizare si pctm̃. Dicẽdũ est, q̃ hic sunt duo. Primum est an possit aliquis thesaurum facere. Secundũ est an liceat abscõdere illum. Circa primum dicendum, q̃ thesaurus accipitur iuxta nomẽ suum p auro deposito, vnde dr̃ thesaurus, i. positio auri, sed inde accipit p extẽsione, vt quãlibet pecuniã congestam, & repositam thesaurũ appellemus cuiusque metalli sit. Duo aũt importat thesaurus, s. multitudinem, & repositionem. Nam si pauca pecunia sit reposita thesaurus non appellabit, ẽt si multa pecunia cõgesta sit, & tñ ad vsum, & quotidianas

tidianas expẽsas assumatur non dr̃ thesaurus, quia nõ A
est reposita. De primo patet, quia Iob. 38. dr̃ nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti, s. quia niuis, & grandinis in loco suo copia magna congesta est. De secundo patet, quia dr̃ Psal. 32. congregans, sicut in vtre aquas maris, & ponens in thesauris abyssos, i. abyssi, quę sunt profunditates aquarum sunt velut in thesauris, eo q̃ sunt custoditæ in profundis, & Psal. 134. qui producit ventos de thesauris suis, i. Deus ducit ventos de latibulis occultis, s. de locis cauernosis in quibus gignuntur: ad quę loca hoĩes non accedunt, & sic sunt loca illa, quasi thesauri abscõditi. Et quia ea, quę diligenter abscõduntur ad aliquem finem reseruantur: requiritur ẽt ad rõnẽ B
thesauri, q̃ ad aliquid conseruetur, sicut dr̃ Iob 38. nũquid ingressus es thesauros niuis, & cętera, & sequit, quę reseruaui in tẽpore hostis in die pugnæ belli. Hoc mõ proprie, & stricte thesaurus dr̃ copia auri congesti, aut pecunię alicubi repositę ad aliquem finem reseruatę: interdũ tñ thesaurum vocamus pecuniam quantumcunque repositam ẽt si pauca sit. Vñ quidquid habent parentes, & non expendunt, sed reseruãt p filijs dr̃ thesaurus 2.Cor. 13. s. parentes debent thesaurizare filijs, & non filij parentibus, i. parentes debẽt aliquid reseruare in quo filij succedant eis morientibus. His suppositis dicendũ, q̃ si sumatur thesaurus large prõ quacunque pecunia reposita, quę non expenditur ẽt si pauca sit: liticum est thesaurizare, cum C
licitum sit parentibus ꝓgregare aliqua in quibus filij succedant: immo est debitum quoddã naturale, quia sicut parẽtes tenent̃ alere filios necessitate naturę, qñ paruuli sunt ne pereant, ita & cum fuerint adulti tenentur eis prouidere in aliquo, cum non possint p se oĩa ad sufficientiam hr̃e, nisi aliquid ab alijs acceperint, & ita dr̃ 2.Cor. 13. nec filij debent thesaurizare parentibus, sed parentes filijs, ergo parẽtes debẽt thesaurizare filiis, & sic tenentur, quia debere debitũ dicit, quod aũt debetur, necesse soluendum est: non tñ est tale debitũ quale illud quo tenent̃ ad alendũ eos, qñ paruuli sunt. An tñ, vt filiis thesaurizet teneat̃ pater manere in seculo, & impediatur aliquo tpe ingredi religionem, sicut impediretur nutrimento filiorũ D
paruulorum declaratum est supra 8.c.q.68. Etiã licitũ est thesaurizare reseruando aliquid, quod non est necessarium ad vsus quotidianos, pro necessitatibus, q̃ occurrere p̃nt extraordinarie: nam non est necesse, q̃ hõ solum illa habeat, quę ei necessaria sunt, p quotidiana sustentatione considerata conditione status sui, sed vltra aliquid reseruare licet. Si aũt accipiatur thesaurus pro magna copia auri, aut congestę pecunię, q̃ magna sit, non solum absolutę, sed ẽt ratione status personę. Dicendũ est, q̃ aut congeritur thesaurus ille, vt quis prę diuitiarum magnitudine potentior effectus cęteros subijcere sibi possit, aut ob aliam caulam. Si primo mõ non licet thesaurizare, quia mortale est, E
quia non solum magnas diuitias, sed paruas ad hunc finem possidere velle mortale est, & prohibet̃ Deut. 17. s. non habebit rex vxores plurimas, quę alliciant aĩum eius, nec argenti, & auri, immensa pondera, si ergo regi, qui potentior, & gloriosior esse debet, nõ licet thesaurizare, vt superbiat: a fortiori, nec cęteris licebit. Et patet, q̃ vetatur thesaurizare ad istum finẽ, quia immediate hoc dr̃: non multiplicabit sibi equos, nec reducet populũ in Aegyptum equitatus numero subleuatus. Si aũt ob aliam causam. idest propter necessitates, quæ in futurum euenire possunt, aut est illa magnitudo secundum conditionem personę thesauri: iuris, idest quia non excedit statum eius, aut excedit. Si non excedit non vr̃ esse pctm̃, saltẽ non est mortale, licet interdum posset esse veniale, & hoc, ni- A
si vt conseruet thesaurum illum cesset interdũ a subuentione pauperum in casu, in quo eis obligetur subuenire. Si aũt vltra conditionem status sui, & necessitatũ, quæ verisimiliter prę̃sumi p̃nt thesaurizare vult, pertinet ad auaritiam, q̃ñ non est pctm̃ mortale, nisi, vt istum thesaurum congreget velit acquirere iniuste, vel retinere, qñ tenetur pauperibus subuenire, & iste proprie peccat per super abundantiam solicitudinis de crastino supra 6.c. Ad secundum dubium dicendum, q̃ determinatio huius dependet a prę̃cedenti: nã thesaurum terrę infodere non est, nisi ad conseruandum illum, conseruare autem pecuniam non est illicitum, nisi qñ fuit illicitum illam congregare, & idẽ per prædicta apparebit, qñ fodere thesaurũ terrę peccatum sit. Aliqui autem putant semper hoc esse peccatum, quia thesaurus sic infossus perit, quod est inconueniens. Dicendum q̃ hoc est per accidens, quia qui thesaurum terrę infodit, non iõ infodit, vt periret, sed vt saluaretur, & tanto magis illud saluare voluit quanto magis occultauit, quia vero illo moriẽtẽ maneret thesaurus absconditus, & periret, per accidẽs fuit, iõ non redditur ex hoc actus occultantis illicitus, cum hoc non intenderit, sed potius contrarium. An vero thesauri aliqui sint terrę infossi, qui custodiant a dæmonibus quibus fuerint commissi, & cętera, quę circa hoc communiter astrui solent, libro nostro de natura dæmonum, vel de incitatione dicetur: si autẽ C
aliquis thesaurus sic terrę obruatur semper illicitum est, s. q̃ in operibus nostris dęmones præsidẽs habeamus, quod sine expressis pactis non fit. *Iterum simile.* Hic ponitur septima, & vltima parabola istarum, quę videtur ostendere statum finalem ecclesiæ, sin fine seculi in extremo iudicio, & dr̃. *Simile est regnum cælorum.* i. status ecclesię militantis. *Sagenæ missæ in mare.* Sagena genus retis est, quod magnam piscium copiam capiat, sic dicit Abacuc primo, s. propter hoc immolabit sagenę suę, quia in ea incrassata est pars eius, i. eam accepit multitudinem piscium, vel diuitiarum quibus incrassatus est. *Et ex omni genere piscium congreganti.* Idest suscipienti, quia indifferenter sagena suscipit non distinguens pisces quos capiat. *Quam cum impleta esset educentes.* Non enim prius sagena trahitur ad litus, quam piscatores putent eam plenam, vel non posse aliquid vltra prendere. *Et sedens litus sedentes.* i. iuxta litus: secus accipitur interdum pro aliter, & interdum pro iuxta, sicut supra in litera dicitur, q̃ semẽ aliud cecidit secus viã, i. iuxta viam, & Psal. 1. dr̃ quod plantarum est secus de cursus aquarum, i. iuxta decursus, iuxta litus pisces eliguntur, ne cogantur piscatores laborare foris rete trahentes, etiam vt puces malos quos abijciunt in mare proijciant.

Positio 7. parabolæ & eius expositio.

Elegerunt bonos in vasa sua. Idest posuerunt in suis repositorijs. *Malos autem foras miserunt.* Idest extra sagenam, & etiam in vasis suis illos non receperunt. *Sic erit in consummatione sæculi.* Hic applicat Christus parabolam istam ad propositum exponens eã, scilicet q̃ sic erit de hominibus bonis, & malis in fine seculi, sicut de piscibus collectis in rete. *Exibunt angeli* Ipsi sunt administratorij spiritus ad Heb. 1. & ideo facit quidquid Deus iubet Psal. 102. scilicet benedicite domino omnes angeli, potentes virtute ad faciendum vocem sermonum eius, & iterum, qui facitis voluntatẽ eius.

Et separabunt malos de medio iustorum. Hoc erit post sententiam datam in generali iudicio, quia ante hoc non erunt penitus separati.

Et mittent eos in caminum ignis Idest in flammã gehennę. *Ibi erit fletus, & stridor dentium* Idest per istas duas pęnas signantur omnes pęnę infernj, vt dictum est supra 8. capi. q. 37. & q. 38. & dicetur magis de his infra 25. cap.

Quid Christus intenderit per istam parabolam sagenæ, & ad quid ponit eam. Quæst. LXVIII.

QVAERETVR circa hoc quid Christus intēderit per istam parabolam, & ad quid ponit eam.

Quidam dicunt, quòd ista venit ad supplementum cęterarum, nam in pręcedentibus oñderat veritatem fidei, & prędicationis apostolicę & vigorem eius, hic autem agit de virtute morum, vt nō putemus per solam fidem sine ope posse saluari, quia fides sine opibus mortua est Iac.2 Sic dicit Chry. sup Mat. s. postquam per prædictas parabolas euangelicas prædicationem commendauerat, vt non confidamus in prædicatione solum, nec fidem solam nobis extimemus sufficere ad salutem, aliā parabolā subdit dicens, simile est regnum cęlorum sagenę, &c.

Sed dicendum, ꝙ licet hęc vera sint: tñ hic dubitādum non est de sensu parabolę, cum Christus illā exposuerit, & debet intelligi de vltimo statu ecclesię, immo de fine ecclesię, cuius finis est ipsa consummatio sęculi, & hoc, quia post legē noui testī nullū tempus erit, iō necesse est, ꝙ consummatio eius sit ipsum iudicium, & vniuersalis resurrectio. Et dr̄ regnū cęlorū ecclesia militans, nā ꝑ triumphanti non pōt accipi quia illa solos bonos habet, & qui semel ibi fuerit nūquam foris mittetur, & tñ de ista sagena multi foris mittuntur. Sic Grego. dicit in homi. ꝙ sępe in sacris scripturis regnū cęlorum pñtis tpis ecclesia dr̄. ista ecclesia dr̄ sagena, quia sagena in mare mittitur a piscatoribus, & piscibus impletur, mare aūt pñs sęculū est in quo quotidiana actionū nr̄arum fluctuosa turbatio est, & ecclesia militans solum est in hoc sęculo, sicut sagena in solo mari pisces colligit, & non in litore: piscatores sunt prędicatores, iō Christus qñ primos prędicatores vocauit dixit, faciam vos fieri piscatores hoīum supra 4.c. & sic pōt ēt sagena non solum ecclesia, sed ipsa prædicatio euangelica dici, quia sicut sagena ex multis filis sibi intextis contexitur, ita euangelica prędicatio testimoniis vtriusque testī inuicem se ꝛhentibus, & concatenantibus complectitur, nā sacra scripturta est, sicut rota in medio rotę Ezechi. 1. Sic dicit Hiero. super Mat. s. impletur Iere. Vaticiniū, s. ego mittam ad vos piscatores multos, & piscabuntur vos, postquam audierunt Petrus, & Andreas, Iacobus, & Ioānes sequimini me, faciā vos fieri piscatores hoīum contexuerant sibi ex nouo, & veteri testō sagenam euangelicorum dogmatum, & miserunt eā in mare huius sęculi, quę vsque hodie in medijs fluctibus tendirur, capiens de salsis, & amaris gurgitibus quidquid inciderit, i. bonos, & malos, & hoc Christus innuit. ꝗ. in litera, dicens omnis scriba doctus in regno cęlorū, idest in nouo testō, vel in ecclesia militanti, similis est patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera, i. probationes ex nouo, & veteri testō, vt cōiter solet exponi. Etiam sicut sagena pisces non discernit, sed pisces indifferenter capit, ita prędicator indifferētēr bonis, & malis verbum Dei proponit, nec est in potestate sua quis illo verbo capiatur, sed quem Deus in rete introduxerit ille capietur. Sic dicit Chryso. sup Mat. s. nam sicut qui retia iactat in aquā nescit quos pisces comprehensurus est, sic & doctor, qñ diuini sermonis retia super populum iactat, nescit qui sunt accessuri ad Deum, sed quoscunque Deus excitauerit illi adherent eius doctrinæ. Si aūt accipiatur ista sagena pro ecclesia militanti, ēt verū. ꝙ piscatoribus committitur, quia pastoribus, & prelatis, qui sunt piscatores commisit Deus totam hanc ecclesiā regēdā Act. 20. s. attendite vniuerso gregi in quo Spiritus Sanctus posuit vos episcopus regere ecclesiam Dei, q̄ acquisiuit Deus sanguine suo: intra hanc sagenā pisces multi colliguntur, quia doctrinę euangelicę multi credide-

Quare ecclesia militans sagenæ assimiletur.

runt, ēt plures, q̄ saluandi, vt dr̄ Psal. 139. s. annunciaui, & locutus sum, i. annunciaui verbum euangelicę prędicationis, & multiplicati sunt super numerū, i. super numerum saluandorum, quia maior est numerus credentium, q̄ electorum, & quia super multitudinem arenę maris crescunt credentes Psal. 138. s. dinumerabo eos super arenam, & multiplicabuntur, oēs tñ sic numerati non saluantur, quia multi sunt vocati, pauci vero electi. ꝗ. 20. & tñ quisquis saluari dēt, necesse est, ꝙ intra istam sagenam sit, quia sicut nemo ad litus trahitur, nec in vasa piscatorum reponitur, nisi qui sagenam intrauetit, ita nemo saluabitur, qui intra ecclesiam repertus non fuerit. De hoc dicit Grego. in hom. sancta ecclesia sagenę comparatur, quia & piscatoribus est commissa, & per eā quisque ad ęternum regnum a pñtis sęculi fluctibus trahitur, ne ęternę mortis profundo mergatur. quę ex omni genere piscium congregat, quia ad peccatorū veniam sapiētes, & fatuos, liberos, & seruos, diuites, & pauperes, fortes, & infirmos vocat. Dr̄ aūt, quā cum impleta eēt educentes, quia ecclesia vniuersalis militans in sęculo hoc manere permittitur quousque impleta sit, i. compleatur numerus electorum, non. n. fraudabitur superna Ierusalem mr̄ nostra numero ciuium quem prefiniuit inscrutabile Dei consilium: quo impleto ecclesia nō manebit: nam ecclesia simul bonos, & malos continet: mali autem propter seipsos non conseruantur, quia non sunt, nisi vt mittantur in caminū ignis, sed ideo reseruantur, quia bonis admixti sunt, & eis necessarij, vel vtiles sunt, vt patet in parabola zizaniorum. s. in lr̄a. Completo, ergo numero bonorū cum non sit necesse, vel vtile eōs manere hic: necesse est, ꝙ si ecclesia maneret, ꝙ pp solos malos maneret, sed Deus nihil agit pp solos malos, ergo necesse est, ꝙ completo numero electorum, finiat ecclia vlis militans, & sit pariter cōsummatio sęculi. Sic dr̄ ad Ephe. 4. vbi apls ponit oēs partes ecclesię ministeriales, quæ integrant, & regunt ecclesiam, s. quosdā quidem dedit apostolos, alios euangelistas, &c. & sequī donec occurramus in uirum perfectum: in mensuram plenitudinis Christi, i. durabit iste ordo ecclesiasticus quousque occurramus in virum perfectum, i. compleat corpus Christi mysticū, quod est congregatio oīum electorum sub capite suo Christo, hoc ergo est sagenā manere in fluctib⁹, i. ecclia militātē in pñti sclo quousq; impleat̄, s. nūerus electorū. Quòd aūt sagena ad litus trahit̄, est ecclesiā venire ad ꝓsummationē sęculi, quia iam nemo intrat in sagenā, qa null⁹ vltra intrat in ecclia, ibi aūt piscatores eligunt bonos in vasa, malos foras mittuut, qa in ecclia tā boni, q̄ mali sub vnitate fidei, & sacrorū cōione manebūt, sed boni in vase recondunt̄, i. in ęterna beatitudine recipiunt̄: mali vero mittunt̄ foras, i. non recipiunt̄ interi⁹: nā nunq̄ erūt intra ad hoc, ꝙ possint foras mitti, & tñ scriptura accipit, ꝑ eodē foras mitti, & nō recipi interius, siue foris manere, vt patet Luc. 13. s. ꝙ tendite intrare per angustā portā, qa multi quęrent intrare, & nō poterūt: cū aūt intrauerit pr̄ familias, & clauserit ostiū, incipietis foris stare, & pulsare, dñe a pi nobis, & rñdens dicet nescio vos, & sequī. ibi erit flet⁹, & stridor dentiū cū videritis Abraā, Isaac, Iacob, & oēs ꝓphetas ī regno Dei, vos aūt foras expelli. & sic prius dixit, ꝙ nō apireē eis ostiū, & postea dixit, ꝙ foras mitterent̄, quasi idē sit vtrūq;. De hoc Greg. in hom. dicit: sagena tūc vlr̄ impleē, cū in fine suo hūani gñis summa ꝓcludī, sicut. n. mare sclm, ita finē sclī signat litus maris, in quo, s. fine boni pisces in vasis eligūtur: mali, pijciūtur foras, qa electus quisq; in tabernacula ęterna recipit̄, & ęterni regni luce perdita ad exteriores tenebras re ꝑbi retrahunt̄: nūc. n. malos bonos, qa quasi ꝑmixtos

pisces fidei

pisces fidei sagena cōtinet, sed litus indicat qd sagena Ecclesię detrahebat. Sciendū tñ, ꝙ nō manet eadem omnino similitudo sagenæ ad Ecclesiam, quia piscatores pisces bonos a malis secernunt in litore, qui eos in sagena sua ceperunt in ęquore, nunc vero prædicatores diuini verbi in Ecclesia pisces capiunt, quia homines piscantur, supra 4. & Luc. 5. & tamen nō secernent ipsi malos a bonis in litore, sed potius erunt de numero secernendorum, quia Angeli hoc facient, vt patet in litera, s. exibūt Angeli, & separabunt, &c. Ratio huius est, quia in hac vita quidam homines sunt ministri Dei respectu aliorum, sicut ipse ordinauit principatum in Ecclesia quosdam quidem dans Apostolos, alios Prophetas, alios Euangelistas, alios Pastores, & Doctores ad cōsummationem ministerij, 1. ad Corinth. 12. & ad Ephes. 4. Post istud autem sæculum alijs ministris Deus vtitur, cum iam non sit necessarium ministerium hoīs alteri homini, & conuenientiores ministri sunt ad hoc Angeli, q̄ homines, qa homines sunt ipsi, qui discernentur, siue boni, siue mali, sicut de Angelis ante facta est discretio, quia in sui principio boni steterunt, mali vero ceciderunt, & postea nulla mutatio facta est status in eis.

In quo differt ista parabola ab illa tritici, & zizaniorum. Quæst. LXIX.

QVAERETVR in quo differt ista parabola a parabola tritici, & zizaniorum. Nam magna similitudo est in eis, quia sicut ibi triticum, & zizania simul manent in agro, ita hic in sagena boni, & mali pisces simul manent. Secundo, quia sicut ibi tempore messis separantur zizania a tritico, ita hic in litore secernuntur boni a malis. Tertio, quia sicut ibi horreum suscipit triticum, & zizania foras manent, & cremantur, ita hic boni pisces reponuntur in vasis, mali autem foras mittuntur. Quarto, quia vtrobique ponit Christus de Angelis suis, quòd segregabunt bonos a malis, & mali mittentur in caminum ignis vbi erit fletus, & stridor dentium, & in alijs parabolis non ponit hoc, vnde nō reperitur inter aliquas duas aliarū tanta similitudo, sicut inter duas. Dicendū, ꝙ est similitudo inter istas parabolas in modo, & tamē differūt in fine suo, quia per parabolā zizaniorū licet oēs mali significari possint, tñ præcipue signantur hæretici, & ob hoc zizania sunt, quia ab alijs discrepant: nam sicut triticum, & zizania aliquam similitudinem habent a principio, qñ sunt herbæ, vt dicit Hiero. postea in formatione spicarū distinguuntur, ita hæretici intra Ecclesiā se occultant sub velamine vnitatis fidei, postea tñ ꝑ erronea dogmata sua a Catholicorū Ecclesia se discretos esse ostēdunt. & sic ponitur ibi principaliter pęna hæreticorum, & schismaticorum: hic aūt agitur de iniquitate operis, s. quia licet rectitudo fidei teneatur, nō sufficit ad vitā æternā, nisi qsq; bonus piscis esse voluerit, & iō hic non ponitur alia diuersitas piscīū, nisi ꝙ quidā boni, & alij mali erant, intra eandem tñ sagenam vtriq; continebantur. Sic dicit Chrys. super Matth. s. quid aūt distat ista parabola a parabola zizaniorū, & hic quidem, & illic saluantur: hic autem pereūt, sed illic quidem propter prauorum dogmatum hęresim, hic aūt ꝓpter vitę neqtiā propter quā quāuis in piscatione capti, i. cognitione Dei fruentes nō pñt saluari. Aliter pōt dici, ꝙ ēt si vtraq; parabola intelligatur de oībus malis, differt ista ab illa, quia ista ponitur contra malos q̄ solum mali sunt, alios tamen non perturbāt, illa autem ponitur contra malos, quorum malum est principium, quòd bonos infestant, & diuersa quidem pœna istorum est saltem in magnitudine. Et hoc patet, quia hic dicitur de piscibus bonis, & malis, qui intra eandem sagenam sunt, & nulla aduersitas fieri ponitur his ab illis, in parabola enim zizaniorum non dixit Christus triticum bonum est, & triticum malum, sed triticum, & zizania: nam non solum zizania non prosunt, sed quod deterius est tritici finceritatem corrumpūt, & agrū in quo sunt lędunt, & ideo diligenter segregantur. Et hoc aliqualiter patet, quia in expositione parabolæ zizaniorum, dixit Christus, mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, scandalum autem dicit offensionem, & aliquid nociuum: hic autē nihil de scandalis dicitur, sed solum de bonis, & malis, scilicet, quòd separabunt Angeli malos de medio iustorum, ideo conueniens fuit poni istas duas parabolas distinctas.

Quomodo dicitur, quòd exibunt Angeli, & separabunt malos, quia infra dicitur, quòd Christus separabit eos. Et quæ Deus per seipsum, & quæ per ministros suos faciat. Et quòd in die iudicij duplex erit separatio. Quæst. LXX.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, ꝙ exibunt Angeli, & separabunt malos, &c. qa infra 25. dr̄ ꝙ Christus illos separabit, s. sedebit filius hominis in sede maiestatis suę, & congregabuntur ante eum oēs gentes, & separabit eos, sicut pastor segregat oues ab hędis. Dicendum est, ꝙ Angeli realiter faciēt istā separationem, qa ita dr̄ hic, & supra in litera, & tñ Christus dicetur eā facere, qa imperabit illā fieri, sicut dr̄ ꝙ Salomon ædificauit, vel fundauit templum Dñi, 3. Reg. 6. Idest, Aedificari iussit operariis. Pro quo sciēdum, ꝙ aliqua sunt q̄ solum ꝑ Deum fieri possunt, eo ꝙ exigunt infinitā potestatem, sicut creare sæculum, suscitare mortuos, iustificare impiū, & gñaliter quodcunq; miraculū facere, cū oīa exigāt infinitā ptātē, sed illa nō pōt cōicare creaturæ, qa cōicaretur ei eē Deū, iō qñ talia dr̄ Deus facere, tenendum est, ꝙ ꝑ seipsum agit. Alia aūt sūt q̄ ꝑ alios fieri pñt, vt cōseruare hoīes a ptāte dæmonū, eripere a periculis, mouere de loco ad locū, apparere, loqui, reuelare secreta, & similia, & de talibus dicendum est, ꝙ Deus non facit illa per se, sed per ministros, quia ad dignitatem magni Domini spectat multos habere ministros, qui faciant quod ipse vult, ne cogatur per se omnia facere, quia tunc non distingueretur seruus a Domino, & subditus a principante: nemo aūt plures ministros habet q̄ Deus, Dan. 7. s. Millia millium ministrabant ei, immo non est numerus eorū, Iob 25. s. Nūqd est numerus militū eius, i. ministrorū q militāt ei, i. ministrāt. & isti faciūt quod ipse iubet, Psal. 102. s. Benedicite Dño oēs Angeli eius, potentes virtute; facientes verbum illius, sic autē est segregare malos de medio iustorū, & ponere eos in camino ignis: iō non facit hoc Deus ꝑ se, sed iubet, & quātū ad hoc facere dr̄, quia est principium a quo est motus, sic interdū ꝙ exibunt Angeli, s. mādante Christo, sic dr̄ supra in lr̄a, mittet filius hoīs Angelos suos, & colligent de regno eius oīa scādala. Sic dicit Chrys. sup Mat. Exibunt Angeli, &c. quāuis alibi dicat, ꝙ ipse segregabit eos, sicut separat pastor oues, sed hic Angelos hoc facere dicit, sicut in parabola zizaniorum, s. ꝑ imperiū, sicut ibi, immo eadem separatio erit ista, & illa, quia vtraq; est ipsa discretio malorum a bonis in finali iudicio. Aliter potest dici, ꝙ duplex separatio erit in iudicio bonorum a malis, vna erit ante iudiciū qua scilicet boni statuentur ad dextram, & mali ad sinistram, vt ibi iudicentur, alia erit cum finito iudicio colligentur boni ad vitam æternam, & mali ad gehennam. Primam faciet Christus ꝑ se per solam volūtatē iubēs. Secūda fiet executiue ꝑ Angelos, & de vtraque patet, ꝗ. 25. Nā de prima dr̄ ꝙ sedebit filius hoīs in

sede

ſede maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum om
nes gentes, & ſegregabit eos, ſicut paſtor ſegregat
oues ab hędis: & poſtea ſequitur ibi diſceptatio iudi
cialis, ſcilicet, quid Chriſtus dicet bonis, & quid ma
lis, & poſtea cōpleto iudicio ſequitur ſeparatio alia, ſ.
ibunt hi in ſupplicium æternum: iuſti autem in vitā
æternam. De iſta ſecunda ſeparatione non dicitur ibi
per quem fiet, & iſta eſt de qua dicitur, quòd fiet per
Angelos, quia idem eſt quod ibi dicitur, ibunt in ſup
plicium æternum, & quod hic dicitur, ſ. mittent eos
in caminum ignis, & tamen non eſt inconueniens
vtranque ſeparationem fieri executiue per Angelos,
imperatiue autem per Chriſtum, vt dictum eſt præ
cedenti ſolutione.

Qui ſunt iſti Angeli, qui ſeparabunt malos de medio iuſtorum. Quæſt. LXXI.

QVAERETVR qui Angeli ſunt iſti qui ſepara
bunt malos de medio iuſtorum. Aliqui dicūt,
q̄ erit ſeparatio iſta ad hoc, q̄ ſingulis detur lo
cus debitus, & quia tam bonis, q̄ malis locus aſſignan
dus eſt, dicunt q̄ Angeli boni portabunt bonos ad vi
tam æternam. Angeli autem mali portabunt malos,
quia ad ipſos pertinet eſſe miniſtros penarum, ga ma
li illos habebunt in pœnis tortores, quos in peccatis
habuerunt incentores, & tñ Angeli boni nō tentant
hominem ad malum, ſed Angeli mali, quorum offi
cium eſt tentare: vnde tentatores vocantur ſupra 4. ſ.
Et accedens tentator: nihil aliud enim occupationis
habēt, niſi quærere quomodo nos deuorent, 1. Pet. 5.
ſ. Aduerſarius veſter diabolus circuit quærens quem
deuoret, ergo mali Angeli cruciabūt ibi peccatores.
Etiam quia non competit dignitati Angelorum bo
norum, q̄ ipſi ſint miniſtri in pœnis damnatorum, ſed
excellentior adminiſtratio eis competere debet. Sed
dicendum, q̄ nō ſtat, de bonis enim an poſt iudicium
ab Angelis bonis portentur ad locum beatitudinis di
cetur infra 73. q. De malis aūt dicendum, q̄ non ſepa
rabūtur a bonis in myſterio malorum Angelorū, ſed
bonorū: nā dr̄ in litera, exibunt Angeli, & ſeparabunt
malos. Dæmones tñ nō vocant̄ in ſacra ſcriptura An
geli abſolute, ſed Angeli mali, vel ſpiritus nequam, vt
Pſal. 77. ſ. Miſit in eos irā indignationis ſuæ, immiſſio
nes p̄ Angelos malos, & 1. Pet. 16. & 18. dicuntur ſpiri
tus mali, vel nequam, & tamen hic vocantur Angeli
abſolute, Angeli ergo boni ſunt. Item ga ſupra in lr̄a
dr̄, mittet filius hoīs Angelos ſuos, & tñ dęmones nō
vocarentur Angeli Dei, ēt ſi vocarent̄ Angeli abſolu
te. De Angelis malis dicendū, q̄ non pertinet ad eos
punire damnatos poſt diē iudicij, ſed hic nobis in via
deputati ſunt Angeli mali ad exercitiū noſtrū tentan
do, & vexando, & nocendo, & iō ēt in inferno ipſi aīas
damnatorū interim torquent, & de hoc intelligit̄ il
lud, ſ. q̄ eoſdem habebunt in pęnā tortores, quos ha
buerūt in culpa incentores. Poſt diem aūt iudicij ceſ
ſat oīs miniſtratio dæmonū, vnde ipſi nō torquebunt
aīas, ſed ipſi torquebunt̄, ſicut & damnati, & nō torq̄
bunt̄ ab Angelis bonis, ſed Deus ſuccendet, i. iubebit,
q̄ maneat incenſus ignis ille inferni in æternum, &
damnati alligati illi igni torquebunt̄ ſemper manen
tes, quia tamen poſt iudicium reducendi ſunt ad ge
hennam ad quam ipſi ſponte non ibunt, neceſſe eſt,
q̄ ab aliquo portent̄, & ga Angeli mali in animo hñt
miniſtrationē ſup damnatos, portabunt eos Angeli
boni, & relinquent in pęnis, vbi nullo tortore poſtea
indigebunt, ſed diuina iuſtitia ſuccendet ignem, vt
dictum eſt, nunc tamen ante diem iudicij cum com
petat dæmonibus torquere malos, ipſi quoque por
tant animas eorum ad gehennam.

F *Quomodo dicitur hic quòd Angelus Domini ſeparabit malos de medio iuſtorum, quia tunc non erunt mali cum iuſtis mixti, ſed ſeparati ab eis. Quæſt. LXXII.*

QVAERETVR quomodo dicitur hic, q̄ Ange
lus Dñi ſeparabit malos de medio iuſtorum,
ga q̄ñ fiet extremum iudicium, nō erunt mali
inter iuſtos ad hoc q̄ ſeparari poſſint de medio eorū,
ſed iuſti erūt a dextris, mali autem a ſiniſtris, infra 25.
ſ. ſegregabit eos, ſicut ſegregat paſtor oues ab hędis,
& oues quidem conſtituet a dextris, hędos aūt a ſini
ſtris, & ibi dr̄ quid loquitur his qui a dextris ſunt, &
q̄d his qui ſunt a ſiniſtris. Dicendum, q̄ iſta ſeparatio
non refertur ad id, quod fiet poſt iudicium, ſed ad id,
G quod fiet ante iudicium: nam ante generalem reſur
rectionem mali mixti ſunt bonis, nec pñt vnq̄ penitus
diſcerni, in reſurrectione autem incipient diſcerni: nā
poſt iudicium erunt penitus ſeparati, quia mali in ge
henna, boni vero in vita æterna erūt, in iudicio autem
diſcerni incipient, ſ. quia boni erunt a dextris, mali au
tē a ſiniſtris, infra 25. Ētiā boni erunt ſurſum, i. in aere,
mali vero deorſum in terra, 1. ad Theſſ. 4. ſ. Rapiemur
obuiam Chriſto in aera, & ibi cum Dño erimus. An
geli autem dicuntur ſeparare malos de medio iuſto
rum, quia (vt quibuſdam placet) talis ſeparatio vtraq;
fiet p̄ Angelos: dato tñ q̄ prima iſtarū fiat voce Chri
ſti ſolum, & ſine Angelorū miniſterio, eſt verū q̄ An
geli ſeparabunt malos de medio iuſtorū, quia ſepara
H tio ab eis incipiet: nā vſq; ad mortē mali ſimul cū bo
nis manēt, & ēt in morte ſepulti ſimul iacent, & quia
reſurrectio quantum ad cōgregationem cineris corpo
rū defunctorū dr̄ futura miniſterio Angelico, ipſi
incipient ſeparare malos a bonis, & conſummabunt
ſeparationē hanc, q̄ñ mittent eos in caminum ignis.
Si aūt dicatur, q̄ refertur hoc ad extremam ſeparatio
nem, ſolū quia dr̄, q̄ ſeparabunt malos de medio iu
ſtorum, & mittent eos in caminū ignis. Dicendum, q̄
ſeparant malos de medio iuſtorum, nō tanḡ eſſent in
medio iuſtorū, ſed vt nō ſint amplius in medio iuſto
rum, ſicut prius erant, ga iſte eſt modus loquēdi ſcri
pturæ, ſicut dr̄ ſupra in lr̄a, ſ. malos aūt foras miſerūt, i.
nō receperūt interius, & ſimile Luc. 13. dr̄ de malis, q̄
I videbunt bonos diſcumbere in regno Dei, ſe autē fo
ras mitti, & tamen non poterunt foras expelli, quia
nunq̄ intus erunt, ſed dicitur expelli, i. nō recipi intus

Quare non dicitur de gloria bonorum, & quomodo portabuntur. Quæſt. LXXIII.

QVAERETVR cum dicatur hic de ſeparatione
malorū, & bonorū, & ponitur pęna malorū, &
q̄ mittētur p̄ Angelos in caminū ignis, quare
nō dr̄ de gloria bonorum, & qūo portabunt̄. Dici pōt
vno modo, q̄ hoc fuit quia Chriſtus poſuit ſupra, ſi
milē oīno parabolā de zizanijs, & ibi de vtriſq; dixe
rat, ſ. q̄ eos q̄ faciēt iniq̄tatē mittent in caminū ignis
vbi erit fletus, & ſeqtur: Tunc fulgebūt iuſti, ſicut Sol
in regno p̄ris eorū, iō nō repetiuit hic Chriſtus: princi
palius n. intēdebat hic innuere pęnā malorū, q̄ gloriā
bonorū, ga magis hoīes impfecti extrahuntur a malis
timore pœnarū, q̄ deſiderio gloriæ acq̄rendæ, magis
ergo inſiſtit cōminationi pœnarū. Sic dicit Chry. ſup
Matth. ſ. Ne audientes q̄ñ malos foras miſerunt æſti
ment hanc pœnā nō eſſe periculoſam, p̄ expoſitionē
eius grauitatē oñdit dicens, ſic erit in cōſummatione
ſęculi, &c. Tertio, ga de malis dr̄ hic, quomodo p̄ An
gelos mittent̄ in caminū ignis, & ſeparabuntur a bo
nis: boni tñ nō ſeparabūtur miniſterio Angelorū, ſed
p̄ ſeipſos ibūt ad gloriā ſuæ beatitudinis. Rō diſſimi
litudinis eſt pp duo. Primo, ga mali inuolūtarie ibūt ad
loca

loca pœnarum, & oportet, q̄ trahantur. Secūdo, quia A
corpora eorum ſunt grauia, & nō poterunt velociter
ire ad loca gehennæ, ſi per ſe eundū eſſet, ideo ab An
gelis, qui potentis, & velocis naturæ ſunt portabūtur.
De bonis autē ſecus erit: nam ipſi voluntarie ibunt ad
loca ſua, eo q̄ ad gaudium vadunt ad quod nemo in
uitus vadit. Secundo, quia facile eſt eis ſubito ire, quo
voluerint, ꝓpter dotem agilitatis, ita vt facilius ſit eis
moueri, q̄ igni ſurſum, & ideo nullo adiutore egebūt,
vt ad loca beatitudinis vadāt, & hoc innuitur 1. Theſ
ſal. 4. vbi dicitur, q̄ boni ibunt in iudicio cum Domi
no in aere, quod non poterit fieri ſine dote agilitatis,
ideo licet mali ab Angelis portabūtur ad loca ſua, nō
erit neceſſe, q̄ boni ab aliquibus portentur: vnde non
oportuit de eis hic quicquā dici ſicut de malis. *Intelle-
xiſtis.* Hic ponitur concluſio intenta in omnibus iſtis
parabolis: nam ideo Chriſtus iſta loquebatur, vt Apo
ſtoli illa intelligerent, ideo dixit. *Intellexiſtis hæc omnia.*
Ideſt, Omnes iſtas parabolas. *Dicunt vi etiam.* Ideſt, Ita,
hoc autem ſolis Apoſtolis dicitur. *Ait illis, Ideo
omnis ſcriba doctus.* Ideſt, Omnis Doctor literatus, & in
ſtructus: nam ſcribam Hebræi vocāt ſapientem, ſicut
expreſſe ſapientes magos vocant. *In regno cœlorum.* Id
eſt, in Eccleſia militanti, & maxime in nouo Teſta
mento. *Similis eſt homini patrifamilias.* Scilicet, Quantū
ad hoc q̄ profert noua, & vetera. *Qui profert de theſau-
ro ſuo noua & vetera.* Ideſt, Paterfamilias cui incumbit
cura alendæ familiæ debet habere aliquid repoſitum
ad ſuſtentationem, & illud vocatur theſaurus, & in il- C
lo ſunt noua, & vetera, ideſt, moneta noua, & vetus, ga
theſaurus copiam quādam dicit, & ideo ibi debet eſſe
de nouis, & veteribus, ita qui plene doctus eſt, debet
de theſauro cordis ſui proferre noua, & vetera, & hoc
dixit propter multitudinem parabolarum, ſ. non ſuf
ficiebat dici vnicam parabolam, nec vnicam intelli
gi, ſed multas dici, & intelligi, ga qui doctus eſt debet
ſcire, & dicere noua, & vetera, i. de omni genere rerū.

Quare Chriſtus quæſiuit hic intellexiſtis hæc omnia. Quæſt. LXXIIII.

QVAERETVR, quare Chriſtus quæſiuit hic in
tellexiſtis hęc omnia. Dicendum, q̄ omnes pa- D
rabolas ſupra poſitas Chriſtus diſcipulis,
& toti multitudini proponebat, nunc vero recedente
turba, vt ait Chryſo. Chriſtus iſta ſolis diſcipulis dixit:
nam non quæreret Chriſtus a turbis, an intelligerent
hæc omnia cum ipſe nollet, quòd hæc oīa intelligere
rent, vt patet ſupra in litera, ſ. vt videntes non videant.
Etiam patet, quia reſpōderunt iſti, quòd intelligebāt
hæc oīa, & tñ turbæ non intelligebant hæc. Sic dicit
Hieron. ſuper Mat. ſ. ad Apoſtolos enim proprie ſer
mo eſt, quos non vult audire tñ, vt populum, ſed in
telligere, vt magiſtros futuros. Aliqui autem dicunt,
quòd quæſiuit, an intelligerent, quia Chriſtus dixerat
eis ſeptem parabolas, & quaſdam earum expoſuerat,
alias autem non, vt ergo appareret an intelligerent E
eas quas nō expoſuerat, quæſiuit an intelligerent hæc
omnia, ideſt, an maneret aliqua parabola non intelle-
cta. Iſtud aliqualiter videtur veriſimile, quia quarūdā
parabolarum expoſitio apparet in litera, aliarum autē
non, & tñ dicendum, quòd Chriſtus oēs parabolas ex
poſuit Apoſtolis, ga Mar. 4. dicitur, quòd talibus mul
tis parabolis loquebatur illis verbum, prout poterant
audire, ſeorſum autē diſcipulis ſuis diſſerebat omnia,
ergo etiā iſtas parabolas omnes in ſecreto exponeret.
Sed dicendū, quod dixit propter duo. Primo, vt oſten
deretur, an etiā ipſarū expoſitionem intelligerent, ga
quidā adhuc ita rudes erant, quòd ēt expoſitas res nō
intelligebāt, & iō q̄rit ab eis, an ſatisfactū fuerit intel-

lectui eorum per expoſitionem iſtarum parabolarū. A
Secūdo, & principalius dixit hoc Chriſtus ad inferen
dum concluſionem, quæ in litera habetur: nam cum
eo quærente, an intellexiſſent omnia, dixiſſent Apo
ſtoli, quòd intelligebant, ſubintulit Chriſtus, ideo om
nis ſcriba doctus in regno cęlorum, &c. q.d. Tales vos
eſſe oportet, vt non ſolum vnam, vel aliquam iſtarum
parabolarum intelligatis, ſed etiam omnes, quia om
nis ſcriba doctus debet proferre de theſauro ſuo no
ua, & vetera, ideſt, rerum varietates.

Quæ ſunt iſta noua, & vetera, quæ debet proferre ſcriba doctus. Quæſt. LXXV.

B QVAERETVR quæ ſunt iſta noua, & vetera, quę
debet proferre ſcriba doctus. Dicitur cōiter, q̄
intelligitur ſcientia noui, & veteris Teſtamen
ti, in quo docti eſſe debent, q̄ ſapientes vocari volunt.
Et ſic dicit Nic. q̄ ob hoc Epiſcopi, q̄ ſunt ſucceſſores
Apoſtolorū debent habere notitiā vtriuſq; teſtamen
ti, in cuius ſignū portant mitram in capite cū duplici
cornu. Idem vult Aug. lib. de q̄ſt. Euā. dicens, q̄ iſta pa
rabola exponit illā parabolā de theſauro abſcōdito in
agro, & dicit noſe theſauri ſacrā ſcripturā intelligi, il
le autē profert de theſauro ſuo noua, & vetera, q̄ ſcri
pturas veteris teſtamenti ſub parabolis, & ænigmati
bus cōtentas intelligere, & explicare notit, ſicut nūc
Matt. parabolas iſtas expoſuit, accipiens formā expo
nendi ab iſtis parabolis quas Chriſtus expoſuit, & di
cit, q̄ in hoc Chriſtus innuit, ea q̄ de ipſo in veteri te
ſtamento dicta erāt parabolis eſſe operta: nam ſi ea q̄
nunc ipſe loq̄batur parabolę erant, & expoſitione in
digebant. a fortiori ea q̄ longe ante eum de ipſo dicta
fuerant eſſent parabolis, & ęnigmatibus plena, iō vult
Aug. q̄ Chriſtus illū vocat ſcribā hic doctū q̄ ſciuerit
parabolas, & obſcuritates veteris teſtamēti exponere
in alio ſenſu, q̄ appareat, & iō dicit, q̄ Iudæi, ga ad lite-
ræ corticem oīa intelligere volunt, ſapientes eſſe no
luerunt. Eundem ſenſum quaſi faciunt Hieron. Hila.
& Greg. ſed Hiero. vult, q̄ Apoſtoli ſapiētes ſunt, quia
noua, & vetera, p̄ferunt, ſ. ea q̄ de nouo teſtamento, p̄
ferunt, p̄bant auctoritatibus veteribus, p̄phetarū cum
ait, eijciētes de theſauro doctrinarū ſuarū noua, & ve- D
tera, vt quicquid de Euāgelio p̄dicabant legibus, & p̄
phetarū vocibus cōprobarēt: vnde ſponſa dicit in Cā
tico Canticorū: noua cū veteribus fratruelis meus ſer
uaui tibi. Aliter ēt exponit Greg. dicens, q̄ p̄ noua in
telligunt̄ ea, q̄ pertinent ad grauitatē pœnę, q̄ antiqua
eſt homini, & innuit, q̄ p̄dicator doctus eſt, q̄ ſcit p̄di
care de pœna, & gloria, quia ita Chriſtus prius poſuit
de ſuauitate glorię in parabola de theſauro, & marga
rita, deinde de pęna gehēnę in parabola ſagenę cū ait,
ille in ſancta Eccleſia doctus p̄dicator eſt, qui & noua
ſcit p̄ferre de ſuauitate regni, & vetuſta dicere de ter
rore ſupplicij, vt vel pęnę terreant quos p̄mia non in
uitant. Dicendū tñ, quòd licet iſti ſenſus videantur cō
uenientes, & maxime ſenſus Hiero tñ alius vr̄ conue- E
nientior, ſ. q̄ nō loquat̄ Chriſtus hic de nouo, & vete
ri teſtamento. Et patet. Primo, quia q̄ñ Chriſtus dixit
noua, & vetera manifeſtū eſt, q̄ ad literā nō pōt intel
ligi de nouo, nec de veteri teſtamento, quia Chriſtus
loquit̄ ibi de p̄refamilias, q̄ hēt curā familiæ, & iō hēt
theſaurū ad ſuſtentationē, & de illo p̄fert noua, & ve
tera, i. monetā nouā, & veterē, iō licet ſcriba doctus in
regno cęlorū dēat ſimilis eſſe patrifamilias in aliquo,
nō eſt neceſſe q̄ p̄ferat noua, & vetera, ſed q̄ ſicut q̄ñ
pater familias hēt theſaurū, de quo p̄ferat noua, & ve
tera, theſaurus ille eſt copioſus, ita ſcriba doctus de
bet eſſe copioſus in his, quæ ad ſcientiā ſuā pertinent:
an illa vere ſint noua, vel vetera, vel aliquid aliud non

colligitur de parabola ista, siue ex verbis Christi. Secundo, quia si Christus loqueretur nobis, vel de nobis qui nunc sumus, staret ipse sensus cõuenientior, quia nobis est necessaria sapientia noui, & veteris Testamenti, & ille sapiens vere est in Ecclesia, qui in sensu vtriusque copiosus est, & tamen Christus loquebatur de Apostolis, vel de seipso nunc, quia ipse est qui varietatem istarum parabolarum protulerat, in quo similis erat patrifamilias proferenti noua, & vetera de thesauro suo. Vel Apostoli, qui intelligebant varietatem istarum parabolarum, erant docti scribæ, quia in thesauro pectoris sui multa habebãt, cum multa possent intelligere, & tamen Christus, & discipuli non proferebant testimonia de nouo, & veteri Testamento, eo ꝓ scriptura noui Testamenti tunc nulla erat, quãdo ista dicebantur, vnde nec poterat allegari. Tertio, & præcipue, quia Christus intulit hoc ex præcedentibus, velut cõclusionem: nam cum quæreret an intellexissent parabolas, & illi dicerent, ꝓ intelligebãt ait: ideo omnis scriba doctus, &c. & sic videtur ꝓ intelligẽdo parabolas istas proferebant de thesauro suo noua, & vetera. Dicendum ergo videtur, ꝓ Christus nihil aliud voluit significare per hoc, ꝓ est proferre noua, & vetera, nisi copiam intelligentiæ, scilicet, ꝓ ipse protulerat multas parabolas differentes sensu, & modo locutionis, quæ non poterant proferri, nisi ex abundantia sapientiæ cordis sui, & talis debet esse quilibet doctus in Ecclesia, qui varia sciat dicere, & docere, & non solum circa vnum genus rei. Et iam discipuli cum iam intelligerent omnes istas parabolas docti erant, quia varietates rerum intelligebãt. Et sic est sensus verborum Christi, ideo omnis scriba, &c. idest, quia dicitis, ꝓ intelligitis hæc omnia quæ dixi vobis, dico vobis, ꝓ talis debet esse omnis, qui sapiens in Ecclesia esse debet quales vos nunc estis, scilicet, vt sciat de thesauro proferre noua, & vetera, intelligendo varia, & docendo. Quòd autem ista copia doctrinæ sit potius in scriptura noui, & veteris Testamenti, quàm in aliis doctrinis verum est, quia istæ sunt sacræ literæ, & tamen non solum requiritur eruditio in his, sed etiam in sæcularibus literis, sine quibus non potest quis copiose, immo nec mediocriter instructus esse in diuinis literis. Sed supposito, ꝓ intelligeretur de nouo, & veteri Testamento, quomodo staret, quia tunc Abraham, & Moyses, & Prophetæ non dicerentur scribæ docti, quia non potuerunt noua proferre, quia nondum erant. Dicendum, quòd exponendo, vt nunc expositum est, nulla est difficultas, quia isti habuerunt plenam cognitionem de omnibus, quæ necessaria erant ad salutem tempore suo, non solum ad hoc ꝓ ipsi scirent, sed etiam ad hoc ꝓ alios possent instruere, & hoc sufficit ad esse scribam doctum, non tamen est eadem sapiẽtia omnium temporum, & ideo licet nobis ad esse doctos scribas sit necessaria scientia vtriusque testamenti, non erat tunc necessaria. Si tamen supponatur, ꝓ noua, & vetera sint scientia noui, & veteris Testamenti. Dicendum, ꝓ Christus non loquebatur de præcedentibus, sed solum de illis, qui tunc erant, quibus necessarium erat, sic esse doctos scribas: vnde dicit Gregor. sed si per nouum, & vetus quod dicitur vtrunq; testamẽtum accipiatur, Abrahã doctũ fuisse negamus, qui & si noui, & veteris Testamenti facta nouit, verba tamen minime nunciauit. Moysem quoq; docto patrifamilias comparare non possumus, quia, & si vetus Testamentum docuit, noui tamen dicta non protulit. & respondet dicens, sed in eo quod hic dicitur intelligi valet, quia non de his, qui fuerant, sed de his, qui in Ecclesia esse poterant loquitur, prædicamenta vocibus, & moribus loquuntur.

F *Quare Christus dixit hic noua, & vetera mutato ordine.*
Quæst. LXXVI.

QVAERETVR cum vetera sint ante noua, quare Christus dixit hic noua, & vetera, mutato ordine. Dici potest, ꝓ mutatio ordinis circa ista nihil differre facit, & sine vllo mysterio etiã talia fiunt, quia non est necesse, ꝓ eo ordine loquamur de rebus, qualem in essendo habuerunt secundũ tempus. Aliter dicit August. 2. de Ciuitate Dei, ꝓ dixit ad ostendendum dignitatem noui Testamenti super vetus, s. non dixit vetera, & noua, quod vtique dixisset, nisi maluisset meritorũ ordinẽ seruare, q̃ tẽporũ. Aliter põt dici, & magis ad propositum literæ, s. ꝓ
G quando Christus dixit noua, & vetera locutus est de thesauro patrisfamilias, in quo est moneta vetus, & noua, & quia noua abundant magis, q̃ vetus, prõptius est de thesauro patrisfamilias noua, q̃ vetera proferre, quod ergo communius frequẽtius, & promptius est prius nominauit, & ista videtur esse ratio literalis.

Qui vocantur scribæ docti, & quare. Et qui sit scriba.
Quæst. LXXVII.

QVAERETVR qui vocantur hic scribæ docti, & quare. Dicendum, quòd loquitur hic Christus Apostolis, vt vult Hierony. ideo eos scribas appellauit, quia intellexerant omnia, quæ Christus dixe-
H rat. Aliqui enim volunt, ꝓ discipuli vocantur scribæ a scribendo, quia erant notarij Christi scribentes dicta, & gesta eius. Sed non stat, quia hoc solum Euãgelistis cõpeteret, de quibus tm̃ erant tunc p̃sentes, s. Ioãnes, & Matthæus, Christus tn̄ oĩbus discipulis loquitur, & non solum illis, sed etiam multis alijs, quia dixit, ideo omnis scriba doctus, &c. Hierony. tamen vocat eos scribas, idest, notarios Christi metaph. dicens Apostoli instructi dicuntur scribæ, quasi notarij Saluatoris, qui verba illius, & præcepta signabant in tabulis carnalibus cordis, & tunc omnibus discipulis, & etiam nobis competit esse scribas. Sed dicendum, quòd discipuli vocantur hic scribæ, idest, sapientes, iuxta modum loquendi Hebraicum, vbi sapientes vocantur
I scribæ, sicut apud Persas sapientes dicuntur magi, apud Græcos vero Philosophi, & ita sæpe dicitur de scribis, & Pharisæis, in Euangelijs, & scribæ dicuntur ibi Doctores legis. Quod patet, quia vbi supra 9. dicitur de scribis, qui murmurauerunt contra Christũ, dicitur Lucæ 5. de legis Doctoribus quasi idem sit. Et patet, quia isti scribæ sunt, qui publice docebant Iudæos, infra 23. scilicet, super cathedram Moysi sederunt scribæ, & Pharisæi, quodcunque dixerint vobis facite, & de dubijs legis etiam quæritur ab eis, vt Herodes quando quæsiuit de loco natiuitatis Messiæ, q̃ siuit a scribis, & sacerdotibus, supra 2. cap. Sed in hoc
K differt, quia sapiens potest vocari, qui est intelligens circa quodcunque genus rei, qui autẽ circa sacrã scripturã docti sunt soli scribæ nominantur, & ita Christus dicit, ꝓ habet scribas, sic dicitur infra 23. cap. s. Ecce ego mitto ad vos Prophetas sapiẽtes, & scribas, & tn̄ isti erant discipuli quos Christus mittebat ad p̃dicandũ Iudæis. Ita exponit Hierony. ibidem dicens, ꝓ sapientes sunt, qui sciunt, qn̄ debent proferre sermonem, quod ad prudentiã pertinet. Scribæ autem sunt in lege doctissimi, & licet nunc qn̄ Christus loquebatur hæc, non erant Apostoli docti in lege, fuerunt postea inspirante Spiritusancto abundantissime eruditi. nunc igitur scribæ appellati sunt, i. sapientes, quia varietatem parabolarum intelligebant, & ita dicit Hilarius, discipulis enim locutus est quos scribas propter scientiã nuncupat, eo ꝓ intellexerunt ea q̃ ille ꝓtulit.

Et

Mar. 6. Luc. 14. Ioan 4. Mar. 6. Luc. 10. Ioan. 6. 1. q. 1. c. Paulinistæ. Mar. 6. Luc. 4. Ioan. 4.

Et factum est cum consummasset Iesus parabolas istas transijt inde, & veniens in patriam suam docebat eos in synagogis eorum, ita vt mirarentur, & dicerent: Vnde huic sapientia, & virtutes? Nonne hic est fabri filius? nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas, & sorores eius? nonne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Et scandalizabantur in eo. Iesus autem dixit eis: Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.

Et factum. Postquam descripsit Matthæus Christi multiplex documentum, hic describit populi doctrinam eius recipere nolentis impedimentum, scilicet, compatriotarũ, qui non recipiebant doctrinam eius, sed potius scandalizabantur in eo, & dicitur. *Et factum est cum consummasset Iesus parabolas istas.* Scilicet, Istas septem, & expositionem ecclesiæ ad discipulos, vt supra habetur. *Transijt inde.* Idest, De loco in quo prædicauerat parabolas istas, & disseruerat eas discipulis. *Et venit in patriam suam.* Scilicet, In Nazareth, quæ erat ciuitas Christi. *Et docebat eos.* Idest, Compatriotas suos: nam ad hoc Christus venerat, vt prædicaret, Lucæ 4. Ideo vbicunque erat, nolebat otiosus esse, sed prædicabat. *In synagogis eorum.* Ibi erat locus publicus quo omnes conueniebant, & dicitur in synagogis, quia forte in vrbe Nazareth erant multæ synagogæ, & in omnibus docebat. Vel accipitur hic patria Christi non pro sola vrbe Nazareth, sed etiam pro toto territorio vrbis, in quo erant aliquæ villæ paruæ, & etiam in illis prædicabat in synagogis eorum: nam non dedignabatur Christus prædicare paruis locis, vt patet Marci 1. Vbi cum Christus exiuisset de Capharnaum dixit discipulis: Eamus in proximos
D vicos, vt & ibi prædicem, idest, vt etiam ibi prædicem, sicut prædicaui in vrbe magna Capharnaum, & hoc est magis consonum literæ, quia nõ dicitur hic, quòd venit Christus in ciuitatem suam, sicut dicitur supra 9. sed venit in patriam suam. Ciuitas enim vnum locum designat, sed patria non solum potest signare locum originis, sed etiam circumuicina loca, quæ ad locum originis pertinent, vel habent similitudinem tãquam cum illo in conuersatione, & reliquo apparatu vitæ. *Ita vt admirarentur.* Scilicet, Propter hoc quòd literas non didicerat. *Et dicerent.* Scilicet, Præ admiratione. *Vnde huic sapientia hæc.* Quam prædicat. *Et virtutes.* Idest, Miracula quæ facit, sic dicitur Mar. 6. Et virtutes tales, quæ efficiuntur per manus eius.
E *Nonne hic est fabri filius.* Idest, Ioseph qui erat faber lignarius, & sic dicitur Lucæ 4. & Ioan. 6. Nonne hic est filius Ioseph, q.d. Nos agnoscimus totam conuersationem eius, & cognationem: mirum est quomodo potuerit ista habere, quia nos nescimus vnde habeat: nam nemo cognatorum suorum talis est. *Nonne mater eius dicitur Maria.* q.d. Maria est mater eius, quam nos nouimus, & in hoc verum dicebãt, sed nesciebant quomodo illa esset mater eius. De Ioseph autem errabant: nam non erat pater eius, sed putabatur esse, Lucæ 3. scilicet, vt putabatur filius Ioseph. *Et fratres eius Iacobus.* Scilicet, Iacobus minor, siue Alphæi. *Et Ioseph, & Simon, & Iudas.* Qui sint isti dicetur infra quæst. 85. & dicuntur fratres Christi, idest, cognati. *Sorores eius nonne omnes apud nos sunt.* q.d. Omnes sunt hic nobiscum, ita dicitur Mar. 6. Nonne sorores eius hic nobiscum sunt, & dicitur omnes sorores, & non dicitur omnes fratres, quia sorores cum essent fęminæ non discurrebant extra prouinciam, sed manebant omnes in Nazareth. Fratres autem qui erant viri, licet noti essent omnes a Nazarenis, nõ tamen erãt omnes in Nazareth, sed aliqui cum Christo discurrebãt, alij forte extra regionẽ peregrinabantur vbi vtile sibi esse putabant, sicut dicitur de Leuita de Bethlehem, Iudicum 17. ꝓ peregrinari voluit vbicunq; commodum reperisset. *Vnde ergo huic omnia ista.* q.d. Nescimus vnde habere possit, cum nos bene cognoscamus cognatos, & conuersationem eius. *Et sic scandalizabantur in eo.* Idest, Accipiebant occasionem errandi
B ex his quæ in eo videbant, quia cũ non putarent ista a Deo prouenisse, & nesciebãt quomodo aliter habuisset, putabant ꝓ habuisset a dæmonibus. *Iesus autem dixit eis.* Videns, ꝓ iniuste scandalizabantur, arguit eos dicens. *Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua.* q.d. Quia originem meam, & conuersationem meam pristinam nostis, cum sitis compatriotæ mei, non honoratis me, sed vbiq; extra patriam meam honorem habeo, & hoc quia Propheta in nullo loco est sine honore, nisi in patria sua, & dr̃ hoc tam de Propheta, q̃ de quocunque sapiente, vel excellente in aliqua probitate, propter quam mereatur honorem, ga vbicũq;
C sit extra patriã suã, quia est ignotus, non consideratur in eo cognatio, sed probitas q̃ eũ clarũ reddit. In patria aũt sua cõsideratur cognatio, & forte illa minor est, q̃ probitas, ideo nõ honorant eum propter probitatem, sed cõtemnunt propter cognationẽ, sed Luc. 4. dr̃, Nemo acceptus est Propheta in patria sua, & Io. 4. dr̃ Propheta non habet honorem in patria sua, & ad idem redit. *Et in domo sua.* Non accipitur hic domus pro habitatione, sed pro cognatione, s. quia inter cognatos est Propheta magis sine honore, eo ꝓ ipsi magis cognoscũt illum, q̃ cæteri, & ob hoc magis contemnunt, quia ex conditione cognationis putant se ęquales ei, probitatem aũt eius non considerant, & sic minus, q̃ cęteri eũ honorãt, immo inuident, quia ille æqualis eis cognatione sit, & maior probitate, & honore, & ita dicitur de cognatis Christi, Ioan. 7. Quòd nec fratres eius credebant in eũ, & hoc postq̃ multa miracula fecerat, & tn̄ tunc discipulos habebat, 4. cap. & illi credebant in eũ, Ioã. 2. & illi erant extranei, & sic magis honorabatur ab extraneis, q̃ a suis. Et accipit domus, sicut Psal. 117. vbi dr̃, domus Iacob, & domus Aaron, & domus Leui, idest, cognatio descendens ab illo capite, sed Marci 6. dicitur, in domo sua, & in cognatione sua, quia magis voluit explicare, & tũc cognatio dicit cõsanguinitatem magis in generali, domus autem consanguinitatem magis in speciali, & ideo domus inclu
F ditur sub cognatione. Ista est enim diuisio, ga tribus est cognatio magis generalis, deinde familia sub tribu, & ideo diuiditur tribus per familias, & familia postea per domos, & tamẽ cognatio solet accipi pro familia, & sic cognatio est magis, q̃ domus, & est minus q̃ tribus, sic patet Iosue 7. scilicet, Accedetis mane singuli per tribus vestras, & quãcumque tribum sors inuenerit accedet per cognationes suas, & cognatio p domos, & domus per viros. Matthæus autem nominauit primum, & vltimum, i. patriam, & domum, & subticuit medium, s. cognationem. Mar. autẽ oĩa tria expressit. *Et non fecit ibi virtutes multas.* Idest, Non fecit multa miracula in Nazareth, aliqua tamen fecit, vt patet Marci 6. *Propter incredulitatem eorum.* Scilicet, Quia credere nolebant, & tamen qui petit fieri miraculum credere debet, Marci 9. & Iacobi 1.

An ista sint continuata ad præcedentia. Quæst. LXXVIII.

QVAERETVR an ista sint continuata ad præcedentia, idest, prædicatio ista Christi in patria sua, an fuit immediate post prædicationē & dispositionem parabolarū. Aliqui dicūt, ꝙ nō, quia Mattheus, & Lucas post istas parabolas ponunt aliud, s. Marcus ponit trāsfretationem ad terrā Gerasenorū, quæ habetur supra 8. Lucas tñ ponit aduentū matris, & fratrū, qui habetur præcedenti cap. Idem tenet August. lib. de concor. Euāg. dicens a superiori sermone parabolarū istarū sic transit, vt nō ostendat consequētis ordinis necessitatem, præsertim quia Mar. ab istis parabolis nō in quod Matthæus, sed in aliud tendens in quod & Lucas, ita contexuit narrationem, vt credibilius ostendatur hoc esse potius consequenter gestum, quod ipsi duo continuāter adiungunt de naui, s. in qua dormiebat Iesus, & de miraculo expulsorum dæmoniorum, quæ Matthæus supra recolens interposuit. Alij dicunt, ꝙ sit ista litera continuata ad præcedētem, quia dicitur supra in litera, & factum est cū consummasset Iesus parabolas istas, trāsijt inde, & veniens in patriā suā docebat, &c. & sic vī vt mox, ꝙ finitæ sunt parabolæ, venit in patriam suam. Item patet, quia Chrysost. super Matthæum continuat istud ad præcedentia tāquam immediate factum dicens, post parabolas quas Dominus ad populum est locutus, & quas soli Apostoli intelligunt, transijt in patriam suā, vt ibi apertius doceat. Dicendum est, quòd quilibet Euangelistarum est hic singularis, quia nemo cum alio concordatur, ideo ex hoc nihil probatur, scilicet, quòd putetur tali ordine esse gestum, quia tali ordine ipsi illud conscripserunt, sed debet attendi ex circunstantijs literæ. Lucas autem post istas parabolas subiunxit dicens, nemo accendit lucernam, &c. & postea subdit, quòd ad Christum venerint mater eius, & fratres, & deinde de nauicula, & ex modo loquendi non apparet ibi aliqua cōtinuatio, sed quelibet sententia est soluta. Est igitur inter Mar. & Matth. differentia, quia vterq; ponit aliqua signa continuationis: nam hoc dicitur cum consummasset Iesus parabolas istas trāsijt inde, & veniens in patriam, &c. Matthæus autem eodem cap. dixit, & ait illis in die illa cum sero factum esset transeamus e contra, & tunc transfretanerunt. Dicendum ergo est, ꝙ ista litera est continuata ad præcedentem, & tamen ista quæ dicuntur hic non fuerunt facta immediate post præcedentia. Primum patet, quia hic dicitur, quòd cum consummasset parabolas istas trāsijt inde, & venit in patriam suam: ergo necesse est, quòd prius consummauerit parabolas, quam venerit in patriam suam, & eundem ordinem tenuit Marcus, quia Mar. 4. ponuntur quomodo venerint in patriam suam, quod habetur hic. Secundum patet, quia Mar. 4. finitis parabolis dicitur, & ait illis in die illa cum sero factum esset, transeamus e contra, idest, vltra stagnum, quia istas parabolas Christus dicebat iuxta mare, vt patet supra in principio cap. Ergo necesse est, quòd illa die qua dictæ sunt parabolæ, fuerit transfretatio, qua transijt in terram Gerasenorum, & sic illa fuit antequam Christus veniret in patriam suam, quod hic dicitur, & sic patet, quòd licet hic sit ordo continuus, idest, non sit anticipatio, tamen non fuerunt immediate ea quæ sequuntur post præcedentia, & hoc satis consonat literæ, quia dicitur hic, quòd factum est cum cōsummasset parabolas istas transijt inde, scilicet, immediate transijt, id est, eadem die, quando transfretauit in terram Gerasenorum, vt dicitur Mar. 4. Et cum sequitur veniens in patriam suam docebat, non innuitur, quòd mox vt transijt inde venerit in patriam suam, sed interposita est transfretatio in terram Gerasenorum suorum, & aliqua alia, & ista est veritas, & concordat literæ.

Quæ est ista patria Christi in quam nunc venit. Quæst. LXXIX.

QVAERETVR quæ est ista patria Christi in quā nunc venit. Aliqui dicunt, ꝙ est Capharnaum, quia patria Christi, & ciuitas eius idem sunt, & tamen multi vocant Capharnaum ciuitatem Christi, vt dictum est supra 9. cap. circa principium, ergo erit Capharnaum patria eius. Sed dicendum, ꝙ nō stat, quia ibi ostensum est, ꝙ Capharnaū nō esset ciuitas Christi. Itē qa in hac patria Christi erant cognati eius, cū dicat hic, & Mar. 6. Nonne oēs sorores eius hic nobiscum sunt, & tñ in Capharnaum nō erat cognatio Christi, sed in Nazareth. Item patet, qa hic Christus nō honoratus est, & tñ in Capharnaum valde honorabatur Christus, quia Centurio valde honorauit ibi eū, supra 8. & Luc. 7. Et tota ciuitas confluebat ad eū: eratq; ad ianuā domus eius tota ciuitas expectans, Mar. 1. Etiā qñ exiuit latenter diluculo de Capharnaū exeuntes ciues quærebant eum per agros, & cum inuenissent volebāt eum reducere in Capharnaum: ipse autem noluit dicens, ꝙ oportet me, & alijs ciuitatibus prædicare, Luc. 4. & Mar. 1. Item ꝙ Capharnaum, & patria Christi distinguuntur in scriptura, quia Lucæ 4. dicitur, Quāta audiuimus facta in Capharnaum, fac & nunc in patria tua: ergo non est Capharnaum patria Christi. Alij dicunt, ꝙ patria Christi est Bethlehem, qa patria dicitur locus originis, quia patria dicitur a patre, s. quia principium essendi præstat, sicut pater, & tamen Christus natus est in Bethlehem, sup. 2. cap. ideo patria eius illa erat. Sed dicendū, ꝙ nō stat, quia in patria Christi de qua hic dī, erant cognati eius oēs, vt patet in litera, & tñ in Bethlehem non erat cognatio Christi, sed in Nazareth, quia Maria, & Ioseph non nominabantur in Bethleem, nec habebāt ibi domum, aut cognatos aliquos, vel notos. Nam qñ venerunt illuc manserunt in diuersorio, quia alibi hospitiū non habebant, Lucæ 2. Habuissent tamen hospitium alibi si esset ibi cognatio ipsorum, sed quasi a casu natus est Christus in Bethlehem, s. quia ex imperiali edicto oēs ibant ad ciuitates, de quibus erat eorum antiqua pgenies, & quia Ioseph erat de domo Dauid iuit ad profitendū in Bethlehem cum Maria cōiuge sua, & accidit ꝙ pareret ibi Lucæ 2. Non ergo erat Bethlehem patria Christi. Dicendū ergo, ꝙ Nazareth vocatur hic patria Christi. Primo, quia ibi erat cognatio Christi de qua hic dicitur. Secundo, quia Christus ibi habitabat, & nō in Bethlehem: nam mox vt Christus die quadragesimo post natiuitatem suā præsentatus est in templo, redierunt parentes eius in Nazareth, & non in Bethlehem, vt patet Lucæ 2. s. Reuersi sunt in Galileā in ciuitatem suam Nazareth. Tertio, qa qñ de Aegypto redijt Virgo cum puero benedictissimo Iesu non redijt in Bethlehem, sed in Nazareth, supra 2. cap. Quarto patet, quia quando ascendebāt in templum secundum cōsuetudinem diei festi redibant in Nazareth, vt patet Lucæ 2. Quinto patet, qa Christus vocatus est Nazarenus, & non Bethlehemites, supra 2. cap. & tñ ista sunt noīa patriæ, ergo patria sua erat Nazareth, & non Bethlehem, & Iudæi non putant eū esse vllo modo de Bethlehem, sed de Nazareth, ideo multi eorū non credebāt, ꝙ ipse esset Messias, vt patet Ioā. 1. quando dixit Philippus ad Nathanael, inuenimus Messiam, s. Iesum filium Ioseph a Nazareth, & dixit Nathanael, a Nazareth pōt esse aliqd boni, i. nun quid Messias pōt nasci de Nazareth? & ideo dixerunt

Pharisæi contra Nicodemum qui fauebat Christo, Ioan. 7. Nunquid & tu Galileus es? scrutare scripturas, & vide qa Propheta Galilæus non insurgit, & eodem cap. Cum quidam dicerent, ꝙ Iesus esset Christus, nōne scriptura dicit, quia de semine Dauid, & de Bethlehem castello venit Christus: ergo nemo putabat patriam Christi esse Bethlehem, & tamē putaretur si ibi solitus esset habitare, vel haberet ibi cognationem. Sexto patet, qa Luc. 4. dicitur, ꝙ Iesus nutritus est in Nazareth, i. ibi conuersatus toto tempore vsquequo cepit prædicare. Septimo patet, quia Luc. 4. dī, ꝙ Christus venit in Nazareth, & dixerunt ei Nazareni, quanta audiuimus de te facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua: ergo Nazareth erat patria sua, & ciuitas sua. Octauo patet, quia idem dicit Chrysost. super Matthęum, scilicet, patriam eius hic Nazareth vocat, non enim fecit ibi virtutes multas, sed in Capharnaum multa fecit signa.

Quare Christus docebat in synagogis nunc. Quæst. LXXX.

QVAERETVR quare Christus docebat nunc in synagogis. Dicendum, ꝙ propter multa. Primo propter vtilitatem cōmunem, quia Christus venerat omnes docere, ideo volebat, ꝙ oēs audirent, & sic quærere debebat locū cōmunem, & tamē synagoga erat locus cōmunis, quo oēs conueniebant ad orationem, sicut dī supra 6. ꝙ hypocritæ amāt orare stantes in synagogis, vt videātur, ideo in synagogis prædicabat. Secundo, quia synagoga erat locus deputatus ad prædicandū, & legendū libros sacros. Nā post lectionem librorum legis, siquis erat vir sapiens, qui prædicare posset, prædicabat: sic patet Actuum 13. vbi cum Paulus, & Barnabas in quadam ciuitate Pamphilię sabbato intrassent in synagogam, dicitur ꝙ post lectionem legis, & Prophetarum, principes synagogæ miserunt ad eos dicentes: Viri fratres siquis in vobis est sermo exhortationis ad plebem dicite, & tūc Paulus surgens prædicauit, eodem cap. Tertio, quia cōueniebat hoc proposito Christi: nam ipse volebat ostendere se esse Messiam promissum in scripturis, licet non aperte diceret, vt patet Ioan. 5. scilicet, Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, quia ipsę testimonium perhibent de me, & quia in synagogis legebantur libri sacrę scripturæ, scilicet, legis, & Prophetarum, Actuum 13. vbi dicitur, ꝙ sabbato in synagogis post lectionem legis, & Prophetarum rogauerunt Paulum, ꝙ prædicaret: ergo erat valde ad propositum Christi, ꝙ lectiones legis, & Prophetarū lectas in synagoga immediate ipse posset applicare ad se, sicut semel fecit Luc. 4. Cum enim ingressus esset sabbato in synagogam, traditus est illi liber ad legendum, & legit illum locum Isaiæ, scilicet, Spiritus Domini super me, & cum plicuisset librū dixit, hodie cōpleta est scriptura hæc in auribus vestris: ita poterat dicere de alijs scripturis, quę legerentur in synagoga, ꝙ complebantur in eo. Quarto fuit, vt redderet Iudęos inexcusabiles: nam si non loqueretur, & publice, multi possent se excusare, ꝙ non audissent eū loquentem, sicut ipse dixit Ioā. 15. Si non venissem, & non locutus fuissem, peccatum non haberent: nunc autem viderunt, & oderunt me, & patrem meum. & tamen synagoga erat locus publicus, ideo ibi prædicabat. Quinto, quia hoc fuit conueniens tempori illi, quo nunc Christus prædicauit: nam erat sabbatum, quando prædicauit nunc in patria sua, Marci 6. scilicet, Abijt in patriam suam, & facto sabbato cępit prędicare in synagoga. Sexto fuit, vt tolleret suspicionem doctrinæ suæ, ne quis putaret, quòd errores introducere niteretur, quod fieret si occulte, vel in locis priuatis prædicaret, ideo semper in publico prædicabat, scilicet, in templo, vel in synagogis, quo omnes Iudæi conueniebant: sic ipse dixit Ioan. 18. Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in templo, & in synagoga quo omnes Iudæi conueniebant, in occulto autem locutus sum nihil. & ista fuit causa præcipua, & prima, scilicet, vt omnes eum audirent. Sic dicit Remigius, scilicet, in synagogis autem docebat, vbi plurimi conueniebant, quia propter multorum salutem de cœlis descenderat ad terram.

Quare admirabantur Nazareni de doctrina Christi. Et quòd ipse vsque ad tricesimum annum ministrauit parentibus opere manuali. Quæst. LXXXI.

QVAERETVR quare admirabātur Nazareni de doctrina Christi. Dicendū, ꝙ hoc erat propter multa. Primo, quia docebat cum literas nō didicisset, fuerat enim Iesus a tenera ætate conuersatus semp in Nazareth vsq; ad annum tricesimū vitæ suę, qñ cępit pdicare, & viderant, ꝙ nunquā literas didicerat, sed vt dī Luc. 2. Erat subditus parentibus suis, i. ministrabat eis opere manuali ad sustentationem vitę, & sicut Ioseph q putabatur pater eius, erat faber lignarius, forte ipse in eodem officio adiuuaret, vt sic pauperem vitam sustentarent parentes eius: mirabantur ergo ꝙ homo qui literas nō didicerat, legeret, & prudenter, sapienterque prædicaret, sicut Iudæi mirabantur de circunstantia, & responsis Ioānis, & Petri, comperto ꝙ essent viri idiotę, & sine literis, Actuum 4. Secundo admirabantur de excellentia doctrinę suę, quia non solum Christus prędicabat, sed etiam talia prædicabat, qualia nullus vnquam dixerat: sic patet Ioan. 7. Vbi ministri Iudæorum dixerunt de Christo, nunquā sic locutus est homo, & Petrus dixit, Dñe ad quē ibimus? verba enim vitę æternæ habes, Ioā. 6. Idest, Verba dulcia, q̄ lętificant hominem, sicut vita ęterna. Tertio admirati sunt de modo doctrinæ, quia docebat, sicut habens potestatem, non quidem sicut Doctor legem exponens, sed sicut legislator legē tribuens, & de hoc omnes Iudæi admirabantur, supra 7. capit. s. Et mirabantur turbæ super doctrina eius, erat enim docens, sicut potestatem habens, & nō sicut Scribæ eorum, & Pharisæi, & Mar. 1. dicitur, quæ nā doctrina noua hæc est quæ in potestate imperat? Nazareni tamen pcipue admirabant, qa docebat, q literas nunquam didicerat.

Quomodo dixerunt Nazareni, vnde habuit sapientiam, & virtutes: nam virtus videri non potest. Et quid ea sit. Quæst. LXXXII.

QVAERETVR quomodo dixerūt Nazareni vnde habuit sapientiam, & virtutes: nam virtus videri non potest, quia est habitus electiuus, & pertinet ad animā, est enim bona qualitas eius, vt Augustinus dicit. Dicendū, ꝙ virtus a viribus nomen accipit, est enim virtus corporis robur, & ita dicimus virtutē portatiuam, vel virtutē motiuā, i. vires: vnde tunc virtus nihil est, nisi q̄dā naturalis potentia ad aliquid agendū excellenter, quia virtus dicit vltimū de potentia, & qñ sicut in corpore sunt istæ vires, vel qualitates ad agendū, ita & aīa qualitates bonas habet, quibus excellēter se habet in opus, vt non erret. & ita omnes habitus morales directiuos circa medium consistentes vocamus virtutes, q ꝑ eos aīa efficitur potēs, ad bene operandum, sicut corpus per vires naturales, & tñ ptinent ad aliam speciem qualitatis, qa vires naturales, i. virtutes sunt in secūda specie qualitatis, quia sunt habitus, & qñ res facta accipit nomen interdū a

primo agente, ſicut principium operatiuum vocatur F
virtus, ita res facta vocatur virtus, & ita quia miracula ſunt facta a magna poteſtate, ſcilicet, infinita, vocantur virtutes: ſic dicitur Chriſtus facere virtutes multas, vel paucas, vt patet ſupra in litera, & Marci 6. Sic etiam dicitur Pſal. 117. Dextera Domini exaltauit me: dextera Domini fecit virtutem, ideſt, miracula, & ſicut accipit effectus nomen a principio actiuo, vel factiuo, ita & ſubſtantia agens, ideo quidam ſpiritus qui deputati ſunt, vt opera fortia faciant vocantur virtutes, & ita vnus ordo Angelorum vocatur Virtutum, quia per ſpiritus illius ordinis admiranda Deus inter nos facit: hic autem acceperũt Nazareni virtutes pro operibus factis per virtutem, ideſt, per poteſtatem factiuam magnam, & ſic virtus eſt miraculum, talia au- G
tem videntur, ideo potuerunt loqui Nazareni de iſtis virtutibus, ſic dicitur Mar. 6. Vnde habuit ſapientiam, & virtutes tales, quæ efficiuntur per manus eius?

Quare Nazareni dixerunt, quòd Chriſtus erat filius fabri. Quæſt. LXXXIII.

QVAERETVR quare dixerunt Nazareni, quòd Chriſtus erat filius fabri. Dicendum, quòd verum dixerunt: nam erat filius Dei qui fabricatus eſt auroram, & Solem, Pſal. 72. Etiam ipſe faber eſt mundi. Sic dicit Auguſtinus in ſermone natiuitatis: eſt plane pater Chriſti faber Deus, qui totius mundi opera fabricatus eſt, arcam Noe diſpoſuit, ta- H
bernaculum Moyſi ordinauit, arcam teſtamenti inſtituit: fabrum dixerim, qui mentem rigidam explanat, & cogitationes ſubtiliter excidit. Idem Hilarius, ſcilicet, fabri erat filius ferrum igne vincentis, &c. Iudæi tamen non dixerunt eum hac intentione filium fabri, ſed vt aſſererent eum filium Ioſeph; qui faber lignorum erat, & ita ipſi putabant, quia erat Maria coniux eius, & credebant ex eorum concubitu Chriſtum generatum: nam ſine ſemine quemquam conceptum, nec audierant vnquam, nec credebant, & quantum ad hoc licet fallerentur, tamen non peccabant Chriſtum eſſe putantes filium Ioſeph, peccauerunt tamen iniquo animo hæc dicentes. Et dicebant hoc propter duo. Primo ad oſtendendum, quòd Chri I
ſtus erat eis notus, & ipſi ſciebant totam conuerſationem eius, & cognationem, & tamen nunquam literas didicerat, q.d. Nos cognoſcimus bene hunc, quia ſcimus, quòd ipſe eſt fabri filius, & Mariæ, & fratres eius ſunt tales, & tales, & ſorores eius ſunt nobiſcum, & tamen nos ſcimus, quòd nunquam literas didicit: quomodo ergo tantam ſapientiam habere poteſt? Secundo dicebant hoc, & principaliter quaſi in contumeliam Chriſti, quòd eſſet de humili genere: nam licet ipſe de genere regio deſcenderet, ſcilicet, de ſemine Dauid, erant tamen omnes cognati eius pauperes, & ex hoc erant contemptibiles, & ideo mirabantur, & dedignabãtur, quòd in homine de tam humili loco, & genere procreato tanta ſapientia, & poteſtas K
efficiendorum miraculorum inueniretur. Et hoc patet, quia ſi principaliter intenderent Nazareni dicere, quòd ipſi nouerant conuerſationem Ieſu, diximſſent quòd literas non didicerat, & tamen non tam diligenter de cognatione eius loquerentur exprimentes nomina parentum, & fratrum. Voluerunt ergo contemnere eum de humilitate cognationis ſuæ: in hoc autem valde errabant Iudæi, quia conſtat plurimos de humili loco natos in magnam ingenij claritatem fuiſſe ſortitos, inde ſummo honore præditos, immo ob hoc potius Iudæi Chriſtum laudare, & honorare debuiſſent, quòd homo de humili plebe natus ad tantam probitatem, & ingenij gloriam peruenerit. Sic dicit Chryſoſt. ſuper Matthæum, per omnia erant Iudæi inſenſati vilipendentes eum ab eo, qui putabatur eſſe pater, quamuis multa horum exempla habentes in antiquis temporibus, & patrum ignobilium nobiles videntes filios, etenim Dauid cuiuſdam agricolæ Ieſſe fuit filius, & Amos cuiuſdam paſtoris, & ipſe paſtor: oportebat enim propter hoc maxime eum honorare, qui a talibus exiſtens talia loquebatur.

Quomodo Chriſtus poterat habere fratres, & ſorores. Quæſt. LXXXIIII.

QVAERETVR quomodo Chriſtus poterat habere fratres, & ſorores, quia tunc neceſſe erat Mariam cognitã eſſe ab aliquo, ſiue a Ioſeph, ſiue ab alio, ad hoc quòd fratres Chriſto pareret, vel omnes de Spiritu ſancto naſcerẽtur, quod abſurdum eſt, quia ſolus Chriſti priuilegium eſt hoc. Aliqui dicunt, quòd Iudæi errant circa fratres Chriſti, ſicut circa patrem: nam putabãt Ioſeph eſſe patrem eius, qui tamen nõ erat, ita & iſtos credebant eſſe fratres cum non eſſent. Ita dicit Hierony. ſuper Matthæum, ſ. cum autem errent in patre, non eſt mirandum, ꝙ errent in filijs. Chriſtus ergo fratres nullos habuit, quia Maria ſemper fuit virgo. Sed dicũt hic aliqui, ꝙ iſtos hic nominatos dicebant Iudæi fratres Chriſti, qui erant filij Ioſeph ex alia vxore, & cum crederent Chriſtum filiũ Ioſeph, credebant iſtos eſſe fratres Chriſti ex parte patris. Et iſtam poſitionem tangit Aug. lib. de q̃ſt. Euãg. Sed poſitio cõmunis eſt, ꝙ eſſent iſti cognati Chriſti filij alicuius de ſororibus Mariæ matris eius, & ſic Iudæi non errarent putantes eos eſſe fratres Chriſti, ſed eos fratres vocabant more ſcripturæ, quæ cognatos vocat fratres, & erãt filij Mariæ ſororis matris Domini, quæ vocatur Maria Iacobi, i. mater Iacobi minoris, & iſte eſt Iacobus Alphæi, i. filius Alphæi, ga ipſa fuit prius vxor Alphæi, deinde fuit vxor Cleophæ, ideo cũ Mar. 16. vocetur Maria Iacobi, i. mater Iacobi vocatur Ioã. 19. Maria Cleophæ, i. vxor Cleophæ, quia fuit vxor Cleophæ poſt mortem Alphæi, cuius filius erat Iacobus, qui dr̃ Iacobus Alphæi. Hoc tenet Hierony. ſuper Matthæum dicens: Quidam vero fratres Domini de alia vxore Ioſeph filios ſuſpicãtur, ſequentes deliramenta apocriphorum, & quandam Eſcham mulierculam confingentes. Nos aũt fratres Dñi nõ filios Ioſeph, ſed conſobrinos Saluatoris, Mariæ materteræ Dñi filios intelligimus, quæ eſſe dr̃ mater Iacobi minoris, & Ioſeph, quos fratres Dñi appellatos legimus, fratres aũt conſobrinos dici oĩs ſcriptura demonſtrat. Et iterũ dicit Hierony. Fratres Dñi hic appellant filij materteræ eius Mariæ, & hæc eſt mater Iacobi minoris, & Ioſeph, i. Maria Cleophæ vxor Alphæi, & eſt dicta hæc Maria mater Iacobi minoris. De hoc ẽt Aug. lib. de queſtio. Euã. dicit: Mirum eſt dictos eſſe fratres Dñi ex materno genere quoſcũq; cognatos, cum ẽt ex cognatione Ioſeph dici potuerint fratres eius ab eis, qui eum patrem Dñi arbitrabantur eſſe. Sed hoc vltimum communiter non tenetur, ſ. ꝙ fuerint filij Ioſeph ex alia vxore, nec Auguſtinus hoc aſſerit, ſed recitat quid alij dixerint: magis tamẽ tenet, quòd fuerint cognati ex materno genere, quod tenet Hieron.

Qui fuerunt hi qui nominantur hic fratres Domini. Quæſt. LXXXV.

QVAERETVR qui fuerint iſti, qui nominantur hic fratres Domini. Dicendum, ꝙ aliqui putãt iſtũ eſſe Iacobũ Apoſtolũ, Zebedęi filiũ, fuit n. filius Marię ſororis mr̃is Dñi. Sed nõ ſtat, ga iſte Iacobus erat frater Ioãnis, ambo n. erãt filij Zebedęi, q vocati

cati ſunt a Chriſto de naui, ſupra 4. & Mar. 1. cap. & A
tunc poneretur hic Ioannes tanquam frater Domini ſicut Iacobus, potiſſime, quia Ioannes magis fuit Chriſto familiaris quàm Iacobus, & tamen non ponitur.

Sed dicendum, quòd iſte eſt Iacobus Alphei filius alterius ſororis matris Domini, & Alphęi, & vocatur Iacobus Alphęi, ideſt, Alphęi filius ſupra 10. Et fuit vnus de Apoſtolis, & hunc Paulus vocat ſpecialiter fratrẽ Domini, ad Gala. 2. Fuit enim ipſe primus Epiſcopus Ieruſalem, & vocatur etiam Iacobus minor, non quidem ſanctitate, & merito, cum non videatur impar, præſertim quia pro excellentia vitæ Iacobus iuſtus appellatus eſt, ſed tempore. Nam fuit alius Iacobus, ſcilicet, Zebedęi prior tempore ad Apoſtolatũ ſiue diſcipulatum aſſumptus, ideo iſte minor dicitur. B
Sic dicit Hierony. ſuper Matthęum, ſcilicet, fratres Domini hic appellantur filij matertere eius Mariæ: & hæc eſt mater Iacobi, & Ioſeph Maria Cleophę vxor Alphæi, & hæc dicta eſt Maria Iacobi minoris. De Ioſeph quis fuerit dubium eſt, conſtat enim, quòd non fuit aliquis de Apoſtolis, quia nemo eorum ſic vocatur, ſed erat vnus de diſcipulis Domini: ille, ſcilicet, qui competitor Matthiæ fuit in Apoſtolatu. Nam ipſum, & Matthiam ſtatuerũt Apoſtoli, quãdo poſuerunt ſortes, Actu. 1. Et vocatur ibi Ioſeph qui etiam dicitur Barſabas. Et patet, quòd iſte fuerit, quia ibidem dicitur, quòd ille Ioſeph cognominatur iuſtus, & tamen Iacobus frater eius etiam cognominabatur iuſtus, ſcilicet, Iacobus minor, ideo apparet, quòd C
ambobus iſtud cognomen competeret, & ſic fuit ille Iacobus iuſtus illius Ioſeph iuſti frater, & eſt iſte de quo hic, qui eſt frater Iacobi. De Simone aliqui dicunt, quòd iſte fuit Apoſtolus, qui dicitur Simon ſupra 10.

Sed falſum eſt, quia ille erat Simon Chananęus eodem cap. ideſt, de Chananico Galilęæ, vt dicit Hiero. iſte autem Ioſeph erat de Nazareth, cum tota cognatio Chriſti eſſet de Nazareth, vt nunc dixerunt Nazareni, ergo non eſt ille Simon, & ſic non apparet quis fuerit iſte Simon.

Sed forte fuit aliquis de diſcipulis Chriſti, licet non eſſet Apoſtolus, ſicut frater eius Ioſeph. De Iuda aliqui putant, quòd fuerit ille proditor qui tradidit Do- D
minum. Sed falſum eſt, quia ille non fuit de cognatione Domini, ſed de quodam vico Galilęæ nomen cuius erat Scarioth, ideo ſcariothes dictus eſt: & tamẽ iſte Iudas erat Nazarenus, cum eſſet de cognatione Domini. Dicendum ergo, quòd iſte Iudas fuit Apoſtolus, qui vocatur alio nomine Thadęus, vt patet ſupra 10. & Mar. 3. Et vocatur Iudas Iacobi, ideſt, frater Iacobi Luc. 6. & Actu. 1. Scilicet, frater iſtius Iacobi minoris: nam Iacobus Zebedęi non legitur habuiſſe alium fratrem niſi Ioannem, qui ſimul a Chriſto vocati ſunt ſupra 4. & Marci primo, & iſte Iudas fuit quem Chriſtus miſit ad Abagarum regem Edeſenũ, cum Epiſtola ſua, vt refert Hiero. lib. de illuſtribus viris, & hiſtoria Eccleſiaſtica, iſte eſt Apoſtolus ille E
cuius feſtum cum Simone Apoſtolo celebratur, & Simonis, & Iudæ.

Quare Nazareni ſcandalizabantur in Chriſto, cum nemo de aguatione Chriſti fuerit Propheta, nec vir literatus. Quæſt. LXXXVI.

QVAERETVR quare Nazareni ſcandalizabantur in Chriſto. Dicendum, quòd prouenie bat ex inuidia, & contemptu, quia videbant aliquid in Chriſto de quo admirabantur, ſed iudicare bonum de hoc inuidia non permittebat, ideo ſcandalizabantur. Chriſtus enim literas non didicerat, & ſciebat illas, etiam poteſtatem miraculorum exercendorum habebat, quod manifeſte attribuendum erat Deo, ſicut opera aliorum Prophetarum Deo attribuebantur: quia tamen ſi a Deo collata eſſent hæc, eſſet Chriſtus valde venerabilis cui Deus tanta bona contuliſſet, & hunc honorem nolebant ei dare Nazareni, ne viderentur minores eo: nam agnoſcebant agnationem eius, quòd omnes de illa erant pauperes, & parui honoris inter Nazarenos, & inter eos contemnebãt eos, & nunc moleſtum eis erat honorare Chriſtũ tãquam maiorem, non ergo volebant iudicare hæc a Deo collata. & quia ſi a Deo non erant, non poterant eſſe niſi a dæmone, non quidem vere, ſed per quan- B
dam apparentiam, ſicut pſeudoprophetæ facient ſigna fallacia, ideo volebant dæmoni attribuere, & hoc erat ſcandalizari, ideſt, habere occaſionem male iudicandi, ſcilicet, quòd ſicut phariſęi inuidentes Chriſto dicebãt, quòd in Beelzebub eijciebat dæmonia ſupra 9. & 12. Ita iſti dicerent, ſed nondum dicebant, quia forte erubeſcebant, quia opera ſua erant manifeſta, & ſic pendebant ſub ambiguo quid de eo crederent, & tamen iniuſte agebant, quia cum manifeſte appareret talia nõ poſſe eſſe a dæmone, ſed a Deo, ſolum debebant Deo attribuere, & venerari illa tanquã diuina dona. Sic dicit Hilarius, in honoratur Dominus a ſuis, & tanquam docendi prudentia, & operandi virtus admirationem commoueret, non tamen credunt hoc in nomine Domini fieri, & paternæ artis quodã C
opprobrio laceſſunt: inter hæc ergo magnifica, quæ agebat, corporis eius contemplatione commouebantur. Sed dicetur quomodo Nazareni nunc ſcandalizabantur in Chriſto, quia iterum fuerat ipſe in ſynagoga eorum in Nazareth, & non ſcandalizabantur, ſed omnes perhibebant ei teſtimonium Luc. 4. Ideſt, dicebant, quòd vera, & bona erant omnia, quæ faciebat, & laudabant eum, & tamen Chriſtus nunc dixerat de ſe aliquid, quod pertinebat ad laudem ſuam, ſcilicet, quòd ſcriptura, quæ lecta erat, completa erat in auribus eorum.

Dici poteſt vno modo, quòd inuidia Nazarenorũ adhuc egerat comparando ad ea quæ iam nunc egerat, & quanto magis creſcerent ſigna eius magis accendebatur inuidia, ſicut fuit de Phariſęis: nam a principio non perſequebantur Chriſtum cum pauca feciſſet ſigna, cum vero ſigna eius valde creſcerent dixerunt, quid facimus, quia homo iſte multa ſigna facit? ſi dimittimus eum ſic, totus mundus credet in eum, & tunc dixerunt, quòd expediebat, quòd moreretur. Ioan. 11. Ita nunc Nazareni valde inuidentes Chriſto propter magnas virtutes eius, ſcandalizabantur in eo, quod non fecerant a principio.

Aliter, & melius dicendum, quòd etiam in prima vice Nazareni fuerãt valde ſcandalizati contra Chriſtum, & ante omnia cæperunt ei obijcere conditionem generis, ſcilicet, quòd erat de pauperibus parentibus: nam cum legiſſet coram omnibus in ſynagoga & perhiberent ei teſtimonium dixerunt, nonne hic eſt filius Ioſeph: poteſt talia facere? & hoc erat principium ſcandali, quia non procedebat iſta admiratio ex bono, ſed ex contemptu, & quadam inuidia, licet adhuc leui; ſed eadem die creuit magis ſcandalum Nazarenorum contra ipſum, cum enim peterent, quòd faceret ibi miracula ſicut in Capharnaum, & ipſe non faceret ſubijciens cauſam, indignati contra ipſum tenuerunt eum portantes ad ſupercilium montis, vt inde eum præcipitarent, ſed ipſe exiuit de manibus eorum. Luc. 4. Erat igitur iam concepta indignatio, & inuidia contra ipſum ex illo tempore, nunc autem cum iterum redijt in Nazareth, manebat eadem

dem radix indignationis, ideo ſcandalizabantur in eo vt hic dicitur.

Quare Chriſtus ſe vocauit hic Prophetam. Quæſt. LXXXVII.

QVAERETVR quare Chriſtus ſe vocauit hic Prophetam: nam dicendo non eſt Propheta ſine honore &c. & loqueretur de ſeipſo vocabat ſe Prophetam. Dicendum, ꝓ hoc fuit propter multa. Primo quia ſic eum vocabant Iudæi infra 16. Scilicet, quem dicunt homines eſſe filium hominis? & ſequitur. Alij Ioannem Baptiſtam. Alij Ieremiam Alii Eliam. Alij vnũ ex Prophetis. volebat ergo concordare modo loquendi eorum ſe Prophetam appellans. Secundo quia ipſe volebat oſtendere ſe non ſolum Prophetam, ſed per excellentiã Prophetam eſſe, ſ. meſſiam, & hoc, quia Meſſias erat futurus ſummus Prophetarum, & Moyſes illum Prophetam vocauerat, Deut. 18. ſ. Prophetam ſuſcitabo vobis de fratribus veſtris, ipſum ſicut me audietis. Et etiam quidã Iudæorum credebant Ieſum eſſe hunc Prophetam dicentes, nunquid iſte eſt filius Dauid, i. Meſſias præcedenti cap. & Ioan. 7. dixerunt quidã nunquid iſte eſt Chriſtus, i. Meſſias. Alij vero eũ Prophetam magnũ vocant Luc. 7. ſ. Propheta magnus ſurrexit in nobis, & viſitauit Dominus plebem ſuam. Sic dicit Remigius. Prophetam ſeipſum appellat, quia Moyſes manifeſte eum dicit Prophetam cũ ait: ſuſcitabit Deus de fratribus veſtris. Tertio fuit hoc, quia Prophetæ ſolent vocari prædicatores, eo ꝓ annunciant de futuris, ſ. de beatitudine, & miſeria futuris, & qa Chriſtus prædicator erat, ẽt ſi nihil aliud eſſet, Prophetam poterat large ſe appellare. Quarto fuit, qa Chriſtus voluit facere vnam propoſitionem vniuerſalem de homine alicuius probitatis, ſ. ꝓ in nulla regione minorẽ honorem habet quàm in patria ſua, & iſtud eſt generale circa quodcunque genus probitatis pro quo mereatur homo honorem, & quia Prophetam eſſe eſt quædam probitas, ſ. Dñi Dei quæ reddit hominem clarum, & glorioſum, poſuit exemplum in hoc, ſicut ponere poterat in quocunque alio genere probitatis, & tamen potius poſuit in Propheta, quia nihil ei magis videbatur conuenire quantum ad ea, quæ foris de eo apparebant quàm eſſe Prophetam, quia Prophetæ a Deo inſtruuntur, ita ipſe cum literas non didiciſſet literas ſciebat, & prædicabat, & miracula faciebat, quod aliqui Prophetarum egerunt.

Quomodo eſt verum, quòd non eſt Propheta ſine honore niſi in patria ſua. Quæſt. LXXXVIII.

QVOMODO eſt verum, quòd non eſt Propheta ſine honore niſi in patria ſua? Dicendum, quòd verum eſt, quòd in nullo loco Propheta habet minorem honorem quàm in patria ſua, quod patuit in Chriſto, qui erat caput Prophetarum, & etiam in alijs Prophetis. Nam Eſaias, & Ieremias, & cęteri Prophetæ apud exteras nationes fuerunt in magno honore, Iudæi autem perſequebantur eos. Sic dixit Stephanus Actu. 7. quem Prophetarum non perſecuti ſunt patres veſtri, & occiderunt eos q̃ prænunciabant de aduentu iuſti? & ſic dixit Chriſtus Iudæis infra 23. Patres veſtri occiderunt Prophetas, & vos monumenta eorum ædificatis. Ieremiam quidẽ Iudæi lapidauerunt in Aegypto, ſed Aegyptij eum in magno honore poſt mortem tenuerunt, & Alexander oſſa eius in Alexandriam tranſtulit, idem in cęteris Prophetis actum eſt. Sic dixit Remigius hoc ſciẽdum, quòd non ſolum Chriſtus, qui eſt caput omniũ Prophetarum, ſed etiam Ieremias, Daniel, & cęteri minores Prophetæ maioris honoris, & dignitatis fuerunt apud exteros, quàm apud ſuos. De Chriſto autẽ manifeſte hoc fuit, quia qui magis extranei erant, eum venerabantur: nam viuentem Iudæi illum perſequebantur: exteri aũt venerabantur, ſicut rex Abagarus, qui ciuitatem regni ſui ei tradebat illum quaſi ſimul regem conſtituens ſecum, vt patet in Eccleſiaſtica hiſtoria, & per Hieronymum lib. de illuſtribus viris: nunc aũt poſt eius mortem, & reſurrectionem mundus eum colit, Iudæi aũt illum oderunt. ſic & intra terram Iudęorum illum magis honorabant, q̃ magis diſtabãt a regione eius: nã in Capharnaum honorabatur, & in Nazareth de qua erat oriũdus nõ honorabatur. Aliqui aũt intelligunt, ꝓ loqueret hic Chriſtus de honoratiõe mortis ſuæ, i. ſupplicio crucis quod in regione, & gente ſua pertulit. Sic dicit Hilarius, ſ. in honorabilem Eccleſiam, Prophetam in patria ſua reſpondet, quia in Iudæa eſſet vſque ad crucis ſententiã condemnandus, hoc verum eſt, & tũ litera iſta magis proprie intelligitur de differentia vrbis Nazareth ab alijs locis Iudæorum, quia in nullo habuit minorem honorem quàm in Nazareth de quo oriundus erat. Ratio aũt quare Propheta, vel quilibet habens probitatem aliquam eſt minoris honoris in patria ſua quã alibi, eſt primo, quia cognoſcitur conditio generis, & cõtingit homines humili genere de plebe natos magis clarere probitatibus, extra aũt patriam eorum vbi cognatio eorum ignota eſt, ſola probitas cognoſcitur, & virtus quæ videtur, compatriotæ aũt humilitatem generis contemplantes, virtutis magnitudinem non attendunt, ſicut in Chriſto Nazareni non attẽdebant magnifica, quæ agebat; ſed ꝓ filius fabri eſſet, vt credebatur. Secundo fit, quia compatriotæ agnouerunt hominem in tenera ætate, puerum quidem nullius adhuc virtutis nec honoris quãdo eis minor merito, & dignitate erat: ideo talem eum ſemper conſiderare volebant, & ſic contemnunt, exteri autem, qui virum primo agnoſcebant, talem eũ venerantur qualem primo agnouerunt. Sic dicit Hieronymus ciues non cõſiderant præſentia viri opera, ſed fragilis recordantur infantiæ, quaſi non ipſi per eoſdem ætatum gradus ad maturam ætatem venerint. Tertio fit ex inuidia, quia inuidus non honorat, ſed denigrat, & detrahit, & tamẽ potius ciues ciuibus inuident quàm extraneis, ſic dicit Hiero. prope modum enim naturale eſt ſemper ciues ciuibus inuidere, inuidia autẽ eſt triſtitia de aliena excellentia, vt eſt proprij boni diminutiua; bonũ aũt abſentiũ nõ diminuit bona noſtra, quia non confertur eis, ideo non inuidemus eis: bona aũt præſentium cõferuntur bonis noſtris, & ex comparatione excellentiæ eorum oſtenditur paruum eſſe bonum noſtrum, & hoc eſt illud diminui, & ob hoc illi, qui ſunt eiuſdem artis, vel officij mutuo ſe inuident, qui vero diuerſorum non inuident 8. Ethi.

Ciues ciuibus inuidere, naturale eſt.

Quare dicitur, quòd Chriſtus non fecit multas virtutes propter incredulitatem. Et quòd Chriſtus poterat facere miracula credentibus, ſicut incredulis tamen incredulis non decebat. Quæſt. LXXXIX.

QVAERETVR quare dicitur, quòd Chriſtus nõ fecit multas virtutes propter incredulitatem, & an poterat facere, & an fecit aliquam. Dicendum, ꝓ aliquas virtutes fecit Ieſus nunc in Nazareth, ſ. q̃ aliquos lãguentes impoſitis manibus curauit. Mar. 6. Et tamen iſtæ fuerunt paucæ reſpectu virtutũ quas in alijs locis faciebat, ſicut in Capharnaũ: nã cũ occidiſſet Sol, attulerunt ei oẽs male habentes varijs languoribus detẽtos, & oẽs curauit ſupra 8. & Mar. 1.

Et

Et Lucæ 4. Et ſic nullus languens tunc manſit in vrbe, & ita ipſi Nazareni ante hoc iterum Chriſto dixerant quanta audiuimus a te facta in Capharnaum, fac & nunc in patria. Luc. 4. Cum autem dicitur an poterat facere virtutes non obſtante incredulitate. Dicendum, quòd nõ eſt dubium quin poterat, quia operatio miraculi pẽdet ex diuina poteſtate, ſed Deus nõ indiget in operatiõe ſua adiutorio noſtro, immo nec poteſt quiſquam concurrere cum Deo in aliquã operationem, vt opus noſtrum aut vires aliquid conferãt diuinæ operationi: ita ergo Deus poteſt facere nobis miracula incredulis exiſtentibus ſicut credentibus, alioquin bona noſtra Deo conferrent, & mala noſtra nocerent ei, & vtrunque falſum eſt: nam ſi prodeſſent ei bona noſtra indigeret illis, ſed non indiget. Pſal. 15. bonorum noſtrorum non indiges, & Iob. 35. Si peccaueris quid ei nocebis? & ſi multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? porro ſi iuſte egeris quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? homini, qui ſimilis tui eſt nocebit impietas tua, & filium hominis adiuuabit iuſtitia tua, & ſic incredulitas noſtra non impedit diuina miracula.

Sed obijcietur, quia Mar. 6. Dicitur, & non poterat virtutes multas agere propter incredulitatem eorum. Dicendum, quòd non tollitur ſimpliciter poteſtas faciendi miracula, quia ſi poterat aliqua facere eis manentibus incredulis, poterat facere quęcunque vellet, quia æqualis poteſtatis eſt facere poſſe vnum miraculum, & facere omnia, cum vnum requirat poteſtatem infinitam, & non ſufficiat minor, & omnia miracula ſimul ſumpta nõ requirunt maiorem poteſtatem quàm infinitam, ſed dicitur non poterat, quia non decebat, quòd illis exiſtentibus incredulis Chriſtus faceret plura miracula quàm faciebat. Cum autẽ quæritur quare non faciebat multas virtutes propter eorũ incredulitatem. Dicendum primo, quòd hoc eſt propter demerita eorum, quia dignum erat, quòd illi qui ſcandalizabantur propter bona, quæ videbãt, nulla bona alia viderent, cum, & ipſa manifeſte diuina opera Deo attribuere noluerint, ſed ſcandalizabãtur in operante quaſi dæmone adiutore in his vteretur. Secundo quia Deus vult, ꝓ quãdo miracula fieri debent in fauorem aliquorum, ꝓ illi credant, ſi tales ſunt, qui fidem propriam habere poſſunt. iſti autem non credebant, ideo impedimentum ponebant, vt miracula nõ fierẽt. Sic dicit Theophilus in miraculis neceſſaria eſt fides operantis, & recipientis, quæ ibi deficiebat: ideo non acceptabat Ieſus ibi ſigna facere.

Tertio fuit ad eorum vtilitatem, quia præuiderat Chriſtus eorum duritiem non ſuperandã miraculis, & quia quanto plura miracula fierent tanto eorum incredulitas eſſet magis increpabilis, noluit multa ſigna facere, ſic dicit Hiero. non quòd incredulis illis facere non potuerit virtutes multas, ſed quia ne multas faciens virtutes eiues incredulos condemnaret. Sic etiam dicit Teophilus. non acceptabat virtutes facere quaſi ipſe impotens, ſed quia ipſi infideles: ergo ibi non operatur virtutes, parcens eis ne maiori reprahenſione digni eſſent factis miraculis non credentes.

Quomodo Chriſtus facere voluit virtutes aliquas in Nazareth non credentibus Nazarenis. Et quomodo Fides in miraculorum operatione dupliciter proficit. Quæſt. XC.

QVAERETVR quomodo Chriſtus facere voluit virtutes aliquas in Nazareth non credentibus Nazarenis. Dici poteſt vno modo, quòd Deus facit interdum virtutes ad vtilitatem, & interdum ad ſolam oſtenſionẽ gloriæ ſuæ. Primo modo requiritur fides ad operationem miraculi. Secundo modo fit etiam ſine fide. Proficit enim fides dupliciter in operatione miraculorum, ſcilicet, ad hoc, ꝓ quis illa pro ſe fieri impetret, & ad hoc, ꝓ per ſe illa faciat. De primo patet Mar. 9. Pater habens filium arreptitium dixit, ſi quid potes adiuua nos, miſertus noſtri, & Chriſtus dixit ſi potes credere omnia poſſibilia ſunt credenti, ideſt, potes recipere quod petis, ſi potes credere, ꝓ poſſum facere, & ꝓ potes impetrare, & tũc ille ait: credo Domine, adiuua incredulitatem meã, ideſt, ego credo: attamen ſi aliquid deeſt fidei meæ ita vt ex hac parte vocetur incredulitas, adiuua illam, ſcilicet ſupplendo, ꝓ fidei meæ deeſt. Idem patet de duobus cæcis ſupra 9. Et quaſi pluraliter Chriſtus petebat fidem ab eis pro quibus miracula facturus erat. De ſecundo patet, quia infra 17. & Luc. 17. Et infra 21. Dicitur, quòd ſi quis habuerit fidem ſicut granum ſinapi, ſi dixeritis monti huic tranſi, tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis. & iſta fides debet eſſe firma, ita ꝓ petens miraculum fieri nihil hęſitet, ideſt, firmiter confidat, ꝓ Deus concedet, ideſt, quod ipſe petit infra 21. Si quid orantes petieritis, & non hęſitaueritis fiet vobis, & Iaco. 1. cap. poſtulet autem in fide nihil hęſitans, qui autem hęſitat ſimilis eſt fluctui maris, qui a vento circunfertur, non æſtimet autem homo ille, ꝓ accipiat aliquid a Deo: hoc enim modo fides ſemper in miraculis eſt neceſſaria. Cum autem miracula nõ fiunt ad vtilitatem hominum, ſed ad manifeſtationẽ gloriæ Dei totaliter non exigitur fides, ſed nobis non credentibus Deus facit miracula, immo aliquando nobis inuitis Deus facit miracula, ſicut quando Iſaias dixit regi Achaz, pete tibi ſignum a Domino Deo tuo, ſiue in profundum inferni &c. & Achaz petere noluit, & ob hoc dixit Iſa. ꝓ Achaz erat moleſtus Deo, Iſa. 7. hoc autem erat, quia Deus volebat facere miraculum tunc ad oſtenſionẽ gloriæ ſuæ, & Achaz nolebat illud. Vnde ſubditur, propter hoc ipſe Dñs dabit vobis ſignum, i. quia vos non vultis petere, ipſe ſe ingeret, & dabit vobis illud etiam vobis nolentibus recipere, & ita nunc ſi enim Nazareni miracula nulla viderent, haberent aliqualẽ excuſationem, ſ. quia miracula non vidiſſent. Oſtendit ergo Chriſtus eis aliqua etiam ad oſtendẽdam poteſtatem ſuam, quia ſi Nazarenis incredulis Chriſtus miracula nulla faceret, putaretur, ꝓ incredulitas eorum euacuabat poteſtatem Chriſti quod erat inconueniens. Secundo fuit, vt Chriſtus oſtenderet benignitatem ſuam, ſ. quia benefaciebat etiam illis, qui contemnebant eum: nam iſti Nazareni ſcandalizabantur dicentes, nunquid nõ eſt iſte filius Ioſeph, & eum vilipendebant, ipſe tamen ſicut manſuete reſpondit, ita in operibus clementem ſe exhibuit benefaciens eis quoſdam infirmos eorum curans, ſic dicit Chry. intuere manſuetudinem eius, conuitiatus eſt, ſed cum multa manſuetudine reſpondit. Tertio fuit, quia forte iſti quos miraculoſe nunc Chriſtus ſanabat credebant: nam inter multos infideles potuerunt aliqui fideles inueniri, & illos curaret. reliqua autem multitudo erat incredula, & illis non faceret Chriſtus miracula. Sed dicetur cũ Nazareni mirarentur ex miraculis Chriſti, quare non faciebat multas virtutes, quia ex hoc gloriam maiorem acquirẽbat. Dicendum, quòd Chriſtus non veniebat quærere gloriam propriam, ſ. vt ab hominibus laudaretur. Io. 8. ego gloriam meam non quæro, ſed vtilitatẽ veſtram, & quia licet Nazareni mirarentur de Chriſti geſtis, non tũ erant credituri, etiã ſi multa ſigna fierent, & quia quanto plura ſigna fierent, tãto eſſent reprahenſibiliores, qui non crediderant, noluit miracula multa facere, licet ex hoc laudem multam acquireret.

reret. Sic dicit Hiero. si autē admiratio eis aduenie- F
bat ex miraculis, quare nō multas virtutes fecit? & re-
spondet, quia nō ad ostentationem suam respiciebat,
sed ad ea, quæ alijs erant vtilia, hoc igitur non proue-
niente despexit quod erat suiipsius, vt non pœnā eis
augeat: cum ergo vel pauca eis fecit signa, ideo fe-
cit, vt non dicant si vtique facta essent signa nos cre-
didissemus.

C A P. XIIII.

IN illo tempore audiuit Herodes
tetrarcha famam Iesu, & ait pue- G
ris suis. Hic est Ioannes Bapti-
sta, ipse surrexit a mortuis, & ideo
virtutes operantur in eo. Herodes enim te-
nuit Ioannem, & alligauit eum, & posuit
in carcerem, propter Herodiadem vxorem
fratris sui. Dicebat enim illi Ioannes: non
licet tibi habere eam. Et volens illum occi-
dere timuit populum, quia sicut Prophetam
eum habebant. Die autem natalis Herodis,
saltauit filia Herodiadis in medio, & placuit H
Herodi. Vnde cum iuramento pollicitus est
ei dare quodcunque postulasset ab eo. At
illa præmonita a matre sua, da mihi inquit
in disco caput Ioannis Baptistæ. Et contri-
status est rex. Propter iuramentum autem,
& eos, qui pariter recumbebant iussit dari.
Misitque, & decollauit Ioannem in carcere.
Et allatum est caput eius in disco, & datum
est puellæ, & illa attulit matri suæ. Et acce-
dentes discipuli eius tulerunt corpus eius,
& sepelierunt illud, & venientes nunciaue-
runt Iesu.

Mar.6. Luc.9. Mar.6. Luc.3.

26.dist. c.vna.

22 q.4.c. est etiā, & c.vnus quisque, & cap. actione.

Mar.6.

In illo tempore. Posuit in præcedentibus Matthęus
parabolicam euangelij promulgationem. hic subdit
dictæ promulgationis confirmationē, & hoc ex duo-
bus. Primo ex fama nominis. Secundo ex eius mira-
culis, ibi. *Quod cum audisset Iesus.* Prima in duas, quia
primo ponit famam Christi, secundo ex hoc quasi in-
cidentaliter narrat mortem Ioannis Baptistæ, ibi. *He-
rodes enim.*

Promulg. tionis cōfirmatio, ac eiusdē diuisio.

An ista sint ad præcedentia continuata.
Quæst. I. K

QVAERITVR circa primum: an hic sit ordo
continuus ad præcedentia, vel sit mutatio ali-
qua. Aliqui dicunt, quòd non sit hic ordo re-
ctus, quia Mar. 6. post prædictam narrationem gesto-
rum Dñi in Nazareth sequitur de potestate tradita
duodecim discipulis, quæ habetur supra 10. Et quo-
modo ad prædicandū missi sunt, & tunc sequitur quo-
modo Herodes audiuit famam Christi, & ponitur to-
ta historia ista Ioannis. Item patet fortius, quia Mar-
cus, & Lucas conueniunt in ordine narrationis: nam
sicut Marcus post potestatem traditā Apostolis subiū-
xit de morte Ioannis Baptistæ: ita Luc. 9. Post eādem
potestatem Apostolorū idem subnectitur, illis ergò
potius standum videtur. Dicendum videtur, quòd
hic sit ordo continuus, quia dicit hic Matthęus in illo
tempore audiuit Herodes, s. in tempore quo fiebant
ea, quæ supra habentur, & illa sunt de mansione, &
gestis Christi in Nazareth. Et dicendum, quòd in
narratione Matthęi concordant hic ambo ordines, s.
naturalis, & artificialis. De naturali patet, quia dici-
tur hic in illo tempore, quod ostendit continuationē
rerum gestarum, secundum tempus. De artificiali
patet, quia supra, dixerat Matthęus, quòd Nazareni
scandalizabantur in Christo non habentes bonam
opinionem de illo, hic declarat quam opinionem ha-
bebat Herodes de illo, & cæteri. Sic continuat Glo. di-
cens, quia supra Euangelista ostenderat quomodo
pharisæi miracula Christi calumniabantur, conciues
autem eius hæc admirantes, Christum tamen con-
temnebant, refert nunc quam opinionem ex auditis
miraculis Herodes de Christo conceperat. Ad Mar.
dicendum, ꝙ non obstat, quia non est necesse, ꝙ qui-
libet euangelista eo ordine res narret quo gestæ sunt:
cum inter se varient, & ideo non facit vnus probatio-
nem contra alium. Cum autem dicitur, ꝙ Marcus, &
Lucas concordant inter se, & discordant a Matthęo
dicendum, ꝙ hoc facit aliqualem præsumptionem, &
ideo cæteris paribus magis staretur duobus concor-
dantibus in ordine quàm vni discordanti ab eis, & ta-
men hic ex circunstantijs literę Matthęi colligitur, ꝙ
ipse tenuerit ordinem rerum gestarum, & non illi, cū
dicat Matthęus in illo tempore, & Mar. & Lucas non
dicunt aliquid propter quod necesse sit credi, ꝙ talis
ordo rerum gestarum fuerit: ideo dicendum, ꝙ Lucas
& Mar. concordant, quia ambo tenere voluerunt or-
dinem artificialem: nam hic agitur de fama nominis
Christi quomodo diuulgata est, ita vt Herodes audi-
ret de gestis eius. & quia hoc maxime fuit, quando
dimittebat discipulos ad prædicandum, & faciendum
miracula per totam terram Iudæorum, ideo postquā
posuerunt quomodo Christus mittebat discipulos ad
prædicandum, subiunxerunt de Herode, ꝙ audiuit fa-
mam Christi. Matthęus autem tenuit præcipue hic
ordinem rerum gestarum: ideo dixit in illo tempore.
I Sed non est intelligendum stricte, ꝙ ipso tempore, i.
die, vel hora quando Iesus erat in Nazareth fierent,
quæ dicuntur hic, sed tunc. Et idem tenet Augusti-
nus lib. de cōcor. euan. dicens. dixit autem Matthęus
in illo tempore, non in illo die, vel ipsa hora: nā Mar-
cus hoc quidem ex eodem modo dixit, sed nō eodem
ordine, sed postquàm discipulos ad prædicandum mi-
sit: nulla tamen facta necessitate qua hoc cōsequen-
ter gestum esse intelligere cogeremur. Lucas etiam
eundem ordinem narrandi quem Marcus tenuit, nec
ipse tamen rerum gestarum eundem ordinem credi
cogit. Sciendum tamen, ꝙ hæc de continuatione dic-
ta intelligi debent quantum ad hoc, ꝙ Herodes au-
dierit famam Christi: nā quātū ad mortem Ioannis nō
est nunc continuatio, quia illa historia nō introduci-
tur hic principaliter, vt dicetur infra q. 8. circa primū
dicitur: *In illo tempore.* Scilicet, Quando Christus erat
in Nazareth, vel paulo post, quia non debet accipi stri-
cte quod dicitur, vt dicit Augustinus lib. de concor.
euan. s. dixit Matthęus in illo tempore, non in illo die
vel ipsa hora. *Audiuit Herodes.* Iste erat dominus Gali-
lææ, qui Ioannem Baptistam decollauerat infra in li-
tera, & Mar. 6. *Tetrarcha.* Idest, Princeps quartę par-
tis regni Iudęorum, quod per tetrarchas diuisum erat
Luc. 3. *Famam Iesu.* Scilicet, De miraculis eius, & præ-
dicatione, & præcipue de magnitudine miraculorū,
sicut ipse dixit infra in litera, scilicet, virtutes operan-
tur in eo, idest, miracula faciunt in potestate eius.

Et

Et dixit pueris suis. Idest, seruitoribus, modus loquen-
di Hebraicus est etiam vulgaris, ꝙ omnes seruitores
cuiuscunque ætatis vocantur pueri: aliquando vocan-
tur pueri, i. filij, vt Isa. 7. ego, & pueri quos donauit
mihi Dominus, i. filij mei, & tamen communiter pro
seruitore accipitur, & ita viri robusti vocantur interdū
pueri, vt 2. Reg. 2. Surgant pueri, & ludant, & surre-
xerunt, & occiderunt se mutuo viri fortissimi, ita vt
vocaretur ager ille robustorū. *Hic est Ioannes Baptista.*
Idest, Iste de quo ego tantam famam audio est Ioan-
nes Baptista, quia nemo alius talia faceret. *Ipse surre-
xit a mortuis.* Herodes occiderat Ioannem: ideo ad
hoc, ꝙ esset iste, q hæc faciebat oportebat, ꝙ resurge-
ret. *Et ideo virtutes operantur in eo.* Idest, Quia surrexit
operantur nunc alij virtutes, i. miracula in eo, i. pote- B
state eius vel in nomine eius, quia putabat Herodes, ꝙ
omnia ista miracula, quæ faciebant discipuli Christi,
fierent in potestate Ioannis resurgentis a mortuis.

Quare dixit Matthæus hic in illo tempore. *Quæst. II.*

QVAERITVR quare dixit Matthæus in illo tē-
pore. Dicendū primo, ꝙ fuit ad ostendendum
consequentem ordinem rerum gestarum: nā
quia tunc factum est hoc quādo ea, quæ supra dicun-
tur de Nazarenis, voluit hoc Matthæus ostendere di-
cens in illo tempore. Secundo fuit ad ostendendum
negligentiam Herodis, & eum esse increpabilem, qui
tam negligens fuerat, ꝙ vsque ad tempus istud de fa- C
ctis Christi nihil audiuerat, quia non erat curiosus circa
talia, sed potius cōtemnebat ea, quia alia prius hoc
audire, & scire potuisset. Sicut dicit Chry. super Mat.
s. non absque cauta tempus euangelistæ designant,
sed vt discas tyranni superbiam, & negligentiam: nec
enim a principio didicit ea, quæ erant de Christo, sed
post plurimum tempus: sic & multi, q in potestatibus
sunt multa elatione circundati huiusmodi tarde addi
scunt, quia non multum horum faciunt curam.

*Quis fuit iste Herodes, & quomodo potuit audire famam mira-
culorum Christi: cum Herodes mortuus fuerit Christo exi-
stente puero. Et quòd multi fuerunt qui dicti sunt
Herodes.* *Quæst. III.* D

QVAERITVR quis fuit iste Herodes, & quo-
modo potuit audire famam miraculorū Chri-
sti, ga videtur, ꝙ longe ante hoc Herodes de-
functus esset: nam quando Herodes occiderat Innoc-
entes, Iesus puer portatus est in Aegyptum, mansit-
que ibi vsque ad obitum Herodis, & tunc Angelus
iussit reducere puerum, & matrem eius in terram Is-
rael, quia defuncti erant, qui quærebāt animam pueri
supra 2. cap. ergo cū esset puer Iesus mortuus est He-
rodes, etiam antequam rediret ex Aegypto: non
ergo potuit audire famam miraculorum eius, quia
Christus non fecit miracula quousque prædicare cę-
pit, & hoc post baptismum, & erat tunc annorum tri-
ginta. Luc. 3. Dicendum, ꝙ non est idem Herodes, ille,
& iste: fuerunt enim multi, qui Herodes dicti sunt.
Primus fuit Herodes filius Antipatri, qui primus de
alienigenis regnauit inter Iudæos, & iste solet vocari
Herodes Ascalonita, quia antiquæ quædam historiæ
ferūt patrem eius Antipatrum in Ascalone vrbe Phi-
listhinorum cuiusdā templi idolorū fuisse æduituum,
& iste Herodes mortuus est cum adhuc esset puer Ie-
sus. Alius fuit Herodes filius istius, qui fuit tetrarcha
Galilęę, & solent vocare eum Herodem Antipatri, &
hic est de quo hic dicitur, & Mar. 6. & Luc. 9. Iste est,
qui Ioannem Baptistam occidit, & ad quem tempore
passionis Iesus a Pilato remissus est, quia erat de Gali-
A lęa, vt patet Lu. 23. & de istis duobus solum faciunt
mentionē euangelistæ. Tertius fuit Herodes Agrip-
pa rex Iudæorū post Christi mortem, qui occidit Ia-
cobū Zebedæi, & tenuit Petrum, vt occideret Actu.
12. Et ille miserabiliter mortuus eodem cap. isti tres
sunt Herodes de quibus scriptura recolit, & iste de
quo hic dicitur, est secundus qui fuit filius primi He-
ródis, & potuit videre miracula Christi, quia vixit vs-
que post mortem Christi: nam Christus ipso die quo
occisus est præsentatus fuit Herodi isti. Luc. 22.

*Cur dicatur Herodes Tetrarcha. Et quòd Herodes Ascalonita
fuit primus de alienigenis, qui factus est Rex Iudæorum.
Et a quo terra Iudæorum fuit diuisa in quatuor
Tetrarchias.* *Quæst. IIII.*

QVAERITVR cur dicatur hic, ꝙ erat Herodes
tetrarcha. Dicendum, ꝙ tetrarcha idem est,
ꝙ quartæ partis princeps, & quia regnum
gētis Iudæorum quod prius erat vnicum diuisum est
in quatuor partes, vocatur quælibet pars tetrarchia, &
princeps illius vocatur tetrarcha, præter principem
Iudææ, qui vocatur præses prouinciæ, vel procurator,
& non tetrarcha. Pro quo sciendum, ꝙ tota gens Iu-
dæorum quando cępit primo habere regem, fuit si-
mul tota sub vno rege, s. Saule 1. Reg. 11. & 12. Et tūc
erat proprie regnum principatus Iudæorū, quo mor-
tuo, filius eius Isboseth vnctus est in regem pro patre
2. Reg. 2. Et tunc tribus Iuda cepit Dauid in dominū, C
& illum vnxit in regem eodē cap. & sic ꝗꝗ esset prin-
cipatus diuisus, vterque tñ principatus erat regalis, de-
inde mortuo Isboseth redijt totus principatus ad Da-
uid, qui vnctus est in regem super totum Israel 2. Re.
5. Et tunc fuit magis proprie regnum quod est prin-
cipatus monarchicus 8. Ethi. & sic duraui sub Dauid,
& filio eius Salomone, sed mortuo Salomone diuisū
est regnum, quia duæ tribus, s. Iuda, & Beniamin mā-
serunt cum Roboam filio Salomonis, & decē tribus
trāsierunt ad Ieroboam 3. Reg. 12. & sic fuit vterque
principatus regalis, & duraui sic longo tempore, vo-
cabaturque regnum Roboam, & successorum eius,
regnum Israel, quia fere illuc constuxerat totus Israel,
& duraui ista diuisio quousque rex Israel Osęæ filius
Ella, & decem tribus subiectæ ei trāslatæ sunt in Assy-
rios 4. Reg. 17. Et tunc desijt esse regnum Israel, mā-
sitque solum regnum Iuda in terra Hebræorum, post
aliquanto tempore vsq; ad captiuitatem Babylonis,
& tunc etiam desijt regnum Iuda esse regnum, quia
Iudæorum plurimi translati sunt in Babylonem, cęte-
ri vero fugerunt in Aegyptum timore Chaldæorum
occiso Godolia 4. Reg. 25. & Iere. 42. Et tunc mansit
terra Iudæorum deserta nullo habitante per septua-
ginta annos 2. Paralip. 36. Post reditum de Babylone
fuit apud Iudæos totā gens semper sub vnitate princi-
patus, sed erat princeps summus sacerdos de quo late
ostensum est supra 2. cap. q. vlti. & hoc duraui vsque
ad filios Ioannis Hircani, qui sibi coronam regalem E
imposuerunt, q erant de stirpe Machabęorū, fuerūtq;
aliqui reges de stirpe eorum vsq; ad Aristobolum, &
Ircanum: qui de regno contendentes regnum perdi-
derunt, secutaq; sunt mala plurima in gente Iudæorū,
& tunc viuente Hircano, qui rex, & summus sacerdos
fuerat Herodis Antipatri filius quē Ascalonitam ap-
pellamus, concedentibus Romanis rex Iudæorū fa-
ctus est, & iste fuit primus de alienigenis, qui fuit rex
Iudæorum, & ibi cessauit principatus Iudæorum, s.
ablatum est sceptrum de Iuda, & dux de femore, quia
venit tunc ille qui mittendus erat, s. Christus, qui na-
tus est in diebus Herodis supra 2. cap. & sub hoc tota
gens Iudæorum fuit sub vno principatu regali, & in-
telligitur

telligitur de illis, qui red ierant de Babylone: nam decem tribus, quæ in Assyrios translatæ fuerant, nunquã postea redierunt, sed manent ibi vsq; ad præsentem diem. Mortuo isto Herode successit Archelaus filius eius in regno, vt patet supra 2. cap. & iste cum regnasset decem annis relegatus est in Vienã vrbem Galliæ ibiq; obijt, per cuius exitum Octauianus Augustus diuisit terram Iudæorum in quatuor partes, nolens, q̃ iam esset regnum, vt ait Remigius, & tradidit tres partes filijs Herodis, vnam vero commisit Pilato, de quo magis dictum est supra 2. cap. q. vlti. & ideo quilibet principatus istorum vocabatur tetrarchia, & princeps vocabatur tetrarcha, & nunc tempore Christi erat iste modus principatus in gẽte Iudæorum, & iste Herodes erat vnus de tetrarchis: ideo vocatur hic tetrarcha, patet Luc. 3. Vbi ponuntur nomina tetrarchiarum, & tetrarcharum, s. anno quintodecimo Tyberij Cæsaris procurante Pontio Pilato Iudæam: tetrarcha autem Galilææ Herode. Philippo autem fratre eius tetrarcha Ituręę, & Trachonitidis regionis. Lisania autem Abilinę tetrarcha. &c.

An erat tetrarcha iste Herodes, vel rex. Quæst. V.

QVAERETVR de isto Herode an erat tetrarcha vel rex. Aliqui dicunt, q̃ erat rex, quia Mar. 6. dicitur audiuit Herodes rex. Dicunt aliqui, q̃ non fuit ille de quo Marcus loquitur, sed alius, quia multi Herodes in scriptura referuntur. Dicendum, q̃ non stat, quia necesse est, q̃ sit idem de quo dicitur hic, & Mar. 6. & Luc. 9. Quia vnicus fuit Herodes, q̃ Ioannem Baptistam occidit, & tamẽ omnes tres euãgelistæ referunt de isto, qui occidit Ioannem.

Alij ergo dicunt, quòd idem Herodes est, & fuit tetrarcha, & etiam rex. nam erat tetrarcha, quia erat princeps quartę partis regni, vel gentis Iudæorum. fuit aũt rex, quia super terram illã imposuerat sibi regium diadema, sicut diuiso regno Iudæorum a principio in duas partes in vtraque rex fuit, ita & nunc diuiso in quatuor partes poterat esse rex in qualibet parte, quia paruitas regionis, vel districtus nihil impedit ad esse regem, cum in terra Chananæorum quàm Iudæi occupauerunt erant plures quàm quadraginta reges, ipsi enim occiderunt de eis plures quàm triginta reges Iosue 12. cap. poterant ergo nunc esse quatuor reges, vbi quondam plures quàm quadraginta fuerant. Dicendum, quòd non erat iste Herodes rex, quia Romani non permittebant hoc: nam eo ipso, quòd regnum diuiserunt, noluerunt, quòd nemo esset rex, sed tetrarchę. Etiam quia si iste Herodes fuisset rex, cum hæc sit maior dignitas, quàm esse tetrarcham, licet vtrunque simul haberet, nominaret eum potius scriptura regem quàm tetrarchã, & tamẽ potius nominatur tetrarcha, quia solus Mar. nominauit eum regem. Matthæus autem, & Lucas eum tetrarcham dixerunt, quia Luc. 9. Dicitur audiuit Herodes tetrarcha. &c. Sed dicendum, quòd Marcus vocauit Herodem regem forte propter honorem paterni nominis, quia pater suus rex fuerat, s. Herodes Ascalonita. Vel forte propter affectum, quia iste Herodes affectabat regnum, & loquebat̃ de seipso sicut de rege. Vnde q̃n̄ promisit puellę saltãti dare quidquid peteret, dixit ẽt si dimidium regni mei petieris Mar. 6. Sic dicit Theophilus, s. tetrarchã hunc Matthæus nominat atq; Lucas tanq̃ principantẽ sup quartã partẽ regni patris sui. Romani enim post mortem patris regnum in quatuor partes diuiserunt. Mar. autem eum regem vocat aut patris consuetudine, aut quia hoc voto eius, idest, Herodis cõgruum existebat.

An Herodes asseruerit Ioannem Baptistam a mortuis resurrexisse. Quæst. VI.

QVAERETVR an Herodes asseruerit, q̃ Ioannes Baptista a mortuis resurrexerit. Aliqui dicũt, q̃ non asseruit, sed audiuit hoc a quibusdam, & dubitabat quomodo esse posset, quia ipse decollauerat Ioannem Baptistam: sic dicitur Luc. 9. Ioannem ego decollaui, quis est iste de quo audio talia? Alij dicunt, quòd Herodes asserebat surrexisse Ioannem, quia dicitur hic, quòd Herodes dixit pueris suis, hic est Ioannes Baptista ipse surrexit, ideo virtutes operantur in illo, & Mar. 6. dicitur, Herodes dicebat Ioannes Baptista resurrexit a mortuis.

Dicendum, quòd ordo fuit in hoc, quòd Herodes audiuit a principio famam Iesu de miraculis, quæ faciebat, & non cognouerat personam, quia nunquam viderat eum, nec vidit vsque ad diem in quo Christus occisus est, quia tunc remissus est ad eum, & gauisus est valde Herodes, vt videret illum. Luc. 23. capitu. & ideo quærebat Herodes quis erat iste, qui talia faciebat, & de quo talia audiebat, & quia pueri, idest, serui Herodis non agnouerant etiam Christum dubitabant, quis esset, & varie diffiniebant, ideo quidam dicebant, quòd Ioannes Baptista surrexerat a mortuis. Alij dicebant Elias surrexit. Alij vero dicebant vnus de Prophetis antiquis apparuit. & sic erant variæ sententiæ, tandem autem visa est verisimilior sententia asserentium, quòd Ioannes resurrexerat a mortuis, & hanc tenuit Herodes in fine, ideo ipse vltimo asseruit Ioannem surrexisse, & ita Lucas refert dubitationem quæ fuit a principio. Matthæus vero, & Mar. referunt sententiam quam vltimo tenuit. Et patet, quia Luc. 9. Dicitur, audiuit Herodes tetrarcha omnia, quæ fiebant ab eo, & hęsitabat, eo quòd dicebatur a quibusdam, quia Ioannes surrexit a mortuis, a quibusdam vero, quia Elias surrexit, ab alijs vero, quia vnus de Prophetis apparuit, & ait Herodes. Ioannem ego decollaui, quis est iste de quo audio talia? quomodo autẽ post hæc Herodes declinauerit in sententiam aliorum, s. q̃ Ioannes surrexit a mortuis tacuit Lucas, & expresserunt hoc Mar. & Matthæus, qui tamen dubitationem Herodis tacuerunt, & sic ex omnibus tribus simul resultat vna plena narratio, quia vnus supplet alium. Sic dicit Augustinus lib. de concor. euan. s. Lucas dicit. Ioannem ego decollaui, quis est iste de quo audio talia? quia igitur hęsitantem Lucas commemorauit Herodem: intelligẽdum est aut post hanc hęsitationem confirmasse in animo suo, quòd ab alijs dicebatur, cum dixit pueris suis sicut hic Matthæus narrat, hoc est Ioannes Baptista. &c. Aut ita pronunciandæ sunt hæc verba, vt hęsitantem adhuc indicent: vtroque enim modo pronunciari potest, vt aut firmatum eum ex aliorum verbis accipiamus, aut adhuc hęsitãtem sicut Lucas commemorauit, & tamen præcedens sententia Augusti. verior, & magis literæ, & rationi congruens.

Quomodo Herodes gentilis, vel infidelis credidit esse resurrectionem a mortuis, cum Iudæi hoc nondum crederent. Quæst. VII.

QVAERETVR circa aliquos quomodo Herodes gentilis, vel infidelis credidit esse resurrectionem a mortuis, cum Iudæi, qui se religiosos esse putabant hoc nondum crederent: nam erant opiniones inter eos asserentibus Saducæis nõ esse resurrectionem, nec spiritum, nec Angelum infra 23. & Act. 23. Pharisæis vero vtraq; asserentibus. quid tñ verum esset, nõdum certum habebatur, quia si haberetur, non permitteretur tam perniciosa hæresis, scilicet, negantium resurrectionem, & tamen semper dubitabatur in hoc, & contendebant Saducęi cum Pharisæis, vt innuitur infra 23. & Actu. 23.

Aliqui dicunt, quòd gentiles promptiores sunt ad credendum quàm Iudæi, ideo credidit Herodes. Sic innuit Rabanus dicens. quanta est Iudæorum inuidia ex loco isto docemur. Ioannem a mortuis potuisse resurgere nullo attestante, Herodes alienigena pronunciauit. Iudæi vero Christum quem Propheræ eorum prædixerant, non surrexisse, sed furtim ablatum esse credere maluerunt, in quo innuebatur, quòd promptior est animus gentium ad credendum quàm Iudæorum. Sed dicendum, quòd Herodes iste non erat gentilis, sed Iudæus, erat tamen alienigena, idest, nõ de stirpe Iudæorum, sed Idumęorum vel Arabũ, nam auus eius Antipater Idumęus fuisse refertur, fuit tamen in ritu Iudaico, & fide, & postea filij eius Iudæi nati sunt, & non Iudæi facti. vnde & Herodes Ascalonita pater huius Herodis de quo dicitur in Iudaismo natus est, & consequenter iste Herodes: ideo debet computari, vt Iudæus, & non gentilis, vel alienigena. Aliter etiam dici potest, q̃ non apparet ex hoc gentiles fuisse promptiores ad credendum resurrectionem quàm Iudæos: nam Herodes iste non fuit primus qui credidit resurrexisse Ioannem, sed pueri sui hoc asserebant, & ipse dubitabat quomodo fieri potuisset, vt patet Luc. 9. Sed tandem ab alijs persuasus est, & asseruit Ioannem surrexisse, vt patet præcedenti q. & tamen pueri Herodis erant Iudæi, quia ipse dominabatur in terra Iudæorum, ideo non crediderunt gentiles priusquàm Iudæi etiam si Herodes fuisset gentilis.

Aliter etiam dici potest, & melius, quòd Iudæi non erant increduli circa resurrectionem, idest, quòd aliquis resurgeret, quia planum erat, quòd Elias suscitauerat vnum mortuum 3. Regum 17. Elisęus autẽ suscitauit duos 4. Regum 4. & 13. Et de hoc Iudæi dubitare nõ poterant, qui libros sacræ scripturę tenebant. Et si dicas, quòd Saducæi non recipiebãt omnes libros sacræ scripturæ, ideo nõ credebant resurrectionem. Dicendum, quòd non poterant dubitare de illa, quia Christus suscitauit tres mortuos, quod notum fuit omnibus Iudæis, s. filiam Archisynagogi supra 9. Et filium viduæ in Naym. Luc. 7 Et Lazarũ. Ioan. 11. & tamen post hæc adhuc negabant Saducęi resurrectionem. Ideo dicendum, q̃ non dubitabant Iudæi de suscitatione mortuorum qua aliquis suscitatur ad istam vitam mortalem, sed de resurrectione generali, qua omnes homines asseruntur suscitandi, vt postea maneant immortales in alio modo vitæ: nã hoc aliquid maius est, & q̃a de hoc nullum exemplũ apparuerat, erat dubium inter Iudæos de resurrectione, asserentibus Saducæis non esse resurrectionem. Et patet hoc efficacius, quia Saducæi de tali resurrectione arguebãt contra Christum infra 22. Inducentes de muliere, quæ septem viros habuit cuius eorum esset vxor in resurrectione, & Christus dixit, q̃ in resurrectione nec nubent nec nubentur, sed sunt sicut Angeli Dei, s. non accipientes vxores, nec habentes actus istos, quos habuerunt in hac vita corruptibili, sed sicut Angeli Dei sunt puri spiritus, qui nullis harum rerum indigent, nec vtuntur, ita homines in statu resurrectionis erunt effecti spirituales quantum ad statum, licet non quantum ad naturam, ideo nullis harum rerum indigebunt, qui autem nunc resurgunt omnibus his indigent: nam vxores accipiunt ad Hebræ. 11. s. acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos, i. vxores acceperunt viros, qui mortui iam erant, vt iterum essent viri earum, quia resurrexerunt. Etiam cibis, & potibus indigent, & vtuntur eis: nam Lazarus suscitatus comedit, & bibit cũ Dño post resurrectionem. Ioan. 11. & hoc, quia istis non donatur immortalitas, sed solum resumunt vitam talem qualem prius habebant, & de horum suscitatione nemo Iudæorum dubitabat quin aliq̃n̄ facta esset, & fieri posset. talis aũt fuit suscitatio q̃ de Ioanne nunc Herodes credebat: iõ nulla difficultas erat Herodi, & alijs Iudęis credere, q̃ Ioannes potuisset resurgere a mortuis.

Quare Herodes auditis factis Christi dixit, quòd Ioannes surrexit a mortuis. Quæst. VIII.

QVAERETVR quare Herodes auditis factis Christi dixit, q̃ Ioannes surrexit a mortuis. Aliqui dicunt, q̃ non oportet reddi causam de hoc, q̃a Herodes dixit hoc ex errore, & tamen non tenemur causam reddere alieni erroris. Sic dicit Hierõ. super Matthæum, quidam Ecclesiasticorum quærunt interpretum quare Herodes ista sit suspicatus, vt putet Ioannem a mortuis surrexisse quasi alieni erroris nobis sit reddenda ratio. Sed dicendum, q̃ licet Herodes deceptus est putans, q̃ Ioannes surrexisset: tamen motiuum aliquod habebat ad credendum hoc, putabat enim, quòd talia qualia nunc de Christo dicebãtur, nemo facere posset nisi Ioannes. Et patet hoc, q̃a dixit Ioannes Baptista surrexit a mortuis: ideo virtutes operantur in eo. Sed dicetur quomodo potuit credere Herodes, quòd Ioannes surrexisset a mortuis, & faceret hoc, quia Ioannes viuens nullum miraculum fecit. Ioan. 10. s. Ioannes quidem nullum signum fecit, quomodo ergo nunc faceret? Dicendum, quòd Herodes, & cæteri Iudæi putabant, quòd Sancti post resurrectionem suam maioris potestatis futuri sunt q̃ viuentes fuerant, ideo licet viuens miraculũ non egisset, poterat post resurrectionem: & in hoc nõ errabat Herodes, quia multo fortiores erunt Sancti susceptis dotibus gloriæ tam animæ q̃ corporis q̃ hic fuerunt. Sic dicit Rabanus bene aũt de resurrectionis virtute oẽs senserunt, quòd maioris potentiæ sunt Sancti futuri cum a mortuis resurrexerint, q̃ fuerunt cũ adhuc carnis infirmitate grauarentur.

Quare Herodes non credidit, quòd aliquis Propheta de nouo venerat in mundum. Quæst. IX.

SED dicetur quare Herodes nõ credidit, quòd aliquis Propheta de nouo venerat in mundum, qui ista faceret, vt non oporteret poni Ioannem resurrexisse, quia miracula non sunt ponenda sine necessitate, quòd enim natus esset vnus Propheta per quem Deus hæc faceret, miraculũ erat, iõ potius credere debebat, quòd aliquis Propheta natus erat, qui hoc faceret. Nam Prophetæ viuentes miracula faciebant saltem aliqui eorum, vt Elias, & Elisæus, q̃ mortuos suscitauerunt. Dicendum, quòd hoc forte fuit propter duo. Primo quia iam Iudæi non habebãt aliquos Prophetas, & diu erat, quòd nullus eorum apparuerat, ideo nec crederet Herodes, quòd iste Propheta nasceretur. Secundo, & melius propter magnitudinem operis, quia licet crederetur, quòd aliquis Propheta nasceretur, non putabant, quòd talia facere posset nisi a mortuis quis resurgeret, eo q̃ resurgẽtes maioris efficaciæ credebant q̃ viuentes. Quod patet, quia Ioannes viuens nullum miraculum fecerat, & nunc resurgens credebatur omnia hæc facere, q̃ de Christo dicebantur. Item patet efficacius, quia Luc. 9. Vbi Herodes audiens opera Christi miratus est, & quærebat quis esset, & ponuntur multorum opiniones de eo, & tñ nemo asseruit istum esse nisi aliquem resurgentem a mortuis: nam dicitur audiuit Herodes tetrarcha

tetrarcha omnia, quæ fiebant ab eo, idest, a Christo, & hesitabat, eo q̃ dicebatur a quibusdam, q̃ Ioannes Baptista surrexit a mortuis: a quibusdam autem, quia Elias apparuit, aliis vero, quia vnus de Prophetis antiquis surrexit, & nullus posuit esse Christum aliquem nunc natum, sed resurgentem, vel redeuntem de alio seculo, sicut Eliam quem viuere credebant in paradiso. Sed dicẽdum, q̃ licet istud esset motiuum aliquale Herodis, & tamen fallebatur ipse, & pueri sui, quia aliquis de viuentibus sperabatur futurus a Iudæis, qui hæc omnia faceret, s. Messias, qui maior omnibus hominibus futurus erat, & credebatur, vnde quando Iudæi quidam viderunt Iesum hic tam magnifica agentem dixerunt, nunquid iste est filius Dauid? supra 12. Alij autem dixerunt, nunquid iste est Christus? Ioã. 7. Et ibidem dicitur, Christus cũ venerit nunquid plura signa faciet, quàm quæ hic fecit? & ita rectius putare debuisset Herodes q̃ qui hoc faciebat erat Messias, q̃ q̃ erat Ioannes resurgens. & tamen forte nõ erat circa hoc valde instructus, quæ ad sacram religionem pertinebant, sed potius negligebat ea, vt ait Chry. ideo fuit sibi occasio errandi dicendo, q̃ Ioannes surrexisset, & tamen hoc erat magna laus Christi, s. q̃ de ipso crederet Herodes, q̃ talis erat, q̃ nullus viuentium talia facere poterat qualia ipse faciebat, sed oportebat aliquem a mortuis resurgere, & ideo euangelistæ introduxerunt istud tanquam altissimum testimoniũ de factis Christi: ideo tres Euangelistæ hoc retulerunt, quod non faciunt nisi in eis quę valde necessaria sunt ad ostensionem gestorum Christi.

Cur Herodes potius credidit, quòd resurrexisset Ioannes quàm aliquis de alijs: cum Ioannes nullum miraculum fecisset. Quæst. X.

QVAERETVR, cum multi pphetæ essent mortui, qui miracula fecerant, & Ioannes non fecerat miraculum aliquod, cur potius credidit Herodes, quòd surrexisset Ioannes quàm aliquis de alijs. Dicendum, quòd licet omnes crederent, quòd iste, qui hęc faciebat, erat aliquis resurgens a mortuis. Luc. 9. tamẽ non concordauerunt omnes in eodem, sed quidam dicebant Eliam: alij Ioannem: alij vnum de antiquis Prophetis eodem cap. alij dicebant esse Ieremiam infra 16. Et tamen vltimo magis creditum est esse Ioannem quàm aliquem alium. Ratio est, quia Ioannes habebatur maioris reputationis, quàm omnes isti, eo quòd fuerat sanctior, quia nunquam inter Iudæos aliquis tantæ abstinentiæ visus est, ita vt Iudæi illum crederent esse Messiam. Luc. 3. & Ioã. 1. Sed ipse negauit hoc, & tamen de nullo priorum putatum est, quòd esset Messias. Item quia Christus testificatus fuerat de eo, quòd inter natos mulierum non surrexerat maior Ioanne Baptista supra 11. Herodes etiam specialiter habebat Ioannem in magna opinione, & eo audito libenter multa faciebat. Mar. 6. Ideo potius credidit de Ioanne. Et cum dicitur, quòd Elias, & alij Prophetæ fecerant miracula, & non Ioannes. dicendum quòd Herodes, & Iudæi putabant, quòd Sancti quando resurgerent non resurgerent in eadem virtute in qua viuentes fuerant, sed in valde maiori, & quòd ista virtus daretur eis secundum conditionem meritorum vitæ, & quia Ioannes credebatur sanctior omnibus Prophetis præcedentibus, quod verum erat, cum Christus dixerat, quòd inter natos mulierum non surrexerat maior Ioanne Baptista, creditum est, quòd Ioannes surrexerat potius quàm aliquis aliorum prophetarum.

Quomodo poterat Herodes credere, quòd iste, qui hæc miracula faciebat erat Ioannes. Et quòd Sanctorum corpora resurgentium possunt se aliter habere quàm prius, scilicet, figuram mutando. Quæst. XI.

QVAERETVR quomodo poterat Herodes credere, quòd iste, qui faciebat hæc miracula erat Ioannes Baptista: nam viuente Ioanne Baptista viuebat Iesus, eratque ei dissimilis moribus, quia Ioãnes erat valde abstinens semper ieiunans immo plusq̃ ieiunans, s. non manducans. Iesus autem manducabat sicut cæteri homines supra 11. Scilicet, venit Ioannes non manducans nec bibens, & dicunt, quia dæmonium habet, venit autem filius hominis manducans, & bibẽs, & dicũt, Ecce homo vorax. Etiã Iudæi cognoscebãt Iesum distinctum a Ioanne, quia Ioannes ostenderat Iesum Iudæis dicens, ecce agnus Dei. Ioan. 1. Dicendum, q̃ Herodes credidit, q̃ Ioannes surrexerat in corpore quod prius habebat, & tamen potuit hoc credere, quia non viderat Iesum: nã si agnouisset Iesum, & Ioannem simul viuentes, & modum viuendi vtriusque non potuisset hoc putare, quia tamen non viderat Iesum, forte putabat, q̃ talis figuræ, & staturæ erat sicut Ioannes, & eiusdem modi viuendi: vnde non potuit Herodes longo tempore manere in hac opinione, quia etiam non videndo Iesum cum informaretur de vita Christi, & cæteris accidentibus eius videret manifeste, q̃ non erat Ioannes, sed poterat manere dubium an esset Elias, vel Ieremias, aut alius de Prophetis antiquis: licet corporis figura, & statura differret in Iesu, & Ioanne, nihil impediebat credi Iesum esse Ioannem resurgentem, quia Sancti resurgentes poterant corpora aliàs habere figurata quàm prius fuerant, cum resoluta fuerint in cineres, & de nouo fabricentur de eadem materia: ideo qualemcunq; figurã induere possunt, & constat, q̃ in multis resurgentibus figura, & statura mutabitur, quia fuerunt turpes facie, & tota corporis habitudine, & quidã valde parui, alij in portionitate magni.

Quare dixit Herodes, ideo virtutes operantur in Ioanne. Quæst. XII.

QVAERETVR quare dixit Herodes iõ virtutes operantur in eo. Aliqui dicũt, q̃ putauit Herodes, q̃ Ioannes surrexerat, & tñ q̃ nõ apparebat, sed in virtute eius alij faciebant miracula, & ita crederet Iesum non esse Ioannẽ, sed Iesum in virtute Ioannis operari, & tunc non erit aliquod inconueniens, s. qũo poterat Iesus esse Ioannes. Sed dicendum, q̃ non stat, quia Herodes putauit, q̃ istę, q̃ faciebat miracula ista erat Ioannes, q̃a dr̃ in litera: Audiuit Herodes famam Iesu, & ait pueris suis, hic est Ioãnes Baptista ipse surrexit a mortuis. Ideo dicendũ, q̃ putauit Herodes Iesum esse Ioannem, & dixit iõ virtutes operanr̃ in eo, s. nõ solum ipse operat̃ virtutes, sed alij p̃ eum: nã Apostoli quos Christus p̃ varia loca ad prædicandũ misit, faciebant miracula, quia erat ad hoc eis tradita potestas a Christo supra 10. cap. & audiuit tũc Herodes famam Christi, & dixit, q̃ oẽs isti Apostoli Christi faciebant miracula, aliàs virtutes in Ioannem, q̃ surrexerat a mortuis. Et patet hoc, quia Mar. 6. & Luc. 9. ponit̃ potestas tradita Apostolis, & qũo ad prędicandũ missi sunt, & tunc sequitur, q̃ audierit Herodes famam Iesu, quasi p ea q̃ Apostoli faciebãt audiret famã Iesu: non tñ est intelligendũ, q̃ mox, vt Christus misit Apostolos ad prædicãdũ auduit Herodes famã Christi: iõ Matthæus, q̃ magis secutus fuit hic ordinẽ rerum gestarũ, non posuit hic istam famam Iesu apud Herodem mox post Apostolorum missionem ad prędicandum,

dicandum, sed multis interpositis, q̃a posuit illã §. 10. Dicũt aũt quidã virtutes opantur in eo. i. in noĩe eius. Sed falsum est, q̃a Apostoli, qñ opabanr̃ nõ exprimebant nomen Ioan. sed Iesu: Marc. 16. in noĩe meo dæmonia eijcient. Et ẽt extranei qui non erant discipuli Christi faciebant miracula in noĩe Iesu, Luc. 9. s. vidimus quendã in noĩe tuo eijcientẽ dæmonia, qui non sequit̃ te nobiscum. Dicendũ igit̃, q̃ dixit Herodes, q̃ virtutes opanr̃ in illo. i. in ptãte eius, & verũ erat, q̃ in ptãte Iesu opabanr̃ discipuli eius, & tñ putauit Herodes, q̃ Iesus erat Ioannes resurgens, ideo dixit, q̃ in eo opabantur virtutes, & dixit ideo virtutes, &c. q. d. qñ Ioannes viuebat non solũ discipuli eius, sed ẽt nec ipse fecit miracula aliqua Io. 10. c. quia tñ nunc surrexit est maioris ptãtis, ideo non solum ipse opatur miracula, sed ẽt alij in ptãte eius. *Herodes enim.* Quia supra facta est mentio de morte Ioannis, hic incidentaliter ostẽdit Matthęus modum mortis, & diuidit̃ in duo, quia primo ostendit mortis eius causam. Secũdo modum, & ordinem, ibi. *Die autem Natalis.* Circa primum dicitur. *Herodes enim tenuit Ioannem.* Idest posuit in vinculis, vel tenuit, i. apprehendit eum, quia sequitur. *Et alligauit eum.* Scilicet in vinculis. *Et posuit in carcerem.* In quo mansit longo tempore, ne sic infestaret Herodẽ super matrimonio, vel potius adulterio cum Herodiade. *Propter Herodiadem.* Potest dupliciter intelligi. Vno modo propter Herodiadem, i. suadente illa Herodi, q̃ Ioannem alligaret. Nam oderat eum, cum postea petierit caput eius. Alio modo propter Herodiadem, i. quia Ioannes arguebat Herodem super Herodiadem, quam tenebat, & non potens sustinere istas redargutiones, tenuit eum in vinculis, ne eum molestaret. *Vxorem fratris sui.* Scilicet Philippi, vt dicitur Marc. 6. quia Herodes, & Philippus erant fratres ambo filij illius magni Herodis, & primi Ascalonitę, sub quo Christus natus est, qui occidit Innocentes, & ambo erant tetrarchę, quia Herodes iste erat tetrarcha Galilęę, Philippus autem erat tetrarcha ithureę, & traconitidis regionis: Luc. 3. *Dicebat enim illi Ioannes.* Scilicet Herodi, qui illum præcipue reprehendebat. *Non licet tibi habere eam.* Idest retinere, quia non est vxor tua, sed fratris tui Philippi. *Et volens eum occidere.* Hoc volebat incitatus ab Herodiade, quam diligebat. *Timuit populum.* Scilicet ne insurgerent contra eum, & subditur causa, scilicet *Quia sicut prophetam eum habebant.* Idest in honore prophetę putantes à Deo missum, & libenter se opponerent cõtra quemlibet propter illum.

Quare Matthæus inducit istam historiam hic de morte Ioannis. Et quòd sola necessaria, vel vtilia ad naturam humanam ab Euangelistis scribuntur. Quæst. XIII.

QVAERETVR, quare Matthęus inducit hic istã historiam de morte Ioãnis, quia videtur esse extra materiam Euang. nam intentio Euangelistarum est narrare gesta Christi, ideo vr̃ hic superuacue addita. Dicendum, q̃ intentio Euangelistarum est enarrare gesta, & dicta Christi, non q̃ dẽ oĩa, sed solum ea, q̃ ad salutem nr̃am pertinent: nã multa fecit Xps̃ ex ꝯditione humanitatis, vt comedere & bibere, & loqui q̃ non erant necessaria ad salutẽ nr̃am, iõ p̃ singła nõ fuerunt enarrata: mãducare, n. & bibere ad veritatem humanę naturę p̃tinet, cũ ipse resurgẽs ad oñdẽdum, q̃ verus hõ erat comederit: Luc. 24. & ideo q̃a tã ante mortẽ, q̃ q̃ post mortem, necesse erat oñdi de eo q̃ erat verus hõ, & ideo vtroq; tp̃e oñdunt Euangelistę q̃ manducauerit, & biberit, quid tñ quotidie manducaret, aut biberet, aut quoties, aut qũo, quia non erat necessarium ad salutẽ nr̃am subticuerunt Euangelistę, sola illa, q̃ ad salutẽ nr̃am expectabant referentes, licet quædam non tñ oĩa, q̃a & si oĩa miracula Christi conferebant ad confirmationem fidei, & tota prędicatio eius ad moralem instructionem, tamen nec scribuntur omnia miracula, nec referuntur omnes sermones sui, sic dicitur Io. 20. multa quidem, & alia fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quę in libro hoc scripta non sunt, sed hæc scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est filius Dei, & credentes vitam habeatis in nomine eius. sola igitur illa scribuntur, quæ vel necessaria erant, vel valde vtilia ad salutem nostram, mors autem Ioannis, & quęcunque ad eum pertinentia, absolute non sunt materia Euangelistarum, vnde quantumcunque esset Ioannes sanctissimus nihil de eo ageretur, quia tamen interdum enarratio historiarum exterarum est pars gestorum Christi, enarrantur illę, non quidem inquantum sunt tales historię, sed inquantum pertinent ad Christi historiã, vt partes eius, sic patet de Herode, & Pilato, & Caipha, & Pharisęis, de quibus multa narrantur ab Euangelistis, & licet omnes isti mali essent, inquantum tñ gesta Christi, non poterant plene referri nisi de istis multa dicerentur, ita tñ dicuntur inquantum sunt solum necessaria ad explicandũ Chr̃i historiã, s. quia isti aliq̃d egerunt, vel dixerunt ꝯ Chr̃m, vel pro eo: inquãtum vero facta eorum, non attinent ad Christi historiam subticentur, & ita fuit de Ioanne Baptista: nam gesta eius multum attinent ad Christi historiam: Ioãnes attamen non venit propter aliud à Deo missus, nisi vt ostenderet Christum Iudęis, & disponeret eos ad suscipiendum illum: Io. 1. hic est de quo vobis dixi, & ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israel, propterea ego veni in aqua baptizans. & quia necessarium erat, q̃ Ioannes esset magnæ auctoritatis ad hoc, q̃ testimonium eius, quod de Christo perhibebat esset firmum, fuit datum Ioanni, q̃ esset excellentior omnibus patribus antiquis sup. 11 Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Etiã oportuit, q̃ Ioannes qui perhibebat testimonium istud agnosceretur tanquam vir maximę auctoritatis, & ad hoc oportebat, q̃ Euangelistæ qui scripterant testimonium, quod Ioannes de Christo perhibuerat, scriberent quoque excellentiam vitæ Ioannis, & ideo omnes Euangelistæ tetigerunt de vita Ioannis, vt patet sup. 3. & 11. & Marc. 1. & Luc. 1. & 3. & Ioan. 1. & 3. nam hoc scribere erat scribere vitam Christi. Et nõ est verum, vt aliqui putant, q̃ vita Ioannis descripta est propter sanctitatẽ suam, quia nemo fuit sanctior eo sup. 11, quia mater Christi sanctior fuit, & tñ de ea pauca scripta sunt, de Ioanne autem multa: nam de ea sola illa scripta sunt, quæ ad Christum pertinebãt, s. quomodo eum concepit, & peperit: Lucę 1. & secundo, & prę̃sentauit in templo, & fugit, cum illo in Aegypũ sup. 1. & secundo, & in passione sua astitit ei: Io. 19. cętera autem vitæ suę, licet miris virtutibus plena sint, vt quam spiritus sanctus perfuderat, non referuntur ab Euangelistis. Mors autem Ioannis ab Euangelistis exprimitur pro necessitate factorum Christi, quia oportebat scribi hic, quomodo Herodes audiuit famam Christi, vt videatur in qua reputatione erat Iesus apud Herodem, & quia iste dixit iste est Ioannes ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in illo, oportet dici, quòd Ioannes mortuus fuerat, & vt videretur quomodo mortuus est, oportuit poni causam, & modum mortis. Secundo fuit ad ostensionem veritatis verborum Christi: ipse enim dixit sup. 11. de Ioanne, quid existis videre in desertum arundinem vento agitatam, quasi dicat, non: in quo innuebat Ioannem esse virum magnæ constantię.

Et patet hoc in morte sua, quia arguebat regem adulte-

adultetum, & potius voluit mortem tolerare arguendo, quam blandiendo magnis honoribus extolli. Tertio fuit ad ostensionem sanctitatis Ioannis, quia quanto Ioannes esset maioris auctoritatis, tanto esset firmius testimonium, quod de Christo perhiberet, ideo sicut ad ostendendum sanctitatem suam erat necesse describi vitam eius admirabilem, ita fuit conueniens describi mortem gloriosam pro veritatis prędicatione arguendo Herodis vitia. Quarto prodest ad exemplum posterorum, vt sciamus quales nos esse oportet, vt pro veritatis defensione mortem gloriosam subire non formidemus, sed rationes præcedentes sunt magis prędicpuę.

An istud de morte Ioannis sit ad præcedentia continuatum. Et quo tempore decollatus fuerit. Quæst. XIIII.

QVAERETVR, an istud de morte Ioannis sit cõtinuatum ad prędcedentia. Dicendum, ꝙ hic est ordo artificialis: nam manifestum est prius fuisse mortem Ioannis, quam Herodes diceret Ioannes surrexit à mortuis, & tamen, quia hoc fuit introductum propter illud vt ostensum est præcedenti q. est mutatio ordinis. Sed dicetur an sit hoc saltem continuatum ad præcedentia de eis, quæ Nazareni dicebant de Christo præced. capit. Dicendum, ꝙ circa incarcerationem, & mortem Ioannis nemo Euangelistarum seruauit ordinem rei gestę, sed tenuit ordinem artificialem, quia non narratur ista historia de principali intentione, sed propter ea quę ad Christum pertinẽt, ideo ibi vbi conuenire magis visum est cuilibet Euãgelistarum, illam interseruit. Sic dicit glo. s. quia vero dixerat de opinione & incarceratione Ioannis cum nihil de morte dixisset, ideo reuertitur & narrat qualiter obierit. Sic etiam dicit Chrysost. s. & hanc historiã Euangelista non principaliter inducit, quia totum studium fuit ei dicere de Christo, & nihil aliud nisi ad hoc conferre deberet, & ob hoc non tenent omnes Euangelistæ eundem ordinem narrandi de Ioanne, sed vt cuilibet visum est. Nam Lucas dixit de alligatione & incarceratione Ioannis antequam explicaret Christum ab eo baptizatum esse, & de hoc manifestũ est, ꝙ est anticipatio: nam postquam Ioannes incarceratus fuit, nec baptizauit, nec prędicauit, quia in carcere occisus est, infra in litera & Marc. 6. & tñ Ioannes baptizauit Iesum sup. 3. & Luc. 3. ergo prius baptizauit eum, quam incarceraretur, & sic Lucas nõ tenuit ordinem rectum, sed Matthęus, & Ioannes tenuerũt eum, quia sup. 3. ponitur de baptismo Christi à Ioanne baptizato & sup. 4. ponitur de incarceratione Ioannis, & sic Io. 1. ponitur ꝙ Iesus à Ioanne fuerit baptizatus, & ostensus populo, & Io. 3. ponitur quo Ioãnes baptizabat antequam incarceraretur, & paulopost incarceratus est, de morte autem Ioannis non potest colligi ex Euangelistis quo tpe fuerit, quia illa introducitur non de intentione principali, & ideo non introducitur ab omnibus eodem loco: nam Lucas, & Matthęus posuerunt illam mox post prãtem Apostolis traditam, & missionem ad p̃dicandum Marc. 6. & Luc. 9. Matthęus aũt posuit eam hic post p̃dicationẽ Dñi in Nazareth. Vnde nescitur quo tpe vitę Christi Ioannes decollatus fuerit, & tñ si Hier. credimus nõdum anno integro prędicauerat Christus, qñ decollatus est Ioannes: vt ait. n. Hier. super Matth. eo tpe quo Ioannes decollatus est erat Dñs triginta annorum, & tñ qñ Christus baptizatus est erat incipiens annorum triginta: Luc. 3. i. in principio anni tricesimi, quia non effluxerant de anno illo nisi tredecim dies, quot sunt à Natale Dñi vsq; ad Epiphaniam, quia eodem die renolutis annis vigintinouem baptizatus est Christus quo magi eum adorauerunt, vt Ecclesia cantat, & tñ Christus non p̃dicauit vsq; post baptismũ: nam statim vt baptizatus est descendit in desertum, & mansit ibi 40. diebus ieiunans Marc. 1. & qñ descendit incępit p̃dicare per Galilęam Luc. 4. & supra 4. c. & sic de anno tricesimo ętatis Christi, duo menses ad minus transirent antequam p̃dicare inciperet, & ideo qñ Christus finiret annum tricesimum nondum prędicasset decẽ mensibus integris. si igitur anno tricesimo Christi decollatus est Ioãnes, necesse est, ꝙ nondũ vno anno integro Christus p̃dicasset, nisi dicat, ꝙ Xps non erat triginta annorũ quousq; compleret tricesimũ iuxta cõsuetudinẽ quorundã, qui annũ incęptum nõ cõputãt quousque expletus fuerit, & ideo ẽt suppositio, ꝙ verum dicat Hieronym. nescietur prędcise quo tempore Christi Ioannes decollatus fuerit, vel quæ gesta Christi erant, quando Ioannes decollatus est.

Quare Herodes Ioannem incarcerauit. Quæst. XV.

QVAERETVR, quare Herodes incarcerauit Ioãnem. Dicendum, ꝙ occasio fuit, quia arguebat eum super illicitis nuptijs. Sed est dubium, an voluerit hoc facere, vel suggerente Herodiade hoc fecerit. Aliqui dñt, ꝙ fecerit suggerẽte illa, quia Herodes honorabat Ioannem reputans eum virum sanctũ, & audito eo multa libenter faciebat Marc. 6. Herodias aũt insidiabatur Ioannem ad mortem eo. c. ideo vĩ, ꝙ suadente ipsa factum fuerit, quod põt haberi ex hac litera, s. posuit eum in carcerem propter Herodiadem, i. quia Herodias hoc fieri rogauerat. Vel propter Herodiadem, i. quia Ioannes accusauerat Herodem super Herodiadis illicitis nuptijs. Dici põt, ꝙ Herodes fecit hoc sponte, ẽt non suggerente Herodiade propter seipsum, s. quia Ioannes arguebat eum pro vxore sua, & pro hoc eum punire voluit, & tñ occidere eum non audebat propter populum, qui eum tenebat, vt prophetam sup. in litera, ideo voluit saltẽ incarcerare eũ, quod facere poterat. Secundo quia dato, ꝙ non hẽret animum vindictę Herodes contra Ioannẽ, tñ vt euaderet vexationem eius voluit eum incarcerare: nam Ioannes prędicans arguebat publice Herodem, de illicitis nuptijs, nunc vero clausus carcere prędicare non poterat, & sic cessaret arguere Herodem. Et forte ista fuit causa prędcipua: nam Herodes sciebat Ioannem virum sanctum, & audito eo multa libenter faciebat: Marc. 6. ideo licet argueret eum, non cogitabat Herodes ipsum occidere, sed impedire ne posset eum arguere, quod fieret incarcerando illum, ideo ipsum incarcerauit. Hoc patet, qa cũ Herodes occidit Ioannẽ petente Herodiade, contristatus est: Marc. 6. s. quia voluisset libenter non occidere ipsum, sed putauit turpe esse regi promissa iuramenta nõ cõplere. Tertio quia forte Herodes voluit castigare Ioannem per pęnam carceris, vt desisteret ab argutione eius, & sic intẽderet longo carceris labore eum affligere, vt sic eũ cogeret ab ista redargutione recedere, & tunc eum solueret. Quarto potest dici, ꝙ faciebat in fauorem Ioannis: nam Herodias oderat Ioannem, & insidiabatur eum ad mortem: Herodes autem custodiebat eum: Marc. 6. idest custodiebat eum, ne Herodias illum occideret, vt dicit glo. & ad magis seruandum posuit eũ in carcere, quia ibi nemo auderet nocere Ioanni nisi iubente Herode. Quinto fuit forte ad satisfaciendũ Herodiadi, quia illa oderat Ioannem, & non poterat ei nocere nisi per manum Herodis, & peteret ab eo, quòd illum occideret, ipse autem nollet, quia venerabatur Ioannem, & custodiebat eum: ad satisfaciendũ ergo Herodiadi incarcerauit Ioannem, vt sic illa saturaretur in pęnis Ioannis, & teneret eum sic lõgo tempore, & ista etiam est verisimilis expositio.

Quo-

Quomodo ausus est Herodes Ioannem incarcerare. Quæst. XVI.

QVAERETVR, qũo ausus est Herodes incarcerare Ioannẽ, quia erat Ioannes magnę opinionis apud populum qui eum, vt prophetã hẽbat, & veniebant oẽs ad eum, vt baptizarent in iordane supra 3. & Marc. 1. debuit ergo timere, ꝙ ppl's insurgeret in eum pp Ioannẽ: nam sup. in lra dr, ꝙ timuit occidere eum pp ppl'm: ergo ẽt timere debet incarcerare eum. Dicendum, ꝙ Herodes, non timuit incarcerare Ioannẽ pp duo, quia non est equale de morte & de incarceratione, quia pro parvo malo incarcerationis non moueretur ppl's facili p̃ Dñm suum, sicut pro malo magno occisionis. Secundo & prędcipue, quia si Ioanne incarcerato populus turbaret & molestę hoc ferret, solueret illũ statim Herodes, & sic placaret turbationem populi, si aũt Ioannẽ occideret non esset malum remediabile, & sic non posset placare populum contra se insurgentẽ, ideo licet vellet occidere Ioannẽ nõ ausus est propter populum, sed incarcerauit eum.

Quid erat hoc propter quod Ioannes arguebat Herodem Et quomodo committitur incęstus, & adulterium. Et quæ fuerit Herodias. Quæst. XVII.

QVAERETVR quid erat hoc pp quod Ioannes arguebat Herodem. Dicendum, ꝙ erant illicitæ nuptiæ, quia Herodias, q̃ nũc Herodes tenebat in vxorem, fuerat vxor Philippi fratris Herodis huius, & nõ licebat Herodi hr̃e illam viuente Philippo: mortuo .n. fratre maiore poterant minores accipere vxores illius, qñ non dimiserat liberos, immo cogebant: Deut. 25. Alioquin discalciabantur, & expuebat in faciẽ eorum, & vocabat domus discalciati domus illius q̃ nolebat eam accipere eo. c. viuente aũt fratre nõ licebat alteri fratri accipere vxorem illius. Sed nunquid poterat hr̃e Herodes istam Herodiadem repudiante eam Philippo priori viro: nam qñ vir repudiabat vxorẽ, licebat ei nubere cui vellet accepto libello repudij in manu sua: Deut. 24. ideo repudiata à fratre posset trãsire ad alterum fratrem. Dicendum, ꝙ non poterat, quia inter fratrem ad vxorem fratris sui erat talis gradus affinitatis qui scd̃m legem erat illicitus: Leuit. 18. nisi in casu speciali, s. mortuo fratre, qñ frater suscitare volebat semen defuncti, quia tunc iudicabatur iste eadem persona cum mortuo, aliàs nõ licebat, & ideo à fortiori si frater repudiaret vxorem, non licebat alteri fratri illam accipere obstante affinitate prędicta, ita nunc ẽt si Philippus repudiaret Herodiadem, non liceret Herodi hr̃e illam, & tñ dicendum, ꝙ non repudiauit eam, sed eo inuito accepit eã Herodes, & tenebat, ideo manebat sp illicitus coitus. Et patet quia Ioãnes dicebat Herodi, non licet tibi hr̃e vxorem fratris tui, & tñ si repudiasset illam, iam non esset vxor eius: ergo non erat repudiata, sed violenter inuito Philippo accepta. Et dicẽdum, ꝙ Herodes duo crimina cõmittebat, s. adulterium, & incęstum, adulterium quidem, quia alienam vxorem tenebat, incęstum aũt qa erat ei coniuncta gradu affinitatis prohibito: Ioannes aũt dixit, non licet tibi hẽre vxorem fratris tui Marc. 6. in quo vtrunque crimen tangitur, adulterium quidem cum dixit vxorem, quia eo ipso, ꝙ erat vxor alterius, erat cum ea adulterium, incęstus autem inquantum dixit fratris tui. Circa istam Herodiadem dicũt quidam, ꝙ Herodias fuit filia Aristoboli filij magni Herodis, & fuit soror Herodis Agrippę qui occidit Iacobum, & iste Herodes de quo hic dicitur Antipas fuit frater Aristoboli ex patre sicut dicit Iosephus, & historia Scholast. hæc Herodias fuit cõuncta matrimonialiter Philippo fratri Herodis, quia hoc erat licitum secundum legem: Herodes autem amauit eam amore illicito, & ideo eam fraudulẽter abstulit fratri suo, de voluntate tamen Herodiadis, & hoc erat illicitum, ꝙ frater teneret vxorem fratris, & ideo Ioannes arguebat Herodem. Alij dicunt aliter, s. Hier. & Beda, s. quòd Herodias fuerit filia regis Arabum tradita in vxorem Philippo, cum ait Hier. vetus nárrat historia Philippum Herodis maioris filium huius autem Herodis fratrem duxisse Herodiadem vxorem filiam Arethę regis Arabum, postea vero exortis inter socerum, & generum quibusdam simultatibus, socerum tulisse filiam suã, & in dolorem prioris mariti Herodis inimici eius nuptijs copulasse. Istud videtur esse verisimilius, quam prędcedens dictum, & tamen non affert quidquid horum fuerit, cum constet, quòd Herodes habebat vxorem fratris sui viuentis in vxorem, quod illicitum erat, & Ioannes illud redarguit.

Quomodo Herodes volebat occidere Ioannem, quia videtur potius oppositum. Quæst. XVIII.

QVAERETVR, quomodo Herodes volebat occidere Ioannem, vt hic dicitur, quia potius videtur quòd volebat eum saluum esse, quia Marc. 6. dicitur quòd Herodias insidiabatur Ioanni, vt occideret eum, nec poterat, Herodes autem custodiebat eum sciens eum virum iustum, & sanctum, idest custodiebat eum, ne posset Herodias ei nocere, vt dicit glos.

Dici potest vno modo, quòd Herodes sępe redarguitus à Ioanne de illicitis nuptijs oderat Ioannem, & eum occidere voluit, & tamen non ausus est propter populum, ideo incarcerauit eum saltem, vt sic eum puniret aliqualiter.

Aliter potest dici, & forte melius, quòd Herodes, licet redarguitus esset sępe à Ioanne, non ita oderat eum, quòd vellet eum occidere, sciens eum virum sanctum, & iustum, sed potius cum videret, quòd Herodias volebat eũ occidere, & insidiabatur ei, ad hoc custodiebat eum, ne illa nocere posset illi Marc. sexto, & tamen cum Herodias sępe apud Herodem oraret pro morte Ioannis, flexus ille vxoris blanditijs concepit animum occidendi Ioannem posthabita sanctitatis reuerentia, timor tamen populi eum prohibuit, quia timuit, quòd populus insurgeret in eum propter Ioannem: tenebat ergo eum in carcere nihil ei amplius nocens.

Quomodo populus habebat Ioannem, vt prophetam. Et illius mortis, quæ fuerit occasio. Quæst. XIX.

QVAERETVR, qũo populus hẽbat Ioannem, vt prophetam. Dicendũ, ꝙ populus tenebat eum esse vere prophetã, & sequebat eum, vt prophetam, sed & pphetarũ maximum, i. Messiã eum credebant: nã miserunt ad q̃rendũ ab eo an esset Christus, i. Messias Io. 1. & hoc nõ q̃rerent nisi qa pp admiranda opa eius à toto populo credere esse Messias: nam cum baptizaret populum in iordane, confluentibus ad eũ oĩbus Iudęis, putabat populus eum esse Messiã: Luc. 3. sed ipse dixit, ꝙ non erat Messias: Io. 1. & Act. 13. sed licet hoc negasset, saltem propheta credebatur: sic. n. de eo Christus dixerat supra 11. quid existis videre in deserto? prophetam? dico vobis, & plusquam prophetam, & ob hoc non solum nemo audebat nocere Ioanni, sed nec etiam loqui contra facta aut dicta eius, sicut inf. 21. qñ Christus q̃ fuit à sacerdotibus, & scribis de baptismo Ioan. an de cęlo eẽt, vel ex hoĩbus, i. à Deo datꝰ, vel volũtate humana introductus, & illi

non ausi sunt dicere, ꝙ erāt ex hoībus timentes populum, quia Ioannem, vt prophetam habebant, i. credebant eum esse prophetā, & à Deo missum esse ad baptizandum, & hoc verum erat, & ēt ipse expresserat; Io. 1. dicens, qui misit me baptizare in aqua, ille mihi, &c. & Luc. 3. dr̄: factum est verbū Dn̄i super Io. filiū Zach. Herodes ergo ēt timebat populū, qui Ioannē, vt prophetam hēbat, & licet sciret eum virū sanctū, magis abstrahebatur à cęde eius timore, q̄ reuerentia sanctitatis, sed preualuit mulieris illicitus amor, & timor repellit̄, reuerentia & sanctitas ꝯtemnunt̄. Sic dicit Hier. seditionem qdem verebat̄ populi pp Ioannē à quo sciebat in iordane turbas plurimas baptizatas, sed amore vincebat̄ vxoris, ob cuius ardorē ēt Dei p̄cepta neglexerat. Sic ēt dicit glo. timor. n. Dei corrigit, timor hoīum differt, sed voluntatē non aufert, vn̄ & auidiores reddit ad crimen quos aliqn̄ suspendit à crimine. *Die autem.* Hic ponitur modus, & ordo mortis Ioannis, quæ per conuiuium procurata est, & dicitur. *Die autem Natalis Herodis.* Vocatur dies Natalis dies ille anniuersarię circunuolutionis quo aliquis natus est, & hunc solennizabat Herodes. *Saltauit filia Herodiadis.* Idest tripudiauit, intelligendum est, quòd fecit Herodes cęnam magnam die Natalis sui omnibus principibus, & tribunis, & primis Galilæę, & cum essent in conuiuio intrauit puella hæc, & saltauit iuxta consuetudinem puellarum ibi coram Herode, & simul discumbentibus Marc. 6. & dicitur filia Herodiadis. Vnde nescitur etiam, an esset filia Herodis, vel forte erat filia Herodiadis, & non Herodis, quam Herodias pepererat de alio viro, scilicet Philippo cuius fuit prius vxor, & postquam transiuit ad Herodem tenebat secum filiam suam, & hoc est satis verisimile. *In medio.* Scilicet coram omnibus, s. coram Herode, & omnibus discumbentibus, qui adhuc sedebant in cōuiuio, & ipsa introiuit domum conuiuij Marc. 6. *Et placuit Herodi.* Scilicet saltatio eius, quia solennizabat valde istud tripudium festiuitatem Natalis sui, etiam placuit saltatio puellę simul discumbentibus Marc. 6. quia forte puella erat decora nimis, & instructa fuerat nimis in saltatione, ita vt admirarentur qui simul discumbebant. *Vnde cum iuramento pollicitus est ei dare, quodcunque postulasset ab eo.* Idest dixit Herodes puellę pete à me, quod vis: quia ego iuro tibi, quòd quidquid petieris dabo, etiam si dimidium regni mei petieris, vt dicitur Marc. 6. *At illa præmonita à matre sua.* Idest mater sua instruxerat eā quid peteret, quia aliàs puella non auderet petere caput Ioannis. *Da mihi inquit caput Ioannis Baptistæ.* Idest da mihi immediate illud, & non recedam de hoc loco quousque illud mihi des. sic dicitur Marc. sexto. volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ, & ita factum est, quia mansit ibi puella coram Herode, & discumbentibus quousque spiculator attulit caput Ioannis in disco, & tradidit illud puellę saltatrici. *Et contristatus est rex.* Scilicet quia petierat puella rem tam crudelem. an tamen fuerit vere tristatus, vel tristati vultum effinxerit dicetur inf. *Propter iusiurandum autem, & eos qui pariter accumbebant iussit dari.* Idest licet tristaretur Herodes de petitione puellę, quia tamen iurauerat dare, quodcunque peteret, & erat turpe regi fidem iuratam infringere, iussit dari, & ēt propter discumbentes, s. quia illi erant principes, & magni viri, & erubuit reuocare, qđ eis videntibus promiserat. *Misitq;* Scilicet spiculatorē. *Et decollauit Ioannem in carcere.* Erat adhuc Ioānes in carcere, & Herodes festum agebat; iussit ergo illico eum in carcere decollari. vocatur autem hic Herodes rex qui prius vocabatur tetrarcha, & vere tetrarcha erat, & non rex, vocatur tamen interdum rex propter causam positam sup. q. 5. *Et allatum est caput eius in disco.* Di-

F scus genus vasis est, & ita puella petiuerat dicēs, volo vt protinus des mihi caput Io. Baptistę in disco Marc. 6. *Et datum est puellæ.* s. vt rex videretur complere promissum suum. *Et tulit matri suæ.* Quia hoc illa nimium optauerat. *Et accedentes discipuli eius.* s. Ioannis: habebat enim Ioannes discipulos multos, qui nondum eum deseruerant, & illum mortuum honorauerunt. *Tulerunt corpus eius.* s. de carcere vbi Ioannes fuerat decollatus, caput autem tollere non potuerunt, quia Herodiadi datum erat. *Et venientes nunciauerunt Iesu.* Scilicet discipuli Ioannis postquam sepelierunt corpus Ioannis, venerunt ad Iesum, & nunciauerunt ei quid fecis-
G set Herodes.

Quis erat dies Natalis Herodis. Et improbatur dierum Natalitiorum celebritas: & quomodo rectius celebrarentur: & quòd Ecclesia solum trium dies Natales merito celebrat.
Quæst. XX.

QVAERETVR de die Natalis Herodis quid erat. Dicendum, ꝙ dies Natalis est ille quo quis nascitur, postea ille qui per anniuersariā circunuolutionem succedit, & solent illis diebus aliquid festiuitatis plusquam ceteris diebus agere, eo quòd dies ille origo ad hanc lucem fuit eis. Etiam Natales suos solent vocare reges, & magni principes ipsos dies introniza-
H tionum, vel coronationum suarum, quia sicut per natiuitatē incipiunt in hoc sęculo esse homines, ita per intronizationem, vel coronationem incipiunt esse reges. istam consuetudinem Ecclesia non approbat, licet non prohibeat: est enim hoc hominum, qui in terrenis nimium delectantur, & bonum suum hic reputant: si enim rectius saperent, potius festum moriētium agerent: dies enim mortis fidelem absoluit de luteo carcere, & huius corporis miserijs offerens beatę æternitati, & ob hoc etiam obitus istorum, & non Natales solennizat, quia Natales fuerunt omnino introitus quidem ad miseriam, obitus autem fuerunt introitus ad gloriam. Vnde & sanctorum obitus Natalitia celebrantur, quia tunc moriuntur sęculo, & vi-
I uere incipiunt Deo quodam alio excellentioris vitæ genere: Natales autem dies sanctorum Ecclesia nunquam celebrat nisi in tribus, scilicet Christo, & Virgine, & Ioanne: & in his quidem non quia nati sunt, sed quia diuinitus nati sunt. De Iesu autem benedictissimo enarrare diuinum aliquid superuacuum est, cum tota vita & singulæ operationes eius diuinum aliquid sint, quia ipse verus Deus erat: sed pręter hoc Natalis eius colitur, quia sicut conceptio eius diuina extitit, scilicet quòd virgo sine viro, & sine semine conciperet, ita & natiuitas admirabilis, quòd integris manentibus virgineis claustris, Saluator noster ad hanc lucem prodierit, quod in nulla fęminarum vnquam fit: nam & si contingeret interdum fęminam semine suscepto, non tamen corruptis claustris concipere, pa-
K rere tamen sine violentia, & iniuria integritatis non contingit, quod in virgine beatissima actum non est. Amplius aūt colendus fuit nostri Saluatoris Natalis, quia Angeli hoc suaserunt gaudere tunc admonētes tam verbo, quam exemplo suo nos incitantes: nam sub ipsa natiuitatis Dominicę hora Angelus Dn̄i apparuit pastoribus apud Bethlehem dicens, annuncio vobis gaudium magnum, quia natus est hodie Saluator mundi, & subito facta est cum Angelo, multitudo cœlestis exercitus clamantium, & dicentium, gloria in excelsis Deo Luc. secundo, & in terra pax hominibus. Natalis autem virginis sub eadem ratione colendus infertur, quia per eam totum nobis bonum aduenit: sic enim Ecclesia in laudem Natalis eius canit, per quam salus mundi

credenti-

credentibus apparuit. Natalis aut Io. Baptistæ, ideo celebrat̄, quia multis diuinis miraculis inclytus reddit̄, de quibus Luc. 1. vnde ibidem Gabriel Angelus dixit de Ioanne, ꝙ in natiuitate eius multi gaudebunt. cęterum nullius alterius sancti Natalem diem colimus, quia in eis diuinum aliquid apparuisse non constat, & si constat non fuit tamen tantæ excellentiæ, & auctoritatis, vt Natalem diem eis tradere deberemus. Alia est pręcipua ratio quare istorum trium solum Natalis dies Ecclesia agat: Ecclesia enim festum nō celebrat nisi de sanctitate, cęterorum tamē natiuitas in peccatis est, qm̄ in originali de vteris maternis effundunt̄, de istis aūt tribus constat, ꝙ sine peccato nati sunt. De Christo superuacuum est dici, qui peccatū nō habuit, nec hēre potuit, cum ipse sit verus De⁹ noster sanctificans nos. De virgine & si dubiū apud multos sit, an in originali peccato concepta fuerit, nemo tn̄ vnquā dubitauit, an in originali fuisset nata, quia qui asserunt eam in originali conceptam, confestim dicunt eam fuisse purgatam, siue sanctificatam in vtero: natiuitas ergo virginis sanctitatis plena fuit, & ob hoc, licet qdam arguerit eos, qui conceptionis virginis festum agebant velut de peccato festum agentes, nemo tamen festum natiuitatis impediuit. De Ioanne Baptista communiter asseritur, ꝙ licet in originali conceptus fuerit, tn̄ ī vtero sanctificatus est, ideo eius natiuitas cum sanctificatione est, ita vt celebrari possit, in cęteris aūt viris sanctis, licet exitus sit in plena sanctificatione, introitus tn̄ in mundum cum peccato originali est, ideo Natalis eorum dies non agit̄, sed obitus celebratur. Quòd ergo nos dies nostros Natales cum quadam festiuitate agamus laudabile nō est, nisi hanc festiuitatem in Dei laudem vertamus, gratias ei agentes, ꝙ nos in hanc cōem lucem educere dignatus est, petentes vt in illam lucem, quam inhabitat, nos deducat per suas semitas, quia nihil nobis nasci profuit, nisi beatificandi simus. sicut dicit Gregorius, ꝙ nihil profuit nasci, nisi redimi profuisset: hoc modo laudabile est Natalem diem nostrum sub spiritualibus festum, & exultationem agere: sic enim Deus Iudęis neomeniarum seu calendarum festa agere iussit, idest celebrare primam diem cuiuslibet mēsis in innouatione Lunæ, quod significat neomenia Num. 20. & tunc ei sacrificia offerebant, quasi gratias agentes de sua gubernatione, quam facit in nobis per varias temporū vicissitudines: nam motus Solis, & Lunæ causant nobis maximam temporum alterationem, sic dicitur: Gen. 1. ꝙ ista duo luminaria posita sunt, vt sint nobis in signa, & tempora, dies, & annos.

Quare Herodes nunc celebrauit diem sui Natalis. Et quòd duo reperiuntur in sacra scriptura Natales dies celebrasse.
Quæst. XXI.

QVAERETVR, quare Herodes nunc celebrauit Natalis sui diem. Aliqui dicunt, ꝙ hoc fecit, vt sic esset quędam occasio occidendi Ioannem. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia si Herodes non esset solitus celebrare diem Natalis sui, & nunc celebraret, quando Ioannem occidit, appareret manifesta suspitionis causa. Ideo dicendum, ꝙ Herodes, qui princeps erat, solitus erat quolibet anno diē Natalis sui ad gloriam suam celebrare, & ita nunc celebrauit, & tunc accidit, ꝙ Ioannem Baptistam decollari iuberet, & sic innuitur Marc. 6. s. cum dies opportunus accidisset: Herodes Natalis sui cęnam fecit, idest cum accidisset dies opportunus, idest in quo oportebat Herodē iuxta consuetudinem suam festum agere. Sciēdum aūt, ꝙ in sacra scriptura non reperiuntur nisi duo qui Natalium suorū festa agerent, s. Herodes iste, & Pharao

A rex Aegypti, & sicut vterque circa vanitatem honoris curiosus extitit, ita & in ipso Natali die cruentum festum celebrauit: nam Herodes Ioannem occidit: Pharao aūt principem pistorum suspendit: Genes. 40. Sic dicit Hier. super Matthęum, nullum inuenimus alium obseruasse diem Natalis sui, nisi Herodem, & Pharaonem, vt quorū erat par impietas, esset vna solennitas. Sic ēt dicit Beda soli mortalium Herodes, & Pharao leguntur diem Natalis sui festiuis gaudijs celebrasse, sed vterque rex infausto auspicio festiuitatē suam sanguine fędauit, verum Herodes tanto maiore impietate, quanto sanctum, & innocentem doctorem veritatis occidit, & hoc pro voto, & petitione saltatricis.
B

Quare Herodiades Ioannem occidere cupiebat.
Quæst. XXII.

QVAERETVR de Herodiade, quare cupiebat occidere Ioannē: nimis enim hoc optauit: nam à principio cum Ioannes argueret Herodem desiderabat illa occidere Ioānem, & insidiabatur ei ad mortem: Marc. 6. s. Herodias autem insidiabatur Ioanni, & volebat occidere eum, nec poterat, & postea ipsa instruxit puellam, vt peteret caput Ioannis in disco. Dicendum, ꝙ hoc fe-
C cit. Primo quia offensa erat nimis à Ioanne: nam illa felicem se tali coniugio reputabat: Ioannes autem adulteram, & incestuosam ostendebat, quod magnæ ignominię erat. Secundo quia Ioannes conabatur eā priuare viro suo: nam ideo Ioannes arguebat Herodem, vt illam repelleret, quam illicite tenebat dicens, non licet tibi habere illam, supra in litera, & hoc erat ei durum. Tertio & præcipue quia Herodes, qui tenebat nunc Herodiadem in vxorem, erat nunc inimicus Philippo fratri suo cui abstulerat Herodiadē, timebat autem Herodias, quòd crebris Ioannis redargutionibus pulsatus Herodes Philippo fratri suo reconciliaretur, & ei Herodiadem restitueret, illa autem tunc timebat vitæ suæ apud Philippum, quia spō-
D te ab illo recesserat, ideo reduci ad eum formidabat. Etiam quia honorabiliorem se Herodias apud Herodem, quam apud Philippum reputabat: erat namque Herodes potentior, & forte ardentius amabat eam, quam Philippus amabat, quod innuitur cum ob ardorem eius timorem populi abiecerit, & sanctitatis reuerentiam contempserit: vt ergo timoris causam sibi auferret, voluit Ioannem occidere. Sic dicit Hieronym. super Matthęum: Herodias enim timens, ne Herodes aliquando resipisceret, vel Philippo fratri suo amicus fieret atque illicitæ nuptię repudio soluerentur, monet filiam, vt in ipso statim conuiuio caput Ioannis postulet.

Cur Ioannes arguebat Herodem, de illicitis nuptijs, & non Herodiadem. *Quæst. XXIII.*
E

QVAERETVR cur Ioannes arguebat Herodem, de illicitis nuptijs, & non Herodiadem.

Aliqui dicunt, quòd Herodias non peccabat in his illicitis nuptijs, quia inuitā tenebatur per potentiam Herodis, ideo non arguitur ipsa, sed Herodes.

Sed non stat, quia Herodias voluntarie manebat cum Herode, & ob hoc procurabat mortem Ioannis, vt nuptiæ non soluerentur, vt dicit Hieronym. peccabat ergo ipsa grauiter sicut Herodes. Alij dicunt, ꝙ redarguit Herodē, & nō Herodiadē, quia istę nuptię erant illicitę per legem Dei datam Iudęis: He-

 rodes

rodes aũt erat Iudęus, ideo arguendus erat, ꝙ ꝯ̃ legem ageret. De Herodiade aũt cũ esset gentilis, i. filia Arethę regis Arabię, vt dicit Hier. & Beda dicit, ꝙ nõ erat apud eam illicitum talibus nuptijs copulari, & ideo non arguebat eam. Sed dicendum, ꝙ hoc non stat, q̄a ẽt si Herodias de gentilitate nata esset, necesse erat, ꝙ vel ad ritum Iudęorũ conuersa esset, q̄a aliàs non posset eã accipere in vxorẽ vir Iudęus, & tñ Philippus acceperat eam, & legitime tenuerat, cum Ioannes vocaret eã vxorẽ eius: ergo non manebat iã in ritu gentilitatis, sed in Iudaico, & sic obligaretur ipsa ad seruãdũ legẽ Moysi sicut Iudęi, & ideo peccaret in hoc ꝯiugio illicito. Aliter ergo dicendũ, ꝙ Herodes, & Herodias peccabãt, & tñ Ioãnes solũ Herodẽ arguebat, q̄a principalior erat, & arguẽdo ipsum arguebat ẽt Herodiadẽ, q̄a idẽ erat crimen amborum, & principaliter fiebat hoc, quia Ioannes arguebat istas nuptias illicitas ad hoc, ꝙ dissoluerent, & tñ dissoluere illas erat in potestate Herodis, & non Herodiadis. Nã vir põt repudiare vxorem ex quacũque cã scd̃m legem Moysi, fęmina aũt nunq̃ põt repudiare virum, ideo Ioannes arguebat Herodẽ quasi hortans eũ repudiare Herodiadem, ipsa aũt Herodias non poterat repudiare Herodem, & si aliàs vellet recedere non permitteret Herodes, iõ non expediebat, ꝙ Ioannes argueret Herodiadẽ, sed solum Herodẽ, licet ẽt Herodias peccaret. Sic dicit Chrys. sup Matth. s. non tñ loquitur vxori, sed viro eius qm̃ principalior hic erat. Aliam ẽt pręcedentem opinionem tangit Chrys. dicens forsan. n. legem Iudęorum tenebat, & ideo Ioannes eum ab adulterio prohibuit, & tamen in hoc non manet, ideo dixit forsan, sed quod nunc dictum fuit, verum est.

An Herodes vere voluit occidere Ioannem, & procurauit mortem ipsius. Et qui ordo in eius occisione fuerit seruatus. Quæst. XXIIII.

QVAERETVR circa mortem Ioannis Baptistæ, an Herodes vere voluit occidere Ioannẽ, & procurauit hoc, vel fecit dolens, & solum ꝑꝑ iuramentũ, & verecundiã simul discũbentiũ. Aliqui dñt, ꝙ Herodes nolebat occidere Ioannẽ, sed potius ꝓhibebat: nã Marc. 6. dr̃ ꝙ Herodias insidiabat Ioanni volens occidere eum, nec poterat, & sequitur: Herodes aũt custodiebat eum, i. custodiebat, ne Herodias illum occideret, vt dicit ibi glo. Scd̃o patet quia dr̃ Marc. 6. Herodes custodiebat Ioannẽ sciens eum virũ sanctum, & iustum, & eo audito libenter multa faciebat: ergo nõ desiderabat mortẽ eius, sed potius salutẽ. Tertio patet quia qñ puella saltans petijt caput Ioannis dr̃ Marc. 6. & sup. in litera contristatus est rex. si tñ cuperet mortẽ eius non contristaret, sed gauderet: ergo dolebat de morte eius, quia tristabatur. Quarto patet, quia Herodes volebat negare quod ꝓmiserat saltatrici, sed dr̃ sup. in litera & Marc. 6. ꝙ ꝑꝑ iusiurandũ, & simul discũbentes iussit dari illi caput Ioannis: ergo si non interuenisset iuramentũ, & p̃ntia discũbentium coram q̄bus iuratã fidẽ infringere erubescebat, non dedisset puellę saltatrici, & tñ si cupiebat daret ẽt nullo horũ impellente: ergo nolebat ipse mortẽ Ioãnis. Alij dñt, ꝙ Herodes voluit occidere Ioannẽ, & ipse inquisiuit modum ad occidẽdum eum, & patet. Primo quia dr̃ sup. in litera, & volẽs eũ occidere timuit populũ, quia sicut prophetam eũ hẽbant: ergo voluntas erat ei occidẽdi Ioannẽ, sed solus timor eum distrahebat. Scd̃o patet quia si Herodes non intendisset occidere Ioannẽ, non occidisset eũ ꝑꝑ iuramentũ, quia iuramentũ illud non tenebat, immo peccatum erat tale iuramentũ adimplere, & tñ impleuit illico concedendo caput Ioannis saltatrici quasi nihil ꝯcederet: ergo voluit hoc

F facere, & cogitauit. Dicendũ, ꝙ circa hoc opinioni locus est q̄busdã asserẽtibus, ꝙ voluerit Herodes mortẽ Ioannis, & ita ait Hier. & Beda. Alijs vero tenentib⁹, ꝙ de ea doluerit, quod aliqualiter tenere vr̃ Chrys. super Matth. Sed magis vr̃ dicendum, ꝙ Herodes voluerit occidere Ioannẽ, & ꝙ timens populũ quęsierit aliquẽ modũ coloratum ad occidendũ, vt sic vitare posset populi turbationem ꝯ̃ se, & hoc, quia non vr̃ posse r̃nderi ad illud quod dr̃ sup. in litera, s. & volens occidere eũ timuit populum. Et tũc dicet̃, ꝙ ordo rei fuit iste, s. ꝙ cum Ioannes accusaret sępe Herodẽ de illicito coniugio, Herodias dolore stimulata cupiebat occidere Ioannem, & tñ non poterat, quia Herodes hoc G fieri prohibebat, vt dr̃ Marc. 6. s. Herodias insidiabatur ei volens occidere illum, nec poterat: Herodes autẽ custodiebat eum, & adhuc bonus animus manebat Herodi ad Ioannem, & quia dr̃ eod. c. ꝙ Herodes custodiebat Ioan. sciens eum virum sanctum, & iustum, & eo audito multa libenter faciebat, & tamen ad instantiam Herodiadis, vt ei satisfaceret, vel ob aliam cãm, vt dictum est sup. q. 15. incarcerauit Ioannem, & adhuc manebat bono animo erga eum, & tñ quotidianis precibus solicitationibus blandicijsque Herodiadis flexus Herodes consensit, vt Ioannem occideret, & tñ à principio retrahebatur timore populi, qui tenebat eum, vt prophetã: postea tñ magis flexus H Herodes ab vxore, quia libidinosus, & mollis erat, contempsit aliqualiter timorẽ, & inquisiuit modũ quendam aliqualiter coloratum ad occidendum Ioannẽ, non quidem, ꝙ per hoc Ioanni aliqua culpa imponeretur, vt oñderetur iuste decollatus, sed vt innueretur Herodes hoc non voluisse, sed quadam necessitate iuramenti tractum, & ẽt vt non esset populo tanta occasio ad insurgendum ꝯ̃ Herodem, habuit secum principes, & maiores Galilææ quasi in crimine consortes, vt eosdem hẽret ꝯ̃ populum pro se defensores: nam puella cui saltanti Herodes caput Ioannis concessit, nõ solum Herodi, sed ẽt omnibus principibus simul discumbentibus saltando placuerat, & ob hoc Herodes pollicitus fuerat dare ei quidq̄d peteret, illa vero I tunc caput Ioãnis postulauit. Hoc supposito dicendũ ad primũ argumentũ, ꝙ Herodias primo oderat Ioãnẽ, & tunc nondũ Herodes oderat eũ, sed potius custodiebat ꝯ̃ Herodiadem, ne occideret eum, & tñ tandem emollitus solicitationibus Herodiadis elegit Ioãnẽ occidere. Ad scd̃m dicẽdum, ꝙ ẽt hoc erat à principio antequam Herodes conciperet animum occidendi Ioannem: nã cũ nondũ ira, & libido turbassent animum eius recte iudicabat, s. ꝙ Ioannes erat vir iustus, & sanctus, & eo audito multa faciebat, & tũc nõ consentiret occidi Ioannem, cũ tñ crebris solicitationibus arderet, & libido ei suaderet agendum, ꝙ vxor decreuerat, deposuit rectam opinionem, quã de Ioanne habebat, vt saltem de ea non consideraret in particulari, sicut facit incontinens, quando errat 7. Eth. c. K quinto, & tunc cogitauit quomodo Ioannem occideret, & ipse & Herodias inuenerunt istum modum. Ad tertium dicendum, quòd licet Herodes vere gauderet de morte Ioannis, finxit tamen se dolere, vt honestaret factum suum, quia nefas erat virum sanctum velle sponte occidere, & ad hoc visus est tristari. Sic dicit Hier. & Beda. Alij autem qui tenent, ꝙ non cogitauerit Herodes occidere Ioannem dicũt, ꝙ vere doluit videns, ꝙ iuramentum suum vergebat in peiorẽ exitum. Sic dicit Chrysost. s. quia ergo sciuit, ꝙ ex eius petitione malum eueniebat tristatus est. Ad quartum dicendum, ꝙ Herodes intendebat occidere Ioannẽ ẽt si nihil iurasset, nec aliqui p̃ntes fuissent, tamen voluit hoc facere ad colorem, vt videretur ex quadam necessitate agens, & sic innuit, ꝙ solũ cõcesserat hoc pro-

propter iuramentum, & ꝑꝑ assistentes, aliter non cõcessurus, & tñ ẽt si nõ interuenissent ista, occidere intendebat Ioannẽ: ipse tñ Herodes forte dixit puellæ, ꝙ non cõcederet ei quod promiserat, quia malũ erat, & tñ concedebat ꝑꝑ iuramentum, & pręsentes, & ita referunt Euangelistę, ac si ista intentione egisset, licet non intẽderet hoc. Siquis aũt defendere vellet, quòd Herodes non intendebat occidere Ioannẽ, tenebit p̄dictas rõnes, & r̃ndebit ad rõnes oppositas. Ad primã dici poterit, ꝙ Herodes forte motus indignatione occidere voluit Ioannẽ, & tñ postea considerans eũ virum iustum, & sanctum nolebat eũ occidere, sed potius custodiebat eũ, ne occideret aliàs ab Herodiade, vnde dr̃ Marc. 6. vnde nunc non intendebat occidere eum, sed propter iuramentum, & assistentes occidit eum. Ad secundum dicendum, ꝙ Herodis iuramentum, non obligabat, sed potius peccatũ erat illud obseruare, & tñ Herodes, qui nesciebat vim iuramenti putauit se obligari, & ideo occidit illum de quo magis dicetur inf. q. 32. vtraq; ergo pars hoc modo sustineri posset, sed verius est, ꝙ Herodes cupierit occidere Ioannem, & omnia ista per quandam fictionem facta fuerint, & hoc communius tenetur, vt per Hier. & Bedam tenetur, & idem tenet Nicolaus.

Quare ista filia Herodiadis saltauit. Quæst. XXV.

QVAERETVR, quare ista filia Herodiadis saltauit. Dicendum, ꝙ quantum ad exteriora patebat ista puella saltabat ad solennizandum festum: Herodes enim festum solenne agere volebat die Natalis sui. Nam ad hoc conuocauerat principes, & primos Galilæę, vt cęnarent cum illo, saltatio autem, & cãtus conferunt lętitiam sęcularibus qui in his sensibilibus capiunt voluptates, fit tamen hoc maxime in conuiuio cum addatur iocunditas iocunditati: Eccl. 49. memoria Iosiæ sicut musica in conuiuio vini, idest sicut est dulcis musica in conuiuio quãdo homines bibũt, & lętantur, ita erat memoria Iosiæ dulcis, & patet, q̄a dicitur ibi memoria Iosię sicut mel in ore dulcorabitur: & quia omnis iocunditas conuiuij facit apparatũ quendam, & solennitatem, fuit conueniens cantus, & saltatio in conuiuio hoc. Secundo erat hoc specialiter ad honorem ꝑꝑ puellam saltantem: nam quilibet saltans iocunditatem facit, sed non solennizat festum, ꝙ aũt hęc virgo regia nunc saltaret, erat magni honoris, ideo potius illa, quam alia debuit saltare. Tertio fuit ex industria Herodiadis matris eius, quia illa faciebat omnia hęc, vt caput Ioannis obtineret petente puella, erat aũt puella petitura, quod Herodias iuberet, & quia nõ cõfidebat, ꝙ forte alia petere vellet, hoc summisit filiam suam, vt saltaret. Quarto & pręcipue fuit, vt esset magis occasio obtinendi, quod ipsa petebat. Nam si mulier aliqua minoris gradus saltaret, aut Herodes ei nihil promitteret, aut si promitteret parũ illud esset, & sic non cõcederetur caput Ioannis, quod pro magno habebat. Hęc aũt puella filia reginæ erat, & forte ẽt filia Herodis, ideo dignitas ei⁹ exposcebat aliquod magnum sibi cõcedi, & sic Herodes iurauit, ꝙ daret ei quidquid peteret, ẽt si dimidium regni peteret: Marc. 6. si aũt alteri saltatrici dignitatis minoris Herodes polliceretur quidquid peteret, ẽt dimidium regni si illud peteret, videretur ficte fieri, & ex intentione, vt peteretur caput Ioannis, & postquam esset petitum appareret fraus, ideo subintroducta fuit hæc virgo regia, vt huic possent tanta promitti sine suspitione, vel cum minori suspitione, quam si alia mulier saltaret, istam tñ saltationem arguunt doctores tanquam non conuenientem honestati puellę, nec Herodis grauitati: puellę. n. virgines, vt pudicę sint occul-

A tari debent, non virorum adstare conspectibus. Hæc vero publice se ludis dabat non regiam virginem, sed theatralem constituens. Etiam quia domus Herodis non erat soluenda his ludis, sed cum maiori grauitate coram rege agendum erat. Sic dicit Remigius: cõsuetudo est non solum diuitum, sed & pauperum mulierum, ita pudice filias suas nutrire, vt vix ab extraneis videantur. Hęc autem impudica mulier impudice filiã suam nutriuit, quam non docuit pudorem, sed saltationem, nec minus reprehendendus est Herodes, qui oblitus est domum suam esse aulam regiam, quam pręd icta mulier fecerat theatrum.

B *Quomodo puella ista saltans tantum placuit Herodi, vt dimidiũ regni sui polliceretur si illa peteret. Quæst. XXVI.*

QVAERETVR, qũo puella ista saltans tm̃ placuit Herodi, vt dimidiũ regni sui polliceret̃ si peteret illa. Aliqui dñt, ꝙ puella non saltauit tã excellenter, vt Herodes ei hoc promittere vellet, sed Herodes volebat hr̃e occasionẽ ad mortẽ Ioãnis, ideo finxit sibi hãc puellã placuisse, vt magna ei dẽret ꝓmittere, & sic eẽt illi locus petendi caput Ioãnis, & hoc ẽt si puella non bñ saltaret. Dicendũ, ꝙ licet Herodes hic aliq̄d fingeret, nõ tñ fuit penitus fictũ, q̄a tũc soli Herodi puella placeret q̄ hęc fingebat, & tñ placuit puella saltãs etiã oĩb⁹ simul discũbẽtibus, Mar. 6. ergo puella docte saltabat. Scd̃o dicẽdũ, & melius, ꝙ ista puella placuit Herodi, q̄a excellẽter saltabat, & hoc verisile ẽ, q̄a mr̃ sua C Herodias sũmittebat eã, vt saltatio sua placeret Herodi, & oĩbus discũbentibus, verisile est, ꝙ tm̃ placuisset Herodi saltatio eius, ꝙ ꝓmitteret ei dare quidquid peteret, & si eẽt dimidiũ regni, hoc tñ nõ ꝯtingeret nisi valde eẽt docta in saltatione, iõ ex excellẽtia saltandi placuit Herodi, vel placere potuit, & hoc docuerat eã mr̃ eius, vt sic obtineret, q̄d volebat. Sic dicit Remigius: impudica mulier impudice filiã suam nutriuit, q̃ nõ docuit pudorẽ, sed saltationẽ. Et Chrys. dicit, hic duplex est puellę accusatio, & qm̃ saltauit, & qm̃ Herodi ita placuit, vt occisionẽ ita peteret in mercedẽ. Tertio p̃t dici, ꝙ nõ sufficiebat puellę instructio in saltando, vt tã placere posset Herodi, & oĩbus discũbẽtibus, sed sathanas mouebat eã, vt magis placeret Herodi, & D excellẽtius saltaret, q̃ aliqua mulier agere posset: sicut. n. sathã locutus est ꝑ serpẽtẽ ad fallẽdũ Euã, ita & saltaret sathã in puella, vt mortẽ Io. ꝯsũmaret. Sic dicit Theoph. s. dũ ꝯuiuat sathanas ꝑ puellã saltat, & iusiurãdũ ꝑficit̃ sceleratũ. Hoc aũt dęmoni facile erat, ipse q̄ppe mouet mẽbra arreptitiorũ qũo vult tã in loquẽdo, q̃ in operando, ita igit̃ totũ corpus puellę tã proportionate exurgere poterat, vt nulla vnq̃ meli⁹ saltasset.

Quare Herodes cum iuramento pollicitus est dare saltatrici q̄dcunq; postulasset. Et iuramentum ad quid ordinatum sit. Quæst. XXVII.

QVAERETVR, quare Herodes cum iuramento pollicitus est dare saltatrici quodcunq; postulasset. E Dicendũ, ꝙ pendet hoc ex dictis sup. q. 24. s. an Herodes intendebat occidere Ioannẽ, vel nõ. Si non intendebat: dicendũ, ꝙ puella ita docte saltauit, ꝙ Herodes immenso gaudio repletus effrenate locutus est, non tenens modũ in verbis. Nam satis erat, ꝙ polliceretur aliquid determinate dare, vel ꝙ absolute polliceretur & non iuraret, quia iuramentum est in subsidium cum alteri non credit̃ dicẽti. sicut Christus dicit sup. 5. c. q̄d amplius est à malo est, i. q̄d est vltra verbũ simplex ẽ à malo pęnæ ei⁹ q̄ credere tard⁹ ẽ, & nõ vult nisi iuret̃. Vel à malo culpę eius q̄ indiscrete iurat, qñ nõ est opus, & tñ hõ cũ summa iocunditate repletur, nec sufficienter attendit quid dicat, nec quid agat, iõ aliqua excessiue agit, & ita esset hic. Si autẽ Herodes cogita-

cogitauerat occidere Ioãnem, dicendum quòd iurauit ex induſtria, vt ſic eſſet ſibi occaſio occidendi Ioãnem: nam ſi non iuraret, cum poſtea puella peteret illicitum, puellę nõ concederet, pręſtito tñ ſemel iuramento putabat̃ ligatus ita vt non poſſet reſilire, & ſic videret̃ ideo Ioannẽ occidere, q̃a ex iuramẽto facere tenebat̃. Hoc aũt verius eſt, cum teneatur, ꝙ Herodes cogitauerit Ioannẽ occidere, vt dictũ eſt ſup. q.24. & hoc tenet Hier. ſup Matthęũ dicens: ego non excuſo Herodẽ, ꝙ inuitus, & nolens ꝑ iuſiurãdũ homicidiũ fecerit, qui ad hoc forte iurauerat, vt futurę occiſionis machinas prępararet, Et idem dicit Beda.

Quare pollicitus eſt Herodes dare quidquid poſtulaſſet.
Quæſt. XXVIII.

QVAERETVR, quare pollicitus eſt Herodes dare quidquid poſtulaſſet: ẽt ſi peteret dimidiã partem regni. Dicendũ ſicut pręced. q. ꝙ ſi Herodes non cogitauerat de morte Ioannis, promiſit hoc ex abundantia iocunditatis, ſ. quia tm̃ placuit ei ſaltatio puellę ꝙ gaudio ſuperabundans exceſſit in verbis: nã ſufficiebat, ꝙ Herodes aliquid expreſſe puellę daret, vel dare polliceretur, vel ſi occaſionem petendi ei concedere volebat, ſatis erat, ꝙ diceret ei pete, quod vis, & quidquid petieris obtinebis, & nõ exprimeret de dimidio regni, & tunc in generalitate conceſſionis ſolũ intelligebatur id, quod honeſtum erat Herodi dare, & puellę recipere, vnde ſi illa prętextu illius conceſſionis peteret totum regnum, vel dimidium eius, vel aliquid ſimile, non erat daturus Herodes, ꝙ vero expreſſerit hoc, ſ. ẽt ſi dimidium regni petieris, fuit vltra temperatum modũ loquendi, vnde ſi ſine dolore iſta faciebat Herodes, erat valde incautus talia promittens, q̃ iuſte vel honeſte ſeruari nõ poterant ſi peterent̃. ſicut fuit in iuramento, quia iurabat facere quidquid puella peteret. Sic dicit Chryſ. ſup Matth. ſ. vide autem qualiter crudelis, & qualiter mollis ẽ Herodes: ſeipſum .n. obnoxium iuramento fecit, illam aũt petitionis dñam conſtituit. Si autẽ Herodes cogitauerat de morte Io. ideo ſic dicit, vt occaſio eſſet ad mortem eius: nam ſi Herodes aliquid determinate polliceretur puellę, aut polliceretur caput Ioannis aut non. Si ei polliceretur, appareret manifeſte eius iniquitas quã ipſe tñ occultare volebat, quia ſi ſic volebat, non oportebat aliquid puellę promittere, nec incitare eam ad petendum. Si aũt polliceretur aliquid aliud determinate, nõ eſſet poſtea locus puellę ad petendum aliud, & ſic fruſtraret̃ intentio Herodiadis, & Herodis, ideo oportuit, quòd polliceret̃ Herodes indeterminate occaſionem petẽdi puellę relinquens, & tunc ipſa poſſet petere caput Ioannis, dixit tamen Herodes etiam ſi dimidium regni mei petieris ad oſtendendum, quòd puella valde placuiſſet, & quòd intendebat ei magna conferre: nã ſi hoc non exprimeretur, putaretur velle dare puellæ aliquid paruum, & poſtea quando peteret caput Ioannis eſſet locus ad repellendum eã, quaſi Herodes non intenderit ei dare tam magnam rem, cum autem dixerit etiam ſi dimidium regni mei petieris, innuebat, quòd nihil erat quantumcunque magnum, quòd illa peteret, quod non concederet Herodes, & ideo cum peteret caput Ioannis, non poſſet eam repellere, quia maius erat ſi dimidium regni peteret ſaltem in oculis Herodis, & tamen illud dare promiſerat ſi peteretur, & ſic multum artificioſe iſta particula adiecta eſt. Ex his autem colligitur, quòd hæc omnia, quæ Herodes oſtendebat exterius fictitia erant: nam ſi de morte Ioannis non cogitaſſet, etiam ſi nimis ei placuiſſet ſaltatrix, non promiſiſſet ei dare quidquid illa peteret, ſed aliquid ei determinate daret, quod ſatis eſſet dan-

F ti, & recipienti, conſiderato ſtatu vtriuſque, & ſaltatione pro qua dabatur, quia pro tali re leuis merces ſufficiebat. Et maxime addit ſuſpitionem, quia dixit etiam ſi dimidium regni mei petieris.

Primò quia non erat veriſimile, quòd ſaltatrici dimidium regni dari deberet, ideo ad alium finem dicebatur.

Secundò quia per hoc, quòd Herodes hoc exprimebat, incitabat eam ad petendum, & ſi non eſſet certus de puella quid petitura eſſet, valde indiſcrete eſſet dictum, quia poſſet puella dimidium regni petere, cum Herodes hoc exprimeret, & teneretur illud dare quia iurauerat, & ſic veriſimile eſt, quòd G Herodes hoc exprimeret, vt teneretur illud dare: & etiam veriſimile eſt, quòd Herodes non diceret hoc niſi concordaſſet prius cum puella quid peteret, & ita omnia iſta erant colores quidam ad inducendum mortem Ioannis.

Quomodo puella petiuit caput Ioannis.
Quæſt. XXIX.

QVAERETVR, quomodo puella petiuit caput Ioannis, quia non erat hoc conueniens præmium ſaltationis.

Dicendum, quòd mater, ſcilicet Hero- H dias ſciebat, quòd Herodes polliceretur puellæ dare aliquid, & dixit ei, quòd nihil peteret niſi caput Ioannis, & ita fecit ſicut dicitur hic, ſcilicet at illa pręmonita à matre ſua da mihi inquit caput Ioannis.

Sed obijcietur, quòd non pręmonuerat eam mater, quia dicitur Marc. ſexto, quòd iurauit Herodes quidquid petieris dabo, etiam ſi dimidium regni mei petieris, & ſequitur, quæ cum exiſſet dixit matri ſuæ quid petam, at illa dixit caput Io. Baptiſtæ, cumque introiſſet ſtatim, cum feſtinatione ad regem petiuit dicens: volo vt protinus des mihi caput Ioannis in diſco, & ſic apparet, quòd quando puella ſaltauit neſciebat quid petitura eſſet, & ideo quando Herodes iurauit dare quidquid illa peteret, neſciens quid pete- I ret, exiuit de loco diſcumbẽtium vadens ad matrem, quæ alibi manebat, & petiuit ab ea quid peteret, & illa dixit, quòd peteret caput Io. tunc puella redijt ad aulam in qua manebat Herodes, & petiuit caput Io. Dicendum, quòd hoc verum eſt: nam Marc. tetigit, & aperuit totum ordinem rei: Mattheus autem breuiter fuit locutus tangens ſolum concluſionem facti, & tamen vterque verum dicit. Itaque cum dicitur hic, ꝙ puella pręmonita à matre petiuit hoc, non eſt ſenſus, ꝙ pręmonita fuerit antequam tripudiaret, ſed antequam peteret: nam licet non fuiſſet pręmonita antequam intraret ad tripudiandum, tamen quando petere debuit noluit quicquam petere, quouſq; exiuit, & cõſuluit matrem, vt refert Marc. & hoc fuit, quòd pręmonita peteret, ſed Matthęus ita hoc enarrat tan- K quam nihil interciderit, & ita putaret̃ nihil intercidiſſe niſi hoc Marc. exprimeret. Hoc aũt eſt, quod valde vr̃ oſtendere, ꝙ Herodes nihil cogitauerat pro nunc de morte Io. immo nec Herodias, quia ſi concordatum fuiſſet inter Herodem, & Herodiadem, ꝙ hoc modo Ioannis caput peteretur qñ puella intraret ad ſaltandum, iam intraret inſtructa quid peteret, & tñ non erat inſtructa, ſed oportuit, ꝙ intraret ad matrẽ conſultura eam quid peteret: ergo nihil erat concordatũ pro tunc. Dicendum vr̃, ꝙ hoc nõ tollit ſuſpitionẽ: nã hoc factũ cũ eſſet nephariũ nõ poterat oĩno iuſtificari, vt putaret̃ recte factũ: conatus eſt ergo Herodes transferre à ſe culpã huius criminis in Herodiadem, quia melius erat ipſam erubeſcere, q̃ regem, etiã q̃a ſic aliqualiter placaret̃ populus, ꝯſiderans nõ fuiſſe

pręci-

precipuam iniquitatem in Herode, & ad hoc habitus fuit totus iſte proceſſus qui aliqualiter alleuiaret culpam Herodis, oſtendens eum non cogitare ſuper hoc facto, ſed propter iuramẽtum, vt ſimul diſcumbentes ad faciendum quaſi coactum, & quia ſi puella mox peteret caput Ioan. non conſulens matrem, appareret, ꝙ mater iam pręmonuerat eam ſuper hoc, vel ipſe Herodes, & dato, quòd mater pręmonuiſſet, appareret quòd ipſa ſciebat, quòd Herodes daturus erat puellæ, ꝙ peteret, quod vellet, & ſic innueretur, quòd ipſa ſciebat, quid Herodes facere intenderet, & factum eſſet inter eos concordatum, ideo vt non putaretur hoc contra Herodem, factum eſt, quòd puella non eſſet pręmonita, & nihil de hoc eſſet concordatum, ſed ſubito ipſi Herodiadi venerat in mentem hoc petere habita opportunitate, & promiſſione Herodis.

Quare puella dixit da mihi hic caput Ioannis.
Quæſt. XXX.

QVAERETVR, quare puella dixit da mihi hic caput Ioannis.

Dicendum, quòd puella voluit dari ſibi immediate id, quod petebat antequam recederet de loco illo, ideo dixit da mihi hic, ideſt antequam recedam de hoc loco caput Io. & Mar. *6.* dicitur volo, vt protinus des mihi caput Io. ideſt immediate antequam diuertam ad alia. hoc aũt petiuit Herodias, quia timuit, ꝙ licet Herodes concederet ſibi caput Io. ſi immediate non daret illud nõ daret poſtea, quia ſi ſciretur, quòd rex promiſerat caput Io. cum populus diligeret valde Io. intercederet ad regem ne hoc fieret, & ſi rex non concederet, violenter ei Io. auferrent, & ſic non haberetur votum Herodiadis. Etiã promiſſum iſtud erat nefarium, & ſi Herodes cogitaret ſuper eo forte non compleret, quia occurreret ſibi hoc eſſe nefandiſſimum ſcelus, ideo oportebat, quòd non eſſet ſibi locus cogitandi ſuper hoc, ne reuocaret promiſſum, ſed mox, vt concederet traderet illud executioni. Sic dicit Hiero. ſuper Mat. Herodias enim timens ne aliquando Herodes reſipiſceret, vel Philippo fratri amicus fieret, atque illicitæ nuptiæ repudio ſoluerentur, monet filiam, vt in ipſo ſtatim conuiuio caput Io. poſtulet.

Quomodo dicitur, quòd contriſtatus eſt Herodes, & an veram triſtitiam habuit. Quæſt. XXXI.

QVAERETVR quomodo dicitur, quòd contriſtatus eſt Herodes, & an veram triſtitiam habuit.

Dicendum, quòd pendet hoc ex dictis ſupra quęſt. 24. an Herodes cogitauerit de morte Io. vel non. Illi qui dicunt, quòd non cogitauerat, dicunt quòd vere triſtatus eſt, & non eſt dubium, quia vt dicitur Mar. *6.* Herodes ſciebat Io. virum ſanctum, & iuſtum, & eo audito multa libenter faciebat, quando autem promiſit puellæ dare quicquid peteret, bona fide agebat nihil mali ſuſpicatus, quia non erat veriſmile, quòd ſaltatrix aliquid tale peteret, quia non erat hoc conueniens precium ſaltationis, ſed quòd peteret aliquid, quod ad ornatum muliebrem, vel valorem pertineret, cum autem vidit rem tam nefariam peti, ſe autẽ obligatum credens ex iuramento, doluit quòd in talem caſum veniſſet, & ita vere cõtriſtatus eſt. Sic dicit Chryſ. ſuper Mat. quia igitur ſciuit, quòd ex eius petitione malum eueniebat triſtatum ſe oſtẽdit: virtus enim etiam apud malos admiratione, & laudibus digna eſt.

A Alij dicunt, quòd non contriſtatus eſt vere Herodes de hoc, ſed potius gaudebat, finxit tamen ſe triſtari ne appareret, quòd ipſe de morte Io. cogitauerat, & iſtam viam coloratam adiuuerat. Sed obijcietur, ꝙ Euang. teſtantur, ꝙ Herodes triſtatus fuerit: nam hic dicitur, & contriſtatus eſt rex. & idẽ dicitur Mar. *6.* capitul.

Dicendum, quòd cõſuetudo ſcripturarum eſt ponere quaſi aſſerendo in narrationibus non ſolum id, quod vere geſtum eſt, ſed etiam id, quod ab omnibus putabatur ſic eſſe, vel id quod veriſimile eſt, & ratio iudicat illud potius eſſe quã oppoſitum. ſicut Ioſeph in ſacra Scriptura vocatur pater Chriſti abſolute non quidem, quòd pater eſſet, cum ad Chriſtum nihil at- B tineret ipſe, ſed ſola Maria, ſed quia ab omnibus putabatur filius Ioſeph Luc. 3. vt putabatur filius Ioſeph. & non ſolum illi qui neſciebant veritatem, ſ. populus vocabant Ieſum filium Ioſeph, ſicut dixerunt Nazareni, nonne iſte eſt filius Ioſeph? Luc. 4. & pręced. ca. & Mar. *6.* ſed etiam virgo Maria quæ ſciebat Ieſum non pertinere ad Ioſeph, vocauit eum filium Ioſeph dicens: ego & pater tuus dolentes quęrebamus te Luc. 2. ideſt ego, & Ioſeph. De ſecundo patet, vt Deuterono. 22. ſ. ſi vir reperierit puellam in agro quæ deſponſata eſt, & apprehendens concubuerit cum ea, ipſe morietur ſolus, puella nihil patietur mali, nec eſt C rea mortis, quoniam ſicut latro conſurgit contra fratrem ſuum, & animam eius occidit, ita & puella perpeſſa eſt. & ſic pręſupponit ibi lex, quòd quandocunque puella in agro cognoſcitur, violenter cognoſcitur, & aſſerit, quòd vir conſurrexit contra eam, & tamen poteſt eſſe, quòd in agro puella ſponte cognita ſit, immo quòd ad hoc exiret in agrum, vt ibi cognoſceretur, & non vult illa lex, quòd quandocunque cõſtaret puellam violẽter cognitam in agro, deberet ſolus vir pati, quia etiam ſi in vrbe conſtaret puellam violẽter cognitam, ſolus vir pateretur, ideo intelligitur, quòd quandocunque in agro mulier cognoſceretur, quòd ſolus vir occideretur, quia pręſupponit lex, quòd violenter cognita eſt, quia hoc veriſimilius D eſt quam volens, licet potuerit voluntarie cognoſci. Nunc autem eſt primus caſus iſtorum. nam Herodes oſtendit vultum triſtati, ita quod ab omnibus putaretur vere dolere, licet ergo non vere doluerit aſſeruerunt Euang. quòd triſtatus fuerit, quia ita omnes circunſtantes putauerunt, Euangeliſtæ tamen ſciebant veritatem, quia per ſpiritum ſanctum ſcribebant, & non tanquam ſimplices narratores rerũ geſtarum, vt oſtenſum eſt ſupra in Prologo auctoris quæſtio. 19. & tamen licet ſcirent, quòd non vere triſtatus eſt, ſcripſerunt quòd triſtatus eſt, quia ſic omnibus circunſtantibus viſum eſt. Sic fuit de virgine quæ ſciebat Ieſum non eſſe filium Ioſeph, quia tamen ab omnibus putabatur filius Ioſeph, ipſa vocauit eum filium Ioſeph Lucæ ſecundo. ego & pater tuus dolentes E quærebamus te. Sic dicit Hiero. ſuper Mat. conſuetudinis ſcripturarum eſt, vt opinionem multorum ſic narret hiſtoricus, quomodo eo tempore ab omnibus credebatur. ſicut Ioſeph ab ipſa quoque Maria apellabatur pater Ieſu. ita & nunc Herodes dicitur contriſtatus, quia hoc diſcumbentes putabant, diſſimulator enim mentis ſuæ, & artifex homicidij triſtitiam ferebat in facie, cum lętitiã haberet in mente, & ideo dicit Beda hoc autem veriſimilius eſt quã oppoſitum. Nam ſi Herodes de occiſione Io. triſtaretur, non occideret eum.

An

An istud iuramentum obligabat Herodem. Et quòd iuramentum incertum quod postea vergit in deteriorem exitum non est complendum, nec obligat: similiter nec votum. Quæst. XXXII.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, ꝙ Herodes propter iusiurandum iussit dari caput Ioannis puellę, vel noluit eam contristari, vt dicitur Mar.6. & an istud iuramentum ligabat Herodem ad occidendum Ioannem,

Dicendum, quòd non obligabat immo peccabat complendo hoc: iuramentum enim quod est a principio illicitum, vt si iuretur aliquid, quod malum est, s. occidere hominem, vel fornicari, non obligat, immo qui iurauit peccauit iurando, & postea peccat cõplendo, vnde tenetur non complere illud. Etiam iuramentum, quod a principio est incertum, & postea apparet, quòd vergit in deteriorem exitum, nunquã est complendum, nec obligat si inceperit apparere, quòd vergit in malum, & ita erat hic, quia quando Herodes iurauit dare puellæ quicquid peteret, erat dubium iuramẽtum istud. cum vero illa petijt caput Io. apparebat vergere in deteriorem exitum, ideo non erat seruandum: & tamen iuramentum etiã a principio fuit incautum propter sui generalitatem, quia poterant multi casus particulares includi quos teneri illicitum esset, sicut postea apparuit. Sic enim dicit Isidorus, & habetur 22. quæst. 4. c. in malis, s. in malis promissis rescinde fidem, impia est promissio quæ scelere adimpletur, illud non est seruandum. sacramentũ quo malum incaute promittitur, vnde Herodes non excusatur de occisione Io. propter iuramẽtum istud, & hoc propter duo. Primo quia circa talia illicita iuramentum non obligat, quia eadem ratione si puella peteret, quòd Herodes seipsum occideret, vel caput proprium ei daret, teneretur ad illud. Secundo quia Herodes, ideo iurasse creditur, vt colorem haberet occidendi Io. Sic dicit Hieron. super Matt. ego autem non excuso Herodem, quia inuitus, & nolẽs propter iuramentum homicidium fecerit, qui ad hoc forte iurauit, vt futuræ occisionis machinas præpararet. Alioquin si ob iusiurandum fecisse se dicit, si patris si matris postulasset interitum, facturus fuerat, an nõ. quod ergo in se repudiaturus fuit, cõtemnere debuit in propheta.

Sed dicetur nunquid Herodes putabat se obligatum per hoc iuramentum ad occidendum Ioannẽ?

Dicunt quidam, ꝙ non putauit se obligari, sed potius ipse iurauit, vt videretur habere colorem ad occidendum.

Sed dicendum, quòd non stat, quia etiam si Herodes cogitasset de morte Ioannis, & vellet eã hoc ordine efficere, putaret tamen, quòd per iuramentum obligatio aliqua erat ad occidẽdum Ioannem. Nam si constaret tunc, quòd iuramentum illud Herodis ad nihil obligabat, sicut nunc constat, cum non sit inuẽtum, vt sit vinculum iniquitatis, extra de iureiurando c. quanto. postquam Herodes iurasset, & puella peteret caput Ioannis, non esset ei color aliquis ad dandum caput Io. propter iuramentum, & tamẽ hic, & Mar.6. dicitur Herodes contristatus est, & tamen propter iuramentum iussit dari caput puellę, ergo necesse est, quòd vel vere Herodes putauerit se hoc iuramento obligatum, vel ostenderit coram alijs, ꝙ obligatus erat, vt sic pretextu iuramenti haberet colorem ad occisionem Ioannis, & tamen non posset hoc Herodes fingere, nisi ab alijs putaretur communiter tale iuramẽtum obligatorium, ergo necesse est dici, quòd Herodes, & communiter alij astantes credebant, quòd iuramentum istud obligabat. Hoc autem est, quia omnes antiqui in veteri testamento etiã viri iusti sciebant pauca de obligatione iuramentorũ, & votorum: erat enim illa ætas rudis. quod patet in iuramento Iosue qui erat vir sanctus: iurauit enim non occidere Gabaonitas, & non tenebat iuramentum, quia erat contra legem Dei quæ iubebat, quòd omnes Chananæi occiderẽtur in ore gladij, & quòd sub nullo pacto, vel conditione permitterentur viuere Deuter.20. Etiam Gabaonitæ per mendacium extorserãt iuramentum a Iosue, quia Iosue quæsiuit ab eis, an essent de populis Chanançorum quorum terram Deus eis promiserat, quia cum illis non poterant fœdus pacis inire, & dixerunt Gabaonitę, quòd non: sed quòd erant de terra longinqua. Iosue 9. cap. vnde ex duplici capite non tenebat iuramentum, & potissime tanquam factum contra legem Dei, & tamẽ Iudæi, & principes Iudæorum putauerunt se obligatos illo iuramento, & licet populus qui hoc non iurauerat vellet occidere Gabaonitas non permiserunt, eo quòd iurauerant eis in nomine Domini. Simile fuit in voto Iephte Galaditis iudicis Israel. nam votum, & iuramentum similem obligationem causant, & ideo sicut non tenet votum quãdo vouẽtur illicita, ita nec iuramentum si illicitum iuretur, & tamen Iephte vouit incaute, s. occidere, & immolare Domino quicquid ei primum occurreret de domo sua reuertenti cum victoria, occurrit autem vnica filia eius, & tunc doluit nimis Iephte, quia nullos alios liberos habebat, illaque erat tota spes posteritatis eius, & putauit se obligatum ad illam occidendum, & dixit decepisti me filia mi, & ipsa decepta es, aperui os meum, & nõ potero aliud facere. Iudic. 11. ca. idest, quia semel emisi votum meum de ore meo non possum iam mutare, sed cogor illud soluere, & ita executus est. quia indulto puellę spacio, vt lugeret virginitatem suam cũ sodalibus suis super montes Israel, redijt ad patrem, & iugulauit eam eod. c. a fortiori, ergo credere poterat Herodes, & astantes se obligari ad mortem Ioannis ex iuramento illo, cum ex simili sic generaliter prolato crediderit Iephte se obligatum ad occidendũ filiam suam, & illam occiderit. Et sic videtur dicendum, quòd Herodes cogitauerat de morte Io. & vt videretur de quadam necessitate Ioannem occidere, voluit iurare, quòd puellæ daret quicquid peteret, vt postea illa petente caput Ioannis videretur manifeste teneri ad illud dandum, hoc tamen fuit propter ruditatem gentis illius sęculi, quæ nimis circa talia indocta erat, & non mirum, vt illi qui de ipso fine præcipuo nostro, idest de beatitudine quæ est post resurrectionem generalem, dubitabant quibusdam asserentibus esse resurrectionem, alijs vero negantibus, infra 22. & Actu.23. dubitarent de his quæ ad finem sunt, idest de præceptis vitæ, & de intellectu illorum.

Ad quid Herodes voluit in conuiuio habere principes Galileæ. Et eadem causa voluit rex Assuerus magnum facere conuiuium. Quæst. XXXIII.

QVAERETVR ad quid Herodes voluit in conuiuio isto habere principes, s. omnes tribunos, & principes, & primos Galileę. Mar.6.

Dicendum, quòd quantum ad ea quæ foris apparebant fecit hoc ad solẽnizandum festum Natalis sui. celebrabat enim Herodes diem hunc, quia volebat illum esse valde solennem, voluit facere conuiuiũ magnum, quia ista est vna de solennitatibus magnis quas homines sęculares reputant, s. facere magna conuiuia. sic enim ostendunt gloriam, & magnificentiam suam, ita fuit de illo amplissimo memorando que cõuiuio regis Assueri, Hester. 1. s. tertio anno imperij sui fecit

fecit magnum conuiuium cunctis principibus, & pueris suis fortissimis Medorum, & Persarum, inclytis, & prę fectis prouinciarum coram se, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ad magnitudinem atque iactantiam potentię suæ multo tempore, s. centum, & octoginta diebus, cumque implerentur dies conuiuij inuitauit omnem populum qui inuentus est in Susis a maximo vsque ad minimum septem diebus. Secũdo fuit, quia Herodes nõ inceperit nunc de nouo celebrare diem natalis sui, sed ante hoc erat solitus celebrare, vt dictum est supra quæst. 21. & tunc inuitabat principes, & primos Galilęę ad solẽnizandum festũ, ideo etiam nunc inuitaret eosdem ne videretur aliqd facere specialiter, quod suspitionem causaret, maxime si in isto conuiuio occideretur Io. & non vocaret Herodes principes illos quos inuitare solitus erat die Natalis sui, putaretur quòd ideo Herodes non vocauerat principes, quia cogitauerat occidere Ioannem, & tamen Herodes volebat potius fugere hanc suspitionem, transferens totum crimen in Herodiadem, ideo conuocauit principes istos. Tertio fuit, quia inuitatio istorum principum, proderat ad id, quod volebat facere Herodes. nam volebat occidere Ioannem, & tamen timebat populum supra in litera: voluit ergo principes istos secum in adiutorium habere contra populũ, & hoc, quia puella saltatrix petitura erat caput Ioan. Herodes autem promitteret ei dare quicquid peteret, quia placitura erat in saltatione sua ei, & discumbentibus, ideo cum caput daretur Io. in mercedem solacij prę stiti simul discumbentibus, incumbebat eis aliqualiter, vt ipsi Herodẽ in hoc facto adiuuarent, si populus cõtra eum insurgeret. Quarto fuit, vt Herodes magis videretur necessitate inductus ad concedendum caput Io. quia promiserat puellæ dare quicquid peteret, & turpe videbatur regem coram tantis principibus promissa mentiri.

Quare dicitur, quòd Herodes propter simul discumbentes iussit caput Io. dari. Quæst. XXXIIII.

QVAERETVR, quare dicitur, quòd Herodes propter simul discumbentes iussit dari caput Io. Dicendum, quòd secundum illos qui putant Herodem non cogitasse de morte Ioannis, quòd Herodes quando audiuit puellam petere caput Ioannis doluit, & nollet sponte promissionem tenere suam, sed propter iuramẽtum quo se ligari putabat, & propter verecundiam astantium fecit. nam etiam si rem valde damnosam sibi promisisset Herodes coram istis, erubesceret coram eis illam irritare. vnde si promisisset hoc puellę nõ prę sentibus istis significatur, quòd non esset completurus, sed propter verecũdiam præsentiæ eorum complebat, & tamẽ in hoc adhuc erat Herodes increpabilis, quia si erubescebat coram istis pmissa infringere, potius erubescere debuisset, ꝙ coram eis tam infandũ scelus explebat. Sic dicit Chrys. super Mat. Si autem testes deierationis formidauit habere Herodes, multo magis timuisse decebat tam iniquę occisionis tantos habere testes. Magis tamen dicendum est, quòd Herodes quæsiuit hic occasionẽ, vt videretur habere necessitatem aliquam occidendi Ioannem. nam sicut iurauit, vt non sineret sibi resiliri iuxta iudicium eorum qui de iuramento male sentiebant, ita & istos principes habere voluit prę sentes, vt propter eorum prę sentiam videretur sibi turpe esse contrarium agere eius, quod promiserat. Sic dicit Hier. super Matt. scelus excusat iuramento, vt sub occasione pietatis ipsius fieret. Quod autẽ subijcit propter eos qui pariter discumbebant, vult omnes sceleris sui esse consortes, vt in luxurioso conuiuio cruentæ epulæ deferrentur. Hoc etiam valde suspitionem istam auget, quia Herodes iurauerat puellæ dare quicquid peteret. dato ergo, quòd teneret iuramentum istud, poterat Herodes non dare caput Ioannis, s. quia quando puella petiuit caput Ioãnis, poterat Herodes rogare eam, vt non peteret caput Io. sed aliquid aliud, & forte puella condescenderet, & tunc etiam si iuramentum tenuisset nõ infringebatur, quia dabat puellæid, quod determinate petebat, si autem ipsa non consentiret recedere a petitione illa, teneretur Herodes dare caput Ioannis si iuramentum tenuisset, & tamen mox, vt puella petiuit, concessit caput Ioannis, non rogans saltem eam, quòd a tali petitione desisteret, quia erat iniqua, sed vel fuit iniquus, vel valde mollis qui puellam cõtristare noluit, sicut dicitur Mar.6. propter iusiurandum, & simul discumbentes noluit eam contristari. erat autem contristatio quam facere debebat Herodes, quòd obiurgaret puellam, quia rẽ tam scelestam petiuerat, & moneret eam a tali petitione desistere, aliam honestiorem petitionem faciẽdo. noluit tamen aliquid istorum facere, sed mox concessit, quod tam inique petebatur, ideo valde suspectum se in hoc reddit, tali petitioni tam cito assentiendo.

Quomodo Herodes ausus est occidere Ioannem. Et quomodo interdum passiones animi sibi inuicem repugnant. Quæst. XXXV.

QVAERETVR quomodo Herodes ausus est occidere Ioannem. nam supra in litera dicitur, ꝙ Herodes voluit occidere Ioannem, sed timebat populum. nunc etiam timere debuit, vt non auderet occidere eum. Et quomodo populus non insurrexit cõtra Herodem occiso Ioan.

Dicẽdum ad primum, quòd Herodes a principio timuit occidere Ioan. quando adhuc recte iudicabat non turbato animo eius omnino, & tamen quotidianis solicitationibus, & blanditijs Herodiadis, flexus est ad hoc, quòd timorem excluderet. est enim hæc conditio passionum, quòd interdum per accidens sibi repugnant, s. quia non possumus habere, quod per vnam desideratur, nisi abijciamus alteram. vt si quis habeat iram, & amorem, & non possit frui amato, nisi remittat desiderium vindictæ, si fuerit maior amor quam ira, cessabit ira, vt amato fruamur, si autem fuerit maior ira quam amor, peribit amor, vt vindictam sumamus. Sic dicit Seneca tragędia 4. carmine quod incipit. diua non mitiscedunt irę cum iussit amor. De ira, quòd vincat amorem patet in Medea quæ, ꝙ prios filios diligẽbat, quia tamen oderat acerrime Iasonem virum suum, quia accipiebat aliam vxorem ea deserta, occidit proprios filios sibi, & Iasoni communes, vt sic saltem de Iasone sumeret vltionem. vt patet in tragędia quæ dicitur Medea, ita nunc in Herode pugnatum est. nam a principio prę ualebat timor super amorem, ideo non occidebat Ioannem timẽs populũ. postea vero crebris solicitationibus Herodiadis delinitus, exclusit timorem, quia amor incãduerat. Secundo fuit, quia ante hoc Herodes non inuenerat modum quo tutum se putaret contra populum, ideo timebat occidere Ioannem, nunc vero credidit, quòd iste modus eum tutum redderet, ideo ausus est eum occidere. nam iurauit puellæ dare quicquid illa peteret, & illa petijt caput Ioannis, & sic iuxta opinionem Iudæorum, quia tunc rudes erant, & nesciebant quomodo obligaret iuramentum, putabatur Herodes obligatus ad occidendum Ioannem. ideo populus non insurgeret contra ipsum. Tertio fuit, quia habuit secum Herodes huius rei defensores ipsos

ipsos principes qui secum in conuiuio fuerant. Nam F
puella saltans placuit Herodi, & simul discumbentibus, & in mercedem saltationis quæ omnibus placuerat, pollicitus est Herodes dare quicquid peteret, & illa petijt caput Ioannis, ad quod dandum videbatur obligatus secundum opinionem illorum, vigore iuramenti, & quia pro mercede saltationis quæ omnibus simul placuerat caput Ioannis datum est, erat causa communis principibus, vt ipsum Herodem super hoc defenderent, & sic putauit Herodes se tutum, et occidendo Ioãnem. Quarto fuit, quia Herodes prius timebat scandalum. nunc autem nõ timebat, & hoc forte, quia Deus permiserat cor eius dilatari ad confidendum, vt sequeretur mors Ioannis, quam Deus ad aliquid boni ordinabat, sic fuit de passione Christi. nam princeps sacerdotum, & ceteri qui de illa tra- G
ctabant, timuerunt a principio occidere Christum in die festo dicentes, non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo infra 26. & tamen postea in die festo occisus fuit Christus, s. die prima azimorum, & tamen non attenderunt Iudæi ad illud scandalum, ad quod prius attendebant, mutato corde eorum ad aliam sententiam.

Quomodo populus non insurrexit contra Hero. occiso. Ioan. propter tantum scelus, cum tamen essent Iudæi ad seditionem prompti propter religionem obseruandam.
Quæst. XXXVI.

QVAERETVR, quomodo populus non insurrexit contra Herodem occiso Ioanne propter H
tantum scelus.

Aliqui dicunt, quòd fauor populi erga Ioannem iã cessauerat, quia vulgus est valde mobile, & cum Ioãnes prædicauerat diligebant eum, & sequebantur, cũ vero incarceratus est cessauit fauor, & amor populi, ideo non insurrexerunt contra Herodem.

Dicendum, quòd non stat. primo, quia postquam Ioan. fuit in carcere adhuc populus diligebat eum, & sciebat Herodes fauorem populi pęnes Ioannem, iõ non audebat occidere eum supra in litera. Secundo & præcipuè, quia etiam aliquanto tempore post mortem Ioãnis adhuc durabat fauor populi erga Ioãnem. Nam infra 21. quando Christus quæsuit a sacerdotibus, & Pharisęis. Nunquid baptismum Ioan. erat de cęlo, vel ab hominibus, dicitur quòd non ausi sunt respondere, dicentes intra se, quod si dicerent esse de cęlo, diceret Christus, quare non susceperunt illud. si dicerent, quòd erat ab hominibus timebant populũ, quia Ioannem, vt prophetam habebant, & idem Mar. 11. si ergo post mortem Ioannis tãtus amor, & fauor populi erat erga eum, quòd non auderet quisquam dicere contra doctrinam eius, a fortiori esset fauor populi contra illos qui insurgerent in personam illius. non ergo cessauerat fauor ad hoc, quòd contra Herodem insurgere possent.

Sed dicendum, quòd populus non surrexit contra Herodem pro morte Ioannis propter multa. Primo K
quia Herodes erat dominus Galilęę eratque potens, esset ergo magna seditio, quòd subditi contra Dominum insurgerent. Hanc autem seditionem Iudæi facere metuebant, quia Herodes magnus, s. Ascalonita pater huius Herodis sępe grauiter punierat Iudæos facientes seditionem. erant quippe Iudęi ad seditionem prompti, maxime pro libertate, aut pro his quæ ad legem petrinebant obseruandã, vt refert Iosephus in libris Antiquitatum, & in libris de bello Iudaico, & quod maius est Romani tunc domini erant Iudæorum qui valde vetabant seditiones fieri, metuentes ꝑ eas perdere principatum, ideo valde vendicabant in seditiosos, & quia Herodes tenebat tetrarchiam Galilęę, & dominium Romanorum, esset rebellis contra Romanos quicunque cõtra Herodem seditionẽ ageret. timebat ergo populus insurgere in Herodem. Secundo fuit, quia Herodes habebat exterius quendã colorem apparentem, s. quòd egisset hoc quasi necessitate compulsus. iurauerat enim puellæ saltatrici dare quicquid illa pereret, quæ petijt caput Ioannis. putabatur autem, quòd iuramentum illud obligaret, cũ Iudæi essent circa hoc rudes, vt dictũ est supra quęst. 32. ideo crederent Iudæi, quòd obligatus fuerat Herodes hoc facere, & licet peccasset iurando, tamen ꝙ implere tenebatur, & ex hoc aliqualiter placaret animus populi contra Herodem. Tertio fuit, quia forte principes tribuum, & primi Galilęę qui cum Herode epulabantur, quando occisus est Ioãnes placarent animos popularium, eo quòd causa etiam erat eorum, vt dictum est supra quæst. 33. & 34. Quarto quia forte populus timuit insurgere contra Herodem, quia nõ solum insurgebant cõtra eum, sed etiam contra omnes principes, & tribunos, & primos Galilęę qui interfuerant conuiuio eiusdem Herodis, in quo datum est caput Ioannis in mercedem saltationis, eratque eis ex hoc causa communis cum Hero. vt illam defenderent, cum pro solatio eis præstito saltationis in conuiuio datum est caput Ioan. cum vero ipsi pro hac causa se opponerent, non manebat, nisi rude vulgus, sine principe, & tales nihil boni facere possunt, & si aliqd attentent in ipso exordio deficiunt, quoniam caput non habent, nec manet eorum propositum, nisi quousque ira velox ferbuerit, & ista forte esset de causis potissimis. Quinto fuit, quia Deus tenuit populi cor, vt non insurgerent contra Herodem: nam Deus cõcitat non iratos ad iram, & placat iratos incutiendo eis timorem, vt non audeant aliquid facere. sic patet Genes. 34. cap. de Iacob, quando filij eius occiderunt Sichimitas Gen. 34. nam omnes ciuitates Chananęorum per circuitum voluerunt insurgere, & delere domum Iacob, sed Deus incussit eis timorem, vt hoc non facerent Gen. 35. s. cumque profecti essent terror Domini inuasit omnes per circuitum ciuitates, & nõ sunt ausi persequi recedentes, ita hic Deus tenuit corda Iudæorum ne insurgerent in Herodem, quando I
Ioan. incarcerauit, & quando occidit, eo ꝙ Deus volebat, ꝙ Ioan. moreretur ne fieret simultas in populo propter Christum, & Ioannem, vt dicit Chryf. & dicetur infra quæst. 40.

Quare Herodes occidi iussit Ioannem in carcere: in quo notat modum occidendi viros bonos communiter obseruari solitum. Quæst. XXXVII.

QVAERETVR quare Hero. occidi iussit Ioan. in carcere. Dicendum, ꝙ ꝓꝓ multa. Primo quia ex virtute iuramenti quo eum teneri Iudęi putabant, & ipse putabat se teneri, vel innuebat teneri, obligabatur ad dandum caput Ioan. statim puellę, quia pollicitus est dare quicquid illa peteret, quod nõ solum intelligitur de re petita, sed etiam de omnibus qualitatibus petitionis, vt quantum ad tempus, & locum, & cęteras circunstantias rei petitę, puella tñ petiuit, ꝙ daretur sibi statim cap. Io. ideo si iuramentum tenebat, immediate dare tenebatur. Patet hoc, quia dr̃ hic, ꝙ puella prǫmonita a matre sua dixit, da mihi hic in disco cap. Io. idest antequam recedam de loco isto. quod erat immediate dare, quod magis exprimitur Mar. 6. volo, vt protinus des mihi cap. Io. in disco, idest statim des, & tñ si vellet educere de carcere, vel facere aliquã alium processum, non posset dare statim, sicut promiserat, ergo decollauit eum in carcere. Secundo

cundo fuit, quia si Io. deberet decollari extra carcerẽ, A
publicè hoc fieret, & tunc oportebat exprimi aliquã causam quare hoc fiebat, & tamen contra Io. qui sanctissimus erat nulla causa erat, nisi ꝙ oderat eum Herod. & Herodias propter veritatem prędicationis, iõ in carcere decollatus est. Dicendum tamen, ꝙ si nihil aliud obstaret nisi hoc, decollatus fuisset extra carcerem facto processu contra eũ in forma iuris, quia licet nullum crimen esset in Io. possent apponi plurima, & probari per falsos testes, sicut est styl⁹ communis contra viros bonos ad hoc, ꝙ occidantur, & hoc est antiquissimum. sic patet de Naboth quem Iezabel nequissima regina iussit occidi, faciens, ꝙ insurgerent testes contra eum qui dicerent, ꝙ malum dixe- B
rat regi, & ita per nimiam falsitatem vir sanctus lapidatus est 3. Reg. 21. Sic etiam falsi testes contra Christum subintroducti sunt infra 26. & Marc. 14. Sic etiã cõtra Stephanum falsi testes dati sunt, vt lapidaretur. Act. 7. posset ergo hoc modo Io. cõuinci iudicialiter per falsos testes de criminibus pro quibus mortis toleraret sententiam, sed nõ fuit opportunum propter id, quod sequitur, & ꝓꝓ id, quod dictum est. Tertio & prǫcipue fuit propter timorem populi, quia cum populus diligeret Ioan. si videret, ꝙ ferebatur ad mortẽ, raperet eum populus etiam de manu Herodis, & tũc grauius argueret Herodem, & seditio fieret, voluit ergo Herodes eum occidere, ita vt nemo de populo scire posset, & hoc fuit potissimum. occiso autem Ioan. quia iam erat malum irremediabile, populus non cu- C
rauit insurgere.

Quare populus non insurgebat in Herodiadem. cum insurgere in Herodem non auderet. Quæst. XXXVIII.

QVAERETVR dato, ꝙ populus non insurgeret in Herodem, quare non insurgebat in Herodiadẽ. nã Herodes aliqualiter occultauerat crimen suum, quod ex necessitate iuramenti fecerat, Herodias tamen aperte ostendit, ꝙ voluit Io. occidi, ideo contra eam manebat insultus.

Aliqui dicunt, quòd non constabat populo de facto Herodiadis: dicendum quòd in hoc nullum dubium erat. nam Herodes pollicitus est saltattici quic- D
quid peteret dare, & vt dicitur Mar. 6. puella nihil ausa est petere quousque exiens in loco in quo discumbebat Herodes cum principibus, introiuit ad matrem suam dicens, quid petam? & illa ait nil petas, nisi cap. Io. & tunc puella ingressa coram omnibus petiuit caput Ioan. Baptistæ: ergo apparebat, ꝙ mater ei iusserat hoc petere. Secundo patet, quia quãdo datum est caput Io. puellæ in disco, illa attulit, & dedit matri suæ supra in litera. & Mar. 6. ergo apparet, ꝙ ipsa iusserat hoc peti. Dicendum, quòd crimẽ Herodiadis totu populo constitit, & tamen non fecerunt seditionem cõtra eam, quia ipsa erat vxor Herodis cuius defensio, & honor pertinebat ad virum, quia vir, & vxor sunt vna caro prima Cor. 6. ideo esset hoc insurgere cõtra Herodem, & tñ ꝗ̃ eum insurgere non audebat populus ꝓꝓ ea quæ dicta sunt prǫced. quæst. ergo nec ausi sunt ꝗ̃ Herodiadem insurgere, & sic mansit mors Io. impunita pro tunc, Iudæorum tñ plurimi qui putabant Io. esse virum sanctissimum crediderunt, ꝙ destructio gentis Iudæorum facta a Romanis fuit propter peccatum occisionis Io. Bapt. vt ait Iosephus 18. lib. Antiq. tamen in hoc erraruerunt, quia fuit hæc destructio facta pro morte Christi, & quia noluerunt agnoscere saluatorem suum, sicut dicit Luc. 19. ꝙ videns Iesus ciuitatem fleuit super illam dicens, non relinquetur in te lapis super lapidem, eo ꝙ non cognoueris tempus visitationis tuæ.

Quare Herodes iussit, quòd caput Ioan. ferretur ad conuiuium: quale facinus, & a Romano quodam duce perpetratum narratur. Quæst. XXXIX.

QVAERETVR quare Herod. iussit, quòd caput Ioan. ferretur ad conuiuium, nam coram discũbẽtius allatũ est. ferale quidem spectaculum, vt regię dapes humano sanguine fędarentur adhibito.

Dicendum, ꝙ hoc non fecit Herodes tanquam ꝙ voluntate, quasi gauderet in specto capite Io. truncato, sed quia puella sic petierat: dixit enim da mihi hic caput Ioan. idest fac ad me manentem hic antequam de hoc loco recedam afferri caput Ioan. Herodes aũt voluit obseruare impium iuramentum ad vnguem, ideo fecit afferri, puella autem petiuit, vt daretur sibi ibi. Primo vt cito daretur, quia si ea manente ibi daretur sibi caput, non poterat hoc in longum differri, & hoc faciebat ne Herodes posset habere locum cogitandi de hac iniquissima iussione, vel aliqui in ꝗriũ intercederent, & reuocaretur impium mandatum.

Secundo, quia si Herodes diceret puellæ, mando, ꝙ detur tibi caput Ioan. in carcere, forte ministri non ita cito exequerentur, & oporteret, ꝙ puella recurreret ad Herodem super hoc conquesta, cum autem peteret, ꝙ daretur sibi caput Io. coram Herode, iussit Herodes, ꝙ afferretur coram se, & tunc ministri non tardarent in executione, & sic puella citius haberet, quod petebat, & euitarentur circuitus. Dicendum tamen, ꝙ Herodes fuit valde inurbanus qui solenni cõuiuio sanguinem humanũ adhibuit, & potissime viri iustissimi, in cuius tam iniqua occisione nemo, nisi impius posset a lachrymis temperare: & dato, ꝙ aliàs Io. esset vir reus mortis, propter hoc, ꝙ humanum caput in conuiuio trũcatum afferebat, magna pęna plectendus erat. sic fuit de Flamminio duce Romanorũ qui ad petitionem meretriculæ apud eum in conuiuio sedentis, quæ asserebat se nunquam vidisse hominem decollatum, fecit quendam decollari, qui aliàs reus erat mortis. Sic dicit Hiero. super Mar. legimus in Romana historia Flamminium ducem Romanorum, ꝙ accubanti iuxta se meretriculę quę nunquam vidisse se diceret hominem decollatum, assensus fit, vt reus quidem capitalis criminis in conuiuio truncaretur, a Censoribus pulsum curia, ꝙ epulas sanguini miscuerit, & mortem quamuis noxij hominis in alterius delitias præstiterit, vt libido, & homicidium pariter miscerentur: quanto sceleratior erat Herodes, & Herodias, & puella quæ saltauit, quæ in mercedem saltationis caput prophetæ postulat. &c.

Quare Deus permisit sic Ioannem virum iustissimum mori. Et quòd Deus permittit viros bonos seueris cruciatibus, & humili morte interdum perire propter duo.
Quæst. XL.

QVAERETVR quare permisit sic Deus Ioannẽ virũ sanctissimum pro tam impia causa mori, E
vt quasi pro nihilo mors sua haberetur, & puellæ saltanti caput eius in mercedem traderetur.

Dicendum, ꝙ virum bonum occidi iniuste a pessimis non est admirandum, quia talis est occisio omnium bonorum: iustus enim a iusto non occiditur, sed ab impio. Etiam iustus non potest, nisi iniuste occidi. nam si iuste occideretur iam non esset iustus: ꝙ vero morte abiecta iustus occidatur, hoc pertinet ad prauitatem impiorum, qui quanto grauius potuerint bonos cõculcare cupiunt: sic enim impij consilium facientes aduersus iustum dixerũt, Morte turpissima condemnemus eum. Sapient. 2. & tamen de morte Ioannis non est magna querela, quòd morte humili punitus sit. nam turpissime mortem passus est Christus,

ſtus.decollari enim honeſtum genus ſupplicij eſt,cru F
cifigi autem inhoneſtum , & maxime apud Iudæos.
nam Deus dixit Deut.21. maledictus homo qui pen-
det in ligno,& ſic Apoſtolus dicit, quòd voluit Chri-
ſtus pro nobis effici maledictum. Sed de Ioanne eſt,
quòd queramur , quia quaſi pro nihilo occiſus eſt, ſ.
ſaltanti puellę in mercedē datus eſt: ridentibus enim
& conuiuantibus alijs Ioannes occiditur , eiuſque
truncatum caput,quaſi pulchrum ſpectaculum ad re
gias epulas introducitur.

Dicendum, quòd licet impii contemptibiliter Ioā-
nem occiderint, ipſe tamen pro ardua cauſa occiſus
eſt , ſcilicet legis, & veritatis defenſione, accuſans
enim Herodiadis , & Herodis illicitas nuptias occi- G
ditur.

Sed dicendum , quòd Deus permittit viros bonos
ſeueris cruciatibus, & morte humili interdum peri-
re propter duo. Primo quia quanto eos hic magis hu
miliauerit, tanto abundantius in futura beatitudine
coronabit, miſeretur ergo Deus hic ei quē valde pu-
nierit benefacientem. Secundo ſic ad exemplum ra-
tionum diſcamus quam acrius Deus in futuro vbi lo-
cus pęnarum eſt,ipſos impios cruciabit , cum hic eos
quos diligit tam dure premat: hoc enim in Ioanne
experimur.

Aliqui autem putant , quòd Ioan.commiſerat ali-
qua peccata ſaltem leuia, pro quibus Deus voluit, ꝙ H
hic talem ſuſtineret cruciatum, vt in futuro nihil ſibi
tolerandum ſupereſſet.

Sed non ſtat , quia Ioan.ſanctiſſimus fuit in vtero ,
ideo nunquam peccauit mortaliter , & etiam credi-
tur communiter, quòd nec venialiter peccauerit, ſi-
cut eccleſia cantat de eo , ſ. ne leui ſaltem maculare
poſſes famine vitam,ideſt nec etiam peccaret venia-
liter in verbo leui.Item dato,quòd Ioan.peccaſſet ſępe
venialiter , immo etiam mortaliter,tanta erat auſteri-
tas vitę eius, quòd nihil ſatisfactionis exigeretur vl-
tra id,quod ipſe faciebat.

Ideo dicendū,quòd iſta mors fuit propter illa duo
prędicta.De hoc Gregorius 4.Mora.dicit nō ſine gra
uiſſima admiratione perpendo , quòd ille prophetiæ I
ſpiritu intra matris viſcera impletus, quo inter natos
mulierum maior nemo ſurrexit, ab iniquis in carce-
rem mittitur , & pro puellæ ſaltatu capite truncatur ,
& vir tantæ ſeueritatis pro riſu turpium moritur. nun
quid nam credimus aliquid fuiſſe,quod in eius vita il
la deſpecta mors tergeret?& oſtendit, quòd non . di-
cens:ſed quando ille in cibo peccauit,qui locuſtas ſo-
lum,& mel ſilueſtre comedit?num & in conuerſatio-
nē ſua offendere potuit qui de eremo non receſſit? &
reſpondet dicens,ſed iccirco Deus ſuos ſic premit in
infimis,quia habet quomodo remuneret in ſummis.
hinc ergo vnuſquiſque colligat quid illi ſunt paſſuri
quos repellit, ſi ſic cruciat quos amat. Tertia cauſa
addi poteſt quæ eſt communis . Deus enim vult bo-
nos multa pati pro gloria Dei:nam ſicut qui cęcus na
tus eſt , non ideo ſic natus eſt quaſi quia hoc meruiſ- K
ſet,ſed vt gloria Dei manifeſtaretur in illo Io.9.etiam
viri iuſti occidentur, & varios patientur cruciatus, vt
gloria Dei in illis manifeſtetur:cum enim ſancti mo-
riuntur pro defenſione legis Dei,oſtenditur illa bona
eſſe.nam in moralibus magis mouent opera quā ver-
ba,vt colligitur 10.Ethic.in principio,vnde ſiquis lau-
dat aliquam legislationum,vel viuendi formam,non
ideo conſtat, nec pręſumptionem magnam facit, ꝙ
bona ſit,ſi vero ſe exponat pro ea ad aſpera , pręſum-
ptionem magnam cauſat, quòd bona ſit:nam lauda-
re aliquid facile eſt cum verba nihil conſtent, labores
autem tolerare durum eſt . nec aliquis ſponte labores
ſubit , cum omnis homo delectationem naturaliter

In moralibus magis mouent opera quam verba.

cupiat,& quia nihil eſt,quod magis deſideretur, & di-
ligatur quam vita, quæ eſt fundamentum cęterarum
perfectionum,ſiquis vitam contemnit pro aliqua re,
manifeſte oſtendit , quòd illam rem ſummę bonam
putet, & ita cum viri ſancti pro defenſione legis Dei
mortem, & ſupplicia tolerarent, manifeſtum redde-
bant toti ſęculo teſtimonium , quòd legem Dei om-
nibus rebus meliorem putabāt,& hæc erat gloria ma
gna Dei,ideo volebat Deus , quod pro defenſione le-
gis viri ſancti acerrima paterentur , quod etiam in
Ioanne fuit, qui pro defenſione legis Dei de nuptijs a
nequiſſimo Herode occiſus eſt .

An Ioannes fuerit martyr per hanc mortem. Et qui dici debeant martyres. Et quæ veritas ad martyrium ſit ſufficiens . Eaque triplex eſſe dicitur, & triplex etiam martyrum gradus.
Quæſt. XLI.

QVAERETVR, an Ioan. Baptiſta fuit martyr per
hanc mortem .

Aliqui dicunt, quòd non, quia martyrem fa-
cit non pęna , ſed cauſa, eſt autem cauſa quæ facit ali-
quem martyrem velle pro Chriſto pati , & tamen Io.
nihil pro Chriſto paſſus eſt,ergo non fuit martyr. Se-
cundo, quia Ioannes non paſſus fuit ſponte, ſed ab
Herode violenter occiſus ſuggerente Herodiade.

Dicendum,quòd Ioannes martyr fuit,quia nihil ei
defuit de ratione martyrij . vnde eccleſia ei martyrij
ſui feſtum facit , diem decollationis eius celebrans ,
martyrem enim vt communiter dicitur facit mors,ꝙ
Chriſto tolerata,vbi autem mors non intercidit, mar
tyrium non eſt etiam ſi ſit cruciatus , ſed tales dicun-
tur confeſſores qui in ſupplicijs veritatem confiteri
non deſinunt. Et ita dicitur in vita beatæ Ceciliæ de
Vrbano Papa , quòd iam tertio confeſſor extiterat ,
ideſt ter fuerat paſſus ſupplicia pro confeſſione nomi
nis Chriſti , qui autem moritur , martyr dici poteſt.
Etiam requiritur, ꝙ pro Chriſto tolerentur,quod non
eſt,ita ſtricte accipiendum , quia tunc in veteri teſta-
mento nulli fuiſſent martyres,cū ibi nemo pro Chri-
ſto pateretur,quia nondum Chriſtus natus fuerat, &
tamen martyres fuerunt in veteri teſtamento quos
Apoſtolus recitat in Catalogo ſanctorum ad Hebr.
11.qui ſecti ſunt,lapidati ſunt,in occiſione gladij mor
tui ſunt. Etiam aliquos de martyribus veteris teſta-
menti eccleſia nunc colit, vt eſt feſtum Machabæo-
rum in principio Auguſti,qui fuerunt ſeptem fratres
cum vna matre occiſi 2. Macha.7. nam qui pro Deo
occiditur martyr eſt , iſti tamen pro Deo occideban-
tur cum pro defenſione legis eius paterentur,& vere
qui pro veritate occiditur, pro Chriſto occiditur , qa
ipſe veritas eſt . ſic enim ipſe ait Ioan.14. ego ſum via
veritas, & vita. ſic autem Ioannes pro veritate legis
mortuus eſt.Nam ſicut ſeptem fratres Machabæi oc-
cidi ſe permiſerunt,vt non cogerentur contra legem
manducare carnem ſuillam 2. Macha.7. ita Ioannes
occiſus eſt,quia nō patiebatur quantum in ſe erat He-
rodis,& Herodiadis illicitas nuptias. pro Chriſto er-
go Ioannes occiſus dici poteſt, & pro veritate, & ſic
martyr eſt.Sic dicit Gregorius in Regiſt. lib.12. Pro
qua re,ſcilicet pro reprehenſione ad Herodem facta,
etiam Ioannes Baptiſta capite truncatus eſt, & ſancto
martyrio coronatus. Cui non eſt dictum , vt Chri-
ſtum negaret,nec pro Chriſti confeſſione occiſus eſt,
ſed quia idem dominus noſter Ieſus Chriſtus dixerat.
Ego ſum veritas , quia pro veritate occiſus eſt Ioan-
nes, pro Chriſto ſanguinem fudit.

Sciendum tamen eſt, quòd non eſt omnis veritas
ad martyrium ſufficiens, quòd enim homo cucurre-
rit verum eſt, & tamē pro huius veritatis defenſione
ſola,

ſola,ſiquis morti ſe exponat non eſt martyr , ſed inſi- A
piens:talem enim veritatem , & ſi negare non licet ,
quia mentiri eſt,& peccatum, tamen defendere eam
non oportet,quia nullius vtilitatis,aut dignitatis eſt.il
la enim veritas pro qua quis martyr efficitur talis eſt ,
quòd eius defenſionem nobis deſerere non licet , &
ideo cum aliter defendi non poteſt,neceſſe eſt animā
pro illa ponere:& in tali veritate non ſolum agere cō
tra illam illicitum eſt,ſed etiam permittere, quòd qs
cōtra eam agat ſi talis eſt ad quem defenſio expectat,
& iſta eſt veritas de qua dicitur extra de regulis iuris
ca. qui ſcandalizauerit, quòd vtilius ſcandalum naſci
permittitur, quam veritas relinquatur . ergo peccatū
eſt illam relinquere. Eſt autem iſta triplex veritas quę B
pertinet ad mores,ſcilicet veritas vitæ,veritas iuſtitię,
veritas diſciplinæ. Veritas vitæ dicitur, quando quis
ſic viuit, vt in lege diuina viuere iuberur. Nam veri-
tas conſiſtit in conformitate ſigni ad ſignatum,quan-
do ergo conformatur vita noſtra legi diuinæ quæ eſt
ſignum directiuum actionum noſtrarum, dicimur te
nere veritatem vitæ, & ita accipit Apoſtolus ad Gala.
2.dicens, quòd Cephas non ambulabat ad veritatem
Euangelij,ideſt non ſeruabat Euangelium.iſta veritas
ſemper eſt neceſſaria , & quicunque moritur pro hac
veritate martyr eſt . Hoc autem quando aliquis po-
tius vult mori quam committere quodcūque de pec
catis mortalibus martyr eſt,& ita erant martyres om
nes qui moriebantur, ne cogerentur negare Chriſtū.
Sic etiam fuerunt martyres ſeptem fratres Machabęi C
& Eleazarus, qui vt non cogerentur manducare car-
nes procinas, quod eis eſſet peccatum mortale cum
eſſet contra legem eorum,ſe occidi paſſi ſunt. Veri-
tas iuſtitiæ pertinet ad iudicem, qui diſtribuere debet
pęnas , & pręmia ſecundum legem. Etiam iſta veri-
tas poteſt dupliciter peruerti . vno modo contrafa-
ciendo, alio modo illam non exequendo, ſed diffe-
rendo, vel nunquam exequendo .

Accipiendo primo modo redit veritas iuſtitiæ in
veritatem viræ , quia contra veritatem vitæ agit qui
male diſtribuit, ſ.dando pęnam iuſtis, aut pręmium
impijs,& ideo hoc non licet, & ſic ſi aliquis iudex oc-
cideretur, quia nollet abſoluere impium qui ſecun-
dum legem impius eſt,erit martyr, quia pro veritate D
iſto modo moritur,& iſta veritas nunquam poteſt re
linqui,cum redeat in veritatem vitæ.

Accipiendo ſecundo modo vocatur proprie veri-
tas iuſtitiæ , & tunc regulariter tenenda eſt , & tamen
interdum pro ſcandalo deſeri poteſt,ſcilicet differen-
do executionem iuſtitiæ ad tempus, vt ſine ſcandalo
fieri poſſet,& non ſolum non eſt malum , ſed potius
eſt laudabile , & ad prudentiā pertinet,interdū enim
executio iuſtitiæ omnino deſeritur quantum ad ali-
quem caſum ſpecialem, in quo ſi iudex vellet punire
malos,ſequeretur graue ſcandalum viris bonis. tunc
enim ceſſandum eſt a miniſtratione iuſtitię in caſu il-
lo,ſicut dicitur pręcedenti capitul, dezizanijs quę cre
ſcunt cum tritico , quia non debent eradicari vique
ad meſſem , ne ſimul triticum pereat. meſſis autem
eſt tempus, quando ſine præiudicio tritici poteſt era-
dicari zizania,& hoc,quòd quouſque ſcandalum ceſ
ſet nō puniatur malum, ſi autem aliquod malum ſit,
quòd nunquam poteſt puniri ſine ſcandalo, nunquā
debet puniri,& iſta ceſſatio licita eſt . Tertia eſt veri-
tas diſciplinæ , & iſta pertinet ad pręlatos, ſiue quan-
tum ad doctrinam, ſiue quantum ad correctionem
vitiorum, &.ab iſta non eſt ceſſandum regulariter .
Nam tenetur pręlatus docere,& ſi dubitauerit prędi-
care verbum doctrinæ,eſt reus ſanguinis, vt innuitur
Actu.20.vbi Apoſtolus Epheſijs dicit, mundus ſum
a ſanguine omnium veſtrum, quia non ſubterfugi

quo minus annūciarem vobis omne conſilium Dei.
& ſi cui dicatur,quòd non prędicet verbum Chriſti ,
& non pſentiens moriatur martyr eſt, ſic eſt de Apo-
ſtolis quibus Iudæi iuſſerunt non prędicare in nomi-
ne Chriſti,& illi dixerunt,quòd obediri oportet Deo
magis quam hominibus, & iterum nō poſſumus quę
audiuimus non loqui , & pro hoc flagellabantur a Iu-
dæis Actu.quarto, & quinto,ab hac veritate doctrinæ
nunquam ceſſandum eſt.quando eſt verbum Dei ne
ceſſarium, etiam ſi prędicatori mors promineat. Si
autem non eſt valde neceſſarium verbum Dei.etiam
ſi ſit vtile,poteſt ad tempus ceſſare pręlatus , vel præ-
dicator a doctrina,vt euitet ſcandalum.etiam ad hanc
veritatem diſciplinæ pertinet redargutio , & punitio
vitiorum,& fit vtrunque per pręlatum,per prædicato
rem autem ſola redargutio , & ab hac etiam ceſſan-
dum non eſt propter ſcandalum , niſi ad tempus ali-
quod . Vel etiam ſi prædicator , & maxime prælatus
videat ſibi mortem imminere redarguendo vitia , ſi
ceſſatio a redargutione facit rē videri licitam , & præ-
ſtat occaſionem alijs delinquēdi in ſimilibus, non de
bet tacere,& ſi pro tali redargutione occidatur , mar-
tyr eſt, quia pro veritate diſciplinæ occiditur,ſic occi-
ſus eſt nunc Ioan. Baptiſta,ſ.quia Herodis,& Herodia
dis illicitas nuptias redarguebat.

Ad primum dicendum,quòd mori pro Chriſto fa
cit martyrem,ſed non eſt ſtricte ſumendum,quòd ſo
lum moriatur pro confeſſione nominis Chriſti , ſed
quòd moriatur pro quacunque veritate cuius defen-
ſio eſt neceſſaria,ideſt,vt non incidat in peccatū mor-
tale, vt declaratum eſt ſupra de tribus veritatibus.

Ad ſecundum dicendum, quòd Ioannes Bapt.fuit
proprie martyr,& fuit ſponte paſſus . Pro quo ſcien-
dum,quòd triplex eſt gradus martyrū . Quidam ſunt
abſolute voluntarij, vt illi qui ad augmentum meriti,
offerunt ſe perſecutori fidei , vt pro Chriſto occidan-
tur,& potius volunt , quòd occidantur, quam quòd
ſuperſint , & iſte eſt perfectior gradus . Alij ſunt vo-
luntarij mixti,ſcilicet qui abſolute mori nolunt,& ta-
men potius volunt occidi,quam peccatum commit-
tere , ſicut illi qui inuenti a perſecutoribus, & non ſe
offerentes potius volebant occidi quam Chriſtum
negare , & ita fuit de Ioanne qui non elegerat occidi
ab Herode,potius tamen volebat occidi ab eo, quam
eius,& Herodiadis illicitas tacendo nuptias approba-
re. Alij ſunt qui nullo modo ſunt voluntarij, & ta-
men occiduntur pro cauſa Dei , ſine aliquo crimine.
ſic fuit de Innocētibus occiſis pro Chriſto in Bethle-
hem, & ſimilibus eius, quorum martyria colit eccle-
ſia. ſic etiam fuit de paruulis quos ſuſpendebant gen-
tiles iuſſu Antiochi , quia circunciſi inueniebantur
1.Machabęorum primo: iſti tamen non dicuntur ita
proprie martyres, ſicut primi , & ſecundi , quia non
reperiuntur omnes conditiones in eis ad martyrium
requiſitæ.

E *Quare puella attulit caput Ioannis matri ſuæ.*
Quæſt. XLII.

QVAERETVR quare puella attulit caput Io.
matri ſuæ.

Dicendum,quòd fuit. Primo quia ma-
ter iuſſerat ei illud petere, ideo illud ei ob-
tulit . Secundo , quia forte mater iuſſerat ei afferre
illud , vt quia forte muliebri odio concitata in Ioan-
nem volebat vlciſci videndo coram ſe truncatum ca
put,quod eā toties offenderat. Sic dicit Hieron.ſuper
Mat. quòd Herodias caput Io.poſtulauit, vt haberet
in poteſtate ſua linguam quę illicitas nuptias argue-
bat.Tertio quia forte Herodias volut certificata eſſe
de

de morte Ioan.& nulli credere volebat, nisi ipsa videret, ideo caput sibi afferri voluit.

Quomodo est verum, quòd Ioannes discipulos haberet nunc post mortem cum non prædicaret.
Quæst. XLIII.

QVAERETVR cum dicatur hic, q̃ discipuli Io. tulerunt corpus eius, quomodo est verum, q̃ Ioan. discipulos haberet nunc: nam dum prędicaret discipulos habebat, nunc vero cum esset in carcere, nec baptizabat, nec prędicabat, ideo discipulos non haberet.

Dicendum, quòd Io. discipulos habebat nunc, vt dicitur hic, & Marc. sexto. Pro quo sciendum, quòd cum Ioan. esset tã sanctissimę vitę, ita vt populus crederet eum esse Messiam: Luc.3.& Ioan.1.& Actu.13. quando cępit prędicare conueniebant ad eum Iudęi de tota terra Iudęorum, & audiebant verbum eius, baptizabanturque in iordane confitentes peccata sua sup. 3.& Marc.1. & istorum quidam adhęrebant ei familiarius manentes cum eo, & isti vocabantur discipuli eius, istos autem Ioannes erudiebat specialius tam in orationibus, quam ieiunijs. De orationibus patet Lucę 11. vbi dixerunt discipuli Christo, doce nos orare sicut Ioannes docuit discipulos orare: de ieiunijs patet, quia discipuli Ioan. faciebant speciali ter ieiunia, ideo ipsi quadam die arguerunt discipulos Christi, quia non ieiunabant sicut ipsi, & Pharisæi supra nono, & Marc. secundo, & de vtroq; simul ponitur: Luc. quinto, quòd discipuli Io. frequenter ieiunant, & obseruationes faciunt, idest orationes, de istis discipulis habebat Ioan. multos, quando prædicabat, & aliqui eorum facti fuerunt discipuli Christi: nam Andreas fuerat discipulus Ioan. ipse enim fuit vnus de duobus discipulis Ioan. qui secuti sunt Iesum, quando Ioan. ostendit eum, dicens: ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi: Ioan. 1. deinde cum Christus haberet discipulos, adhuc habebat Ioan. multos discipulos, & incipiebant isti inuidere Christo, quia plures baptizabantur ab eo, quam à Ioanne, Ioan. tertio, scilicet dixerunt discipuli Ioan. Rabbi ille qui erat tecum trans iordanem, cui & tu testimonium perhibuisti ecce baptizat, & omnes veniunt ad eum, & propter istam inuidiam discipulorum Ioan. & Pharisæorum cum eis Christus recessit de Iudęa in Galilęam: Ioan. quarto, isti autem discipuli Ioan. inuidebant semper discipulis Christi, & sociabantur Pharisęis, ideo Pharisæi adiuuabant eos contra discipulos Christi, & econtrario, vnde quando Christus cępit habere plures discipulos, quam Ioannes, non murmurabant soli discipuli Ioannis de hoc, sed etiam Pharisæi Ioan. quarto, scilicet vt audiuit Iesus, quòd audierunt Pharisæi, quòd Iesus plures discipulos facit, & plures baptizat, quam Ioan. dimisit Iudęam, & transiuit in Galilęam, isti discipuli Ioannis postea viuente Ioanne arguerunt discipulos Christi, quòd non ieiunarent sicut ipsi, & Pharisæi supra nono, & Marc. secundo Luc. quinto, capto autem Ioanne, non desierunt adhuc esse discipuli ejus, sed manebant multi quorum, quidam etiam in carcere positum non deseruerunt. Sic patet de illis duobus discipulis quos Ioannes in vinculis positus misit ad Christum, dicẽs: tu es qui venturus es supra vndecimo, & Luc. septimo, manebant autem discipuli cum Ioanne, & audiebant doctrinam eius, quia in carcere non impediebatur docere, licet non posset publice prædicare, aliquibus tamen qui astabant, prædicabat, & propter hoc discipuli non deserebant eum. Vel quia forte volebant ei nunc necessaria præstare obsequia, quia in carcere positus multis indigebat, & maxime adessent ei quasi pro consolatione, quia cum esset afflictus in vinculis egebat aliorum collocutione, & si non egeret ea, tamen esset vir perfectus sibi sufficiens, vt qui sem per eremiticam vitam duxerat, ipsorum tamen debitum obsequium erat, quòd magistro suo coniecto in vinculis astarent saltem pro honore, ne reputaretur vir miserabilis nullius boni quem omnes despicerẽt, isti autem videntes Ioannem occisum potuerunt corpus eius ferre, & nunciare Iesu, quod factum erat.

Quomodo discipuli Ioannis tulerunt eius corpus. Cuius caput est hodie Romæ in Ecclesia sancti Sylvestri.
Quæst. XLIIII.

QVAERETVR quomodo discipuli tulerunt corpus Ioannis.

Dicendum, quòd Ioãnes in carcere decollatus est, vt patet vt supra in litera, & Marc. sexto. caput eius fuit allatũ Herodiadi, corpus autem truncatum mansit in carcere: discipuli ergo Ioannis qui eius adhuc viuentis curam agebant, acceperunt truncum corpus, nemine prohibente, quia solum caput Herodias voluerat, & sepelierunt illud, caput autem non habuerunt, quia Herodias illud tenebat, sed forte postea illud discipulis Ioan. concederet, quia ad nihil erat sibi vtile, cum semel saturasset iram suam videndo illud truncatum, & cruentum caput, & tunc possent etiam caput recondere discipuli Io. sed quomodo fuerit translatum caput Ioan. Baptistę aut in Franciam, aut in Italiam venerit, vbi hodie reseruari asseritur non patet, fuit autem Ioan. incarceratus in castello Galilęę, quod Macherunta dicitur vt asserit Iosephus 18. Antiquitatum, ibi decollatus est, sed corpus eius inde translatum est à discipulis in vrbem Samarię ibique sepultum. Sic dicit Rabanus, scilicet narrat Iosephus vinctum Io. in castellum Macherunta adductum ibique truncatum. Ecclesiastica vero narrat historia, sepultum eum in Sebaste vrbe palęstinorum, quæ quondam Samaria dicta est. De corpore Io. aliqui asserunt fuisse ignibus traditũ totumque exustum, sed superfuisse digitum illum qui flammarum vires, non sentiret, quo Ioan. Christum monstrauerat dicens, ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: Io. 1. sed de hoc nihil ad nos quidquid illud fuerit.

Quare nunc discipuli Ioannis venerunt illico ad Iesum nunciantes ei quid de Ioanne factum est.
Quæst. XLV.

QVAERETVR, quare nunc discipuli Io. venerunt illico ad Iesum nunciantes ei quid de Ioan. factum erat. Dici potest, quòd propter multa.

Primò vt instruerent Christum sibi cauere: nam Io. occisus fuerat, & quia Iesus poterat similia timere notificarunt sibi hoc. Et hoc patet, quia mox vt hoc dictum est, recessit Iesus de loco in quo erat, ad locũ desertum infra in litera.

Secundò fuit forte quia Io. fuerat valde amicus Iesu, cum ipse vocauerit Iesum sponsum, se autem amicum sponsi: Io. 3. & Iesus valde eum diligebat perhibens de eo testimonium turbis, quòd non surrexerat maior Io. inter natos mulierum sup. 11. ideo conueniens erat, vt mors Io. notificaretur Iesu.

Tertiò fuit, quia dum Io. viuebat, isti habebant magistrum, nunc vero orbati magistro, nullum hẽbant ad quem recurrerent nisi ad Iesum, qui erat doctor morum sicut Io. ideo familiares ei effici voluerunt, & adhuc

adhuc habuerunt occasionem. s. vt annunciarẽt ei qd factum erat de Ioanne. Et hoc erat verisimile, quia Iesus erat valde excellentior ẽt in cõspectu plebis q̃ fuerat Io. pp miracula multa, q̃ faciebat, & Io. nullũ fecerat, Io. 10. iõ multo plures discipuli veniebãt ad eũ q̃ ad Io. vt patet Io. c. 8. isti nunc igitur vellẽt venire ad eũ. Quarto fuit, quia forte Io. ostenderat eis antequã occideretur veniendum esse ad Iesum, quia forte fuerunt isti, qui nunc venerunt illi duo, quos ante hoc Io. miserat ad Iesum dum maneret in vinculis querens per eos: tu es, qui venturus es, supra 11. & per hoc Ioan. ostẽderet discipulis suis, q̃ Iesus esset Messias, vt ibidem declaratũ est: cognito ergo discipuli illi, q̃ Iesus esset Messias ad illum venerunt, quia Messias erat tota expectatio Iudæorum. De his dicit Hier. sup Matth. intende autem qualiter discipuli Ioan. iam magis familiares facti sunt Iesu. ipsi enim fuerunt, qui annunciauerunt ei quod factum est de Ioan. & enim vniuersos dimittentes ad Iesum confugiunt, & ita paulatim post calamitatem, & responsionem a Christo dispensatam directi sunt, & ita credendum est, quòd istos susceperit nũc Iesus in numero discipulorum suorum.

Quod cum audisset Iesus secessit inde in nauicula in locum desertum seorsum. Et cũ audissent turbæ secutæ sunt eum pedestres de ciuitatibus. Et exiens vidit turbam multam, & misertus est eis, & curauit languidos eorum.

Luc. 9. Ioan. 6.

Quod cum audisset. Hic ponitur confirmatio doctrinæ Christi, supra positę ex miraculis, & hoc quadrupliciter. Primo ex sanatione languoris multiplicis. Secũdo ex multiplicatione panis ibi. *Vespere autem facto.* Tertio ex calcatione maris. ibi. *Et statim compulit.* Quarto in curatione subita languidorum ad tactũ suę vestis. ibi. *Et cum transfretassent.* Circa primum dicitur. *Quod cum audisset Iesus.* Scilicet, q̃ Ioannes occisus fuerat ab Herode, & hoc audiuit a discipulis Ioannis, qui ei annunciauerunt hoc, supra in litera. *Secessit inde in nauicula.* Quando audiuit hoc Iesus erat in aliquo oppido, iuxta mare, & ideo ascendit nauiculam, & transfretauit. & licet dicatur de Christo solo intelligendum ẽt est, q̃ discipuli eius trãsfretauerint cum eo, quia illi semper sequebantur eum quocunque iret, quia necessarium erat ei testimoniũ illorũ, & ad quid proderat ostẽsum est, ś. 8. c. q. 73. *In locum desertum seorsum.* Idest, recessit in locum desertum, qui erat separatus a conuersatione hominum. Vel dicitur seorsum. i. solus cum discipulis sine turbis. Nam turbæ semper eum sequi solebant. nunc vero declinauit eas. Et patet hoc, quia si noluisset designare, q̃ locus ad quem secesserat Iesus, erat semotus ab humana conuersatione, satis erat dixisse in locum desertum. cum ergo addidit seorsum, necesse est, quòd aliud voluerit innuere, & hoc est, q̃ non ibat comitatus turbis. hoc etiam patet, quia immediate subditur de turbis, quòd cum audissent recessum eius secuti sunt illum pedestres. ad ostendendum ergo quòd tunc non iuerunt cum illo, sed postea dicitur q̃ ibat seorsum. *Et cum audissent turbæ.* Scilicet, q̃ sequebantur eũ communiter. Nam iam propter magnitudinem miraculorum non poterat solus esse: licet quocunque iret sequelam magnã habebat. *Secutæ sunt eum pedestres.* Dr̃ hoc vt innuatur, q̃ non iuerunt cum Chr̃o in nauiculam, sed pedestres circuierunt stagnum illud, & iuerunt ad locum, in quo Chr̃s erat. *De ciuitatibus.* Idest, de ciuitatibus, quæ erant per circuitum. mox enim, vt in conuicinis oppidis auditũ est, q̃ recessisset Iesus de loco, in quo erat: secutę sunt eum turbæ multæ de ciuitatibus illis conuicinis. *Et exiens vidit turbam multam.* Potest intelligi, q̃ exiuit de naui, vel de aliquo loco occulto, ad quem turbæ accedere non audebant, aut nesciebant. *Et misertus est eis.* Principium benefaciendi est misereri, & sic quando vidit turbas sanauit languidos, quos portabant. & hoc magnum beneficium eis præstitit. *Et curauit languidos eorum.* Ferebant enim multos languentes varijs languoribus ad Iesum, & omnes sanauit.

An ista sint continuata ad præcedentia. *Quæst. XLVI.*

QVAERETVR an ista sint continuata ad precedentia. Aliqui dicunt, quòd sic, eo q̃ litera sic expressit, & non est recedendum ab ordine literæ sine necessitate, & tamen hic nulla necessitas apparet aliud dicendi.

Dicendum, quòd supra narrauit Matth. duo. s. mortem Ioannis. & quòd Herodes auditis miraculis Christi dixerit, Ioannes, quem ego decollaui surrexit a mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. Si compararetur ad mortem Ioannis, de qua immediate ante hoc fuit dictum. Dicendum, q̃ est continuatio literæ, quia mox, vt Ioannes occisus est discipuli eius venerunt, & nunciauerunt Iesu, vt dictum est supra in litera. hic autem dr̃, q̃ cum audisset Iesus, secessit in nauicula in desertum locum, idest, immediate, vt audiuit hoc recessit. ergo continuatio est. Si aũt comparetur ad id, quod Matthæus primo retulit de resurrectione Ioannis: non est litera continuata, quia prius audiuit Iesus mortem Ioan. & recessit in desertum locũ, q̃ Herodes audiuit famam Iesu: & diceret, q̃ Ioannes surrexit a mortuis. cum necesse sit, q̃ illud fuerit aliquanto tempore post mortem Ioan. Sic dicit Augu. lib. de concor. Euangeliorum. s. hoc autem continuo post Ioannis passionem Euang, factum esse commemorat. Vnde post hæc facta sunt illa, quæ primo narrata sunt, quibus motus Herodes dixit. hic est Ioannes. illa enim posteriora debent intelligi, quæ ad Herodẽ pertulit fama, vt moueretur, & hęsitaret, quis nã iste esse posset, de quo audiret talia: cum Ioannem occidisset ipse.

Quare Christus audita occisione Ioannis secessit. Et differentia inter mortem timere, & cauere mortem. Et quando eam cauere oporteat. *Quæst. XLVII.*

QVAERETVR, quare Christ⁹ audita occisione Ioan. secessit. Aliqui dicunt, q̃ timore mortis fecit hoc, quia Christus erat verus homo, & habens passiones humanas, & potissime istas. s. timorẽ, dolorem, tristitiam. Nam instante hora passionis suæ valde timuit, & ideo orauit dicens: Pater si possibile est transeat a me calix iste, infra 26. cap.

Dicendum, q̃ Christus non timebat nunc mortẽ, quia timor est expectatio mali futuri: ideo necesse est q̃ ad hoc, q̃ quis timeat sciat sibi mala euentura, vel suspicetur, aut dubitet de illis an euenient. Cum aũt quis certus est, q̃ nullum ei euenietet: impossibile est q̃ timeat. Chr̃s tũ sciebat, q̃ nunc non erat moriturus. & ẽt q̃ Herodes nõ erat occisurus eum, quia ipse nouerat, quis & qñ, & vbi occisurus erat eũ: ideo non poterat timere nunc esse occidendũ ab Herode. Et patet hoc, quia qñ quidã Pharisæi dixerũt iterũ Chr̃o, q̃ fugeret, q̃a Herodes volebat illum occidere, dixit q̃ nõ poterat eũ occidere, q̃a necesse erat q̃ faceret pri⁹ oĩa miracula, p q̃b⁹ venerat, & legislationẽ suã pfecte p̃dicaret, & tũc occideret. verũtñ nõ ĩ Galilęa vbi tũc erat ipse, & ẽt Herodes, sed in Ierusalẽ: Luc. 13. tñ dr̃, ipsa die accesserunt q̃dã Pharisęorũ ad Iesum dicentes ei: exi, &

exi,& vade hinc,quia Herodes vult te occidere.& ait eis Iesus: ite & dicite vulpi illi:ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie,& cras, & tertia die consumor. veruntamen hodie,& cras oportet me, & sequenti ambulare, quia non capit Prophetam perire extra Ierusalem, quasi dicat,etiam si ipse conetur me occidere nunc in Galilæa,non est possibile,sed necessarium est hoc consumari hoc ordine.

Dicendum autem,ꝙ Christus recessit nũc ꝑp multa. Primo non tanquam mortem timens, sed rãquã cauens.multum enim inter hoc differt. Nam timere mortem est,quando certa mors expectat,vel dubia suspitione tenemur. cauere aũt mortem est tollere occasiones mortis. Primum non erat nunc in Iesu, qa ipse sciebat,quòd nunc non erat moriturus, nec etiã in loco illo,sed in Ierusalem,vt dictum est. Secundũ autem erat,quia Iesus manens in Galilæa in aliquo loco circa oppidum vbi nunc erat Herodes, præstabat occasionem quandam Herodi, vt posset eum occidere.nam forte Herodias timeret, quòd sicut Ioannes accusabat nuptias eius,& Herodis, ita & Iesus accusaret,& sic vellet,quòd ille etiam occideretur: recessit ergo de regione illa auferens istam occasionem. Secundo,vt non turbaretur ordo ab eo impositus:voluerat enim ꝙ occideretur in Ierusalem aliquanto tẽpore post hoc:si aũt poneret se in manibus Herodis, vel non fugeret eas:daret occasionem, vt turbaretur ordo.Tertio,vt auferret occasionem peccandi Herodiadi,& Herodi & ministris eorũ.s.si haberẽt opportunitatem tenendi,& incarcerandi eum,sicut Ioãnem, conarentur ad hoc, & sic licet non possent efficere quod vellent,saltem peccarent hoc volendo, & procurando.cum vero Iesus elongatus esset inde, ita vt Herodes non posset eum tenere, non curaret quærere eum,sicut dixit Dauid quando persequebatur eũ Saul,ꝙ volebat fugere in terram Philisthinorum, vt desperaret Saul posse capere eum,& cessaret quærere, & persequi.1.Reg.27. & tamen auferre proximo occasionem peccãdi pertinet ad charitatem:ideo Christus voluit recedere,vt auferret locum peccandi Herodi,& Herodiadi. Quarto fuit, vt instruat nos quid agere debeamus, quia non est prudens consilium se persecutori exponere,sed semper vitandus est, & fugiendum est,qñ sine præiudicio legis Dei, & honore eius fuga esse põt:& sic Christus consuluit supra 10. c.dicens,qñ persecuti vos fuerint in vna ciuitate,fugite ad aliam.qñ tñ liceat in persecutione fugere,& qñ non,& quibus necesse sit,& sustinere, vel se ostendere declaratum est,supra 10.c.q.112. & actiones Christi fuerunt nobis forma,& regula viarum nostrarum, etiam si nunc non esset necessarium Christo fugere, vel secedere,voluit recedere,vt nos fugere, vel declinare caute,& cum honore persecutores ostenderet. vnde non dicitur hic,quòd Christus fugit, sed quòd secessit,quia fugere est timentis,& est aperta timoris ostẽsio. recedere autem est cauentis prudenter ne malum euenire possit. Quinto fuit,vt non cogeretur Christus manifeste ostendere nunc deitatem suam. si enim maneret Christus in Galilęa sub dominio Herodis, & in terra propinqua vbi posset Herodes eum faciliter tenere,& Herodes vellet hoc facere,necesse erat,ꝙ aut hoc fieret,& sic turbaretur ordo ab eo institutus,aut non permitteret hoc fieri: & tunc necesse erat,ꝙ Christus miraculose se contra Herodẽ defẽderet. Hoc tñ ostendere non volebat, quia forte erat tunc superuacuum,ideo recessit, vt non oporteret se miraculose,sed humanit⁹ defendere, vt innuat quòd nunquam homo se totaliter debet ponere in manib⁹ Dei,nisi qñ ipse nihil facere põt;aliàs autem semp̃ conabitur opere humano aliquid agere. Sexto fuit ad

F dandam spem fidelibus,& probandum fidem eorũ, scilicet,ꝙ licet Deus permittat eos incidere in aduersitates, debent sperare fœlicem exitum in illis. nam Christus nunc in aduersitate positus recessit, & sic euasit manus Herodis. De his dicit Hierony. super Matth.non autem secedit in locum desertum (vt qdam arbitrantur) timore mortis, sed parcens inimicis suis,ne homicidium homicidio iungerent, vel in diem Paschæ suum interitum differens, in quo propter sacramentum immolandus est agnus, & postes credentium sanguine dispergendi. Siue ideo recessit, vt nobis præberet exemplum temeritatis vitandę vltro se tradentium, quia non omnes eadem constantia perseuerant in tormentis, qua se torquendos
G offerunt. ob hanc, & in alio loco præcipit, cum persecuti vos fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam. vndę eleganter quoque Euangelista non dicit fugit in locum desertum, sed secessit, vt persecutores vitauerit magis quàm timuerit. Potest etiam dici aliam ob causam, scilicet, quod audito Ioannis interitu secessisset in desertum locum, vt credentium probaret fidem.

Quare Christus non recessit immediate, vt Ioannes occisus est, sed expectauit quousque sibi annunciaretur. Quæst. XLVIII.

H QVAERETVR cum Iesus vellet recedere de loco,in quo erat mortuo Ioanne,quare nõ recessit immediate,vt Ioannes occisus est, sed expectauit quousque sibi annunciaretur.nam antequam annunciaretur,ipse sciebat, & nõ oportebat expectare annunciationem.

Aliqui dicunt,ꝙ verum est,& tñ facit hoc ad occultandum Deitatem suam.nam si antequam annunciaretur ei recederet,apparebat,ꝙ sciebat absentia,& sic erat Deus,ideo expectauit annunciari sibi. Sic dicit Chrys.super Matth.Pleraque enim volebat humano more peragere cum nondum tempus postularet, vt deitatem suam manifeste reuelaret. qua de re discipulis quoq; dicebat ne vlli dicerent, quia ipse esset Chri
I stus:post resurrectionem.n.suam hoc manifestari volebat.& paulo post. Sed cuius rei gratia non ante recessit,quam de interempto Ioanne nuncium accepe rit,præsertim cum omnia,quæ fiunt, antequam nuncientur non ignoraret,per omnia videlicet ostendẽs incarnationis veritatem. Ideo non solum aspectu,sed re ipsa,& opere hominem se credi volebat, &c.

Sed dicendum, ꝙ non stat.Primo,quia non est verum,ꝙ Christus non volebat denudare suam deitatẽ. nam licet nollet verbo dicere ꝙ erat Deus, aut Messias:& ẽt ꝙ volebat,ꝙ discipuli sui hoc non dicerent ysq; post mortem eius, quod ipse in morte sua publice dixit,vt ostensum est supra 9.c. qõ.17. tñ Deum se ostendere volebat per opera omnia,namq; miracula eius ipsum Deum ostendebant, sicut ipse ad ostendendum,ꝙ haberet pr̃ãtẽ remittendi pc̃tã,q̃ soli Deo
K competit,induxit sanationẽ paralytici dicẽs, vt scias, quia filius hoĩs potestatẽ habet in terra dimittẽdi peccata,dixit paralytico surge,& tolle lectũ tuum, supra 9.c.nũc vero licet ostẽderet se scire absentia,& ꝑ hoc ꝓstaret se esse Deum:non repugnabat hoc proposito eius,quia tales ostensiones de se facere volebat, sed non dicere verbo ego sum Deus, vel Messias. Secundo patet, quia Christus palam ostendebat se scire secreta cordium, vt quando Pharisæis, & Scribis incipientibus intra se cogitare, quòd Christus blasphemaret, dixit Iesus: quid cogitatis mala in cordibus vestris? supra 9. & Marc.2. & Lucæ quinto: ideo etiam vellet ostendere nũc,quòd ipse sciebat quãdo

Ioannes

Ioannes occisus est nullo nunciante. Tertio patet, A & efficacius,quia etiam si ostenderet,ꝙ sciebat quando Ioannes occisus est,antequã sibi annũciarẽt: non ostendebat se esse Deum, quia ea, quæ fiunt, & quæ præterita sunt dæmones sciunt, & a fortiori Angeli boni, & dæmon hic existens subito scire potest id quod fit in capite Orientis apud extremos Indos. Etiam poterat hoc prophetice scire: ideo non ostendebat hoc eum esse Deum: cognoscere tamen secretas cogitationes, statim vt esse incipiunt, solius Dei est. nam nec dæmones, neque Angeli boni hoc sciunt: cum non illabantur animæ: licet solus Deus animæ illabatur, & ipse solus hoc nouit: ideo cognoscendo cogitationes Pharisæorum, & Scribarum ostendit se Deum esse,supra nono, & tamen etiam si B nunc ostendisset populo,quòd sciebat de morte Ioãnis sine annunciante, non probabat se esse Deum.

Dicendum,quòd Christus ideo expectabat annũciantem,vt ostenderet, quòd propter hoc de loco illo recedebat. Christus enim non recessit nunc de loco isto propter se, sed propter instructionem nostrã. nam non timebat nunc mortem, sed sciebat non se occidendum ibi nec tunc, vt dicitur Luc.decimoteretio, vt dictum est præcedenti quæstione. Et si dicas, quòd saltem cauere debebat occasiones mortis.

Dicendum,quòd non recessit specialiter nunc de illo loco, vt caueret occasiones, quia si hoc principaliter intenderet, poterat ipse antequam occideretur Ioannes,recedere de loco illo, & sic magis vitaret oc
C casiones, vel nunquam veniret in locum illum eum ipse sciret Ioannem occidendum, & quando erat occidendus. recessit ergo propter instructionem nostram, vt nobis exemplum recedendi, & declinandi persecutores daret. oportebat ergo quòd nos scirem⁹ quòd recedebat declinans persecutorem, & tamen si Christus recessisset antequam annunciaretur ei Ioannem esse mortuum, nemo sciret, quòd recedebat declinans persecutorem, & sic non haberetur exemplum aliquòd ex hoc: ideo debuit expectare quousque nunciaretur sibi mors Ioannis. Et ista etiam fuit causa quare statim vt Christus audiuit mortem Ioannis recessit, vt dicitur supra in litera, scilicet, quòd D cum audisset secessit inde. quia si post annunciationem istam maneret ibi aliquanto tempore, non appareret postea,quòd propter hoc recedebat, sed putaretur, quòd propter aliam causam.

Quæ causa erat, vt Iesus timere posset Herodem, vel cauere deberet eum. Quæst. XLIX.

QVAERETVR quę causa erat,vt Iesus timere posset Herodem, vel cauere deberet eum, nam non recederet nunc declinans Herodem, nisi aliquid mali euenire posset non declinando illum.

Aliqui dicunt, quòd hoc erat, quia Herodes oderat Christum,& volebat eum occidere: ideo timuit, sic dicitur Luc.decimotertio cap.quòd quidam Phariseorum dixerunt Christo, exi hinc, quia Herodes vult te occidere. & Christus innuit, quòd illi verum dicerent. vel saltem non negauit illud dicens. ite & dicite vulpi illi &c. & tamen si Herodes non concepisset malum animum contra eum, non vocaret eũ Christus vulpem. Maxime, quia Christus dixit ibi, quòd dicerent Herodi: non capit Prophetam perire extra Ierusalem, in quo innuit, quòd Herodes non poterat tunc eum occidere, quia Propheta, idest,ipse,qui erat Propheta per excellentiam, scilicet, Messias non poterat perire, idest, occidi, nisi in Ierusalem.si tamen Herodes nihil consideraſset de o ccisio-

ne Christi, frustra erat ei respondere hoc,immo erat impertinens: ergo Herodes hoc cogitauerat,de quo magis dicetur quid sit verum Luc.13. & ita Christus recederet propter hoc. Dicendum, quòd dato quòd Herodes aliquando cogitauerit de morte Christi, nõ erat nunc,sed multo post fuit.Quod patet,quia Herodes nondum nouerat Christum, sed post mortem Ioannis aliquanto tempore audiuit famam eius, & tunc dixit Ioannem ego decollaui, & ipse surrexit a mortuis,supra in litera,& Mar.6.cap.& Luc.9.non ergo poterat odisse illum,quem nondum nouerat. Secundo patet, quia quando Herodes primo audiuit famam Iesu quod fuit aliquanto tempore post mortẽ Ioannis desiderabat videre eum. Luc.9. ergo nõdum B oderat eum,& sic non recedebat Iesus tamquam Herodes odisset eum, & persequeretur ad mortem.

Dicendum, quòd Iesus habebat causam nunc recedendi audita morte Ioannis. Primo, quia forte sicut Ioannes arguebat illicitas Herodis nuptias, ita & Iesus illas arguebat, & tamen Ioannes in conspectu Herodis venerat. Quod patet,quia quando Herodes audiuit famam Iesu, non cognoscebat eum, sed putabat quòd Ioannes surrexisset a mortuis, supra in litera.& Mar.6.& ideo desiderabat videre eum:Luc.9. populus autem sciebat, quòd Iesus arguebat nuptias Herodis: ideo licet ante mortem Ioannis non esset causa Iesu fugiendi de terra, in qua eum posset capere Herodes, tamen mortuo illo fuit causa recedendi ne eadem tentaret contra eum facere Herodes, quę
C fecerat in Ioannẽ, vt quia forte aliquis referret Herodiadi,quòd etiam Iesus arguebat illicitas nuptias ei⁹, & Herodis. Secundo,quia dato quòd Herodias nesciret,quòd Iesus aliquid de nuptijs eius loqueretur: putaret,quòd cum esset prædicator famosus valde arguens sceleratos, quòd etiam ipse arguere vellet dictum coniugium:ideo eum quoque occidere vellet ne vltra timeret vllum increpantem. Tertio & principaliter,quia Iesus diligebat valde Ioannem,& laudabat eum super omnes homines,dicens,quòd nõ surrexit maior eo inter natos mulierum supra 11. ideo verisimile erat,quòd nunc occiso Ioanne, quòd Iesus in prædicationibus suis valde argueret factũ istud, & concitaret animos popularium contra Herodem. Herodes autem timebat valde populum.nam a principio occidere voluerat Ioannem, & timuit populũ, & ideo non occidit eum,supra in litera. valde ergo cauere vellet concitationem populi, & quia verisimile erat,quòd Iesus prædicans in fauorem Ioannis concitaret plebem contra Herodem, vellet forte Herodes tenere immediate Iesum, & occidere ne esset locus concitandi populum, & quia si maneret Iesus in terra,in qua manebat quando Ioannes occisus est, forte in breui haberet Herodes notitiam de illo,& conaretur ad eum tenendum; hæc fuit causa recedendi illico de terra illa.

Quare Christus recessit in locum desertum audita morte Ioannis. Et quòd prædicatores debent quandoque turbam declinare, vt vacare possint literis sacris, & orationibus. Quæst. L.

QVAERETVR, quare Christus recessit nunc in locum desertum.

Aliqui dicunt, quòd fecit hoc, quia ille erat locus tutus: nam fugiebat, vt declinaret manus Herodis: iuit ergo in desertum vbi nihil sibi nocere poterat Herodes. Secundo potest dici,ꝙ fecit ad quietẽ quãdã.nã cũ sibi nũc recedere expediret,voluit recedere ad locũ quietis cuiusdam. frequẽ-

 tabant

tabant enim turbæ aſpectum Chriſti, & importune ei aderant, & requirebant eum, ita vt interdum nõ haberet ſpacium manducandi: ideo vt modicam recreationem habere poſſet, receſſit in deſertum vbi turbæ eum non tam importune inquietarent. ſic patet Mar. 1. cap. ita vt iam ibi non auderẽt intrare domum, ſed manebãt in agris. Tertio & prẽcipue fiebat hoc propter diſcipulos, quia Chriſtus poterat tolerare quantum vellet de labore, & manere ſine cibo, & potu, & ſapore quanto tempore vellet, eo quòd erat Dominus naturæ ſuæ: diſcipuli autem non. ideo pro eis in hac parte magis ſolicitus erat quàm pro ſeipſo, & ga aliquando Chriſtus valde volebat vacare operibus ſpiritualibus: diſcipuli, qui adhuc carnales, & infirmi erãt valde anxiebantur, ſicut Mar. tertio capit. ſemel turba multa veniebat ad Ieſum, ita vt manducandi ſpacium non haberet, & cum ſediſſet ad menſam ſuperuenit rurſus turba ad ianuam, & ipſe exiuit, vt loqueretur eis, quod cum vidiſſent diſcipuli exierunt tenere eũ, dicentes quoniam in furorem verſus eſt, ideſt, iſte homo non habet diſcretionem, qui non vult comedere, neque bibere, ſed prædicare omni tempore. Quarto fuit ad dandum exemplum prædicatoribus non cõuerſandi ſemper cum turba, ſed aliquando diuertendi ab ea. & maxime ad locum ſemotum vbi a nemine impediantur, & ibi vacare poſſit lectioni, vel orationi, & ita Chriſtus quandocunque poterat diuertere commode a turba, recedebat, & ibat in deſerta loca, vel in montes, vt oraret. ſic dicitur infra, in litera. dimiſſa turba aſcendit ſolus in montem orare. & Luc. ſexto: factum eſt in diebus illis exijt in montem orare, & erat pernoctans in orationem Dei.

Sed dicendum quinto, quòd præcipuum fuit hic ad ſumendum quandam quietem, quia quotidianis prẽdicationibus, & inquietationibus turbarum erat valde afflictus tam ipſe, quàm diſcipuli ſui. ſic patet Mar. 6. vbi poſita decollatione Ioannis, ſicut habetur hic, dicitur, quòd dixit Chriſtus diſcipulis ſuis: venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum. erant enim qui veniebant, & redibant multi, & nec manducandi ſpacium habebat, & aſcendentes naues abierunt in deſertum locum ſeorſum. Et patet, quòd litera illa ſit eadem cum iſta, quia ſequitur ibi immediate, turbæ viderunt eos abeuntes, & pedeſtres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & iſta eadem litera poſita eſt hic & ſupra: etiam ponitur ibi, quòd exiens de naui vidit turbas, & miſertus eſt eorum, ſicut hic dicitur. & etiam immediate ſequitur de panibus, ſicut hic: ergo nunc Chriſtus receſſit in deſertum locum prẽcipue, vt requieſcere poſſet illic cum diſcipulis ſuis paululum, vt dicitur Mar. ſexto, & potius fuit propter quietem diſcipulorum quàm Chriſti. vnde non dicitur requieſcamus paululum, ſed requieſcite paululum, eodem capitulo. Sexto poteſt dici, quòd fuit, vt oſtenderetur affectio turbarum erga Chriſtum: ſequebantur enim Chriſtum turbæ: & non ſolum in vrbibus vbi poterant habere neceſſaria ad vitam, ſed etiam in deſertis vbi nihil inuenire poterant, ſequebantur eum exponentes ſe omnibus laboribus, dum tamen audirent verbum eius, & poſſint offerre ei languidos ſuos. hoc autem erat ad magnam laudem Chriſti: ideo Euangeliſtæ nimis diligenter hoc exprimere curauerunt. Septimo fuit, & etiam præcipue propter miraculum de ſaturatione turbarum, quod facere intendebat. nam ſi iuiſſet ad locum habitatum, inueniret ibi turba cibos. & non eſſet neceſſitas ad faciendum illud miraculum.

F *Quæ turbæ erant iſtæ, quæ ſecutæ ſunt Chriſtum de ciuitatibus.* *Quæſt. L I.*

QVAERETVR quę turbæ erant iſtę, quæ ſecutę ſunt Chriſtum de ciuitatibus. Dicendum, ꝙ ſemper ſequebantur turbę multæ Chriſtum pp multas cauſas, de quibus ſ. c. 4. q. 127. Et prẽcipue pp ſanationes languidorum Io. 6. ſequebatur eum turba multa, quia viderant ſigna, q̃ faciebat ſuper his, qui infirmabantur, ga tũ nemo poterat ſemper ſequi Ieſum, niſi diſcipuli eius, qui cõtinue erant cum eo; cęteri ibant, & redibant. nam ibant quidam, & manebant aliquot diebus cum Ieſu, & redibant poſtea in domum ſuam. ſic dr̃ Mar. 6. capit. erant enim qui veniebant, & redibant multi, ſ. ad Ieſum. manebant autem per tres, vel quatuor dies cum illo: & tunc reuertebantur infra 15. miſereor ſuper turbam, quia triduo me ſuſtinent, nec habent quid manducent. & interim ſuperueniebant multi alij de nouo ita vt ſemper eſſet turba multa cũ Ieſu. Nunc ergo quando audiuit Chriſtus mortem Ioannis vbicunque ille eſſet, eſſent turbæ multæ cum eo, & quia ipſe voluit recedere ad requieſcendum paululũ noluit dicere turbis, ꝙ recedebat, & tũ cum receſſit ſcientes hoc turbæ ſecutæ ſunt eum. Et ſic põt dici, ꝙ iſtę turbæ, quæ nunc eum ſecutæ ſunt in deſertum, erant illæ, q̃ ſequebãtur eum prius antequam recederet de loco, in quo audiuit mortem Ioannis. Sed dicetur õ, quia dicitur hic, ꝙ ſecutę ſunt eum turbæ de ciuitatibus: turbę tũ quæ ſequebantur eum cum illo erant in loco, in quo ipſe erat, & nõ in ciuitatibus alijs, quia aliàs nõ poſſent audire verbum eius. Dici põt, ꝙ conuenerãt nunc turbæ multæ ad Ieſum, & forte in loco illo, in quo ipſe tunc manebat non erat eis locus opportũ, nec habebant copiam ciborum; ideo diſpergebant p̃ oppida propinqua, & vicos, vt ibi neceſſaria inuenirent. ſic iterum cũ turbæ non haberent eſcas dixerũt diſcipuli Ieſu, dimitte turbas, vt euntes in proximas villas, & vicos emãt ſibi eſcas, infra in litera, & Mar. 6. Aliter tũ poteſt dici, & melius, ꝙ iſtæ turbæ non erãt ſolæ illæ, quæ ſequebantur Chriſtum ante, ſed illæ, q̃ morabantur in oppidis, iuxta mare, quæ erant coniuncta huic loco, in quo nunc Chriſtus audiuit mortem Ioannis. Et quando Ieſus, & diſcipuli ſui aſcenderũt nauiculam illi, qui habitabant in locis vicinis mari, viderunt eos nauigantes, & tunc de omnibus illis locis, de quibus viderunt Chriſtum ſecuti ſunt eum multi, & hoc innuitur Mar. 6. ca. ſcilicet, & viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi, & pedeſtres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc.

Sed dicetur quomodo de oĩbus ciuitatibus potuerunt illuc concurrere. Dicendum, ꝙ in ſacra Scriptura, & in modo loquendi vulgari non accipiuntur iſta ſigna vniuerſalia ſtricte, ſicut apud Dialecticos, quòd vniuerſaliter diſtribuant, ſed pro multum, & ita verũ eſt, ꝙ de omnibus ciuitatibus concurrerunt nunc ad Ieſum. Aliter poteſt dici, ꝙ de omnibus ciuitatibus, ſcilicet, quæ erant apud mare coniunctę loco, de quo Chriſtus recedebat, concurrerunt aliqui ad eum.

Sed dicetur omnes illæ ciuitates non poterant ſequi Chriſtum, quia non viderent Chriſtum abeũtem niſi pauci.

Dicendum quòd aliqui viderunt Chriſtum abeuntem, & nunciauerunt cęteris, & ita de omnibus ciuitatibus propinquis concurrerunt ad Chriſtum. ſic dicitur Mar. ſexto, ſcilicet, viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi, & pedeſtres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc.

Quare dicitur, quòd turbæ pedeſtres concurrerunt ad Chriſtum de ciuitatibus. Et quòd rari diuites Chriſtum ſequebantur. *Quæſt. L II.* A

QVAERETVR quare dr̃, ꝙ turbæ pedeſtres concurrerunt ad Chriſtum de ciuitatibus. Dici poteſt vno modo, ꝙ hoc ponitur ad oſtendendum feruorem turbarum circa Chriſtum, quia nullum laborem recuſabant dum tũ illum audirent prẽdicantem, & iõ cũ aliter nõ potuerunt ſecuti ſunt eum pedeſtres. Sic dicit Hiero. ſuper Matth. ſecutę ſunt aũt eum pedeſtres, non in iumentis, non in vehiculis, ſed proprio labore pedum, vt ardorem mentis oſtenderent. Oſtenditur autem hic feruor turbarum ad Chriſtum in multis: primo ex conditione loci, quia non ſolum in vrbibus vbi omnia neceſſaria habent eum ſequuntur, ſed ẽt in deſerto vbi nihil habeũt eũ ſequuntur ẽt ſi fames toleranda ſit. Secundo, quia ẽt ſi Chriſtus vellet turbas declinare, illæ ſequebantur eum. nam hic ſecreto dixit Ieſus diſcipulis ꝙ aſcenderent in nauiculam, & recederent, & tũ q̃ turbæ hoc cognouerunt ſecuti ſunt eum. ſic dicit Mar. 6. & viderunt eos abeuntes, & cognouerũt multi, & de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc. Tertio ex multitudine concurrentium, & quot poterant ſequebantur eum. vnde dr̃, ꝙ pedeſtres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & ga oſtendere ardorem populi erga Chriſtum erat magna laus eius, diligenter Euangeliſta hoc deſcripſit, & ambo. i. Matthę. & Mar. hoc expreſſerunt. Secundo quantum ad principale dr̃, ꝙ veniebant pedeſtres ad oſtendendum, q̃ erant illi, qui ſequebantur Chr̃m. ſ. pauperes, qui non poterãt habere vehicula. diuites aũt rari ſequebantur eum dediti voluptatibus, & diuitijs. Tertio poteſt dici, ꝙ hoc fiebat pp multitudinem ſequentium Chr̃m: tanta enim erat multitudo ſequentium Chr̃m, ꝙ nauiculę eis non ſufficiebant. Quarto põt dici, ꝙ ibant pedeſtres turbæ, quia non erant neceſſe eis nauiculæ cum non eſſet transfretandum, & iſta eſt ratio prẽcipua, quia aliàs dato ꝙ non poſſent omnes habere nauiculas, irent tũ aliqui eorum in nauiculis piſcatorijs, quia multæ earum erant in illo litore, & tũ nemo ibat in naui, niſi Chriſtus, & diſcipuli ſui, cęteri autem pedeſtres ibant. nam generaliter dr̃, quòd turbæ ſecutę ſunt eum pedeſtres. & ambo Euangeliſtæ hoc expreſſerunt, & ſic ideo fecerunt, quia nauiculæ non erant eis neceſſe.

Feruor turbarum ad Chriſtum. B

Quomodo turbæ poterant venire ad Ieſum pedeſtres etiam cum ipſe iret in nauiculam, & turbæ pedeſtres. *Quæſt. L III.*

QVAERETVR qũo turbæ poterant venire ad Ieſum pedeſtres cum recederent de loco illo, de quo ipſe, & de alijs locis ꝓiunctis ei in eodem litore, & Chriſtus iret in nauicula.

Dicendum, ꝙ Chriſtus non tranſibat mare, licet intraret in mare, ſed in eodem litore exiuit ad locũ deſertum, de quo exierat, & ita Chriſto eunte per aquã poterant turbę ire via terreſtri per litus, iuxta aquam. vnde non dr̃ hic, ꝙ Chriſtus nunc transfretauit, ſed ꝙ aſcẽdit in nauiculam, & receſſit in locum deſertum. Et iſta fuit cauſa quare turbæ non aſcenderunt nauiculã. ſ. quia viderunt, ꝙ Ieſus non declinabat ad aliud litus maris, ſed iuxta illud litus, de quo receſſerat nauigabat. Sic dicit Beda: dũ enim eos pedeſtres veniſſe dr̃, oſtenditur, ꝙ non in aliam maris, ſiue Iordanis ripam nauigio peruenerunt diſcipuli cum Dño, ſed proxima eiuſdem regionis loca adierunt quando, & indigenæ pedeſtres poterant peruenire.

De quo loco Dominus exibat quando vidit iſtam turbam multam. Et conſuetudo Chriſti quando ad orandum ibat erat quòd ſolus iret. *Quæſt. L IIII.*

QVAERETVR qũo dicitur, & exiens vidit turbã multam. de quo enim loco Dñs exibat qñ vidit iſtam turbam multam. Aliqui dicunt, ꝙ Chriſtus tranſiuit in locum deſertum nauigio, & intrauit ad interiora deſerti ad orandum, & illuc turbę non acceſſerunt, ſed manebant in aliquo loco planiori: cum autem Chriſtus completa oratione redijt ad diſcipulos, inuenit eos, & turbas multas, & tunc dicitur exiuiſſe, ſcilicet, de interioribus deſerti, ad quæ intrauerat. ſic enim erat conſuetudo Chriſti, ꝙ quando ad orandum ibat ſolus iret, infra in litera, ſcilicet, & dimiſſa turba aſcendit in montem ſolus orare, & quando ſic orabat non accedebat turba ad eum, ſed expectabat in aliquo loco planiori, & capaciori. ſic patet Luc. 6. factum eſt in diebus illis exijt in mõtẽ orare, & erat pernoctans in oratione Dei: & cum dies factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos, & ſic apparet, quòd non erant cum illo quando orabat, & ſequitur, & deſcendit cum illis, & ſtetit in loco campeſtri, & turba diſcipulorum eius, & multitudo copioſa plebis: ita ergo poſſet eſſe nunc, quòd exiret de loco, in quo oraret, ad turbam exiſtentem in loco planiori.

Sed dicendum, quòd non ſtat, quia nunc dicitur exiuiſſe, ſcilicet, de naui ad turbam manentem in litore. ſic patet Mar. 6. cap. vbi ponitur iſta litera, & dicitur. & exiens de naui vidit multam turbam Ieſus. C

Sed dicetur quomodo poterat exire Ieſus de naui ad turbam, quia turba ſequebatur Chriſtum, & ibat via terreſtri: Chriſtus autem nauigabat: neceſſe eſt autem, quòd Chriſtus prius exiret: & cum maneret in aliquo certo loco iret turba ad eum, quia aliàs neſcirent quo ituri erant. Dicunt quidam quòd Chriſtus ibat per mare, & turbæ per littus, & turbæ tardius ibant quàm Ieſus, & tamen cum ipſe de mari videret iam multas turbas procedere per littus, conuertit nauiculam ad littus, & ſic exijt ad turbas, quæ erant in littore. Sed hoc non videtur, quia dicitur Mar. 6. quòd turbæ præuenerunt Ieſum, & tamen prẽuentio non eſt niſi reſpectu loci certi, ad quęm turbæ irent.

Dicendum, quòd quando Chriſtus intrauit nauiculam, voluit ire ad locum deſertum ad quieſcendum paululum, vt dicitur hic, & Mar. 6. turbæ autem ſciebant, quis erat locus, quo Dominus tendebat, & hoc forte, quia Chriſtus iuerat ad p̃dicandum ad locum illum, & turbæ ibi manſerant: ideo nunc turbæ recto itinere per littus iuerunt in locum illum, & quia Chriſtus nauigabat in pelago ad aliqualem quietem, ſicut dixerat diſcipulis requieſcite paululum, moratus eſt in mari longa hora, ita vt turbæ potuerint de omnibus oppidis vicinis congregari ad locum illum, in quo ſolitus erat prædicare Ieſus, & manſerunt ibi expectantes: quando ergo Chriſtus iuit ad eos, dicitur exiuiſſe de naui ad illos, quia ipſi iam manebant in loco illo. ſic dicitur Mar. 6. & viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi, & pedeſtres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos, ideſt, præuenerunt Chriſtum, & diſcipulos eius, & ſequitur. & exiens de naui vidit multam turbam Ieſus, & iſta fuit vera cauſa, quare omnes turbę iuerunt pedeſtres, ſcilicet, quia ſciebant locum, quo ibat Ieſus, & ad illum non oportebat tranſire aliquam aquam: Chriſtus autem nauigio vectus eſt. E

Quare Christus iuit nauigando: turbæ vero pedestri itinere. Quæst. LV.

SED quæretur cum turba iuerit via terrestri, & citius quàm Christus, quare ipse iuit nauigando.

Dicendum, quòd fuit hoc. Primo forte ad euitandum occasionem periculj: Iesus enim nunc audita morte Ioannis recessit de loco, in quo erat quasi declinaturus inducias, vel periculum, & tamen si iret via terrestri forte in ciuitatibus, vel locis intermedijs erat occasio periculi, & iusti timoris: ideo voluit ire p.mare. Secundo fuit qa Christus volebat auferre laborem itineris. nam erat forte longa itineratio vsque ad locum desertum ad quem Christus ibat: ipse autē itinerando fatigabat, quia verus homo erat, & passibilis. sic dicitur Ioan.4. quòd Christus semel ex itinere fatigatus sedit ad fontem: ergo vt nunc non fatigaretur vltra debitū, voluit nauigare. Tertio fuit, qa Christus principaliter nunc recedebat de loco, in quo erat ad quiescendum modicum, sicut dicitur Mar.6. venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. & quia quando Christus exiret ad litus non erat quieturus voluit saltem in mari quiescere. nam mox vt exiuit ad littus excepit eum turba, quæ erat eum expectans, & quiescere non potuit: cum ergo sciret, qp nō posset ibi habere quietem, voluit quiescere in mari manendo ibi aliquantulum, & discurrendo per varias partes stagni. Quod patet, quia postquam Christus recessit sciuerunt turbæ, quòd nauigauerat, & ipsę de omnibus ciuitatibus exiuerunt, & ꝓcurrerūt in locum, in quem Christus ibat, & præcesserunt eum, vt dicitur Mar.6 ergo oportet, quod aliquanto tempore moraretur ipse in pelago: & tunc capiebat quietem. Et per hoc pōt rñderi ad dubium quod oritur ex verbis Mar.6. vbi dixit Christus venite seorsum in desertum locum, & requiescite paululum. nam quando venerunt illuc non requieuerunt, quia excepit eos turba, & fuerunt occupati, sicut esse solebant, & sic non videtur esse frustrata voluntas Christi, quia & si non requieuerunt in deserto loco ad quem ibant, requieuerunt tamen eundo, scilicet, quandiu nsic mā̄serunt in pelago. Quarto fuit ad euitandam collocutionem turbarum in via, quia si via terrestri Christus illuc venisset, non solum laborasset itinerando, sed etiam quia turbæ accederent ad eum, & semper peterent. quod erat alterum genus magnæ fatigationis, & attēdiationis quod nimis hebetat spiritum: in mari autem nemo eum inquietabat, quia cum solis discipulis suis ibat.

Quid profuit iste Domini recessus de loco, in quo erat, quia propter hoc non declinabat manus Herodis. Qō. LVI.

QVAERETVR quid profuit iste recessus domini de loco, in quo erat: nam recedebat ad declinandum manus Herodis: ad quod oportebat, qp vel Christus iret in locum occultum, ita vt Herodes nesciret de eo, sicut quando fugit in Aegyptum metu Herodis patris huius, nam per noctem fugit supra secundo capit. & nesciuit Herodes, quo iuerat: vel quòd iret in terram longinquam, in qua nihil posset ei nocere Herodes: vtrunque enim fecit, quando recessit in occisione Innocentum, nam clam, & per noctem fugit, & ad terram longinquam, scilicet, in Aegyptum, vbi nihil poterat Herodes supra secundo cap. Nunc autem recessit ad locum satis propinquum, quia recessit ad quendam locum coniunctum mari Galilęę ad quem turbæ statim pedestres venerunt: mare autem Galileæ valde paruum est, quia non est nisi quoddam stagnum, vt ostensum est supra 8.cap.q.93. ideo non se elongabat sufficienter. Etiam non recedebat clam, sed palam: cum omnes de ciuitatibus propinquis sciuerint quando recessit, & secutę sunt eum turbæ multæ.

Dicendum, qp non erat nunc Christo necessarium nisi ire ad locum, in quo Herodes ei non posset nocere, quòd autem maneret ibi occulte, vel palam si Herodes nocere non poterat non differebat, & quia sic fuit in ista nauigatione, qp transiuit ad locum, in quo non timebat Herodem, fuit cōueniens suus recessus, non enim habebat Herodes potestatem aliquam sup locum illum, ad quem Christus transibat. Quod autē dicitur de fuga eius in Aegyptum, non est simile.

Primo ex differentia potestatis Herodis huius, & patris sui: nam Herodes, qui occidit Innocentes a facie cuius Christus fugit, erat rex Iudęorum, & in tota terra Iudæorum exercebat potestatem: ideo ad hoc, qp Christus tunc fugiens esset securus oporteret, qp exiret de terra tota Iudęorum, & sic fugit in Aegyptum, iste autem Herodes, qui occidit Ioannem, non erat rex, sed Tetrarcha. i. dominus quartę partis terræ Iudæorum, & ideo fugiendo ad alias partes terræ Iudęorum erat Christus securus. maxime quia Philippus frater huj̄ Herodis erat Tetrarcha Trachonitidis regionis, & Itureę Luc.3. erat autem Philippus inimicus Herodis propter Herodiadem, quæ erat mulier Philippi, & nunc tenebat eam Herodes, supra in litera, & Mar.6. ideo illi, quos oderat Herodes, poterant conueniens refugium habere in terra Philippi, quæ erat coniuncta terrę Herodis, & maxime in ista causa, pro qua Christus recedebat de terra Herodis. s. propter occisionē Ioannis, & tamen Ioannes fouebat causam Philippi dicens Herodiadem reddendam Philippo, & Herodi non licere tenere illam: Christus autem eandem fouebat causam: ideo in terra Philippi poterat esse nimis securus, & tamen mutando paruam terram poterat transire de Tetrachia Herodis in Tetrarchiam Philippi, vel Lisaniæ, qui erat alius Tetrarcha Lucæ tertio, vel in terram Iudęæ, quam procurabat Pontius Pilatus Lucæ tertio, quia ibi etiam securus esse posset, eo quòd Pilatus erat inimicus huius Herodis Lucæ vigesimotertio: ergo non oportebat esse nunc longam fugam Christi ad fugiendum de manibus Herodis.

Secundo differt iste casus ab illo, qui fuit in morte Innocentum. nam erat ille multum præiudicialis, quia Herodes credidit natum esse regem Iudæorum, per quem spoliaretur regno: ideo nihil sibi magis animo infixum erat quàm occidere illum, propter quod & occidit multos paruulos, & in Bethleē, & in finibus eius supra secundo cap. & si audiret illū puerum manere in extremo orbis, illuc mitteret, vt occideret eum, & maneret securus animus suus: ideo oportuit, quòd non solum extra terram Iudæorum Christus tunc recederet, sed etiam occulte recederet ita vt nesciretur quo iuerat, & sic factum est supra secundo cap. Nunc vero non erat Herodi tam grauis causa persequendi Christum, quia non erat nisi propter Ioannem, in quatum putaretur qp Christus fouere causam Ioannis, vt dictum est supra q.49. Cū ergo Christus recederet de terra Herodis, & non concitaret gentem eius contra eum, quiesceret Herodes, & non curaret amplius persequi Christum: vnde nō recessit nunc Christus de terra Herodis nisi ad tempus, quia postea redijt. nam Luc.13. quando dixerunt Pharisęi exi hinc, quia Herodes quęrit te interficere: erat Iesus in terra Herodis, quia alias eum non posset occidere Herodes.

Quare Christus videns turbam misertus est eorum. Et in Deo quid sit misereri. Et quòd turbarum quinque erant miseriæ. Quæst. LVII.

QVAERETVR, quare Christus videns turbam misertus est eorum.

Dicendum, qp propter multa. Primo propter laborem quem toleraurant veniēdo ad eum: nam pedestres venerant oēs de ciuitatib̄, vt patet supra in litera. Secundo propter dispositionē, in qua vidit eos manere. erant namq; iacētes in terra, & fatigati, sicut oues non habentes custodes, sed expectabant misericordiam ab aliquo, qui possit misereri: sic dicitur Mar.6.cap.qp videns turbam misertus est super eos. erant.n. sicut oues non habentes pastorem. Tertio propter defectum, & laborem famis, quam sustinere incipiebant. nam postea dedit eis escas ibidem cum non haberent quid manducarent, vt patet infra in litera, & Mar.6. nam famelicis Christus miseretur sequē.c. misereor super turbam, quia triduo me sustinent, nec habent quid manducent. Quarto misertus est eorum propter ignorantiam eorum. nam veritatē de his, quę ad salutem spiualem spectant, scire volebant, nec sciebāt. & ista est magna miseria: ideo de his talibus miserijs magna est habenda misericordia. Quinta miseria erat ægritudinum, quia turbæ istæ attulerant multos ægros, & isti etiam iacebant sup terram, & talium miserebatur Christus, quia infirmitas est magna miseria maxime, quia istos solebant turbæ proiicere ante pedes Iesu, vt patet sequenti cap.

Sciendum autem qp misereri dicitur de Deo, & de nobis. in nobis misereri est compati alienę miserię, in Deo autem, in quo nec passio, neque compassio vlla esse potest, nihil aliud est misereri nisi miseriam releuare dādo misero id, quo indiget, vt sic miser esse desinat: Christus autem erat Deus, & homo: ideo vtroque modo miserebatur: nam affligebatur in corde suo compatiens miserijs nostris, & etiam illas releuabat, hic autem turbis misertus est, & earum miserias abstulit. Prima miseria erat laboris itineris, & ab ista liberabantur ex solatio verbi Christi, ita vt nihil viderentur laborasse si audirent eum, & colloquerentur. Secunda erat, quòd iacebant, sicut oues sine pastore, & hanc ipse releuabat accipiens turbas, & congregans ad se, sicut oues ad pastorem: ipse enim est pastor noster. 1.Pet.1. scilicet, conuersi estis ad pastorē, & Episcopum animarum vestrarum, scilicet, ad Christum, nec solum est pastor, sed pastorū princeps. 1.Pe.5. scilicet, vt cum venerit princeps pastorum percipiatis immarcessibilem gloriæ coronam: ipse enim ad se oues suas congregat cum loquitur ad Ierusalem dicens: quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos sub alas, & noluisti, infra 23.cap. vnde & in die iudicij hoc officium non deseret: ipse enim faciet congregari coram se omnes gentes, & separabit eas, sicut pastor separat oues ab hædis, infra vigesimoquinto, & hoc quia ipse solus est pastor bonus, & nos sumus oues eius Ioan.decimo cap. Tertia miseria erat famis, & ipsam Christus ipsa die abstulit, quia cum Apostoli mitterent turbas ad quærendum escas, Christus prouidit illis de esca mirabiliter infra in litera, & Mar.6. Quarta miseria erat ignorantię verbi Dei, & hanc sustulit, quia mox, vt exiuit de naui cępit docere turbas Mar.6. scilicet, exiens de naui vidit multam turbam, & misertus est super eam, quia erant, sicut oues non habentes pastorem, & cępit docere eos multa. Quinta miseria erat infirmitatum, & hanc Christus abstulit sanando omnes eorum infirmos, scilicet, & curauit languidos eorum.

Quare Christus sanauit nunc ægros, quos turbæ attulerant ad ipsum. Quæst. LVIII.

QVAERETVR, quare Christ̄ sanauit nūc ęgros, quos turbæ attulerant.

Dicendum, qp ad hoc, qp Deus concedat aliquid nobis non requiritur nisi quòd illud petamus, & quòd cum fide petamus nihil hęsitantes infra 21. & Iaco.1. & tamen istæ turbę petebant inquantum languentes ponebant ante Iesum. nam non est maius petere, q̄ sic realiter petere. Etiam cum fide petebant, quia attulerunt infirmos de lōginquo cum labore magno, quos non tulissent nisi crederent esse sanandos: ideo curauit eos omnes. maxime autem quia istæ turbę erant deuotę valde ad Iesum: cum sequerētur eum magno cum labore pedestres de ciuitatibus suis venientes, vt dicitur supra in litera: ideo in remunerationem deuotionis istius hic decebat haberi aliquod premium, vel saltem irritamentum ad continuandum hanc deuotionem. Sic dicit Chrysostomus, scilicet, propter hoc statim retributionem acceperunt, quia dicitur, qp sanauit languidos eorum, & si multa erat affectio eorum, quia ciuitates dimittebant, & ipsum diligenter quærebant, sed tamen quæ ab ipso fiebant omnis studij super excedunt retributionem: ideoque causam talis curationis misericordiam ponit: est autem magna misericordia qp oēs curat, & fidem non expetit.

Vespere autem accesserunt ad eum discipuli eius dicentes: Desertus est locus, & hora iam præterijt, dimitte turbas, vt euntes in castella emant sibi escas. Iesus autem dixit eis. Non habent necesse ire, date illis vos manducare. Responderunt ei. Non habemus hic, nisi quinque panes, & duos pisces. Qui ait eis. Afferte mihi illos huc. Et cum iussisset turbam discumbere supra fœnum, acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, aspiciens in cęlum benedixit, & fregit, & dedit discipulis suis panes, discipuli autem dederunt turbis. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos. Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus, & paruulis. Mar.6. Luc.9. Ioan.6.

Vespere autem. Hic ponitur secundum miraculum in multiplicatione panum, & dicitur. Miraculū secundum in multiplicatione panum.

Vespere autem facto. Venit enim Iesus ad locum illum desertum, in quo eum turba expectabat: cum adhuc superesset magna pars diei, & mansit cum eis docendo eos multa Mar.6. & sanauit languidos eorū supra in litera: interim venit dies ad vesperum inclinato Sole, & tunc dixerunt ista discipuli.

Accesserunt ad eum discipuli eius. Non tollitur per hoc quin ante hoc apud ipsum starent, sed non accedebant ad loquendum id, quod nunc dixerunt, sed nunc nouiter ad hoc accesserunt, quia hoc nunc nouiter fecerunt dicentes.

Desertus est locus. Hoc verum est, quia sic Christus dixerat quando ascenderunt nauiculam, venite

ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum, & ſupra in litera dicitur, quòd receſſit Ieſus in nauicula in deſertum locum.

Et hora iam præterijt. Scilicet, hora manducandi, & hic non habent quid manducent: ideo tempus eſt, vt eant ad quærendum eſcas.

Dimitte turbas. Ideſt, expedi illas dando eis licentiam eundi, quia non ibunt, niſi tu licentiam dederis.

Vt euntes in caſtella. Vocantur caſtella loca parua murata, quæ potius fortalitia, quàm loca habitationũ ſunt, & ſolent accipi pro paruis locis, & tamen interdum vocantur caſtella magnæ vrbes: vt Ieruſalem vocatur caſtellum infra 21. ſcilicet, ite in caſtellũ quod contra vos eſt, & tamen erat Ieruſalem ampliſſima ciuitas Metropolis quidem totius terræ Iudæorum, & hoc magis aperte dicitur Mar. 6. ſcilicet, vt euntes in proximas villas, & vicos, & vtrunque ſignificat parua loca: licet villa, & vicus ſecundum conſuetudinem Scripturę vocentur loca parua non murata, ſed in hoc non differt an iſta loca, ad quæ ituri erant eẽnt murata, vel non.

Emant ſibi eſcas. Ideſt, quilibet pro ſeipſo, cum hic non habeant eas neque ſecum attulerint.

Ieſus autem dixit eis. Ideſt, diſcipulis, qui hęc dixerãt.

Non habent neceſſe ire. Quaſi dicat, hic poſſunt habere eſcas: ideo non eſt neceſſe, quòd vadant.

Date vos illis manducare. Ideſt, magis honeſtum eſt, quòd vos detis eis eſcas, ex quo tenuimus eos hic in loco deſerto quàm ꝓ nunc tali hora mittamus eos famelicos.

Reſponderunt ei non habemus hic, niſi quinque panes. Quaſi dicat, honeſtum eſſet dare eis eſcas, ſed non poſſumus, ſcilicet quia nõ habemus hic, niſi quinq; panes.

Et duos piſces. Et hoc minus erat. *Qui ait eis afferte illos mihi huc.* Quaſi dicat, iſti ſufficiunt ad cibum totius turbæ. *Et cum iuſſiſſet turbam diſcumbere.* Quaſi vellet conuiuium dare turbis iuſſit, ꝓ omnes diſcumberent. *Super fœnum.* Erat enim locus ille fœnum habens, & ideo erat conueniens ſeſſio in loco molli, & dicitur Mar. 6. ſuper viride fœnum, quia erant loca illa virentia, & ideo erant grata ad ſedendum ibi.

Et acceptis quinque panibus, & duobus piſcibus. Scilicet, acceptis in manibus ſuis, vel poſuit coram ſe.

Aſpiciens in Cœlum. Hoc erat ad eleuandam mentem in Deum. *Benedixit, & fregit.* Prius benedixit q̃ fregit, vt per benedictionem videretur transfuſa virtus multiplicationis, vt panis creſceret: fregit autem quia turbæ multæ erant, & panes pauci erant: ideo neceſſe erat frangi panes, quæ autem fuerunt verba iſtius benedictionis nullus Euangeliſtarum expreſſit.

Et dedit diſcipulis ſuis. Ipſos enim ſolos fecit adminiſtratores huius conuiuij, & totam turbam fecit diſcũbere. *Panes.* Scilicet, fractos, & ſubintelligendum eſt etiam de piſcibus, quia illi diuiſi fuerunt in partes minutiſſimas, vt poſſent coram eis apponi, & ſic dicitur Mat. 6. cap. fregit panes, & dedit diſcipulis ſuis, vt ponerent ante eos, & duos piſces diuiſit omnibus.

Diſcipuli autem turbis. Ideſt, panes fractos, & piſces minutos, ſicut a Domino acceperunt, appoſuerunt turbis diſcumbentibus ſuper viride fœnum.

Et manducauerunt omnes. Ideſt, viri, & fœminæ, & paruuli, quia ad omnes perueniebant partes panum, & piſcium. *Et ſaturati ſunt.* Quantum ſufficiebat comedit vnuſquiſque, ita vt nihil vltra cuperent neque caperent. *Et tulerunt reliquias.* Scilicet, non comedit turba totum quod appoſitum eſt, ſed manſerunt reliquiæ tam de piſcibus, q̃ de panibus. *Duodecim cophinos fragmentorum plenos.* Hoc erat admirandum, quia oẽs quinq; panes, & duo piſces in vno cophino caperent: nunc vero reliquię duodecim cophinos replebant, & dũ fragmentorum, quia nihil ibi integrum fuit tam in piſcibus, q̃ in panibus: cum Chriſtus totum fregerit antequam apponeretur. *Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum.* Vocantur hic viri: non quidem illi ſoli, qui ad hanc ætatem virilitatis peruenerint, quæ vltra 25. annos ad minus incipit, ſed quilibet homo, qui non eſt puer, vt qui matrimonio iungunt vir vocatur. *Exceptis mulieribus, & paruulis.* Mulieres enim nunquam ponuntur in numero: paruuli etiam ad numerum non tranſeunt quouſque ſint viri, & de iſtis forte eſſent vltra alia quinque millia, quia mulieres ſolent frequentare opera iſta deuotionis.

An iſta ſint continuata ad præcedentia. Quæſt. LIX.

QVAERETVR an ſint iſta continuata ad precedentia.

Dicendum, ꝓ ſic, quia Matthęus, & Marcus, qui hoc vniformiter narrant, ponunt hoc immediate poſt pręcedentia. Secundo patet, & efficacius, quia iſtud fuit eodem die, quo pręcedentia: nam ſupra dicitur, ꝓ turba congregata fuit in loco deſerto, ad quem Chriſtus nauigaturus erat, & quando Chriſtus exiuit de naui inuenit turbas in loco, & mox cępit docere eas. Mar 6. & curauit infirmos earum, ſupra in litera, & tunc ſequitur, ꝓ veſpere facto dixerunt diſcipuli Chriſto, quòd dimitteret turbas, & tunc dedit eis eſcas: ergo eadem die factum eſt, & nihil fuit intermedium.

An ſaturatio iſta turbarum fuerit vna, & eadem, vel fuerint plures cum a multis Euangeliſtis narretur. Quæſt. LX.

QVAERETVR circa hanc miraculoſam ſaturationem turbarum cum narretur a multis Euangeliſtis, & ab eodem Euangeliſta in diuerſis locis an ſit eadem, vel fuerunt plures ſaturationes.

Dicendum, ꝓ ſaturatio turbarum a Chriſto ponit ab omnibus Euangeliſtis, & ponitur hic, & ſeq. cap. & Mar. 6. & 8. & Luc. 9. & Io. 6. & dicendum eſt, ꝓ non eſt eadem ſaturatio, quę vbique ponitur. Et primo, ga licet eandem rem interdum omnes Euãgeliſtæ enarrent, ſicut patet de morte, & reſurrectione Chriſti: tñ idem Euangeliſta nunquam refert bis, aut pluries eãdem hiſtoriam. vnde etiam ſi videatur ſimilitudo aliqua eſſe, tñ non eſt eadem hiſtoria: & tñ Matthæus bis poſuit de ſaturatione turbarum. ſ. hic, & ſequ. c. & Marcus ẽt bis. ſ. Mar. 6. & 8. ergo neceſſe eſt illas fuiſſe duas ſaturationes. Secundo patet, quia inter iſtam, & eam, quæ habentur ſequenti c. ſunt differentię multę, vt j. oſtendetur. q. 62. ideo neceſſe eſt dici, ꝓ non ſit eadem ſaturatio. Tertio patet, quia Chriſtus fecit mentionem ſaltem de duabus ſaturationibus diſtinguens eas, infra 16. dicens: non recordamini quinq; panum in quinque millia hominum, & quot cophinos ſumpſiſtis, neque ſeptem panum in quatuor millia hominum, & quot ſportas ſumpſiſtis? oportet ergo dici, ꝓ non eſt eadem ſaturatio turbarum, quę vbique narratur, ſed ſunt ſaltem duæ.

Cum duæ ſint factæ ſaturationes quomodo cognoſceretur, quis Euangeliſta narrat vnam, & quis aliam, & vbi. Quæſt. LXI.

QVAERETVR cum ſaturationes factę a Chriſto ſint ſaltem duę, quomodo cognoſcetur quis Euangeliſta narrat vnam, & quis aliã, & vbi?

Dicendum, ꝓ cũ nunquã idẽ Euãgeliſta bis narret eandem

eãdẽ hiſtoriã neceſſe eſt, ꝓ illæ ſaturationes, quæ ponuntur ab eodem Euangeliſta diſtinguantur inter ſe, & quia Matthæus ponit hic ſaturationem, & ſequẽti cap. & Marcus ponit ſaturationem Mar. ſexto, & 8. c. etiam neceſſe eſt, quòd illæ duę diſtinguãtur inter ſe.

Et dicendum, quòd prima ſaturatio eſt, quę ponitur hic, & Mar. 6 & ſecunda eſt, quę ponitur. ſeq. c. & Mar. 8. Et patet hoc ex ordine quoniam Chriſtus ponit inter eas infra 16. ſ. non recordamini quinque panum in quinque millia hominum, & quot cophinos ſumpſiſtis, & ſeptem panum in quatuor millia hominum, & quot ſportas ſumpſiſtis?

Ex hoc ergo ſequitur, qnòd prima ſaturatio iſtarũ ponitur hic, & Mar. 6. & Luc. 9. & Io. 6. ſecunda autem ſaturatio ponitur ſeq. cap. & Mar. 8. De ſecunda ſaturatione non eſt aliqua difficultas, quia ſicut Matthęus narrat ſeq. cap. de quatuor millibus virorum, & ſeptẽ panibus, & ſeptem ſportis, ita & Marcus ponit eadem non diſcrepans Mar. 8.

De prima ſaturatione eſt aliqualis difficultas, quæ ponitur a quatuor, & manifeſtum eſt, quòd eadem eſt, quæ ponitur hic, & Mar. 6. quia eadem narratio in nullo differens eſt hic, & ibi. Etiã eadẽ ponitur Lu. 9. quia idem narratur in ſententia, & fere in verbis, & tamen de Ioanne eſt dubium an ſit eadem, quæ ponitur Io. 6. & quæ ponitur hic.

Dicendum autem, quòd illa non poteſt dici, quòd fuerit ſecunda ſaturatio, quæ ponitur hic ſeq. cap. & Mar. 8. quia illa fuit de ſeptẽ panibus, & quatuor millibus hominum, & Io. 6. dicitur de quinque panibus, & quinque millibus hominum. De prima eſt dubium, quia cum illa habet aliquam concordiam, & aliquam diſcordiam.

Aliqui enim dicunt, quòd non ſit eadem ſaturatio, quia differunt in ratione loci, in quo fuerunt: nam iſta facta eſt citra mare Galileæ, & illa, quæ ponitur Io. 6. fuit trans mare Galileę eodem cap. patet illud, qa Ieſus aſcendit nauiculam, & ibant. turbę autem ſecutę ſunt eum pedeſtres, & prẽuenerunt eum ad locũ, vt patet Mar. 6. & ſupra in litera, & tamen ſi trans mare eſſet locus ille, non potuiſſet Chriſtum turba ſequi nauigando. Sic dicit Beda: dum enim eos pedeſtres venire dicitur, oſtenditur quia non in aliam maris, ſiue Iordanis ripam nauigio peruenerunt diſcipuli cũ Dño, ſed proxima eiuſdem regionis loca adierunt quando, & indigenę pedeſtres poterant præuenire.

Secundo, quia dicitur Io. 6. quòd ſubijt Ieſus montem, & erat ibi cum diſcipulis ſuis, & tamen hic, & Mar. 6. & Lucę 9. innuitur, quòd fuerit in aliquo loco plano non cum diſcipulis ſolis, ſed cum turba, quia mox, vt exiuit de naui excepit eum turba Mar. 6.

Tertio quia dicitur Io. 6. cum ſubleuaſſet oculos Ieſus vidit, quòd multitudo magna venit ad eum, & ſic innuitur, quòd erat Ieſus iam cum diſcipulis ſuis in monte, & vidit turbam ad ſe venientem, & tamen hic fuit e contrario, quia prius venit turba ad locum, quàm Ieſus: nam dicitur Mar. 6. quòd multi pedeſtres de ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos, & exiens de naui vidit turbam multam: ergo non eſt eadem ſaturatio.

Quarto quia hic, & Mar. 6. Chriſtus non quęſiuit, ſed Apoſtoli locuti ſunt Chriſto, quòd dimitteret turbas, & tamen Io. 6. Chriſtus quæſiuit a diſcipulis dicens. vnde ememus panes, vt manducent hi?

Alij dicũt, ꝓ eſt eadẽ ſaturatio, qa eſt ſimilis illi: nã fuerũt hic quinq; panes, & duo piſces, & qnq; milia hõiũm, & ſuperfuerunt duodecim cophini, & idem Mar. 6. & eadem ponuntur Ioan. 6. ideo eadem ſaturatio eſt. Dicendum, ꝓ ſatis poterat teneri, quòd fuerunt tres ſaturationes factę a Chriſto: vna quam narrent Metthęus: Marcus, & Lucas. ſ. hic in litera, & Mar. 6. & Lucę 9. & alia, quę narratur a Matthęo, & Marco ſequenti cap. & Mar. 8. & tertia quam narret Ioannes ſolus Io. 6. & non eſt inconueniens, ꝓ ſint aliquę ſimilitudines inter illam quam ponit Ioannes ad alias, quia multę ſimilitudines non probant identitatem, & vna ſimilitudo probat non identitatem, & tamen eſt aliqua diſſimilitudo, vt oſtenſum eſt: ideo poterat dici, quòd illa quam Ioannes narrat, non ponatur ab alijs Euãgeliſtis, & ſic ſint tres ſaturationes. Dicendum tamen rationabilius, ꝓ ſint duę tantum ſaturationes, & ꝓ illa, quæ ponitur Io. 6. ſit prima earum, & ſit iſta, quę ponitur hic, & Mar. 6. Et hoc primo, quia ſic tenetur communiter, ꝓ ſint tantum duæ ſaturationes, & ꝓ illa quam ponit Ioannes ſit ea quã ponit hic Matthęus, & Mar. ſexto.

Secundo, quia ſic tenet Augu. libro de concor. Euang. & diſſoluit ibi aliquas difficultates circa hoc. Sic etiam tenet Euſebius Cęſarienſis in canonibus ſuis Euangeliorum ponens hoc, ꝓ Matthęus hic, & Marc. 6. & Io. 6. habetur ſub eadẽ aſſignatione quòd idem ſit. Tertio, & efficacius, quia Chriſtus non fecit mentionem niſi de duabus ſaturationibus. ſ. de quinque panibus, & de ſeptem. j. 16. & ꝓ hoc bis factum ſit, & tamen ſi tres ſaturationes feciſſet narrauiſſet ibi illas, quia intentio ſua erat ibi arguere Apoſtolos de infidelitate circa panes, quaſi non poſſet Chriſtus dare eis panes etiam ſi cibos non emiſſent, & ad hoc oſtendit magnitudinem potentię ſuę in ſaturando turbas, & refert iſtas duas ſaturationes dicens, non recordamini quinque panum in quinque millia hominum, & ſeptem panum in quatuor millia hominum. ſi autem aliam ſaturationem feciſſet, narraret eam ad magis oſtendendam potentiam, & tamen non narrat aliam: ergo non fecerat, & ibi tenendum eſt.

Ad rationes in contrarium reſpondebitur infra, quia pro qualibet earum mouebitur infra vnum dubium.

In quo differunt iſtæ duæ ſaturationes. Quæſt. LXII.

QVAERETVR cum ponantur duę ſaturationes diſtincte. ſ. hic, & ſeq. c. & Mar. 6. & octauo, in quo differunt. Dicendum, ꝓ primo differunt ex loco, quia licet vtraque fuerit facta circa mare Galileę, & in loco deſerto, tñ iſta prima facta eſt iuxta littus in loco humili vbi erat fęnum viride, vt dicitur Mar. 6. & ſecunda facta eſt in monte ſequen. capitu.

Secundo, quia in iſta prima ſaturatione Chriſtus locutus eſt ad diſcipulos, & illi ad ipſum quis modus teneretur in paſcendo turbam. In ſecunda autem nulla collocutio eſt circa hoc. Et ratio eſt, quia in prima ſaturatione cum diſcipuli nũquam talia vidiſſent, oportuit eos prius inſtrui multis verbis, vt ordinatus proceſſus haberetur ad miraculum: in ſecunda autem, quia iam primam viderant, non erat opus, ꝓ informarentur: ideo Chriſtus abſolute incępit dicere miſereor ſuper turba ſequen. capitu.

Tertio extempore quo turba Chriſtum ſuſtinebat. nam turba illa quam Chriſtus ſecundo pauit, mãſerat cum Chriſto per tres dies ſequenti capitu. ſ. miſereor ſuper turbam, quia triduo me ſuſtinent. turba autem iſta nõ ſuſtinuerat Chriſtum per aliquos dies, ſed ipſo die quo venerunt pauit eos. nam quando exiuit de naui incępit docere, & docuit eos multa. Mar. ſexto, & inter hęc declinabat dies: ideo veſpere facto, vt dicitur ſupra in litera dixerunt diſcipuli Chriſto, quòd dimitteret turbas, & ſic in eadem die erat.

Quarto differũt ex numero panum, quia in prima

ſaturatione fuerunt quinque panes, vt patet hic, & Mar.6. In ſecunda autem fuerunt ſeptem panes. ſequent. capitu. & Mar. octauo.

Quinto differunt ex numero manducantium, quia in prima vice fuerunt quinque millia virorum, exceptis mulieribus, & paruulis, vt patet hic, & Mar. ſexto. In ſecunda autem quatuor millia, vt patet ſequen. ca. & Mar. 8. Sexto differunt ex quantitate reliquiarum, quia in prima vice fuerunt duodecim cophini, vt patet hic, & Ioan. 6. In ſecunda autem ſeptem ſportæ ſequen. capitu. & Mar. octauo.

Septimo differunt ex fine miraculi, quia in prima ſaturatione illa completa manſit expediendo turbas, & interim diſcipuli aſcenderunt nauiculam: Chriſtus autem tranſiuit peditās ſuper aquas. in litera, & Ioannis 6. In ſecunda vice dimiſit turbas expleta ſaturatione, & ſtatim aſcendit nauiculam ſequenti capitu. & Mar. octauo: ideo omnino diſtinctę ſunt iſtæ duæ ſaturationes.

An hoc miraculum fuerit factum circa initium prædicationis Chriſti vel circa finem. Et quando ieiunium Chriſti inchoatum eſt. Quæſt. LXIII.

QVAERITVR de tempore quo factum eſt iſtud miraculum non quidem de tempore, ideſt, de hora, & die quando factum eſt, quia de hoc dicetur ſequenti quæſtio. ſed de tempore Chriſti an circa principium prædicationis ſuæ, vel circa finem.

Dicendum, quòd non apparet hic, quia non eſt cõſuetudo Euangeliſtarum maxime Matthęi, Marci, & Luc. annotare tempora rerum a Chriſto geſtarum reſpectu ætatis ſuæ, vel tempore prædicationis. Ioannes autem, & ſi non multum inſiſtat in hoc, tamen aliquid ex eius dictis colligitur. Et dicendum, ꝙ fuit fere anno vno ante mortem Chriſti quaſi in principio anni triceſimi ſecundi ętatis Chriſti. Quod patet, ga fuit iſtud miraculũ factũ paucis diebus ante Paſcha Iudęorum quod accidit in Martio Io. 6. cap. ſ. erat autem proximum Paſcha dies feſtus Iudęorum, & ſequitur cum ſubleuaſſet oculos Ieſus, vidit turbã multam, & ſtatim ponitur quomodo pauit eos. prædicta patent, quia Chriſtus paſſus eſt in anno ſuo triceſimo tertio inchoata die tertia Aprilis, & tranſierant de anno illo omnes dies, qui ſunt a natiuitate Chriſti vſque ad tertiam Aprilis. ſ. dies centum, & decem, vel vndecim, vt plene, & aperte probatũ eſt in nr̃o defenſorio triũ cõcluſionũ parte ſecunda. Et hoc modo neceſſe erat, quòd eſſet nunc principium anni triceſimi ſecundi Chriſti. nam fuit factum hoc prope Paſcha Iudæorum, vt dicitur Io. 6. & tamen Paſcha Iudæorum ſolet eſſe, vel ad finem Martij, vel principium Aprilis aut quaſi, & ita eſſent ſaltem duo menſes elapſi de anno illo triceſimo ſecundo Chriſti computando a die natalis eius. Quòd autem fuerit iſte triceſimus ſecundus annus, & non prius nec poſterius patet, quia Chriſtus cępit prædicare poſt baptiſmum ſuum, & ieiunium. nam deſcendens de monte vbi ieiunauerat incępit prædicare per Galileam ſuper 4. & Lucę 4. & hoc fuit in principio triceſimi anni ſui: nam Lucę 3. dicitur, quòd quando Ieſus baptizatus eſt erat incipiens annorum triginta, ideſt, incipiebat triceſimum annum, & de illo fluxerant ſolum dies tredecim, quia die Epiphaniæ reuolutis annis viginti nouem baptizatus eſt: ſic cantat Eccleſia dicens in quadam antiphona, ꝙ eadem die reges apparuerunt, & Chriſtus baptizatus eſt, & vertit aquam in vinum. Ideo a Chriſti baptiſmo, & principio prædicationis eius oportuit, quòd tranſiret Paſcha quater. ſ. primum Paſcha anni triceſimi; quia erat Ieſus incipiens annum triceſimũ quando baptizatus fuit, & baptizatus eſt die Epiphaniæ. ſ. ſexta Ianuarij, & ſtatim, vt aſcendit de aqua iuit in deſertum ad ieiunandum, vt patet Mar. 1. & colligitur Lucæ 4. & ſupra 4. coniungendo finem tertij c. Ieiunium ergo Chriſti inchoatum eſt ſexta Ianuarij, & durauit 40. diebus ſupra 4. cap. Ideo neceſſe eſt, ꝙ finiretur die quintadecima, vel ſextadecima Februarij, & ſic erat poſtea Paſcha Iudæorum in Martio: ergo iam cępiſſet Chriſtus prędicare ante Paſcha anni ſui triceſimi, cum ſtatim, vt deſcendit de monte de ieiunio iuerit per Galilęam, & cęperit prædicare Lucę 4. Secundum Paſcha erat anni triceſimi primi Chriſti. Tertium Paſcha erat anni triceſimi ſecundi. Quartum Paſcha erat anni triceſimi tertij, ꝙ fuit, & vltimum vitæ ſuæ, quia in Paſcha Iudæorum occiſus eſt. ſ. primo die azymorum, ideſt, die quintadecima menſis eorum. Ioannes autem ponit iſtud quadruplex Paſcha, & illorum eſt tertium iſtud, in quo ſaturauit turbam, ergo erat Paſcha anni ſui triceſimi ſecũdi, patet antecedens, quia Io. 2. ponitur primum Paſcha Io. 5. ponitur 2. Paſcha, & Io. 6. ponitur 3. Paſcha, & Io. 12. ponitur aliud, & ibi ponuntur prępara toria ad mortem ſuam, quæ fuit in principio anni triceſimi tertij. ſ. in Paſcha Iudęorum, ideo non potuit hoc miraculum dici factum niſi in principio anni triceſimi ſecundi Chriſti: nam ſaltem neceſſe eſt, ꝙ vno anno poſt hoc Chriſtus ſuperuixerit, cum hoc prope Paſcha factum fuerit Io. 6. & in alio Paſcha poſt hæc, de quo Io. 12. agitur de præparatorijs ad mortẽ Chriſti.

Qua hora diei erat quando Chriſtus ſaturauit turbas iſtas, & quam temporis partem ſignat in ſcriptura veſper, vel veſperum. Et quo tempore incipiat obſeruatio feſtorum veteris legis, & noui teſtamenti. Quæſt. LXIIII.

QVAERITVR qua hora diei erat quãdo Chriſtus ſaturauit turbas iſtas. Aliqui dicunt, ꝙ erat ad Solis occaſum, ſic dicit Nicolaus, & colligit hoc ex litera iſta. ſ. veſpere autẽ facto: & veſper, vel veſpere ſolet accipi pro fine diei: vnde ait. ex hoc apparet deuotio populi ad Chriſtum, quia neque propter noctem imminentẽ recedebant ab eo. Sed dicendum, quòd non ſtat, ſed quòd erat nunc hora aliquanta poſt meridiem. Pro quo ſciendum, ꝙ turbæ cito venerunt ad locum in quem Chriſtus de naui deſcenſurus erat ante meridiem magna hora, & tamen Chriſtus moratus eſt docendo eos multa, & curando ęgritudines eorum, ſicut dicitur Mar. 6. exiẽs de naui cępit docere eos multa, & ſic erat iam aliquãtulum poſt meridiem, vnde hora manducandi tranſierat, & ob hoc Apoſtoli acceſſerunt ad Chriſtum dicentes, quòd dimitteret eos, & hoc colligitur ex circunſtantijs literæ.

Primo quia Apoſtoli dixerunt, & hora iam tranſijt, ideſt, hora manducandi: nam propter hoc de mãducatione agebant, quia tranſierat iam hora manducandi, eſt autem hora manducandi ſanis meridies, vel pauloante ſecundum conditionem regionum, & hominum, ideo meridies tranſierat.

Secundo patet, & efficacius, quia Lucæ 9. vbi ponitur iſtud miraculum dicitur, dies autem cęperat declinare, ſed tunc dies incipit declinare quando Sol incipit deſcendere a contactu circuli meridiani: ergo ſtatim poſt meridiem incipit dies declinare: ergo paulo poſt meridiem hoc accidit: nam ſi diceretur, dies autem declinauerat, poſſet intelligi, quòd erat circa ſolis occaſum, ſed dicitur, dies autem cęperat declinare, ſed non finierat declinationem: ergo meridies erat, & tunc ſtat conuenienter, ꝙ tranſierat hora. ſ. mandu-

manducandi. Ad illud, quòd dicitur de opinione Nicolai non eſt curandum cum repugnet ſcripturæ. Ad aliud vero. ſ. quia ſupra in litera dicitur, veſpere autem facto, dicendũ ꝙ illud non ſignificabat ibi tempus extremum diei, ſed partem diei quę eſt immediate poſt meridiem. Pro quo ſciendum ꝙ iſtę dictiones, veſper, & veſpere, & veſpera, & veſperum, licet aliqui velint aſſignare differentiam inter illas, tamen non tenent generaliter, ſed ſolent accipi indifferenter pro eodem. Nam veſper, & veſperum ponuntur pro eodem Leu. 23. ſ. a veſpere vſque in veſperum celebrabitis ſabbatha veſtra, & tamen quomodocũque incipiat obſeruatio feſti, ſiue a quocunque tempore neceſſe eſt, ꝙ ſit obſeruatio de pũcto in punctũ, cum debeat obſeruari vnus dies, ergo vbi incipit veſperũ incipit veſper: nam veſpere eſt ibi ablatio huius dictionis veſper. Quòd etiam veſpere, & veſperum pro eodem accipiantur pater, quia Exodi 12. dicitur, ꝙ immolabitur phaſe ad veſperum, & Deut. 16. dicit, ꝙ immolabitur phaſe veſperi, & eſt ibi veſperi ablatiu huius nominis veſpere, & ſic veſperum veſperi, & veſpere pro eodem accipiuntur, quia vbi dicitur Leui. 23. a veſpere in veſperã celebrabitis ſabbatha veſtra, dicitur ſecundum iura extra de ferijs cap. quoniam a veſpere in veſperam celebrabitis ſabbatha, & dicit iſtud eſſe idem cum illo quo habetur Leu. 23. quia in dicto cap. quoniam. dicitur licet ſcriptum ſit a veſpere in veſpera. &c. ergo veſpera, & veſpere, & veſperũ, & veſper indifferenter aſſumuntur pro eodem in ſcripturis, nec eſt magna vis facienda inter illa cum nobis occurrerint in ſcripturis.

Nunc autem videndum eſt pro quo accipiantur, ideſt quam partem temporis aſſignent.

Et dicendum, ꝙ non eſt in hoc certitudo, ſed aliquando accipiuntur pro prima parte diei, aliquando pro illa parte diei, quę eſt immediate poſt ſolis declinationem, ideſt, poſt meridiem immediate, & aliquando pro Solis occaſu, aliquando pro tempore, quod eſt immediate poſt Solis occaſum, vel per noctem, & aliquando pro tota nocte.

De primo patet 7. 28. ſ. veſpere aũt ſabbathi, quę luceſſit in prima ſabbathi venit Maria &c. i. Maria venit ad monumentum veſpere ſabbathi. i. in veſpere ſabbathi, quia ponitur ibi genitiuus, p ablatiuo, & in accipiẽ ibi veſpera ſabbathi pro prima parte diei primę ſabbathi, ideſt, diei Dominicę. Quod patet, quia dicitur Mar. 16. valde mane vna ſabbathorum veniunt ad monumentum orto iam Sole, & ſic neceſſe eſt, quòd accipiatur ibi veſpera pro parte diei, quę eſt aliquantulum ante Solis ortum. ſ. crepuſculum matutinum quo tempore mulieres receſſerunt de Ieruſalem, vt venirent ad monumentum, cum dicatur Mar. 16. ꝙ venerunt valde mane vna ſabbathorum, vel pro principio diei immediate poſt Solis ortum, quo tempore mulieres acceſſerunt ad monumentum, ſicut dicitur Mar. 16. orto iam Sole.

De ſecundo patet, quia Eccleſia vocat horam nonę veſpere, vt patet in hymno. ſ. largire clarum veſpere, & dicitur de hora nonæ, & tamen ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ totum tempus quod eſt immediate poſt meridiem ad nonam pertinet, & ſic totum illud vocatur veſpere, & ita accipitur hic, nam vbi dicit hic Matthæus, veſpere autem facto, dicitur Luc. 9. dies autem cęperat declinare, ideſt, incipiebat declinare, & tamen dies incipit declinare immediate poſt punctum meridiei: ergo ſtatim poſt meridiem eſt veſper, vel veſpere, & ita accipitur etiam Luc. 24. ſ. ad uеſperaſcit, & inclinata eſt iam dies: quia ita accipitur aduеſperaſcere, ſicut veſper, vel veſpera, & tamen ibi neceſſario debet accipi aduеſperaſcere pro parte diei, quæ eſt inter meridiem, & Solis occaſum, & magis prope meridiem quàm prope Solis occaſum, quod patet, quia illi diſcipuli loquebantur cum Chriſto de hora comedendi, quia ipſi manſerunt in Emaus ad manducandum, & Ieſus quaſi peregrinus finxit ſe lõgius ire quaſi nolens ibi manere ad manducandum, & illi volentes eum cogere dixerunt: mane nobiſcũ quoniam aduеſperaſcit, & inclinata eſt iam dies, ideſt, eſt poſt meridiem aliquantulum. Nam non poteſt accipi pro hora tarda circa Solis occaſum, quia, eodẽ cap. dicitur, ꝙ illi duo diſcipuli mox, vt cognouerunt in fractione panis Chriſtum recumbentem cum eis, ſurrexerunt, & venerunt ipſa die in Ieruſalem, & tamen Ieruſalem diſtabat 60. ſtadijs a loco, in quo nũc erãt eod. cap. quæ faciunt quatuor leucas: ergo neceſſe eſt, ꝙ magna pars adhuc ſupereſſet diei, & ſic quando diſcipuli dixerunt Chriſto aduеſperaſcit, & inclinata eſt dies, erat aliquantulum poſt Meridiem, & ideo diſcubuerunt illi diſcipuli ad manducandum in Emaus, & Chriſtum ſecum diſcumbere coegerunt, & ita veſpera, & aduеſperaſcere accipitur ibi pro parte diei, quæ eſt immediate poſt Meridiem, & aliquantulum durat, & vocamus illud tempus nonam.

De tertio patet ex communi modo loquendi, & ita ſcriptura communius accipit, quod patet, quia Exodi 11. dicitur, quòd Phaſe immolabitur 14. die ad veſperam. & Leui. 23. dicitur, quòd quartadecima die menſis Phaſe Domini eſt, ideſt, immolatur phaſe, & tamẽ phaſe immolabatur ad Solis Occaſum, ideſt, in ipſo Solis occaſu, vel quaſi, quia Scriptura non accipit iſtẽ, & temporis determinationem ita ſtricte, ſicut Aſtrologus, qui conſiderat punctum caſus, & ortus. Et patet hoc Deuteron. 16. ſ. non poteris immolare Phaſe in qualibet vrbium tuarum, ſed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus immolabis phaſe veſperi ad Solis occaſum. & iſte eſt communior modus accipiẽdi in Scriptura.

Ex hoc autem apparet conſequenter, ſiue incidentaliter, quo tempore debeat incipere obſeruatio feſtorum, & dico, ꝙ ſecundum conſuetudinem, & legem veteris teſtamenti incipiebat obſeruatio in ipſo Solis occaſu, & finiebatur in alio Solis occaſu. Quod patet, quia omnia feſta Iudæorum incipiebant obſeruari eodem puncto temporis, & finiebantur in eodem, quia de omnibus dedit legem generalem Deus. Leui. 23. poſuit enim in ipſo cap. omnia feſta, quæ obſeruare debebant Iudęi dicens in principio. Hæ ſunt ferię Domini ſanctæ, quas celebrare debetis temporibus ſuis, & poſtea nominantur ibi omnes cum cęremonijs ſuis, & poſt omnes ſubiũgitur tempus, quo incipit obſeruatio cuiusliber. ſ. a veſpere in veſperum celebrabitis ſabbatha veſtra: ergo cuiuslibet obſeruatio incipiebat in veſpere, vel veſpero quod idẽ eſt, & tamen obſeruatio phaſe incipiebat in ipſo occaſu Solis. Deuteronom. 16. vt dictum eſt: ergo omnes feſtiuitates incipiebant obſeruari in occaſu Solis, & ita obſeruat conſuetudo Iudęorum generaliter nunc quantum ad celebrationẽ ſabbathorũ q̃ aliorum feſtorũ.

In nouo autem teſtõ non accipitur ſic ſtricte obſeruatio feſtorum quãtum ad principia, & fines, ſed ſtandum eſt conſuetudini q̃n incipiant, & q̃n finiant, vt patet extra de ferijs cap. q̃n. & dicit, ꝙ non eſt in omnibus feſtiuitatibus eadem conſuetudo, vel terminus obſeruationis, quia quidam citius incipiunt, & tardius terminãtur pp magnitudinẽ feſtiuitatũ. In alijs autem e contrario fit eod. cap. & ideo non eſt inſiſtendum circa terminos obſeruationum tunc, ſed ſolum, quòd teneatur conſuetudo locorum, vel regionum.

Quare tanto tempore Christus tenuit turbam sine cibo. Quæst. LXV.

QVAERETVR, quare tanto tempore Christus tenuit turbam sine cibo.s.vsque ad vesperum,idest,aliquantulum post Solis declinationem,siue Meridiem. nam iam hora prandendi transierat:sic enim dixerunt discipuli hora iam præterijt.

Dicendum,quòd fuit primo ad approbandum patientiam.s.quia etiam si transisset hora ciborum, & grauarentur famè. Sic dicit Chrysosto.turbarum fidem ostendit,quòd Dominum etiam famem patientes expectabant vsque ad vesperam.

Secundo fuit ad laudem Christi.s.ad ostendedum quanta deuotio erat populi erga eum, quia etiam si grauarentur fame sustinebāt,& libenter audiebant illum loquentem,quia hoc erat eis dulcius quàm epulari. vnde non petiuerunt ipsi licentiam a Christo eundi ad quærendum cibos,sed discipuli hoc dixerūt, & ita videtur, quòd adhuc æquo animo manebant omnes turbæ audientes eum,etiam si plura vellet loqui,quod ad magnam Christi laudem pertinet, & ita dixit Petrus Christo quando Christus dixerat ei, & alijs Apostolis,an ipsi quoque vellēt recedere.Io.6.s. Domine ad quem ibimus:verba enim vitę æternę habes,idest,verba tua sunt dulcia,sicut vita æterna: ideo nemo alius est ad quem melius possimus ire q̄ ad te.Tertio fuit ad introductionem huius miraculi. volebat enim Christus saturare turbas,& ante hoc illud pro tunc facere intenderat: ideò quęsiuit omnes circunstantias debitas, vt ex eis colligeretur quasi quędam necessitas faciendi hoc miraculum, & sic quæsiuit prius locum.nam iuit in locum desertum, quia si essent turbę in loco populoso vbi cibi haberi possent, nulla esset occasio faciendi miraculum istud. Etiam quæsiuit tempus:nam si ad locum illum desertum venirent turbę illæ diluculo,& breuiter prędicaret,& dimitteret eas,non esset occasio saturandi illas, quia hora restabat eis sufficiens,vt ante tempus ciborum possent redire ad castella,& villas proprias,& haberēt escas,nec dificerent in villa præ lassitudine,& defectu ciborum:nunc tñ tantum moratus fuerat Iesus prædicando, ꝙ erat post Meridiem, & transierat hora comedendi,vt dicitur hic in litera. ideo si non statim prouideretur turbis grauarentur fame. redire autem tunc ad loca aliqua, vt escas emerent difficile erat, qa antequam illuc peruenirent, esset forte occasus Solis, & deficerent prę lassitudine,& defectu cibi,potissime vbi paruuli,& mulieres erant,& sic fuit magna occasio ad hoc,ꝙ Christus prouideret eis si poterat,& ista fuit causa præcipua,& vera.

Quarto fuit,vt aliqui dicunt,quia Christus expectabat,quòd aliquis loqueret ei super hac re, quia Christus vult facere miracula rogatus, & tñ hoc licet posset stare, non est precipuum: dicetur sequenti q.sed causa vera,& pręcipua est tertia,quę assignata est.

Quomodo potest stare hæc Euangelistarum discordia hic. Quæst. LXVI.

QVAERETVR quomodo pōt stare qa Euāgelistę discordant hic.nam hic dr, ꝙ discipuli accesserunt ad Iesum dicentes, vt dimitteret turbas,& tunc ipse rñdit, & tñ Io. 6.ponitur, quòd Christus locutus est prius, & ipse quæsiuit quomodo pascerentur turbæ.Dicendum,ꝙ Mat,Mar.& Luc.dicunt discipulos accessisse ad Iesum,& vniformiter narrāt.Ioannes autē dicit, quòd Christus locutus est Philippo.

F Dicendum, quòd vtrūque verum est, sed vnum est,vt suppletio alterius,fuit autem ordo rei,quòd tardante Domino in prędicatione discipuli videntes, ꝙ hora erat manducandi,& turbæ iam grauarentur,accesserunt ad Christum,& dixerunt, dimitte illos, vt euntes in castella emant sibi escas, quia desertus locus est,& hora iam prȩterijt,& Iesus dixit non habēt necesse ire,date vos manducare illis, & illi dixerunt, quòd non poterant,& tunc isti tres Euangelistę subticuissent aliquid quod dixit Ioannes, quia cum dixit Iesus discipulis,date vos illis manducare, conuertit se specialiter ad Philippum,& dixit. vnde ememus panes,vt manducent hi, & Philippus ait, ducentorum denariorum panes non sufficient eis, vt vnusquisque
G modicum quid accipiat, & tunc Andreas frater Petri ait.est puer vnus hic qui habet quinque panes ordeaceos,& duos pisces,sed hæc quid inter tantos? Et tunc Christus dixit,facite homines discumbere.& sic ex omnibus dictis Euangelistarum simul sumptis,colligitur vna plena narratio, & etiam supplendum est in ea,quòd postquam Philippus dixit, ducentorum denariorum &c.Christus dixit discipulis. quot panes habetis?& tunc respondit Andreas, vt dictum est,& hoc colligitur Mar.6.s.dixit eis Iesus. quot panes habetis?ite & videte, & cum cognouissent dicunt ei, quinque panes,& duos pisces. Sic enim dicit Augu. lib.de concor.Euangeli.

Potest autem mouere quis dubium, si Dominus
H secundum narrationē Ioannis prospectis turbis quęsiuit a Philippo vnde escę illis dari possent,quomodo sit verum quod Matthęus hic narrat prius dixisse Domino discipulos,vt dimitteret turbas quo possent alimenta quærere de proximis locis.

Intelligitur ergo post hæc verba Dominum inspexisse multitudinem,& dixisse Philippo, quod Ioannes memorat.Matthęus autem, & alij pretermiserunt.& ideo in talibus quęstionibus neminem moueri oportet, cum ab aliquo Euangelistarum dicitur, quod ab alio pretermittitur. Et tamen non est intelligendum totaliter secundum, quòd dicit Augu.s. quòd omnia, quæ Matthęus hic dicit, fuerunt prius
I dicta,& postea illa, quæ Ioannes narrat, quia dicitur, quòd dixerunt discipuli. non habemus nisi quinque panes,& duos pisces,& tamen post hoc non quęreret Christus a Philippo:vnde ememus panes,vt manducent hi. vt dicit Ioan.& postea dixit Andreas. est puer vnus hic &c.quia non repeteret ille quod iam dictum fuerat, ideo est intelligendum, quòd omnia ista,quę dixit hic Mat.& Mar.& Luc.fuerunt priora eis,quę narrat Ioan.& maxime ista, quæ narrat Mat. prȩter vltimam responsionem Apostolorum, scilicet,non habemus nisi quinque panes.

Quare Apostoli accesserunt nunc ad Christum, vt dimitteret turbas. Quæst LXVII.

K QVAERETVR, quare Apostoli accesserunt nūc ad Christum,vt dimitteret turbas.

Dicendum, quòd fuit. Primo quia Deus mouit corda eorum, vt hoc facerent, quia Christus volebat facere hoc miraculum, & tamen non vult miracula facere nisi rogatus,ne res suę nobis accipiētibus vilescant,& ideo mouit corda discipulorum, vt loquerentur,& sic esset occasio, vel ordo procedendi ad miraculum. Sic dicit Chrysosto. cibaturus quidem eos Dominus expectat rogari, non quasi exultans,& insiliens prior ad miracula,sed rogatus.

Secundo fuit,quia discipuli miserebantur turbarū. nam erat iam tempus escarum:immo iam hora præterierat,vt dr in litera, ideo rogauerūt eum, vt dimit-

teret

teret eos ire ad escam, ne fame grauarentur. Sic dicit Theophilus,vide iam qūo discipuli Christi circa hominum amorem proficiunt: turbarum enim miserti accedunt ad Christum, & pro eis intercedūt. Tertio fuit, quia Christo prędicante morabantur turbę vltra horam escarum, & sic ad Christum pertinebat aut illis de cibo prouidere,aut mittere illos ad loca in quibus prouiderent sibi, & quia putauerunt discipuli,quòd Christus forte raptus ardore prędicationis,non considerabat, quę hora esset, expectabat ad eos prouidere,quòd turbis prouideretur, ideo accesserunt ad Iesum,& sic in hoc volebant se exonerare labore prouidendi eis,vt turbę non haberent causam querelę contra Christum, vel contra eos si nimis vltra horam eos tenerent, & postea eis non prouiderent,sed remitteret tempore quo sibi prouidere non possent. Quarto fuit,quia discipuli putabant, quòd licet turbæ grauarentur fame manentes vltra horam sine cibo, nemo ex eis auderet loqui ad Iesum propter reuerentiam,vel ob aliam causam:ideo ipsi, qui erant magis familiares Christo accedere voluerunt.

Quinto fuit propter seipsos, quia ipsi etiam volebant manducare cum hora transisset, & non poterāt quandiu Iesus manebat prædicans, & ꝙ forte erubescebāt ei dicere,ꝙ cessaret a prędicatione, vt manducaret,voluerunt hoc honestius dicere sumpta occasione ex charitate, & misericordia turbarum.s.quia hora erat,vt mitterentur ad sumendum cibum, & ita aliquando faciebant.nam cum semel manducare vellent, & turbis venientibus Christus vellet adhuc loqui illis,exierunt tenere eum dicentes, ꝙ in furorem versus est. Mar.3.cap.nunc autem honestius locuti sunt & tamen quocunque modo loquerentur, Christus sustinebat defectus eorum. nam etiam quando exierunt tenere eum dicentes versum esse in furorē, non restitit illis, sed reuersus est domum cum illis, vt colligitur Mar.3.cap.

Quare nunc non accessit ad Christum aliquis de turbis, vt peteret licentiam a Christo, vt prandere possent. Quæst. LXVIII.

QVAERETVR, quare nunc non accessit ad Christum aliquis de turba.cum iam trasisset hora prandendi, & fame grauarentur, dicens quòd daret eis licentiam eundi ad quærendum cibos.

Aliqui dicunt,quòd turbę expectabāt,quòd Christus eas pasceret,ideo nihil dicebant, sed sustinebant Christum agere quidquid vellet.

Sed dicendum,quòd non stat, quia turbæ nihil tale viderant vnquam Christum agentem: ideo non erat eis vlla causa hoc expectandi, secus autem in secunda vice,quia cum iam vidissent iterum eum pascentem,habita opportunitate ad hoc ex conditione loci,& temporis poterant istud expectare.

Secundo patet,quia discipuli non confidebant neque cogitabant hoc.ergo a fortiori turbæ non sperarent illud:potius enim confidebāt de miraculis Christi discipuli eius q̄ extranei, ipsi tñ non sperabant hoc cum dixerint Christo,dimitte turbas, vt euntes in castella emant sibi escas,ergo turbæ non sperabant hoc. Dicendum,ꝙ nemo de turba hoc petebat a Christo, licet non crederent se ab eo cibandos.Primo propter venerationem,quia in tanta veneratione,& reuerentia tenebant turbæ Christum, vt etiam si paterentur famem non auderent ei dicere verbum.Secundo ne offenderent ipsum.nam Christo prędicante siquis interrumperet verbū eius maxime petens,ꝙ cessaret,vt illi irent ad quærendum escas,qui audiebant,erat quodammodo contemnere verbum prędicantis,vel non

A debite illud venerari, & per hoc putare poterant, ꝙ Christus offenderetur, & nollet amplius prædicare eis,neque languentes eorum sanare:immo nemo loqui sibi in hac re auderet. Tertio & præcipue pp dulcedinem verbi:erat enim tanta dulcedo verbi Iesu, ꝙ etiam siquis diebus noctibusque audiret, nollet ad alia diuertere,& hoc,quia noua,& inaudita de regno cęlorum prędicabat. Etiam quod maius erat, quia erat potentia in verbis eius, poterat,n.loquendo consolari hominem, & conseruare sine cibo. Si enim Moyses in consortio diuini sermonis mansit bis quadraginta diebus.Deut.9.& nō grauabatur, sed potius
B induerat facies eius quędam diuinum fulgorem ex isto consortio diuini sermonis.Exo.34.poterat Christus,qui ipsemet Deus erat sic hominem consolari, & loquendo sine cibo seruare. De hoc dicit Chryso. ideo autem nullus de turba accedit: venerabantur.n. eum abundanter, & nec famis sensum accipiebant, amore instante. Quarto fuit, quia turbę sciebant Iesum esse virum prudentissimum, & scientem quid eis necesse eēt,& iō,ꝙ ipse mitteret illos ad quęrēdū cibos,vel disponeret aliter,vt eis bene esset,& ipsi nolebant præuenire dispositionem eius.

C *Quomodo discipuli nunc accesserunt ad Christum & quid faciebat Christus cum accesserunt ad eum. discipuli. Quæst. LXIX.*

QVAERETVR quomodo discipuli nunc accesserunt ad Christum, & quid faciebat Christus cum accesserunt ad eum discipuli. Aliqui dicunt,ꝙ Christus erat nunc orans postquam prędicauerat, & qn̄ orabat sequestratus erat ab oībus, & manebat solus,vt dr̄.ĩ.in litera.ascendit in monten solus orare,& qn̄ erant cum eo aliqui si volebat orare elongabat se modicum ab eis,sicut dr̄ Luc.22.ꝙ Iesus accepit secū Petrum,& Ioannem,& Iacobum seorsum, & locutus est eis,& deinde auulsus est ab eis quantum est iactus lapidis,& orauit,ita nunc poterat esse elongatus a turbis,& discipulis, vt accederent ad eum discipuli, & hæc dicerent.Sed dicendum,ꝙ non stat, sed opor-
D tet dici,ꝙ Christus prędicabat nunc qn̄ accesserunt discipuli.nam si esset iam sermo expletus ad plebem, & Christus oraret,nullum esset impedimētum quin turbæ recedere possent ad querendum escas.

Secundo quia discipuli dixerunt Christo, dimitte turbas:ergo ipse tenebat eas.& tñ si oraret finito iam sermone non teneret turbas:ergo adhuc prędicabat. Tertio patet, quia Christus nunquam solebat post prædicationem orare quousq; expediret a se turbas, vt nemo posset eum impedire:sic dr̄.ĩ.in litera, ꝙ dimissa turba ascendit in montem solus orare: ergo nunc non manebat turba cum eo orante, sed prædicabat.Quarto patet,& efficacius,quia Mar.6.apparet, ꝙ nunc prædicabat,quia dicitur exiens de naui vidit turbam multam,& cępit docere eos multa, & cum
E hora multa fieret accesserunt discipuli ad Iesum dicentes,desertus est locus &c,ergo hora multa, idest, tarda fuerat cum maneret Iesus docendo turbas multa de regno Dei,& idem innuitur Luc.9.ergo prędicabat nunc Iesus,& discipuli sui erant magis propinqui ei quàm cęteri,quia ita solebant sedere iuxta eum quando prędicabat vt patet supra quinto, & tamen non accedebant ad eum,vt seruaretur Christo sua dignitas,& vt ab omnibus turbis melius conspici, & discerni posset,erant quippe multi audientes eum.s.forte plus quàm decem millia hominum. nam omnes isti,qui manducauerunt erant audientes eum, & tamen manducantes erant viri quinque millia:exceptis mulieribus, & paruulis, qui peruenirent forte plus quàm ad alia quinque millia.ad hoc autem, quòd ab

omnibus

omnibus istis conspici posset necesse erat, quòd per se esset, & forte in loco eminentiori, & tunc cum sermo traheretur in longum, possent discipuli accedere prepinquius, vt loquerentur ei familiariter, vt nec turbæ audirent de quibus agebatur. Vel dato, quòd discipuli essent ante propinqui Christo secundum locum, & tunc non magis propinquarent, quia tamen ante hoc nihil ei loquebantur, & nunc loquuntur, dicuntur nunc accedere ad loquendum.

Quis locus erat iste desertus quis locus item sit Bethsaida. Quæst. LXX.

QVAERETVR cum discipuli nunc dixerint Christo desertus est locus, quis locus erat G iste desertus.

Dicendum, quòd Christus quando voluit ascendere in nauiculam dixit discipulis, venite in desertum locum, & requiescite pusillum. Marc. sexto, & supra in litera, & ita nunc quando exiuit de naui stetit in loco isto deserto, & ibi docebat turbam. & dicitur Luc. nono, quòd iste locus desertus erat Bethsaida.

Sed quomodo potest stare, quia Bethsaida erat ciuitas quædam in Galilęa, de qua erat Andreas Apostolus. sic dicitur Ioan. primo, scilicet, erat autem Philippus a Bethsaida ciuitate Andreæ, & Petri.

Dici potest vno modo, quòd Bethsaida est no- H men æquiuocum ad ciuitatem, & ad desertum, & Luc. nono, accipitur pro deserto, & non pro ciuitate.

Aliter potest dici, quòd accipitur Bethsaida pro illa ciuitate Andreæ, & Petri, & vocatur istud desertum Bethsaida, idest, pertinens ad vrbem Bethsaidæ, vt quia est iuxta vrbem, & est de territorio illius, & potest esse ibi Bethsaida in genitiuo, ita quòd sit indeclinabile, & hoc est verisimile, quia ista saturatio turbæ fuit nunc iuxta mare Galilęæ, vt patet hic, & Ioan. sexto, & tamen Bethsaida est etiam iuxta mare Galilęæ, vt patet hic: ideo istud desertum forte pertinet ad Bethsaidam, & vocatur desertum: non quidem, quòd sit aliqua latissima I regio non habens habitatorem, sicut sunt deserta Arabiæ, per quæ transierunt Iudæi veniendo de Aegypto, vel magnum desertum quod interiacet terræ Philisthinorum, & Aegypto, sed erat desertus locus, idest, erat campus vbi non erat habitatio aliqua: nec forte ad vnam aut duas leucas, & tamen non multum inde distabat loca habitata. Quod patet, quia discipuli dixerunt Christo, dimitte turbas, vt euntes in villas proximas, & castella emant sibi escas, & tamen transierat iam Meridies, vt dicitur Luc. nono, quòd dies ceperat declinare, & poterant adhuc turbæ ire ad loca proxima pro cibis, ergo non distabant inde loca proxima vltra duas, vel tres leucas, & forte proximior omnibus locis erat K Bethsaida, ideo dicebatur istud desertum Bethsaida, idest, illius vrbis. Sic tenet Beda dicens super Lucam. est enim Bethsaida in Galilęa ciuitas Andreæ, & Petri, & Philippi Apostolorum iuxta stagnum Genesareth. Si quis velit dicere, quòd Bethsaida accipiatur pro aliquo deserto quod vocetur Bethsaida, & non pertineat ad aliam ciuitatem, non est insistendum, quia manifestum est, quòd Bethsaida est nomen æquiuocum. Quòd etiam interdum accipitur pro piscina probatica, quę erat in Ierusalem iuxta templum in qua sanabantur ægroti. Ioan. quinto, erat Ierosolymis probatica piscina, quę cognominatur Hebraicæ Bethsaida quinque porticus habens.

F *Quomodo Euangelistæ videntur repugnare de loco huius miraculi saturationis turbarum, & quod mare sit illud Galilęæ quod etiam dicitur Stagnum Genesareth, & mare Tiberiadis. Quæst. LXXI.*

QVAERETVR quomodo potest stare, quia Euangelistę videntur repugnare de loco huius miraculi, quia hic, & Marc. sexto innuitur, quòd iste locus erat citra mare Galilęæ, quia quando Christus ascendit nauiculam non transfretauit, sed redijt ad idem litus de quo exierat. Quod patet, quia turbæ de ciuitatibus ipsis secutę sunt eum pedestres, & peruenerunt ad locum antequam ipsi, & tamen si transfretaret ad aliud litus maris, non possent turbæ pedestres ire ad locum in quem ipse ibat. Sic dicit Beda, scilicet, quia dicitur eos pedesteres venire: ostenditur, quia non in aliam maris, siue Iordanis ripam nauigio peruenerint discipuli cum Domino, sed proxima eiusdem regionis loca adierunt, quando & indigenæ pedestres poterant peruenire, & tamen Ioan. sexto innuitur, quòd hoc miraculum factum est trans mare Galilęæ, scilicet, post hæc abijt Iesus trans mare Galilęæ quod est Tiberiadis.

Dicendum, quòd mare Galilęæ est quædam magna lacus per quam transit Iordanis, & stagnantur ibi aquę eius, & postea transeunt, & declinant versus Iericho, & vsque ad mare mortuum. sed ibi non se extendit mare istud Galilęæ, siue stagnum Genesareth. habet ergo duo latera, vel litora vnum Occidentale versus Ierusalem, & aliud Orientale versus terram duarum tribuum, & dimidiæ, & terram Ammonitarum, & terram Gerasenorum, ad quam Christus transfretauit supra octauo capitu. quando sanauit arreptitios, & ab vno litore in aliud non transitur nisi nauigio. nunc autem licet Christus nauigauerit non transfretauit, quia de eodem litore, de quo ipse exiuit exierunt turbę, quæ secutæ sunt eum, & tamen venerunt pedestres, vt patet in litera, & Marc. sexto, & tamen potest vtrunque litus dici trans mare, quia citra, & vltra, vel trans sunt termini relatiui, qui dicunt positionem, & quilibet locus potest dici citra, & vltra ad aliud, & aliud sumptus, sicut eadem columna est dextra, & sinistra, vni quidem est dextra, & alteri sinistra, & ita illud latus maris Galilęæ, in quo nunc Christus erat, & de quo turbæ exierunt, vocatur trans mare forte respectu regionis illius, de qua ante hoc mentionem Ioannes fecit, & in qua Christus fuerat.

Aliter potest dici, & melius, quòd vnum latus ipsius maris vocabatur tans mare absolute, idest, generaliter. aliud citra mare. latus enim Orientale vocabatur trans mare, vel vltra mare, & hoc erat propter Ierusalem, quę erat ad partem Occidentalem illius maris, ideo quidquid vltra illud mare erat, vocabatur absolute vltra, vel trans mare. & ita vocatur absolute trans Iordanem. Ilaia nono, & supra quarto, scilicet, trans Iordanem Galilęæ gentium, & ita Euangelistę nominant trans Iordanem quidquid est ad Orientem Iordanis. sic etiam trans mare id quod erat ad Orientalem partem eius. Et hæc est veritas, quia Ioan. sexto, vbi dicitur, quòd hoc factum est trans mare Galilęæ, dicitur, quòd veniendo de loco illo in Capharnaum oportet nauigare trasfretando, & tamen Capharnaum est iuxta istud mare Galilęæ ad Occidentalem partem eius.

Quomodo potest stare, quòd turba præuenit Christum ad locum ad quem ibat: cum Ioan. 6. dicatur oppositum Et quòd consuetudo Euangelistarum est quædam dimittere, quæ alij exprimunt. Quæst. LXXII.

QVAERETVR etiam quomodo potest stare, quia hic dicitur, quòd quando exiuit Iesus de naui excepit eum turba, quod magis innuitur Mar. 6. ſ. quòd turbę preuenerunt Iesum ad locum ad quem ibat, & quando exiuit de naui vidit turbam multam, & tamen Io. 6. innuitur, quòd Iesus erat in terra quando venerunt turbæ, quia dicitur. subijt ergo Iesus montem, & ibi sedebat cum discipulis suis, & sequitur, cũ subleuasset oculos vidit, quòd multitudo magna venit ad eum, & ita innuitur, quòd ipse prius erat in loco quàm turba.

Dicendum, quòd nunc turba iuit in locum antequam Iesus, eo quòd turba sciebat locum, & Iesus moratus est aliquantulum in mari solatium, vel quietem necessariam sumendo pro se, & discipulis suis. sic dicitur Mar. 6. quòd turbæ de ciuitatibus secutę sunt pedestres, & præuenerunt eos, idest, Iesum, & discipulos eius, & sequitur, & exiens de naui vidit turbam multam, & docebat eos. Et tamen ista est consuetudo Euangelistarum, quòd quædam dimittant, quæ alij exprimunt, & vt quibusdam tacitis fiat conueniens C narratio oportet eam formare, seruata tamen veritate rerum, ita vt interdum videatur vnus Euangelista dicere contraria alteri, & non contradicit. sic patet in suscitatione puellęa Christo suscitatę. nam supra 9. dicitur, quòd pater puellæ dixit: Domine filia mea modo defuncta est: vade, & pone manum tuam super eam, & viuet, & Mar. 5. dicitur, quòd dixit: Domine filia mea est in extremis: vade & pone manum tuam &c. Et tamen hęc diuersitas est, quia Mar. voluit narrare totam seriem rei. ſ. quòd accesserit pater puellę ad Christum, & rogauit pro puella, quæ erat in extremis, quòd veniret Christus, & sanaret eam, & interim puella defuncta est, & venerunt nuncij ad patrem puellę statim, & iam Christus ibat ad suscitandum eam, licet nondum putaretur mortua. & illi nũcij dixerunt ad patrem puellę, filia tua defuncta est, D quid adhuc vexas magistrum? & Christus dixit. noli timere, sed tantum crede, & salua erit, & tunc Christus iuit, & suscitauit eam. Matthęus autem voluit esse breuis omittendo omnia hæc, solum ponens suscitationem puellæ, & quia si introduceret patrem dicẽtem: Domine filia mea est in extremis, oportebat enarrari omnia intermedia tacitis alijs; incepit historiam ex illo loco postquam nuncij dixerant puellam mortuam, quasi tunc pater petere inciperet, & tamẽ si tunc inciperet non pereret pro sanatione, sed pro suscitatione, ideo introduxit eum dicentem: Domine filia mea modo defuncta est. ita in multis alijs. Ita nunc voluit Ioannes omittere multa, quæ alij dixerunt, ideo aliter ordinauit formam narrationis. nam E Matthęus Marcus, & Lucas referunt quomodo ascẽdente Iesu in nauiculam videntes illum turbæ, & cognoscentes exierunt de ciuitatibus, & secutę sunt eum pedestres, & preuenerunt eum ad locum ad quẽ ibat, & tunc exiens vidit turbam congregatam in litore, & cępit prædicare, & sanare ęgros, & deinde cum prorogaretur in longum sermo ita, vt transiret hora ciborum, accesserunt discipuli ad Christum, vt dimitteret turbas ire ad quærendum escas, hæc omnia voluit Ioannes subticere, solum introducens Iesum loquentem discipulis de saturatione turbarum, idest, quomodo prouideretur turbis de cibo, & ad hoc oportuit, quòd aliter formaret narrationem.

A nam non poterat dicere, quòd exiens Iesus de naui vidit turbam congregatam, cum de nauigatione nihil dixisset, sed dixit, quòd sedebat, & vidit turbam multam, quæ venit ad eum. & hoc verum est, quia turba venit, idest, venerat iam, quia venit est præteritum, & tamen, quòd Iesus respiceret turbam non est principiũ historię huius, sed id quod alij Euangelistæ referunt, & tamen artificiose valde dixit Ioannes, cum subleuasset Iesus oculos vidit multitudinem, siue quia multitudo magna venit ad eum, dicit Philippo, vnde ememus panes? nam Matthęus, Marcus, & Lucas introducunt discipulos prius loquentes ad Iesum, quòd dimitteret turbas, & ad hoc B non oportebat, quòd ipse respiceret turbas, sed quòd discipuli aspicerent eas, & tamen Ioannes introducit Iesum loquentem ad Philippum, quasi ipse prius locutus fuerit, non quidem asserens hoc, sed tacens reliquas partes historię: ideo oportuit ad hoc, quòd diceretur Iesus subleuasse oculos, & vidisse turbam, vt per hoc innuatur, quòd fuit solicitus de pascendo turbas, quia subleuatis oculis viderat multitudinem earum, & tamen manifestum est, quòd non illico, vt Iesus vidit turbam dixit Philippo, vnde ememus panes? quia Iesus vidit turbas quando exiuit de naui, & cępit illico docere eas, & sanare languidos earum, & durauit longa hora hęc prędicatio antequam di- C scipuli loquerentur ad Iesum de cibando turbam. Marc. sexto, scilicet, & exiens de naui vidit turbam multam, & cępit docere eos multa, & cum hora multa fieret, accesserunt discipuli eius dicentes. desertus est locus &c. Ioannes tamen ita retulit, ac si postquam Christus vidit turbas nihil egisset nisi de cibis illarum loqui, quia dicitur, quòd videns, quòd multitudo magna venisset ad eum dixit ad Philippum. vnde ememus panes, &c. Quòd autem dicitur, quòd subijt Iesus in montem, non est sensus, quòd ascenderit in aliquem montem antequam turbę venirent, sed mons est hic locus ille, in quo Iesus inuenit turbam, & prędicauit, & pauit eos, & quia magnitudo magna erat, occupabat magnum terræ spacium, cuius partes quędam alijs eminentiores erant, & illę vocantur mons. manifestum est autem, quòd in tali loco Christus esset, quia cum prædicasset tantæ multitudini ad hoc, quòd conspiceretur ab omnibus, & liberius audiretur vox eius, oportebat, quòd ipse esset in loco excelsiori quàm illi, sicut est solitum prædicantibus, & docentibus, Et quia discipuli Christi, sicut erant ei magis familiares quàm cęteri, ita erant loco propinquiores quàm reliqua turba, erant etiam ipsi in illa parte eminenti, licet Christus in eminentiori, ideo dicitur Christus subijsse montem cum discipulis suis. Et hoc etiam artificiose solus Ioannes dixit, quia ipse introduxit Christum respicientem totam turbam ad hoc, quòd solicitus esset de saturatione illorum, & quia tanta multitudo non poterat distincte videri nisi ab eo, qui esset in loco eminentiori quàm illi posuit duo. vnum est, quòd Iesus erat in monte cum discipulis suis: aliud, est quòd subleuauit oculos, quod cęteri Euangelistæ tacuerunt, & pertinet ad artificiosam narrationem Ioannis, qui rem hanc decurtate retulit, omittens quæ alij dixerant. istud enim est, quod magnas ambiguitates lectoribus parit, nisi valde caute attendant, quòd quidam decurtant alij supplent, & quilibet tenet formam sibi conuenientem narrandi quasi plene referat.

Cum dicitur hic, & hora iam præterijt, quæ sit ista hora. Quæst. LXXIII.

QVAERETVR cum dicatur hic, & hora iam pręterijt, quæ hora sit ista.

Dicit Nicolaus, quòd sit ista hora reuertendi ad loca de quibus exierant, quasi dicat, locus est desertus, & non possunt redire ad loca de quibus venerunt, qa hora transijt. dimitte ergo illos ire in loca proxima ad quærendum escas. Sed dicendum, quòd accipitur hic hora pro hora comedendi. Quod patet, quia erat iam plus quàm Merides, cum dicatur Lucæ 9. dies autem cęperat declinare. s. Sol a Meridiano circulo, quod est statim post Meridiem, & tamen ad Meridiem, vel ante est hora comedendi, ideo de hora manducandi dicebant. Et patet ex contextu literæ, qa discipuli loquuntur ibi de cibis, dicentes qp turbæ dimittantur ire ad quęrendum escas: ergo cum hora absolute ponatur debet intelligi de hora vescendi, qa aliàs nō bene sequeretur, qp ex quo hora præterierat, deberet Christus dimittere turbas ad quærendum cibos. Tertio patet, quia expositio Nicolai non est multum ad propositum: nam etiam si hora recedendi ad loca propinqua non transisset, si iam erat hora prandendi, vel appropinquabat, debebat mitti ad quærendum escas, & ideo superuacue diceretur hora præterijt. Quarto quia non stat, quia dicitur hic, & hora iam pręterijt, in quo ponitur hora communis omnibus, idest, quòd omnibus pręterierat, & tamen si accideretur pro hora reuertendi non pręterijsset omnibus, quia quidam illorum essent de ciuitatibus propinquis, idest, de locis proximioribus illi deserto: ergo sicut poterant ire ad loca proxima, poterant ire ad vrbes suas, & tamen exponendo iuxta Nicolaum debet intelligi, quòd mittantur ad loca proxima, quia transit hora. s. reuertendi in sua, ergo non transierat hora reuertendi, vel eundi ad proxima, quia aliàs non potius deberent dimitti in hæc quàm in illa, & tamen loca proxima erant loca quorundam illorum: ergo non præterierat illis hora, & tamen omnibus pręterierat hora, quia absolute dicitur, & hora iam præterijt: ergo intelligitur de hora manducandi, & ideo prouidendum erat eis dimittendo ipsos ire ad proxima loca,

Quomodo istæ turbæ incurrerunt in hanc necessitatem, vt necesse esset eis, vt cibarentur a Christo. Quæst. LXXIIII.

QVAERETVR quomodo istę turbę incurrerunt in hanc necessitatem, vt necesse esset eis, vt cibarentur a Christo.

Aliqui putant, quòd tandiu manserant iam cum Christo, & ideo deficiebat eis cibus, sicut sequenti cap. de turba quam saturauit Christus dicitur, misereor super turba, quia triduo me sustinent, & si dimisero eos in via deficient.

Dicendum, quòd non stat, quia ipso die venerant isti. nam postquam venerunt vsquequo discipuli dixerunt Christo, qp dimitteret eos, non fecit Christus nisi prędicare eis, & sanare infirmos eorum, vt patet Mar. 6. s. exiens de naui vidit turbam multam, & docebat eos multa, & sequitur. cum hora multa fieret accesserunt discipuli ad Iesum dicentes, desertus est locus, & hora pręterijt, dimitte turbas, & sic non transierat dies integer ex quo discipuli ad Christum venerant, sed solum venerant ante Meridiem, & ipse prędicando tenuit turbas vsque post Meridiem, non ergo defecit cibus ex hac causa. Alij dicunt, qp defecit, quia veniebant turbę ad Christum, & putauerūt eum inuenire in aliquo loco habitato, sicut aliàs solebat manere, & ibi inuenirent escas, ideo de locis illis de quibus veniebant non tulerunt secum cibos, nunc vero cum Christus maneret in deserto non inuenerunt ibi aliquid, ideo oportuit, qp remitterentur ad quærendum escas, vel Christus eos pasceret.

Sed hoc etiam non stat, quia turbę sciebant, qp Iesus ibat in locum illum desertum. nam ipse nauigauit, vt iret illuc, & turbę concurrerunt pedestres de ciuitatibus, & præuenerunt Christum illuc euntem, vt dicitur Mar. 6. & qñ ipse exiuit de naui inuenit turbas in loco, & cępit docere eas eo. cap. non ergo ignorabant locum ad quem ibant.

Dicendum igitur, qp causa huius necessitatis fuit, quia turba sciebat locum, ad quem nūc Christus ibat esse desertum, & tamen esse prope castella, & villas, ita qp si Christus non moraretur prędicando, nisi sicut solitus erat, possent competenti hora redire ad loca proxima, vt ibi manducarent, & ideo noluerunt se cum onera ciborum portare. Christus aūt moratus est prædicando, vltra solitum, ita vt iam declinaret dies, & sic erat iam hora tarda ad redeundum in loca proxima pro cibis, & ita fuit occasio, vt Christus, qui tenuerat turbam in sermone, & impediuerat a quærendo cibos daret ei cibos. Et hoc patet, quia discipuli non accesserunt ad Iesum ad hoc, qp dimitteret turbas, nisi quando erat hora tarda. nam dixerunt. hora iam pręterijt, & sic videt, qp si nō fuisset sermo Christi tam longus, non fuerat necesse, qp discipuli accederent ad eum, vt dimitteret eas, sed ipsę poterant ire in loca proxima ad cibos quęrendos, quia adhuc hora competens ad hoc eis superesset.

Quare discipuli accedentes ad Christum non petiuerunt, quòd cibaret turbas, sed quòd dimitteret eas. Quæst. LXXV.

QVAERETVR, quare discipuli accedentes ad Christum non petiuerunt, qp cibaret turbas, sed qp dimitteret eas. nam poterat cibare eas, & ipsi conuenienter hoc petere poterant.

Dicendum, qp nihil tale cogitare poterāt, eo quòd nunquam viderant Christum similia facientem, quia ista fuit prima saturatio turbarum, ideo non occurrebat in mentem talia a Christo petere.

Sed dicetur, qp Iudæi sciebant alia miracula similia facta. nam Deus pauit cęlitus Iudęos in deserto 40. annis dando Manna. Exo. 16. & Deut. 8. etiam Angelus Dñi attulit Eliæ panem subcinericium, & vas aquæ in deserto Bersabęę, vt ambularet in fortitudine cibi illius 3. Reg. 19. cap. etiam tempore famis magnæ pauit Deus Eliam apud torrentem Carith nuttendo ei quotidie panem, & carnes 3. Reg. 17. cap. ideo sic poterant nunc putare de Christo, cum viderent eum alia miracula facere, quòd posset facere istud.

Dicendum, quòd forte discipuli Christi non putauerunt esse tātam necessitatem, vt oporteret vti hoc miraculo ad saturandum turbas, quia erant loca aliqua proxima ad q̄ possent ire, p cibis, sicut ipsi dixerant. s. dimitte turbas, vt euntes in castella emant sibi escas. Sed melius dicendum est, qp faciebant hoc ex quadam imperfectione fidei, quia adhuc non sufficienter de Christo sentiebant, quę oportebat, vel decebat sentire. Quod apparet, quia etiam postquam Christus dixit discipulis vos date illis manducare, nescierunt redire nisi ad modum humanum dicentes. non habemus nisi quinque panes, & Philippus a Christo super hoc interrogatus dixit, ducentorum denariorum panes non sufficient eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat. Ioan. sexto, & alij discipuli dixerunt, euntes emamus ducentis denarijs

denarijs panes, & demus eis, Marci 6. Et tamēn si aliquid fidei haberent de potestate Christi circa hoc, dicente Christo eis: Vos date illis manducare, dicere debuissent, nos non possumus, sed tu posses si vis saturare eos: erat ergo infidelitas, idest, imperfectio quædam fidei discipulorum. Quod magis patet, quia non solum hac vice, cum primo Christus saturauit turbas, sic dubitauerunt, sed etiam in secunda vice, cum iam iterum Christus pauisset turbam, adhuc dubitauerunt, & infidelitatem quandam ostenderunt, vt patet sequenti capitu. & Marci octauo: nam dixit Christus, Misereor super turbam, quia triduo me sustinent, & non habent quid manducent, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. Et dicunt discipuli: Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, vt saturemus tantam turbam? Ista iam erat incredulitas multum increpabilis, & ita Christus arguit eos, infra decimo sexto, super defectu panis quem non portauerunt in via, scilicet, quid cogitatis inter vos modicę fidei, quia panes non habetis? nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum in quinque millia hominum, & quot cophinos sumpsistis, & septem panum in quatuor millia hominum, & quot sportas sumpsistis, quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis? Erat ergo infidelitas, siue imperfectio quædam fidei Apostolorum, quòd non petiuerint nunc a Christo, quòd saturaret turbas. Sic dicit Chrysost. super Matthæum, scilicet, nec discipuli accedentes dicunt ciba eos, ad hoc enim imperfectius erant dispositi, sed dicunt desertus est locus.

Quare discipuli non dixerunt de seipsis, vt Christus dimitteret eos ad quærendum cibos. Et quòd erat consuetudo discipulis Christi secum ferre in itinere panes. Quæst. LXXVI.

QVAERETVR cum discipuli dixerint de turbis, quòd dimitteret eas ad quærendum cibos, quia locus ille desertus erat, quare non dixerunt de seipsis, quia etiam ipsi cibis egebant cum essent in deserto.

Dici potest, quòd discipuli nunc loquendo non solum agebant causam turbarum, sed etiam suam, & forte potius suam, quia erat hora manducandi elapsa, & ipsi volebant manducare, nec poterant Christo prædicante, ideo dixerunt, quòd turbas dimitteret, ita eum vellent turbas dimitti, vt irent ad proxima loca pro cibis, forte ipsi volebant ire pro cibis euntibus turbis, & afferrent illos Christo in deserto, vt manducaret, quia sic aliquando faciebant, vt quando transiuit Iesus apud locum Samariæ, mansit foris apud fontem lassus, & discipuli intrauerunt vrbem pro cibis, & attulerunt eos Christo sedenti ad fontem, Ioan. 4.

Aliter potest dici, & melius, quòd discipuli nihil dixerunt de se, sed de turbis, quia pro se, & Christo panes habebant, scilicet, quinque panes, & duos pisces. Quod patet in litera, quia quando Christus dixit: date vos illis manducare, dixerunt: non habemus nisi quinque panes, & Marci 6. dicitur, quòd Christus dixit illis, quot panes habetis? & illi dixerunt, quinque panes. Et hoc quia consuetudo erat discipulis Christi, quando de aliquo loco exibant cum Christo, portare secum panes ad viam, & si aliquando obliuiscebantur accipere illos, timebant se arguendos a Christo, sic patet infra decimo sexto, scilicet, cum venissent discipuli Iesu trans fretum obliti sunt accipere panes, & tunc Christus dixit eis in via. Intuemini, & cauete a fermento Pharisæorum, & Saducæorum, & illi cogitabant intra se, quòd hoc eis Christus diceret, quia panes non acceperant, & sic apparet, quòd aliàs consuetum erat eis panes tollere in via, maxime autem nunc haberent, quia quando Christus recedere voluit de loco in quo manebat, præmonuit eos dicens: venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum, Marci 6. & supra in litera, & sic ipsi scientes, quòd in desertum ituri erant, pararent sibi necessaria, & ita cum turbis deficeret cibus, non deficiebat discipulis, sic fuit in alia vice, quando Christus saturauit turbas: nam cibus defecerat turbis, & discipuli habebant cibos, & Christus dixit eis, quot panes habetis? & illi dixerunt, septem, & paucos piscículos, sequenti cap. & Marci 8. ideo discipuli pro solis turbis nunc petiuerunt, quòd dimitterentur ire ad quærendum cibos.

Quare discipuli dixerunt nunc Christo, quòd dimitteret turbas ad quærendum cibos, quia nesciebant an secum cibos attulissent. Quæst. LXXVII.

QVAERETVR, quare discipuli dixerunt nunc Christo, quòd dimitteret turbas ad quærendum cibos: nam forte turbæ attulerant secum necessaria pro illa vice, & oporteba t hoc primum discuti, antequàm mitterentur turbæ ad cibos quærendos.

Dicendum, quòd præsupponendum est, quòd discipuli sciebant, quòd turbæ non habebant cibos: nam nō oportet omnia scribi, sed supponuntur quædam tanquàm manifesta, satis enim constat, quòd discipuli non essent tam insipientes, quòd accederent ad Christum prædicantem, interrumpendo verbum eius, rogantes quòd dimitteret turbas ad quęrendum cibos, tanquàm illos non haberent, nisi certificati essent, quòd illos non habebant. Hoc autem poterant scire discipuli ex confessione turbarum: nam cum Christus loquebatur ad quosdam, vel sanabat illos, poterant discipuli loqui multis de turba, & inde scirent, quòd non attulerant secum cibos. Vel forte nihil interrogantes scire hoc poterant ex apparatu turbarum, quia ad hoc quòd tanta turba cibos necessarios afferret, necesse erat aliquem apparatum manifestari, & tamen videbant totam turbam expeditam quasi nihil secum ferentem, ideo apparebat, quòd cibos non habebant: alijs etiam modis hoc constare poterat, ideo petiuerunt, quòd dimitterentur turbæ ire ad quærendum cibos.

Quare discipuli dixerunt desertus est locus. Quæst. LXXVIII.

QVAERETVR, quare dixerunt discipuli desertus est locus. Dicendum, quòd discipuli volebant concludere, quòd Christus cessaret a prædicatione, & dimitteret turbas ire pro cibis, & ad hoc dixerunt desertus est locus, & hora iam præterijt, quasi iam est hora manducandi, immo iam transiuit, & locus est desertus in quo nihil possunt inuenire, dimitte ergo eos ad loca ire, in quibus inueniant.

Et dicitur hoc primo ad ostendendum necessitatem missionis, quasi dicat, si hic possent cibi inueniri, non oportebat quòd turbam dimitteres, sed quòd tecum manerent, & tamen locus est desertus, in quo nihil inuenitur, ideo expedit quòd dimittas eos.

Secundo ad ostendendum necessitatem finiendi sermonem. Christus enim extēderat sermonem suū vltra solitū, & Apostoli orant dicētes, desertus est locus, q. d. si locus esset habitatus in quo turbæ possent habere

habere necessaria, poteras quantum velles extendere sermonem etiam si hora transiuisset, quia cito turbæ poterant habere cibos expleto sermone: nunc tamen quia locus desertus est, oportet ꝙ eant ad alia loca ad quærendum cibos, & quia ad hoc nimis tarda hora est, expedit quòd iam sermonem finias.

Tertio fuit ad exonerandum se a cura pascendi turbam, q.d. licet vltra horam moratæ sint hic turbæ, & non habeant cibos, & honestum esset nos prouidere illis, quia tu illos detinuisti, tamen nõ possumus, quia desertus est locus, & non est vnde cito possimus colligere tantos cibos, & reportare pro hac multitudine, ideo tu dimitte illos, vt citius eant, & quærant, & non oportebit eis redire huc cum cibis.

Quarto referunt Euangelistæ hoc dictum, vt nos G instruamur de qualitate loci, vt sciamus, quòd miraculum factum fuerit: nam si Christus pauisset turbas istas in aliquo loco habitato, vel iuxta illum, posset dici, quòd non miraculose pauerat, sed cibos secrete fecerat adduci de loco illo: nunc vero cum dicatur, quòd locus desertus erat, tollitur ista suspitio, & constat verum esse miraculum. Sic dicit Chrysost. super Matth. propter hoc autem, & in desertum eos ducit, vt sine omni suspitione sit hoc miraculum, & nullus existimet de castello aliquo prope existenti inferti aliquid ad mensam, sed quamuis locus desertus sit, tamen qui nutrit orbem terrarum adest, & si hora iam præterijt vt dicunt, tamen qui non erat horæ suppositus loquebatur. H

Ad quid Christus voluit loci, ac temporis opportunitatem quærere ad miraculum hoc saturationis turbarum. Quæst. LXXIX.

QVAERETVR cum Christus voluerit istud miraculum saturationis turbarum facere quærens ad hoc opportunitatem loci, & temporis, ad quid illud voluit: nam quæsiuit opportunitatem loci, quia duxit turbas in desertum locum, vbi nihil possent habere. Etiam quæsiuit tempus tenens eas diutius, quàm solitus erat in sermone, ne maneret turbis hora competens ad eundum in loca proxima pro cibis. Dicendum, quòd Christus voluit ostendere potestatem suam per omnia genera miraculorum: nam sicut ostenditur magnitudo potestatis ex magnitudine rei factæ etiam si sit vnica, ita ostenditur in varietate rerum factarum. Christus autem hoc duplici modo ostendebat potestatem suam: nam quodlibet opus miraculorum Christi ostẽdebat infinitam potestatem eius, quia miraculum non potest fieri, nisi ab infinita potentia. Etiam ostendebat potestatem in varietate rerum, quia nullum genus rei erat in quo miracula non faceret, scilicet, in terra, in mari, in hominibus, in dæmonibus, & ita in omni genere creaturæ, & quia saturare turbam miraculose, erat vnum genus miraculi, voluit etiam in hoc ostendere potentiam suam. Secundo, & magis specialiter fuit ad K ostendendum se Deum esse: nam Deus in veteri Testamento miraculose pauerat Iudæos in deserto quadraginta annis, nunc autem ipse pascebat turbas, vt Christus ostenderet se esse illum Deum qui quoque Iudæos pauerat, & sic dicit Ioan. 6. quòd Moyses non dederat Iudæis panem de cœlo, sed pater suus, q.d. ꝙ ita ipse nunc daret panem miraculose, & ita viderent eandem potentiam nunc esse eius, qui cibabat eos, & illius qui dederat eis manna in deserto. Sic dicit Chrysost. quòd enim videbatur Iudæis in eremo esse miraculum, cum dicerent, Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto populo suo? & per opera Christus ostendit, & propter hoc ducit eos in desertum.

An fuit conueniens, quòd nunc Christus faceret istud miraculum saturationis turbarum. Quæst. LXXX.

QVAERETVR an fuit conueniens, quòd nunc Christus faceret istud miraculum saturationis turbarum: nam miraculum non debet poni sine necessitate, idest, quãdo non potest aliter prouideri, ideo oportet hic ostendi talem necessitatem, vt cõuenienter miraculum factum dicatur. Aliqui dicunt, quòd non fuit causa sufficiens faciendi miraculum, quia poterat turbis prouideri sine miraculo: nam poterant ire ad loca proxima, & ibi inuenirent escas: sic dixerunt discipuli, dimitte turbas, vt euntes in castella emant sibi escas. Dicendum, quòd fuit conueniens causa faciendi, eo quòd erat defectus ciborum, nec erat competens modus quærendi illos: nam nec erat locus, neque tempus: non quidem locus, quia desertus erat locus, sicut dixerunt discipuli, desertus est locus, tempus etiam non erat conueniens, quia iam præterierat hora manducandi, sicut dixerunt discipuli, scilicet, & hora præterijt, & dato quòd vellent ire ad loca viciniora, esset hora tardissima. Ideo dicendum, quòd si accipiatur hic necessitas faciendi miraculum istud saturationis, ita quòd illo non facto necesse esset fame perire turbam totam, non erat necessarium fieri illud, quia poterat turba euadere etiam, sed cum difficultate, sicut dixerunt discipuli, scilicet, quòd irent in proxima loca, & inde emerent escas. Accipiendo tamen necessitatem ita, vt non facto miraculo male se haberet turba, verum est, quòd erat necessarium fieri: nam hora iam transierat manducandi, & loca non erant multum propinqua illi deserto, & sic antequàm illuc peruenirent affligerentur valde fame, & laxarentur, sicut Christus dixit in secunda saturatione turbarum, sequenti cap. & Marci 8. Si dimisero eos ieiunos, deficient in via, & vt non deficerent pauit eos, maxime quia hic erant mulieres, & paruuli, vt patet supra in litera, & illi valde deficerent, sustinendo famem, & laborem itineris tam longa hora, & forte aliqui perirent, ideo necessitas quædam erat prouidendi eis. Item necessitas erat honestatis, quia si Christus non intenderet prouidere eis, imprudenter egisse videretur detinendo turbam in sermone tanto tempore vltra solitum, quòd non esset eis locus quærendi cibos, vt ergo non videretur egisse imprudenter, debuit eis prouidere, & ita fuit: nam si Christus non intendisset eis prouidere multo ante finiuisset sermonem, vt hora congrua mitteret turbas ad quærendam refectionem. Ad dictum discipulorum dicendum, quòd illud non erat sufficiens remedium ad euitandum omne inconueniens, vt ostensum est supra. Erat tamen minus malum remedium, quod haberi poterat, & erat remedium eorum, quibus nihil aliud posse fieri videbatur, & tamen pro eo qui posset aliter prouidere, non erat conueniens remedium, & sic Christus aliter prouidit.

Quomodo Euangelistæ inter se circa hoc discordant, & quomodo concordentur. Quæst. LXXXI.

QVAERETVR quomodo stat, quia Euangelistæ videntur discordare: nam Matthæus, Marcus, & Lucas dicunt, quòd locutus est Christus ad discipulos dicens, vnde haberẽt panes pro ista multitudine, vt colligitur Mar. 6. & tamen Ioan. 6. dicitur, ꝙ Christus locutus fuerit Philippo dicens: vnde ememus panes, vt manducent hi? Item quia Matt. Mar. & Luc. dicunt, ꝙ discipuli dixerunt, ꝙ non habebant nisi quinque panes, & Ioan. 6. dicitur, quòd Andreas hoc dixit,

dixit, scilicet, est puer vnus hic qui habet quinque panes. Dicendum, ꝙ veritas fuit, ꝙ Apostoli accesserũt ad Christum prædicantem, vt dimitteret turbas, & tunc Christus dixit omnibus discipulis, vt darent illis manducare, & tunc illis forte non respondentibus, vel dicentibus, ꝙ non possent, dixit Christus Philippo, vnde ememus panes, vt manducent hi? Ioan. 6. & Philippus dixit, ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat, & tunc Christus dixit quot panes habetis? & Andreas respondit: est puer vnus hic qui habet quinque panes, &c. Discordia autem etiam videtur quòd Ioannes dixit Philippum, & Andream locutos, alij Euangelistæ dixerunt discipulos locutos.

Dicendum, ꝙ veritas est, ꝙ Philippus locutus est, & postea Andreas, sicut dictũ est, & tamen alij Euangelistæ dicunt locutos fuisse discipulos, quod verum est, quia quando vnus de discipulis loquitur, dicuntur loqui discipuli, maxime quia Christus ita interrogabat vnum, ac si interrogaret omnes, cum omnes essent presentes, & quilibet illorum respondebat nomine omnium, quia omnes astabant, sed non poterant omnes simul loqui ne turbaretur, & confunderetur locutio, & ita si vnus respondeat vice communitatis alicuius, communitas respondere dicitur. Sic dicit Aug. lib. de concor. Euãg. scilicet, hoc Philippus apud Ioannem respondit, sed Marcus a discipulis responsum esse commemorat, volens intelligi hoc ex ore cæterorum Philippum respondisse, quamquam & plurãlem numerum pro singulari vsitatissime ponere potuerit, quod autem Andreas apud Ioannem de quinque panibus, & duobus piscibus suggessit, hoc cæteri Euangelistæ pluralem numerum pro singulare ponentes, ex discipulorum persona retulerũt.

Quomodo quidam Euangelistæ exprimunt, quæ alij non dixerunt, & in his quæ omnes expresserunt, non est eadem sententia. Quæst. LXXXII.

QVAERETVR quomodo potest stare, quia hic dicitur, quòd quando Christus dixit discipulis, quòd darent ipsi turbis ad manducandum. Responderunt, non habemus nisi quinque panes, & D duos pisces, & Lucæ nono dicitur, Non est nobis nisi quinque panes, & duo pisces, nisi forte nos eamus, & emamus denariis ducentis panes, & dabimus eis manducare, nunquid sufficiunt eis? & dicit eis Iesus, quot panes habetis? ite, & videte, & cum cognouissent dicunt ei, quinque, & duos pisces.

Dicendum, quòd hic est duplex difficultas. Vna quia quidam Euangelistæ exprimunt quædam quæ alij non dixerunt, quæ videntur mutare veritatem narrationis. Secunda, quia in ipsis etiam quæ omnes expresserunt, non concordant in verbis, ita vt aliqualiter mutari sententia videatur.

De primo dicendum; quòd non est notum, quòd vnus Euangelista exprimat quod alius tacuerat, quod E in præcedẽn. quæst. vidimus abundanter, & sic mutuo se suppleant, vnde quando quilibet Euangelistarum loquitur ita accipienda sunt verba sua, vt non credamus nihil amplius fuisse, nisi quod ipse dixit, sed ꝙ potuit aliquid omitti, quod suppleuerit alius, & cum in alio suppletum viderimus, necesse est intelligi in priori fuisse omissum. Sed hoc est, quod lectores fallit, & turbat, nisi caute attendant, quia quilibet Euangelistarum ita artificiose suam narrationem contexit, & format, quòd nihil illi deesse videatur, sed hoc ad loquentis, vel scribentis ingenium pertinet, & non tollit rerum veritatem. Nunc autem inter Euangelistas nemo plura expressit in sentẽtia, quàm Mar- A cus: nam quòd Christus dixerit discipulis, quot panes habetis, ite & perquirite, & quòd hoc cognito venerint ad respondendum, nemo nisi Marcus expressit, & totum quod Ioannes dixit de locutione Christi ad Philippum, & de Andrea postea loquente Marcus expressit, nisi quòd in verbis differt, quia id quod Ioannes a Philippo, vel Andrea dictum posuit, Marcus ad discipulos dixit pertinere, vt dictum fuit præcedẽn. quæst. quod verò Lucas posuit, scilicet, nisi nos eamus, & emamus in hanc omnem turbam escas, etiam Marcus expressit dicens, si euntes emamus denarijs ducentis panes, sed differt in modo loquendi. Matthæus autem hic plusquàm omnes tacuit asserens solũm dictum a discipulis, quòd haberent quin- B que panes. August. autem dicit etiam omnes istas sententias comprehendi in verbis Lucæ: nam inquantum dicit, non sunt nobis nisi quinque panes, inclusit sententiam Andreę dicentis, Ioan. 6. Est puer vnus qui habet quinque panes, &c. Inquantum vero dixit, nisi forte nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas, inclusit duas sententias, s. vnam Philippi qua dixit, ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat, & aliã Andreæ, quia cum dixisset: Est puer vnus hic, &c. subdidit, sed hæc quid sunt inter tantos? vnde August. lib. de concor. Euãg. ait. In quibus verbis Lucas in vnam sententiam construxit responsionem Philippi dicentis, ducentorum denariorum panes non suf- C ficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat, & responsionem Andreæ dicentis, est puer vnus hic qui habet quinquẽ panes ordeaceos, & duos pisces, vt narrat Ioannes. Quòd enim Lucas ait: non sunt nobis nisi quinque panes, & duo pisces: ad Andreæ retulit responsionem. Quod vero adiunxit, nisi forte nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas; videtur ad responsionem Philippi pertinere, nisi quòd de ducentis denarijs tacuit, quamquam ex ipsius Andreæ sentẽtia hic posset intelligi; cum enim dixisset: est puer vnus hic qui habet quinque panes ordeaceos, & duos pisces, adiunxit, sed hæc quid sunt inter tantos? hoc est dicere, nisi forte nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas.

De secundo, scilicet, de varietate verborum in his, D in quibus communiter expresserunt, est dicendum; ꝙ difficile est eandem sententiam a multis sub eisdem omnino verbis proferri, immo sub eodem modo cõcipiendi assumi, & ideo cum de hac re omnes loquerentur varijs verbis ipsam veritatem omnes protulerunt: nam aliter hoc concepit Marcus, cum ait: si euntes emamus denarijs ducentis panes, & dabimus eis manducare, nunquid sufficiunt eis? Lucas vero aliter ait, scilicet, non sunt nobis nisi quinque panes, nisi forte nos eamus, & emamus in hãc omnem turbam escas, sed ista verborum varietas non nocet, neque ad eam attendendum est, cum de rerum veritate constet. Sic enim August. lib. de concor. Euang. cum posuisset concordiam in hac parte, vt supra dictum est, subiunxit, ex qua varietate verborum rerum autem sententiarumque concordia scitis, apparet salubriter nos doceri, nihil quærendum in verbis, nisi loquẽtium veritatem, cui demonstrandę inuigilare debent omnes veridici narratores, cum de homine, vel de Angelo, vel de Deo aliquid narrant.

Sed tunc dicetur, quæ verba istorum dicta fuerunt? quia non est possibile, quòd omnia verba Euangelistarum fuerint dicta in hac collocutione Christi, & discipulorum super saturatione turbarum.

Dicendum, quòd non est possibile omnia fuisse dicta, quia in eadem re, & sententia varia verba, & varium modum concipiendi sententiam posuerunt

runt diuersi Euangelistæ, vt ostensum est præcedenti quæstio. Sed videtur dicendum, quòd quantum ad ea, quæ Ioan. expressit de Philippo, & Andrea, talia fuerunt verba, qualia ipse expressit, & ideo quantum ad illam partem cæteri Euangelistæ reducuntur ad eum, & tamen Ioan. non plene expressit rem istam, quia aliqua interciderant, antequàm Christus loqueretur Philippo, quæ alij Euangelistæ expresserunt, & etiam postquàm introducitur loquens, aliquid dictum fuit, quod Ioan. tacuit, scilicet, id quod dicitur Marci 6. quòd Christus dixerit discipulis quot panes habetis? ite, & perquirite, vel videte, & illi iuerunt ad videndum. Ob hoc ergo dicendum, quòd nemo Euangelistarum expressit totaliter formam verborum Christi, & discipulorum hic, & forte nemo illorum expressit aliquid de verbis omnino formalibus huius collocutionis, & tamen nihil differt in hoc, cum sola rei veritas attendenda sit.

An isti panes quinque erant discipulorum, vel alterius.
Quæst. LXXXIII.

QVAERETVR circa panes istos quinque, quia dicitur hic, non habemus nisi quinque panes, & Ioan. 6. dixit Andreas, est puer vnus hic qui habet quinque panes: cuius erant isti panes an discipulorum, vel alicuius alterius.

Dicendum, quòd erant discipulorum Christi. Primo, quia quando Christus dixit discipulis: Date vos illis manducare, dixerunt discipuli, non habemus nisi quinque panes, & duos pisces, ergo sui erant, quia aliàs panes istos habere non dicerentur.

Secundo, quia Christus dixerat, Date vos illis manducare, & tamen discipuli non poterant dare turbis ad manducandum, quia tunc non dicerentur ipsi aliquid dare turbis, sed turbæ comederent quod suum erat.

Tertio patet, quia Marci 6. dicitur, quòd Christus dixit discipulis, quot panes habetis? ite & videte, & cum cognouissent dicunt ei, quinque panes, & duos pisces: Cum ergo quæreret ab eis Christus quot panes ipsi habebant, & ipsi dicerent quinque, videretur quòd sui erant.

Quarto, quia Lucæ nono, quando Christus dixit discipulis, Date vos illis manducare, dixerunt: non est nobis plus quàm quinque panes, & duo pisces, ergo ipsi habebant hoc.

Quinto patet, quia discipuli Christi semper portabant panem, & necessaria in via, & nunquàm cessabant portare, nisi interdum obliuiscerentur, & tunc putabant se increpabiles: sic patet infra decimosexto, scilicet, Cum venissent discipuli eius trans fretum obliti sunt panes accipere, hic autem non obliti sunt, quia Iesus præmonuerat eos, quòd ituri erant in locum desertum, Marci 6. & supra in litera, ideo panes portarent, & sic isti quinque panes sui essent.

Sexto, quia etiam aliàs discipuli Christi indiguissent cibis in deserto, sicut turbę, & tunc non dicerent Christo, dimitte turbas, vt euntes in castella emant sibi escas, sed eamus iam in castella, & quæramus omnes cibum, & tamen petiuerunt pro turbis, & non pro seipsis, ideo videtur, quòd habebant isti cibos, & erant isti quinque panes, cum dicatur Lucæ 9. Non est nobis plus, nisi quinque panes, & duo pisces.

Cum autem dicitur Ioan. 6. Est puer vnus hic: Dicendum, quòd erant isti panes discipulorum Christi, & ille puer erat aliquis de discipulis Christi, & non vocatur puer ætate, sed ministerio, quia modus loquendi scripturæ est, quia omnes ministri, vel seruitores alicuius vocentur pueri eius, sic dicitur supra in litera, quòd dixit Herodes pueris suis, idest, seruis suis, vt ibi expositum est.

Quomodo discipuli Christi tam paucos panes habebant cum tot essent. Quæst. LXXXIIII.

QVAERETVR quomodo discipuli Christi tam paucos panes habebant cum essent tot, quia non erat eis sufficiens cibus.

Aliqui dicunt, quòd hoc erat propter vitam austeram, quam tenebat Christus, & discipuli: nam non vacabant cibis, sed spiritualibus rebus, ideo paucis erant contenti. Sic dicit Chrysost. addiscimus autem in hoc discipulorum philosophiam, qualiter contem pserant escam, duodecim enim quinque panes habebant, & duos pisces, contemptibilia enim eis erant corporalia, & a spiritualibus possidebantur.

Sed hoc non multum stat. Primo, quia discipuli Christi non habebant vitam ieiunantium, sed comedentium, & bibentium iuxta vitam mediocrem aliorum hominum, sic Christus dixit de seipso: Venit filius hominis manducans, & bibens, supra 11. Et sic discipuli manducabant, & bibebant, non obseruantes ieiunia, vnde increpabantur a Pharisæis, & discipulis Ioannis Baptistæ, quare non ieiunarent, & Christus dixit, quòd non possunt filij sponsi ieiunare quãdiu sponsus cum eis est, supra 9. & Marci 2. & Lucæ 5. Secundo, quia dato, quòd discipuli Christi haberent vitam magnorum ieiuniorum, saltem stomachum pane replerent ad saturitatem, quia oportebat vitam sustentare, ideo non abstinerent a pane, quia ieiunans cauere debet delitias ciborum, sed non saturitatem ad sustentationem naturæ, ideo non haberent paucos, quasi vellent habere vitam valde continentem, vel abstinentem a cibis.

Aliter potest dici, quòd habebant solum quinque panes, quia discipuli Christi pauci erant tunc, & sufficiebant eis isti panes.

Quòd autem dicit Chrysost. quòd erant duodecim, dicendum, quòd multo plures erant, quia illi duodecim erant Apostoli, & præter illos habebat multam turbam discipulorum: nam designauit etiã alios septuagintaduos discipulos post Apostolos, Lucæ 10. cap. & tamen non erant semper cum Christo. De Apostolis patet, quia illos mittebat ad prædicandum, supra 10. & Lucæ 9. & sic interdum plurimi illorum erant absentes. De septuagintaduobus discipulis patet, quia illos etiam mittebat ad prædicandum binos ante faciem suam in omnem locum, quo ipse venturus erat, Lucæ 10. & sic poterat esse nunc quòd pauci tam de discipulis, quàm de Apostolis essent cum Christo, ita vt sufficerent eis isti panes.

Tertio potest dici, quòd isti quinque panes sufficiebant eis etiam si essent plures, quàm duodecim, quia forte erant panes magni secundum consuetudinem regionis, sicut in quibusdam regionibus ita sunt panes magnæ quantitatis, quòd vnus sufficiet homini plusquàm quindecim dies, & hoc est valde verisimile.

Quarto potest dici, quòd isti quinque panes forte non sufficiebant pro discipulis Christi, & tamen nũc non habebant plures, quia fortassis non sumpserant victualia sufficientia, quando intrauerunt nauiculam, & hoc quia forte in mari morati sunt plusquàm credebatur, & sic quando exierunt in terram ad turbas, supererat paucus victus, & ita interdum accidebat discipulis, quòd deficerent eis victualia, ita vt cogerentur manducare herbas, sicut quando sabbato esurientes vellebant spicas, supra 12. cap.

Quare nunc discipuli ferebant pisces, & non alium cibum. Et quando sit a Beato Petro instituta Quadragesima.
Quæst. LXXXV.

QVAERETVR quare nunc discipuli ferebant pisces potius, quàm alium cibum. Aliqui dicũt, ꝙ hoc erat, quia Quadragesima erat tunc, & motiuum eorum est, quia ista legũtur ab Ecclesia in Quadragesima. Sed dicendum, ꝙ ista est insania: nam Quadragesima non fuit a Christo instituta, sed a Petro post Christi mortem longo tempore: nam licet Christus eam semel ieiunauit in deserto, tamen ieiunandam nõ instituit, nec postea ipse, nec discipuli sui eo viuente eam ieiunauerunt. Motiuum autem istorum est ridiculũ, & puerile, s. quia Ecclesia legit hæc in Quadragesima: nam verum est, ꝙ hoc miraculum factum est eo tempore, quo Quadragesima nostra accidere solet: nam Ioã. 6. dicitur prope erat Pascha dies festus Iudæorum, qñ Christus pauit turbam, & tñ Pascha Iudæorum accidit in Quadragesima nostra, ideo verum est, ꝙ accidit istud miraculum circa Quadragesimam nostrã, & tñ tunc nõ erat Quadragesima, quia nõdum fuerat instituta. Similis insipientia est eorum qui introduxerunt pisces in cęna Dñi cum discipulis discumbentis, & tñ motiuum horum est, ꝙ hoc fuit die iouis cęnæ, qui dies est in Quadragesima. Sed hoc nihil est, quia constat Dñm, & discipulos eius tũc mãducasse agnum paschalem ſm legẽ. Alij dicunt, ꝙ licet non esset tunc Quadragesima, tñ discipuli Christi, quia tenebant vitam abstinentium a cibis, vtebantur potius piscibus, quàm carnibus. Sed dicendum, quòd non stat, quia discipuli Christi non ieiunabant quandiu manebant cum Christo, vt dictum est præceden. quæst. & intelligitur de ieiunijs supererogationis, secus de ieiunijs necessarijs, quia omnia ieiunia instituta apud Iudæos obseruabant, quæ autẽ sunt illa ostensum est supra 6. cap. q. 134. Dicendum autem, ꝙ piscibus vtebantur discipuli Christi, vt cõmuniter: nam sicut in hac saturatione turbarum, inuenti sunt apud eos duo pisces, & quinque panes, ita & in alia vice habuerunt septem panes, & paucos pisciculos, sequenti cap. & Marci 8. Et hoc erat propter tria. Primo, quia melius aptantur pisces ad viam, quàm carnes, vt si ponantur pisces in pane. Secundo, & præcipue propter communitatem cibi: nam pisces erant communiores in terra illa, quàm carnes, quia erant iuxta mare: nam nunc Christus iuxta mare Galilææ erat, quando istud fecit, Ioan. 6. & de mari ipse exiuerat, Marci 6. & supra in litera, & ita in alia vice, quando saturauit turbas etiam erat iuxta mare, ideo postquàm saturauit eos, statim ascendit nauiculam sequenti cap. & Marci 8. Ideo communius ibi, & promptiùs cibos de piscibus, quàm de carnibus haberent. Tertio, quia pisces in regione illa erant cibus pauperum propter suam communitatem. Christus autem, & discipuli sui erant pauperes, ideo vtebantur cibis pauperum potius piscibus, quàm carnibus.

Quare discipuli tam paucos pisces habuerunt.
Quæst. LXXXVI.

QVAERETVR, quare discipuli tam paucos pisces habuerunt, s. duos tantum. Aliqui dicunt, quòd fuit hoc, quia parcè delitijs vtebantur: nam ieiunantes, siue abstinentes sustentare naturam debent, & ventrem grosso cibo replere, tamen lautiora conuiuia marinarum beluarum eis facere non licet, vt ait Greg. & distinct. 4. in Decretis, cap. deniq;, & ideo licet vterentur discipuli pane ad saturitatem, tamen non piscibus, ideo duos tantum pisces habuerunt, & etiam in alia saturatione turbarum dicitur, ꝙ habebant discipuli septem panes, & paucos pisciculos, sequẽ. cap. & Mar. 8. Sed dicendum, ꝙ non stat. Primo, quia discipuli non tenebant vitam ieiunantium, sed manducãtium, vt dictum est supra quæst. 85. Ideo ex hac parte non abstinerent ab aliquo genere cibi, nec etiam a quantitate eius. Secundo, quia abstinentes, vel ieiunantes abstinent a preciosis cibis, & delicatis, & tamen nullus cibus grossior, & communior in litore maris reputatur, quàm pisces, & nunc discipuli erant in litore maris, Ioan. 6. Ergo non reputarent pisces cibum preciosum, vt propter ieiunium vellent abstinere a piscibus saltem secundũ quantitatem. Sed dicendum, ꝙ habuerunt solum duos pisces, quia forte erant valde magni, ita vt sufficerent toti familiæ Christi, sicut de quinque panibus dictum est. Secundo, quia forte acciderat præter intentionem discipulorum diminutum fuisse victum eorum, ita vt non sufficeret, & ita contingit ꝙ paucos pisces haberent. Tertio potest dici, & melius, ꝙ paucos pisces discipuli semper portabant, quia nõ volebant rebus inutilibus se onerare: nihil enim facilius in litore maris ambulantes habere poterant, quàm pisces, & ideo paucos semper secum portabant, & sic etiam in secunda saturatione dicitur seq. cap. & Mar. 8. ꝙ paucos pisciculos habebant. Quarto, quia præcipuus cibus est panis, ideo de illo oportet haberi copiam ad abundantiam, quia est necessarius. Cæteri autem cibi sunt ad bene esse, ideo de illis non est tanta cura, sic dr̃ Ecclesiastici 29. Initium vitæ hominis panis, & aqua, & vestimentũ, & domus protegẽs turpitudinem, & sic nullus cibus positus est ibi esse necessarius, nisi panis. De piscibus ergo nõ erat tanta cura discipulis, ꝙ haberent illos ad copiam, vel non, dum tamen haberent panis sufficientiam semper paucos pisces portabant.

Quare Christus iussit ad se afferri panes.
Quæst. LXXXVII.

QVAERETVR quare Christus iussit ad se afferri panes. Aliqui dicunt, quòd hoc fuit, quia sic oportebat ad hoc, quòd miraculum fieret, quòd ipse tangeret panes. Dicendum, quòd sicut Christus poterat facere miracula tangendo aliquid, ita & non tangendo, sicut patet in seruo Centurionis, quem absentem sanauit, supra 8. & Luc. 7. & in filio Reguli, Ioã. 4. & in filia mulieris Chananęæ, infra 15. Ita ergo non tangendo panes poterat multiplicare illos faciendo hoc miraculum: & sic tangentibus solis discipulis poterat fieri, & tamen non fieret miraculum virtute discipulorum tangentium, sed Christi non tangentis. Secundo patet, quia Christus misit discipulos ad prædicandum, & sanandum ægros, & illi impositis manibus sanabãt multos, supra 10. & Lucæ 9. & vngebant oleo multos, & sanabant. Marci 6. Ibi enim Christus non tangebat, sed discipuli, & fiebat miraculum, ita ergo fieri posset hic.

Dicendum, quòd æqualiter poterat miraculum istud fieri Christo tangente panes, vel non tangente, voluit tamen ipse tangere, & quòd afferrentur ad eũ panes. Primo ad maiorem ostensionem miraculi, quia cum panes ponerentur coram Christo, pręsentibus discipulis, & multiplicarentur, nemo poterat negare, quòd factum fuerat: si autem non fuissent allati Christo panes, & in manibus discipulorum fuissent multiplicati, posset quis dicere, quòd secreto tenebãt ipsi multos panes, & illos diuidebant inter turbas, & ita non erat miraculum.

Secundo fuit ad ostendendum, quòd istud miraculum erat ab eo: nam si frangentibus discipulis pa-

nes, & Christo non tangente illos fieret ista multiplicatio, putaret quis quod hoc fiebat virtute discipulorum, vel saltem non fiebat virtute Christi, quia Iudæi erant rudes, & non credebant virtutem posse deriuari, vel fieri actionem aliquam sine corporali contactu, voluit ergo per se agere. Et hoc fuit, quia istud miraculum nunc Christus nouiter egit, & ideo oportet, quòd ab eo videretur habuisse originem. Alia vero miracula concedebat discipulis facere, idest, quòd loquentibus, vel tangentibus illis aliquam rem fierent miracula, eo quod talia sæpe ipse per se egerat, & sic apparet manifeste etiam quantum ad rudes, quòd in illis Christus dedisset potestatem discipulis, quia prior ipse egerat: miraculum autem saturationis turbarum ante hoc nunquam factum fuerat, & si nunc discipuli illud agerent saltem quantum ad rudes, non constaret, quòd in hoc potestatem a Christo accepissent, ideo fuit conueniens, quòd istud ipse per se faceret, & ad hoc voluit, quod panes afferrentur ei.

Quare Christus dixit discipulis quot panes habetis.
Quæst. LXXXVIII.

QVAERETVR quare Christus dixit discipulis, quot panes habetis: nam cum intenderet facere istud miraculum poterat dicere: afferte hic panes, ipse namque sciebat quot panes, & pisces erant. Dicendum, quòd istud miraculum saturationis turbarum erat magnum, & magnæ opinionis apud Iudæos propter tria. Primo, quia in hoc ostendebatur quædam similitudo potestatis ad Deum, qui pauerat Iudæos in deserto quadraginta annis, Exodi decimosexto, & Deuteronom. 8. In alijs autem miraculis, quia non erat talis similitudo ad miracula facta a Deo, non erat tanta opinio de eis. Secundo, quia istud erat insolitum, & nunc nouum, quia nunquàm Christus simile egerat: & ob hoc voluit istud miraculum manifestari, ita quòd nemo posset dubitare de illo, nec quantum ad hoc, an factum esset, nec etiam de magnitudine eius. Erat autem magnitudo miraculi in paucitate materiæ, quia quanto esset paucior materia, de qua Christus tantam multitudinem saturaret, esset maius miraculum, ideo non solum voluit Christus sciri, quòd ipse saturabat turbam, sed etiam de quot panibus eam saturabat, & vt non possit dubitari quot erant, scilicet, quinque, fit magna collocutio super hoc, vt ita omnibus discipulis notum esset, & ab eis confessum, quòd non erant, nisi quinque panes, & ideo prius Christus dixit: Date vos illis manducare, vt ex hoc cogerentur discipuli considerare paucitatem panum quos habebant, & appareret, quòd non poterant turbam pascere: etiam postea dixit Philippo: Vnde ememus panes, vt manducent hi? Ioan. 6. Et ille ait: ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat, & tunc Christus dixit quot panes habetis? Lucæ 9. & Mar. 6. Et hoc vt ipsi confiterentur quot panes erant, & non posset hoc negari. Et quia si discipuli confiterentur esse quinque, posset aliquis dicere, quòd forte non bene respexerunt, quia erant multo plures, fuit maior cautela circa hoc: nam Christus dixit discipulis, quot panes habetis? ite, & videte, & cum cognouissent dicunt ei, quinque, Marci 6. Et ita manifeste apparebat, quòd soli quinque panes fuerunt, de quibus totum hoc miraculum factum est. Tertio fuit, vt quia ista collocutio de numero panũ intercederat Christo, & discipuls scriberent eam sic Euangelistæ, vt non solum eis qui tunc erant, sed etiam nobis magnitudo miraculi innotesceret. Si autem non fuisset talis collocutio, non scriberent Euangelistæ, & sic non esset nobis notum de magnitudine istius miraculi.

Quare Christus iussit hominibus discumbere.
Quæst. LXXXIX.

QVAERETVR quare Christus iussit discumbere hominibus, Dicendum, quòd discumbere est iacendo manducare secundum antiquum morem, nunc enim sedentes manducamus, tunc enim iacentes: ideo tunc in lectis siue triclinijs erat locus ciborum, vt patet 1. Regum 9. & tamen triclinium lectus est, iussit ergo Christus, i. vt iacerent modo consueto. Et hoc primo, quia volebat dare eis prandium sufficiens, ideo noluit mutare consuetudinem comedendi. Secundo, & principalius fuit, vt magis appareret miraculum: nam si non sederet, vel iaceret turba, sed staret, esset confusa, & non appareret distincte quid apponebatur, & quid supererat, & tamen hoc pertinebat ad magnitudinem miraculi, ideo fecit, quòd sederent. Tertio fuit, vt eis possit ministrari; nam per manus discipulorum eis dandus erat cibus, quia si staret tota multitudo nesciretur cui dabatur, oportuit, quòd sederent, & ita etiam fuit causa, quòd sederent per cõtubernia, i. per centenos, vel quinquagenos, vt dr̃ Mar. 6. & Lucæ 9. Quarto fuit, & etiã præcipue propter reliquias ciborum, quia voluit Christus ostendere magnitudinem istius miraculi, non solum in magnitudine manducantium, & paucitate ponentium, sed etiam in magnitudine reliquiarum: nam si perfuerunt duodecim cophini, vt dicitur supra in litera: non poterant tamen colligi istæ reliquiæ, si turbæ stanti daretur cibus in manu, ideo debuerunt sedere, & poni cibus in mensa, & quòd quisque comederet quantum volebat, & manerent ibi reliquiæ: necesse erat ergo, quòd sederent, siue discumberent.

Quare fecit Christus turbam discumbere, antequàm panes frangeret.
Quæst. XC.

QVAERETVR quare fecit eos discumbere, antequàm panes frangeret, & multiplicaret. Dicendum, quòd fuit primo ad hoc quòd posset ministrari turbę cibus: nã discipuli ministraturi erant, & non poterant ministrare, nisi turba ordinate discũberet, ideo ante omnia debuerunt discumbere. Secũdo, quia licet cibus non esset paratus, quando discumbebant inuitati, erat tamen facile parari, qa inter manus comedentium parabatur, & inter manus portantium, & ideo nihil supererat, nisi q̃ discũberẽt. Si autẽ aliter cibus parandus esset, oporteret multo prius cibum esse paratum, q̃ iuberetur turba discumbere, tamen Deo ita facile est vocare homines ad cibum nõ paratum, sicut ad paratum, ideo iussit turbæ discumbere. Sic dicit Chrysost. nondum enim apparentibus panibus iussit eos discumbere, vt disceas, quia non entia, vt entia ei subsistunt, sicut Paulus ait, qui vocat ea, quæ non sunt, tanquàm ea quæ sunt.

An in conuiuio isto fuerit vinum a Christo datum. Et quæ vere sint ad vitam sustentandam necessaria. Et quòd aquæ conuersio in vinum in Chana Galilęæ, fuit quodammodo necessaria.
Quæst. XCI.

QVAERETVR, cum in conuiuio isto Christus pauerit turbas de quinque panibus, & duobus piscibus, an etiã dederit vinum. Aliqui dicunt, q̃ sic, quia opera Dei sunt perfecta, Deuter. 32. Et tã sicut est homini necessarius cibus, ita ẽt est necessarius potus, immo facilius contingit mori pro defectu potus, q̃ cibi, iõ daret eis potum vini. Secũdo patet, qa iam Christus similia miracula facere solitus erat, ipse quippe ante aquã verterat in vinũ in Chana Galilęæ, Ioan. 2. Dicendũ, q̃ Christus solũ dedit in hoc cõuiuio panẽ, & pisces: nã si dedisset hic vinum, aut hoc fuisset cõuertendo aliquã aquã in vinũ, aut faciendo vinum de nouo: vtroq; autem modo esset istud miraculum ita magnum, sicut pascere turbã de quinq; panibus, & duobus piscibus, & ideo sicut istud oẽs Euangelistę expresserunt multum diligenter, saltem aliquis eorũ expressisset de vino dato, & tã nemo dixit, ideo vr̃ q̃ non datum fuit. Ratio aũt huius est, qa miracula solũ fiunt vbi humana potentia non sufficit, & nõ põt homo sibi aliter prouidere, & sic fiũt in necessarijs: ergo vbi non est necessitas, non fit miraculũ. Deus igitur p miraculũ ita confert necessaria, q̃ non dat superflua, sed vinũ non erat hic necessariũ, eo q̃ vinũ non ponitur inter ea, quæ sunt necessaria vitæ humanæ, sed solũ panis, & aqua, & vestimentũ, Ecclesiastici 29. Ergo vinũ nõ dedit. Et hoc patet, quia Deus bis fecit miraculũ Iudæis in deserto ad dandum aquas cum non haberent, c. Exodi 17. in Raphidim, & Numeri 20. in Cadesbarne ad aquas cõtradictionis. Etiam panes dedit Deus in deserto, c. manna, & tamen vinum nunquàm dedit, nec biberunt illud Iudæi, quandiu manserunt in deserto, ita vt appareat ex scriptura, ideo nec nunc datum est vinum, non enim erat necessarium, quia in loco illo essent aliqui fontes, & de illis poterat bibere turba. Si autem non fuisset ibi aqua, Christus dedisset aquã eis miraculose, sed vinum non dedisset. Ad primum dicendum, q̃ opera Dei perfecta sunt, & ideo quidquid necessarium est dat, & quia homini est necessarius cibus, & potus, confert illum, ideo si hic vtrunque deficeret, vtrunque Christus contulisset, & tamen quia aqua habebatur, & cibus deficiebat, de solo cibo prouidit. Cum autem dicitur de operũ Dei perfectione, dicendũ q̃ illa sunt perfecta ad sufficientiam, sed non est necesse, q̃ sint perfecta ad superabundantiam, & quia conuiuium sufficiens est vbi cibus, & potus est, licet abundãtius sit vbi vinum, quàm vbi aqua est, quia tamen aqua sufficit, Deus non dat vinum in conuiuio miraculose. Ad secundum dicendum, q̃ conuersio aquæ in vinum in nuptijs fuit quodammodo necessaria, hic autem non, quia festiuitas nuptiarum ad solum honorem matrimonij est, ideo id quod est de honore consueto, dicitur esse necessarium in nuptijs, & quia copia vini est de consuetudine nuptiarum, & iudicantur nuptiæ inopes, & ignobiles vbi vinum deest, erat de substantia honoris nuptiarum, quòd vinum non deesset, & quia vinum non habebant, fuit necessaria conuersio aquæ in vinum, Ioan. 2. Hic autem non agebatur de honore impendendo turbis, sed de earum sustentatione ne deficerent fame in hoc loco deserto, ideo solum prouideri oportuit in eo, quod erat necessarium ad sustentationem, & tamen ad hoc sufficiebat cibus, & aqua, ideo vinum non fuit datum.

Quare in hoc conuiuio Christus dedit pisces, vel dando pisces, cur non dedit vinum. Et quòd Deus nunquam voluit vinum miraculose dare ad sustentationem.
Quæst. XCII.

QVAERETVR quare in hoc conuiuio Christus dedit pisces, vel dando pisces, cur non dedit vinum: nam aut quærebatur sola sustentatio, aut opulentia, & suauitas conuiuij: si sola necessitas sustentationis, non oportebat dari pisces, sed panis sufficiebat cum aqua, Ecclesiastici 19. Initium vitæ hominis, panis, & aqua. Si autem opulentia, & suauitas, requirebatur vinum quod suauiter bibitur, & lætificat bibentem, Psal. 103. Vinum lætificat cor hominis. Dicendum, quòd fuit conueniens dari pisces, & non dari vinum. Primo, quia pisces dati sunt hic, eo quòd habebantur, vinum autem non habebatur. Si autem pisces non haberentur, sufficeret panis, & aqua, & non dedisset eos Christus, Christus autem voluit facere multum cibum de pauco cibo, quem discipuli habebant, & quia illi dixerunt, quòd habebant quinque panes, & duos pisces, multiplicauit vtrunque, & dedit saturitatem tam piscium, quàm panis: si autem non fuissent tunc pisces, sed habuissent discipuli solos panes, non dedisset Christus turbis, nisi solos panes, licet etiam potuisset dare pisces, nunc tamen habebant discipuli duos pisces, qui non sufficerent tantæ multitudini, & sic manerent inutiles, quia non comederentur tempore huius necessitatis, vel si aliquis comederet de eis esset locus inuidendi, cum quibusdam esset cibus opulentior, quàm alijs, & delicatior, quod non expediebat. Si autem habuissent discipuli nunc panes, & non pisces, multiplicasset Christus solos panes, quia ad necessitatem simpliciter sufficiebant panes, sic patet in deserto quando Deus dabat Iudæis cibos miraculose: nam solum manna dabat, quod erat loco panis, & ita vocatur panis in scriptura, Exodi 16. Mane saturabimini panibus, & Psal. 77. Vocatur panis Angelorum, scilicet, panem Angelorum manducauit homo. Erat namque album manna in modum farinæ, & formabantur de eo tortulæ, sicut panes de farina, Numeri 11.

Secundo non stat comparatio, quia licet nec pisces, nec vinum sint simpliciter de necessitate sustentationis, tamen magis necessarium iudicant homines habere aliquos cibos cum pane, quàm habere vinum: nam si vinum consideretur solum vt potus, est magis necessarium vinum, quàm pisces, & carnes, & tamen tunc aqua supplet nomen, & locum vini, quia potus est. Si autem consideretur vinum, vt est vinum, idest, quia suaue, & confortans, magis sunt necessarij cibi, quàm vinum: potius enim homines eligunt habere in cibo panem, & carnes, vel pisces, & aquam, quàm habere panem, & vinum solum, & ita Christus præbuit panem, & pisces, cum iam aquam haberent in loco, & non dedit vinum.

Tertio, quia etiam in miraculosis cibationibus magis Deus prouidet homini de carnibus, & piscibus, quàm de vino: nam Deus legitur aliquando dedisse Iudæis carnes in deserto, scilicet, Exodi 16. quando dedit manna a principio: nam dixit Moyses. Vespere dabit vobis Dominus carnes, & mane comedetis panes in saturitate, & tunc in vespere ascendit coturnix, & operuit castra, & de illis comederunt ad saturitatem. Iterum etiam Deus dedit Iudæis carnes in deserto in sepulchris concupiscentiæ: nam fecit ascendere coturnices, & habuit populus cibos de illis vsque ad mensem, & plus, Numeri vndecimo. Et tamen nunquàm dedit vinum in deserto, sic etiam cum Deus voluit pascere miraculose Eliam Prophetam tempore famis, dicitur quòd corui mandato Dei ferebant ei panem, & carnes mane, & iterum panem, & carnes vespere, 3. Regum decimoseptimo. Tamen vinum nunquàm ferebant, sed dicitur ibi quòd bibebat de torrente. Et in tantum Deus nunquàm voluit miraculose dare vinum, licet posset, quòd deficcato torrente Carith Deus non misit vltra panem, & carnes Eliæ, per coruos, sed recessit inde iubens, quòd iret ad viduam Sareptanam, quę eum pasceret, & tã si Deus a principio non

non daret Eliæ vinum, quia habebat aquam de torrente, saltem postquàm deficcatus est torrens, poterat mittere ei panem, & carnes, & vinum, & tamen noluit, quia potius misit eum inde non dans ei vltra carnes neque panem, ergo Deus noluit vnquã vinum miraculose dare ad sustentationem.

F

Quarto quia homines magis volunt carnes, vel pisces cum pane, & aqua, quàm panem, & vinum solum, & potius conqueruntur pro defectu carnium, & piscium, quàm pro defectu vini existente aqua, sic patet de Iudæis in deserto, quia semel conquesti sunt valde pro defectu carnium, & piscium, & aliorum ciborum, Numer. 11. Vbi populus sedebat flens, & dicebat, quis dabit nobis ad vescendum carnes, recordamur piscium quòs comedebamus in Aegypto gratis, in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, cepe, & allia: anima nostra arida est, nihilque vident oculi nostri, nisi man. & tamen nunquã leguntur petiuisse vinum, nec conquesti pro illo, & conquerebantur pro porris, cepis, & allijs, & cucumeribus: ergo potius volebant quoscunque cibos alios cum pane, & vt non esset sicca comestio, cum aqua, quàm panem, & vinum solum. Et sic Christus potius dedit turbis pisces, quàm vinum.

G

An Christus dedit turbis apparamenta mensæ, cum dedit eis cibum. Quæst. XCIII.

QVAERETVR an Christus nunc dedit istis apparamenta mensæ, s. mappas, & gausape, cæteraque huiusmodi. Dicendum ꝙ non, quia discipuli Christi non habebant talia, maxime pro tanta multitudine, & discumbente in tot partibus: nam iussi sunt discumbere per contubernia, per centenos, & quinquagenos, Marci 6. & Lucæ 9. Ideo oportebat, quòd Christus miraculose mappas, & reliqua vtensilia mensæ produceret, & tamen non decebat, quia miracula non fiunt, nisi pro necessitate. ista autem apparamenta mensarum non sunt simpliciter necessaria, sed solum ad decorem, & honestatem, propter consuetudinem humanam. Christus autem prouidebat hic necessitati turbarum, ideo talia non produxit, sed super planum cibus iste positus est, maxime quia apparatus mensæ, & vasorum, fit pro rebus liquidis, & humidis, quæ non possunt contineri, nisi in vasis, quia effundentur, vel si non effunduntur contrahunt immunditiam, quæ autem arida sunt, vt panis non effunduntur, nec immunditiam contrahunt, & tamen in isto cõuiuio nihil liquidum ministratum est, quia non fuit datum vinum, neque brodia, aut confectiones aliquæ humidæ, sed panes, & pisces, qui aridi erant cum portarentur in via, ideo non erat opus apparamenta, & vtensilia mensæ habere, licet fuisset pulchrum, & honestius, & tamen talibus necessitatibus non subuenitur per miraculum, sed illæ quæ sunt simpliciter necessitates.

H

I

Quare fit hic mentio de fœno. Et quòd iacentes comedere erat antiqua consuetudo. Quæst. XCIIII.

QVAERETVR, quare fit mentio hic de feno; nam dicitur quòd discubuerunt super fenum. Dicendum, quòd necesse est, quòd ad aliquem finem ponatur, quia aliàs non exprimeretur; maxime quia tres Euangelistæ hoc expresserunt, hic enim dicitur, quòd iussit turbam discumbere supra fœnum, & Marci 6. dicitur, quòd fecerunt accumbere omnes supra viride fenum, & Ioan. 6. dicitur, quòd erat fenum multum in loco. Et dicendum, quòd hoc fuit factum. Primo ad ostendendum locum conuenientem discumbendi; nam secundum consuetudinem antiquam homines comedebant iacentes. Sic dicit Alchinus ad literam, homines discumbere dicimus iacendo comedere more antiquo, & tamẽ si esset terra dura, non esset conueniens locus, tum quia iacerent in duro, tum quia polluerentur vestes pulvere, ideo dicitur, ꝙ iacebant super fœnum, & vt videatur, ꝙ molliter cubabant, dicitur Ioan. 6. ꝙ erat fœnũ multum in loco. Secundo, & principaliter fuit propter supplementum apparatus mensæ: nam non habebant mappas, & gausape hic, & alia mensæ apparamenta, vt dictum est præcedenti quæstio. & quia panis, & pisces fracti, & comminuti non ponerentur honeste super pulverem, vel pauimentum, ostenditur quòd erant ibi herbæ mundæ, super quas poneretur, quia fœnum multum erat in loco, Ioan. 6. Et sic nihil pulueris esse posset, quia cum iacerent homines super fœnum, complanarent illud, & quia multum erat, redderet quandam superficiem planam, & gratam. Et quia adhuc existente fœno si illud esset siccum frangeretur, vel aliquæ immunditiæ ex eo resultarent, & commiscerentur cibo, Marcus qui diligentius solet ista annotare, dixit quòd erat fœnum viride, & accubuit turba supra fœnum viride. Et vt videatur, ꝙ fenum poterat esse viride ex qualitate temporis, exprimitur conditio temporis, Ioan. 6. Quia dicitur, erat autem proximũ Pascha dies festus Iudæorum, & tamen Pascha Iudeorum est in Martio, quando in terra illa est omnis herba virens, & alta, & ideo scriptura vocat illum mensem in quo est Pascha mensem nouorum, vel primitiuorum, Deuteronom. 16. & Leuitici 23. & Exodi 12. & 13. Sic dicit Theophilus, erat fœnum in loco, idest, herba viridis. Erat enim Pascha, quod in primo mense veris perficiebatur, & ita esset cibus super fœnum viride complanatum, quod reddebat locum mensæ, sic patet Marci 6. vbi dicitur, quòd viri discubuerunt super viride fœnum, & apposuerunt ante eos panes, & pisces, scilicet, super fœnum, sicut ipsi iacebant in fœno. Ista mensa aliqualiter honesta erat, licet non esset alicuius apparatus, & ideo vilis, vel despecta dici potest a nobis, qui apparatibus mensarum vtimur. Sic dicit Chrysosto. Discamus autem hic qui voluptati attendimus, quæ comedebant mirabiles illi viri, & magni, & quantitatem eorum, quæ inferebantur, & vilitatem mensæ. Tertio fuit hoc dictum propter reliquias ciborum; quia iussit Christus colligi fragmenta, quæ superauerant ne perirent, & tamen non poterant colligi, nisi reseruarentur, vel manerent in aliquo loco mundo, quando ea collegerunt, ideo dicitur, quòd erat fœnum viride in quo comederunt, & ibi manserunt reliquiæ quæ collectæ sunt.

K

Quare Christus accipiens panem aspexit in cœlum. Quæst. XCV.

QVAERETVR, quare Christus accipiens panes, aspexit in cœlum. Dicendum, quòd in vtraque saturatione turbarum, Christus aspexit in cœlum, & benedixit. De prima omnes Euangelistæ hoc expresserunt, vt patet hic, & Marci sexto, & Lucæ nono, & Ioan. sexto. De secunda non curauerunt tam aperte exprimere Euangelistæ, solum enim dixerunt, quòd benedixit, & fregit, vt patet sequenti cap. & Marci 8. Satis tamen præsupponendum est, quòd sicut in prima aspexerit in cęlũ, ita in secunda, cum etiam exprimatur, ꝙ benedixerit, & fregerit, sicut in prima, sed quia nõ erat necessariũ idem semper repetere quasi præsupponeretur, nõ repetiuerũt illud. Aspexit aũt in cœlum propter multa.

Primo vt ostendatur, quòd miraculum istud a Deo venit, sicut enim, quòd Israelitæ in deserto pasti fuerint, prouenit eis a Deo, qui dedit illis mãna de cœlo Exo. 16. & Deuter. 8. Ita & nunc licet panis, qui frangebatur in terra esset de cœlo, expectabatur miraculum multiplicationis, & quia Deus in cœlis habitare putatur a populo, aspexit Christus in cœlum. Secundo fuit, quia Christus in hoc miraculo voluit se ostẽdere æqualem Deo patri: nam & ipse Deus erat, & ab illo erat, & vt videretur ab illo procedere, sicut omnia habuerat ab eo per generationem: ita nunc ostendit, quòd ab illo sit virtus huius miraculi. Sic dicit Chryso. quare aspexit in cœlum, & benedixit, oportebat nãque credi de eo quoniam a patre est, & quoniam ei æqualis est, æqualitatem autem ostendit cũ poterat omnia facere. a patre autem esse se monstrabat per hoc, quòd ad ipsum referens faciebat inuocans eum ad ea, quæ fiebant. Tertio fuit ad exemplum, scilicet, vt nos expectemus sustentationem nostram quæ est per cibum, a Deo habere: nam ab eo panis quotidianus petẽdus est supra 6. Panem nostrũ quotidianum da nobis hodie, & ad ostendendũ istud desiderium debemus oculos nostros ad Deum dirigere quasi ab eo suscepturi quod petimus, & cum in omnibus debeamus oculos nostros attollere ad Deũ Psalmos 122. Scilicet, sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri, potissime tamen in petitione cibi corporalis: ideo dicitur Psal. 144. oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escas illis in tempore opportuno, & quia Deus ad quem respicimus est in cœlis supra 5. & 6. cap. debemus oculos in cœlum erigere Psal. 122. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis.

A

B

C

Quare Christus aliquando facturus miracula aspicit in cœlum, & aliquando non aspiciebat. Sic aliquando inuocabat Deum, aliquando non: & quomodo ostendebat se a Deo esse, vel Deum esse. Vnde in suis miraculis tria intendebat. Et multa propter astantes faciebat, quæ necessaria non erant. Quæst. XCVI.

QVAERETVR quare Christus aliquando facturus miracula aspicit in cœlum quasi petens aliquid a patre, interdum autem nõ aspicit, sed cum potestate loquitur, & facit quasi nihil ab alio suscipiens. Dicendum, quòd Christus erat Deus, & ex hoc æqualis patri, & volebat se ostendere æqualem illi, vt non crederetur esse minor siue creatura sicut aliqui heretici, idest, Arriani putauerunt, & ideo volebat interdum operari in potestate nihil petens nec in cœlum inspiciens quasi nõ egeat alieno, & extrinseco adiutorio ad faciendum miracula, cum sit naturale ei posse facere miracula. Rursus autem Christus erat Deus a patre genitus, & quidquid habet per generationem, & processionem ab illo habet, per quam omnia quæ habet pater, communicata sunt filio, & ideo vt ostendat se a patre esse, & ab illo habere, quæ habet non quidem de nouo accipiens, sed per generationem æternam habens, aspicit in cœlum, vel patrẽ inuocat quasi ab illo veniat. Sic dicit Chry. oportebat credi quoniam a patre est, & quoniam ei æqualis est, æqualitatem autem demonstrabat cum poterat omnia facere, a patre autem se monstrabat esse per hoc, quòd ad ipsum referens omnia faciebat inuocans eum ad ea, quæ fiebant, & ideo vt vtrunque ostẽdat nunc quidem cum potestate, nunc autem orans miracula facit. Sed tunc est dubium quare potius in istis quàm in illis Christus eleuabat oculos in cœlum vel orabat. Aliqui dicunt, quòd Christus tenebat hanc regulam, quòd in magnis miraculis, vt ostenderet plenitudinẽ potestatis suæ faciebat ex imperio, & non inuocans Deum. In paruis autem miraculis Deum inuocabat, vt per hoc ostenderet se ab illo esse, idest, se esse filium Dei patris, & quia si in minimis non inuocaret Deum, nec aspiceret in cœlum, in maximis autem aspiceret, & inuocaret, putaretur, quòd ad ista minora haberet potestatem, ideo neminem inuocaret: ad maiora autem non posset nisi ab alio adiutus, ideo faciebat e contrario, quia in maximis non inuocabat quasi nemine extrinseco indigeret, in minoribus autem inuocabat, & tunc non erat suspitio, quòd ex impotentia ageret, cum in maioribus nõ egeret adiutore, & ostendebat se a Deo esse, quia illũ inuocabat, & ad illum respiciebat. Sic dicit Chryso. super Mat. scilicet, considerandum, quòd in minoribus quidem respicit in cœlum, in maioribus autem cum potestate omnia facit, quando enim peccata dimisit, mortuos suscitauit, mare refrenauit, occulta cordium redarguit, oculos condidit cæci nati quę solius Dei sunt, nequaquam videtur orans: quando autem panes multiplicari fecit, quod his omnibus minus est, tunc respexit in cœlum, quoniam, & in minoribus non aliunde virtutem habet quàm a patre.

D

E

Sed obijcietur, quòd etiam in maximis orabat, & aspiciebat in cœlum: nam suscitare mortuos erat de maximis, & tamen quando suscitauit Lazarum quatriduanum eleuatis oculis in cœlum orauit Ioan. 11. Scilicet, Iesus autem eleuans sursum oculos dixit, pater gratias ago tibi quoniam audiuisti me.

Dicendum, quòd verum est, ꝙ vt communiter in magnis miraculis Christus non inuocabat Deum neque aspiciebat in cœlũ. Pro quo sciendum, ꝙ Christus in miraculis suis tria intendebat, scilicet, ostendere se esse Deũ, & ꝙ erat a Deo, & opera sua a Deo prouenienbant, & per opera sua nos instruere in moribus: præcipuum autem erat, quòd ipse esset Deus: nam siquis de Christo crederet semel, quòd esset Deus, vel æqualis Deo in potestate, facile erat credi, quòd esset filius Dei: nam maxime difficultatis erat posse credi Deum esse eum qui homo verus erat, & ita videbatur. Et ob hoc per opera sua istud maxime persuadere voluit, & si interdum accideret, quòd hæc tria non possent ex eodem facto persuaderi, sed potius vbi vnum ostenderetur infirmaretur alterum, volebat Christus potius ostendere se esse Deum quàm cætera, & quia non poterat ostendere se esse Deum nisi per maximam potestatem quam ex seipso haberet, & non ex altero, cũ Deus sit maximæ potestatis, & non habeat aliũ priorem a quo accipiat, faciebat Christus miracula maximę potestatis, & non inuocabat Deum. & sic licet nõ ostenderet per hoc se esse a Deo, ostendebat tamen se vel esse Deum, vel Deo æqualem, & hoc ante omnia voluit ostendere, quia hoc supposito, qdquid vellet posset de ipso faciliter credi, ad hoc autem erant duo necessaria. Primum erat, quòd prima miracula, quæ Christus faceret, non faceret inuocando aliquem, sed ex imperio. Secundo, quòd postea, vt communiter in omnibus miraculis maximis non operaretur inuocando, sed ex potestate. De primo patet, quia si a principio Christus faceret miracula inuocando, putaretur quòd non erat ipse Deus, sed Deum inuocabat, qui miracula faceret sicut Prophetæ faciebant, & si hoc semel de ipso crederetur: postea esset difficile persuaderi, quòd faceret miracula ex propria potestate, & ideo Christus a principio omnia miracula faciebat sine inuocatione, vt patet in conuersione aquæ in vinum: nam illud fuit primum signum, quod fecit coram discipulis suis Ioan. 2 & tũ ibi non inuocauit Deũ, & ita in sanatione leprosi supra 8. Et in alijs q̃ a principio

pio faciebat ſupra 4. Vbi multa miracula fecit curando multitudinem languentium. Secundum etiam patet, ſcilicet, quòd maxima miracula non faciebat inuocando Deum a principio miraculorum, ſiue in proceſſu, vel fine, non inuocabat in maximis miraculis, vt putaretur, quòd in ſeipſo haberet maximā poteſtatem, & non oporteret ab extrinſeco illam petere, & quia iſtud erat de præcipua intentione Chriſti, vt communiter in omnibus miraculis ſuis hoc inuenitur, quòd ſine inuocatione facit. Hoc autem probato, vel perſuaſo, quia facile erat quæcũque alia perſuaderi, non indigebat Chriſtus multis miraculis ad oſtendendum illa, & ideo licet ad oſtendendum ſe eſſe a patre, & ab illo recepiſſe eſſe, & omnem virtutem per generationem, neceſſe eſſet, quòd faceret aliqua miracula inuocando patrem: tamen pauca fuerunt neceſſaria: ideo raro ſic miracula fecit, ſicut nũc, & in ſuſcitatione Lazari Ioann. 11. In alijs vero quaſi nunquam, & per hoc etiam ſimul nos inſtruebat a Deo debere expectare bona noſtra, cum ipſe, qui filius Dei eſſet, a Deo patre petebat exaudiri. Si autem Chriſtus principaliter intẽderet in miraculis ſuis eruditionem noſtram, deberet omnia facere orando, vt inſtrueret nos in omnibus a Deo opem petere, & ad ipſum recurrere, & tamen in paucis hoc fecit, quia principalius oſtẽdere volebat ſe habere in ſeipſo maximam poteſtatem nõ ſuſceptam ab extrinſeco, quod oſtendere nunquam potuiſſet, ſi omnia miracula faceret Deum inuocans.

Etiam ſi principaliter intenderet ſe a Deo exiuiſſe, & ab eo habere poteſtatem in omnibus miraculis oſtenderet hoc, ſcilicet, omnia faciens inuocando patrem, & tamen non faciebat omnia, ergo vt communiter faciebat ſine inuocatione, quia principaliter volebat oſtendere ſe habere poteſtatẽ in ſeipſo. Quod autem oſtenderet ſe eſſe a Deo, vel nos inſtrueret per miracula, minus principale erat: ideo raro inuocando Deum faciebat miracula. Cum autem dicitur de ſuſcitatione Lazari, quæ fuit de maximis miraculis.

Dicendum vno modo, quòd Chriſtus in hoc genere miraculi fecerat alia ſine inuocatione per quæ apparebat, quòd ille in ſeipſo haberet poteſtatem, & non reciperet de nouo ab aliquo extrinſeco: nam ſuſcitauerat filiam Archiſynagogi ſupra 9. & Mar. 5. Et Luc. 8. Et non inuocauerat ibi Deum, ſed ſolum tenuit puellam per manum, & dixit, puella tibi dico ſurge: ita iterum etiam ſuſcitauit coram toto populo filium viduæ in Naym, qui ferebatur ad ſepeliendum dicens, adoleſcens tibi dico ſurge Luc. 7. Et ideo licet nunc inuocaret patrem in ſuſcitatione iſta, non cauſaretur ſuſpitio contra eum, quòd indiguiſſet auxilio alieno, cum alia duo æqualia egiſſet, in quibus neminem inuocaſſet. Si tamen iſtud fuiſſet primum miraculum ſuſcitationis, Chriſtus nullo modo inuocaſſet patrem.

Secundo poteſt dici, quòd Chriſtus egit nunc principaliter propter aſtantes, quia Chriſtus cognoſcebat corda hominum, & ſciebat quomodo, & quid opus eſſet eis, ſicut dicitur Ioan. 2. Ipſe enim ſciebat quid erat in homine, & quia quando ſuſcitauit Lazarum erant aliqui præſentes, qui dubitabant valde de Chriſto an a Deo veniſſet, voluit oſtendere, quòd a Deo venerat, & ad hoc petuit a patre ſe exaudiri. Quòd autem hac intentione faceret patet Ioan. 11. Vbi ponitur iſtud miraculum cum dicitur: Ieſus autem eleuans ſurſum oculos dixit: pater gratias ago tibi, quoniam audiuiſti me, ego autem ſciebam, quia ſemper me audis, ſed propter populum, qui circunſtat dixi, vt credant, quia tu me miſiſti. hoc autem rationabile fuit pro tunc fieri, quia pauloante hoc multi de Chriſto dubitauerant, aut dubitare ſe oſtenderant an eſſet a Deo, vt Ioan. 9. Dixerunt Phariſæi non eſt hic homo a Deo, qui ſabbatum non cuſtodit. Et quia nunc quando ſuſcitauit Lazarum erant præſentes aliqui Phariſæorum, vel diſcipuli, aut amici eorum, ad euitandum illam calumniam quam Chriſto obijciebant, voluit, oſtendere, quòd a Deo erat, & ad hoc orauit ad patrem, patet Ioan. 11. Scilicet, multi ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & viderant, quæ fecit, ſcilicet, quòd ſuſcitauit Lazarum, crediderunt in eum, quidam autem ex ipſis abierũt ad Phariſęos, & dixerũt eis, quæ fecit Ieſus: propter iſtos ergo Chriſtus orauit ad patrem, & ita Chriſtus ſępe faciebat aliqua propter aſtantes, quæ aliàs non erant neceſſaria, ſic patet Ioan. 12. Quando aſtantibus multis Iudæorum, & gentilium Chriſtus orauit dicens, pater clarifica nomen tuum, & tunc venit vox de cœlo dicens, clarificaui, & iterum clarificabo, turba enim, quæ aſtabat, & audiebat, dicebat tonitruum factum eſſe: alij vero dicebant, Angelus ei locutus eſt, & ſequitur, reſpondit Ieſus, & dixit eis: non propter me hæc vox venit, ſed propter vos. Quòd autem oculos erexit in cœlum quando panes multiplicauit, fuit præcipue ad oſtendendum, quòd nos a Deo petere debeamus ſuſtentationem temporalem, & ab ipſo, & non aliunde ipſam expectare. Sic dicit Chryſoſto. erudit nos non prius tangere menſam donec gratias egerimus ei, qui cibum dat nobis, propter hoc, & in cœlum reſpicit. Et quia nullum miraculum eſt in quo magis poſſemus doceri gratias agere pro ſuſtentatione temporali, & illam a Deo expectare quàm in hoc, voluit Chriſtus ſpecialiter in hoc gratias agere, & oculos in cœlum erigere, & ob hoc omnes Euangeliſtæ tetigerunt, quòd Chriſtus aſpexit in cœlum, quando panes accepit. Sic dicit Chryſoſto. aliorum enim ſignorum multa exempla habebant.

Quare Chriſtus benedixit panes quando fregit. Et quòd menſa eſt ſemper benedicenda exemplo Chriſti. Quæſt. XCVII.

QVAERETVR quare Chriſtus benedixit panes quando fregit. Dici poteſt vno modo, quòd per iſtam benedictionem data eſt pani virtus aliqua, ſcilicet, vt multiplicaretur: ſicut enim ad verba conſecrationis panis tranſit in corpus Chriſti, & ideo verba illa proferuntur, vt fiat illa conuerſio: ita Chriſtus nunc forte dixit iſta, quia dicendo conferebat virtutem pani, non quidem virtutem aliquam actiuam pani per quam multiplicaretur panis, quia talis actiua virtus non eſt niſi diuina, & non eſt alicui rei communicabilis, ſed contulit Chriſtus pani quod multiplicaretur, per verba quidem illud deſignando, ſed per ſeipſum efficiendo.

Secundo fuit, quia iſta benedictio fuit per modum orationis, & voluit coram turba orare, vt videret turba, quòd a Deo iſtud veniebat, vt tolleretur ſuſpitio. Sic dicit Chryſoſtomus, adhuc quia turba multa erat præſens, & oportebat eis ſuaderi, quòd ſecundum voluntatem Dei aduenerat, & ideo cum occulte aliquod miraculum faciebat non orabat, ſed coram multis orabat, vt crederent, quòd non eſſet Deo contrarius.

Tertio fuit ad tribuendum exemplum, vt nos Deo gratias agamus pro corporali cibo, & cum ad menſam accedimus, benedicamus Deum, & propter hoc potius in iſto miraculo benedixit, & gratias egit quam in alijs, non enim inuenitur in aliquo benedixiſſe niſi in hoc: nam ſi aliquando facturus miraculum gratias egit, vel orauit ſicut in ſuſcitatione Lazari Ioannis

nis 11. tamen nunquam benedixiſſe in miraculis inuenitur, nunc autem benedixit, vt per hoc oſtendat nobis, quòd Deum benedicere debemus quando cibos ſumimus. Sic dicit Cyrillus hoc diſpenſatiue pro nobis fecit, vt diſcamus vt in principio menſæ cum frangere debemus panem debemus Deo offerre, & elicere ſuper ipſum benedictionem ſupernam.

Quarto fuit, quia per benedictionem eleuatur deſiderium noſtrum in Deum cui benedicimus, & quia in ſuſtentatione temporali debemus habere oculum ad ipſum, ſcilicet, vt expectemus ab eo illam recipere, & non ab alio: conueniens fuit, quòd benediceret, & etiam ſic nos benedicamus. Sic dicit Theophilus, intuetur autem cœlos, vt nos inſtrueret a Deo petere eſcam, & nõ a diabolo, ſic etiam faciunt illi, qui alienis iniuſte laboribus nutriuntur.

Quis fuit modus benedicendi quem Chriſtus fecit ſuper panes. Et quòd in verbis demonſtratiuis ſignificantibus aliquid eſſe, vel fieri non eſt gratiarum actio. Quæſt. XCVIII.

QVAERETVR quæ fuerunt verba benedictionis iſtius Chriſti, vel quis fuit modus benedicendi. Aliqui dicunt, quòd fuit modus benedictionis per demonſtrationem, ſcilicet, quòd illa verba oſtenderent aliquid fieri in pane illo, & piſcibus, ſicut eſt in verbis conſecrationis, ſcilicet, Hoc eſt corpus meum. Et patet hoc, quia etiam ibi Chriſtus dicitur benedixiſſe infra 26. Scilicet, cenantibus illis accepit Ieſus panem, & benedixit, & fregit, & ait: hoc eſt corpus meum.

Aliter poteſt dici, & melius, quòd iſta benedictio fuit ſolum quædam gratiarum actio Deo facta, quia dabat ſaturitatem panis hominibus, vel quia audiebat Chriſtum in hoc miraculo, ſicut in ſuſcitatione Lazari dixit, pater gratias ago tibi, quia audiuiſti me. Et hoc patet, quia Ioan. 6. Vbi ponitur hoc miraculum dicitur, accepit panes Ieſus, & cum gratias egiſſet diſtribuit, ergo illa benedictio nihil aliud erat quã quædam gratiarum actio.

Sed obijcietur, quia etiam benedictio in verbis demonſtratiuis ſignificantibus aliquid fieri vocatur gratiarum actio, ſic vocatur infra 26. & Mar. 14. In conſecratione ſuper calicem cum dicitur, & accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens, hic eſt calix, & ſic forma conſecrationis vocatur hic gratiarum actio.

Dicendum, quòd proprie in verbis demonſtratiuis ſignificantibus aliquid eſſe, vel fieri non eſt gratiarum actio: vnde quando Chriſtus dicitur gratias egiſſe, non conſtat determinate an illa gratiarum actio ſit in illis verbis conſecrationis, quæ exprimunt euangeliſtæ, vel in aliquibus alijs, quæ ſubticent, & ideo hic potius credendum eſt, quòd ſit proprie gratiarum actio pro beneficio ſuſtentationis humanæ, vel iſtius miraculi quod Chriſtus nunc faciebat, & quo humanitas ſua honorabatur concedente tota deitate, quàm quòd ſint aliqua verba demonſtratiua.

Secundo patet, quia non erat conueniens, aut neceſſarium nunc proferri aliqua verba demonſtratiua, quia illa ſunt verba ad efficiendum, quia Chriſtus non efficit aliquid mediante verbo, ſed per voluntatem ſuam omnipotẽtem, & diuinam. Quòd autem in conſecratione corporis, & ſanguinis ſui protulerit verba demonſtratiua, non fuit hoc quaſi illa forma conſecrandi eſſet ſibi neceſſaria, cum ſine verbis poſſet conſecrare tacendo, ſicut, & nunc quotidie facit in conſecrationibus noſtris, ſed protulit illa verba, vt daret ea nobis in formam conſecrandi, cum ſine verbo ſacerdos nihil conſecret, & eo proferente verba ſummus ſacerdos, ideſt, Chriſtus effectum cauſat conuertendo panem, & vinum, vt dicit Euſebius Emiſſenus, & quarto Sententiarum, diſtinctione nona, & tamen nunc volebat nobis Chriſtus dare exemplum ſic faciendi, cum nos multiplicare panes nunquam deberemus, ergo non protulit verba demonſtratiua, quæ non erant ad exẽplũ, ſed verba ꝓintentia ad gratiarũ actiones, quæ eſſent nobis in exemplum agendi gratias cum manducaremus.

Quare benedictio menſæ ſit facienda, & qui tenentur ad illam. Et poſt ſalutem animæ nihil eſt magis neceſſarium, quàm vitæ ſuſtentatio. Quæſt. XCIX.

QVAERETVR de benedictione menſæ quare ſit facienda, & qui teneantur ad illam. Dicendum, quòd menſa benedicenda eſt. Primo quia pro ſuſtentatione corporali, quæ in menſa apponitur. Chriſtus præcepto ſuaſit ad Deum orandum eſſe, & non ſemel quidem, ſed quotidie, & quoties cibum ſumimus, toties pro hocad Deum oremus, ſupra 6. & Luc. 11. Scilicet, panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, & per ly hodie ſignificatur omne tempus in quo cibus corporalis nobis neceſſarius eſt, quia toties illum a Deo expectare, & petere debemus.

Secundo quia Chriſtus hoc exemplo ſuo agẽdum eſſe admonuit: nam ipſe quoties cibum ſumeret, gratias agebat, vt colligitur in hac vice. Ioan. 6. Et ita in alijs vicibus, hoc autem non propter ſe faciebat, quia ipſemet erat, qui dat eſcam omni carni, Pſal. 136. Sed vt nos exemplo ſuo ad hoc traheret, quia tota actio ſua erat inſtructio noſtra.

Tertio quia ſacri Doctores ex exemplo Chriſti nobis hoc agendum ſuadent. Sic dicit Theophilus, intuetur autem Chriſtus cœlum, vt nos inſtrueret a Deo patre eſcã, & non a diabolo petendum: ſicut faciunt illi, qui iniuſte alienis laboribus nutriuntur. Sic etiam dicit Cyrillus, hoc diſpenſatiue pro nobis facit, vt diſcamus, quòd & in principio menſæ quando frãgere debemus panem debemus Deo offerre, & elicere ſuper ipſum benedictionem ſupernam. Sic etiam dicit Chry. hic orat gratias agens, vt oſtendat eos, qui comeſtionem incipiunt, gratias agere oportere Deo.

Quarto propter nimiam neceſſitatem, quia nihil magis nobis neceſſarium eſt hic manentibus quàm cibus, & potus, cum per iſta conſeruetur vita noſtra, & quia quanto aliqua res eſt nobis magis neceſſaria, tantomagis pro ea orare debemus, cum poſt ſalutem animæ nihil ſit magis neceſſarium quàm ſuſtentatio corporalis, erit multum pro ea orandum, & ita Chriſtus in oratione ſua in qua poſuit numerum rerum petendarum, & ordinem earum, poſt petitiones ſpirituales immediate ſubiunxit de corporali ſuſtentatione dicens, panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

Quinto propter nimium periculum, quia res iſtæ, quæ nobis ad ſuſtentationem corporis tribuuntur, ſunt in magno periculo, eo quòd per pluuias, & calores moderatos producit terra omnia hæc, & aduentus, & caſus pluuiarum non proueniunt ex neceſſitate ſicut ortus, & occaſus ſolis, ſed magis ex quodam beneficio, licet natura ad hoc aliquid conferat, & interdum ſubtrahuntur nobis propter iniquitates, & ſequitur fames, quòd ergo euadamus iſtud periculum valde orandum eſt.

Sexto quia quanto aliquid eſt magis gratuite donatum, tanto maiores gratiarum actiones pro eo exhibendæ

bibendæ sunt, & tamen casus pluuiarum per quem sustentamur, scilicet, quia terra producit cibos, est ex gratuito dono Dei sine meritis nostris: immo etiã si nos demereamur, sic patet supra 5. Scilicet, quòd Deus facit oriri solem suum super bonos, & malos, & pluit super iustos, & peccatores: & per hoc Deus maxime tradit notitiam nobis de seipso, scilicet, quia tale beneficium nutritionis semper nobis dat, sic patet Actuum decimoquarto. Vbi Apostolus ostendit, quòd Deus dedit cognitionem de seipso omnibus gentibus, & in omni tempore dicens, nos mortales sumus annunciantes vobis conuerti ab his vanis ad Deum viuum, qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi in vias
G suas, & quia non sine testimonio semetipsum reliquit benefaciens de cœlo dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo, & lætitia corda vestra.

Septimo, vt non efficiamur indigni hac sustentatione temporali: nam licet Deus ex liberalitate concedat istud tam bonis quàm malis, tamen interdum subtrahit nobis hoc cum mali sumus affligens nos fame, & cum conuertimur donat omnia abundanter, sic patet Leuiti. 26. Vbi Israelitis bonis dicit Deus, si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, dabo vobis pluuias temporibus suis, & terra gignet semen suum, & pomis arbores replebũtur, & apprehendet messium tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem, & comedetis pa-
H nem vestrum in saturitate, & absque pauore habitabitis in terra vestra, comedetis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proijcietis. De malis autem Israelitis, dicitur eodem capitu. si non audieritis me neque audieritis omnia mandata mea, & spreueritis leges meas, visitabos vos velociter in egestate, & ardore, qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras, frustra seretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur, dabo vobis cœlum desuper sicut ferrum, & terram æneam, consumetur incassum labor vester, & terra non proferet germen, neque arbores poma præbebunt. sic etiam Deuteronom. 28. Vbi benedictiones ponuntur custodientibus legem, & maledictiones transgressoribus. Di-
I citur de bonis: aperiet Dominus Thesaurum suum optimum cœlum, vt pluuiam tribuat terræ tuæ tempore suo. De malis autem dicitur eodem capitu. mittet Dominus super te famem, & esuriem, sit cœlum quod supra te est æneum, & terra quam calcas ferrea, det Dominus imbrem terræ puluerem, & de cœlo descendat super te cinis, donec conteraris. Et ita propter peccata populorum intantum Deus percussit terras fame siccitate, & sterilitate, quòd inhabitabiles factæ sunt Psal. 106. Scilicet, posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in salsuginem a malitia inhabitantium in ea. e contrario autem pro bonis facit Deus, quòd terræ, quæ malæ erant bonæ reddantur, vt pa-
K tet ibidem, scilicet, posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum. Vt ergo non efficiamur indigni hac temporali sustentatione laborandum est, & quia nihil magis efficit hominem indignum beneficijs quàm ingratitudo susceptorum: ideo agendum est ne ingrati simus, hoc autem efficitur per gratiarum actiones, ideo reddendæ sunt gratiarum actiones, quæ fit in benedictione mensæ, ideo mensa benedicenda est.

F *Mensa quando benedicenda est, & quomodo, secundum Christi morem. Quæst. C.*

QVAERITVR de ipso modo benedictionis mẽsæ. Dicendum, quòd mensa benedicenda est ante cibum, & post cibum sumptum. Primo patet hoc ratione: nam sicut in oratione sunt quædam votiuæ, & quædam ad gratiarum actiones, idest, quædam sunt quas facimus quando volumus aliquid obtinere, & vocantur votiuæ: aliquæ sunt quas facimus postquam obtinuimus quod petebamus, & vocantur ad gratiarum actiones. Ita in mensa antequam sumatur cibus est oratio quasi votiua, vt sicut quando petimus panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Sumpto autem cibo est oratio ad gratiarum actiones: vtraque tamen potest vocari ad gratiarum actiones: nam quando ad mensam sedimus, iam a Deo cibum obtinuimus, & tamen quomodocunque vocetur oratio illa vtroque tempore orandum est. Secundo, & principaliter patet, quia exemplo Christi ad hoc incitamur: nam tam ante cibum, quàm post orabat.

De primo patet Ioannis sexto, & hic, & Marci sexto & Lucæ nono. Omnes enim dicunt, quòd nunc quando Christus accepit panes benedixit aspiciens in cœlum, & ista benedictio fuit gratiarum actio, sicut dicitur Ioannis sexto. Accepit panes, & cum gratias egisset distribuit: & vocatur illa benedictio
H gratiarum actio. De benedictione post cœnam patet, quia infra vigesimosexto dicitur, & hymno dicto exierunt in montem oliueti, & est ibi hymnus benedictio mensæ, quia fit ibi mentio de eis, quæ Christus fecerat in mensa, & tunc sequitur quomodo surrexit a mensa, scilicet, hymno dicto, i. benedictione dicta, & etiam fit ibi mentio de benedictione ante mensam, quia quando Christus accepit panem, & vinum dicitur, quòd benedixit, & quòd gratias egit, & quòd dedit discipulis ad manducandum.

De modo benedictionis dicendum, quòd Christus docuit, quòd esset gratiarum actio, vt dicitur Ioannis sexto, & infra vigesimosexto, quia tamen non est idem modus concipiendi gratias omnibus hominibus, non datur idem modus benedicendi, sed
I cuilibet sicut in mentem venit, & quoniam per benedictionem istam eleuamus cor nostrum ad Deum a quo corporalis cibus petitur, & expectatur, quidam cõsueuerunt incipere ab illo versu in quo ostenditur expectatio nostra a Deo pendens Psal 144. Oculi hominum in te sperãt domine. in quo nominatur desiderium, & spes, & quia spes non confundit sequitur ibi quomodo Deus prouidet, scilicet, & tu das illis escam in tempore opportuno, & quia istud prouenit ex diuina largitate, sequitur ibi aperis tu manum tuam, & quoniam Deo aperiente manum necesse est magnam prouenire abundantiam sequitur, & imples omne animal benedictione, idest, com-
K plemento sustentationis, sic dicitur Psal. 103. Omnia a te expectant, vt des illis escam in tempore, dante te illis colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate: auertente autem te faciem tuam turbabuntur: auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum conuertentur.

Alij autem volunt in oratione, & gratiarum actione ostendere Dei largitatem, qua dat nobis sufficientiam, vt comedamus, & non esuriamus, & dicunt illum versum Psalmo vigesimoprimo, Scilicet, edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum. sed quomodocunque Deus laudetur non differt, dum tamen laudetur: ideo quocunque modo quis voluerit, licet ei formare gratiarum actiones.

Qui

Qui tenentur ad gratiarum actiones in mensa. Et quòd laicis non est diffinitum quando gratias agere debeant pro cibo: ideo quando volunt, agere possunt. Et ad quid teneantur clerici. Quæst. CI.

QVAERITVR qui tenentur ad gratiarum actiones in mensa. Dicendum, quòd si accipiatur absolute teneri ad gratiarum actiones pro cibo, nemo est, qui non teneatur ad eas, quia omnis homo recipit hoc beneficium, & quilibet potest agere aliquas gratiarum actiones: ideo quilibet tenetur.

Et tamen quo tempore teneatur, scilicet, an teneatur quotidie in quolibet cibo, ante cibum, & post cibum agere gratiarum actiones.

Dicendum, quòd non est generale, quia determinatio temporalis orandi, vel laudandi Deum, aut gratias agendi non prouenit de iure naturæ, sicut prouenit ipsum orare, vel laudare, aut gratias agere, ideo vel manebit indeterminatum, vel proueniet determinatio ex præcepto legis Dei, vel Ecclesiasticæ: non quidem ex lege Dei, quæ nulla tempora assignauit ad gratias agendum pro cibis, nec etiam ex lege Ecclesiastica, quæ etiam non diffinit aliquid generaliter.

Ideo dicendum, quòd quantum ad laicos non est diffinitum, quando gratias agant pro cibo: ideo quòd aliquando agant in generali, vel in particulari sufficit, nec obligantur expresse ad aliquem modum
C benedictionis mensæ. De clericis autem dicendum, scilicet, de illis, qui sunt in ordine sacro, quòd magis obligantur ad benedictionem mensæ.

Et tamen considerandum, quòd aut clerici comedunt collegialiter, vt religiosi, vel canonici regulares, & isti tenentur indistincte ad benedictionem mensæ quandocunque sedent, & surgunt, etiam si non comedunt regulariter in communi: si aliquando faciant conuiuia, ita vt multi clerici conueniant tenentur ad benedictionem mensæ sedendo, & surgendo, in Decretis distinctio. 44. capitu. conuiuia siue capitu. quando autem, scilicet, quando autem conuenerint presbyteri ad aliquod conuiuium, aliquis prior illorum ante mẽsam versum incipiat, & cibum
D benedicat, & tunc secundum ordinem sedeat alter alteri honorem præbentes, & per vices cibum, & potum benedicant, & post refectionẽ similiter hymnum dicant ad exemplum Domini, sicut in cœna fecisse legitur.

Si autem clerici non comedant simul, sed quilibet priuate, non tenentur expresse ad benedictionem, & tamen pro honestate, & reuerentia sacerdotalis gradus facere illud debent. Tunc vero cum ad conuiuium venerint non solum benedicere mensam tenentur, sed etiam aliquis coram eis legere tenetur aliquid de sacra scriptura, eodem capitu. conuiuia, scilicet, aliquis de eorum clericis aliquid de sacra scriptura legat, & capitu. pro reuerentia, 100. distinctio. dicitur pro reuerentia Dei, & sacerdotum
E ad vniuersa constituit Sancta synodus, vt quia solent crebrò mensis ocioseq; fabulę interponi, in omni sacerdotali conuiuio lectio diuinarum scripturarum misceatur. clerici autem etiam presbyteri qñ priuatim comedunt, non obligantur facere, quòd aliquis coram eis legat, etiam si hoc possint facere, vt si clericos ad hoc habeant.

Quare Christus fregit panes. Quæst. CII.

QVAERITVR quare Christus fregit panes. Dicendum, quòd fuit primo ex quadam necessita-
A te: nam pauci erant panes, scilicet, quinque & comedentes erant forte plusquàm decem millia: ideo non poterant panes integri ad eos peruenire.

Secundo fuit, vt per fractionem istam miraculum fieret: nam cum Christus panes frangebat, multiplicabatur, crescebatque panis, & licet non esset virtus ista in tactu eius, tamen fiebat eo tangente, ideo conueniens fuit, quòd frangeret panes.

Tertio fuit, vt ostendatur, quòd miraculum istud proprie pertinet ad Christum: nam poterat fieri miraculum etiam Christo non tangente panes cum illos frangerent discipuli, quia tamen aliqui putarent tunc miraculum factum non esse a Christo, sed ab Apostolis: voluit ipse panes frangere. De hoc dicit
B Hieronymus super Mat. frangente autem Domino seminarium fuit ciborum, si enim fuissent integri non in frusta discerpti, neque diuisi in multiplicem segetem, tantam multitudinem alere non poterant.

De modo faciendi hoc miraculum, scilicet, quomodo panes fuerunt multiplicati: Licet multipliciter fieri potuit. Quæst. CIII.

QVAERITVR de modo faciendi istud miraculum. Dicendum, quòd fieri poterat miraculum multipliciter, scilicet, per creationem, per conuersionem, per multiplicationem, per rarefactionem. De primo, vt quòd Deus crearet præ-
C ter fragmenta illorum panum alia fragmenta, quæ nullo modo pertinerent ad illos panes, nec fuissent pars illorum, nec aliquid continuum cum eis.

De secundo, vt quòd Deus conuerteret aliquam materiam in panem: nam quælibet materia est in potentia obedientiali ad Deum, vt de illa faciat quod voluerit, & cum natura per successiones alterationum suarum possit conuertere quamcunque rem in panem, poterit Deus subito illud agere, & ita Christus poterat aerem aut quamcunque aliam materiam subito in panem conuertere de quo turba aleretur.

De tertio patet, vt quòd non addendo materiam aliquam Deus faceret illos panes in seipsos crescere ad tantam magnitudinem, quòd turbam saturaret. Et istum modum non capit natura, quia quandocun-
D que aliquid fit maioris quantitatis, aut fit per iuxta positionem, aut per conuersionem, vel intus susceptionem, & in vtroque recipitur aliquid extraneum, quantum Deus autem potest facere aliquid maioris quantitatis quàm prius non addendo quantitatem aliquam nouam, sicut potest de nihilo creare nouam quantitatem, & rem quantam, sed in hoc differt, quia creatio est nullo præsupposito quando neque res præexistebat, neque etiam quantitas rei, quia erat iam: ideo non vocamus eam creationem, sed vocamus multiplicationem, quæ est per modum creationis, scilicet, quòd res quæ erat accipit, quòd
E sit sub maiori quantitate, & illa quantitas incipit esse de eo quod non erat.

De quarto patet in natura, quia aliquid manens sub eadem quantitate nulla exteriori suscepta, idest, nihil addendo nec intus suscipiendo efficiatur sub maiori loco, quod fit in rebus, quæ liquefiunt, & subtiliantur per calorem: nam nihil de quantitate accipiunt, & tamen maiorem locum occupant, ita fit in olla bulliente, quia supercrescit ibi humor nullo addito.

De primo modo dicendum, quòd ille non fuit: nam si hic fuissent creata fragmenta panum non oportebat frangi istos panes, quia sicut creabantur fragmenta, ita poterant creari panes integri, & apponi toti turbæ, & non frangerentur aliqui panes,

sed

sed omnes apponerentur integri, & tamen falsum est, quia Christus fregit omnes istos panes, & pisces, ergo non fuit hoc factum per creationem.

Secundo patet, quia si crearet Deus noua fragmenta, quæ non essent partes illorum panum quos Christus frangebat, non esset verum, quòd de quinque panibus satiasset Christus quinque millia virorum, quia forte essent plures quàm mille panes.

Quartus etiam modus non stat, quia quando aliquid per rarefactionem accipit maiorem locum, non habet maiorem quantitatem, sed solum subtiliatur ad hoc, quòd possit plus occupare, & tunc non staret hoc.

Primo quia si quinque partes nullo addito per solam rarefactionem deberent ad tantam magnitudinem peruenire, vt possent diuidi in tot partes, & apponi coram tanta multitudine, necesse erat, quòd esset tanta subtiliatio materiæ, quòd peruenirent ad raritatem aeream, & forte ad maiorem, & hoc non stat, quia iam non possent fragmenta illa habere figuram panis, sicut aer manens in sua raritate, non potest ostendere talem figuram, quæ est corporum densorum.

Secundo quia ex hoc ipso appareret, quòd ista non erat res vera, sed phantastica: nam nullius ponderis essent omnia illa fragmenta: nam omnia simul collecta etiam cum duodecim cophinis, quæ superfuerunt, non essent maioris ponderis quàm quinque panes, cum nihil plus de materia nec de quantitate esset in istis omnibus fragmentis quàm in quinque panibus fractis, & tamen miraculum istud verum apparuit, quia hoc est quod ipse maxime cauebat, scilicet, quòd posset aliquis calumniari facta eius: ideo erant ista fragmenta tanti ponderis, sicut alia fragmenta æqualis magnitudinis de vero pane.

Tertio patet, & adhuc efficacius, quia si per rarefactionem fuisset hoc factum, non potuissent isti quinque panes sic facti satiare quindecim homines: nam cibi satiant inquantum prestant aliquid stomacho, in quo agant decoquendo, vt sit sufficiens restauratiuum per conuersionem, sed subiectum conuersionis est materia: vbi autem parum est de materia, parum est, quòd conuertatur, & nutriat, & quia si essent rarefacti panes isti, nihil plus de materia esset sub omnibus fragmentis quàm sub quinque panibus, nihil plus nutrirent, & satiarent vera saturitate quàm quinque panes, & tamen tota multitudo turbarum saturata est vera saturitate. Dicitur proprie propter quosdam cibos, qui sumpti in parua quantitate impediunt stomachum, & tollunt pro tunc appetitum cibi, sed illico desideratur plus de cibo, cum id quod sumptum est parum nutriat, ergo non erat hic rarefactio, sed erat tanta materia, & quantitas panis quanta sub alijs fragmentis æqualis magnitudinis de vero pane esse solet.

Manent ergo secundus, & tertius modus, idest, per conuersionem alterius materiæ in panem, vel per multiplicationem, vtrique modus istorum satis est conueniens, quia non patitur ista inconueniens: nam siue fiat multiplicatio, siue conuersio erit verum, quòd soli quinque panes sunt de quibus Christus satiauit istam multitudinem: Etiam vtroque est iste panis siue fragmentum tantæ densitatis, & quantitatis, & materiæ, & nutritionis sicut reliqui veri panes, & ita comedentes nullam differentiam sentire poterant inter istum panem, & reliquos veros panes, nisi forte, quia iste erat melior, & sapidior panis.

Augustinus autem super Ioannem videtur tenere, quòd per conuersionem alterius materiæ in panem factum est hoc dicens: vnde enim multiplicat de paucis granis segetes inde in manibus eius multiplicantur quinque panes; & tamen constat, quòd cum ex paucis granis segetes multiplicantur fit hoc per conuersionem exterioris materiæ; scilicet, humidi terrei in panem, ergo ita etiam fuit hic. Omnes tamen Doctores vocant istud multiplicationem sicut, & ipse Augu. & tamen multiplicatio signat ibi augmentationem per quam res accipit maiorem quantitatem, & potest fieri per conuersionem alterius materiæ in panem, vel per augmentum in seipso nulla facta conuersione, neque iuxta positione, aut intus receptione, nec etiam rarefactione, sed est talis multiplicatio per modum creationis, vt supra dictum est.

Et ita dicunt, quòd de costa Adæ formata fuit Eua: non quidem addendo ad extrinsecum, quia tunc femina non esset totaliter sumpta de viro, sed multiplicando illam paruam quantitatem, vt esset maior.

Sed dicendum, quòd talis multipticatio nihil est, neque est intelligibilis: ideo neque fuit in costa Adæ; neque in formatione Euę, neque in fractione panum de quo magis dicetur Mar. 6. Sed fuit hoc totum per conuersionem alterius materiæ in panes, vel fragmēta, sed ista conuersio solet vocari multiplicatio.

An ista multiplicatio panum fiebat in manibus Christi, vel in manibus discipulorum, vel in manibus turbarum. Quæst. CIIII.

QVAERETVR cum istud miraculum fieret per multiplicationem panum, idest, acceptionem maioris quantitatis modo dicto, & panis accipiebat quantitatem istam quando frangebatur, vel portabatur, vbi fiebat ista multiplicatio, an in manibus Christi primo frangentis, an in manibus discipulorum apponentium panes turbis, an in manibus turbarum rursus frangentium, & comedentium?

Aliqui dicunt, quòd solum fiebat illud in manibus Christi, quia ista multiplicatio erat miraculum, & tamen miraculum a nullo fiebat nisi a Christo, ergo in solis manibus eius multiplicabatur.

Dicendum etiam, quòd hoc non impedit, poterat enim in omnium manibus hoc fieri, & non erat inconueniens, quia vbicunque fieret non erat miraculum nisi a Christo, eo quòd alij frangentes rursus ista fragmenta, vel apponentes ea, non habebant virtutem aliquam qua ista multiplicatio fieret, sed solus Christus hoc habebat: immo quod plus est cæteri non intelligebant quomodo hoc fieret: ita est in suscitatione mortuorum, quia interdum Apostolis loquentibus, & tangentibus mortuos suscitabantur illi, & tamen Apostoli non suscitabant eos, sed solus Deus, quia nemo potest facere miracula nisi solus Deus.

Dicendum autem, quòd positio communis Doctorum est, quòd ista augmentatio fiebat tam in manibus Christi frangentis panes, quàm in manibus discipulorum portantium, quàm in manibus turbarum rursus frangentium. Hoc fuit conueniens.

Primo quia si non fieret multiplicatio in manibus discipulorum nec turbarū, sed tota in manibus Christi esset magna occupatio, cum ipse tot fractiones de panibus facere deberet quot fuerunt fragmenta, quæ omnes turbæ comederunt, & postea superfuerunt, sed in hoc esset longa temporis occupatio: ideo melius erat, quòd ipso pauca fragmenta dante, fierent postea multo plura.

Secundo quia hoc Christus humanitus faciebat: nam licet multiplicatio panum diuinitus fieret, ipsa tamen fractio fiebat humanitus a Christo, frangere autem

autem toties laboriosum erat: ideo cuitaret Christus istum laborem, cum posset aliter melius fieri.

Tertio quia aliter melius poterat innotescere potestas eius, & tamen melius poterat notificari si multiplicatio fieret in manibus omnium: sic ergo factum est: nam si solus Christus frangens multiplicaret, viderent hoc miraculum soli discipuli, qui videbant Christum frangere panes: turbæ autem nihil videbāt, quia iam discumbebant quādo Christus panes frangebat: ideo miraculum non viderent: sic ergo conuenienter fieret, quòd Christo frangente panes crescerent plura fragmenta, ita vt qui pauca acceperat apponenda antequā apponeret inueniret plurima, ita vt vix illa portare posset, & sic ipsi adhuc magis admirarentur, cum & in manibus suis crescerent panes, & rursus cum apponerent turbę, & illi ederent crescebant fragmenta inter manus frangentium, vt cum multum comedissent tot fragmenta postea inuenirent sicut prius fuerant, & hoc turbæ videntes admirarentur, quòd ipsis videntibus panes crescerent in manibus eorum.

Quarto quia istud pertinebat ad eminentem abundantiam potestatis Christi, vt non solum in manibus eius crescerent, sed etiam concederet, quòd crescerēt in manibus aliorum, quia hoc erat facere miraculum in absentia, cum id quod ipse non tangeret multiplicaretur per virtutem eius.

Quinto quia hoc proderat ad auferēdum laborem discipulorum apponentium cibos: nam si in manibus turbarum cibus non crescere: oportebat, quòd totū quod turbæ comederent, & quod superesset apponerent discipuli, & quia erat nimia multitudo oportebat sepe ire, & redire ad Christum. Si autem cibus crescere in manibus turbarum sufficeret ire non faciendo multas appositiones.

Sexto quia etiam hoc conueniebat bonæ dispositioni discumbentium: nam si totus cibus apponi deberet tantæ multitudini per manus paucorum discipulorum Christi, oporteret quibusdam comedentibus alios diu expectare, quod non erat conueniens: ideo melius erat, quòd semel spargendo pauca fragmenta per ipsos discumbentes ipsa crescerent in manibus eorum, & sic poterat simul omnibus prouideri non expectantibus quibusdam dum alij comederent, ergo in manibus Christi, & discipulorum, & etiam turbarum crescebat panis, & multiplicabantur fragmenta.

De manibus Christi dicit Augu. super Ioannem: vnde enim multiplicat de paucis granis segetes, inde in manibus suis multiplicauit quinque panes, potestas enim erat in manibus Christi, panes autem illi quinque quasi semina erant non quidem terræ mandata, sed ab eo, qui terram fecerat multiplicata. Sic etiam dicit Hiero. super Matt. Frangente autem Domino seminatium fit ciborum. Si enim mansissent integri, & nō in frusta discerpti, neque diuisi in multiplicem segetem, tantam multitudinem alere non poterant. De manibus discipulorum, quòd in eis crescceret panis patet, quia dicit Greg. Nissenus quibus nec cœlum fluebat manna, nec tellus iuxta sui naturam producens frumentum, eorum satisfaciebat egestate, sed ex ineffabilibus horreis diuinæ potentiæ beneficium affluebat, panis paratur factus in manibus ministrantium, nec non per saturitatem edentium augmentatur, esum etiam piscium, eorum necessitati non administrabat mare, sed ille, qui mari piscium genus inseruit. vbi Gregorius tetigit multiplicationem tam in manibus Christi quàm discipulorum quàm turbarum factam. Quod vero in manibus comedentium multiplicaretur patet quia ait Ambro. super Lucam: non exiguo, sed multiplicato cibo populum liquet esse satiatum, videns incomprehensibili quodā rigatu inter diuidentium manus quas non fregerant multiplicare particulas, & intacta frangentium digitis sua sponte fragmenta surripere. Poterat autem multiplicatio in manibus comedentium dupliciter fieri, vno modo, ꝙ fragmentum illud quod manu apprehenderēt licet comederent nō minueretur comedendo ac si nihil comederetur de eo, & ita erat de oleo in lecytho viduæ Sareptanæ, & farina in hydria eius ad præsentiam Eliæ, quia licet comederēt quotidie nō minuebatur 3. Reg. 17. donec Dominus pluit, & dedit segetes terræ, quia tūc cępit decrescere. Alio modo, ꝙ per fractionem crescceret, vt cum quis diuideret vnum fragmentum panis procederēt inde duo, vel tria æqualia primo, vel maiora, & vtrumque modum tangunt sancti Doctores, scilicet, Ambrosius sup Lucam, & Hilarius, & tamen quomodocunque fieret, videbāt turbæ panem multiplicatum in manibus suis, & tamen nesciebant, idest, non intelligebāt quomodo multiplicaretur, & etiam licet viderēt eū multiplicatū, i. postq̄ multiplicatus erat, tm̄ n5 videbant qm̄ multiplicabatur. Hoc aūt potest fieri dupliciter. Vno modo, quia res in instanti fit, & in instanti non est successio, quæ comprehendi possit, sed est factum esse, quod est quasi terminus motus, etiā quia nullus sensus percipit in instanti, sed in quadam parua successione, cum immuretur organum, & immutatio corporalis non possit esse in instanti. Alio modo, vt quia alia res ita successiue fit, & per pauca siue parua augmenta, ꝙ siquis semper aspiciat nunquam videbit rem augeri, & tamē post aliquantulum tempus videbit rem auctam: ita est in terræ nascentibus, sic dicitur Mar. 4. Sic est regnum Dei quemadmodum si homo iaceat sementem in terram, & exurgat nocte ac die, & semē germinet, & crescat dum nescit ille. Hic autem erat primus modus: nam fiebat ista multiplicatio diuina virtute, & ideo in instanti fiebat, & sic nesciebant neque videbant turbæ quando fiebat, sed videbant illud postquàm erat factum, de hoc dicit Hilarius 3. libro de Trinitate, quinque panes offeruntur turbæ, & franguntur, surrepunt in frangentium manibus quędam fragmentorum procreationes, non imminuitur inde quod perfringitur, & tamen perfringentis manum fragmenta occupant, nō sensus non visus profectum tam conspicabilis operationis assequitur, est quòd nō erat, videtur quòd non intelligitur, solum superest, vt Deus posse omnia credatur.

Quare Christus non satiauit turbam, deducendo panes de alio loco subito, vt eos turbæ apponeret. Et quòd maxime Christus intendebat ne miracula sua in dubium verti possent. Quæst. CV.

QVAERETVR quare Christus non satiauit turbam deducendo panes de alio loco subito, vt eos turbæ apponeret. Dicendum, quòd hoc facile erat fieri dupliciter, siue per creationem, siue per motum asportationis.

De primo, vt quòd Deus crearet subito mille panes, & mille pisces aut multo plures de quibus turba ista pasceretur: vel faceret, quòd de alia regione adducerentur vbicunque essent, sed non fuit sic factum, primo quia si tot panes integri, & pisces apponerentur turbæ, siue essent de nouo creati siue aliūde asportati, turbæ non viderent manifeste miraculum: nam putarent, quòd Christus fecerat hæc asportari de aliquo alio loco, & ad hoc se prius paraueret intendens pascere plebem in deserto, & tamen Christus intendebat maxime circa hoc, scilicet, vt miracula sua non possint verti in dubium, an essent vera miracula: ideo

ideo noluit illo modo facere, ſed voluit frangere panes, & ſic fractos apponere turbæ: nam non erat veriſimile, quòd fragmenta ſic aliunde apportarentur, ſed paucos panes quos habebat frangebat, vt poſſent apponi coram tota turba: nam ſi aliunde panes ad copiam aſportari feciſſet, honeſtius illos integros quàm fragmenta apponeret, & veriſimilius erat, quòd illos vellet integros apponere propter paucitatem, ergo panum apparebat manifeſte, quòd frangebat illos, & ita magis ſine ſuſpitione fiebat miraculum,

Secundo quia ſi panes integros Chriſtus creaſſet, vel aliunde afferri feciſſet, apponerentur ſic integri coram turbis quot eis ſufficerent, & nulla immutatio fieret in panibus augmentationis, vel multiplicationis, quia ſine hac ſufficiebant ad cibum turbæ, & ita miraculum factum eſſet antequam panis apponeretur turbis, & illæ non viderent miraculum fieri, nunc vero cum per fractionem factum eſt miraculum, creſcebat panis in manibus Chriſti, & diſcipulorum, & turbarum, vt oſtenſum eſt præcedenti quæſtione, & videbant turbæ manifeſte ipſum miraculum, quia cum comederent non deficiebat panis, ſed procedebant plura fragmenta de ipſis fractionibus quas ipſi faciebant, ideo iſte erat conueniens modus manifeſtandi miraculum, & non quòd panes apponerentur integri.

Tertio qa ſiue panes eſſent creati de nouo a Chriſto, ſiue aliunde aſportati miraculoſe, ſi integri apponerentur, turbæ putarent aliunde allatos, quia non ſuſpicarentur eos a Chriſto nunc nouiter creatos, quia hoc erat aperte credere ipſum eſſe Deum, ad quod nemo de turbis erat diſpoſitus, cum nec adhuc diſcipuli ſui hoc crederent firmiter, & ideo putarent eos allatos, & quia non erat propinquus locus, vt faciliter modo humano poſſent portari, putaretur quòd modo magico venerant. nam non eſt dubium magos talia poſſe facere, & ſæpe facere non ſolum ad apparentiam, ſed etiam ad veritatem miniſtrantibus eis dæmonibus. vnde & quidam terebrando arbores vnum vnde voluerunt aſportant, ſi Deus illud portari non vetet dæmones realiter coercendo, quod & de cibis ſimile eſt, nec poteſt negari niſi quis ad pauca aduerterit. Chriſtus autem volebat maxime a ſe tollere tales ſuſpitiones, quæ a quibuſdam de eo habebantur: nã dicebant, quòd in Beelzebub principe dæmoniorum eijciebat dæmonia ſupra 9. & 12. cap. & Luc. 11. Ita ergo credi poſſet, quòd cibos dæmonibus miniſtrantibus nunc attuliſſet turbæ, non ergo attulit panes integros, neque creauit.

Quarto vt aliqui dicunt fuit ad confutandum errorem futurorum hæreticorum, ſcilicet, Manicheĩ, & Marchionis, qui dicebant creaturas corporales eſſe malas, & a malo Deo factas, & ſic ſi Chriſtus nollet nunc miraculoſe paſcere turbam de panibus præexiſtentibus, ſed aliquos de nouo crearet, fouerentur iſti in ſuo errore, dicentes, quòd ideo non pauerat de panibus præexiſtentibus, quia noluit facere miraculum in rebus malis, ſcilicet, creaturis corporalibus, cum vero panes præexiſtentes multiplicauit, eliditur error eorum, quia per hoc creaturas corporales approbauit, & ad operationem ſuam diuinam aptas eſſe oſtendit. Sic dicit Chryſoſto. propter quid non facit panes ex nihilo quibus turbas paſcat, & reſpondet; vt ſcilicet, obſtruat Marchionis, & Manicheĩ os qui creaturas alienant a Deo, & per opera doceat, quoniam omnia, quæ videntur eius opera, & creationes ſunt, & vt oſtendant quoniam ipſe eſt, qui fructus tradidit, qui dixit a principio, germinet terra herbam virentem, nec enim hoc minus illo eſt, multiplicat quoque piſces ad oſtendendum, quòd tam mari quàm aridæ dominabatur. Quinto fuit, quia impedirentur valde diſcipuli miniſtrando turbæ, quia totum apponere debebãt, quòd turba comederet, nunc vero cum fragmenta panum creſcerent in manibus turbarum pauca apponendo erat ſufficiẽtia, vt dictum eſt præcedenti quæſtione.

Sexto quia cogerentur turbæ diu expectare: nam ſoli diſcipuli hic miniſtrabant, & omnes turbæ diſcumbebant, ſi autem totum cibum ad ſufficientiam diſcipuli apponere deberent, dum quibuſdam apponerent eſurirent alij expectando, quod non fiebat fragmentis panum creſcentibus in manibus comedentium, vt dictum eſt præcedenti quæſtione: ideo non fuit conueniens panes de nouo creari neque ab extra efferri.

Quare miraculum de panibus in ſaturatione turbæ non factum eſt per multiplicationem, ita quòd quilibet panis efficeretur magnæ quantitatis. Quæſt. CVI.

QVAERETVR dato, quòd non fieret hoc per panes creatos nouiter aut ab extra ſubintroductos, quare non fiebat per multiplicationem, ita quòd quilibet panum efficeretur tantæ quantitatis, vt conciſis illis in fragmenta daretur ſufficiens cibus populo.

Dicendum, quòd non fuit conueniens. Primo propter deformitatem: nam ſi tantum creſcerent illi panes magnum ſpatium occuparẽt, ſcilicet, magnam aream, cum ex illis cibus fieret ſufficiens pluſquàm pro decem millibus comedentibus, nunc vero cum panes creſcebant per fractionem, nulla ſequebatur deformitas, quia nullus accipiebat maiorem quantitatem quàm prius habuerat quantum ad extenſionem, ideo erat conuenientius.

Secundo quia eſſet difficultas magna in frangendo minutatim tam magnos panes. Tertio quia nimis Chriſtus occuparetur frangendo, & tardaret, quia hoc humanitus fiebat, & ideo longo tempore egebat vt totos panes comminueret, cum autem frangebat paruos panes, & ipſa fragmenta poſtea in manibus diſcipulorum, & deinde comedentium creſcebant, parum ſibi immorandum erat.

Quarto quia etiam diſcipuli nimis fatigarentur, & tardarent apponendo panem turbis, quia ipſi appoſituri erant quod turba comederet, & quia turba multa eſſet, nimis immorandum erat.

Quinto quia etiam turbis graue hoc erat, quia non prouideretur eis bene, eo quòd propter paucitatem miniſtrantium, & multitudinem diſcumbẽtium erat longa adminiſtratio, & dum quibuſdam prouideretur, eſurirent cæteri, cum vero panis creſceret in manibus comedentium, erat breuis adminiſtratio, quæ cito fieret, ideo non cogerentur quidam alijs manducantibus expectare. Sexto & præcipue fuit, vt magis miraculum innoteſceret: nam ſi panes creſcerent ad tantam multitudinem, vt ſufficerent ad paſcendum turbas, non multiplicarentur quando frangerentur, quia iam multiplicati eſſent ſufficienter, & ſic turbæ non viderent miraculum: nam nunc ſicut Chriſtus faciebat creſcebat panis in manibus Chriſti frangentis, & poſtea in manibus diſcipulorum apponentium, & tandem in manibus manducantium, & ſic videbant diſcipuli in manibus ſuis fieri miraculum, & turbæ etiam in manibus ſuis, quod valde conueniebat ad manifeſtationem rei, & laudem Chriſti: ideo iſte modus fuit conuenientior cæteris, & non quòd panes quando integri eſſent, creſcerent ad tantam quantitatem.

Si nunc Chriſtus non habuiſſet panes, nec piſces iſtos, & occurriſſet iſta turba quomodo feciſſet. Et quòd ad ſuſtentandum multa Deus fecit res aliunde apportando. Quæſt. CVII.

QVAERETVR ſi Chriſtus non habuiſſet nunc panes, nec piſces, ſicut habuit, & occurriſſet iſta turba famelica in deſerto, quid feciſſet.

Dicendum, ꝙ Chriſtus paſceret turbam creãdo de nouo panes, vel aliunde adducendo, nam vtrunque Deus facere conſueuerat. Creatio.n.eſt qñ res non eſt nec haberi poteſt: ſic.n. Deus a principio creauit res, quia ante hoc non erant, nec aliter incipere poterant, niſi ipſe creaſſet, & ita fuit in cibando plebem, nã qñ Iſraelitas pauit in deſerto non adducebat mãna de alia regione, in qua illud eſſet, ſed per conuerſionem quãdam alicuius materiæ naturalis in talem cibum, vel ꝑ creationem eſſe quotidie de nouo incipiebat: & tamẽ ſiue eſſet creatio, ſiue conuerſio ex preiacente materia in aliquid: conſtat ꝙ non poterat fieri pure naturaliter ꝑꝑ multa, quæ apparebant in ipſo manna, de quibus magis dictum eſt Exod. 16. & Deut. 8. de aſportatione patet, quia ſic ſepe Deus faciebat in veteri teſtamento, vt patet qñ Deus dedit prima vice manna, nã mane dedit manna, & in veſpere dedit coturnices, ipſas tñ coturnices non creauit de nouo, ſed fecit venire de locis vicinis mari rubro Exo. 16. Iterum ẽt cum populus deſideraret carnes, & fleret præ illis in ſepulchris concupiſcentiæ, ventus egreſſus a Domino attriput coturnices apud mare rubrum, & tranſtulit eas in caſtra, & impellente vento cadebant in circuitu caſtrorum, & populus accipiebat eas, & manducabat Num. 11. Sic etiam fuit tempore Eliæ, nam panem, & carnes portabant ei quotidie bis corui, ſcilicet mane, & veſpere, tertio Regum 17. Etiam quando Elias fugiebat a facie Iezabel reginæ, eratque in deſerto Berſabee, angelus attulit ei panem ſubcinericium, & vas aquæ, tertio Regum 19. Sic etiam Danieli factum eſt exiſtenti in lacu leonum, nam angelus Domini portauit Abacuc prophetam per capillum verticis cum cibis quos meſſoribus ſuis parauerat, & dẽdit eos Danieli in Babylone Dan. c. 14.

Eſt dicendum tamẽ, ꝙ ſiue per creationem, ſiue ꝑ aſportationem aliunde hoc faceret: nõ apponeret eos integros turbis, quia manerent inconuenientia, quę ſupra facta ſunt, ideo paucos panes crearet, vel aliunde afferret, & illos publice Apoſtolis propoſitos frangeret: multiplicans eos in manibus ſuis, & faciens ꝙ multiplicarentur in manibus diſcipulorum, & poſtea comedentium, ſicut nunc factum eſt, & ita miraculum appareret, & non eſſet ſuſpectum, & tamen cõueniẽtius fuit pro Chriſto, ꝙ panes aliqui preexiſterẽt quos multiplicaret, ne dubitaretur vnde attulerat panes illos quos multiplicabat, & ita in vtraque ſaturatione turbæ Chriſtus quę ſuit a diſcipulis quot panes habebant, vt patet hic, & Marc. 6. & ſequenti capitulo, & Marc. 8.

Aliqui autem dicunt, ꝙ ſi Chriſtus crearet cibos, vel aliunde afferret non exiſtentibus aliis, ꝙ illos faceret cadere in medio diſcumbentium, vt comederent, ſicut fecit Deus, ꝙ manna, quod mittebat de cęlo, caderet in circuitu caſtrorum, & coturnices ẽt Exo. 16. & Nume. 11.

Dicendum, quòd nõ faceret, quia eſſet ſuſpectum miraculum: nam de Deo mittente manna, quia ſciebatur eſſe Deus omnipotens nihil ſuſpicabantur Iudæi quidquid ille vellet facere, & qñocunque faceret: de Chriſto autem non conſtabat eis, ꝙ erat Deus, neque hoc credebant, ideo ſi taliter cibos afferri faceret, putaretur, ꝙ miniſtrantibus dęmonibus hoc faciebat, & ſic eſſet ſuſpectum miraculum, ideo non faceret ſic, ſed frangendo, & multiplicando, & apponendo turbæ, vt dictum eſt.

Quomodo differt ſaturatio iſta ab illa, quam Deus fecit Eliæ in torrente Zarith Et quod miracula ſolum fiunt, quando aliter non poteſt humanitus prouideri. Quæſt. CVIII.

QVAERETVR de comparatione ſaturationis iſtius ad illam, quã Deus faciebat Elię in torrente Zarith mittens ei quotidie bis coruos, vt darent panem, & carnes, tertio Regum decimoſeptimo.

Dicendum, quòd iſta primo differt ab illa, quia in illa erant panis, & carnes: hic autem panis, & piſces.

Secundo, quia illa fiebat quotidie bis iuxta neceſſitatem paſtus Eliæ, iſta autem nunc ſemel tantum facta eſt, & iterum ſimul facta eſt interiecto aliquanto tempore ſeq. c. & Mar. 6.

Ratio huius eſt, quia miracula diuina ſunt in ſubuẽtionem inopiæ noſtræ. ſ. ꝙ vbi deficit humana potentia incipit diuina ſubuenire ne tollatur ordo a rebus, & ideo ſolum fiunt miracula, quando aliter nõ poteſt humanitus prouideri, & quia nunc turba erat in deſerto loco vbi cibos habere non poterat, fuit conueniens, quòd Chriſtus miraculoſe prouideret de cibo, poſt hoc vero immediate fuerunt in locis habitatis, vbi cibos habere poterant, ideo non erat neceſſe, ꝙ eis miraculoſe prouideretur, & ita non fuit prouiſum. Elias autem manens apud torrentem Zarith erat ſemper in neceſſitate famis, quia aliter non poterat ei prouideri, niſi Deus prouideret. & maxime, quia Deus iuſſerat ei, quòd maneret ibi dicens ego pręcepi coruis, quòd paſcant te, tertio Regum decimoſeptimo, ideo quotidie prouidebatur ei, vſque ad exſiccationẽ torrentis: nam tunc cum non haberet vnde biberet, & corui non portarent potum: iuſſit Deus, ꝙ iret ad viduam Sareptanam, vt eum paſceret.

Tertio, quia ibi erat creatio ciborum de nouo, vel aſportatio aliunde: hic ergo erat multiplicatio ciborum præexiſtentium, ideſt panum factorum ab homine. Et ratio eſt, quia in loco vbi manebat Elias, non erat cibus, ideo neceſſe erat, quòd cibus pro eo, aut de nouo crearetur, aut aliunde portaretur: hic autem ẽrat cibus humanitus factus, ſcilicet quinque panes, & duo piſces, & tamen non ſufficiebant pro tanta multitudine, ideo conueniens modus erat, ꝙ cibus ille multiplicaretur.

Quarto differebat, quia in cibo turbarum nunc ſuperfuerunt reliquiæ, quę plures fuerunt, quam panis materia de qua ſaturata eſt multitudo. ſ. duodecim cophini, in cibo autem Eliæ non leguntur ſuperfuiſſe reliquiæ, immo non ſupererant. Quod patet, quia ſi ſuperfuiſſent reliquiæ in mane reſeruarentur ad veſperum ne perirent, & tunc non portaretur cibus ad veſperum, & tamen tam in mane, quam in veſpere corui portabant panem, & carnes, tertio Regum 17. ergo nihil ſupererat, quia non dimitteret illud Deus, quòd periret, ſicut nunc dixit, colligite fragmenta, quæ ſuperauerunt ne pereant Ioann. capitulo ſexto. Ratio huius erat, quia Elię dabatur cibus ad neceſſitatẽ ſolum: turbis autem datus eſt ad neceſſitatem, & ad miraculi oſtenſionem, neceſſitas autem Eliæ ſubleuabatur per hoc, quia daretur ei cibus ad abundantiam, ideo ſupereſſe reliquias non oportebat: turbis autem dabatur cibus ad oſtenſionem miraculi pręcipue, nam licet finis immediatus erat prouidere fami turbarũ, tñ finis vltimus, & pręcipuus erat, ꝙ oſtenderẽt Chriſti potestas,

testas,ideo Christus venire voluit turbas in hũc locũ, F vt esurirent,& oporteret, quòd ipse eis prouideret,& sic potestas sua manifestaretur.

Quare nunc non dedit populo Christus panem, & carnes. Quæst. CIX.

SED dicetur quare nunc nõ dedit populo Christus panem,& carnes.Dicendum ꝙ Deus solitus erat dare panem, & carnes, & nunquam pisces: nam dedit manna,& coturnices Exod. 16.in principio introitus Israelitarum in desertum. Deinde in progressu eorum iterum in sepulchris cõcupiscentię dedit panes manna, & carnes, idest coturnices Nu.11.pisces aũt nunquã Deus dedit mira- G culose, licet populus illos desiderasset Nu.11.dicens: recordamur piscium quos comedebamus in Aegypto gratis:anima nostra arida est,nihilque vident oculi nostri, nisi man, idest manna. Christus aũt dedit pisces non tanq̃ illos potius vellet dare, q̃ carnes, sed qa Christus voluit facere miraculosam saturationem non adducendo cibos ab extra, sed pascendo de illis quos habebat illos multiplicando, & qa occurrit ibi inueniri 5.panes dedit Christus pisces.Si autem habuissent discipuli panem, & carnes,multiplicasset carnes, & dedisset carnes,& non pisces, in quocunque genere carnium essent, siue de pecoribus,siue de volucribus, & tamen vtraque vice contigit inueniri pa- H nem, & pisces apud Christi discipulos,& non carnes, vt patet hic, & sequ. capi.& Mar.6.& 8.& ideo vtraque saturatio de piscibus facta est: si autem Christus saturasset turbas non cibis quos haberet, sed creatis de nouo, vel aliunde adductis, non daret Christus pisces,sed carnes, vel illud, quod sapidius turbis esset ad maiorem ostẽsionem,& memoriam miraculi istius.

Sciendum tamen, ꝙ licet Deus apud torrentem Zarith pauerit Eliam dando ei panem, & carnes, non pascebat eum semper sic: nam in deserto Bersabee panem subcinericium ei dedit, & solam aquam 3. Regum 19.

Quod mirac.fuit maius an istud, vel saturatio Eliæ apud torrentem. Quæst. CX. I

SED dicetur, quod miraculum fuit maius nunquid istud, vel saturatio Elię?

Dicendum, quòd vt declaratum est supra 9.capi.q.18.si miracula attendantur quantum ad potestatem facientis, vnum non est maius alio,qa omnia procedunt ex infinita potestate, & ad nullum requiritur plusquam infinita potentia, & in nullo sufficit minus, quam infinita, considerando autem quantum ad alia, quę sunt in miraculis potest vnum esse, vel dici maius alio quanto plura accidunt in vno miraculo, quam in alio; quę ad rationem miraculi pertinent. Et tunc dicendũ quòd aut cibus datus Elię creabatur de nouo, aut portabatur aliunde. Si porta- K batur aliunde erat minus,quam istud, quia portare cibos potest fieri sine miraculo, s.per solum motũ localem: angeli enim cibos istos portarent, & tamen angeli nullum miraculum verum faciunt, sed solus Deus: multiplicari autem panes, sicut hic factum est miraculum est, ergo in infinitum maius, quam saturatio Elię si fieret per portationem ciborum aliunde. Si autem dicatur, quòd ille panis,& carnes, quę dabantur Eliæ erant per creationem, erat verum miraculum, & tunc posset dici illud maius miraculum, idest pluries factum, & tamen comparando vnam vicem ad vnam, maius miraculum fuit istius saturationis: nam multiplicare sic panes non erat minus, quàm creare, vt dicit Chrysostom.quòd Christus de panibus multiplicatis pauit turbas, vt ostendat, quòd ipse est qui fructus tradit, qui dicit a principio germinet terra herbam virentem, nec enim hoc minus illo est,& præter hoc fuerunt illi multum saturati, scilicet plusquam decem millia. ibi autem solus Elias, etiam in illo miraculo saturationis nihil supererat de allato cibo: hic autem plus supererat, quam a principio fuerat cibus.

De comparatione istius saturationis ad aliam qua saturabat dominus Eliam in domo viduæ Sareptanæ, quomodo differunt. Quæst. CXI.

QVAERETVR de comparatione istius saturationis ad aliam qua saturabat dominus Eliam in domo viduæ Sareptanæ.3. Reg.17.

Dicendum, ꝙ illa magis conuenit cum ista, quam præcedens,& tamen differt in aliquo. Primo,quia hic pascebatur multitudo turbarum, ibi autẽ solus Elias, & vidua Sareptana,& filius eius:non enim habebat vidua aliam familiam,nisi filium.Quod patet,eo.c.nam qñ dixit Elias ad viduam, ꝙ daret ei modicum panis, dixit illa,ꝙ non habebat,nisi modicum farinę,& olei, & ibat,vt faceret inde modicum panis sibi,& filio suo vt comederẽt,& morerentur,& sic videtur, ꝙ nullus alius esset in domo.

Secundo,quia nunc pascebatur turba pane,& piscibus,Elias vero pane,& oleo,quia Deus dixerat,ꝙ non deficeret farina in hydria viduæ, nec oleum in lecytho eius,quousque cessaret fames,eo.c.

Tertio, quia illud de Elia durauit longo tempore, saturatio autem turbarum semel tantum nunc facta est. Ratio fuit,quia Elias, & vidua semper fuerunt in necessitate quousque cessauit fames,& ideo Deus pascebat eos continuato miraculo,turbæ autem nõ fuerunt in necessitate famis, nisi nunc quando erant in loco deserto, ideo nunc semel tantum pastę sunt, & sic etiam cessante famis tempore cessauit miraculum lecythi,& hydriæ,& ceperunt minui naturaliter p̃ extractionem quot.dianãm,

Quarto fuit,quia licet tam hic,quam ibi fuerit quędam multiplicatio,quia panes hic multiplicari sunt,& pisces:ibi farina,& oleum. crescebãt tñ diuersimode, quia ibi qñ oleum extrahebatur de lecytho crescebat vt videretur nihil inde eductũ, & ita de farina hydrię; nunc autem multiplicabatur panis per fractionem,vt cum quędam fragmenta tollerentur, alia in manibus succrescerent,vt dicit Ambro. & Hilarius,sed satis est magna similitudo.

Quinto, quia in ista saturatione turbarum fuerunt reliquiæ plures,quam cibus principalis,oleo aũt & farinæ non poterant ibi dari reliquiæ, quia manebant in eadem quantitate semper quousque cessauit fames. Sed dicetur,qđ istorum fuit maius miraculum?

Dicendum,ꝙ vtrunque fuit verum miraculũ, quia per multiplicationẽ, vel conuersionem alterius materiæ factum est, & tamen vt miraculum saturationis turbarum maius, quia factum est ad plures.i.multi saturati sunt.In saturatione Eliæ solum ipse, & vidua,& viduę filius pascebantur, quia non habebat vidua aliã familiam,vt dictum est.

Secundo, quia minori materia respectu tantæ multitudinis facta est saturatio,quam fuerit farina,& oleũ hydrię,& lecythi comparatiue.

Tertio,quia fuit maior quantitas reliquiarum in saturatione turbarum,quam cibus principalis, & tamõ in saturatione Eliæ non considerantur reliquiæ, sed solum mansit hydria, & lecythus sine diminutione, quandiu durauit fames.

De comparatione istius saturationis ad illam, quam habuit Elias in deserto Bersabee quomodo differunt. Quæst. CXII.

QVAERETVR de comparatione istius saturationis ad illam, quam habuit Elias in deserto Bersabee,scilicet de pane subcinericio 3.Re. 19.in quo differunt. Dicendum ꝙ differunt. Primo quia hic panes,& pisces dati sunt, ibi autem panis subcinericius. Secundo, quia ibi potus datus est, scilicet vas aquę,quod inuenit Elias ad caput suum: hic autẽ nullus potus datus est. Ratio differentiæ est, quia ibi Elias erat in loco in quo, nec erat cibus,nec potus, iõ vtroque indiguit, hic aũt turba licet esset in loco de- B serto in quo non erat cibus:erat tamẽ ibi potus aquę, & sic solus cibus ministratus est.Tertio quia ibi solus Elias pastus est, hic autem plusquam decem millia. Quarto quia hic panis multiplicatus est, vt de paucis panibus saturarentur turbę multę: ibi autem nõ fuit multiplicatus subcinericius, quia ille sufficiebat pro tunc ad cibum Elię. Quinto quia saturitas ex cibo illo duranit in Elia per 40.dies,scilicet vsque ad mòntem Oreb: nam dixit illi angelus surge, & ambula, grandis enim tibi restat via, & surrexit, & ambulauit Elias in fortitudine cibi illius 40.diebus, & 40.noctibus vsque ad montem Dei Oreb 3.Regum 19.saturitas tamen ista turbarum non duranit tanto tempore,sed esurierunt post hoc, quando fuit tempus opportunum,sicut fiebat in alijs cibationibus.Ratio est, quia Deus vult prouidere necessitati humanę, & qa Elias ambulaturus erat40.diebus non inueniens cibum,oportebat, ꝙ singulis diebus sibi Deus prouideret,sicut prouidebat,qñ erat ad torrentem Zarith mittens panem, & carnes quotidie mane, & vespere 3. Re.17.& sicut quando erat cum vidua Sareptana: nã quotidie comedebat de hydria, & lecytho eodem c. vel daret ei vnum cibum pro multis diebus: fecit autem hoc, quòd ambularet in fortitudine cibi illius 40.diebus, & 40. noctibus: turbis autem non erat nunc necesse pasci pro longo tempore, quia ipso die poterant ire ad loca in quibus cibos inuenirent, sicut D dixerunt discipuli supra in litera, & Mar.6.desertus est locus, & hora preterijt: dimitte turbas, vt euntes in castella emant sibi escas.

Quod fuit maius miraculum an istud de saturatione turbarum vel illud Eliæ in domo viduæ. Et quòd robur corporis in nobis est per cibum: Deus tamen potest conferre cibo virtutem, vt nutriat per multos dies. Quæst. CXIII.

SED dicetur quod fuit maius miraculum.Dicẽdum, ꝙ aut panis, & aqua quibus Elias pastus est de nouo creata sunt, aut angelus ille asportauit de aliquo loco. Si asportata sunt, non fuit E miraculum, quia illud sola virtute angelica fieri potuit, sicut quando portauit angelus domini Abacuc cum cibis de Iudea in Babylonem ad lacum leonis vbi erat Daniel:Dan.14.& tamen angelus nõ potest facere miracula, quia sola diuina virtus sufficit ad faciendum miracula: hic autem pascendo turbas fuit verum miraculum, cum panis multiplicatus fuerit, quod solus Deus facere potest, ideo istud erat maius illo. Si autem panis, & aqua creata sunt,fuit miraculum,quia creatio a solo Deo est,& ex hac parte equale est aliquid creare, & illud multiplicare, sicut nunc multiplicatum est, vt dicit Chrysost. Et tamen hoc dato videtur esse maius miraculum istius saturationis turbarum. Primo quia illic solus Elias saturatus est:hic autem plusquam decem millia hominum vi- A rorum,& mulierum.Secundo quia panes,& pisces in saturatione turbarum multiplicati sunt cum frangerentur: cibus autem Elię non multiplicatus est ad maiorem quantitatem, quam ei fuerit appositus. Et ratio est, quia sub tanta quantitate sufficiebat ei, vt pro tunc pasceretur,& tamen ad hoc,quòd cibus apponeretur turbis non sufficiebant quinque panes,nisi ad maiorem quantitatem perducerentur,ideo facta est ibi multiplicatio.

Tertio quia in saturatione turbarum supfuerunt reliquię in maiori quãtitate, quam fuisset cibus principalis. In cibo tamen Elię nihil superfuit,sed totum comedit. Ratio differentię est, quia Deus volebat in saturatione Elię solum prouidere necessitati eius: ad hoc autem sufficiebat, quòd tantum de cibo ei daret quantum comedere posset,& non erat necesse superesse reliquias. In saturatione autem turbarum præcipuum erat,quòd ostenderetur virtus Christi,ideo nõ solum prouidit necessitati turbarum dando quantũ eis sufficiebat, sed etiam fecit superesse reliquias maioris quantitatis, quam fuisset principalis cibus.

Sed obijcietur, quòd fuerit maius miraculum saturatio Elię: nam ille ambulauit in fortitudine cibi illius 40.diebus, & 40.noctibus 3.Regum 19.turbę autem a Christo pastę post paucum tempus esurierunt,scilicet ipso die, vt dictum est.

Dici potest vno modo,quòd ista fortitudo Elię ad C ambulandum 40.diebus, & 40 noctibus non fuit ex cibo illo nullo alio addito, sed est sensus, quòd postquam comedit cibum illum vsque ad 40.dies non comedit alium, & tamen ambulauit fortis, & quia fortitudo,idest robur corporis est in nobis per cibum: dicitur ambulasse Elias in fortitudine cibi illius,quia nullum alium comedit,& tamen fortitudo erat in eo a Deo, sicut Moyses nullum talem cibum comedit, & tamen mansit in monte Sinai bis diebus40.cum Deo,nec comedens,nec bibens Exo.34.& Deutero. 9.& hoc erat propter consortium sermonis domini, sed sicut dabat Moysi virtutem consortium sermonis sui, ita dare posset Elię ambulanti ad preceptum eius,quia sancti,qui sperant in domino mutabũt fortitudinem, ambulabunt, & non deficient Isa.40. capitu.

Alio modo potest dici, quòd proueniret hoc ex cibo quem comederat Elias,scilicet quòd tãta fuisset virtus illius, quòd nutriret pro 40.diebus, & roboraret non permittens corpus resolui, ita vt famesceret, aut lassaretur, & licet in cibis communibus non sit talis virtus,potest Deus conferre illam cuicunque cibo voluerit, & non erit illa virtus infinita, sed naturalis, sic est de ligno vitę,quod erat in Paradiso; nam si homines assuescerent comedere de illo efficerentur immortales Gen.3.& tamen maius est virtute cibi effici aliquando immortalem, quam per vnicam E comestionem durare robur in homine quadraginta diebus sine alio cibo, & ita non esset hoc maius, quã multiplicatio panum,quam nunc fecit Christus,quia multiplicatio erat miraculum,illud autem sine miraculo fieri potest.

Quæ differentia est inter istam cibationem, & illam,quam Elisæus fecit. Quæst. CXIIII.

QVAERETVR, quę differentia sit inter istã cibationem, & illam, quę habetur quarto Regum 4.c.qua Elisęus saturauit multos viros de paucis panibus.

Dicendũ, ꝙ aliquod miraculum videtur ibi fuisse, scilicet quòd de viginti panibus ordeaceis, & paucis panibus primitiarũ, & frumẽto nouo,quod tulit qdã

in pera ſua, ſaturati ſunt centum viri, & iſte cibus non F
ſufficeret aliàs pro centum viris, nam eodem cap. dicitur, quòd cum diceret Eliſęus diſpenſatori, quòd apponeret coram populo, dixit ille, quantum eſt hoc, vt apponam coram centum viris? & dixit Eliſęus: hæc dicit dominus comedent, & ſupererit, & ſuperfuit iuxta verbum domini: ergo miraculum fuit. Et quantum ad hoc conuenit cum illo, quòd de pauco cibo multi ſaturarentur, ſed multum differunt. Primo, quia hic per fractionem multiplicabatur panis: ibi autem non apparet quomodo multiplicaretur, vel ſaturaret. poſſet tamen ſatis dici, quòd frangentibus eis panem fiebat aliquanta multiplicatio. Secundo, quia in ſaturatione turbarum factum eſt miraculum tripliciter, ſcilicet in fractione panis facta a Chriſto, & in portatione Apoſtolorum, & in fractione facta a turbis, nã vtrobique fiebat multiplicatio, vt oſtenſum eſt, ſupra queſtione 105. In ſaturatione autem facta per Eliſęum licet fuerit multiplicatio fuit vnica. ſ. quando comedẽtes frangebãt panes: nam nec Eliſęus fregit panes, nec diſpenſator, ſed integros illos appoſuit comedẽtibus, vt dicitur, quarto Regum, capitulo quarto, quia cum dicatur, quòd diſpenſator recepit illos viginti panes ordaceos, & panes primitiarum, & frumentum nouũ: dicitur quòd dixit ei Eliſęus, quòd apponeret coram populo, & ille appoſuit, & ſic vnicum miraculum erat ibi: hic autem tria. Tertio, quia ibi fuerunt multi panes, ſcilicet viginti panes ordeacei, & panes aliquot primitiarum, & frumentum nouum in grano, quod
H fuerat portatum in pera: hic autem fuerunt pauci panes, ſcilicet quinque. Quarto, quia Chriſtus dedit turbis panes, & piſces: ibi autem Eliſęus ſolos panes dedit populo. Quinto, quia illi erant pauci comedentes, ſcilicet centum viri, vt dixit diſpenſator Eliſęi, ſcilicet quantum eſt hoc, vt apponam coram centum viris? hic autem fuerunt pluſquam decem millia, quia fuerunt ſoli viri quinque millia prętер paruulos, & mulieres. Sexto, quia fuerunt hic multæ reliquiæ, ſcilicet cophini duodecim, ſupra in litera: in cibatione autẽ Eliſęi aliquid ſuperfuit, & tamen parum fuit, quòd ſcriptura non expreſſit quantitatem illius, nam dicitur, quarto Regum quarto, hęc dicit dominus, comedent & ſupererit, & ſequitur, quòd comederunt, & ſuperfuit iuxta verbum domini. Sed dicetur, quod fuit maius miraculum?

Dicendum, quòd ſaturatio turbarum. Primo, quia hic erant tria miracula, ideſt tres multiplicationes, ſcilicet in manibus Chriſti: in manibus diſcipulorum, & in manibus turbarum, vt oſtenſum eſt, ſupra queſtio. 105. In ſaturatione Eliſęi fuit vnicum miraculum, ſcilicet, quia multiplicabatur panis ſolum, quando turbæ illum frangebant, vt dictum eſt præcedenti quæſtione. Secundo, quia in ſaturatione Eliſęi fuit multus cibus, ſcilicet viginti panes ordeacei, & aliquot panes primitiarum, & frumentum nouum, quod attulerat vir quidam Eliſęo in pera ſua: hic autem fuerunt ſolum quinque panes, & duo piſces. Tertio, quia comedentes tempore Eliſęi fuerunt pauci, ſcilicet centum
K viri, vt patet quarto Regum, capitulo quarto, ſcilicet quantum eſt hoc, vt apponam coram centum viris? comedentes autem hic fuerunt multi, ſcilicet quinq; millia virorum prętер mulieres, & paruulos. Quarto differunt quantum ad reliquias ciborum, quia nunc ſuperfuerunt cophini 12. & tamen in ſaturatione facta per Eliſęum licet quid ſuperfuerat, parũ erat, ideo ſcriptura non nominauit quantitatem reliquiarũ, ſed dixit comedent, & ſupererit, & comederũt, & ſuperfuit iuxta verbum Domini.

Cap. XIIII.

De comparatione iſtius ſaturationis ad multiplicationem olei factam per Eliſęum pro muliere vidua, & quomodo conueniunt, & differunt. Quæſt. CXV.

QVAERETVR de comparatione iſtius ſaturationis ad multiplicationem olei factam per Eliſęum pro muliere vidua.

Dicendum, quòd aliqua ſimilitudo eſt inter hæc: nam vtrobique factum eſt miraculum per multiplicationem, ſiue eſſet per conuerſionem alicuius exterioris materiæ in oleum, vel panem, ſiue augmentationem a Deo factam ſine alia conuerſione, vel appoſitione materię. Differunt tamen. Primo, quia fuit illa
G multiplicatio olei vnum miraculum continuum, nã augmentatio illa olei ex quo cępit ſemper proceſſit, quouſque ceſſauit, nam creſcebat oleum in lecytho, & infundebãt inde in alia vaſa, & ſemper creuit quouſque filii nullum vas habuerunt, quod matri offerrent, & dicitur, quòd tunc ſtetit oleum, quarto Regũ quarto capitulo: hic autem fuerunt tria miracula, ſiue tres multiplicationes, quia panes multiplicabãtur in manibus Chriſti, & poſtea in manibus diſcipulorum: deinde in manibus comedentium, vt oſtenſum eſt ſupra quæſtione 105. Secundo, quia in oleo facta eſt minor multiplicatio, quam in pane, quia in pane facta eſt tanta multiplicatio de quinq; panibus, ꝙ ſaturati ſunt comedentes, pluſquam decem millia, tam de viris, q̃ mulieribus, quam paruulis,

Ex hoc apparet, quòd maius fuit miraculum iſtius multiplicationis panis, & piſcium, quam multiplicatio olei, & hoc decens erat, quòd illa miracula, quæ per Chriſtum fierent, maiora eſſent, quam illa, quę fiebant per prophetas. Sic dicit Chryſ. vide quanta eſt ſerui, & domini differentia: nam prophetę quaſi ex menſura habentes gratiã miracula faciebant, Chriſtus autem abſoluta virtute faciens cum multa ſuperabundãtia omnia operabatur.

Quomodo differunt iſtæ ſaturationes, & illa quam faciebat Deus dando Iſraelitis manna. Quæſt. CXVI.

I QVAERETVR de differentia iſtius ſaturationis ad illam, quam faciebat Deus dando Iſraelitis manna.

Dicendum, quòd differunt. Primo, quia licet vtrobiq; eſſet miraculum: tamen vtrobique illud erat per creationem, vel conuerſionem alicuius materiæ naturalis in manna. iſtud autem erat per multiplicationem, vt communiter aſſeritur, licet ſiquis dicat, quòd fuit etiam ſaturatio turbarum per cõuerſionem alicuius exterioris materiæ in pane, non eſt inſiſtendum, immo & hoc eſt verum, & aliter non poteſt intelligi multiplicatio. Secundo, quia ſaturatio iſta ſemel tantum facta eſt, illa autem de manna fiebat quotidie, & durauit per quadraginta annos Exo.
K decimoſexto, & Deuteronom. octauo, & deſcendebat quotidie manna in circuitu caſtrorum Exod. decimoſexto.

Ratio differentiæ quantũ ad primum eſt, quia creatio fit quandocunque res aliter non poteſt incipere eſſe, niſi per creationem, & quia in deſerto non poterant Iudęi aliter habere cibum, dabat eis Deus per cõuerſionem, vel creationem quandam alienę materię: hic autem Chriſtus habebat aliquos panes, & piſces: ideo nõ fuit opus, ꝙ de nouo crearet cibũ, ſed ꝙ iſtũ quẽ habebat multiplicaret. De ſecundo eſt rõ, qa Deꝰ puidet neceſſitati, & qa turbę a Chrõ paſtę nõ fuerũt in neceſſitate, niſi illa die, qa ĩmediate potuerũt ire ad loca

loca in quibus haberent cibos, ſemel tantum pro tũc A
Chriſtus hoc fecit. Iudęi tamen fuerunt in neceſſitate in deſerto per quadraginta annos, cum non poſſent aliunde habere cibos, ideo quotidie Deus eis prouidebat. cum autem ceſſauit illa neceſſitas. ſ. quia comederunt de panibus terrę Chanaan tranſito Iordane, ceſſauit manna illud, vt patet Ioſue 5. ideo in illis quadraginta annis, quotidie Deus mittebat manna, prętер quam in ſabbato: nam non inueniebatur illo die in agro, ſed feria ſexta colligebatur duplum. ſ. pro ipſo die & ſabbato Exod. 16. cap. Tertio differebat, quia manna non erat ſolidus cibus, vnde liquefiebat quotidie ad ſolem, poſtquam ceſſabat populus colligere de eo.
Exod. 16. capitu. hic autem erant panes, & piſces ſoli- B
dus cibus. Quarto, quia manna ſi reſeruaretur ſcaturiebat vermibus ſequenti die Exod. capitul. decimoſexto, panis autem iſte non. ideo reliquiæ reſeruatæ fuerunt.

Quod fuit maius miraculum an dare manna Iſraelitis, vel paſcere turbam. Et quando Chriſtus aliquid miraculoſe operabatur illud erat melius, quam naturaliter eſſe ſoleret. Quæſt. CXVII.

SED quæretur, quod eorum fuit maius miraculum.

Dicendum, quòd vtrobique miraculum erat, nam manna, aut fiebat per creationem, aut per aliquã operationem mirabilem conuerſionis. Quidam tamen C
putant, quòd poſſit fieri illa per angelos de aliqua materia naturali, vt verteretur in manna, quod aliàs naturaliter non fieret, & tunc non eſſet miraculum, quia id quod per angelos fieri poteſt non eſt miraculum, cum ſolus Deus miracula faciat, & tamen multa alia erant in manna, quæ non poterant eſſe ſine miraculo. de quibus dictum eſt Exod. 16. Dato tamen, quòd ſit miraculum in manna, eſt maius miracolum hic, qa ibi erat vnum miraculum. ſ. quando formabatur, ſiue per creationem, ſiue alias. hic autem erant tria, quia multiplicationes tres fiebant panum, & piſcium. ſ. in manibus Chriſti, & Apoſtolorum, & comedentium. Secundo, quia in manna non erat aliqua multiplicatio pluraliter, poſtquam cadebat ſuper faciem agri, ſed manebat in ſua quantitate, ideo iubebatur, quòd quilibet acciperet vnum gomor de eo pro vno die Exod. 16. paues autem hic multiplicabantur, quia cũ haberet aliquis parũ de pane in manu frangendo creſcebat in plus. Verum eſt tamen, quòd manna aliquando videbatur multiplicari, & minui: nam cũ prę-
ceptum eſſet, quòd pro ſingulis capitibus acciperetur vnum gomor de manna, ſiquis plus acciperet in agro non inueniebat etiam vnum gomor Exo. 16. Sed hoc fuit a principio, quando Deus voluit compeſcere auaritiam Iudęorum, nam iuſſerat accipi gomor per ſingula capita pro die, quidam vero volentes largius cibari, quaſi poſſet eis deficere accipiebant multo ma-
E iorem quantitatem, & fecit Deus, quòd illi non inuenirent, niſi gomor, etiam ſi accepiſſent viginti gomor: & ſi quis non aduertens accepiſſet minus, quam gomor inueniebat in domo gomor plenum, & hac occaſione non contendebant Iudęi ſuper collectione magna, quod aliàs feciſſent ſi ille qui plus colligeret plus inueniret.

Aliqui dicunt, ꝙ eſſet maius miraculum in mãna, quia illud vertebatur ad quemcunque ſaporem homo vellet, vt patet Sapiẽ. 16. quod non vĩ fuiſſe in iſtis panibus, de quibus comederunt turbæ.

Dicendum, ꝙ manna in ſe habet vnum ſaporem determinatum, & erat ſapor panis confecti cum oleo Num. 11. ſ. faciebat populus ex manna tortulas ſapo-

Quæ per angelos fiunt miracula non ſunt.

ris, quaſi panis oleati, & non erat iſte ſapor communiter gratus Iudæis, nam conquerebantur dicẽtes. anima noſtra arida eſt, nihilque vident oculi noſtri, niſi man. Numer. vndecimo, & ideo mouebat plurimos Iudęorum ad nauſeam cibus iſte. Nume. 21. nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo: bonis autem viris ex Dei gratia vertebatur manna ad ſaporẽ quemcunque vellent, vt innuitur Sapien. capitulo decimoſexto, & ſic non erat ipſe ſapor ipſius mãna, ſed Deus illud dabat. & tamen etiam hoc ad quoddam miraculum pertinebat. De panibus, & piſcibus nunc dicendum, ꝙ non apparet qualis ſaporis eſſent, ſed veriſimile eſt, ꝙ eſſent optimi, vt oſtenderetur magnitudo Chriſti in hoc, & ſic manna non excederet in ſapore, & delectamento iſtos panes, & piſces. Et communiter aſſeritur, & eſt veriſimile, quòd quando Chriſtus aliquid per miraculum faciebat, illud erat melius, quã aliàs naturaliter eſſe ſoleret, vt ſi ſanaret aliquem hominem de aliquo morbo, ille reddebatur ſanior, quã fuiſſet priuſquam incideret in morbum illum. ita etiã ſi Chriſtus miraculum faceret in cibis, eſſent illi cibi meliores aliis cibis ſimilibus, qui ſecundum naturam ſunt, vt patet in vino, quãdo conuertit Chriſtus aquã in vinum, fuit illud vinum melius alio vino, quod cõmuniter haberi ſolet ſaltem in regione illa, quod patet Ioann. capitulo ſecundo, nam quando architriclinus bibit aquam vinum factũ, miratus eſt vnde illud vinum eſſet, & laudauit illud, eodem capitulo, ita & nunc iſti panes, & piſces eſſent ſalubriores, & ſapidiores aliis panibus, & piſcibus, qui naturaliter habebantur, vel conficiebantur, & ſic ex hac parte non eſſet minus miraculum iſtius cibationis turbarum, quam miraculum de manna. Item quia in ſaturatione turbarum ſuperfuit plus de reliquiis, quam fuerat cibus principalis, quod non fiebat in manna, quia ibi nullæ erant reliquiæ, immo ſi aliquid ſeruabatur, vel ſupererat ſcaturiebat vermibus Exod. 16. fuit ergo maius iſtud miraculum, quam in manna, & eſt conueniens, ꝙ miracula noui teſtamenti ſint maiora miraculis veteris teſtamenti.

An ſaturatio turbarum fuerit maius miraculum, quam ſaturatio Iſraelitarum in deſerto de coturnicibus. Et quomodo eæ ueniebant ad caſtra. Quæſt. CXVIII.

QVAERETVR de ſaturationis iſtius comparatione turbarum ad ſaturationum Iudęorum in deſerto de coturnicibus.

Dicendum, quòd bis legunt Iudęi ſaturati coturnicibus. Primo quando datum eſt manna a principio: nam dixit eis Moyſes, dabit vobis dominus veſpere carnes edere, & mane panes in ſaturitate Exod. 16. & iſtæ carnes erant coturnices, nam dicitur. eo. c. veſpere aſcendens coturnix operuit caſtra, & de illis coturnicibus tunc ſaturati ſunt. Secundo qñ erant in man-
E ſione, quæ dicitur ſepulchra concupiſcentiæ, vbi populus flebat deſiderio carnium, & Deus dedit eis coturnices Nume. 11. & hoc fuit ad tantam ſaturitatẽ, ꝙ cibus exibat per nares eorum. eo. c.

Dicendum tamen, quòd illa ſaturatio fuit minor iſta, quia iſtud fuit miraculum cum panis non poſſet multiplicari ſine miraculo: aduentus autem coturnicum ſine miraculo eſſe poterat, quia ſicut ipſę ſponte volant, ita ſponte venire poterant in caſtra, nam non fuerunt iſtę coturnices de nouo creatæ, vt Iudęi ſaturarentur illis, ſed adductæ ſunt de trans mare rubrum Numer. capitulo vndecimo. ſ. ventus autem egrediens a Domino arreptas trans mare coturnices detulit, & dimiſit in caſtra. hoc autem poterant angeli fa-

cere etiam Deo nihil operāte ſpecialiter, ideo minus F
eſt quoliber alio miraculo, & tamen ad veritatē Deus
mouit vētum forte miniſterio angelorum, de quo di-
ctum eſt Nume. 11. & ventus tulit coturnices, ita ꝙ
ipſe non poterant ſe continere contra impetum ven-
ti, & ille ventus ceſſabat iuxta caſtra Iudæorum, ideo
coturnices laſſatæ cadebant iuxta caſtra, non poten-
tes iam volare, & capiebant de eis Iudæi, quotquot vo
lebant, eo.cap. & quia ille coturnices veniebant, quaſi
de parte aquilonari reſpectu caſtrorum Iudeorū, mo-
uebat eas ventus aquilonaris, vel aphricus coniunctus
ei, ſic dicitur Pſalm.77. tranſtulit auſtrum de cęlo, in-
duxit in virtute ſua aphricum, & pluit ſicut puluerem
carnes, & ſicut arenam maris volatilia pennata. licet
G ergo non fuerit aduentus coturnicum pure naturalis,
ſed Deo faciente: tamen non fuit pure miraculum,
ita vt æquiparetur veris miraculis, ſicut fuit iſta multi-
plicatio panis, & piſcium.

In quo conſiſtit iſtud miraculum ſaturationis turbarum.
Quæſt. CXIX.

QVAERETVR, in quo conſiſtit iſtud miraculū
ſaturationis turbarum.

Dicendum, ꝙ conſiſtit. Primo in hoc, ꝙ
panis multiplicaretur: nam ꝙ panis acciperet ſubito
maiorem quantitatem, ſiue hoc fieret p multiplica-
tionem non addita aliqua quantitate, ſiue per cōuer-
H ſionem alicuius materię extrinſecę in panē, erat mira-
culum, quia natura neutrum eorū poteſt, ita ergo 4.
Reg.4. vbi fuit aliqualis multiplicatio panis facta, licet
pauca fuerit, ponitur pro miraculo, nam dicitur: hęc
dicit dominus comedent, & ſupererit: quaſi a domi-
no factum fuerit. Secundo, quia non ſolum fuit mul-
tiplicatio, ſed valde magna, quod probat paruitas, vel
paucitas cibi, & multitudo comedentium, nam erant
quinque panes, & duo piſces, & comedentes erant
pluſquam decem millia: talis ſaturatio non poterat eſ-
ſe, niſi ſupernaturalis, nam 4.Reg.4. vbi de 20. panibus
ordeacis, & aliquot panibus primitiarū, & pauco fru-
mento ſatiati ſunt centum viri, computatur tanquam
miraculum: a fortiori nunc de quinque panibus ſatu-
I rata tanta multitudine. Tertio, quia iſta multiplicatio
ſæpe pro eadem vice facta eſt, ſcilicet ter ſemel in ma
nibus Chriſti, poſtea in manibus diſcipulorum por-
tantium: deinde in manibus comedentium, vt oſten-
ſum eſt ſupra quæſtione 105. Quarto patet ex reli-
quiis: nam non ſolum fuerunt reliquiæ de cibo iſto,
ſed etiam reliquiæ fuerunt plures, quam fuerat princi-
palis cibus, nam totus cibus fuerat duo piſces, & qui-
que panes, & reliquię fuerunt duodecim cophini, &
tamen quinque panes, & duo piſces in vno cophino
caperentur, nec implerent eum.

Quod fuit maius miraculum iſtud, vel ſaturatio in ſecun-
da vice, quæ habetur ſequenti capitulo.
Quæſt. CXX. K

QVAERETVR quod fuit maius miraculum
iſtud, vel ſaturatio in ſecunda vice.

Dicendum, ꝙ quantum ad poteſtatē fa-
cientis æqualia miracula fuerunt, nam idē
erat vtrobique faciens, & non requirebatur major po
teſtas ad vnum, quām ad aliud, quia ad vtrunque req-
rebatur potentia infinita, & tamen quantum ad rem
factam eſt maior ſaturatio prima, quam ſecunda. Pri-
mo, quia in prima ſaturatione fuerūt quinque panes,
& in ſecunda ſeptem, ſequenti capitulo, & infra deci-
moſexto, & Marc. capitulo octauo. Secundo, quia
fuit maior numerus comedentium in prima, quām
in ſecunda, quia in prima fuerant quinque millia vi-
rorum, in ſecunda autem quatuor millia ſequenti c.
& tamen vtraque fuit ſolum ad tempus, ſemel facta:
eo ꝙ quando Chriſtus fecit iſtas ſaturationes accide-
bat turbas eſſe in loco, in quo non poterant pro tunc
cibos habere, & tamen poterāt ipſo die, vel ſaltem ſe-
quenti habere illos, ideo ſolum ſemel paſcebat, qñ. ſ.
erant in neceſſitate.

Quare Chriſtus dedit diſcipulis panes ad apponendum tur-
bis. Et quæ miniſteria erant illa, quæ Chriſtus venit
miniſtrare. Quæſt. CXXI.

QVAERETVR quare Chriſtus dedit diſcipulis pa
G nes ad apponendum turbis.

Dicendum, quòd fuit. Primo, quia Chriſtus fran-
gebat panes, & multiplicabat, quod erat poteſtatis;
apponere autem ante turbas erat miniſtrationis, ideo
non pertinebat ad eum, ſed ad diſcipulos. Sed obiicie-
tur, ꝙ ad Chriſtum pertinebat potius iſta miniſtratio,
quia ipſe dixerat, non veni miniſtrari, ſed miniſtrare.
Et illud, ego in medio veſtrum ſum, quaſi qui mini-
ſtrat, & cū exemplum humilitatis prestare volebat,
ipſe potius debuit miniſtrare.

Dicendum, quòd non debuit Chriſtus nunc mini-
ſtrare, tum quia non poterat: nam humanitus agendo
H cum ſolus eſſet, non poterat apponere cibos ante om-
nes turbas cum eſſent manducantes plurimi, & diſtin-
cti per contuberma, oportebat ergo eſſe multos mi-
niſtros, tum quia indecens erat, quòd Apoſtolis, &
omnibus diſcipulis Chriſti quieſcentibus ipſe ſolus
miniſtraret, talem ergo abſurditatem non paſſus eſt,
& potiſſime coram turbis. Cum autem dicitur, quòd
veniebat miniſtrare, verum eſt quantum ad miniſte-
ria illa, quæ per alios fieri non poterant, ſicut fuit mi-
niſterium noſtræ redemptionis, in quo in multis la-
boribus laborauit prędicando, itinerando, ieiunando,
mortem ſuſtinendo, & ad hanc miniſtrationem ve-
nerat, & nō ad hoc, quòd miniſtraretur ei, quia ſi vel-
let, quòd miniſtraretur ei, ideſt ſeruiretur ſufficiebat,
I quòd maneret in ſua maieſtate non aſſumpta infir-
mitate noſtræ carnis, nam forma noſtra eſt forma ſer
ui. cum ergo formam noſtram acceperit, neceſſe eſt,
quòd ad ſeruiendum venerit, ſicut dixit Apoſtolus,
quòd exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiēs
ad Philippenſes capitulo ſecundo, & tamen ſeruitus
ſua illa ſola fuit, ſcilicet quidquid ad redemptionem
pertinebat.

Ad ſecundam dicendum, quòd ad dandum exem-
plum humilitatis, non oportebat, quòd Chriſtus in
omnibus miniſtraret, & diſcipuli ſui quieſcerent, quia
hoc non eſſet dare formam humilitatis, ſed turbare
totum ordinem rationis, ſed ad hoc ſufficiebat, quòd
aliquando miniſtraret, nam per vnam miniſtratio-
nem, vel paucas poterat ſufficienter dare exemplum
humiliationis, ſic fecit. nam lauit ſemel pedes diſci-
pulorum, ſcilicet die cœnæ, Ioann. decimotertio, &
tunc dixit vos vocatis me magiſter, & domine, & be-
ne dicitis, ſum etenim, quemadmodum ergo ego
magiſter, & Dominus laui pedes veſtros, ita & vos de-
betis alter alterius lauare pedes, & ſequitur, exemplū
enim dedi vobis, vt quemadmodū ego feci, ita & vos
faciatis: non ergo decebat, ꝙ nunc ipſe miniſtraret, ſed
diſcipuli. Secundo, quia cū Chriſtus miniſtrare non
poſſet, nec deberet nunc, ſed alii, non erant aliqui ad
quos magis hoc ſpectaret, quam ad diſcipulos eius,
ꝓp familiaritatem ad ipſum, & quia illis melius, q̄ cæ-
teris poterat imperare. Tertio fuit ad honorādū diſci-
pulos: nam cum ipſi apponerent cibos coram turbis

mira-

miraculoſe multiplicatos, conſtituebat eos honora- A
biles coram turbis, quia adminiſtratio ſuper aliquos
reddit adminiſtratorem honorabilem.

Quarto fuit ad magis certificandum eos de mira-
culo: nam cum ipſi viderent Chriſtum frangentem
panes, & poſtea eos fractos manibus ſuis tractarent
apponendo turbis, non poterāt dubitare de eo, quod
factum erat. Sic dicit Chryſoſt. quia diſcipuli dede-
runt panes turbis, ſcilicet in quo non ſolum eos ho-
norauit, ſed voluit, vt hoc miraculo facto non incre-
duli fiant, nec obliuiſcantur eius cum pręterierit ma-
nibus ipſis teſtantibus. Sic etiam dicit Theophilus, ſ.
dat autem diſcipulis panem apponendū turbis, vt tra-
ctando panem nō dubium illis miraculum videatur.

Quare Chriſtus voluit, quòd ſupereſſent reliquiæ in hoc miracu-
lo ſaturationis turbarum. Et quòd in cibationibus veteris te- B
ſtamenti miraculoſis nihil ſupererat: in nouo autem pluſ-
quam fuerat appoſitum. Quæſt. CXXII.

QVAERETVR, quare Chriſtus voluit, quòd ſu-
pereſſent reliquiæ in hoc miraculo: nam pote-
rat eſſe miraculum ſaturationis, & quòd
non ſupereſſent reliquiæ.

Dicendum, quòd fuit primo ad plenitudinem re-
fectionis: nam non ſolum Chriſtus paſcere voluit tur
bas, ſed etiam ſaturare, & tamen non iudicatur ſatu-
ratio, quando nihil in menſa ſupereſt, quia videntur
adhuc homines plura comeſturi, ideo oportebat ali- C
quas ſupereſſe reliquias ſaltem paucas.

Secundo vt turbis eſſet occaſio comedendi quan-
tum vellent vſque ad ſaturitatem: nam erubeſcit ho-
mo, ita auide comedere, quòd nihil in menſa relin-
quat, & ideo ſi turbæ viderent paucum eſſe cibum,
& quòd nihil ſupereſſet ſi vellent comedere ad ſatu-
ritatem, non ſaturarentur, vt aliquid ſupereſſet, & ta-
men Chriſtus volebat eos ſaturare, quia hoc erat de
neceſſitate miraculi iſtius: nam dare ad comedendū
quinque millibus viris de quinque panibus, non erat
miraculum ſi diuiderentur panes in partes minutiſſi-
mas, ſaturare tamen erat miraculum: ad hoc ergo,
quòd eſſet hic miraculum, oportebat, quòd Chriſtus
ſaturaret iſtam multitudinem, non poterat tamen ſa-
turare niſi eſſent reliquiæ aliquę, ideo neceſſe fuit ſu-
pereſſe reliquias.

Tertio ad probādum miraculum poſtquam factū
erat: nam aliqui, qui non viderant poterant hoc nega
re, & tunc poterant eis oſtendi reliquię panum, & pi-
ſcium, quę faciebant aliqualem probationem.

Quarto erat ad tollendum dubium etiam eis, qui
viderant, quia poterat aliquis dicere, ꝙ illa non fuerat
vera ſaturatio, ſed ꝙ pro illo tempore ſic viſum fuerat
præſentibus, ꝙ ſaturabantur: cum autem manerēt re-
liquię illius ſaturationis, non poterat dici, ꝙ erat phā-
taſia, ſed veritas rerum. De hoc dicit Chryſoſto. ſu-
perabundare fecit, non panes, ſed fragmenta, vt abſen
tes diſcant, quod factum eſt, & vt nullus id, quod fa- E
ctum eſt æſtimet phantaſiam: propter hoc etiam ex
ſubiecta materia miraculum fecit.

Quinto fecit ad differentiam ſaturationum, quæ
fiebant in veteri teſtamento: nam Deus pauerat po-
pulum manna, & tamē ibi nihil ſupererat, ſed ſiquid
ſupereſſet ſcaturiebat vermibus Exod.16. Elias etiam
paſcebatur pane & carnibus apud torrentem Carith,
ſed nihil ibi ſupererat 3.Reg.17. ipſe quoque, & vidua
de hydria, & lecytho paſcebantur, ſed reliquiæ nullæ
erant eod. capit. Sic dicit Theophilus; Moyſes enim
etſi manna dabat, iuxta vniuſcuiuſque neceſſitatem
illud largiebatur, ſuperfluum vero vermibus ſcatu-
riebat: Elias ē viduā paſcens quantū ei ſufficiens erat,

tribuebat: Ieſus vero tanquam dominus ſuperabun-
danter operatur.

Quare tantæ reliquiæ ſuperfuerunt in cibatione turbarum, vide-
licet duodecim cophini. Et quòd Chriſtus in omnibus
operibus ſuis magnam excellentiam ſuper
cæteros homines oſtendit.
Quæſt. CXXIII.

QVAERETVR quare tantæ reliquię ſuperfuerūt,
nam licet ad miraculi iſtius veritatem require-
rentur reliquiæ aliquæ, tamen non erant neceſſarie in
tanta quantitate. ſ. vt eſſent duodecim cophini.

Dicendum, ꝙ fuit ad oſtendendum magnitudinē
miraculi, nam non ſolum tanta multitudo ſaturata
eſt, ſed etiam reliquiarum quantitas fuit maior, quam
cibus principalis, quia totus cibus fuerat quinque pa-
nes, & reliquiæ erant duodecim cophini. Secundo
fuit ad hoc, ꝙ dignum eſſet de his reliquijs memoriā
agi, & quātitatē earum nominari expreſſe, nam ſi paru-
æ fuiſſent reliquiæ, non poneretur nominatim earū
quantitas, ſicut 4.Reg.4. quando comederunt cētum
viri de 20. panibus ordeaceis dicitur, ꝙ ſuperfuit, quia
tamen parum fuit, non exprimitur quantum fuit. Ter
tio fuit ad oſtendendum excellentiam Chriſti ſuper
prophetas, nam quando Heliſęus ſaturauit cētum vi-
ros p̄dictos de viginti panibus ordeaceis, & aliquot
panibus primitiarum, & frumento ſuperfuit aliquid:
debuit ergo nunc maius aliquid ſupereſſe, & ita ſup-
fuit pluſquam de cibo fuerat. Sic dicit Theophilus:
ſuperabundantis.n. virtutis erat non ſolum tot homi-
nes paſcere, ſed etiam tantam ſuperabundantiam re-
linquere fragmentorum: decebat.n. ꝙ Chriſtus in oī-
bus operibus ſuis magnam excellentiam ſuper cæte-
ros hoīes oſtenderet, vt non dubitaretur ipſum maio-
rem eſſe cęteris, ſic ipſe dixit Io.15. Si non feciſſem, q̄
nemo alius fecit, pctm̄ non haberent: & hoc bene vi-
debant Iudæi, ideo videntes eum tam admiranda face
re dicebant, nunquid hic eſt filius Dauid, ſupra 12.cap,
vel nunquid hic eſt Chriſtus Io.7.

Quare Chriſtus ſpecialiter fecit ſupereſſe duodecim cophinos D
fragmentorum, & non plures neque pauciores. Vnde
in numero reliquiarum duo magna oſtenſa
ſunt. Quæſt. CXXIIII.

QVAERETVR quare Chriſtus ſpecialiter fecit ſu
pereſſe 12. cophinos fragmentorum.

Dici poteſt vno modo, ꝙ hoc nō fuit factū ſpāliter
ad aliquam cauſam, ſed fuit accidentaliter, nā licet inten-
tio Chriſti eſſet, ꝙ ſupereſſent multę reliquiæ, nō intē-
debat ſpāliter, ꝙ 12. cophini ſupereſſent: ſciebat tñ ꝙ
tot ſuperarent, quia non poterant ſuperare in aliquo
numero quin ipſe hoc preuidiſſet.

Aliter p̄t dici, & melius, ꝙ Chriſtus fecit ſuperabun-
dare 12. cophinos, iuxta nu.12. Apſorum, vt quilibet
haberet cophinum ſuū, præſupponitur. n. ꝙ iſti 12. mi
niſtrauerant apponendo panem turbis, & ipſi ablaturi
erant reliquias, & ſic quilibet eorum colligebat reli-
quias in vno cophino, ideo 12. cophini ſuperfuerunt.
Sic dicit Hiero. ſuper Matt. vnuſquiſque Apoſtolorū
de reliquiis ſaluatoris implet cophinum ſuum. Sic ēt
Chryſoſt. pp hoc, & 12. cophinos ſuperabundare fe-
cit, vt Iudas portaret cophinū ſuū. Et dicendū, ꝙ in nu
mero reliquiarum duo magna oſtenſa ſunt. Primum eſt
magnitudo p̄tus, quia fecit plures eē reliquias, q̄ fue-
rat quantitas principalis cibi. Scdm̄ eſt altitudo ſapię,
quia ita inſtituit, vt ſicut erant 12. miniſtri in mēſa tur
barum, ſupereſſent 12. cophini, & nihil plus, nec aliqd
deeſſet, vt ſic omnia ordinate fieri viderentur.

Sic dicit Chrys. ego autem non solũ admiror multitudinem panum, quę facta est, sed & certitudinem superfluorum, quia nec plus, nec minus fecit superfluum esse, sed tantum quantum volebat, scilicet duodecim cophinos secundũ numerum duodecim Apostolorum. Sic etiam dicit Theophilus duodecim cophini superabundant, vt quolibet Apostolorum vnũ cophinum super humerum apportante, ineffabile miraculum videatur. Et ita si Christus voluisset facere superabundare mille cophinos fecisset, vel si quatuor cophinos solum, fecisset etiam quantum voluisset determinate.

Quare Christus fecit reliquias esse fragmentorum, & non panum, ita quòd essent panes integri. Quæst. CXXV.

QVAERETVR quare fecit reliquias esse fragmẽtorum, & non panum, nam poterat si voluisset facere, vt panes integri residui essent.

Dicendum ꝙ fuit hoc. Primo, quia sine nouo miraculo fieri non poterat, nam discipuli non apposuerunt turbis aliquos panes integros, sed fragmenta, cũ omnes quinque panes Christus fregisset, ideo ad hoc ꝙ superessent panes integri necesse erat, ꝙ fieret miraculum nouum. s. formando integrum panẽ de fragmentis, vel de noua materia panes formãdo, aut creãdo, & hoc non erat necessarium nũc cum turbæ iam essent pastæ. Etiam ad huius miraculi ostensionẽ sufficiebat fragmenta superesse, miracula tamen sine necessitate fieri non debent, ideo non fuerunt residui panes integri. Secundo, & principaliter fuit, quia repugnaret valde ostensioni miraculi, nam Christus principaliter fecit superesse reliquias, vt per eas ostenderetur miraculum de saturatione turbarum, & quia turbis non fuerant appositi aliqui panes integri, sed fragmenta, cum quis videret collectos esse panes integros videret, ꝙ isti non erant reliquiæ de cibo apposito turbis, & sic non ostenderetur conuenienter miraculum, quòd Christus ostendere volebat, immo quod plus est, ex hoc redderetur suspectum miraculum precedens, nam ex fragmentis colligi panes integros nõ erat verum, sed phantasticum. i. per apparentiam, & ita posset dici, ꝙ cibatio turbarum non fuerat vera, sed per apparentiam. Item poterat dici, quòd cum isti integri panes superessent post saturationem turbarum a fortiori ante saturationem earum essent isti integri, & consequenter non esset verum, ꝙ de quinque solis panibus saturaꝰ sunt turbę, sed tot fuerint panes quot sufficerent ad saturationem, cum & nunc aliqui de illis integri superessent, nam si paucitas fuisset panum, non manssissent isti integri, sed diuiderentur, sicut cæteri: non ergo debuerunt panes integri colligi in reliquiis, sicut dicit Chrysosto. quòd Christus superabundare fecit non quidem integros panes, sed fragmenta panum.

Vnde habuerunt cophinos discipuli ad colligendum in eis fragmenta, & potissime tot cophinos: cum ipsi Apostoli, quando sine Christo ibant non possent sacculum, neque peram portare, sed cum Christo portabant, qui legem non imponebat sibi, sed alijs. Quæst. CXXVI.

QVAERETVR cum superfuerint hic duodecim cophini fragmentorũ, vnde habuerunt cophinos discipuli ad colligendum in eis fragmenta, & potissime tot cophinos: nam in deserto erant, vbi nihil istorum habere poterant, nam ista sunt vasa domestica.

Dici potest vno modo, ꝙ cophinus est nomen vasis, & etiam mensuręꝰ. s. quia quilibet cophinus est determinata mensura, & sic dato, ꝙ non habeatur illud vas, si haberetur tanta quantitas panis, quanta replet vnum cophinũ, dr̃ superesse vnus cophinus, & ita superessent duodecim cophini, licet nullum vas eẽt ibi, quod cophinus diceretur, & tunc non oportebit poni aliquid, quod non esset in deserto.

Sed melius dicendum videtur, ꝙ ibi erant veri cophini, idest illa vasa, quæ sunt ad conseruandum panem, & colligendum de mensa. quod patet quia Christus iussit hic fragmenta colligi ne perirent Io. 6. ideo necesse erat, ꝙ ibi esset aliquid in quo illa fragmenta colligerent, & conseruarent, quia alias perirẽt dispersa per agros, & isti collegerunt, & conseruauerunt, vt Christus dixit: ergo vasa repositoria habebant, & ista dicuntur cophini.

Sed tunc dicetur quomodo habebant istos cophinos in deserto, vbi nullus habitator erat. Aliqui dicũt, quia fuit hoc per miraculum, quia Christus fecit illa miraculose aliunde portari, vel de nouo ea creauit, qa talia vasa creare potuit, qui alias res creauit.

Sed non vr̃ stare. Primo, quia istud redderet miraculum aliqualiter suspectum, quia de foris adduci putaretur a quibusdam, ꝙ fieret dęmonum ministerio, & ita forte putaretur de panibus, & fragmentis accidisse, & etiam si de nouo crearet illos cophinos, cum Iudæi nondum crederent, ꝙ Christus aliquid creare posset, quia hoc solius Dei erat, putarent phantastice factum, & opere dæmonum cophinos aliunde adductos, & sic maneret eadem suspitio. Secundo, quia siue Christus cophinos crearet, siue de foris adduceret erat miraculum, & hoc non tacerent Euangelistæ cũ diligenter expresserint miraculum de saturatione turbarum, nemo tamen illud tetigit, ideo nõ factum est miraculose.

Dicendum ergo, ꝙ cophini illi erant in deserto, qa habebant eos discipuli Christi, vel turbæ, nam cophinus est repositorium panis, sicut cassidile, & portant illum homines in via ad aliquid reponendũ, & ita nũc habebant, & ita reponerent panes: nam si cophinus sit vas ligneum, aut de virgulis factum, erat maior difficultas quomodo in deserto haberi potest, & tamen potest vocari cophinus repositorium vas de pan no factum, quod cassidile vocamus, & tamen viatores pedites solent cassidilia secum ferre ob varia necessaria reponenda. Et maxime patet, quia necesse erat, quòd discipuli Christi aliquem cophinum, siue cassidile ferrent, quia ipsi portauerant secum in deserto illos qnq; panes, & duos pisces, ergo aliquod repositorium habebant in quo portabant, & sicut vnum repositoriũ habebant, poterant habere multa, cum interdũ necesse esset eis multos cibos portare.

Sed obiicietur, ꝙ discipuli Christi non portarẽt cophinos secum. i. vasa aliqua repositoria, quia non licebat eis portare in via peram, neque sacculũ. ℣. 10. c. & Luc. 9. & 10. & tñ cophini qui sunt vasa reportoria nomine perę, vel sacculi intelliguntur.

Dicendum, quòd necesse est poni, quòd nunc discipuli Christi tulerint secum sacculum, aut peram, nam portabant panes, & pisces longe, quæ non poterant portari, nisi in quibusdam reportoriis: ergo habebant reportoria aliqua, quæ sunt pera, sacculus, cassidile, vel cophinus.

Ad argumentum dicendum, ꝙ discipulis Chr̃i, qñ soli irent, i. sine Christo non licebat portare aliquid illorum, nam illam legem dedit eis Christus, qñ mittebat eos dispersos ad p̃dicandũ, & tñ qñ ibant cũ eo in via portabant omnia hęc, quia tunc non videbantur illi portare, sed Christus cui obsequium prestabant in hoc: ipse tamen Christus non imponebat legem sibi ipsi,

ipsi, sed alijs, ideo apostoli, & cęteri discipuli, quando ibant cum eo nõ tenebantur ad illam legem, nec obseruabant eam. Quod patet, quia supra 10. & Lucę 9. & 10. prohibentur discipuli Christi portare pecuniã in via, in zonis, idest hr̃e marsupia cum aliquibus pecunijs, & tamẽ Christus portabat pecuniã in via, quia habebat dispensatorem ferentem, qui pecuniã Christi tenebat, & inde emebat cibos: erat. n. Iudas hñs loculos Christi Io. 12. & 14. & ideo dr̃ Io. 14. ꝙ qñ Christus misit Iudam de cęna dicens, quod facis fac citius: putauerunt discumbentes, quòd cum Iudas loculos Christi haberet, dixisset Christus ei, vade, & eme nobis necessaria ad diem festum. Item apostoli, & alij discipuli prohibebantur portare in via aliquos cibos reconditos, & etiam panem Mar. 6. scilicet præcepit eis, vt nihil tollerent in via, nisi virgam tantum, non peram, nec panem, nec in zona æs, & tamen nunc discipuli portabant panes, & pisces in via, quia de illis saturata est turba. Et etiam in alia vice ipsi portabant septem panes, & paucos piscículos, de quibus turbæ comederunt sequenti c. & Mar. 8. immo semper portabant cibos in via, & si aliquando obliuiscerentur portare credebant se increpabiles infra 16. vbi dicit, quòd obliti sunt portare panes, & putauerunt postea, quòd Christus eos redarguebat, quando dixit, cauete a fermento Pharisæorum, ergo consuetum erat eis cibum ferre, & ita non obseruabant discipuli manentes cum Christo illam legem, quã eis tradiderat, quia illa obligabat eos, quando irent sine Christo. poterãt ergo nunc ferre cophinos, peram, & sacculum, & sic isti duodecim cophini forte erant sui, quia portarent duodecim cassidilia. Vel poterant aliquos de ipsis cophinis commodatos accipere a turba, quia multi de turba portarent sacculos secum in via, nam licet acciderit, quòd pro tunc non habuerunt panem, nec alios cibos, tamen sacculos retinebant, in quibus prius talia portabant. Sic dicitur primo Reg. 9. quando locutus est Saul ad puerum suum cum irent ad quærẽdas asinas, dicẽs defecit panis in ciftartijs nostris, idest in sacculis, & ita aliqui de turba sacculos vacuos commodarent discipulis, in quibus colligerent ista fragmenta.

Sed melius putatur, quòd fuerint cophini ipsorum discipulorum Christi.

Quare fragmenta, quæ colliguntur non dantur turbis, sed discipulis. Quæst. CXXVII.

QVAERETVR quare fragmenta, quæ colliguntur non dantur turbis, sed discipulis, nã iussit Christus discipulis illa colligere, & conseruare, & tamen si turbis vellet dare, non iuberet illa colligi, sed cum turbæ discumberent expleta refectione iuberet eis tollere, quod superat, & sit tolleret quilibet, quod ante se erat, iussit tamen colligi, ergo non voluit, quòd turbæ reciperent fragmenta ista.

Dicendum, quòd hoc fuit. Primo ad ostensionem miraculi, quia vt ostensum est supra. q. 125. & q. 126. fuit necessarium, quòd superessent reliquiæ, & etiam in magna quantitate ad hoc, quòd probaretur miraculum, & tamen si non colligerentur reliquiæ, sed darentur turbis discumbentibus non constaret de reliquiis, quia quilibet tolleret, quod ante se erat, & sic nõ manerent reliquiæ ad probationem miraculi, & tamen probatio miraculi fieri debebat potius per Christi discipulos, quam per aliquos alios, cum per ipsos potius pertineret diuulgare Christi doctrinam, quam ad alios, & ostendere, quod fecisset miraculũ, si tamẽ reliquiæ non colligerentur, sed turbæ discumbentes illas tulissent, non haberent discipuli vnde probassent accidisse istud miraculum, ideo isti debuerunt reseruare reliquias. Secundo ad magis confirmãdum corda discipulorum, expediebat enim, ꝙ discipuli essent magis certi de hoc miraculo, quam cæteri, quia ipsi futuri erant doctores, & annunciaturi omnia miracula Christi, dubitatio autem in docente est valde nociua, & non in addiscente, ideo ipsi valde certificandi erant de hoc. Et ob hoc Christus dedit eis plures experientias in hoc facto quam turbis, nam turbæ solũ videbant fragmenta apponi eis, & crescere in manibus eorum dum comederent, & frangerẽt, discipuli aũt viderunt primo, ꝙ Christus frangeret istos panes quos ipsi in via tulerant, & tenebant, & quomodo in manibus Christi crescerent per fractionem, deinde ipsi portabant istos panes apponendos turbis, & dum portarent videbant eos in manibus suis crescere. Et tertio cum appositi essent, turbæ videbant, ꝙ in manibus turbarum crescebant, vt ostensum est supra q. 105. Quarto viderunt eos, & tractauerunt, quando ipsi comederunt, nam etiam ipsi de fragmentis illis comederunt cum in hoc deserto nihil aliud comederint, nec habebant, nisi illos quinque panes, & duos pisces quos Christus fregit in partes. Quinto experti sunt veritatem postea reliquias colligendo, & seruando, & per hoc valde certificarentur, nam sicut Christus concessit discipulis, ꝙ apponerent fragmẽta turbis, vt magis hoc videntes, minus de hoc miraculo dubitarent, vt dicit Chrysost. & dictum est supra. q. 123. ita, & nunc ad eandem confirmationem voluit, ꝙ colligerent reliquias horum panum, & conseruarent, vt sic frequentatis experientiis nullum dubium manere posset apud ipsos, qui huius miraculi prædicatores futuri erant. Sic dicit Chrysostomus, scilicet sed quare non dedit turbis fragmenta portanda, sed discipulis, & respondet, scilicet quoniam hos maxime erudire volebat, qui orbis terrarum debebant esse magistri. Secundo fuit ad necessitatem discipulorum Christi, nam discipuli Christi, & ipse Christus cibum sumpturi erant in deserto hoc, sed nullius aliud erat, nisi fragmenta, quæ Christus fecit de illis panibus, & piscibus, ideo de illis comedere deberent discipuli, & quia forte dum comedebant turbæ, non comederũt discipuli cum ministrarent eis apponendo cibos, comederent postea saturatis turbis, & sic de reliquiis illorum comederent, & ad hoc oportebat, quòd discipuli colligerent reliquias, & non turbæ, quia si turbæ portassent reliquias, non haberent discipuli quid comederent. Licet posset dici, quòd quando Christus frangebat panes, & pisces dans discipulis, reseruauit aliqua fragmenta, quæ non allata sunt turbis, & de illis comederent Christus, & discipuli, dum turbæ mãducabant & postquã discipuli cessarent eis apponere cibos. Sed in hoc quid fuerit non differt, constat. n. ꝙ Christus, & discipuli sui ibi comederint, cum ad hoc panes afferrent, vt comederent. Tertio fuit ad ostendendum magnitudinem miraculi, nam sicut saturatio ostẽta est per hoc, quòd quid superfuit, ita magnitudo miraculi ostendenda erat per hoc, quòd de pauco cibo superessent tantę reliquiæ plures, scilicet quã fuerat cibus, scilicet duodecim cophini, & tamen nõ poterat hoc sciri, nisi discipuli hæc colligerent, & reseruarent reliquias, ideo illi, & non turbæ colligere debuerunt. Nam si turbis discumbentibus permitteretur portare reliquias, posset quidem constare, ꝙ aliquæ reliquiæ superfuissent per confessionem turbarũ, licet ostendi postea nõ possent, quia singuli forte comederent paruas reliquias quas inde tollerent, & tamen quantæ fuissent reliquiæ nullo modo potuisset constare, si turbis permitteretur portare illas, quia tũc discipuli

discipuli non colligerent reliquias, sed quilibet discū- F
bens tolleret id quod coram se inueniret,& ita ignoraretur mensura reliquiarum, quia non fuerant collectę:nunc vero cum collectę fuerunt,& impleuerūt duodecim cophinos,apparebat quantę fuissent,& sic tam turbis pręsentibus, quam eis, qui interfuisse non poterant,constaret magnitudo miraculi, & aliàs etiam ipsi discipuli nescirent magnitudinem ipsius, quia non constaret eis de magnitudine reliquiarum: Quarto fuit, vt aliqui dicunt, quia turbę non merebātur portare istas reliquias, ideo non dedit illis, sed discipulis.Sic dicit Chrysosto.accipiens autem fragmēta dedit discipulis, & non turbis, quę adhuc imperfectius dispositę erant, quam discipuli. & præcedentes causę meliores sunt.

Quare expressus est numerus manducantium in hac turba. Et quòd mulieres solent valde ad nouitates concurrere, & facilius ad deuotionem mouentur.
Quæst. CXXVIII.

QVAERETVR quare expressus est numerus manducantium.

Dicendum, quòd fuit necessarium exprimi ad ostēdendum eē miraculum. Duo enim necessaria erant simul ad hoc, quòd esset istud miraculum,scilicet paucitas cibi, & multitudo turbarum,quia aliàs, vel ex pauco cibo paruā saturari multitudinem,vel ex multo multam turbam, admirandū non erat, ideo vtrunque sub numero certo exprimi H
debuit,& ita expressum est, scilicet quòd erant quinque panes, & duo pisces, & quòd erant quinque milia virorum comedentium, & ob hoc omnes euangelistæ diligenter expresserunt vtrunque numerum, vt patet hic, & Mar.6.&& Lucę 9.& Io.6.quod non facerent, nisi fuisset necessarium exprimi. Patet hoc etiam, quia in alia saturatione expressus est numerns panum,& cibatorum hominum,scilicet quatuor mil lium, sequenti c.& Mar.8.& tamen fuerunt plures comedentes, scilicet fęminæ, & paruuli quorum numerus non exprimitur, vt dicitur in litera,& illi essent plures forte,quam viri, quia mulieres concurrere valde solent ad nouitates, & facilius moueri ad deuotionem, & prædicationem, & ita forte essent plusquam decem millia comedentium, fuit autem, quasi correspondens numerus cibi, & cibatorum, vt de quinque panibus quinque millia pascerētur. Sic dicit Hierony.iuxta numerum autem panum, & comedentiū virorum quinque millium multitudo est. Sed dicet, quòd ad ostensionem miraculi oportebat etiam nominate exprimi quantitatem panum, & piscīū, quia multum in hoc differt, quia quarundam regionum panes, ita magni sunt, vt panis vnus sufficiat homini ad viginti dies, vel quasi, & aliarum regionum,ita parui, quòd duo, aut tres non sufficiant ad vnum pastū.

Dicendum, quòd aliquid in hoc differt, & tamen non fuit expressa magnitudo panum neque piscium K
propter tria. Primo, quia quantæcunque magnitudinis essent isti panes, aut pisces, erat semper miraculū propter multitudinem comedentium: nam pro vno pane erant duo millia comedentium, nullius tamen regionis panis est,qui centum comedentes simul pascat, potissime quia superfuerunt duodecim cophini, qui continerent maiorem quantitatem, quam quinque panes etiam si magni essent. Secundo quia istud miraculum fiebat in terra in qua constabat de magnitudine panum, quia consuetudo communis habebat panes certę quantitatis, & sic non oportebat magnitudinis mēsuram exprimi, & ista fuit causa præcipua. Tertio quia discipuli portabant istos panes, & pisces in via, constat tamen, quòd ipsi non poterant portare tantum cibum,vt sufficeret decem millibus comedentium,& superessent duodecim cophini,quia satis erat eis posse per viam portare plenos duodecim cophinos, ideo non oportuit quantitatē mensuræ istorum exprimi,nobis tamen satis constat, quòd isti panes non erant magni, quia non sufficeret vnus eorū quatuor viris ad pastum, quod patet 4.Reg.4. capitulo,vbi quidam vir attulit Elisæo viginti panes ordeaceos, & aliquot panes primitiarum, & frumentum nouum in pera,& dixit Elisæus dispensatori,quòd apponeret populo comedendum,ipse autem dixit quātum est hoc, vt appopam coram centum viris ad pastum? & ponitur ibi pro miraculo,quòd comederūt, G
& superfuit,ergo non sufficiebat vnus panis quatuor, vel quinque viris ad pastum de panibus regionis ipsius, & ita non fuit necesse quantitatem piscium, nec panum exprimi.

Quare ponitur numerus solum virorum, & non mulierum. Sicut in veteri testamento mulieres neque numerabantur.
Quæst. CXXIX.

QVAERETVR quare ponitur numerus solum virorum, & non mulierum.

Aliqui dicunt, quòd fuit hoc, quia non pertinebat ad rationem miraculi,nec ad suam magnitudinem exprimi fęminas, sed solum viros.

Sed non stat, quia ita fœminæ comedebant, sicut viri, & ideo miraculum erat pasci multitudinem fœ- H
minarum etiam si solæ essent de pauco cibo.

Aliqui dicunt, quòd hoc fuit, vt consonaret numerus comedentium cum numero panum, sicut dicit Hierony.scilicet iuxta numerum autem quinque panum, & comedentium virorum quinque millium multitudo est.

Sed ista consonantia non est de necessitate, quia si essent septem millia virorum, & quinque panes, exprimerentur septem millia, & non solum quinque millia, sic patet ī alia saturatione turbarum vbi fuerūt septem panes,& tamen solum ponuntur quatuor milia virorum sequenti cap.& Mar.8.

Dicendum autem,q̄ hoc factum est,quia euange- I
lista erat iudex, & seruabat consuetudinem legis in scribendo, nam secundum legem Moysi nunquam ponebantur mulieres sub numero, sed soli viri, vnde vbicunque inuenitur aliqua numeratio in veteri testamento soli viri numerantur, sic dicitur Numeri primo,tolle summam filiorum Israel generis masculini, &c. Sic dicit Theophilus, scilicet soli viri numerantur ab euangelista,quia legalem consuetudinē sequebatur, & quia omnes euangelistæ erant Iudæi, omnes quatuor expresserunt de quatuor millibus virorum,& tacuerunt de numero fęminarum.

Qui viri erant isti, qui numerabantur.
Quæst. CXXX.

QVAERETVR qui viri erant isti, qui numerabantur.

Aliqui dicunt,q̄ accipitur vir non,vt est nomē ætatis,nec coniugii, sed vt est nomen sexus,& sic omnes masculi vocantur viri, vt distinguuntur viri contra fęminas.

Sed dicendum,q̄ non stat, quia tunc etiam paruuli includerentur nomine virorum, & tamen paruuli excluduntur hic, quia dicitur supra in litera.manducantium autem fuit numerus quinque millium virorum exceptis mulieribus, & paruulis.

Dicendum ergo, quòd vir significat ætatem, non tamen

tamen secundum strictam significationē ætatis, quia A
tunc adolescentes, & iuuenes, & senes, & decrepiti non intelligerentur nomine virorū,& ita pauci essent viri, & oporteret exprimi alios numeros de adolescētibus,iuuenibus,senibus, & decrepitis, quod non fit. accipitur ergo hic vir, secundum consuetudinem legis Moysi: nam sicut propter consuetudinem legis tenendam non ponitur numerus mulierum, sed virorum, ita & in viris tenebitur consuetudo legis: vocat autem lex Moysi viros omnes masculos, qui sunt a vicesimo anno,& vltra: Numeri primo c.& postea quantęcūque ętatis sit, etiam si decrepitę vocatur vir. Et ita hic omnes, qui essent vltra viginti annos computantur in numero quinque millium,qui aūt erant B
infra annum vicesimum intelligūtur nomine paruulorum, & illi non includuntur in numero quinque millium,cū dicat̄ exceptis paruulis, & mulieribus.lex aūt computat istos, quia isti dicebātur transire ad numerum, & iubebat, q̄ quicunque compleret annum vicesimum ad hoc, q̄ transiret ad numerum,i. esset vnus de illis, qui numeraretur in populo, solueret dimidium siclum pro Sanctuario dñi.Exo.30.& de istis, qui iam transierant ad numerum erant ista quinque millia virorum. Alii autē dicunt, q̄ ēt fiebat propter honorem: viri.n.hūt in honore potius, q̄ fęminę, qa vir est caput fęminę. 1. Cor.11.& puer nondum est vir. Sic dicit Theophilus.soli viri numerant̄,quia euāgelista legalem consuetudinem sequebatur, & enim Moyses a viginti annis, & supra populum enumeraūit, nulla mēnione de mulieribus facta,innuens,quòd omne,quod virile est,& iuuenile dignum & honorabile est apud Deum. prima tamen causa est melior, & illa est vera.

Mar.6. Et statim compulit discipulos ascēdere in nauiculam, & pręcedere eū trās fretū donec
Ioan.6. j.q.1.c.ecclesia. 24.q.1.cap. non turbatur. Mar.6. dimitteret turbas. Et dimissa turba ascendit in montem solus orare. Vespere aūt facto, solus erat ibi. Nauicula aūt in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius vētus. Quarta autē vigilia noctis venit ad eos ambulans supra mare. Et videntes eū supra mare ambulantem, turbati sunt dicentes, qa phantasma est. Et prę timore clamauerunt. Statimq; Iesus locutus est eis, dicēs habete fiduciam. Ego sum,nolite timere.Respondēs autem Petrus: dixit. Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas. At ipse ait. Veni. Et descendens Petrus de nauicula ambulabat E
super aquam, vt veniret ad Iesum. Vidēs vero ventum validum timuit. Et cum cępisset mergi, clamauit dicens. Domine saluum me fac. Et cōtinuo Iesus extendens manum apprehendit eum, & ait illi. Modicę fidei quare dubitasti? Et cum ascendisset in nauiculā cessauit ventus. Qui autem in nauicula erāt, venerunt, & adorauerunt eum, dicentes. Vere filius Dei es.

Tertū miraculū de calcatione maris.

Et statim compulit. Hic ponitur tertiū miraculū de calcatione maris, scilicet qa ambulauit Iesus siccis pedibus supra aquas magis, & dicitur. *Et statim compulit Iesus discipulos.* Scilicet mox, vt collectę fuerunt reliquiæ fragmentorum iussit Iesus discipulis nauigare,erant enim iuxta mare,& nauiculam habebant, ideo poterant statim nauigare, & dicitur,q̄ compulit illos, scilicet quia cum magna celeritate agere iussit tanquam cogeret agere nō permittens illos morari.

Ascendere nauiculam. Scilicet in illam in qua venerant. *Et pręcedere eum.* s.ostendit, q̄ nolebat ire in nauicula illa, sed q̄ postea iret, ideo q̄ ipsi non expectarent eum,sed pręcederent nauigando. *Trans fretum.* Idest vltra fretum ad aliam partem freti,quia nūc erat Christus ex vna parte maris galilęæ, & tiā firet ad aliā.

Donec dimitteret turbas. Idest dum expediebat eas, & nō accipit donec pro vsque, sed pro dum,quia nō est sensus, quòd illi pręcederent quousque Christus dimitteret turbas, & postea non pręcederent,sed quòd interim, q̄ turbas dimittebat, non morarentur ipsi manentes cum eo, sed nauigarent pręcedentes eum.

Et dimissa turba. Idest expeditus a turba, quia loquebatur aliqua turbis,quando recedebat, & hoc erat expedire, vel dimittere. *Ascendit in montem.* Qui erat p.pinquius loco in quo turbam pauerat. *Solus.* Nam ad orandum non egebat societate, etiam dicitur solus, quia quando ascendit, nemo erat qui posset cum eo ascendere, cum discipuli iam recessissent in nauicula,turbæ etiam iam expeditæ erant a Christo,nemo C
ergo cum eo ascendere poterat. *Orare.* i.ad orandū: nam quando Christus vacabat solus ibat ad orandū.

Vespere autem facto. i.solis occasu præterito, accipiebatur enim supra vespere aūt facto,i.incipiente declinare sole, quod erat immediate post meridiem, hic aūt accipitur pro principio noctis vñ dī Mar.6.& cum sero esset, & Io.6.magis declaratur,s.q̄ tenebræ iam factæ erant, quando mare vento magno flante surgebat. *Solus erat ibi.* i.solus manebat adhuc Christus in monte orando, qñ cępit nox, & erant tenebræ, quia diu orauerat. *Nauicula autem in medio mari iactabatur.* i. nauicula in qua erant discipuli iactabatur,i.violenter huc, & illuc a ventis impellebatur, sic dicit Virgilius de Aenea,primo Aeneidos.multū ille terris iactatus, D
& alto,& dicitur in medio maris,i.intra mare,s.non iuxta litora. *Fluctibus.* Quia fluctus intumuerant propter ventum, sic dicitur Io.6.mare autem vento magno flante exurgebat. *Quarta autem vigilia noctis venit ad eos.* Licet incępissent iactari fluctibus discipuli a principio noctis nō venit Iesus ad eos vsque ad quartam vigiliam, sed permisit eos toto hoc tempore laborare remigando, & sustinendo timorem,& dicitur quarta vigilia,idest quarta pars, & vltima noctis diuidendo noctem in quatuor vigilias,vel partes.

Ambulans supra mare. Idest pedibus ambulans supra aquas, & non mergebatur. *Et videntes eum supra mare ambulantem.* Scilicet accessit prope nauem, ideo licet nox esset,& tenebræ, viderunt quomodo ambulabat super aquas. *Turbati sunt.* Idest timuerunt, quia nihil tale vnquam viderant. *Dicentes, quòd phantasma est.* i. apparitio dæmonum,s.non est verus homo,qa homo mergeretur,sed est dæmon,licet appareat in hominis figura cum nō mergatur,quia phantasma est id,quod habet solam apparentiam, & non habet aliquam existētiam de eo, quod putatur. *Et pre timore clamauerunt.* Quasi petentes auxilium a Deo contra phantasma, quod putabant sibi nociturum. *Statimque.* s.qñ vidit Iesus magnum timorem eorū: noluit enim eos magis affligere, quia non poterant illud tolerare. *Iesus locutus est eis.* Erat enim iuxta nauiculam,& ita videre eum, & vocem illius audire poterant. *Dicens habete fiduciam.* Idest non timeatis malum aliquod, quia nullum est periculum. *Ego sum.* Idest non est phantasma aliquod,

aliquod, vt vos putatis, sed ego sum, scilicet ille cuius F
vocem vos cognoscitis, & quem vox esse indicat.

Respondens autem Petrus. Iste fuit confidentior, quia forte ceteri nondum erant soluti a timore. *Ait domine si tu es.* Idest si tu es ille quem vox indicat, & es dominus noster. *Iube me venire ad te super aquas.* Idest da mihi potestatem ambulandi super aquas: nam si tu iubes, ꝙ veniam potero ambulare super aquas. *At ipse ait veni.* Concessit ei, quod petebat. *Et descendens Petrus de nauicula.* Erat nauis altior, quam aqua, quia supereminebat ceruical nauis aquis, & ideo dicitur descendisse de naui in aquam. *Ambulabat super aquas, vt veniret ad Iesum.* Cum exibat de naui ambulabat versus Iesum, quia volebat adhærere ei: nam Iesus non
erat coniunctus naui. *Videns autem ventum validum ve-* G
nientem. Scilicet antequam peruenirет ad Iesum veniebat ventus fortis contra Petrum. *Timuit.* Scilicet ꝙ ventus mergeret eum inuestiendo aquis. *Et cum incepisset mergi.* Prius enim tenebat pedes super aquas, sicut super terram solidam: tunc autem cepit mergi in aquis vadens versus profundum. *Clamauit.* Præ timore. *Dicens domine saluum me fac.* Idest libera me ne moriar in aquis: credebat enim, ꝙ poterat eum liberare de aquis, cum ad præceptum eius potuisset ambulare ante hoc super aquas. *Et continuo.* Idest immediate vt clamauit, antequam penitus mergeretur.

Extendens Iesus manum apprehendit eum. Erat enim iã
circa Iesum, quando cepit mergi, ideo extendens ma- H
num Iesus potuit pertingere ad eum. *Et ait illi.* Scilicet increpãdo scilicet. *Modicæ fidei quare dubitasti.* Quasi dicat propter modicam fidem, quam habuisti mergebaris: non enim debuerat dubitare, sed confidere, ꝙ etiam si ventus validus insurgeret, non posset tibi nocere, cum ego iussissem, ꝙ venires ad me.

Et cum ascendisset in nauiculam. Postquam Petrum liberauit de aquis, quia iam fecerat totum, quod volebat, intrauit in nauem nolens amplius miraculo vti.

Cessauit ventus. Quia ante hoc erat ventus contrarius discipulis, & laborantes nimium in remigando modicum processerant: nunc vero intrante Iesu in nauem cessauit ventus, ideo statim accesserunt ad locum ad quem ibant. *Qui autem in nauicula erant.* I. discipuli, & alij, qui cum eis ibi erant. *Venerunt, & adorauerunt eum.* Scilicet procidentes ad pedes eius.

Dicentes vere filius Dei es. Quasi dicat per hoc cognoscimus, ꝙ sis filius Dei, quia non posses hęc facere, nisi esses filius Dei.

An ista sint continuata ad præcedentia.
Quæst. CXXXI.

QVAERETVR de eis, quę dicta sunt de ambulatione Christi super aquas an sint continuata ad pręcedentia. Aliqui dnt, ꝙ non, quia Luc. 9. postquam ponitur miraculum de saturatione turbarum, ponitur quo Christus quæsiuit a discipulis dicens, quem me dicunt esse hoies. K

Dicendum, ꝙ ista sunt continuata ad pręcedẽtia, quia eadem die facta sunt nullo interposito alio. Et patet, quia expleta saturatione turbarum dicitur in litera, & statim compulit Iesus discipulos ire trans fretum, i. statim, vt collegerunt reliquias fragmentorum coram turbis discumbentibus: est aũt processus, ꝙ die hac Christus nauigans venit in locum desertũ, & iã turba erat expectans eũ iuxta litus, & exiens de nauicula sanauit infirmos eorum quos portabant, & prædicauit diu, ita vt iam transisset meridies, & declinare inciperet sol, & tunc dixerunt discipuli, ꝙ dimitteret turbas ire ad quęrendum cibos per loca vicina, & ille fecit eos discumbere, & fractis panibus saturauit turbas, & tunc collegerunt discipuli reliquias. Interim m. dies procedebat, & finito isto conuiuio statim compulit Iesus discipulos ascendere nauiculam, & nauigare ꝝ Capharnaum: ipse vero manebat expediẽdo turbas, & nõ dum occubuerat sol: cum vero expediuisset Iesus turbas, ascendit montẽ ad orandũ solus, & mansit ibi toto ipso die: nã iam prope erat occasus solis, & mansit ẽt quasi tota nocte, quasi ad matutinum, qñ dr̃ esse quarta vigilia noctis, & tunc venit ad discipulos: nam tota nocte laborauerunt remigando, quia fuerat sibi ventus ꝓrius, & ita nihil intercidit inter ista duo, sed est continuus ordo. Ad argumentũ dicendum, ꝙ processus Lucę non probat non esse hic ordinem ꝓtinuum cum ipse solus sit, & teneant istum ordinem Matthęus, Marcus, & Ioan. Maxime, quia si solus esset Matthęus ꝝ tres staretur ei, eo ꝙ oñdit in litera sua, ꝙ iste fuerat ordo rerum gestarũ: cũ dicat, & statim cõpulit, & idem dr̃ Mar. 6. c. Luc. aũt nõ potuit hic tenere ordinem continuum, eo ꝙ ipse tacuit istud miraculum de ambulatione Christi super aquas, alii autem tres expresserunt illud.

Quomodo verum est, quod Iesus statim coegit discipulos nauigare. *Quæst. CXXXII.*

QVAERETVR quo verũ est, ꝙ Iesus statim coegit discipulos nauigare, q̃a Io. 6. vbi ponit istud factum, dr̃ ꝙ Iesus sciens, ꝙ turbę venturę erant, vt raperent eum, & facerent regem, ascendit in montẽ solus, vt aũt sero factũ est descenderunt discipuli eius ad mare, ergo prius ascendit Iesus in montem, q̃ discipuli recederent. Dicendum ꝙ mox, vt finita est saturatio turbarum, & collectę fuerunt reliquię, coegit Iesus ascendere nauiculam, anteq̃ ascenderet montem ad orandum. Quod patet, quia dr̃ hic, & statim coegit discipulos suos ascẽdere nauiculã. Etiã apparet, quia si prius ipse ascenderet in montẽ, quasi recederent discipuli in nauicula, non recederent donec ipse rediret de monte, sed expectarent eũ: ipse ergo prius expediuit eos, deinde ascendit in montẽ. Quòd aũt dr̃ Io. 6. prius de fuga dñi in montẽ, dicendũ ꝙ Ioannes intendebat declarare quo Christus vitauerit applausum populi, quod alij euangelistę tacuerant, & quia turbæ discumbentes adhuc cogitabant quo eum raperent, & facerent regem, subdit immediate post cibos turbarum quo Iesus ascenderit in montem fugiens, & omisit dicere, ꝙ dixisset discipulis, ꝙ nauigarent, nam si non dixisset eis, ꝙ ascenderent nauiculam anteq̃ ipse ascenderet in montem, certũ est, ꝙ ipsi non recederent de loco, & tñ constat, ꝙ nauigauerunt anteq̃ ipse descenderet de monte, quia alias ipse non iret sup aquas, sed in nauicula, ergo antequã ascẽderet in mõtẽ iusserat eis recedere, sed Ioannes illud tacuit. Quòd vero dr̃ Ioã 6. vt aũt sero factum descenderunt discipuli eius ad mare, non significat, ꝙ post saturationem turbarum aliquanto tpe nauigare cęperunt, sed statim nauigantes cęperunt sero nauigare, nam qñ turbę cęperunt discumbere erat post meridiem, nam dies cęperat declinare Lucę 9. cũ autem manducarent, & tollerentur reliquię, transiret magna pars diei versus solis occasum, ideo quandocunque nunc discipuli nauigare nunc inciperent, dicebantur sero nauigare, quia totum tempus post meridiem sero dicitur.

Vel potest dici, quòd illud sero non refertur ad tẽpus quo discipuli intrauerunt nauiculam, sed ad tempus quo fuit principium venti contra discipulos, quia hoc fuit cum tenebræ essent in sero, & quia Ioannes illud vult narrare, incipit sero, quasi eo tempore cęperint discipuli nauigare, quando tempestas cępit, & tamen prius cęperunt, sicut supra 9. Matt. introducit archi-

archisynagogum dicentem, Domine filia mea modo A
defuncta est, & tamen non dixit defuncta est, sed est in extremis, vt dicitur Mar. 5. quia tamen Matthæus voluit subtricere multa, quæ fuerunt ante mortem puellę, introducit patrem eius loquentem, quasi post mortem puellæ loqui cęperit, vt ibidem declaratum est, & sic tenet Augu.

Quare Christus statim fecit, ꝙ discipuli nauigarent collectis reliquijs ciborum. *Quæst. CXXXIII.*

QVAERETVR quare Christus statim fecit, ꝙ discipuli nauigarent collectis reliquijs ciborum.

Dicendum primo, quia Christus habebat omnes actiones suas ordinatissimas, & tamen vna de moderationibus necessarijs est ordinare tempus, ne aliquid de illo in vanum expendamus, & quia iam Christus B
finierat in loco illo quidquid facturus erat, quantum ad discipulos suos voluit, ꝙ statim recederent. Secundo quia Christus volebat declinare turbas ne eum reciperent, & facerent regem Ioan. 6. ante, ergo quam venirent turbę voluit ipse fugere in montem, vt ibi oraret, & lateret: & si ascenderet antequam iuberet discipulis suis nauigare, expectarent eum discipuli vsquequo rediret, & tamen ipse nolebat, ꝙ ipsum expectarent, sed ꝙ nauigarent, vt esset ei occasio ambulandi super aquas, ideo mox, vt discipuli reliquias collegerunt fecit, quòd nauigarent. Sed non stat, quia
turbę non cogitauerunt de rapiendo Christum quã- C
do discumbebant, sed postea cum iam dimisisset eas loquendo illis, & tunc latuit in monte, vt ostendetur infra. q. 142. sed ideo statim misit, vt turbę viderent, ꝙ Christus non ibat cum discipulis in nauicula, nã mox, vt turbæ comederunt, Christus illas expediuit, & si adhuc manerent discipuli cum Christo nescirẽt turbæ an Christus ibat postea ĩ nauicula, vel quo, immo putarent, ꝙ ibat in nauicula, sicut venerat, & sic ignorarẽt miraculum de ambulatione Domini sup aquas, & tamen ipse voluit, quòd non lateret. Ideo oportuit, quòd dum ipse expediret turbas nauigarent discipuli videntibus turbis, ꝙ non ibat cum eis Iesus, & cum non esset ibi alia nauicula, nisi in qua venerat Christus
cum discipulis, apparuerat manifeste, ꝙ Christus trã- D
sierat sine nauicula, cum transierat, ita cito, sicut discipuli. Et ista fuit vera, & totalis cã huius sicut patet Io. 6. cum dicitur turba, quę stabat trans mare vidit, quia nauicula alia non erat ibi, nisi vna, & quòd non intrasset cum discipulis suis Iesus, sed soli discipuli eius abiissent, ideo subditur ibi, ꝙ turbæ quęsierunt postea a Christo cum vidissent eum ex alia parte maris, rabbi quando huc venisti? & sic arguebant, ꝙ sine nauicula transierat mare, & hoc, quia viderũt, quòd discipuli soli in nauem intrauerant.

Quæ compulsio fuit ista, quæ compulit discipulos Christi nauiculam ascendere. *Quæst. CXXXIIII.*

QVARE dicitur hic, ꝙ compulit eos ascendere E
nauiculam, & quæ compulsio fuit ista?

Dicendum, ꝙ non fuit compulsio absoluta, quasi manibus teneret eos, & in nauiculã mitteret, quia non erat opus tali compulsione, cum discipuli in omnibus obedirent Christo: ideo licet ista verba videantur significare violentiam, quia dicit hic, & statim compulit discipulos, & Mar. 6. dicitur & statim coegit discipulos, debet intelligi de coactione pręceptiua. quia præceptum Christi erat illis coactio, eo ꝙ non licebat illis vllatenus contraire. Sed dr̃ compellere dupliciter. Vno modo, quia Christus præcipiendo multum vrgebat, non sinens eos aliqualiter ibi morari, sed cum festinatione agere, & quia nunc cibos sumere expleuerant, & volebant saltem aliquãtulum manere in loco cum Christo, & turbis, & Christus volebat, ꝙ non morarentur, nec ad punctũ, sed statim recederent, vrgebat eos plus agere, quam vellent, & istud erat cogere, vel compellere. Secundo, & præcipue, quia per hoc, ꝙ Christus iubebat discipulis præcedere eum trans fretum, iubebat ire sine eo, ipsi tamen nullatenus ab eo recedere volebant, ideo erat eis graue, ꝙ sine eo irent, & quantum ad hoc quasi coacti recedebant. Sic dicit Hierony. super Matth. s. quo sermone ostenditur inuitos eos a domino recessisse: dum amore præceptoris, nec ad punctum quidem tẽporis ab eo volunt separari. Tertio, vt aliqui dicũt fuit, quia discipuli solicitabant Dominum, quomodo ipse veniret, & vt non multum eum inquietarent in hac quæstione coegit cito eos nauigare. Sic dicit Chrysostom. s. coegit autem discipulos, quia non de facili poterant ab eo separari hoc quidem: tum propter nimiũ affectum quem ad eum habebant, tum quia solicitabant, qualiter ad eum venirent, i. nesciebant an cito, vel tarde, & an in naui aliqua, vel quomodo. Quarto, vt quidam dicunt, quia timebant discipuli, quòd sine Christo in mari paterentur naufragium, & hoc satis verisimile est: non quidem, ꝙ determinate crederent discipuli nunc se passuros naufragium, quia non erat eis aliqua causa credendi, sed sciebant, ꝙ poterant illud pati, & si accideret tempestas absente Christo nescirent ad quem refugerẽt, quia alia vice cum fuit tẽpestas Christo dormiente suscitauerunt eum, & cessauit tempestas, supra 8. nunc vero non haberẽt ad quẽ confugerent, & possent perire. Sic dicit Hieron. recte autem quasi inuiti, & retractantes Apostoli a domino recesserunt, ne illo absente naufragia sustinerent, & hoc est valde verisimile, & propter eandem causam Christus voluit, vt discipuli soli irent, vt addiscerẽt mẽliora de ipso credere: nam per illud, quod viderant, supra 8. sciebant, ꝙ Christus pręsens poterat liberare eos a tempestate maris, & tamen absentem nondum credebant hoc posse, ideo fecit, ꝙ eo absente essent in periculo, vt ipse veniret ad subueniendum, & sic scirent, quòd ipse absens sciebat mala, quę patimur, & poterat in illis prouidere, & ita factum est.

Ad quem locum nunc ibant discipuli Christi nauigando. Et quòd Bethsaida in terra Iudæorum erat duplex, de qua, & in q. 138. *Quæst. CXXXV.*

QVAERETVR ad quem locum nunc ibant discipuli Christi nauigãdo: nam cum Christus mitteret eos iubens, ꝙ pręcederent, oportebat ꝙ diceret eis quo irent, quia alias nescirent quo nauigarent.

Dicendum, ꝙ iussit eis ire Bethsaidam, sic dicitur Mar. 6. coegit discipulos ascendere nauem, vt pręcederent eum trans fretum ad Bethsaidam. Sed obijcietur, ꝙ non iuerint in Bethsaidam, quia nunc, quando turbę pastę sunt erant in Bethsaida Christus, & discipuli, ideo non possent nunc nauigare ad Bethsaidam patet, quia Luc. 9. qñ Iesus nauigabat cum discipulis ad locũ desertũ in quo pauit turbas: dr̃ ꝙ assumptis discipulis secessit seorsum in desertum locũ, qui est Bethsaida, & ibi sequitur quomodo turbas pauit.

Dici potest vno modo, quòd Bethsaida accipitur aliquando pro ciuitate quadã Galilæę, & aliquãdo ꝓ territorio adiacẽte illi, quod ad eam pertinet, & Christus saturauit turbas in Bethsaida, idest in loco deserto pertinente ad vrbem Bethsaida, & inde discipuli nauigauerunt, vt venirent in ipsam ciuitatem Bethsaidã. Sic dicit Beda, scilicet merito autem mouet quomodo Marcus dicat peracto miraculo panum, discipulos

pulos veniſſe trans fretum ad Bethſaidam, cum videa- F
tur dicere Lucas, ꝙ in locis Bethſaidę factum fuerit miraculum illud, niſi forte intelligamus, quòd Lucas ait in deſerrum locum, qui eſt Bethſaida, non ipſius intima ciuitatis, ſed loca deſerti ad eam pertinentis eſſe deſignata. Mar. autem dicit, vt præcederent eum ad Bethſaidam, vbi ipſa ciuitas notatur, & hoc cõcordat poſitioni communiori, quam ſupra poſuimus, ſ. quòd locus deſertus Bethſaida ſit territorium vrbis Bethſaidę.

Sed eſt difficultas, qa iubet Chriſtus diſcipulis trãsfretare, & ſic Bethſaida erat ex alia parte maris, ideo non videtur quomodo Bethſaida ex alia parte maris conſiſtens haberet territorium ex parte iſta.

Hoc tamẽ poſſibile eſt, quia illud mare erat paruũ, & facile remigabile, & transfretabile, quia vere erat ſtagnum quoddam, & non mare, & ita poterat ex aliqua parte maris aliquam partem territorij habere. Veriſimilius tamen eſt ꝙ non ſit eadem Bethſaida, ideo poſſet dici dupliciter. Vno modo, ꝙ in terra Iudęorũ, ſ. in ipſa Galilæa eſt duplex Bethſaida, quia interdum multa loca habent idem nomen, ſicut Bethlehem eſt nomẽ ciuitatis in qua Chriſtus natus eſt, & pertinet ad ſortem Iudę ſupra 2. & Micheę 5. & eſt alia ciuitas Bethlehem ciuitas in ſorte Zabulõ Ioſuę 19. c. ſic etiam Aſſor eſt nomen ciuitatis, & inueniuntur tres ciuitates, quarum quęliber dicitur Aſſor in ſorte Iudę Ioſue 15. ita poterat eſſe de Bethſaida, ꝙ eſſet du- H
plex, & vna eſſet ad vnam partem maris, & alia ad aliã partem, & in vna Chriſtus pauit turbas, ideſt iuxta illã ad aliam autem miſit nunc diſcipulos ſuos.

Secundo poteſt dici, ꝙ Bethſaida vnica ciuitas eſt, & tamen accipitur dupliciter. Vno modo, vt eſt nomen ciuitatis, & eſt ciuitas de qua erãt Petrus, & Andreas, & Philippus Ioan. 1. Alio modo accipitur pro deſerto quodam, quod Bethſaida appellatur. Bethſaida, vt eſt deſertum fuit locus in quo Chriſtus pauit turbas ſic innuitur Lucę 9. ſcilicet aſſumptis ſecum diſcipulis ſuis ſeceſſit ſeorſum in deſertum locũ, qui eſt Bethſaida: Bethſaida autem, quę eſt ciuitas, eſt ea ad quam nunc diſcipuli nauigauerunt.

Sed obijcietur, ꝙ quocunque modo accipiat̃ Bethſaida, non nauigauerint diſcipuli in Bethſaidam, ſed in Capharnaum, niſi idem ſit Bethſaida, & Capharnaũ, quia interdũm idem locus multa nomina habet, ſicut Bethlehem vocatur Bethlehẽ, & Ephrata. Gen. 35. & Ieruſalẽ multa nomina habet, ita & nunc eſt de Bethſaida. Sed dicendum, quòd non eſt veriſimile, quia talis modus loquendi non inuenitur apud doctores ſacræ Scripturæ: neque putatur alicubi accipi Bethſaida pro Capharnaum, ſed accipiuntur tanquam diſtincta loca, quia Capharnaum erat ciuitas inſignis, & metropolis Galilęę. Bethſaida autem erat paruus locus, ſcilicet vicus quidam, vt ait Hierony. licet Ioan. 1. ciuitas vocetur more loquendi ſcripturę, etiam apparet ex deſcriptione ſitus terrę Sanctę non eſſe eun- K
dem locum Bethſaidam, & Capharnaum.

Alii dicunt, quòd Chriſtus iuſſit diſcipulis ire ad Bethſaidam, & tamen poſtquam ipſe ambulans ſuper aquas intrauit in nauem cum illis fecit, quòd nauis iret in Capharnaum. Et hoc quidem poteſt ſtare, & tamen non videtur aliqua cauſa quare Chriſtus iuſſerit diſcipulis ire in Bethſaidam, ſi non erant illucituri, nec ipſe hoc volebat, ſed in Capharnaum.

Aliter ergo dicendum, quòd Bethſaida eſt iuxta Capharnaum, & veniendo in Bethſaidam veniebatur in Capharnaum, quia Capharnaum dicitur de loco, & de territorio, & quia Bethſaida eſt in territorio Capharnaum, dicitur veniſſe in Capharnaum, qui in Bethſaidam venit, maxime quia, quando quis naui- G
gans applicat ad aliquem locum, dicitur veniſſe ad illum locum, cuius ille portus, vel territorium eſt, etiã ſi locus ille inſignis inde diſtet aliquantulum.

Quomodo dicitur hic, quòd iuſſit diſcipulis Chriſtus præcedere eum trans mare. Quæſt. CXXXVI.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, quòd iuſſit diſcipulis Chriſtus præcedere eum trans fretum, ideſt trans mare: nam videtur, ꝙ non poterant ire trans mare, eo ꝙ iam erant trans mare: nam locus ille in quo Chriſtus erat, quando ſaturauit turbas, erat trans mare Ioan. 6. ſcilicet abijt Ieſus trãs mare Galilęę, & ſequebatur eum multitudo magna, & ſequitur quomodo pauit turbas, ergo trans mare erant nunc diſcipuli.

Aliqui dicunt, quòd trans mare erãt, & nunc diſcipuli dicuntur trans fretum, quia manſerunt in litore eodem nauigantes.

Sed non ſtat, quia neceſſe eſt dici, ꝙ diſcipuli tranſierint mare: cum dicatur hic, ꝙ iuſſit Chriſtus diſcipulis præcedere eum trans fretum, ideſt vltra fretum, ergo reſpectu illius loci in quo nunc erat Ieſus iſta iubens, oportebat quòd diſcipuli tranſirent mare. Itẽ quia Ioan. 6. dicitur quomodo turbę videntes poſtea Chriſtum trans mare mirati ſunt, & dixerunt ei, Rabbi quomodo huc veniſti? & hoc dixerunt, quia viderãt, ꝙ non aſcenderat in nauim cum diſcipulis ſuis, & tamen ſi non transfretaſſent diſcipuli, nihil eſſet admirandum, quòd veniſſet ſine naui, ergo transfretauerunt ad aliam partem maris.

Dicendum, ꝙ Ieſus erat trans mare nunc, quando turbas pauit, & quãdo iuſſit diſcipulis nauigare, iuſſit, ꝙ tranſirent mare, & vtrunque dicit trans mare, qa trans dicitur relatiue, ſicut citra, & vltra, & vtrunque litus maris poteſt vocari citra, & vltra, ſicut idem latus vnius columnæ poteſt vocari dextrũ, & ſiniſtrũ, ſecundũ, ꝙ comparatur ad hominem, qui eſt iuxta columnã. Et patet hoc Ioã, 6. vbi Ioannes vocat vtrũque litus maris trans mare: nam cum loquit̃ de loco in quo Chriſtus pauit turbas, dicit abiit Ieſus trãs mare Galilęę, & quando poſtea de ipſo loco diſcipuli recedunt dicit, quòd cum aſcendiſſent nauem venerunt trans mare in Capharnaum. I

Quid putabant diſcipuli de Chriſto cum ipſe iuſſit eos transfretare, & non iret cum eis: quomodo tranſiret Chriſtus mare. Quæſt. CXXXVII.

QVAERETVR qñ Chriſtus iuſſit diſcipulis, ꝙ præcederent eũ trans fretum, & non aſcendebat cum eis in nauiculam quid putabant de eo qũo tranſiuit mare: nam ipſe dixit ſe illuc venturum quo ipſi ibãt, cum dixerit, quòd præcederent eum.

Aliqui dicunt, quòd diſcipuli credebant, quòd vẽturus erat ſuper aquas, quia non indigebat naui cum poſſet mirabiliter omnia facere.

Sed dicendũ, ꝙ non ſtat. Primo quia diſcipuli erant adhuc diſpoſiti imperfecte circa Chriſtum, & non confidebant de ipſo, quòd poſſet facere aliqua miracula, niſi talia qualia iam vidiſſent eum feciſſe, immo & interdum non putabant, quòd poſſet facere talia qualia iam fecerat, vel dubitabant de hoc, ſicut nunc ſaturauit turbas, & tamen poſtea in ſecunda vice dubitabant quomodo poſſet ſaturare turbam in deſerto ſequenti capit. Marc. 8. ante hoc tamen non viderant Chriſtum ambulantem ſuper aquas, ideo non crederent ſic eum ambulaturum. Secundo patet, quia ſi hoc credidiſſent diſcipuli expectarent Chriſtum transituru-

transituru ſuper aquas, & quando poſtea veniret A
ad eos ſuper mare agnoſcerent eum, & non timerẽt, & tamen non agnouerunt eum, ſed putauerunt eſſe phantaſma, & timuerunt valde atque clamauerunt, vt patet ſupra in litera, ideo non putabant eum ſic transituru. Tertio patet, quia etiam Petrus, qui cęteris confidentior erat, non credebat, quòd Ieſus eſſet ille, qui venerat ſuper aquas, etiam poſtquam locutus eſt eis, dicens habete fiduciam, tunc dixit domine ſi tu es iube me venire ad te ſuper aquas, ergo non ſuſpicati fuerant, ꝙ ſic venturus eſſet.

Alii ergo dicunt, quòd crediderunt diſcipuli, quòd Ieſus veniret in aliqua alia nauicula de manentibus in loco vbi Chriſtus pauit turbas. B

Sed dicendum, quòd non ſtat, quia nulla alia nauis ibi erat, eo ꝙ locus erat deſertus, & turbę, quę illuc venerant, omnes venerant pedeſtres ſupra in litera, & Mar. 6. ideo non erat ibi alia nauis. Et patet hoc clarius Io. 6. quia dicitur, quòd non erat alia nauicula, niſi vna in loco in quo Chriſtus turbas pauerat, & quòd turbę viderunt, quòd Ieſus non intrauit in illam cum diſcipulis, ideo dixerunt turbę Chriſto, quomodo huc veniſti? ideſt quomodo potuiſti transfretare ſine naui.

Alij autem dicunt, quòd diſcipuli putauerunt, ꝙ Ieſus trãsfretaret in aliqua nauicula alicuius loci propinqui: nam erat ciuitas Tyberias circa locũ in quo Chriſtus pauerat turbas, & ibi erant multę nauiculę, & in aliqua earum poterat Chriſtus transfretare. Et C
hoc eſt veriſimilius, quia Io. 6. vbi ponit iſte receſſus diſcipulorum dicitur, quòd non erat in loco in quo Chriſtus pauerat turbas, niſi vna nauicula, in quam aſcenderunt diſcipuli, & tamen ſequenti die ſuperuenerunt alię nauiculę a Tyberiade, quę iuxta locũ vbi paſtę ſunt turbę erat, & non inuenientes Chriſtum, nec diſcipulos in loco vbi pauerat turbas, venerunt Capharnaum quęrentes eum aſcendentes nauiculas ſuas: in aliqua ergo illarum putare poterant diſcipuli, quod aſcenderet Ieſus.

An iſtud, quod habetur hic de nauigatione diſcipulorum ſit idem cum illo, quod habetur Io. 6. Et quare magna oſtenditur difficultas in dictis Euangeliſtarum. Et vbi ſita ſit Bethſaida. Quæſt. CXXXVIII.

QVAERETVR an iſtud, quod habetur hic de nauigatione diſcipulorum ſit idem cum illo, quod habetur Io. 6.

Aliqui dicunt, quòd non, quia hic, & Mar. 6. dicitur quòd Chriſtus compulit diſcipulos aſcendere nauiculam, & præcedere eum, & tamẽ Io. 6. videtur, ꝙ diſcipuli ſponte aſcenderint nauem, quia dr̃, vt ſero factum eſt deſcenderunt diſcipuli eius ad mare, & cum aſcendiſſent nauem, &c. Secundo quia diſcordant in tempore, quia hic, & Mar. 6. dicitur, ꝙ ſtatim compulit Ieſus diſcipulos ſuos precedere eũ, ſcilicet mox, vt abſtulerunt reliquias comedentiũ, & tñ Ioan 6. dr̃, vt autem ſero factum eſt deſcenderunt diſcipuli eius ad mare, ergo non eſt idẽ receſſus. Tertio patet hic, & Mar. 6. dicitur quomodo Chriſtus introiuit in nauem cum diſcipulis, & tñ Io. 6. dr̃, ꝙ diſcipuli voluerunt eum recipere in nauem, & nõ oſtẽditur, ꝙ acceperint, in quo magis innuitur, quòd non acceperint, ergo non eſt idem factum. Quarto quia hic, & Mar. 6 dicitur quomodo Petrus iubente domino ambulauerit ſuper aquas, & tamen Ioan. ſexto nihil de hoc dicitur, & ſic videtur factum differens. Quinto, quia Chriſtus iuſſit hic, quòd diſcipuli irent in Bethſaidã, vt patet Mar. 6. & tamen Ioan. 6. dicitur quòd venerunt in Capharnaum. Sexto, quia hic, & Mar. 6. dicitur poſtquam exierunt de naui Chriſtus, & diſcipuli, quòd intrauerunt in terram Geneſareth, & tamen Ioan. 6. innuitur, ꝙ venerint in Capharnaum, & ibi eum turbę venientes a Tyberiade inuenerunt.

Dicendum, quòd diuerſitas eſt in hoc, quidam enim volunt, ꝙ non fuerit eadem nauigatio, quam ponunt Matthæus, & Marcus, & quam ponit Ioannes. Et ſic tenet Chryſoſtomus allegans cauſas dicẽs: mihi autem videtur hoc ſignum aliud ab eo, quod apud Matthæum poſitum eſt, tunc enim non eum ſuſceperunt, nunc autem perſuaſi ſunt ſtatim ſuſcipere, & tunc quidem adhuc tempeſtas permanebat velut concutiens nauem, nunc autem cum voce tranquillitas aduenit: multoties enim eadem facit ſigna, vt facile ſuſceptibilia fiant. Alii dicunt, quòd ſit eadẽ nauigatio, & ſic tenet Auguſtinus lib. de concor. euãgeli. & ſic tenetur cõiter. Et patet amplius hoc, quia ſi dicatur alia nauigatio iſta, quę habetur Ioan. 6. oportet etiam dici, ꝙ ſit alia ſaturatio turbarum ea, quæ habetur hic, & Marci ſexto, ab ea, quæ habetur Ioan. 6. Quod patet, quia nauigatio vtrobique facta eſt eadem die qua facta eſt ſaturatio: nam hic, & Mar. 6. poſita ſaturatione turbæ, & collectione reliquiarũ dr̃, & ſtatim compulit eos aſcendere nauiculam, & præcedere eum: etiam nauigatio de qua Io. 6. fuit eadem die qua ſaturatio de qua ibi, nam dicitur, ꝙ finita ſaturatione Ieſus fugit in montem ne turbæ venirent, & raperent eum, & conſtituerent regem, & ſic fuit hoc dum adhuc turbæ iacerent ſuper faciẽ agri in viridi fęno, & ſequitur, ꝙ vt ſero factum eſt diſcipuli aſcenderunt nauem, ergo eadem die nauigauerunt. cum ergo eadem die fuerit nauigatio, & ſaturatio turbarum, ſi iſta nauigatio de qua hic, & Mar. 6. nõ eſt illa de qua Io. 6. neceſſe eſt, ꝙ fuerint in diuerſis diebus, & cum nauigatio, & ſaturatio vtrobique fuerit eodem die ſequitur, ꝙ non ſit eadem ſaturatio turbarum iſta, & illa de qua Io. 6. & tamen tenetur communiter, quòd ſit eadem ſaturatio, quia nemo ponit turbas a Chriſto ſaturatas, niſi bis, ſicut ipſe ponit infra 16. & oſtenſum eſt ſupra q. 61. ergo dicetur, ꝙ iſta nauigatio etiam fuit eadem, licet in modo referendi varie ſe habeant euangeliſtæ, ſicut, & in aliis multis firmã de filia archiſynagogi ſuſcitata valde differt. Matthæus ſupra 9. ab eo, quod Mar. 5. & Lucæ 8. cap. poſuit, ſic etiam de arreptitijs ſanatis ſupra 8. & Mar. 5. & Lucæ 8 rara namque ſunt in quibus euangeliſtæ per omnia concordent. D

Ad primum dicendum, quòd euangeliſtæ quidam volunt ſpecialiter narrare quædam de quibus alii nõ curant, cum autem Ioannes dicit, quòd diſcipuli nauem aſcenderunt, verum eſt, & tamen nõ totum expreſſit, ſed ſubintelligendum eſt, quòd Matthæus, & Marcus expreſſerunt, ſ. ꝙ Chriſtus coegit eos aſcendere vrgendo, vt cum feſtinatione agerent, & tamen hoc non ſine cauſa, & artificio factum eſt: nam Matthæus, & Marcus nõ enarrãt fugam domini in montem poſt ſaturationem turbarum, ſed introducunt E
Chriſtum loquentem ad diſcipulos, ideo expreſſerũt id, quod factum eſt, ſcilicet quòd coegit eos aſcendere nauiculam, & poſtea ipſe aſcendit in mõtem. Ioãnes autem introducit Chriſtum fugientem a turbis mox, vt collectæ ſunt reliquiæ ciborum, & nauigationem apoſtolorum expreſſit poſtquam Chriſtus aſcẽderat in montem, & tamen poſtquam aſcendit in montem non deſcendit, ſed manebat ibi ſolus orans etiam per noctem, vt patet hic, & Mar. 6. & Io. 6. ideo non poterat Ioannes introducere Chriſtum cogentem diſcipulos tranſfretare, cum ſupponeret ex modo locutionis ſuæ iam eum eſſe in monte, ideo dixit eos nauigaſſe, quaſi ſponte nauigauerint, ſcilicet non introdu-

introducens aliquem cogentem eos nauigare: licet hoc non negauerit, nec contrarium aſſeruerit, & propter iſtos artificioſos modos loquendi quos tenet q̃libet euangeliſtarum, neceſſe eſt oriri difficultates multas ad eos, qui non ſatis diligenter aduertunt.

Ad iſtud reſpondet aliter Nicolaus ſuper Ioãnem, ſcilicet quòd Chriſtus præcepit diſcipulis parare ſe ad transfretandum, & interim illis ignorantibus aſcendit in montem orare, & ipſi expectauerunt eũ vſque ad veſperam, & tunc videntes, ꝙ non veniret, crediderunt ipſum aliter tranſiſſe: propter quod aſcenderunt nauem propria voluntate, vt quærerent ipſum, & ſic non eſt contradictio, quia quod Chriſtus præceperat, vt dicit Matthæus poſtea ipſo abſente propria voluntate executi ſunt.

Sed dicendum, ꝙ non ſtat. Primo quia litera oſtendit, ꝙ diſcipuli præſente Chriſto aſcenderint nauiculam, nam dr̃ hic, & ſtatim compulit Ieſus diſcipulos aſcendere nauiculam, & idem Mar. 6. hoc autem nõ importat ſolum imperium, ſed etiam executionem, ſcilicet ꝙ præceperit, ꝙ fecerit, ꝙ aſcenderet realiter in nauem. Secundo patet, & efficacius, quia diſcipuli receſſerunt aſcendendo nauiculam, qñ turbę nondũ receſſerant a Chriſto, & tamen Chriſtus non aſcendit in montem quouſque receſſiſſent turbæ ab eo. nõ eſt ergo verum, ꝙ poſtquam Chriſtus aſcẽdit in mõtem, manſerunt expectando eum diſcipuli vſque ad ſero, & tunc nauigauerunt. Primum patet, quia Io. 6. dicitur turba, quę erat trans mare vidit, ꝙ nauicula alia non erat ibi, niſi vna, & quia non introiſſet cum diſcipulis ſuis Ieſus in nauem, ſed ſoli diſcipuli eius abiiſſent. Secundum patet, quia dicitur hic, & Mar. 6. ꝙ Ieſus dimiſſa turba aſcendit in montem, ideſt poſtquam expediuit turbas a ſe: non ergo aſcendit Ieſus in montem antequam aſcenderent diſcipuli in nauiculam. Idem patet per Augu. li. de concor. euan. dicẽtem, nec illud aduerſum eſt, quod Matthæus prius dixit eum iuſſiſſe diſcipulos aſcendere in nauiculam; demum dimiſſis turbis aſcendiſſe in montem ſolus orare. Ioannes vero prius eum fugiſſe commemorat ſolum in monte: ac deinde, vt autem ſero factum eſt inquit deſcenderunt diſcipuli eius ad mare, & cum aſcendiſſent nauim, &c. quis enim non videat hęc recapitulando Ioannem poſtea dixiſſe factum a diſcipulis, quòd iam diſcipulis Ieſus iuſſerat antequã aſcẽderet in montem? & ſic non eſt verum, ꝙ poſt aſcenſum domini in montem receſſerint diſcipuli, quia tũc non eſſet recapitulatio, quod Ioannes dixit, ſed rectus ordo. Ad ſecundum dicendum, ꝙ non diſcordant in tempore, quia verum eſt, ꝙ ſtatim, ſcilicet ſtatim, vt collegerunt reliquias fragmẽtorum coegit eos Ieſus aſcendere nauem, & tamen illud ſtatim erat ſero reſpectu diei in quo factum eſt: nam antequam Ieſus iuberet turbis diſcumbere, erat veſpere, vt dicitur ſupra in litera, ideſt tranſierat aliqua pars diei poſt meridiem, & poſtea dum fierent omnia, quę ad paſtum turbarum facta ſupra enarrantur tranſiret magna hora, & ita cum diſcipuli poſt omnia hęc nauigarẽt eſſet iam ſero, ideo non eſt inconueniens, quoniam eſſet iuxta horam veſperorum; nam tale tempus vocamus ſero.

Aliter poteſt dici, quòd accipiatur ſero pro occaſu ſolis, aut poſt, & tunc dicit Ioannes, quòd vt ſero factum eſt aſcenderunt nauiculam, eo quòd ipſe vult ſolum enarrare aduerſitatem, quam habuerunt in mari: illa autem cępit in ſero iuxta noctem, ideo ab illo tempore incipit, & tamen primum ſtat ſine calumnia.

Ad tertium dicendum, quòd Ioannes non negat Chriſtum receptum in naui, ſed non exprimit, cum F ſolum dicat, quòd voluerunt eum recipere, ideo recurrendum eſt ad ea, quæ Marcus, & Matthæus expreſſerunt, quia locus ab auctoritate negatiue non tenet. Et vtrunque ſtat: nam ſemel voluerunt diſcipuli recipere Chriſtum in naui, & ipſe noluit, ſed poſtquam cognouerunt eum, & fiebat propinquus naui voluerunt eum recipere, & tamen tunc non intrauit, ſed Petrus petiuit venire ad eum ſuper aquas. Primũ tacuerunt Matthæus, & Marcus, expreſſit aliud Ioannes. Quòd vero poſt ambulationem Petri ſuper aquas intrauit Chriſtus in nauem, expreſſerunt Matthæus, & Marcus, & tacuit illud Ioannes. Sic tenet Nicolaus, & recte dictum eſt.

Et tamen melius vr̃ dicendum, vt prius, ſcilicet, ꝙ G id quod dixit Ioannes, quòd voluerunt eum recipere in naui, fuit illud, quod dicitur hic, quòd illum receperunt, & tamen Ioannes non expreſſit totum. Et patet, quia hic dicitur, & Mar. ſexto, quòd mox, vt intrauit Chriſtus in nauem ceſſauit ventus, & Io. ſexto, poſtquam dicitur, quòd voluerũt recipere eum in naui ſequitur, & ſtatim fuit nauis ad terram, ad quam ibat, & hoc idem eſt, quòd ceſſaſſe ventum.

Ad quartum dicendum, quòd illud nihil mouet, quia vnus Euangeliſta ſubticet, quod in alio plene narratum eſt, & ſic patet in eodem facto: nam nemo dubitat eandem ſaturationem turbarum, & nauigationem diſcipulorum eſſe eam, quæ ponitur hic, & Mar. ſexto, quin, quaſi eadem verba vtrobiq; ponuntur, & tamen Mar. ſexto, nihil ponitur de ambulatione H Petri ſuper aquas, ita Ioannes ſubticuit hic iſtam ambulationem, licet ſit eadem narratio Matthæi, & Ioannis.

Ad quintum dici poſſet ſecũdum quoſdam, quòd Chriſtus iuſſerat diſcipulis ire Bethſaidam, & illuc ipſi nauigabant, & tamen poſtquam ipſe introiuit in nauem ambulans ſuper aquas fecit, quòd veniret nauis in Capharnaum. Sed dicendum, quòd non ſtat, quia cum non appareat aliqua mutatio facta, & conſtet, quòd Chriſtus iuſſerit diſcipulis ire ad Bethſaidam, tenendum eſt, ꝙ illuc iuerint. Secundo patet, & efficacius, quia Io. 6. dicitur, quòd quando diſcipuli voluerunt recipere Chriſtum intra nauim, fuit ſtatim nauis ad terram ad quam ibat, ergo videtur, quòd ad I illam terram appulerunt tunc diſcipuli Ieſu intrante in nauem, ad quam prius ibãt, ideſt ad quam conabãtur ire nauigando, & tamen ipſi non irent, niſi ad illã, quam eis pręceperat Ieſus, & ipſe dixerat, quòd irent in Bethſaidam, ergo illuc iuerunt, & appulit ibi nauicula.

Aliter ergo dicendum, ſcilicet quòd venerunt in Bethſaidam, & in Capharnaum, quia Capharnaum erat ciuitas magna in Galilęa habens territorium magnum in litore illius maris Galilęę, & veniendo ad partem aliquam illius territorii dicebatur nauis venire in Capharnaum, & quia in illo territorio eſt Bethſaida, veniendo in vrbem Bethſaidam veniebat nauis in Capharnaum.

K Alii volũt, quòd diſcipuli volebant venire in Bethſaidam, & tamen impellente vento coacti ſunt venire in Capharnaum, ſed ibi non ſteterunt, nec intrauerunt in portum, quia non erat ille locus ad quem miſerat eos Chriſtus, ideo retraxerunt ſe ad mare, & fluctuabantur, & tunc Chriſtus venit, & cum intrauit in nauem iuerunt in Bethſaidam. Sed non ſtat, quia hoc ponitur abſolute, quia putant Capharnaum valde diſtare a Bethſaida, ideo quia appulſi Capharnaum non ſteterunt ibi, & tamen falſum eſt, quia Bethſaida vix diſtat vna leuca a Capharnaum, vt patet in libro de ſitu terrę Sanctę Marini veneti, & fratris Brocardi Theutonici.

Ad ſextum dicendum, quòd iſta non opponuntur quòd Capharnaum, & Bethſaida ſunt nomina propria locorum: Geneſar, vel Geneſareth, eſt nomen regionis Galilæę, quæ eſt in circuitu maris Galilæę, & ab illo mari nominatur: nam illud mare vocatur mare Geneſareth Lucę quinto, & in illa regione eſt Bethſaida, & Capharnaum, ideo veniẽdo in Capharnaum, vel Bethſaidam, veniebatur in terram Geneſareth, & dato, quòd terra Geneſareth non nominetur à mari, ſed ab alio loco, etiam includitur Capharnaum, & Bethſaida in terra Geneſareth. Quod patet, quia Marc. ſexto. dicitur quòd iuſſit diſcipulis ire nauigando in Bethſaidam, & Io. ſexto. dicitur quòd nauis eorum fuit ſtatim ad terram ad quam ibant: ergo venit in Bethſaidam, & tamen Marc. ſexto. dicitur quòd venit in terram Geneſareth: ergo Bethſaida, & terra Geneſareth idem ſunt. & ita tenendum eſt, quòd eadem ſit nauigatio diſcipulorum, quæ ponitur hic, & Ioan. 6.

Ad argumenta Chryſoſtomi qui tenet oppoſitũ, reſponſum eſt in prædictis. Et cum ipſe dicit, quòd quando Chriſtus locutus eſt hic diſcipulis adhuc manebat tempeſtas concutiens nauim, nũc autem cum voce tranquillitas aduenit.

Dicendum, quòd non differt factum, & tamen Ioannes tacuit multa, quæ Matthęus, & Marc. expreſſerunt, ideo non dixit, quomodo adhuc concutiebatur nauis Chriſto incipiente loqui, necdum ceſſauit tempeſtas, & tamen non innuit, ſed cauſa erroris prouenit ex breuitate locutionis.

Quid erat turbas dimittere, & quare Chriſtus dimittebat. Quæſt. CXXXIX.

QVAERETVR cum dicatur hic Chriſtus dimittere turbas, quid erat dimittere illas, & quare dimittebat.

Aliqui dicunt, quòd dimittere eſt recedere: nam nunc erat cum turbis, quando pauit eas, non tamen fuit ſemper poſtea cum illis: ergo aliquando dimiſſit illas, ideſt receſſit ab eis.

Sed dicendum, quòd non accipitur hoc modo, quia tunc fruſtra eſſet dici de dimiſſione turbarum cum manifeſtum ſit, quòd dimittebat eas, ideſt recedebat ab eis, quia hoc modo etiam diſcipuli dimittebant turbas aſcendendo in nauiculam, & tamen non dicuntur dimittere turbas.

Item quia dicitur hic coegit diſcipulos aſcendere nauem, & præcedere eum donec dimitteret turbas: ergo dimittere turbas aliquid facere erat.

Dicendum, quòd accipitur dimittere, ideſt expedire, quia cum turbæ conueniſſent ad Chriſtum, non debebant recedere ab eo inſalutato, vel ſine licentia petita, quia habebant eum, vt magiſtrum, & vt Dominum qui nunc pauerat eos, iſtam autem expeditionem ſemper Chriſtus expectabat, quandocunque turba conueniebat ad eum, quia aliàs inurbani illi eſſent ſi aliter ab eo recederent, & ipſe incommunicabilis videretur ſi nollet attendere eis, quando ſic ſe volebant expedire ab eo, & quando recedebant forte petebant benedictionẽ eius, aut tangebant eum, vel cõmendabant ſe gratiæ illius. Sic patet infra 19. de paruulis qui offerebantur Chriſto, vt imponeret eis manus, & oraret ſuper eos, diſcipuli autem prohibebant accedere volentes, Chriſtus autem dixit, nolite eos prohibere: talium enim eſt regnum cęlorum, & impoſuit eis manus. ita forte multi de turba volebãt tangere eum, quando recedebant, ideo omnia hæc Chriſtus expectabat, & ſuſtinebat, vt condeſcenderet eis, & moueret amplius eos ad deuotionem, & A hoc erat eos dimittere, ideſt expedire à ſe. Et forte quando dimittebat eos benedicebat illis. Sic dicit Chryſoſtom. dimittit quidem populum cum benedictione, & aliquibus curationibus. Etiam credendum eſt, quòd daret eis aliqua breuia monimenta bene viuendi, quando recederent, vt illa magis mentibus eorum imprimerentur, ſicut ſancti patres, quando per mortem recedebant cõmendabant filijs, & cognatis, & ſubditis monita ſalutis: ſic enim Iacob moriturus prædixit filijs ſuis, quæ ventura erant: Geneſis quadrageſimonono. Moyſes quoque moriturus benedixit omnibus tribubus Iſrael multa ibi declarans de vita eorum Deut. trigeſimotertio. Samuel etiam moriturus populo congregato dedit monita, primo B Reg. 12. & quia aliqui qui ſemel audiebant verbum Chriſti forte nunquam amplius audituri erant, cõmendabat eis monita aliqua, quæ firmiter retinerẽt, & hoc faciebat in expeditione, maxime autem nunc cum turbas pauerat, vellent turbæ ſe cõmendare ei propter maiorem reuerentiam, quam ei debebant, ideo oportebat, quòd turbas dimitteret, ideſt expediret à ſe, & ſic in vtraque ſaturatione fit mentio quomodo Chriſtus turbas expediuerit. De ſecundo patet ſequenti cap. & Marc. 8.

Quomodo poteſt ſtare, quod hic dicitur de turbarum dimiſſione. Et quare Chriſtus in montem aſcendit & quanto tempore C *manſit in eo. Et quòd poſitus in anguſtia debet orare. Quæſt. CXL.*

QVAERETVR, quomodo poteſt ſtare, quod hic dicitur de dimiſſione turbarum. Nam Io. 6. dicitur, quòd Ieſus ſciens, quòd venturi eſſent, vt raperent eum, & facerent regem fugit in montem: non ergo poterat dimittere, ideſt expedire turbas loquendo cum eis ſi fugerat ab eis occultando ſe vt non raperent eum: nam ſi loqueretur cũ eis dimittendo illos, tunc poſſent eum rapere.

Dicendum, quòd iſta eſt vna de maximis cauſis quare aliqui putant non eſſe eandem ſaturationem turbarum iſtam, & illam quæ ponitur Ioan. ſexto. D quia ibi non apparet, quòd turbas dimiſerit, & tamen oſtenſum fuit ſup. q. 140. ꝙ ſit eadem ſaturatio turbarum, & nauigatio diſcipulorum. Alij dicunt, ꝙ Chriſtus dimiſit turbas, i. receſſit ab eis, & tunc ſtat vtrunq;: nam per hoc, ꝙ fugit, ne teneretur à turbis dimiſit turbas, i. receſſit ab eis. Sed non ſtat, vt oſtenſum eſt præced. q. nam dimittere turbas eſt loquendo expedire eas à ſe. Secundo patet, & efficacius, quia etiã ſiquis diceret non eſſe eandem ſaturationem, quæ ponitur hic, & Io. 6. adhuc neceſſe eſt dici, quòd in illa ſaturatione Chriſtus dimiſerit turbas loquendo cum eis, & non latendo, & fugiendo, quia ſi Chriſtus tunc non expediuiſſet turbas, ſed latuiſſet, debebat ſic fieri, E quòd completa ſaturatione turbarum, & collectis fragmentis, cogeret ſtatim Ieſus diſcipulos aſcendere nauem, & interim turbis adhuc diſcumbentibus ſuper fęnum, Chriſtus clam aſcenderet in montibus non videntibus turbis, & tñ non fuit factum ſic, quia tunc turbę neſcirent, an Ieſus receſſiſſet cum diſcipulis in nauiculam, ſi non viderent diſcipulos aſcendere nauem, & tamen turbæ viderunt, quòd Ieſus non aſcenderat cum diſcipulis in nauiculam, quia dicitur Ioan. ſexto. turba, quæ ſtabat trans mare vidit, quia nauicula alia non erat ibi niſi vna, & quia non introiſſet cum diſcipulis ſuis Ieſus in nauem, ſed ſoli diſcipuli eius abijſſent: ergo quando receſſerunt diſcipuli, turbæ videbant eos, & videbant Ieſum, & ſic non erant diſcumbentes tunc, vt eis non aduertentibus poſſet Ieſus fugere in montem. Ideo neceſſe eſt dici,

quòd turba post recessum discipulorum colloquendo expedita fuerit à Iesu, & hoc est, quod hic dicitur, scilicet coegit eos ascendere nauiculam, & præcedere eum donec dimitteret turbas: ergo postquam recesserunt discipuli, manebat Christus occupatus in dimissione, scilicet expeditione turbarum.

Alij ergo dicunt, quòd completa saturatione turbarum, & collectione fragmentorum, Christus iussit discipulis statim nauigare, dum adhuc turbæ manerent discumbentes super fenum, & tunc Christus nõ videntibus turbis fugit in montem, ne turbæ eum raperent, & facerent regem. post aliquantulum tamen descendit de monte, & allocutus est turbas, & expediuit eas à se, & hoc dicunt, quia Ioan, sexto. post collectionem fragmentorum statim subditur quomodo fugerit in montem, ne turbę eum raperent, & postea ponitur de recessu discipulorum nauigando. Dicendum, quòd non stat.

Primo quia tunc turbæ non viderent, quando recesserunt discipuli in naui, an Christus ibat cum eis, & tamen viderunt, quòd non ibat, vt ostensum est sup.

Secundo quia tunc nihil proderat, quòd Christus latuisset in monte fugiens turbas si postea descendebat ad illas, quia tunc poterant eum rapere, quod ipse volebat vitare.

Tertio quia postquam Christus ascendit in montẽ non descendit, sed manebat ibi orans, quia dicitur supra in litera, quòd ascendit Iesus in montem orare solus, vespere autem facto solus erat ibi, nauicula autẽ in medio maris iactabatur fluctibus: non ergo descendit Christus de monte, sed semper mansit in oratione, quousque fuit quarta vigilia noctis, quando iuit ad discipulos laborantes in mari: ergo non descendit ad expediendum turbas postquam ascendit in montem.

Quarto patet quia quando Christus fugit ascendit in montem, Ioan. sexto, & tamen non ascendit in montem quousque dimisit turbas supra in litera, & Marc, sexto, scilicet & dimissa turba ascendit in montem, ergo non iuit prius ad latendum fugiens turbas, quam se expediret ab eis.

Dicendum ergo, quòd Christus in hac saturatione turbarum fugit turbas, ne eum raperent in regem, & tamen non fugit quousque eas expediuit à se. Et fuit ordo iste, quòd finita saturatione, & collectis reliquijs fragmentorum, iussit Christus discipulis ascendere nauem, & ascenderunt, & interim turbę, quæ iam pastæ fuerant, venerunt ad Iesum, vt se expedirent ab eo, & ipse expediuit eas, & quando ipsę veniebant ad Christum viderunt quomodo discipuli iubente Christo ascenderunt nauiculam, & manebat ipse tũc cum turbis: Ioan, sexto, & postquam expediuit turbas, intrauit cogitatio in corda turbarum, vt venirent, & raperent Christum qui solus manebat, & constituerent eum regem super se, & tunc Christus subtraxit se ab eis, & ascendit in montem tam ad latendum, ne eum turbæ raperent, quam ad orandum, & mansit in monte toto illo die cuius non magna pars supererat, & nocte sequenti solus orans vsque ad quartam vigiliam noctis, quando ambulans super aquas venit ad discipulos, & fecit cessare tempestatem, vt colligitur supra in litera, & Marc. 6. & tunc non est aliquod inconueniens, quia non ponetur Christus bis ascendisse in montem, & hoc consonat literę tam hic, & Marc. 6. & Io. 6. Solum hoc supponendum est, quòd turbæ non cogitauerunt de rapiendo Christum, quando comedebant, sed quando recesserunt à Christo iam ab eo expeditę, & tunc ipse ascendit in montem: expressit Ioannes, quòd fecerat propter turbas, ne eũ raperent. Matthęus autem, & Marcus dixerũt, quòd ad orandum, & vtrunque verum erat, quia vtrunque fecit in ascensu illo, & vnum non repugnat alteri, immo adiuuat illud, quia quando quis in angustia est, tunc orare debet, vt Deus eum liberet. Sic dicit Aug. libro de concor. Euang. scilicet. Nec illud repugnat, quod Matthęus dicit ascendit in montem solus orare: Ioannes autem cum cognouisset inquit, quia venturi essent, vt facerent eum regẽ fugit iterum in montem ipse solus: nec enim causa orandi contraria est causę fugiendi, quandoquidẽ, & hinc Dominus trãsfigurans in se corpus humilitatis nostræ, vt conforme faceret corpori gloriæ suæ, per id quoque docebat hanc esse nobis magnam causam orandi, quando est causa fugiendi.

Quare Christus nunc dimissis turbis iuit ad orandum. Et quòd integris noctibus in oratione pernoctabat.
Quæst. CXLI.

QVAERETVR, quare nunc Christus dimissis turbis iuit ad orandum. Dicendum, ꝙ fuit primo quia Christus nolebat aliquod tempus frustra expendere, & quia ipse miserat iam discipulos, & non erat venturus ad eos vsque ad quartam vigiliam noctis, sicut factum est, etiã turbas dimiserat expeditus ab eis, non habebat quid facere, ideo ascendit ad orandum, vt sic tempus istud in aliquo bono expenderet: est enim valde attendendum ad hoc, quòd totum tempus nobis concessum à Deo in aliquo bono expendamus: nam Deus nobis mensuras vitæ concedit: ipse enim constituit terminos vitæ nostrę qui non prętereunt: Iob 14. & non sine causa nobis tantam, vel tantam vitam concedit, ideo totam tenemur diligenter in bonis operibus expendere ad Galat. sexto. dum tempus habemus operemur bonum, idest dum durat tempus, quod nobis ad viuendum datum est, & nõ solum Christus in hoc tempore vitæ suæ mortalis debite expendit, sed etiam nobis ocij occasiones aufert.

Secundo vt per hoc inducat nos exemplo ad id, quod verbo agendum suasit: dixit enim quòd oportet orare, & nunquam deficere Luc. 18. ideo ipse orabat indeficienter quandocunque vacabat ei tempus: nam etiam noctibus integris in oratione pernoctasse legitur vt Lucę sexto, scilicet factum est in diebus illis exijt orare, & erat pernoctans in oratione Dei, idest tota nocte manens in oratione. Et patet quia sequitur ibi, & cum dies factus esset vocauit discipulos, quasi dicat, per totam noctem orauit, & quando factus est dies vocauit discipulos. Sic etiam fuit nunc, quia ascendit in montem orare solus, & mansit ibi solus toto illo die, & nocte sequenti vsque ad quartam vigiliam, quia tunc venit ad discipulos laborantes in mari, vt patet supra in litera, & sic durauit in oratione plusquam duodecim horis, s. tribus vigilijs noctis, quę faciunt nouem horas integras, & tota parte residua diei, & quadam parte quartæ vigiliæ, hoc autem Christus habebat speciale, quod nemo nostrum habet, vt infra dicetur. Tertio fuit, vt instruat predicatorem, quòd postquam predicauerit ad orationem recurrat gratias agens Deo siquid boni per verbum suum actum est, quia à nobis non potest bonum aliquod esse, sed siquid est nos sumus ministri, Deus autẽ actor est, & ipsi gratias agendum est, siquid per nos efficit, quia quod per nos efficit per quosliber alios etiam insipientissimos, & ineptissimos facere poterat, cum autẽ per nos efficit reddit nos illustres communicãdo nobis aliquid de perfectionibus suis, ideo pro illo gratias agere tenemur.

Quomodo Christus orare poterat, cum ipse esset Deus ad quem pertinet orari, & non orare. Et quòd Christus est noster aduocatus, & nunc orat in cœlo pro nobis offerens merita passionis suæ toti Deitati. *Quæst. CXLII.*

QVAERETVR, quomodo Christus poterat orare, quia erat Deus, & tñ Deus non orat, sed oratur ad ipsum. Dicendum, ꝙ Christus, licet esset vnica persona, quia tñ duplicem naturã habuit, gerebat conditionem duarum personarum, & inde aliquid faciebat sicut Deus, & aliquid sicut homo, sicut Deus miracula faciebat, sicut homo timebat, & fugiebat, & humiliabatur & minor patre erat Io. 14. pater maior me est, & gloriam patris, & nõ suã quętebat Io. 8. & obediebat ei in omnib⁹ ad Philip. 2. & factus est obediens patri vsq; ad mortem. Et quantum ad hoc orare poterat, & orabat, quia orare pertinet ad minorem, sed Christus inquantum homo erat minor patre: ergo poterat orare ad ipsum, etiam quia orare est ad exauditionem, & tamen Christus exaudiebatur, ideo orare poterat, Io. 11. scilicet pater gratias ago tibi, quia audisti me, ego autem sciebã, quòd semper me audis. Item quia oratio fit ad impetrandũ, & tamen Christus impetrabat, & certus erat, quòd impetraret infra 26. an putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones angelorum, idest immediate vt orauero, concedet quidquid orauero: hoc autem erat propter Christi reuerentiam: sic dicitur ad Hebr. 5. scilicet in diebus carnis suę preces, & supplicationes cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia, ideo nunc Christus orabat. Maxime quia ad aduocatum pertinet petere, & tamẽ Christus est aduocatus noster, ideo orat pro nobis, & sic non solum quando Christus erat hic orabat, sed etiam nunc in cęlo inquantum est homo potest orare, & orat pro nobis offerens merita passionis suæ toti Deitati, sic dicitur 1. Ioan. 2. Siquis peccauerit aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: nunc ergo viuens à fortiori orabat tam pro nobis, quã pro se, quia sicut Christus meruit hic viuens aliqua pro se peractus suos, ita poterat per orationes sicut per alios actⁿ bonos mereri, & tamen tam oratio, quam cętera opera sua valde magis proderant nobis, quam ipsi inquãtum erat homo, quia ipse non sumpsit carnem propter se, idest vt faceret vnum hominem gloriosum, sed vt omnes homines redimeret, & tamen quandocunque orabat non orabat, nisi vt homo. Sic dicit Hier. super Matth. scilicet quòd autem ascendit solus orare non ad eum referas, qui de quinque panibus quinque millia hominum saciauit, sed ad eum qui audita morte Ioannis secessit in solitudinem, non quòd personam Domini separemus, sed quòd opera eius inter Deum, & hominem diuisa sunt.

Quare Christus ad orandum in montem ascendit. Et quid significet in monte orare. *Quæst. CXLIII.*

QVAERITVR, quare ascendit ad orandum in montem. Dicendum, quòd propter multa. Primo quia Christus non solum ibat nunc ad orandum, sed etiam vt fugeret, & euaderet turbas, quia volebant eum rapere, vt facerent regem Io. 6. & ad vtrunque simul ibat, vt dicit Aug. libro de conc. Euang. & tamen ad latendum, & euadendum manus turbarum conuenientior locus erat mons, q̃ plana, ideo in montem iuit. Secundo quia locus orandi est solitudo: ita enim Christus suasit orandum sup. 6. s. tu autem cum oraueris intra cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum, & tamen mons est locus magis solitarius, quam plana. ideo ibi erat locus orationis. Tertio est hoc propter significationem, vt sic tradat exemplum: nam orare in monte est animũ ab infimis euocare, & totum in Deum colligere: talẽ enim orationem Deus audit: qui.n. pro rebus infimis petit non orat in monte, ẽt si montem ascenderit, & talis oratio raro est digna exauditione. Sic dicit Beda, non aũt omnis qui orat ascendit in montem, sed qui bene orat qui Deum orando quęrit, qui vero de diuitijs aut honore sęculi, aut inimici morte obsecrat, ipse in infimis iacens viles ad Deum preces mittet. Et tñ duę causæ primæ sunt potiores. De primo dicit Beda, quare aũt Dñs dimisso populo oraturus in montem ascendit Ioannes declarat dicens: Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem. De secundo dicit Chrys. propter hoc ad desertum vadit, & ibi pernoctat erudiens nos in oratione tranquillitatem quęrere, & à tempore, & à loco.

Quare Christus solus ascendit in montem ad orandum. Et quòd fructus orationis magnus est si attente fiat. Vnde melius est in occulto, vel remoto loco orare, quam alijs præsentibus.
Quæst. CXLIIII.

QVAERITVR, quare Christus solus ascendit in montẽ ad orandum. Dicendum, ꝙ primo fuit, quia nullus erat qui tunc posset esse cum eo: nã discipulos iam miserat in nauicula, turbas ẽt dimiserat anteq̃ ascenderet in montẽ: nemo ergo erat qui cum eo posset ascendere. Sẽdo fuit, quia oratio requirit totalẽ solitudinem ad hoc, ꝙ bene oretẽ: nã magnus fructus orõnis est in hoc, ꝙ attente fiat, non est aũt attenta, qñ ad alia diuertimus, & tñ si aliqui sint nobis prętentes faciunt nos dimittere cogitationẽ ab eo in quo intendebamus, ideo oratio attentissima debet fieri solitaria. Tertio quia qui vult deuote orare, interdum ex feruore orationis, & deuotionis rapitur in aliquas voces inconsideratas, & iubilos, & exteriores motus quos irriderent qui præsentes essent, nisi eundem paterentur deuotionis feruorem: vt ergo liberius sit homini effluere in deuotionem, & ea quæ à Deo donantur specialiter nõ irrideantur ab hominibus, melius est in occulto, vel remoto loco orare, quam alijs præsentibus. Sic Christus dixit supra sexto, quòd qui orare vult intret cubiculum suum, & claudat ostiũ, scilicet, ne aliquis videre possit, nec subito introire qui impediat inchoatam orationem. Quarto ad tollendum inanem gloriam insurgentem, quia insidiatur inanis gloria bonis operationibus ad hoc, ꝙ pereãt, & ideo Christus in singulis generibus bonorũ operũ suasit cauẽdam esse inanem gloriam tam in ieiunio, q̃ oratione, q̃ in eleemosyna sup. 6. & quia nos fragiles sumus, & facile est insurgere nobis inanem gloriam, quæ destruat fructum boni operis nostri, suasit Chrs, ꝙ caueremus cõpectũ hoĩum in quolibet bono opere od. c. s. in ieiunio, s. vngendo caput quasi non ieiunaremus. In eleemosyna, ꝙ occulte detur ita, quòd non canamus tubam ante nos, & nesciat dextra quid agat sinistra. In oratione autem, quòd intremus cubiculum, & quia æquale est intrare cubiculum, vel manere in monte sine socio, fuit conueniens locus orandi in monte. Istę tres causæ vltimæ sunt principaliores, quam prima: nam etiam si Christus habuisset discipulos prętentes recessisset ab eis ad hoc, quòd oraret sic patet Luc. 22. vbi assumpsit secum Christus Petrum, Iacobum, & Ioannẽ, vt secretius loquereẽ, & tñ quando orare voluit, auulsus est ab eis quantum iactus

ctus est lapidis. Ita dicit Chrysost. super illo verbo, ꝙ ascendit solus, scilicet in quo nos docet, quia solitudo bona est cum nos Deum interpellare oporteat.

Quare Christus nunc recessit à turba cum ascendit in montem. Ex quo non debemus quærere gloriam ex operibus nostris, sed totum in Deum vertere.
Quæst. CXLV.

QVAERETVR, quare Christus nunc recessit à turba. Dicendũ, ꝙ primo quia timuit turbam: sciebat enim quòd si non lateret ventura erat turba ad rapiendum eum, vt regem faceret Io. 6. sed hoc cauere voluit, quia non expediebat, ideo non solum recessit, sed etiam fugit eo. c. Secundo quia Christus volebat orare, & tñ orare à solitario melius fit, vt dictum est præced. q. ideo debuit turbam declinare cum etiã à discipulis declinaret, quando oraturus erat Luc. 22. Sic dicit Theophilus, dimissa turba ascendit orare: requiem enim & silentium oratio exigit. Tertio quia expediebat turbæ recedere: nam venerat ista non quidem vt semper manerent cum Christo sicut discipuli eius, sed vt audirent verbum eius, & sanaret languidos ipsorum, hoc autem iam obtinuerant supra in litera, & Lucæ nono, ideo non erat eis iam manendum cum Christo, sed redeundum in domũ suam, & ista fuit causa potissima: nam non dicitur Christus recessisse à turbis, sed dimisisse eas, idest expediuisse à se dando eis licentiam recedendi. Quarto fuit, vt fugiat applausum populi, & fauorem: nam nunc videntes turbæ ea quę Iesus fecerat pascendo eas, voluerunt eum regem facere, ipse vero non solum non consensit, sed etiam fugit, ne fieret Io. 6. & ita erudit nos non quęrere gloriam hominum quando magna egerimus: nam ipse ex virtute propria magna agens gloriam non quærebat, à fortiori nos qui ex nobis nihil operamur, neque cogitare sufficimus, sed sufficientia nostra ex Deo est, non debemus quęrere gloriam ex operibus nostris, sed totum in Deum vertere, & ita Christus quando faciebat aliqua magnalia coram turbis recedebat illico à turbis, vt videretur non quærere humanam gloriam, quia ad hoc inter turbas manere debebat.

Sic dicit Chrysostomus: Considerandum autem, quòd cum Dominus magna operatur dimittit turbas: docens nos nusquam gloriam multitudinis persequi, neque attendere multitudinem. Quinto fuit ad ostendendum, quòd prædicatori, & doctori, nec est semper tenenda conuersatio cum turbis, neque semper fugienda. sicut Christus aliquando manebat cum turbis, scilicet cum prædicaret, & curaret languentes, postea vero à turbis recedebat.

Sic dicit Chrysostom. doctorem non debere commisceri turbis continue, neque fugere multitudinẽ semper, sed alterutrum vtiliter facere.

Quomodo Christus orabat tam longo tempore, & quid orabat. Sed quòd crebro ab hominibus orandum est, quia non possunt in oratione diu permanere.
Quæst. CXLVI.

QVAERETVR, quomodo Christus orabat tam longo tempore, & quid orabat: nam per duodecim horas, vel plus mansit orans: ascendit enim in montem mox, vt dimisit turbas, & nondum erat occasus solis, neque forte tempus vesperorum, & mansit ibi tota ipsa parte residua diei. sic dicitur supra in litera, ascendit Iesus in montem orare solus. vespere autem facto solus erat ibi. etiam mansit tota nocte sequenti vsque ad quartam vigiliam, & sic transierant tres vigiliç noctis, quç faciunt nouem horas, quando intrauit in mare ad liberandum discipulos: fuit ergo duodecim horis, vel amplius orando.

Dicendum, quòd de Christo non erat sicut de alijs hominibus: nam licet esset verus homo, erat tamen Deus, & ideo erat Dominus naturæ suę, quia poterat confortare naturam suam supra conditionem humanam, ita quòd toleraret plures labores, quam homo posset tolerare, & posset debilitare eam quãtum vellet, & sic poterat mori cito, vel tarde ex multis plagis vel paucis, & sic ipse dixit, quòd potestatem habebat ponendi animam suam, vel sumendi eam, idest moriendi, quando vellet, & resurgendi, quando vellet Io. decimo, & ita apparuit in ieiunio: nam quadraginta diebus continuis sine cibo mansit in deserto, supra quarto, & Lucæ quarto, & tamen nullus hominum hoc posset, nec etiam decem diebus. ita quãtum ad orationem erat, quia licet nullus homo possit diu manere orans, poterat Christus manere: oratio enim attentionem exigit, vt fructuosa sit, nos vero licet possimus alicui operi manuali diu vacare, tenere tamen cor attentum circa aliquam vnam rem (maxime si est pure spiritualis) quin diuertat ad aliam nõ possumus, & ideo orare diu non possumus, & sic crebro orare nobis bonum est, diu tamen in eadem oratione permanere non est facile.

De Christo secus erat, quia poterat cor suum tenere attentum circa quamcunque rem vellet, etiam si esset corporalis: nam erat Dominus naturæ suæ, ideo poterat supra omnes vires suas, vt illas verteret quocunque vellet, maxime autem circa Deum: nam anima sua quantum ad vires rationales, idest intellectum, & voluntatem semper erat intenta Deo, nec cessabat ista attentio diebus neque noctibus, eo quòd Christus erat comprehensor, & fruitio animæ suæ nõ poterat interrumpi cum esset beata: facile ergo nũc erat Christo orare per duodecim horas, immo per duos annos: sic enim solitus erat interdum integris noctibus orare: Lucæ sexto, scilicet factum est in diebus illis exijt orare in montem, & erat pernoctans in oratione Dei, idest tota nocte manens orando ad Deum, & aliquando videtur, quòd Christus per multos dies simul orabat, sicut quando ieiunauit quadraginta diebus: nam tunc nihil faciebat cum esset solus in deserto: non enim veniebat quisquam ad eum, sed cum solis bestijs erat. sic dicitur Marc. primo. erat cum bestijs, & Angeli ministrabant ei, non esset tamen ociosus, quia ociositas vitium est, & vitiorum origo, quia multa mala docuit ociositas, ideo oportebat, quòd alicui spirituali vacaret, & sic esset orãs pro magna parte illius temporis.

Cum tanto tempore continuate oraret Christus, quid dicebat orans. Et quam ob causam diu permanebat in oratione.
Quæst. CXLVII.

QVAERETVR cum tanto tempore continuate oraret Christus, quid orabat, idest quid dicebat orans. Dicendum, quòd non apparet, quid oraret, quia ipse nõ tradidit nobis aliam formam orandi nisi illam, scilicet pater noster, &c. supra sexto capit. & non apparet, an iste ipsam orationem diceret: non enim cõueniebat ei pro se ista oratio, quia ibi petitur remissio peccatorum, & tamen ipse in nullo peccauerat, prima Pet. 2. sed quia membra corporis sui mystici, idest fideles peccant, poterat nomine eorum orationem dicere.

Dupliciter autem potest in hoc dici. Vno modo, quòd Christus nunc non orabat petens aliquid, sed oratio sua erat contemplari: nam anima sua quãtum ad vires rationales, idest intellectum, & voluntatem semper vacabat diuinę contemplationi fruendo, sicut actus beatorum, idest illa eorum visio nũquam interrumpitur, ita cum anima Christi hic manens esset vere beata, nunquam cessabat ab illa contemplatione, & tamen adhuc intendebat istis actibus humanis loquendo, docendo, conuersando cum hominibus, & in his occupatis potentijs inferioribus non fieret redundantia illius beatitudinis virium superiorũ in eas, cum autem Christus se totum traderet contemplationi, cessans ab omnibus exterioribus actibus, nõ est dubium quin oẽs potentię suæ inferiores participarẽt quodammodo illius beatitudinis, & talis vocatio esset magnum solatium Christo, & per talem orationem non affligeretur diu manendo in illa, sed quanto diutius maneret, tanto magis consolaretur, & hoc est credendum, ꝙ Christus egerit in illis quadraginta diebus quibus ieiunauit, & sic ieiunium non affligeret eum, & ita ẽt qñ Christus manebat ita longo tpe orans, credendum est, ꝙ oratio sua erat ista contemplatio, & sic ẽt nos possumus prolixas orationes facere dicentes pauca verba, habentes tñ longas meditationes, vt dicit Chrys. & Aug. & ostensum est sup. 6. c. q. 97. Alio modo põt dici, ꝙ Christus orabat dicens, aliqua verba, & non multa, & tñ dicebat illa sępe sicut Lucæ 22. orauit Christus dicens, pater si possibile est, etiam & post pusillum orauit iterum eundem sermonem ita hic. Primum tñ verisimilius est, quia frustra videretur manere tanto tpe repetendo semper eadẽ verba, quia ẽt qñ Christus dixit bis pater si possibile est non dixit continue, sed cum semel dixisset, iterum post pusillum dixit eũdem sermonem, maxime quia tunc nõ imminebat aliquid pro quo specialiter Christus orare deberet, ita instanter, sicut tunc orauit, vt liberaretur de illa hora.

An ista tempestas naturalis fuerit, vel voluntate Christi supnaturaliter suscitata.
Quæst. CXLVIII.

QVAERETVR de ista tempestate, quę co-utiebat in mari nauiculam discipulorum, fuerit naturalis, vel voluntate Christi supernaturaliter suscitata. Dicendum, quòd ista tempestas fuit commotio magna fluctuum propter ventum valdem: Ioan. 6. scilicet mare autem vento magno flante exurgebat, & ob hoc erant discipuli in periculo submersionis, & rursus erat eis difficultas, quia ventus erat eis contrarius, & non poterant procedere contra locum ad quẽ volebant nisi remigando, & huc sic cum magno labore vix proficiebant in altum, sic dicitur sup. in litera, nauicula iactabatur in medio maris fluctibus: & Marc. 6. dicitur, vidẽs eos laborantes in remigando: erat enim ventus contrarius: erat enim ventus contrarius. Poterat autem quoque modo tempestas hęc accidere: nam naturaliter, vt quotidię fit in mari tempestas, miraculose accidere potest, quia mare obedit Deo Psal. spiritus procellarum, quę faciũt verbum eius, fortes procellę, quę sunt in mari, scilicet impetu ventorum faciunt, quod Deus iubet, & sicut Deo iubente cessant tempestates, ita eo iubente insurgunt, sicut Ionæ primo. concitauit Deus tempestatem de vento, & ita Psalm. 106. dixit proijceretur Ionas in mari, & tempestate maris quomodo surgit, cessat Deo iubente, vt ostensum est supra 8. cap. 74. & quia nunquam est ponenda sine necessitate miraculi operatio, cum non appareat necessitas ponendi istam tempestatem euenisse supernaturaliter, potest dici, quòd venerit naturaliter. Voluntamen potest, quòd venerit supernaturaliter, & est satis verisimile, quia Christus volebat nunc in mari experiri constantiam discipulorum, & adiuuare eos veniendo ad ipsos super aquas: ad hoc ergo suscitauit ventum tempestuosum in mari, & tamen siue dicatur, quòd tempestas venerit naturaliter, siue supernaturaliter, est dicendum, quòd Christus nouerat tempestatem illam tunc futuram, & mittebat discipulos ad sustinendũ eam, & ipse erat illos liberaturus.

Quare Christus permisit, quòd discipuli in mari nauigarent. & laborarent tempestate. Et quòd patientia sine aduersis non fit.
Quæst. CXLIX.

QVAERETVR, quare Christus fecit, vel permisit, quòd discipuli in mari nauigarent, & laborarent tempestate. Dicendum, quòd fuit, Primo ad ostendendum, quòd omne bonum quod habebant, ab ipso habebant, & ideo eo absente mala inueniebant eos, à quibus non poterant liberari nisi per Christi pręsentiam, & etiam instruxit eos de se nõ confidere tanquam à se nullum bonum haberent. Sic dicit Hier. Domino quidem in montis supercilio cõmorante statim ventus contrarius oritur, & turbat mare, & periclitantur Apostoli, & tandiũ imminens naufragium sustinuerunt quandiu Iesus veniat. Secundo fuit, vt Christus erudiat discipulos ad patientiam: nam patientia sine aduersis nõ fit, vt huic virtuti sicut cęteris aptentur, quia erat eis plurimum necessaria, exercitat eos per aduersa. Sic dicit Theophilus, permisit autem Dominus periclitari discipulos, vt fierẽt patientes. Tertio fuit, vt doceat eos habere bonam spem: nam qui in angustijs non potest liberari nisi per Deum, clamat & inuocat eum, & quia non impetrat nisi qui confidit, Iac. 1. instruitur homo ad confidendum, & sic homo Deo familiarior efficitur. Quarto fuit, & pręcipue, vt esset sibi causa ambulandi super aquas, videntibus discipulis: nam si discipuli nõ periclitarentur in mari, nõ esset vlla cã Christo veniendi super aquas ad illos, quia posset trãsire mare eis non videntibus, & tamen volebat Christus ostendere potestatem suam in ambulando super aquas sicut, & in alijs rebus, & non esset sibi occasio faciendi hoc coram discipulis si non periclitarentur, ideo voluit, quòd periclitarentur, idest constituerentur in periculo. discipuli autem forte periculum istud maris timuerãt, ideo sine Christo recedere noluerãt, & sic dicitur quòd coegit eos ascendere nauem.

Ad quid nunc Christus rursus exercitat discipulos in periculo maris.
Quæst. CL.

QVAERETVR ad quid nunc Christus rursus exercet discipulos in periculo maris, quia iam exercuerat eos supra octauo capitulo.

Dicendum, quòd præter illud miraculum ibi factum fuit conueniens istud fieri, quia istud differt ab illo in multis.

Primo quia ibi Christus erat cum eis, hic autem non erat.

Secundo quia ibi Christus in naui manens ostendit potentiam suam imperando ventis, & mari, hic autem ostendit potentiam ambulando super aquas maris. Tertio quia ibi discipulos à periculo solum liberauit, sed in nullo ostendit eorum potestatis suæ magnitudinem, nunc vero ostendit, quia non solum ipse super aquas ambulauit, sed etiam Petrum ambulare fecit. Quarto quia Christus hic volebat erudire discipulos ad maiorem gradum virtutis: nam tunc docuit eos confidere ipso præsente,

ſente, increpans illos, quòd timuiſſent perire manente eo in mari, nunc vero inſtruit, quòd vbique confidendum eſt etiam eo abſente corporaliter, cum nunquam poſſit totaliter eſſe abſens. Sic dicit Chryſoſtom. rarius autem diſcipuli tempeſtatem ſuſtinent, ſicut & prius, ſed tunc quidem habentes eum in nauigio hæc paſſi ſunt, nunc autem ſoli exiſtentes: paulatim enim eos ad maiora ducit, & ad ferendum omnia veriſimiliter inſtruit.

Quinto differt, quia in prima liberatione cito eos liberauit: nam habebant eum ſecum in naui, licet dormientem; ſuſcitauerunt ergo eum, & liberauit illos: nunc vero diu ſuſtinuerunt periculum, ſcilicet vſque ad quartam noctis vigiliam incipiendo ab ipſo noctis principio.

Quæ eſt quarta vigilia de qua hic dicitur, quòd Chriſtus venit ad diſcipulos quarta vigilia. Et ſtationes, & vigiliæ militares, quæ & quot ſunt. Quæſt. CLI.

QVAERETVR, quæ eſt quarta vigilia de qua hic dicitur, quòd Chriſtus venit ad diſcipulos quarta vigilia.

Dicendum, quòd nox diuiditur ſecundum conſuetudinem bellantium in vigilias: nam cum caſtra manent in campo ſemper vigilant aliqui propter metum incurſus hoſtilis, & vigiliã noctis in quatuor partes diuidunt illasque quatuor vigilias vocant, & ſunt iſtæ vigiliç çquales, ſ. quçlibet eſt trium horarum accipiendo de horis inçqualibus, ſicut quas diuidunt Aſtrologi quemlibet diem artificialem, quantumcũque paruum in duodecim horas, & quantumcunque magnum ẽt in duodecim ſolum, & idem de nocte, & ſic quarta vigilia eſt quarta, & vltima pars noctis prius ante lucem. Sic dicit Hieronymus: ſtationes enim, & vigiliæ militares in terna horarum ſpacia diuiduntur, ideſt quælibet vigilia, vel ſtatio habet tres horas, & ſequitur, quando ergo dicit quarta vigilia noctis veniſſe ad eos Dominum, oſtendit nocte tota periclitatos. Sic etiam dicit Chryſoſt. accepit autem conſuetudinem iſtam loquendi Euangeliſta ex modo militari, quia forte talis conſuetudo erat inter vulgares Iudços nominare noctem diſtinctam per vigilias, quod ab armatis caſtris traxerant. Sic Chryſ. dicit quatuor vigilias noctis dicit ſacra ſcriptura vnamquamque diuidens in tres horas, vnde quartam vigiliam dicit, quæ eſt poſt horam nonam, ſcilicet in hora decima, vel poſteriori hora. Sciendum, quòd diſtinguuntur iſtæ vigiliç per nomina.

Prima vigilia dicitur conticinium, à conticendo dicta, quia tacere ibi incipiunt, & in hac omnes ſimul vigilant.

Secunda intempeſtum, quç durat vſque ad mediã noctem, & dicitur intempeſtum quaſi nõ ſit tempus, eo quòd non eſt tempus ad aliquid faciendum, ſed ad quieſcendum.

Tertia dicitur gallicinium, quia incipit à cantu gallorum, ideſt à media nocte.

Quarta dicitur ante lucanũ, quaſi ante lucem, quia iſta cõtinuatur vſque ad lucem: & dicit hiſtoria Scholaſtica, quòd in prima vigilia omnes communiter vigilant, in ſecunda adoleſcentes, in tertia viri, in quarta ſenes. Chriſtus autem, ſecundùm cõſuetudinem regionis etiam, quando loquebatur de nocte, diuidebat eam per vigilias, vt Luc. 12. ſcilicet & ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia venerit beati ſunt ſerui illi. Interdum etiam vocat vigilias iſtas quatuor alijs nominibus, ſcilicet ſero, mediam noctem, gallicantum, mane: Marc. 13. ſ. vigilate ergo quia neſcitis quando Dominus veſter veniat, ſero, an media nocte, an gallicantu, an mane. Et dicitur ſero prima vigilia noctis, quç incipit à ſolis occaſu vſque ad tertiã horam noctis perueniens. Media nox vocatur ſecunda vigilia, quç finitur in media nocte. Gallicantus eſt tertia vigilia, quæ incipit in media nocte in cantu gallorum, & finitur tribus horis poſt mediam noctem. Mane vocatur quarta vigilia, quç finitur in ortu ſolis. & nominãtur ſecunda, & quarta vigilia à finibus ſuis, & prima, & tertia à principijs. Quòd autem Chriſtus venerit ad diſcipulos periclitantes in mari quarta vigilia, nõ apparet determinate, qua hora venerit, cum illa vigilia tres horas contineat, & iam inçeperat quarta vigilia, quando venerat, ideo vt dicit Chryſoſt. poterat eſſe decima hora noctis, vel vndecima, vel vltima.

Quare Chriſtus non ſtatim diſcipulis ſuccurrit, ſed diu moratus eſt ipſos relinquens in tempeſtate laborantes. Et quæ ſit miraculorum conditio, & opportunitas illa faciendi. Et quare ſit diu ſperandum in ope diuina. Quæſt. CLII.

QVAERETVR cum Chriſtus viderit tanto tempore laborãtes diſcipulos in tempeſtate, quare non ſtatim ſuccurrit, ſed diu moratus eſt: nam cępit ventus in principio noctis, vt innuitur Io. 6. ſcilicet tenebrç iam factæ erant, ideſt iam cęperat nox, & non venerat ad eos Ieſus: mare autẽ vento magno flante exurgebat, venit tamen Ieſus quarta vigilia noctis, & ſic de nocte tranſierant ad minus nouem horç quç ſunt tres vigiliæ, quia tunc noctes erãt æquales diebus aut aliquanto maiores, quia erat ante Paſcha Iudçorum, quod eſt in Martio, vt patet Ioan. ſexto cap. Dicendum, quòd fecit hoc.

Primo vt aſſuefaceret diſcipulos ad patientiam, nõ eſt autem patientia, vbi non eſt aliquanta aduerſitas, & tamen ſi illico, vt cępit tempeſtas contra diſcipulos liberaſſet eos, nihil paterẽtur, ideo debuit eos aliquãdiu pati permittere, vt ſic ad ſuſtinendũ inſtruerẽtur.

Secundo vt videretur diſcipulis, ꝙ miraculoſe liberarentur: nam tanta eſt liberatio quantum eſt periculum, quo aliquis liberatur, & tamen ſi mox, vt diſcipuli cœperunt periclitari liberarentur, quia periculum fuiſſet [illegible]uum, parua eſſet liberatio: Chriſtus autem vult, ꝙ miracula ſua teneãtur in magno honore ſicut iuſtum eſt, ideo nõ ſtatim liberauit, ſed tarde. De hoc, & de primo dicit Theophilus, permiſit autem Dominus periclitari diſcipulos, vt fierent patientes: vnde nõ ſtatim eis aſtitit, ſed per totam noctem periclitari permiſit, vt doceret nos patienter expectare, & non ſtatim à principio in tribulationibus expectare ſubſidiũ.

Tertio fuit ad hoc, quòd oſtenderetur vere eſſe miraculum; nam ſi Chriſtus mox, vt cęperunt tribulari aſtitiſſet, neſciretur a[illegible] erat tempeſtas, quæ per ſe ceſſaret, quia tempeſtas [illegible]t per ſe naturaliter inſurgit, ita per ſe reſidere ſolet, putaretur quòd ipſa ex[illegible], & ſi iſta mox reſediſſet, habebat mox reſidebat, & quòd paruam cauſam quòd ceſſaret: cum vero nũc [illegible]n erat miraculum, forte deſperabant diſcipuli de nocte duraſſet, iam per ſeipſos liberari non poterant, conſtabat, quòd eos liberauit, apparuit, quòd erat [illegible] cum Chriſtus ita eſt enim conditio miraculorum [illegible]n miraculum: quando humana poteſtas non ſuffici[illegible]d tunc fiunt,

Quarto fuit, vt diſcipuli magis mere[illegible] habentes diuturniorem ſpem: nam q[illegible]r liberari perſeueraret periculum, tanto magis ip[illegible] magis rent orando, vt liberarentur, & ſic magis [illegible]euerarentur, & firmius impetrarent, eſſetque de[illegible]erent- Deus taliter orantes exaudiret. Quinto [illegible]uòd miraculum iſtud maneret magis in memoria diſcipulorum: nam quanto aliquid magis deſideratur, & ad illud laborioſius conamur, dulcius illo obtento fruimur, nõ ergo ſtatim aſſiſtit, vt diu optarent, & ſic poſtea magis huius facti recordarentur. Sic dicit Chryſoſt. ſcilicet tota autem nocte dimittit eos fluctuari, erigens eorum cor poſt timorem in maius deſideriũ ſui eos mittens, & in memoriam continuam, & propter hoc non ſtatim eis aſtitit. Sexto fuit, vt magis ſit nobis charum donum Dei: nam ſolent accipientes contemnere ea, quç nullo cum labore faciliter obtinent, dona autem Dei ſunt magni pendenda, quia in ſe magna ſunt qualiacũq; ſint, & quia à magno ſunt, ideo vult ea tarde dare vt non contemnantur, & iſta eſt vna de cauſis prçcipuis, & Deus nobis prodeſt: nã ſi cito daret, quod petimus contemneremus, & contemnendo efficeremur indigni recipere alia dona, vel mereremur iam ſuſcepta perdere: vt ergo non demereamur tarde dat, quia ſic ſuſcepta non contemnuntur. Sic ſcripſit Sanctus Griſogonus ad Anaſtaſiam, quia Deus, ideo beneficium ſuũ extremitatibus protrahit, vt nõ ſit nobis vile quod prçſtat. Septimo fuit, vt doceat nos eſſe longanimes, ſperando diu à Deo: eſt enim paruitas ſpei eius qui mox vt petens non obtinet, deſperans autem obtenturum, Deus autẽ vult, ꝙ multum confidamus de bonitate eius, ſ. quod etiã ſi non ſtatim det, ꝙ confidamus, quòd aliquando dabit ſi nobis accipere expedit, & hoc proprie pertinet ad perfectionem patientię eſſe longanimem, ideſt lõgi animi qui in longum expectet, & non ſtatim diffidat. ſic dicitur ad Rom. ſ. vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus, i. vt ſpes ſit cũ patientia, & conſolatione. dicitur autem eſſe ſpes cũ patientia, quando quis malum ſuſtinet, & ſperat, & tñ non ſtatim liberatur, ſed patitur, & ipſemet conſolationem, quçrit per exempla ſanctorum virorũ quos ſacra ſcriptura ſimilia paſſos refert. de hoc dicit Theophilus, non ſtatim diſcipulis periclitantibus Chriſtus aſtitit, ſed per totam noctem periclitari permiſit, vt doceret nos patienter expectare & non à principio in tribulationibus ſperare ſubſidium. Sic etiã dicit Chryſoſt. tota nocte diſcipulos periclitatos erudiens eos, non cito ſolutionem inquirere aduenientium malorum, ſed ferre ea, quç contingunt viriliter, ſed non eſt ſenſus, quòd non debeamus cito, quçrere liberari à periculis, quia quanto citius ad Deum recurrimus melius eſt, ſed quòd etiam ſi ſtatim non liberemur, non debemus conqueri.

Quomodo Chriſtus potuit ambulare ſuper aquas, non merſus. Et quòd triplici de cauſa potuit ambulare. Et poterat vti dotibus corporis glorioſi, licet eas non habebat in corpore. Quæſt. CLIII.

QVAERETVR, quomodo Chriſtus potuit ambulare ſuper aquas, non merſus. Aliqui dicunt, ꝙ hoc fuit, quia corpus Chriſti nõ erat alicuius grauitatis, ſicut corpora aerea, eo ꝙ non erat vere corpus humanum, ſed phantaſticũ, ſicut Manichçus, & alij hçretici tenuerunt. Sed hoc non ſtat, quia corpus Chriſti erat verum corpus oſſa, & carnes de natura humana habens, ſic ipſe dixit, quãdo Apoſtoli putauerunt eum eſſe ſpiritum poſt reſurrectionem, ſ. ſpiritus carnem, & oſſa non habet ſicut me videtis habere Luc. 24. nam cum de Maria Virgine vere natus ſit, neceſſe eſt, ꝙ veram carnem habuerit. Item patet, ꝙ non ex hac cauſa potuerat ambulare ſuper aquas: nam de Petro conſtat, ꝙ veram carnem habebat, & tamen ſuper aquas Chriſto iubente ambulauit. Sic dicit Hier. qui putant Domini corpus, ideo non eſſe verum, quia ſuper molles aquas, quaſi molle, & aereum inceſſerit, reſpondeant quomodo ambulauit Petrus quem vtique verum hominem non negabunt; Sic etiam Beda, & Rabanus dicunt, ſcilicet ſcripſit Theodorus, ſcilicet hçreticus pondus non habuiſſe Dominum, ſed carnem, ſed abſque pondere ſuper mare ambulaſſe, ſed fides catholica pondus ſecundum carnem eum habere prædicat: & ait enim Dionyſius, ignoramus qualiter non infuſis pedibus, ideſt non merſis in aquam corporale corpus habentibus, & materiale onus, deambulat in humidam, & inſtabilem aquam. Dicendum ergo quòd Chriſtus pondus corporale habuit, & tamen ambulare ſuper aquas potuit tripliciter. Vno modo, quòd poteſtas diuina ſuſtentaret corporis grauitatem, & tranſiret ſuper vndas non premens, ſed calcans eas. Et ita factum eſt de ipſomet Chriſto bis, ſcilicet quando diabolus aſſumpſit eum de deſerto, & conſtituit ſupra pinnaculum templi, & iterum cum de pinnaculo eum tollens conſtituit ſupra montem excelſum, ſupra quarto capit. & Luc. quarto. nam tunc neceſſe eſt, quòd per aerem eum portauerit, quia aliter non poterat cũ conſtituere ſupra pinnaculum. hoc enim & factum eſt de Abacuc propheta, quem Angelus Domini per capillum capitis tranſtulit de Iudça in Chaldçam, ſcilicet in Babylone, & iterum reduxit in Iudçam: Dan. 14. & ſic tam Angeli boni, quam mali hoc poſſunt, immo grauius eſt hoc, quam ſuper aquas ambulare, quia iſti ſuper aerem ambulabant, & tamen aer rarius elementum eſt, minus tolerans pondus, cum ſuper aquam homines natare ſaltem poſſint nulla alia re adhibita, & magna onera nauium in aqua ſuſtinent, ſed in aere nihil horum, etiam generaliter dicitur de viris bonis Pſalm. 90. Angelis ſuis Deus mandauit de te, & in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Secundo potuit hoc fieri, ꝙ Deus daret pro illo tempore aquis quandam vim ſuſtinendi, ſcilicet illis partibus aquæ ſuper quas Chriſtus tranſibat: nam ſicut naturali rigore per frigus aquç liquidç indurantur, ita vt omnia pondera tolerẽt, ita & à fortiori volente Deo aquæ non gelidæ illud robur accipient ad tempus, & tunc non ſolum corpus Chriſti, ſed etiam quçcunque alia corpora grauia poterant tranſire ſuper illas partes aquæ ſuper quas Chriſtus tranſibat. Tertio poterat hoc fieri per dotem agilitatis, quam Chriſtus ad tempus indueret: ſunt enim quatuor dotes corporis glorioſi, ſcilicet impaſſibilitas, ſiue incorruptibilitas, agibilitas, ſubtilitas, & claritas, & iſtç non ſunt niſi in corpore glorificato, anima autẽ Chriſti, licet ab inſtanti conceptionis, ideſt creationis eius fuerit beata, integre tamen corpus eius, non erat glorificatum, ideo dotes nõ habebat in corpore, poterat tamen quando vellet vti his dotibus: dote enim impaſſibilitatis, vel incorruptibilitatis vſus eſt, quando ieiunauit quadraginta diebus, & noctibus: eſt enim naturale corpori humano continuo reſolui, & ideo periret ſi tanto tempore maneat ſine cibo, Chriſtus autem nihil lçdebatur, neque reſoluebatur tanto tempore ſine cibo manens, ſicut ſancti poſt reſurrectionem manebunt in æternum, ſine cibo. Dote agilitatis vſus eſt nunc ſuper aquas ambulando, ac ſi nullius ponderis corpus eius eſſet, ad agilitatis dotem pertinet, quòd corpora ſanctorum cum nunc fuerint hic, ſubito poſſint eſſe vbi voluerint, etiam, quòd nullius grauitatis eſſe videantur, ideo omnia elementa tam aqua, quam aer illa ſuſtinere poſſint. Dote claritatis vſus eſt in tranſfiguratione, quia reſplenduit vultus eius, ſicut ſol, & veſtimenta eius facta ſunt, ſicut nix, infra decimoſeptimo, & Lucæ nono. Dote autem ſubtilitatis vſus eſt, quando exiuit de vtero virginis clau-

so, salua integritate eius: pertinet enim ad illam subtilitatis dotem, quòd nihil obstet corpori glorificato ad transeundum, & quòd sine ruptione corporum fiet penetratio dimensionum: & ita omnibus dotibus reperitur Christus aliquando vsus dum viueret, & tamen non semper, sed raro & ad paruum tempus. Quis autem istorum trium modorum fuerit, non apparet determinate, cum quilibet eorum esse potuerit. maxime quia Dionysius illud sub dubio ponit, vt dicit Rabanus, & Beda, scilicet ignoramus qualiter non infusis pedibus, idest non mersis in aquam, corporale pondus habentibus, & materiale onus deambulat in humidam, & instabilem aquam, & tamen communius tenetur, quòd tertio modo acciderit, scilicet, quòd Christus dote agilitatis hic vsus fuerit, ga cum alijs dotibus interdum vsus reperiatur, rationabilius est dici nunc eum hac dote vsum fuisse, quam aliter.

Et sciendum tamen, quòd quando communiter dicimus, quòd Christus ad tempus dotibus vtebatur, non est sensus, quòd pro illo tempore, vel momento dotem aliquam vere haberet, quæ esset aliqua qualitas in eo manens, à qua velut à forma procederet ille actus, quia dotes non sunt nisi corporis gloriosi, & tamen corpus Christi nunquam fuit gloriosum, quãdiu vixit. Vnde & in transfiguratione, licet habuit Christus claritatem gloriosam, non habuit corpus gloriosum, vt dicetur infra 17. cap. quæst. 32. sed dicitur vsus fuisse dotibus, idest habuisse aliquem actũ similem actui dotis, non tamen erat actus dotis, sed supernaturaliter ille actus fiebat, & ita accipiet quãdocunque doctores dicunt Christum dotibus vsum fuisse, & ita melius ponerentur hic duo modi quibus hoc fieret, quam tres, licet tertius posset tolerari, quia possibilis est, sed non tenetur, nec est omnino verisimilis.

Quare Christus voluit ambulare super aquas: Et quòd discipuli interdum videntes Christum miracula facientem, non cognoscebant illa. Quæst. CLIIII.

QVAERETVR, quare Christus voluit ambulare super aquas.

Dicendum, quòd fuit. Primo ad subueniendum discipulis: nam laborabant tota nocte remigando, erantq. in periculo graui: voluit ergo subuenire eis, & sic venit super aquas ad liberandum eos, cum nauiculam non haberet.

Sed obijcietur quòd Christus poterat liberare eos manens in monte orando, ideo nõ oportebat ad hoc venire super aquas.

Dicendum, quòd poterat, tamen discipuli non putarent se ab eo liberari si sic eos liberaret, ideo etiam si nihil intendit nisi liberare eos de tempestate hac, vt tamen eis innotesceret istud miraculum, debuit ad eos venire super aquas: Christus enim paulisper vt ait Chrysost. discipulos ad maiora trahebat: à principio enim quãdo liberabat discipulos in mari præsens erat eis, dormiebat tamen, & quia putabãt, quòd sic non posset eos liberare, suscitauerunt eum supra 8. c. & sic erant discipuli in primo & minimo gradu credendi de potestate Christi, scilicet quòd præsens, & vigilans poterat eos liberare: proximus huic gradus erat, quòd absens sciret labores eorum, & venire posset ad liberandum eos, & ita nunc fecit. Quòd vero absens manens posset eos liberare fortassis nondum credebant, quia iste maior gradus erat, ideo venire voluit ad eos super aquas, vt paulisper ad maiora eos trahat.

Sed obijciet quòd discipuli crederent, quòd Christus etiam absens posset eos liberare, quia sciebant, q absens sanauerat seruum centurionis supra 8. & filiũ Reguli: Ioan. quarto. ita posset eos liberare.

Dicendum, quòd non constat, an confiderent discipuli Christum hoc posse facere, quia sæpe aliqua eum facere videbant, & postea quomodo talia facere posset dubitabant, sicut cum prima vice saturasset turbas, vt patet hic, & Marc. 6. & postea vellet secunda vice saturare, dubitauerunt quomodo posset sequenti cap. & Marc. 8. Etiam interdũ videbant Christum facientem aliqua miracula, & excęcatum erat cor eorum, & non intelligebant, quòd miraculum faceret sicut fuit nunc, quando saturauit turbam: nã per multas experientias, & signa ostenderat Christus discipulis istud miraculum, ita vt dubitare nõ possent de illo, vt ostensum est supra quæst. 129. & tamen adhuc post ista non intellexerant miraculum, de panibus, vt patet Marc. 6. scilicet non enim intellexerant de panibus: erat enim cor illorum obcęcatum, ideo forte nunc non considerent, quòd Christus absens poterat eos liberare.

Aliter potest dici, quòd etiam si considerent discipuli, quòd hoc Christus posset, tamen si fieret, quòd liberarẽtur eo absente, non scirent, an ipse liberauerat eos, vel quomodo liberabantur, ideo vt miraculũ, non maneret sub dubio debuit venire ad eos. Et ratio huius est, quia si discipuli laborantes in mari inuocassent Christum, licet absentem, vt eos in aduersitate hac liberaret, si liberarentur illico, etiam eo nõ veniente, putarent per illum liberari, & tamen non inuocabant eum, licet essent in periculo, ideo licet liberarentur non putarent se ab eo liberari, & sic venire debuit. Et tamen veritas est, quòd discipuli, non confidebant, quòd Christus posset eos liberare absens, immo etiam si præsens esset dubitabant, an posset liberare, immo & postquam veniens ad eos super aquas, & liberauit ipsos, mirati sunt, quomodo potuerat liberare, quia hoc non confidebant de ipso, quòd facere posset, vt patet Marc. 6. scilicet, & ascendit ad illos in nauem, & cessauit ventus, & plus magis intra se stupebant, non enim intellexerant de panibus: erat enim cor illorum obcęcatum, & sic necesse erat ad hoc, quòd discipuli putarent se à Christo miraculose liberari, quòd Christus veniret ad liberandum eos super aquas, cum vix sic crederent eum hoc posse.

Secundo quantum ad principale fuit, vt Christus ostenderet se generalem Deum, scilicet, quòd sicut erat potens in terra faciendo curationes, liberando homines ægritudinibus, ita ostenderetur potens in mari, liberando ibi homines à periculo.

Tertio fuit, & præcipue vt ostenderet Christus, q poterat ambulare super aquas: nam volebat Christus ostendere suam potestatem in omni genere rerum, in quo potestas est aliquid facere, & quoniam ambulare super aquas non mersus, magnæ potestatis est, & nondum Christus hoc ostenderat, voluit nunc ostendere ambulans super aquas. sic dicit Glo. Dominus quidem in miraculo panum, quòd esset conditor rerum ostendit, nunc autẽ in ambulando super vndas, quòd haberet corpus ab omni peccatorum grauedine liberum edocuit, & in placando ventos vndarumque rabiem sedando, quòd elementis dominaretur monstrauit.

Quarto fuit ad confirmationem, & declarationem miraculi de panibus: nam discipuli, licet viderant adhuc habebant cor excęcatum, & non intellexerant, quomodo Christus fecerat miraculum de panibus, & mirabantur, an talia facere posset, nunc vero ambulando super aquas, & placando ventos, & mare, confirmabat præcedentia, scilicet, quòd non erat mirandum,

randum, q panes, & pisces multiplicasset, qui ventis poterat imperare, & super aquas ambulare, sic patet Marc. 6. scilicet ascendit in nauem, & cessauit vẽtus, & plus magis intra se stupebant: non enim intellexerant de panibus: erat enim cor eorum obcęcatum.

Quinto fuit ad ostendendum in se vsum dotis agilitatis: nam Christus voluit nobis hic positus ostendere imaginem futurę glorię, & quia gloria æterna est in duobus, scilicet in anima, & corpore. gloria autem animæ apparere non potest sicut, & ipsa anima videtur, voluit ostendere gloriam corporis: est autem gloria corporis in dotibus eius, quæ quatuor sunt, scilicet impassibilitas, subtilitas, agilitas, claritas: voluit ergo Christus hic manens ostendere nobis imaginem futuræ glorię, & ad hoc vsus aliquando his dotibus, nõ quidem omnibus simul, sed aliquando vna, & aliquãdo alia: nam subtilitate vsus est in nascendo cum exiuit de vtero. claritate in transfigurando se. incorruptibilitate, vel impassibilitate in ieiunando quadragin ta diebus. agibilitate autem nunc ambulando super aquas maris. vti autem illis fuit conueniens, quia per ea quæ in Christo videbantur aliquãdo, habemus spẽ futuræ gloriæ, quæ reuelabitur in nobis.

Quare discipuli videntes nunc Christum ambulantem super aquas turbati sunt, & timuerunt. Quæst. CLV.

QVAERETVR, quare discipuli nunc videntes Christum ambulantem super aquas turbati sunt, & timuerunt.

Nam videtur quòd non debebant timere, quia putare poterant, quòd erat Christus. Etiam quia alia similia miracula facta sunt in veteri testamento, vt quando diuisum est mare Rubrum: Exod. 14. & quando diuisus est iordanis Iosue 3. & quando Elisęus rursus pallio Eliæ diuisit Iordanem, & transiuit quarto Reg. 2. cap.

Dicendum, quòd timuerunt. Primo quia non putabant esse Iesum: nam non putabant, quòd talia posset facere, & non solum antequam eum agnoscerent, sed etiam postquam agnouerunt, & placauerat mare & ventum, & introiuerat in nauiculã cum eis, adhuc non credebant penitus, & distincte, quòd ipse ista miracula faceret, sed potius stupebant Marc. 6. scilicet ascendit ad illos in nauem, & cessauit ventus, & plus intra se stupebant: non enim intellexerant de panibus, erat enim cor eorum obcęcatum, idest si intellexissent, quomodo Christus erat potens, qui potuerat pascere turbam de paucis panibus non mirarẽtur, quòd quælibet alia miracula facere posset, & sic posset ambulare supra mare, & tamen quia non intellexerunt illud miraculum de panibus, mirabantur nunc, quòd potuisset super aquas ambulare, & hoc, quia cor eorum excęcatum erat: nam si non esset excęcatum, non dubitarent in tam magnis, & tam apertis miraculis.

Secundo quia dato, quòd discipuli crederẽt, quòd Christus poterat ambulare super aquas, non tamen putarent, quòd erat iste qui veniebat, quia nunquam eum hoc facientem viderunt, & sic timerent.

Tertio quia si Christus ille esset, crederent discipuli, quòd veniret ad eos, & intraret nauim, & tamen transiuit iuxta nauim, & voluit præterire eos, Marc. sexto, scilicet quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare, & volebat præterire eos, ideo timuerunt.

Quarto quia si Christus esset veniens ad eos loqueretur illis statim, & tamen ambulabat eis videntibus super mare, & nihil loquebatur neque locutus est quousque ipsi clamauerunt præ timore, ideo valde hoc turbabat eos, vt Iesum non cognoscerent, & tunc irent.

Quare discipuli dixerunt de Christo phantasma est. Et quare phantasmata dicantur esse spiritus. Quæst. CLVI.

QVAERETVR, quare discipuli dixerunt de Christo phantasma est. Dicendũ, quòd phantasma est nomen græcum, & significat apparitionem, vel visionem, & sic quandoq. aliquid solam apparentiam rei haber, & non existẽtiam eius, quod videtur dicitur phantasma, sicut dicitur phantasia organum vbi imagines rerum reseruantur, quæ solam rerum effigiem habent, & non substantiã, vel naturam, & quia non putabant aliquem verum hominem ambulare posse super aquas, propter corporis grauitatem, crediderunt quod non erat homo, sed aliquid, quod videbat homo, & ita erat proprie phantasma. Et quia tales apparitiones, cum sint actus quidam, & non possint fieri nisi à substantia rationabili, quæ hęc effigiate sciat, & tales sunt substantię pure spirituales, quæ corpus nullum habent, dicuntur talia phantasmata esse spiritus, & ideo pro eodem accipitur in scriptura apparere spiritum, vel phantasma esse: nam hic discipuli putauerunt Christum ambulantem super aquas esse phantasma, & post resurrectionem videntes eum putauerunt se videre spiritum, Lucę 24. scilicet conturbati vero, & conterriti putabant se spiritum videre, & Christus dixit palpate, & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet sicut me videtis habere, & hoc discipuli præsupponebant: nam si spiritus non habet carnem, & ossa haberet, non posset ambulare super aquas, sicut nec homo, ideo phantasma, siue spiritus non habet carnem, nec ossa, sed solam exteriorem effigiem, & lineamenta corporis, & de aere corpus illud format, aer tamen est leuior aqua, ideo corpora aerea talia sine miraculo possunt esse super aquas, non mersa, sicut etiam sunt nubes, & ob hoc non mirabantur discipuli, quòd phantasma posset ambulare super aquas, sed de homine, quòd hoc posset non credebant.

Ex hoc loco Hieronymus arguit contra Marchionem, & Manichęum, quòd Christi corpus non sit phantasticum, quia dicit Euangelista, quòd discipuli putauerunt, quòd erat phantasma, & Christus hanc intentionem eorum increpans tanquam erroneam dicit: habete fiduciam, ego sum, idest non est phantasma, vt vos putatis, sed ego sum, & ait: si iuxta Marchionem, & Manichęum Dominus noster non est natus ex Virgine, sed visus in phantasmate, quomodo nunc Apostoli timent, ne phantasma videant? quasi dicat, vere phantasma viderẽt, si ille phantasma esset.

Quare discipuli timuerunt si phantasma erat, quod videbant. Quæst. CLVII.

QVAERETVR, quare timuerunt discipuli si phantasma erat, quod videbant.

Dicendum, quòd phantasma, & spiritus pro eodem accipitur, vt ostensum est præcedenti quæstio. & quia spirituales istæ substantiæ nunquam apparent nisi ad aliquid agendum, & potestas earum magna est, quia non est potestas sub cœlo, quæ comparetur eis Iob 41. & homines nesciũt, an ad bonum, vel ad malum faciendum appareant, timẽt homines, quòd potius ad malum, quia facilius est deteriora suspicari, & sic discipuli videntes, quòd phãtasma esse putabant, timuerunt, quòd erat aliquis dæmon

mon veniens ad ſubmergendum nauem, ideo turba- F
ri ſunt: ſic enim Luc. 24. quando viderunt Chriſtum
poſt reſurrectionem putantes ſe ſpiritũ videre, conter
riti ſunt, & turbati, & hoc, quia timebant, quòd eis no
ceret in aliquo, quia timor non eſt niſi de malo.

Quare diſcipuli clamauerunt ex timore videntes phantaſma. Quæſt. CLVIII.

QVAERETVR, quare diſcipuli clamauerunt ex timore videntes phantaſma.

Dicunt quidam, quòd hoc fecerunt, quia clamauerunt petentes Chriſti auxilium: nam licet non putarent eum quem videbant eſſe Chriſtum, ſed phantaſ- G
ma, tamen ad Chriſtum clamabant, vbicunque eſſet, quòd eos adiuuaret.

Dicendum, quòd non ſtat, quia non putabant diſcipuli, quòd Chriſtus abſens ſciret eorum pericula nunc, nec poſſet ſuccurrere: nam etiam ſi præſens eſſet, putabant, quòd non poſſet ſuccurrere: nam poſtquam fuit in naui cum eis, & placauerat ventos, obſtupuerunt, quomodo hoc facere potuiſſet, quia non intelligebant miracula eius Marc. 6. ſcilicet & aſcendit ad illos in nauim, & ceſſauit ventus, & plus magis intra ſe ſtupebant: non enim intellexerũt de panibus: erat enim cor eorum obcęcatum, non ergo clamauerunt ad Chriſtum.

Alij dicunt, quòd clamabant ad Deum, quia conſtituti in periculo maris Deum inuocant Pſal. 106. ſcilicet aſcendunt in cœlos, & deſcendunt vſq; in abyſſos, & anima eorum in malis tabeſcebat, & ſequitur, & clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de neceſſitatibus eorum liberauit eos, ſcilicet poſuit procellas in auram, & ſiluerunt fluctus eius. Sic etiam Ionas cum deuoratus eſſet à piſce, de ventre piſcis clamauit: Ionæ 2.

Sed etiam hoc non ſtat, quia ſi ad Deum clamaſſent exprimeretur hic, quòd clamaſſent orando, & quid orabant, & tamen non exprimitur, ſed potius innuitur, quòd confuſum quendam clamorem emiſe- I
runt, & quòd ille clamor non erat niſi ex timore: timor enim quando eſt magnus cogit homines ad clamandum, etiam ſi ille clamor nihil eis proſit, quia nõ poſſunt ſe continere: ſicut ille qui acerrimos dolores patitur clamat, & clamor ad nihil proſit. hoc litera dicit, ſcilicet & pre timore clamauerunt, ideſt vrgente eos timore, & non alia cauſa, & dicitur, clamauerunt, & non orauerunt neque locuti ſunt, quia clamor eſt vox confuſa, & incerta, & talem iſti emiſerunt. Sic dicit Hieronym. ſcilicet confuſus enim clamor, & incerta vox magni timoris indicium eſt.

Quare Chriſtus eſt mox locutus, vt diſcipuli locuti ſunt, & non prius. Quæſt. CLIX.

K

QVAERETVR, quare Chriſtus eſt mox locutus, vt diſcipuli locuti ſunt, & non prius.

Dicendum, quòd ante hoc Chriſtus nunquam voluit loqui, quia per locutionem eius ceſſaturus erat timor diſcipulorum, & fluctuatio, nolebat autem illico eos liberare anguſtia, ſed diu pati propter multa, vt oſtenſum eſt ſupra quæſt. 151. nunc vero afflictio diſcipulorum ad tantam magnitudinem peruenerat, quòd eam tolerare amplius non poterant.

Quòd patet, quia clamauerunt pre timore, ideo noluit, quòd amplius affligerentur, ſed locutus eſt ſtatim: eſt enim conditio tentationum, quę nobis fiunt Deo permittente, quia vt dicitur 1. Corinth. 10. Deus fidelis eſt, qui non permittit tentari ſuos vltra id, quod poſſunt, ſed facit cum tentatione prouentum, vt ſuſtinere poſſint.

Secundo fuit, vt verbum ſuum conueniret eis, quia ipſe volebat dicere ſicut dixit, cõfidite, ego ſum, ſed hoc non conueniente diceretur, niſi appareret in eis timor & ignorantia, ideo expectauit quouſque ipſi loquerentur clamando: nam ille clamor oſtendit, quòd timebant, & quòd neſciebant quis erat ille qui apparebat, & ſic ipſe dixit, quòd confiderent non timentes, quia nõ erat phantaſma, quod ipſi putabãt.

Tertio fuit, vt aliqui volunt ad oſtendẽdum, quòd Deus non exaudit niſi oremus, & ſic Chriſtus non locutus eſt quouſque illi clamauerunt.

Quarto fuit, vt magis gauderent quanto diutius ſuſtinuiſſent iſtum timorem de conſolatione aduenienti. Sic dicit Chryſoſt. ſcilicet Chriſtus non prius ſe reuelauit diſcipulis donec clamauerunt: quãto enim magis afficiebantur timore, tanto magis lętati ſunt in eius pręſentia, & tamen cauſa præcipua fuit prima, quia ſi prius locutus fuiſſet, prius ceſſaret timor diſcipulorum, & tamen volebat Chriſtus, quòd aliquandiu timor duraret propter cauſas expreſſas ſup. quæſt. 151. ideo non fuit à principio locutus. Sic dicit Chryſoſt. ſtatim autem in voce cognouerunt eum, & timor ſolutus eſt.

H *Quare Chriſtus incuſſit diſcipulis maiorem timorem, cum veniret ad eos liberandos. Quæſt. CLX.*

QVAERETVR cum Chriſtus veniret nunc in quarta vigilia noctis ad liberandum diſcipulos de tempeſtate, & timore, quare eis incuſſit maiorem timorem: nam magis affligebantur nunc videntes phantaſma, quod non loquebatur, quam prius patiẽtes fluctuationem maris.

Dicendum primo ſecundùm quoſdam, quòd hoc factum eſt, ſecundùm conditionem Dei, quia quando Deus vult liberare aliquos de anguſtijs, tunc apponit aliquam acriorem anguſtiam, vt ſic dulcior ſit liberatio, quam ipſe facit. Sic dicit Theophilus, vide autem quoniam cum Chriſtus debebat eorum pericula compeſcere, tunc maiorem eis incutit timorẽ, ſed ſtatim per vocem confortauit eos. Sic etiam dicit Chryſoſt. ſemper enim Dominus facit, cum ſoluturus eſt mala, aliqua terribilia, & difficilia inducit.

Secundo fit hoc, vt ſit locus magis merendi per maiores afflictiones. Sic dicit Chryſoſt. quia enim non eſt longo tempore tentari, cum finiẽdi ſunt agones ſanctorum, tunc volens eos amplius lucrari, auget eorum certamina.

Sed dicendum, quòd iſtę ſunt cauſę generales, & non conueniunt ſpecialiter in propoſito, ſed fuit neceſſarium iſtud ex neceſſitate miraculi: nam Chriſtus voluit oſtendere diſcipulis, q̃ ambulabat ſuper aquas, ſed non poſſet hoc fieri niſi appareret ambulans ſup mare, ideo apparuit. Quòd vero ex hoc turbarentur, & timerent diſcipuli, non fuit de pręcipua intentione Chriſti, ſed magis per accidens: nam ex hoc, quòd apparuit ſuper aquas, quod de homine credere non poterant, timuerunt & potiſſime quia erat per noctem: nam erat quarta vigilia noctis, & nox & tenebra tanto maiorem timorem incutiunt, quanto res, quę timetur minus cognoſci poteſt, & per conſequens putatur deterior, & ſic magis timetur.

Secundo poteſt dici, quòd Chriſtus voluit nunc incutere timorem iſtum diſcipulis, vt Petro eſſet occaſio petendi venire ad Chriſtum ſuper aquas, & ſic fieret etiam miraculum illud: nam Petrus videtur petiuiſſe quaſi ad certificationem dicens: Domine ſi tu es iube me venire ad te ſuper aquas: conueniens

ergo

ergo fuit hunc terrorem incuti illis Chriſto nunc apparente, & ad hoc nox contulit aliquid: nam ſi per diem fuiſſet, forte non tantum turbarentur, quia cognoſcerent Chriſtũ, & non putarent eſſe phantaſma.

Quare Chriſtus per noctem apparuit ſuper mare diſcipulis. Et quòd ideo Chriſtus diu moratus eſt ad liberandum diſcipulos in mari laborantes, vt diutius affligerentur magisque mererentur ſuſtinendo. Quæſt. CLXI.

QVAERETVR, quare Chriſtus per noctem apparuit ſuper mare diſcipulis.

Dici poteſt primo, quòd hoc fuit per accidens: nam quandocunque eſſent diſcipuli in mari laborantes poſt diuturnam afflictionem appareret eis Chriſtus ad liberãdum eos, ſiue eſſet nox, ſiue dies. Quòd autem nunc eſſet nox fuit per accidens, quia diſcipuli ſero receſſerant à Chriſto de loco in quo turbas pauerat, & ipſe diu in oratione manſit, & ſic accidit, quòd quando venit ad eos erat quarta vigilia noctis. Si autem receſſiſſent in ortu ſolis ab B
eo, forte veniret ad illos ante occaſum ſolis. Quòd autem tam diu moraretur fuit, vt diſcipuli diutius affligerentur: nam aliàs cum longe ante ſolis occaſum receſſiſſent diſcipuli nauigantes à Chriſto, potuiſſet Chriſtus venire ad eos ante occaſum ſolis, & tamen tunc, vel nihil, vel parum de aduerſitate maris toleraſſent, eo quòd mare cępit exurgere vento magno flante quando tenebræ erant, vt colligitur Io. 6. oportuit ergo quòd aliquanta parte noctis Chriſtus expectaret antequam veniret, & ſic venit in quarta vigilia noctis.

Secundo dicunt aliqui, quòd fuit ad hoc, quòd timerent diſcipuli, quia ſi per diem appareret cognoſcerent eum, & non timerent, & conſequenter non putarent eſſe phantaſma, nec clamarent.

Sed obijcietur, quia etiam ſi per diem appareret, timerent, quia ambulabat ſuper mare (quod de vero homine non crederent) & ſic putarent eum eſſe phãtaſma. ſic patet in reſurrectione: nam apparuit diſcipulis congregatis per diem, & tamen timuerunt, & putauerunt illum eſſe ſpiritum, ideſt phantaſma: Luc. 24. & tamen ibi agnoſcebant lineamenta corporis D
eius, quæ omnino talia erant qualia lineamẽta corporis Ieſu, & poterant ipſi viſu hoc diſtinguere: nã Chriſtus dixit eis, ſpiritus carnem, & oſſa non habet, ſicut me videtis habere: ergo eum diſtincte videbant, & tamen timebant putantes eſſe phantaſma: ergo etiã nunc. Ratio eſt, quia ibi ex eo, quòd intrauerat ianuis clauſis, putabant eum ſpiritum, ideſt non habentem corpus ſolidum cui obſtent cętera corpora, ita nunc eo, quòd ambulabat ſuper aquas, putarẽt, quòd non erat verus homo, licet lineamenta corporis eius eſſent talia ſicut lineamenta Ieſu.

Dicendum, quòd etiam ſi per diem veniret ſuper aquas, putarent eum phantaſma, & timerent, & tamẽ non tantum timerent, ſicut per noctem. Et hoc, quia E
quanto aliquid minus cognoſcitur, tanto magis timeri poteſt ſi concipitur ſub ratione mali, & quia per diẽ magis Chriſtus agnoſci poterat ſuper vndas, quam per noctem, minus timeretur.

Item quia nox de ſe eſt ad inferendum timorem propter tenebras: nam putantur plura mala maiora latere, quam appareant, dies autem omnia reuelat.

Tertio tamen dicendum, quòd licet per diẽ Chriſtus ambulans ſuper aquas timeretur, tamen potius per noctem debuit apparere. Primo quia ipſe voluit aliqualem timorem diſcipulis incutere, & ad hoc voluit appropinquare naui, & tunc diſcipuli timuerunt nimis putantes, quòd nauem vellet euertere, & cum eſſet nox non cognoſcebant eum, ideo erat eis occa- A
ſio pleni timoris. Si vero per diem appareret, aut nõ tantum appropinquaret naui, aut agnoſceretur: ſi nõ appropinquaret non multum timeretur. Si vero appropinquaret agnoſceretur, & ſic ſemper minus timeretur: per noctem ergo apparere debuit, vt magis timeretur.

Secundo fuit, vt non daret de ſe tantam cauſam ſuſpicandi, quòd phantaſma eſſet: ſi enim per diem veniſſet ſuper aquas oportebat, quòd à lõgiſſime Chriſtus veniret ambulans ſuper aquas: nam ſi ſubito eum viderent apud nauem, cum prius non vidiſſent ſuper aquas, putaſſent ſemper eſſe phantaſma, quod apparebat, & diſparebat, & durum eſſet eis aliud perſuaderi, & tamen ſuper totas aquas pedibus ambulare ſuperuacuum erat. cum autem per noctem veniret nõ erat opus, quòd ambularet à longe ſuper aquas, quia etiam ſi apud nauem cępiſſet ambulare ſuper aquas, cum propter tenebras, non poſſent diſcipuli aliquid à longe diſtinguere, putarent, quòd ſuper totum mare veniſſet ſic peditando, licet ipſi non vidiſſent, & ſic nõ putarent tam probabiliter, quòd phantaſma erat.

Quare Chriſtus dixit diſcipulis habete fiduciam, ego ſum, nolite timere. Et quòd Deo eſſe proprie competit alijs vero minime. Quæſt. CLXII.

C

QVAERETVR de verbis Chriſti ſpondentis, quare iſta dixit, ſcilicet habete fiduciã, ego ſum, nolite timere.

Dicendum, quòd Chriſtus locutus eſt, ſicut conueniebat diſcipulis audire. erant enim conſtituti diſcipuli in maximo timore, quoniam iam tolerare non poterant, nam præ timore clamare coacti fuerant: voluit ergo de hoc timore eos liberare, & quia per clamorem ſuum oſtenderant ſe deſperare de ſalute, vel modicum ſperare, dixit eis, habete fiduciam, ſcilicet, quòd euadetis periculum, quòd autem dixit ego ſum, fuit ad tollendum cauſam timoris, ſcilicet, ideo timebant, quia putabant phantaſma eſſe id, quod videbant: dixit ergo Chriſtus ego ſum, ideſt non eſt phantaſma, ſed ego, ſcilicet magiſter veſter, & ad hanc vocem cognouerunt diſcipuli Chriſtum, & amplius non timuerunt ſaltem non ſicut prius, ſic dicit Chryſoſt. ſcilicet ſtatim autem in voce cognouerunt eum, & timor ſolutus eſt.

Alij dicunt, quòd Chriſtus dixit ego ſum, non exprimendo aliquid aliud, vt oſtenderet ſe eſſe Deum, qui ſic ad Moyſem locutus fuerat: nam cum quereret Moyſes à Deo de nomine ſuo: Exod. tertio. dixit ego ſum, qui ſum, & iterum, qui eſt miſit me ad vos, ideſt ego ſum, cui eſſe competit proprie, quia alij, licet videantur eſſe non ſunt, quia pereunt, vel quòd permaneant non ex ſe, ſed ex me habent, ego autem ſum, qui ſum, ideſt ſolus ego ſum, qui vere ſum, & non expreſſit quid eſſet, ſed per eſſe ſe notificare voluit tãquam iſtud ſit ei proprium epithetum, ſiue cõnotatum: Chriſtus autem dixit nunc, ego ſum, ideo putant, quòd voluerit ſe deſignare ſub eadem proprietate eſſendi, ſicut Deus quia nõ addidit quid eſſet.

Et tamen non eſt iſta conueniens expoſitio, quia quando Chriſtus dixit ego ſum, voluit abſolute ponere eſſe, ſed intelligitur ego ſum, ſcilicet ille quem vox iſta deſignat. nam vox ſua nota erat diſcipulis, ideo ſic loquendo idem erat, ac ſi diceret, ego ſum Ieſus magiſter veſter.

Sic dicit Hier. ſcilicet, quòd autem dicit ego ſum, nec ſubiungit quis ſit, vel ex voce ſibi nota poterant eum intelligere, qui per obſcuras noctis tenebras loquebatur, vel ipſum etiam ſcire poterant, quoniam locutum eſſe ad Moyſem nouerant, hæc dices filijs

Iſrael,

Israel, qui est misit me ad vos. Quod autem dixit nolite timere, ad præcedentem sententiam pertinet, q̃ repetitur ad magis confirmandum discipulos timentes: nam idem est dici habere fiduciam, & nolite timere, & tamen ista est conditio passionatorum, quòd easdem sententias crebro repetant per exaggerationes, eo q̃ desiderijs, vel affectibus suis semel dicendo non satisfaciant, sic & si quis viro passionato loquatur non sufficit, q̃ ei semel dicat sententiam, sed oportet repetere, vt imprimat, & suadeat, & quia discipuli erant hic timore conterriti, ad fortificandum, & placandum eos, non sufficit dici habete fiduciam, sed & additum est, nolite timere, & ita etiam expressit Marcus dicens, confidite nolite timere, ego sum, Marc. 6.

An quando Christus locutus est, cognouerunt eum discipuli. G
Quæst. CLXIII.

QVAERETVR, an quando Christus locutus est, cognouerunt eum discipuli. Dicendum, quòd sic. Primo quia ante hoc Christus non loquebatur, volens, quòd discipuli manerent in timore, nunc vero cum locutus est, voluit eos liberare à timore, & tamen non liberasset si non cognoscerent eum: ergo cognouerunt, quia alias Christus non consequeretur hic effectum quẽ intendebat, quod est inconueniens. Secundo quia Christus dixit discipulis ego sum, quasi per vocem eum agnoscerẽt: ergo oportet dici, quòd agnoscebant, quia aliàs daret alia signa per quę ipsum agnoscerent, vel non diceret hęc si non sufficiebant ad eum notificandum. Tertio patet, quia si discipuli non cognoscerent Christum per verba ista, nunquam cessaret timor eorum, & tamen cessauit: ergo cognouerunt eum, nam antequam loqueretur valde timebant, postquam vero locutus est non legitur quòd timuerunt, sed potius colligitur ex circunstantijs literę, quòd cessauerunt timere: ergo agnouerunt eum. Quarto patet, quia dicit Chrysost, statim autem in voce cognouerunt eum, & timor solutus est. Sed objicietur q̃ non cognoscebant, quia Petrus qui confidẽtior cęteris erat, adhuc post Christi locutionem dubitauit, an ipse erat Christus, quia dixit, si in litera, si tu es iube me venire ad te: ergo a fortiori alij dubitabant, vel non cognoscebant. Secundo quia Marc. 6. dicitur quòd adhuc postquam Christus nauem ascenderat cum eis erat cor eorũ obręcatum: ergo à fortiori non cognouerunt eum, quando locutus est, quia tunc nondum nauem ascenderat. Dicendum, quòd discipuli cognouerunt Christum per vocem, quando eis locutus est, & ideo cessauit timor vt dictum est. Ad primũ dicendum, quòd Petrus ex voce agnouit Christum, licet dixerit Domine si tu es: quod patet, quia dixit iube me venire ad te super aquas, & tamen si Petrus dubitaret, & adhuc, an esset phantasma, vel Christus, q̃ iuberet ei venire, non diceret super aquas, quia non erat Petro securum descendere in mari ad mandatũ alicuius nisi esset Christus: nam si phantasma esset ad nocendum veniret, potissime quia illud phantasma (vt ipsi prius credebant) dixit discipulis ego sum, quasi esset Christus, si autem ipsi crederent adhuc, quòd erat phantasma, vel dubitarent, constaret, quòd ad nocendum veniebat, cum mentiretur se esse Christum, & ideo magis cauerent, & tamen mox, vt dixit Petro: veni. descendit Petrus in aquam nihil moratus: ergo non dubitabat esse Christum. Quòd autem dixit, si tu es, potest dici, quòd non accepit ibi ly si, pro conditionali, quia aliquando ponuntur dictiones aliquæ ex superabundanti, vt illud, mulier si suscepto semine masculũ pepererit: Leu. 12. nam suppositum erat, q̃ mulier non erat conceptura nisi suscepto semine, nec ista lex voluit excipere aliquam mulierem, licet vere aliqua mulier, idest Domina nostra sine semine cõceperit, de quo dictum est Leu. 12. Vel potest dici, quòd accipitur si pro quia vt sępe accipitur apud auctores, iuxta illud Catonis si Deus est animus, idest quia Deus est, vt animus, vt dicunt carmina, & est sensus, si tu es iube me venire ad te, idest quia tu es, & pores me deducere super aquas, iube me venire ad te. Tertio potest dici, quòd ly si, importet dubitationem, licet Petrus non dubitaret: est enim conditio eorum, qui subito transeunt de vna passione magna in aliam oppositam, quòd licet transierint ad oppositum non possint illud faciliter exprimere, vel vultu prorsus ostendere, sic fuit de discipulis, quando Christus apparuit eis congregatis primo post resurrectionem: nam timuerunt putantes esse spiritum: Lucæ vigesimoquarto. & tunc Christus eis dixit, palpate, & videre, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere, & tunc illi, licet non palpauerint agnouerunt esse Christum, & tamen tanta fuit abundantia gaudij subitanei post magnum dolorem, & timorem, quòd non videbantur credere, & tamen credebant, quia si non crederent non gauderẽt: sic enim dicitur, scilicet adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, & sic non erat proprie incredulitas, sed gaudium.

Sic etiam fuit de Iacob, quando dictum est ei post multos dolores de morte æstimata Ioseph filij sui, Ioseph filius tuus viuit, & ipse dominatur in tota terra Aegypti: Genesis quadragesimoquinto. dicitur, quòd quasi de somno euigilans non credebat: ita nũc fuerat magna tristitia discipulorum, & timor nimius viso Christo per tenebras noctis quem phantasma putabant, cum autem Christus locutus fuit, & cognouerunt eum, secutum est immensum gaudiũ, & quia subito hoc fuit, licet Petrus crederet illum esse Christum, non potuit exprimere sub certitudine, sed sub dubitatione, quia cor suum adhuc in motu erat propter subitam mutationem de oppositis factam.

Ad secundum dicendum, quòd cor discipulorum non erat excęcatum ad cognoscendum Christum esse qui loquebatur postquam intrauit in nauem, sed erat excęcatum ad cognoscendum miracula, quę faciebat, quia non cognoscebant, quomodo hoc miraculum faceret, sed potius turbabantur, & stupebant, quòd potuisset hoc facere.

Etiam excęcati erant, quia miraculum, quod ipsa die de panibus egerat, & ostenderat eis veritatem illius in tot experientijs non cognouerunt, nec sciebãt quomodo fecisset illud, & haberet potentiam ad faciendum, sic dicitur: Marc. 6. ascendit ad illos in nauem, & cessauit ventus, & plus magis intra se stupebant: non enim intellexerant de panibus: erat enim cor eorum excęcatum.

Quomodo per vocem potuerunt nunc discipuli Christum cognoscere, quia non erat sufficiens signum. Et quòd spiritus assumens aereum corpus potest cuiuscunque corporis figuram, & vocem effigiare. Et quare discipulis euntibus in Emaus non se cognosci Christus permisit. K *Quæst. CLXIIII.*

QVAERETVR, quomodo per vocem potuerunt nunc discipuli cognoscere Christũ, quia non videbatur istud signum sufficiens: nam aliàs eum per vocem non cognoscebant, sed alijs signis opus fuit. Patet primo Luc. 24. & Marc. 16. de duobus discipulis euntibus in Emaus ipso die resurrectionis, & Christus iuit cum eis per magnam partem viæ declarans scripturas, & colloquens eis, & tũ nunquam eum loquentẽ agnouerunt, & postea in

in fractione panis cognouerunt eum eodem cap. Iterum etiam cum apparuit discipulis eodem die congregatis in Ierusalem: nam dixit illis pax vobis, & illi non cognouerunt eum, sed potius turbati, & conterriti putabant se spiritum, idest phantasma videre eodem cap. & sic loquela non notificabat Christum, sed oportuit, quòd alia signa ibi daret: nam dixit palpate & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet sicut me videtis habere, & aliud signum addidit, quia petiuit cibos, & comedit coram eis eodem cap.

Aliqui dicunt, quòd hic Christus expressit multa verba, & ideo cognouerunt eum, & post resurrectionem pauca dicens, non agnitus est.

Dicendum, quòd non stat, quia multo plura locutus est post resurrectionem, quam nunc: nam per totã viam locutus est, cum discipulis euntibus in Emaus: nam dicitur, quòd incipiens à Moyse interpretabatur eis omnes scripturas, quę de ipso erant, sed hęc longo tempore egebant, ideo multa locutus est, & diu, hic autem pauca. In secunda autem vice plura locutus est, quam nunc, immo & eadem verba locutus est, quia hic dixit. habete fiduciam, ego sum, nolite timere, vt patet supra in litera, & Lucæ 24. quando stetit in medio discipulorum dixit pax vobis, ego sum, nolite timere, vt patet supra in litera, & Luc. 24. & sic videtur, quòd non sufficerint verba ad notificandũ Christum hic.

Dicendum, quòd per verba hic Christus agnitus est: nam vox Christi erat nota discipulis ex quotidiano vsu, & ita mox loquentem agnouerunt, vnde dixit ego sum, idest sum ille quem ista vox me esse iudicat, ideo agnoscite me. Sic dicit Hieronymus. Quòd autem dixit ego sum, nec subiunxit quis sit. ex voce sibi nota poterant eum intelligere qui per obscuras noctis tenebras loquebatur.

Ad primũ dici potest vno modo, quòd licet Christus multa locutus fuerit illis discipulis, non cognouerunt eum in voce, quia forte Christus mutauerat vocem: nam sicut in Christo videbatur mutata tunc effigies, vt dicitur Marc. 16. scilicet post hæc autem duobus ex his ambulantibus in via ostensus est, in alia effigie euntibus in villam, ita & vox mutari poterat, quia non solum Christus, sed etiam quodlibet corpus glorificatum potest mutare vocem, & sic licet Christus multa nunc loqueretur non agnosceretur in voce, sed agnitus est in fractione panis, quia non mutauerat istam consuetudinem.

Secundo potest dici, quòd non mutauerat Christus vocem, & tamen tenebatur cor discipulorum, ne agnosceret Christum in voce. Quòd patet, quia Luc. 24. dicitur de istis duobus discipulis, quia oculi eorũ tenebantur ne eum agnoscerent, quasi dicat, poterãt discipuli cognoscere Christum ex figura corporis, quæ eis nota erat, & tamen non agnouerunt, quia tenebantur oculi eorum, idest Deus tenebat grauatos oculos eorum, ne ex figura corporis eum agnoscerẽt, ita & tenerentur aures eorum, & mens, ne vocem sibi notas, immo quotidie notam nunc agnoscerent. Ratio huius habetur immediate.

Ad secundum dicendum, quòd Christus nunc locutus est, sicut consueuerat apparens discipulis, & dixit etiam, scilicet verba consueta, scilicet pax vobis, ego sum nolite timere, & tamen ex verbis istis non cognouerunt eum, quia Christus tenebat eos, ne sic eum agnoscerent.

Vel dato, quòd agnoscerent illam esse vocẽ Christi, putarent, quòd phantasma hoc facere poterat: nã sicut potuit effigiare phantasma figurã corporis Christi, ita poterat effigiare conditionem vocis, vnde incertum signum erat, & faciebat Christus, quòd essent nunc discipuli duriad credendum, vt ostenderet ipse signa per quę conuinceretur vere resurrectio sua: nam si videntes eius effigiem, & vocem notam audientes crederent illum esse, non daret Christus alia signa, quia superuacuum esset illa dari cum nihil notificarent, & tamen non erant sufficientia signa vox, & effigies, quia phantasma, idest spiritus assumẽs corpus de aere potest effigiare cuiuscunque figuram, & vocem quoque, quod quotidie experimur in arreptitijs quos constat à dæmonibus arripi, & non ingredi animas hominum in corpora aliorum hominum, vt ostensum est sup. octauo cap. quæst. 124. & sic illi dæmones mentiuntur se animas hominum esse, & tamen effigiant omnino voces eorum quorum se dicunt animas esse: phantasma ergo vtrunque facit, & sic non esset sufficiens signum resurrectionis per figuram corporis, & vocem. Et sic patet, quia quando discipuli putauerunt esse Christum spiritum, idest phantasma apparens, non dixit ipse ad dissoluendum hoc videte figuram corporis mei, & attẽdite vocem meã, sed dixit palpate, & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere. Etiã vt firmius resurrectionis veritas probaretur, voluit, quòd adhuc discipuli essent aliqualiter dubij, vel adhuc admirantes hoc dicto, vt opus esset aliud signũ dari, & ita dedit signum, quia manducauit coram eis, & tamẽ hoc erat verum signum viuentis, & ob hoc Christus iubebat dari manducare eis quos suscitabat, vt patet de puella suscitata supra nono capit. Sic etiam in apparitione Christi coram duobus discipulis euntibus in Emaus, si illi cognouissent eum in figura corporis, vel in voce, erant duo inconuenientia.

Primum quia mox, vt Christus agnosceretur ab eis recederet sicut postea factum est: nam mox, vt cognouerunt eum in fractione panis euanuit ab oculis eorum Luc. 24. & tunc Christus non instrueret discipulos per scripturas: nam interpretatus est eis à Moyse incipiens omnes scripturas, quæ de ipso erant eodem capitu. & hoc fuit valde vile eo, quòd Iudęi dabant magnam fidem scripturis sacris: Io. quinto, scilicet scripturas scrutamini, quia vos putatis in eis vitam æternam habere, quia ipsę sunt, quæ testimonium perhibent de me, & sic cum Christus ex scripturis probaret veritatem gestorum suorum, facilius crederent.

Item quia vnum dubiũ, siue error erat in discipulis, quia non poterat tolli nisi auctoritate scripturarum: putabant enim, quòd Messias non erat moriturus, sic dicitur: Ioan. 12. nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum, quomodo tu dicis, quòd oportet exaltare filium hominis, & sic licet Iesus ostenderet se nunc resurgentem, non crederetur esse Messias, ideo ad ostendendum eos errare, oportuit ex scripturis assumi testimonia ostendentia, quòd Messias occidendus erat, vnde ait oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam eodem capit. & tamen si statim agnouerant eum in voce, vel figura corporis non fuerat ista locutio, ideo tenebãtur oculi eorum, ne eum agnoscerent, & aures, ne verba Christi esse dijudicarent.

Secundum fuit, quia tolleretur alia probatio multum conueniens, & familiaris discipulis: nam cognouerunt Dominum in fractione panis: Luc. 24. & si cognouissent prius in figura aut voce non veniretur ad fractionem panis, quæ fuit discipulis signum valde manifestum, ideo non agnouerunt eum prius. Quomodo autem fractio panis probaret veritatem resurrectionis dicetur: Luc. 24. & ita in resurrectione Christus voluit, quòd non cognosceretur per solam vocẽ, nunc autem per solam vocem cognosci voluit, quia ipsa

ipsa sufficienter pro nunc ostendebat. Ratio diuersitatis est, quia postquam Christus resurgens ostendit se discipulis, non mãsit cum eis, sed euanescebat, ideo si ex sola voce, & figura agnosceretur, poterat postea verti in dubium cum Christus euanuisset, an ille qui apparuerat, fuerat vere Christus, an phantasma: nunc autem quando Christus apparuit ambulans super aquas, mox vt plene agnitus est, intrauit in nauem cũ discipulis, & mansit semper cum eis, & tunc manifeste apparebat, quòd ille qui super aquas ambulauerat non erat phantasma, sed Christus, ideo quodcunque signum sufficiebat ad hoc, quòd ostenderet Christus nunc se esse, & ita per vocem, quæ eis nota erat, illico crediderunt eum esse Christum, & ita ipse credi voluit, ne opus esset alijs argumentis.

Alia ratio diuersitatis fuit, quia difficilius erat credi aliquem qui mortuus erat surrexisse, saltem in respectu discipulorum qui nesciebant adhuc distinguere de æqualitate, vel inæqualitate miraculorum, quam aliquem viuentem ambulare super aquas, & ideo fortioribus prolationibus indiguit.

Quare Petrus nunc ante omnes locutus est. Et quòd Petrus omnibus discipulis Christi in cunctis confidentior fuit. Et nullus discipulorum erat, ita paratus ad moriendum pro Iesu sicut Petrus. Quæst. CLXV.

QVAERETVR, quare Petrus nunc ante omnes locutus est: nam cęteris tacentibus ipse loquitur. Aliqui dicunt, quòd hoc fecit propter dignitatem, quia ipse caput, & vertex collegij Apostolorum est, & ideo vbiq́ue primus loquitur.

Sed dicendum, quòd non stat. Primo quia non seruabatur inter discipulos Christi in loquendo semper iste ordo, sed aliquando loquebatur vnus de minoribus non loquentibus maioribus: Io.6. in saturatione turbatum dixit Andreas, est puer vnus hic. etiam & non sequitur Petrus, & alicubi Ioannes, & Iacobus loquuntur & non Petrus, vt Luc.9.

Secundo quia istud tenet aliqualiter quando aliquis actus est gerendus nomine collegij, prætendit ille qui est caput, quia ille gerit vices collegij, & tamen quando personæ collegij agunt actus priuatos nõ ponitur nec consideratur aliquis ordo, & ita si Christus aliquid quæreret ab omnibus Apostolis, & aliquis deberet nomine omnium respondere, debebat esse ille prẹcipuus eorum, quia actus erat nomine collegij, & ita hic Petrus non locutus est aliquid quod ad omnes pertineret, sed ad se solum, scilicet vt ambularet super mare, ideo quantum ad hoc non locutus est prior, quia erat excellentior.

Tertio patet, quia si esset iste actus collegialiter faciendus, non ideo præcederet, quia erat excellentior, sed forte quia nemo aliorum erat aptus ad loquendum: non ergo seruatus fuit ordo quantum adhoc.

Alij dicunt, quòd non constat, an Petrus prior omnibus locutus est, & tamen scriptura ponit de eo solo, quia introducit petitionem suam, scilicet quòd ambularet super aquas, cęteri autem, licet aliquid dixerint etiam ante Petrum, quia tamen illud non pertinebat ad miraculum, quod scriptura narrare deberet non descriptum est, sed solum de Petro. hoc quidem satis rationabile est.

Dicendum tamẽ verisimilius, quòd ante Petrum nemo locutus est. Causa fuit, quia ipse locutus erat confidentior cęteris: nam cęteri erant adhuc territi, & vix poterant quicquam loqui. Petrus autem sumpta confidentia locutus est: ipse enim est qui in omnibus confidentior cęteris inuenitur. Nam tempore passionis ipse dixit Christo. Domine si percutiemus gladio, & ipse euaginato gladio amputauit auriculam serui principis sacerdotum in s.26. c. ipse etiam confidentius ad Christum loquitur dicens, & si omnes scãdalizati fuerint, ego non te negabo, & si oportuerit me tecum mori eod. cap. & licet ex humana fragilitate postea negauerit, tamen nullus tam dispositus erat ad moriendum pro Iesu sicut Petrus, ita & hic, licet timuisset sicut alij, tamen citius, quam alij resumpsit vires, & ita locutus est ante cęteros.

Sic dicit Hieronym. in omnibus autem locis ardẽtissime fidei inuenitur Petrus, eodem igitur fidei ardore quo semper, eodem quoque nunc tacentibus cęteris credit se posse facere voluntatem magistri.

Quare Petrus petiuit à Christo, quòd ambulare iuberetur super aquas, & an peccauit in hoc. Quæst. CLXVI.

QVAERETVR, quare Petrus à Christo, quòd ambulare iuberetur super aquas petiuit, & an peccauit in hoc. Aliqui dicunt, quòd fecit hoc ex animo volendi certificari de dubio: nam dubitabat, an vere esset Christus qui ambulabat super aquas, & voluit per hoc scire. Et patet quia dixit. Domine si tu es, iube me venire ad te.

Sed dicendum, quòd non erat iste conueniens modus certificandi: nam si esset phantasma cum dixisset se Christum esse, habebat animum fallendi, & sic diceret Petro, quòd ambularet super aquas ad hoc, q́ submergeretur, & sic Petrus committeret se manifesto periculo mortis, si sic velit experiri, an erat Christus.

Secundo patet, quia Petrus non dubitabat de illo qui apparebat, an esset Christus: nam si dubitaret nõ posset ambulare super aquas, quia sine fide non potest impetrari à Deo miraculum Iac. 1. qui hęsitat similis est fluctui maris qui à vento circunfertur. non æstimet autem homo ille, quòd aliquid à Deo accipiat: & apparet magis, quia quando venit ventus magnus, ambulante Petro super aquas, & ille timuit, cępit mergi, & hoc erat, quia (vt dixit Christus) fuit tũc Petrus modicę fidei, & dubitauit: ergo quando descendit de nauicula non erat modicę fidei, quia alias tunc fuisset submersus: ergo non petiuit hoc à Christo ad certificandum se an Christus esset, si hoc firmiter credebat. Alij dicunt, quòd Petrus fecit hoc propter inanem gloriam, & ostentationem, scilicet quia voluit gloriosus super cęteros videri, quòd ipse cum magistro suo ambularet super aquas. Sed dicendum, quòd non stat, quia si ad hũc solum finem petiuisset, Christus non concederet, quia Deus non facit miracula fauendo vitijs nostris, & tamen fecit eum ambulare miraculose super aquam: ergo non petiuit ad hunc finem, & ita tenet Hieronym. quòd nõ fuit desiderium ostentationis. Dici ergo potest vno modo, quòd fecit Petrus hoc, quia Christus posuit in corde eius, quòd peteret istud: nam ad laudem Christi istud pertinebat vt infra dicetur, & tamen Christus non cõueniẽter iuberet Petro ambulare super aquas nisi eo petente, ideo mouit eum ad petendum. Aliter potest dici, quòd Petrus fecit hoc ex magno amore Christi: nam tanto ardore ad eum afficiebatur, quòd nolebat saltem ad horam esse sine illo, & quia forte putabat, quòd aliquanto tempore ambulaturus erat Iesus super aquas, petiuit quòd posset ad eum venire, ideo nõ petiuit dicens iube me ambulare super aquas, sed iube me venire ad te super aquas: hæc enim consuetudo Petri erat, quòd ad Christum cito venire vellet, quandocunque poterat.

An peccauit Petrus petendo super aquas ambulare. Quæst. CLXVII.

QVAERETVR, an peccauit Petrus petendo ambulare super aquas. Aliqui dicunt, q́ sic, quia petebat operationem miraculi sine necessitate, & tamẽ hoc illicitum est, quia ad curiositatem pertinet, ideo peccaret. Secũdo quia ob hoc vr̃ Petrus incępisse mergi, quia peccauerat, & sic peccatum est, quia petebat, quod illicitum erat. Alij dicunt, q́ non peccauit, quia si peccaret petendo Deus non concederet illud, & tñ concessit, ideo non peccauit. Dicendum, q́ hoc pendet ex præced. q. nam ex intentione petentis efficitur, q́ petitio sit iusta, vel iniusta, qñ ipsa res in se non est absolute mala, & ita erat hic, quia ambulare super aquas, non est malum, sed est excedẽs naturam nostrã, & ideo ex sola intentione patebat, q́ bonum, vel malum esset: Petrus autem non petiuit hoc ad inanem gloriam, vt dictum est præced. q. sed ex amore quo nolebat absens esse à Christo, saltem ad modicum tempus, ideo non fuit illicita causa petendi, sed laudabilis. si autem fuisset causa ostentationis, non concessisset Christus, sicut qñ duo fratres Iacobus, & Ioannes petiuerunt à Christo, vt vnus eorum sederet ad dexterã illius. & alius ad sinistram in regno eius infra 20. nam Christus non concessit, cum solum mundanum honorem peterẽt, & ob hoc cęteri de eis indignati sunt eod. c. nunc vero non indignati fuerunt alij ꝗ Petrũ, & sic vr̃, quòd non petebat hoc ad honorem. Ad primum dicendum, q́ licet non esset necessitas eripiendi hominem ab angustia, erat tñ feruor charitatis, quę impellebat ad petendum, ideo non erat illicitum, nec curiosum, sed laudabile. Ad secundum dicendum, q́ Petrus incępit mergi, non quidem quasi peccasset petendo, quia tunc, vel Christus non concessisset, vel mox vt de nauicula descẽdit submergeretur, & tamẽ non submersus est tunc, ideo non peccauerat petendo, sed peccauit aliqualiter, velde fecit, quãdo timuit validum ventum, ideo tunc mergi cępit.

Quomodo Petrus ausus est nunc petere istud à Christo, & ad verbum eius ambulare super aquas. In quo ostenditur quòd Petrus in omnibus fidei ardentissimæ inueniebatur. Quæst. CLXVIII.

QVAERETVR, quomodo Petrus ausus est nunc petere istud à Christo, & ad verbum eius ambulare super aquas: nam difficile erat, q́ homo grauis super mare ambularet, cum nunquam Petrus ante hoc talia fieri audierat. Dicendum, q́ Petrus petiuit hoc ex magna fide: fuit.n. fides Petri hic plena ex omni parte. Primo quidem circa Christum, s. q́ ille erat qui ambulabat super aquas, in quo forte alij non erãt tam certificati. Secundo habebat claram fidem circa Christum, q́ ipse posset ambulare super aquas: nam cęteri, licet viderent eum sic ambulantem non plene credebant, quia stupebant qũo hoc posset, eratq́; excęcatum cor eorum, cor autem Petri non erat circa hoc excęcatum sicut cęterorum. de quo Marc.6. Tertio habebat fidem, q́ non solum ipse poterat ambulare super aquas, sed q́ ẽt tanta erat potestas sua, q́ posset quem vellet deducere super aquas, & hoc erat magnum: nam Christum super aquas ambulare Petrus videbat, & sic recte de hoc sentire poterat, neminem tñ ad imperium eius viderat adhuc ambulantem super aquas: credere ergo hoc magnum erat, & in hoc fuit valde laudabilis fides Petri sicut fides Centurionis qui nullum vidit sanari à Christo in absentia, & tñ credidit, q́ facere posset sup. 8. c. Quarto fuit confidentia magna de bonitate Christi: nam dato, q́ posset ille deducere illęsos homines super aquas, q́ Christo iubente non formidaret descendere in mare ad ambulandum super aquas, quasi ad hoc solitus esset magna confidentia erat, & tñ intrepide illud egit, ideo confidens valde erat, & ideo nimium super cęteros laudabilis erat quippe feruentior ad Christum, ideo confidentior & cõstantior erat. Sic dicit Hier. in oĩbus aũt locis ardentissimę fidei inuenit Petrus, eodẽ igitur fidei ardore quo semper, nunc quoq; tacentibus cęteris, credidit se posse facere per voluntatem magri, qd̃ non poterat per naturam, & ideo verba fidei locutus est: nam cum ait, iube me venire ad te super aquas, expressit quid credebat, s. si tu iusseris immediate ego potero ire, & non est opus nisi q́ iubeas, & non ores, nec q́ quid aliud facias. Sic dicit Hier. iube me, &c. q. d. tu præcipe & illico solidabuntur. vnde & leue fiet corpus, quod per se graue est, & sic agnouit hic Petrus, & distinxit infirmitatem humanam, & Christi potestatẽ excelsam. Sic dicit Aug. libr. de Verbis Dñi, s. non. n. possum hoc in me, sed in te: agnouit Petrus quid sibi esset à se, & quid ab illo cuius voluntate se credidit posse, q́ nulla humana infirmitas posset. Sic etiã dicit Chrys. vide quantus est feruor, quanta fides. non dixit ora, & deprecare, sed iube: non enim solum credidit, quoniam potest ipse ambulare super mare, sed quoniam potest, & alios inducere.

Quare alij Apostoli non petierunt à Christo ambulare super aquas sicut Petrus: Qui vix per modicum tempus à Christo poterat abesse. Quæst. CLXIX.

QVAERETVR, quare alij Apostoli, aut alij eorũ nõ petiuerunt à Christo ambulare sup aquas, sicut Petrus. Dicendum, q́ hoc fuit propter paucitatẽ fidei, & confidentię: non.n. põt aliquod miraculũ obtineri sine fide Iac. 1. & q́ illa sit sine hęsitatione, & tñ discipuli non solũ hęsitabant, sed ẽt valde dubitabant, eratq́; cor eorum valde excęcatũ circa id, quod Christus nunc faciebat. vnde non solum antequam Petrus peteret ambulare, sed ẽt postquam ambulauerat cum Christo super mare videntibus eis, & redierat ad nauem, & Christus introierat in illam stupebant discipuli intrasse, qui stupor infidelitatis cuiusdam est, s. q́ non poterant intelligere qũo homo posset talia facere. sic dr̃ Marc. 6. ascendit ad illos Iesus in nauem, & cessauit ventus, & plus magis intra se stupebant: non .n. intellexerant de panibus: erat .n. cor eorum obcęcatum, & sic non peterent à Christo, q́ ambularent super aquas, cum super hoc multum dubitarent, & non crederent, q́ posset eos incolumes deducere super aquas: Petrus aũt, quia magnã fidem hẽbat petiuit hoc, vt oñsum est præced. q. Secundo fuit ex spãli feruore quem Petrus hẽbat ad Iesum: nam nolebat sine eo manere saltem ad modicum tp̃s, ideo petiuit ire ad eum super aquas (vt dicit Chrys.) cęteri autem nõ erant tam ardentes ad Christum, ideo non erat eis tãta solicitudo eundi ad Christum: tantus aũt erat ardor Petri eundi cito ad Christum, q́ ad tollendum parui tp̃is moras exponebat se periculo, vt cito veniret, sic patet Io. 21. vbi cum post resurrectionem Christi Petrus, & alij discipuli essent in naui piscando, & apparuisset Christus ambulans in litore, dixit Ioannes Dñs est: Petrus aũt cum audisset, quia Dñs est exiuit de nauicula, & natando venit ad Christum, cęteri aũt nauigio vecti venerunt, distabant tñ à litore quasi ducentis cubitis eod. c. & hoc fecit Petrus, vt veniret citius, q̃ illi qui in nauigio veniebant trahentes piscium capturam, nemo autem aliorum natare voluit, vt ad Iesum veniret nisi Petrus, ita & nunc ipse solus petiuit venire super aquas ad eum. Tertio fuit, quia Christus

non dedit hoc in corda aliorum discipulorum: no- F
luit enim quòd tota multitudo discipulorum ambularet super aquas, quia ad hoc, quòd Petrum voluit Christus ambulare super aquas sufficiebat, quòd ipse solus ambularet, ideo non dedit hoc desiderium cordibus aliorum, nec confidentiam ad illud petendum.

Quare nunc Petrus petiuit ambulare super aquas, & non iuit natando sicut alia vice. Quæst. CLXX.

QVAERETVR, quare nunc Petrus petiuit ambulare super aquas, & non iuit natando ad Christum, sicut alia vice in eodem mari Galilæę natando venit ad ipsum: Io.21. G

Dici potest vno modo, quòd tunc Petrus venit natando, quia licet voluisset petere à Christo, quòd ambularet super aquas, non poterat petere, quia Christus distabat ab eo plusquam ducentis cubitis: nam nauicula erat tunc intra mare quasi ducentis cubitis eodẽ cap. Christus autem erat in litore, ideo distabat à nauicula plusquam ducentis cubitis, & sic non erat in promptum, vt loqui posset ad Christum, nunc autem erat Christus iuxta nauem, vt patet supra in litera, & Marc. 6. ideo poterat Petrus loqui Chr̃o. ex quo apparet, quòd iam Christus locutus fuerat ad discipulos manentes in naui, scilicet habete fiduciam, ego sum, nolite timere. H

Secundo fuit, quia quando Petrus vidit Christum Io.21. erat Christus extra mare, scilicet in litore, nunc autem erat super aquas maris, & vsque ad litus poterat Petrus natando peruenire, ideo petiuit, quòd ambularet super aquas, nunc vero super ambulabat in aquis, & nesciebat Petrus quanto tempore ibi moraretur, & ita non posset Petrus natando sequi Iesum ambulantem, ideo petiuit, quòd permitteretur, & iuberetur ire super aquas.

Tertio & principaliter fuit, quia Petrus volebat venire ad Iesum, vt esset cum eo, & loqueretur sibi, & tamen cũ Iesus esset stans, & ambulans super aquas, si Petrus natando veniret, non posset stare cum Iesu, & comitari eum, & loqui, ideo oportuit, quòd pete I
ret ambulare super aquas. quod vero dicitur Ioan. 21. erat existente Iesu in litore, & postquam Petrus veniret natando ad litus poterat esse cum Iesu, & loqui, ideo ibi non petiuit, quòd ambularet super aquas, sed natauit cũ hoc facere posset, & ista est causa prẽcipua.

Quarto fuit, quia Christus non dedit tunc Petro in mentem illud petere sicut nunc. ratio est, quia nunc incitauit eum ad petendum, eo quòd ad honorem Christi pertinebat, quòd faceret ambulare Petrum, vel aliquem super aquas, & quia semel faciendo ostẽderat sufficienter potestatem ad hoc, nõ expediebat, quòd postea faceret, nunc autem fecit, quia nũquam ante hoc fecerat.

Quare Christus iussit Petro venire ad se super aquas. Et quòd nihil est impossibile habenti fidem. Et quòd voluit Christus ostendere quoddam initium futuræ gloriæ per dotes corporis quibus quandoque vsus est. Quæst. CLXXI. K

QVAERETVR, quare Christus iussit Petro venire ad se super aquas. Dicendũ, ꝙ primo fuit ad oñdendum magnitudinem potestatis suæ: tantæ.n. potestatis erat Christus, ꝙ non solum ipse ambulare super aquas posset, sed ẽt ducere super aquas quos vellet: voluit ergo aliquem secum ducere, & ille fuit Petrus qui hoc petiuit. Secundo fuit, vt non appareret impotens: rogauerat.n. Petrus Chr̃m ex magno ardore, ꝙ faceret eum venire super aquas ad se, si aũt non concederet, videretur impotens ad hoc, vt ergo non appareat impotens iussit, ꝙ veniret. Tertio fuit, vt oñderet verum esse, quod prędicabat: ipse.n. docebat discipulos confidere in eis, quę peterent, & ꝙ si hẽrent fidem sicut granum sinapis, nihil eis esset impossibile inf. 17. & 21. possent.n. transplãtare arbores de terra super vndas maris ad solum imperium, & hoc maius est, q̃ ꝙ hõ ambuler super aquas maris, ideo possent ambulare ipsi super aquas, si confidenter aggrederẽt illud, & ducere alios super aquas, quanto magis ꝙ ipsi petendo à Christo ambulare super aquas possint illud facere, ideo Christus cõcessit. Quarto fuit ad oñdendum in nobis veritatem futurę glorię, i. ꝙ nunc esset quędam imago illius: nam quia dotes corporis pertinẽt ad futuram gloriã, vt quoddam initium illius glorię Chr̃s oñderet nobis hic manentibus, voluit vti his dotibus alio, ñ videntibus discipulis suis, vel aliquibus eorum. sic fuit de transfiguratione inf. 17. vbi oñdit Christus dotem claritatis, hic aũt oñdit dotem agilitatis ambulando super aquas, & quia non solum corpus suum gl̃ficãdum erat, sed ẽt corpora nr̃a, q̃ dẽnt fieri conformia corpori eius, voluit ẽt in aliquo de nobis oñdere quandam similitudinẽ illius glorię, qd̃ in Petro fecit dando ei, ꝙ ambularet super aquas. Quinto & principaliter fuit ad tollendã suspitionem de miraculo suo quãtũ ad discipulos: nã discipuli timuerant dixerunt q. phãtasma est, eo ꝙ nõ putabãt, ꝙ hõ posset ambulare super aquas: fecit ergo ꝙ ẽt Petrus ambularet coram eis super aquas ad solũ imperium eius, & tñ de Petro ablata erat suspitio, qa erat inter eos, & sciebant, ꝙ non erat phantasma, crederent ergo ꝙ Iesus ẽt non erat phãtasma. Sexto fuit ad tollendum suspitionem discipulis de mõ faciendi: nam dato, ꝙ crederent, ꝙ ille erat Iesus qui ambulabat super aquas, putarẽt forte, ꝙ arte dæmonum hoc faceret: nam manserat die prędecedenti, & tota nocte in mõte solus, & ibi posset secrete dęmonibus colloqui ad hoc, ꝙ ista magice faceret: de Petro aũt constabat, ꝙ ignatus, & piscator erat, nihil horum sciens, ideo non putaretur, quòd magice hoc faceret. Et si dicatur, quòd Christus illum magice mouebat super aquas, non erat verisimile, quia ad hoc, quòd hoc faceret, oportebat prędmitti aliquas ceremonias, cũ magicum nihil fiat nisi prędmissis quibusdam, & tamen mox vt Petrus petiuit, quòd veniret ad Iesum super aquas dixit Christus veni, & venit nullo alio facto: ergo non erat verisimile, quòd magice fieret, hoc autẽ totum necessarium erat ad hoc, quòd discipuli recte sentirẽt de miraculo isto: nam etiam his omnibus factis dubitabant aliqualiter: nam dicitur, quòd erat cor eorum excęcatum: Marc. 6. c. Septimo fuit, & adhuc principalius ad tollendum dubium de cordibus nostris, quia quidam hęretici ex hoc occasionem sumebant: volebat.n. Christus ad ostendendam potestatẽ suam ambulare super aquas, & quia non poterat sic ambulare nisi corpore suo existente leui pro tunc, ita quòd non premeret aquas, ita putauerũt aliqui, quòd Christus non habuit verum corpus humanum, cum omnia illa sint põderosa, sed quòd habuit corpus aereum, quod non premit aquas, sed naturaliter est sup illas, & ex hoc inferebant, ꝙ Chr̃s non esset natus de virgine, nec verus hõ, qd̃ erat euacuare totã fidẽ. Sic .n. Manichęus, & Marchiõ tenuerunt, vt ait Hier. Xp̃s aũt voluit hoc excludere, & ideo fecit, ꝙ Petrus ambularet cum eo super aquas: nã de Petro notũ erat, quòd erat verus hõ, corpus graue hñs, iõ sicut ille ambulabat, poterat Chr̃s à fortiori hñs verum corpus humanum ambulare super aquas. Sic dicit Hier. i. qui putãt Dñi corpus, ideo non esse verum, quia super molles aquas quasi molle, & aereũ incesserit, tñ deãt quo ambulauit Petrus quem vtiq; verũ hominẽ nõ negabũt.

Quo-

Quomodo potuit Petrus ambulare super aquas. Et an manerent illæ in sua natura. Quæst. CLXXII. A

QVAERETVR quomodo potuit Petrus ambulare super aquas.

Dicendum, quòd vt dictum est supra quęst 0.155. poterat hoc fieri tripliciter. Vno modo, quòd Deus alleuiaret eum sustinendo eum super aquas. ſ. ꝙ quandocũque corpus Petri graue maneret, sicut prius, & aquæ molles non potentes corpora ponderosa sustinere, teneretur Petrus super aquas, quia Deus illum tenebat, sicut & in aere aliquis tenetur, quod est minoris sustinentiæ, vt patet de Abacuc portato ab Angelo de Iudęa in Chaldæam, vt daret cibos Danieli. Dani. 14. poterat ergo a fortiori teneri Petrus super aquas. Secundo esse poterat per aquarum indurationem, non quidem vbique, sed in illis solis partibus quas Petrus premebat & tunc non solum eum, sed etiam quẽcunque alium hominem sustinere possent, dato quòd non ambularet ibi iubente Christo, sed sponte sua. Tertio fieri poterat per vsum dotis agilitatis. nam beatorum corpora omnia erunt agilia, ita vt nihil impediat eos ambulare super aquas, & super ventos propter eorum leuitatem: poterat autem concedi Petro ad tempus vsus istius dotis, & sic posset super aquas ambulare, licet aquæ non solidarentur. Istos modos tangit Hiero, dicens iube me venire ad te super aquas, quasi dicat, tu pręcipe, & illico solidarentur. vnde & leue fiet corpus quod per se graue est. Sed dicendum videtur, quòd primus modus est verisimilior pro pręsenti: nam si aquę p̃ quas Petrus transibat solidabantur, etiam si dubitaret non submergeretur, quia per aquas induratas quilibet potest procedere etiam sine fide, & peccator, & tamen mox vt dubitauit cępit mergi. ergo non erant aquæ solidatę. Secundo, quia ambulante Petro super aquas mouebantur aquæ, & fluctuabant, & ideo q̃ ventus validus surrexit timuit, & tñ si Petrus sensisset sub pedibus suis aquas solidatas non timeret ventum, nec etiam ille fluctuarent. ergo non erant solidatę. De tertio modo etiam dicendum, quòd non est satis verisimilis, quia ꝙ Christus vteretur dotibus q̃ñ vellet naturale erat sibi, cum ipse esset vere beatus quãdiu hic manebat, & dotes corporis sunt oĩm beatorũ ideo vti illis liberum ei erat: Petrus aũt erat mortalis nondum beatus: ideo non est satis verisimile, quòd daretur sibi vsus dotis alicuius, quia tunc oportebat, quòd ipse haberet illã agilitatem in se, quod repugnabat satis grauitati corporis sui: nõ est tñ impossibile, ꝙ daretur ei adhuc viuenti in hac vita vsus alicuius dotis ad tẽpus. non est tamen concedendum, cum sint alij modi per quos soluetur hoc, qui magis conueniunt sacrę Scripturæ: cum reperiamus similia exẽpla, scilicet, quòd sit primus modus, ita quòd corpus Petri maneret graue sine vsu alicuius dotis, & tamen Deus illud sustentaret non solidando etiam aquas. Item patet quia si per vsum dotis agilitatis hoc fieret, oporteret quòd bis concederetur ei iste vsus, scilicet, semel quando cępit descendere de naui, & ambulare super aquas, & iterum postquam desijt mergi: nam cum cępit mergi non vtebatur dote agilitatis. & sic melius dicetur, quòd Petrus in se, sicut grauis erat, ita semper grauis manebat, & ideo quandiu sustentabatur a Deo ambulabat super aquas, cum vero sustentari desinebat incipiebat mergi.

Hiero. sententia.

Ad secundum Hiero. dicendum, quòd verum est, sicut ipse dicit, quòd poterat Christus aquas solidare, vel corpus Petri quod graue erat leue reddere, & tamen neutrum eorum fecit, sed sustẽtabat illum super aquas. Et patet hoc, quia non oportebat ambo simul fieri cum alterum sufficeret: nam si corpus Petri fieret leue non erat necesse aquas solidari, vel si aquæ solidarentur, non erat necesse leue fieri corpus Petri: & ideo non loquitur Hier. de eo quod factum est, sed de eo quod fieri posse credidit. C

Aliter etiam dici potest, quòd etiam si hæc fierent non vteretur Petrus dote agilitatis, quia cum dicitur, & leue fiet corpus quod per se graue est: non accipitur formaliter, sed effectiue, scilicet, non efficietur corpus in seipso leue, ita vt non habeat grauitatem, sed alleuiabitur, idest, quòd quamuis graue maneat, non premet aquas tangẽdo eas ac si esset leue, & hoc quia Deus illud sustinebit. D

Quare Petrus videns ventum validum timuit, ita vt inciperet mergi. Quæst. CLXXIII. B

QVAERETVR, quare Petrus videns ventum validum timuit, ita vt inciperet mergi.

Dicendum putant quidam ꝙ Petrus rationabiliter timuit, quia cum prius ambularet super aquas, nunc mergi incipiebat.

Sed non stat, quia submersio non fuit causa timoris, sed potius fuit timor causa submersionis: nam dicitur in litera, ꝙ videns ventum validum timuit, & sic ventus fuit sibi causa timendi, & tunc cępit mergi & clamauit. Secundo patet hoc, quia si Petrus rationabiliter timuisset, non argueretur a Christo quasi irrationabiliter timens, & tamen arguitur cum dixerit ei modicę fidei, quare dubitasti? ergo non timuit postquam cępit mergi. Tertio patet, quia infidelitas quędam, vel defectus fidei fuit causa, vt submergi inciperet Petrus: cum Christus vocet eum modicę fidei, & tamen si postquam inciperet mergi timeret, non esset aliqua infidelitas: ideo non timuit quasi incępisset prius mergi. C

Sed dicendum, quòd Petrus ambulabat super aquas, & videns subito ventum validum venientem timuit, & incępit dubitare an posset ambulare super aquas nunc. accidit autem iste timor ex fragilitate humana: nam Petrus magnam fidem habuerat quando petiuit a Christo, quòd ambularet super aquas, vt ostensum est, supra quæst. 170. & illa fides non fuit ei a seipso, sed a Deo: nam corda cęterorum erant excęcata, vt non solum tunc, sed etiam postquam Christus intrauit in nauem stuperent non bene aduertentes ad miraculum, vt dicitur Mar. sexto, quòd ergo solus Petrus tam bene sensisset, a Christo sibi collocatum erat: nunc vero infirmitati suæ relictus timere cępit. Respon. Doct.

Quare Petrus non cœpit timere illico, vt exiuit de naui intrans in aquam, sed postea. Quæst. CLXXIIII.

QVAERETVR, quare Petrus non cœpit timere statim, vt exiuit de naui intrans in aquã, sed postea: nam dicitur, ꝙ iam ambulabat sup aquas, vt veniret ad Iesum q̃ñ cępit timere, & tñ potius timere debuisset q̃ñ incipiebat ambulare cum nũquã hoc tentasset, postquam vero aquę cęperant eum sustinere debuisset esse securus. Dici põt primo, ꝙ hoc fuit, quia tunc cępit esse causa timendi, & non prius. nam tunc timuit videns ventum validum surgere, & iste non surrexit q̃ñ ipse cępit ambulare super aquas, sed postea, quia cępit mare tranquillum cessante prius ꝓcella, & plani fluctus sub pedibus erant: & ideo non timebat. nunc veniente vento valido putauit, quòd non posset stare pedibus, sed cogeretur cadere, & insuper fluctus tollerentur in altũ, & operirent eũ, & sic E

timere

timere cępit,& si ista accidissent Petro, mox vt exiuit de naui magis timuisset. Secundo,& principaliter fuit quia Christus voluit, ꝙ tunc,& non prius Petrus dubitare inciperet: nam si prius dubitaret,& timeret prius mergeretur, quia mox vt timuit, cępit mergi, & tamẽ si mox vt exiret de naui inciperet mergi, putarẽt hoc euenire ex Christi impotentia, qui non posset eum sufficienter sustentare in fluctibus: ideo noluit, ꝙ tũc mergeretur, sed postea cum aliquantulum ambulasset: nam tunc manifeste appareret, ꝙ proueniebat ex timore, & infidelitate Petri, & non ex impotẽtia Christi: cũ ante hoc eũ fecisset faciliter,& secure ambulare super aquas,& ideo Christus noluit, ꝙ ventus validus, quem Petrus timuit, veniret, qñ ipse exiuit de naui, sed qñ iam aliquantulum ambulauerat.

Quare Christus permisit quòd submergeretur Petrus. Et quid nos per hoc docemur. Et quod Deus non solum nobis credentibus facit miracula, sed dat etiam fidem qua miracula obtineamus.
Quæst. CLXXV.

QVAERETVR cum Christus miraculose faceret Petrum ambulare super aquas, quare permisit, quòd submergeretur.

Dicendum quòd primo fuit, quia Petrus dubitauit. nam Christus in hoc veram ostendebat doctrinã suam: dixerat enim ꝙ quicquid peteremus si haberemus fidem obtineremus ℣.17.& Lu.17. ita ꝙ non hæsitaremus. ℣.21. nam qui hęsitat nihil accipit a Deo ẽt si postulet. Iac.1. vtrãque ergo partem Chrs verã ostẽdebat. primam ostenderat: nam ex eo ꝙ Petrus fidem habens petiuerat ambulare super aquas, & cõcessum fuit ei, vt patet ℣. nunc vero fidem illam perdebat, iõ oportebat, ꝙ perderet id quod obtinuerat. Secundo fuit, vt de hoc doctrinam omnibus discipulis traderet vt considere addiscerent: ideo n. cum Petrus dubitãs, & timens mergi cępit, Christus arguit eũ corã omnibus dicens: modicę fidei, quare dubitasti? & ista redargutio proderat, quia erat in facto. & tñ non potuisset, ita conuenienter fieri, nisi Petrus ex paucitate fidei mergi permitteretur: ideo permissus est mergi. Tertio factum est, vt erudiatur homo non aspirare ad ea, quæ maiora sunt eo; nam licet Petrus bono animo petiuerit ambulare super aquas, scilicet, ex ardore, quo cupiebat non separari a Christo saltem ad modicum tempus: tamen hoc quod petiuit erat extra vires humanas: ideo licet Christus ei concesserit, quia bono animo petiuerat: ostendebat tamen rursus, quòd talia appetenda non erant, quia nobis maiora erant, & hoc vt nõ assuesceret Petr⁹, vel aliqs alius talia petere, & hoc bene Petrus tenuit. nam nunquam postea petiuit ambulare super aquas, quia licet semel voluit p mare venire ad Christum existẽtem in litore, non petiuit ab eo quòd cõcederet sibi ambulare sup aquas, sed ipse natando illuc iuit Ioan.21. Quarto fuit, quia Christus voluit ostendere, quòd totum hoc miraculum erat ab eo: cum autem viderent discipuli ambulantem Petrum super aquas inoffense, putarent eum virum magnæ sanctitatis, & ideo ista promereri, & quanto magis ex meritis Petri putaretur miraculum ei esse debitum, tanto minus esset Christo attribuendum, vel liberaliter concessum, cum ergo permisit Christus Petrum timere,& submergi, ostendit tantã esse Petri fragilitatem, quòd etiam fidem sibi datam retinere per seipsum non potuit, sed ex paucitate fidei timere cępit, cum tamen iam ex Dei beneficio securus,& incolumis aliquãtulum super mare ambulasset,& sic apparet, ꝙ totum est ex Christi bonitate, & potestate, quod ex meritis aũt Petri nihil est, qui tã timidus fuit, vt nunc submergeretur. Quinto fuit ad ostendendum, ꝙ non solum miracula ipia Deus facit nobis credentibus, sed etiam ipsam fidem per quam miracula fieri obtinemus, Deus nobis dat, ita vt totũ ab eo proueniat, a nobis aũt nihil. Quod patet, quia si fides esset ab homine cum Petrus tãtam fidem a principio habuisset, vt ostensum est, supra q.170.a fortiori eam retineret postquã cęperat ambulare sup aquas, & tamen non tenuit, sed timuit: ergo videtur ꝙ non habebat fidem a seipso, sed a Deo. & qũ voluit quòd illam teneret erat constans: cum aũt illum sibiipsi reliquit mox timuit,& dubitauit,& mergi cępit. Sexto fuit, vt appareret differentia inter Christum,& Petrũ: nam si Petrus ambularet inoffensus super aquas, nec cępisset vnquam mergi: non appareret differẽtia magna inter ambulationẽ Christi,& Petri,& aliqui simplices putarẽt ꝙ Petrus virtute propria ambulauerat super aquas, vel ꝙ facile erat super aquas ambulare: cum vero Christus inoffense ambulauit Petrus autẽ mergi cępit, apparuit differẽtia vnius ab altero. & fuit valde conueniẽs istam differẽtiam ostendi. Septimo fuit ad tollendum Petro occasionẽ superbiẽdi. nam si Petrus inoffense sup aquas ambulasset, postea ex humana fragilitate insurgere et elatio, quòd solus de Christi discipulis sup mare ambulasset: ista autẽ elatio esset periculosa nimis,& in se peccatum erat: ideo voluit illam Christus vitare: ita etiam vitabat in multis alijs ipsis discipulis occasionẽ gloriandi, vt Luc.10. dicitur, quòd veniebant discipuli gaudentes ad Christum dicẽtes. Domine etiam dæmonia in nomine tuo subijciuntur nobis,& Christus ait, nolite in hoc gaudere, quòd spiritus vobis subijciuntur, sed potius in hoc gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlo. ita & nunc voluit auferre Petro occasionẽ gloriandi,& abstulit illam de facto, quia permisit illum submergi, in quo apparuit Petri fragilitas: nam a Christo redargutus est, quòd modicę fidei esset: ideo de hoc gloriari non poterat, quia nihil habebat, de quo gloriaretur, sed de quo erubesceret. Octauo fuit ad hoc, quòd Christi miraculum maius esset: nam si Petrus ambulasset super aquas,& non fuisset mersus, appareret Christi miraculum in hoc, ꝙ Petrum faceret ambulare sup aquas, nunc vero miraculum apparuit in hoc ꝙ eum sup aquas deduxit, & in hoc, ꝙ postea submergi incipientẽ ex paucitate fidei suę erexit, & ambulare fecit, sicut prius, ita vt iam non submergeretur. Nono fuit, & principaliter ad tollendam inuidiã aliorum discipulorum: nam si Petrus ex magnitudine fidei ambulasset super aquas cum Domino inoffensus (quod nulli eorum datum fuerat) reputantes hoc esse magnam excellentiam, inuiderent illi, & indignarentur. nam si quando duo fratres. s. Ioannes, & Iacobus petiuerunt sedere ad dextram, & sinistram Christi, ex hoc solo, quòd petiuerunt, etiam si eis non fuerit concessum, indignati fuerunt omnes alij Apostoli. ℣.20.a fortiori nunc si realiter soli Petro tanta dignitas tribueretur quòd ambularet super aquas inoffensus inuiderent cęteri, & indignarentur: Christus tamen tollere voluit occasionem ad similia: ideo permisit Petrum mergi ex paucitate fidei, vt sic non appareret meritum, vel excellentia aliqua eius, quòd solus cum Christo super aquas ambulauerit, sed redargutio a Christo facta, scilicet, quòd modicę fidei esset. Sic dicit Chry. s. Petrus autẽ quod mai⁹ est superans. s. vndas maris a minori turbatur. i. a vẽti impulsu; talis est enim natura humana, vt multoties in magnis recte se habens, in minoribus reprehendatur. hoc autem quòd Petrus timuit, differentiam demonstrabat discipuli,& Magistri, sed & alios discipulos mitigabat. si enim in duobus fratribus sessuris ad dextram,

dextram,& sinistram molestati sunt: multo magis hic molestati fuissent, nondũ. n. erant spiritu pleni: postea vero spirituales effecti vbique Petro primatũ concedunt,& in cautionibus eum præmittũt. Decimo fuit ad instructionem Petri,& vt fides eius augeretur: cautiorque fieret: quando enim alicui omnia prospere succedunt efficitur elatus,& incautus, putans, quòd semp sibi eueniet,& ideo cauere non curat pericula, & est ista inconsiderata ꝓfidentia maiorum malorũ. Et sic dicit Greg. de Petro, ꝙ Petrus post Christi negationem cautior,& humilior effectus est, ita & nũc cũ ex paucitate fidei non successisset prospere quod agebat, caueret circa cętera, vt firmius teneret fidem. Sic dicit Hiero. paululum Petrus relinquitur tentationi, vt augeatur fides,& intelligat se non facilitate postulationis, sed potentia Domini conseruatum.

Quare Petrus submersus est etiam cum dubitare cœpit. Et quòd quædam miracula fiunt in instanti quædam successiue. Et quid in vtrisque requiratur.
Quæst. CLXXVI.

QVAERETVR, quare Petrus submersus est etiã si dubitauerit. nam fides necessaria est ad obtinẽdum fieri miraculum, non aũt postquã miraculum factum est, quia ẽt si tunc pereat fides manet id quod per miraculum impetratũ est: apparet qa De⁹ dedit scientiam Salomoni miraculose. 2.Reg.3. & 2. Paral.1.c.& erat tunc bon⁹, vt patet ibidem, postea aũt malus effectus est,& tñ non perdidit scientiam. ita est in oĩbus gratijs gratis datis,& donis Dei, quia licet malus efficiat, qui suscepit, non priuat illis. Sic. n. oẽs ministri Ecclesiæ per solã Dei operationem recipiũt charactherem ordinis in aĩa, per quem ꝓstituunt in gradu excellentiori q̃ sit quilibet non ordinatus, & tñ qñ peccant non aufert eis characterem licet posset auferre. & tñ hic iam Petrus obtinuerat fieri miraculum: cum ambularet iam super aquas maris, ideo ẽt si fides non maneret ei, non oportebat, ꝙ mergeretur. Dicendum ꝙ ad hoc, ꝙ miraculum fiat est fides necessaria tãquã dispositio in eo pro quo fit miraculum. i. qui obtinet illud fieri. cum finitum est miraculum, ẽt si relinquat effectus miraculi, non est fides necessaria, & etiam si pereat non perit effectus miraculi. Et tñ sciendum, ꝙ quædam miracula fiunt in instanti, ita ꝙ tota in instanti fiunt,& nihil illorum postea agendum manet. Alia vero fiũt in successione quadam. s. ꝙ illud miraculum durat aliquandiu. De primis, vt suscitare mortuos, sanare cęcos,& similia. Alia sunt in successione, vt victoria belli miraculose data, quia non fit in instanti victoria, sed successiue, etiam si Deo agente fiat, vt patet qñ Deus tpe Iosue pugnauit ꝯ Chananæos mittens lapides grandinis de cœlo. nam illud non factum est subito, sed dum fugerent Chananæi de Bethoron ex descensu vrbis Bethoron vsque ad vrbem Azecha. Iosue 10.ca. sic etiam eadem die dedit Deus aliam victoriam miraculosam Iudæis, quæ durauit quasi spatio vnius diei. nam petiuit Iosue, ꝙ Sol staret quousq; vindicaret se de inimicis suis, & dicitur, ꝙ stetit immobilis quasi spatio vnius diei, quia non festinauit occumbere. eod. ca. sic etiam retrocessio Solis per decem lineas fuit miraculosa. 4.Reg.20. & Isa.38. & tñ facta est per successionem, sicut Sol mouetur successiue. De miraculis quæ subito fiunt, solum oportet fidem haberi a petente antequam fiant: cum vero facta sunt etiam si maneat effectus eorum, non est necessaria fides. vt si per fidem alicuius impetrata est suscitatio alicuius mortui, vel illuminatio cęcorum: ẽt si ille postea fidem perdat, non morietur, qui suscitatus est, nec oculos, aut visum amittet, qui illuminatus est. In miraculis autem, quæ fiunt in successione, requiritur, ꝙ fides petentis duret non solum quãdo miraculũ fieri incipit, sed semp quousque finiatur, alioquin cum fides cessauerit interrumpetur miraculum,& non ꝓtinuabitur vltra: sic patet Exo.17. de victoria quam Deus dabat Israelitis contra Amalecitas. nam fiebat ad preces Moysi, & quandiu Moyses perseuerabat orando erectis manibus, vincebant Iudæi Amalecitas. cum vero manus laxabat, vincebantur Iudæi ab Amalecitis. & sic non sufficiebat ad cõtinuandam totam victoriam, quòd Moyses a principio oraret erectis manibus in cœlum, sed ꝙ ꝓtinuaret sic orationem quandiu durabat pugna, quæ successiue fiebat. Ita nunc istud miraculum ambulandi super aquas erat continuum, & ideo oportebat, quòd tam diu duraret miraculum, quandiu duraret fides Petri, & quia illa interrupta est incipiente Petro dubitare, interruptum est miraculum, quia cępit mergi, & quia postea redijt fides liberatus est de submersione, sicut quando Moyses rursus eleuabat manus cadentes, Iudæi qui vincebantur, vincere incipiebant, eodem cap.

Quare Petrus cœpit mergi, & non plene mersus est.
Quæst. CLXXVII.

QVAERETVR, quare Petrus cępit mergi,& nõ plene mersus est. nam dicitur, quòd cum mergi inciperet, extendit Christus manum suam, & apprehendens eum tenuit Petrum.

Aliqui dicunt, quòd hoc fuit, quia ad Deum pertinet cito liberare de periculis. Dicendum, ꝙ non stat, quia interdum permittit hominem diu periclitari antequam liberet, sic fuit nunc in liberatione discipulorum nauigantium. nam parte diei pręteriti,& tota nocte vsque ad quartam vigiliam laborabant remigando: erantque in periculo submersionis.& tamẽ Christus non venit, nisi vsque ad quartam vigiliam, vt patet in litera. Alij dicunt, quòd hoc fuit, quia in periculis submersionis oportet cito occurri ne pereat, q̃ submergitur. Sed dicitur, quòd etiam hoc nõ stat, quia licet submergeretur totus, posset liberari, quia non illico moreretur, immo & aliquãto tempore poterat esse sub vndis. sic dicitur de Paulo, quòd die, & nocte in profundo maris fuit. 2.Cor.11. & inde liberatus est miraculose. Sed dicendum, quòd non fuit submersus totus propter fidẽ, quia sicut propter diffidentiam mergebatur, ita redeunte fide liberatus est. nam mox, vt cępit mergi clamauit,& iste clamor fuit ex fide. nam dixit Domine saluum me fac, in quo innuebat, ꝙ Christus poterat eum liberare: ideo confestim antequam totus mergeretur liberatus est. Secundo fuit, quia Christus non permisit, ꝙ totus submergeretur: nam licet Petrus deficeret in fide, videbatur pertinere ad impotentiam Christi, quòd eo præsente submergeretur Petrus: ideo cum cępisset mergi apprehendit eum. De hoc dicit Aug. lib. de vrbis Domini præsumpsit Petrus de Dño,& titubauit, vt homo, sed rediuit ad Dñm: nunquid ergo Dñs deseret titubãtẽ, quem audierat in necessitate? Tertio fuit, quia satis erat ad intentionem Christi, ꝙ inciperet mergi Petrus etiam si non mergeretur totus, quia hoc fiebat ad ostendendum infirmitatem Petri, & paucitatem fidei eius,& alia quæ dicta sunt supra q.176. & tñ ista ita sufficienter ostendebantur in hoc, quòd Petrus inciperet mergi, sicut quòd totus mergeretur. nam qui mergi incipiebat quantum ex seipso erat, totus mergendus erat, nisi ei subueniretur. ergo non differt quantum ad ostendendam Petri infirmitatem, ꝙ mersus totus fuerit, vel mergi cęperit.

Quare Petrus cum cæpit mergi clamauit Domine saluum me fac. Quæst. CLXXVIII.

QVAERETVR quare Petrus cum cępit mergi clamauit dicens, Domine saluum me fac. Aliqui dicunt, ꝙ iste clamor fuit ex timore, quia mergebatur, & timor cogit hominem clamare etiam si nihil aliud habeat. sic fuit de discipulis putantibus Christum esse phãtasma, supra in litera. nam dicitur, ꝙ præ timore clamauerunt.

Sed dicendum, ꝙ Petrus clamauit timens, quia malum imminebat ei. f. mors, & tamen non fuit timor sola causa impellens ad clamandum, sed potius fides. Quod patet, quia expressit verba fidei. f. Domine saluum me fac: quando autem clamor est ex solo timore, est sonus incertus non formatis vocibus significatiuis, vel sunt saltem confusę voces. Sic dicit Hier. confusus clamor, & incerta vox magni timoris indicium est. & ita fuit clamor discipulorum. vnde multum differt clamor Petri a clamore illorum. Primo, quia clamor eorum ostenditur factus ex solo timore, cum dicatur, & præ timore clamauerunt. de Petro aũt dicitur, ꝙ clamauit, sed non dicitur, ꝙ præ timore. Secundo patet, quia discipuli non leguntur aliquid determinate dixisse, sed solũ ꝙ clamauerunt, ex quo colligit, ꝙ erat clamor confusus, qui ad timorem pertinet. Sic dicit Hiero. ꝙ clamor confusus est signũ magni timoris. de Petro aũt legit quid clamando dixerit, & sic nõ erat talis timor qualis timor discipulorum. Tertio apparet ꝙ clamabat Petrus ex fide, quia verba fidẽ ostẽdentia dicebat. f. Dñe saluum me fac, in quo innuit ꝙ Christus eum poterat liberare. sed hoc discipuli non dixerunt; non enim credebãt ꝙ ille erat Christus, sed phantasma, & dato ꝙ putarent esse Christum, adhuc non confidebãt, ꝙ posset eos liberare. Quarto patet, ꝙ Petrus ex confidentia clamauerit, quia exauditus est: nam illico vt clamauit, tenuit Christus manum eius, & liberauit ipsum, ꝙ tñ si non peteret confidenter nõ exauditetur. de discipulis apparet, ꝙ non clamauerint ex fide, quia mox, vt clamauerunt dixit eis Christus, habete fiduciam, ego sum nolite timere. ergo nõ habebant fiduciam ante hoc, quia aliàs Christus nõ hortarẽt eos habere fiduciam. Petrus igitur clamauit hoc dicens, Domine saluum me fac. quia erat in periculo, & credebat se posse liberari per Christũ, & nõ alias: ideo clamauit ad ipsum. Secundo fuit, quia Christus volebat liberare Petrum, & tñ Deus vult benefacere nobis rogatus a nobis: non quidem tamquam preces nostręeum flectãt, sed quia preces nostræ nos dignos reddunt, vel saltem aptos ad recipiendum quod petimus: mouit ergo Petrum, vt illico oraret dicens, Domine saluum me fac. Deus enim qui a principio fidẽ Petro dederat, vt peteret ambulare super aquas: dedit & nunc, vt confidenter peteret ab eo liberationem. Tertio fuit ad nostram instructionem. nam Petrus p̃sentibus discipulis clamauit dicens: Domine saluum me fac, & Christus illico eum liberauit, vt discamus, ꝙ quando aliquid confidenter petimus, Christus apponit manum suam ad illud faciendum, & ita nos cõfidenter in omnibus petemus.

Quare Christus ad Petrum liberandum extendit manum suam & tenuit eum, cum sine tactu posset eum liberare. Quæst. CLXXIX.

QVAERETVR, quare Christus ad liberãdum Petrum extendit manum suam, & tenuit eũ: nam poterat illum liberare non tangendo ipsum. Dicendum, ꝙ poterat Chrs solo verbo liberare non tangendo, sicut dixerat Centurio, supra 8. c. immo etiam sine verbo, & tñ voluit eum tenere manu. Primo, quia erat sibi propinquus. nã circa Christum cęperat Petrus mergi. Secundo ad ostendendum desiderium Dei benefaciendi nobis: licet enim Deus non egeat bonis nostris. Psal. 15. tñ non contẽnit nos, sed diligentem prouidentiam, & solicitudinẽ de nobis agit, sicut dixit Dauid Dñs solicitus est mei. & hoc significauit extendens manũ, & tenens, quia satis solicite curamus ea quibus manus apponim⁹. Tertio fuit ad ostendendũ ꝙ ipse liberabat eum. nam si Chrs non tangendo Petrum liberaret eum, posset putari ꝙ meritis suis forte liberabatur, vel non fuerat tale periculum, vt egeret liberatione, cum vero Christ⁹ manũ apposuerit, innuebat, ꝙ tale periculũ erat hoc, a quo ipse Petrus non poterat liberari, nisi Deus manum apponeret, & in hoc Christus secutus est modũ communem quem tenebat liberandi, & curãdi ęgritudines. nam licet posset non tangendo liberare, tãgebat, & sic sanabat, vt nemo dubitaret quin ipse sanauerat, cum ad tactum eius sanatio ista fieret.

Quare Christus ad Petrum liberandum non fecit ventum validum cessare. Quæst. CLXXX.

QVAERETVR, quare Chrs ad liberandum Petrum non fecit cessare ventum validum: nam videbatur, ꝙ sufficeret illum placare, & sic liberarẽt etiam non apponendo manũ. Dicendũ, ꝙ nõ dixit vento Chrs, ꝙ cessaret, qa non proderat ad liberationem Petri. si enim periculũ Petri fuisset, ꝙ ventus validus eũ impelleret ne posset se tenere supra aquas, esset conueniẽs modus ad liberandum quod faceret cessare ventum, & tñ Petrus incipiebat mergi: ideo etiam si ventus cessaret mergeretur, nisi quis eum educeret de aquis. non ergo iussit Christus vento cessare, quia non erat opus, sed tenuit eum manu, & prohibuit ne mergeretur, eduxitque de aquis. credendum tñ est, ꝙ ventus cessauit, quia ventus ideo venit, vt Petrus timeret, & tñ iam timuerat, & cęperat mergi: ideo ventus non erat iam necessarius: potissime cum Christus iam Petrum eriperet. Secundo fuit ad ostendendum, ꝙ non fuit ventus causa, vt Petrus periclitaretur, sed paucitas fidei, & quia de Chro fides habenda erat: ipse supplet id quod defuit in fide Petri, & ad hoc manum extendit quasi supplens defectum infirmitatis fidei Petri. Sic dicit Chrysost. f. ideo aũt nõ iniunxit quiescere, sed extendens manũ apprehendit eum qñ illius fide opus erat: cum enim ea, quæ a nobis sunt defecerint, tunc ea, quæ a Deo sunt stant, vt igitur monstraret, quoniam non venti immissio, sed illius modica credulitas periculum operabatur ait, modicę fidei quare dubitasti? in quo demonstrat, quia nec ventus nocere potuisset, sed illius fides firma fuisset.

Quare Christus liberans Petrum dixit ei modicæ fidei. Quæst. CLXXXI.

QVAERETVR, quare Christus liberans Petrũ dixit ei modicę fidei, quare dubitasti? & in quo dubitauit Petrus, & erat fides sua modica.

Dicendum, ꝙ hoc dixit. Primo ad arguendum Petrum: erat enim Petrus reprehensibilis, qui circa maiora fidem habens, in minimis dubitauerat: nam maius erat, ꝙ Petrus crederet se posse ambulare super aquas ad imperium Christi, & eo iubente non formidaret intrare in aquam, quàm postquam securus super aquas ambulauerat, toleraret ventum validum oppositum: illud autem non timuerat, & timuit nunc ventum: ideo arguerat eum. & ista erat modica fides.

fide. Secundo fuit, & precipue ad tollendum suspitionem aliquorũ, quia crederet quisquã, ꝙ Petrus ideo submergi cępit, quia non potuit pro tunc illum Chrs sustinere super aquas. nam licet mari placato hoc potuisset, mari tamen turbato per ventũ non poterat: vt ergo poterat, ꝙ non fuit valitudo venti causa periculi, sed fidei paucitas dicit, modicę fidei, quare dubitasti? quasi dicat, si non dubitasses non potuisset ventus tibi nocere, etiam si esset validior, sed incredulitas nocuit, sic dicit Chryso. Tertio fuit ad tollendũ Petro occasionẽ gloriandi, scilicet, quia in ambulatione ista super mare non habuerat aliquid, de quo gloriaretur, sed de quo redargueretur. Quarto fuit ad placandum corda discipulorum ne inuiderent Petro, & indignarentur ei. nam vt dicit Chryso. ideo Christus permiserat Petrum mergi, vt non indignarentur ei cęteri discipuli tamquam habenti specialem gloriam, ita & redarguit eum, vt illi videntes eum redargui nõ iudicarent ex hac ambulatione fuisse dignum aliquo honore. Quinto fuit ad instructionem nostram, vt videamus, ꝙ si interdum ea, quæ petimus non fiũt, est propter paucitatem fidei nostræ, & etiam si Deus cõcedere bona aliqua incipit, quę postea non continuat est propter paucitatem fidei, vel alia demerita nostra.

Quare Petrus dubitauit, & cur dicitur, quòd fuit modicę fidei. Et quòd duo ad fidem requiruntur, quæ duplex esse dicitur, magna, scilicet, & parua. Quæst. CLXXXII.

QVAERETVR de secundo qũo dicitur Petro, ꝙ fuit modicę fidei, & ꝙ dubitauit.

Dicendum, ꝙ Petrus dubitauit circa salutem suam qñ vidit ventum validum: ipse enim a principio antequam descenderet in mare credebat, ꝙ Christus poterat eum deducere illęsum sup aquas, & cõfidebat, ꝙ hoc faceret: ideo mox, vt Christus dixit Petro, quòd veniret ad eum super aquas, descendit Petrus de naui in aquam nihil dubitãs: nec vero videns ventũ dubitauit, scilicet, non discredidit quasi putaret, ꝙ Christus non posset eum defendere contra talem ventum, sed non credidit firmiter hoc, sicut prius, sed putauit, ꝙ ventus ille posset eum submergere. Et ista dubitatio diminuit de fide, quia ad fidem duo requiruntur, scilicet, aliquid tenere, & illud firmiter tenere. nam sicut qui asserit propositionem aliquam contrariam ei, quæ est in fide, est infidelis, ita ille qui dubitat de aliqua earum non firmiter illi assentiendo, quia dubius in fide infidelis est. extra de here. cap. dubius. De secundo dicunt aliqui, ꝙ non potest dici aliquis habere modicam fidem, quia quantamcũque quis habeat, sufficit etiam si illa sit parua, sicut granum sinapis. Dicendũ vno modo, ꝙ potest vocari fides magna, vel parua, vt accipitur pro fide, quæ est virtus Theolo. a qua fideles dicimur, vel vt accipitur a fide, quæ est confidentia, & est donum. Accipiendo primo modo parua fides vocari põt illa, qua non credũtur omnia, q̃ sunt de necessitate salutis, & si hoc fiat, quia credens non vult omnia, sed quædam credere, magis proprie dicitur habere nullam fidem, quã habere modicã, sed large dicetur modica. Magna fides est illa qua integre creditur quicquid de necessitate salutis est, & tamen in ista fide non solet communiter distingui magnum, & paruum: in illa vero, quæ est fides, idest, confidentia distinguitur magna, & parua fides, & dicitur magna fides qñ quis tantam confidentiam de re habet, ꝙ non perdit illam propter quodcũque obstans, & sic dixit Christus mulieri Chananeæ seq. cap. mulier magna est fides tua, scilicet, quia licet Christus multa ei diceret, vt auerteret illam a se, ne speraret salutem ab eo consequi, semper instanter petebat: non concuti autem nec laxari fidem propter ista impeditua, est esse magnam fidem. Parua quidẽ fides est qñ quis fidem habet, & tamen non est tam radicata quin faciliter moueri possit ab illa confidentia, sed nondum motus est neque vacillauit in aliquo, quia si vacillauit dubitans aliqualiter, iam non solum modicam, sed & nullam fidem habet. Petrus autem incępit dubitare, & timere viso vento valido: ideo magis proprie dici poterat de eo, ꝙ non haberet fidẽ aliquam quàm ꝙ modicę fidei esset, quia non est differentia inter habere fidem paruam, & habere nullam. nam quicunque fidem habet, idest, confidentiã quantacunque illa sit, habet fidem magnam ad obtinendũ quicquid petiuerit. & si sufficit magna est, si non sufficit nulla fides est. ita ostendit Christus infra 17. & Lu. 17. vbi petiuerũt Apostoli a Christo dicentes, Domine adauge nobis fidem tuam. & ille ait: si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic transi, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. voluit dicere non est necesse adaugere fidem, quia quãtamcũque fidem habueritis, illa sufficiet si aliqua est ad faciendum omnia quæ vultis. non enim põt eẽ minor fides illa, quæ est vt granum sinapis, eo ꝙ istud est minimum omnibus seminibus. Mar. 4. & ad significãdam minimam fidem nominauit granũ sinapis: ideo nulla est, quæ non sufficit ad omnia impetranda, quæ autem non sufficit nulla est. Et ita de fide Petri nunc dicendum, ꝙ nulla erat, quia iam dubitauit, & nõ sufficiebat ad impetrandum aliquid, immo nec ad conseruandum id quod iam impetratum erat. ergo nulla erat. Christus tamen vocauit eam modicam, quia scriptura interdum accipit modicum pro eo quod nihil est, sic dicitur supra 8. cap. quid timidi estis modicę fidei, necdum habetis fidem? & sic modicam fidem habere, & nondum habere fidem, quod est nullam fidem habere pro eodem posuit: & Luc. 8. dicitur ibidem vbi est fides vestra? quasi dicat, non habetis fidẽ.

Quod sit discrimen inter miracula quædam veteris ac noui testamenti, quæ in aqua facta fuerunt. Quæst. CLXXXIII.

QVAERETVR cum hic fuerit miraculum in hoc, quòd Christus ambulauerit super aquas, & in veteri testamento fuerint aliqua miracula in transitu aquarum, quæ differentia sit inter istud & illa.

Dicendum, quòd in veteri testamento fuit, Primum miraculum de transitu maris. Secundũ fuit de transitu Iordanis. De primo: Exodi decimoquarto. De secundo: Iosue tertio, & quarto. Tertium fuit rursus quando Elias, & Eliseus transierunt Iordanem, quarto Regum secundo. Quartum fuit quando Eliseus solus transiuit Iordanem eodem capitu. Quintum fuit quando ferrum quod euaserat de manubrio decidens in aquam natauit, vt rediret ad manubrium faciente Eliseo, quarto Regum sexto. De primo dicendum, quòd differt ab isto, quia in illo diuisum est mare rubrum, & steterunt aquæ a dextris, & sinistris quasi murus: Exodi decimoquarto, & ibi nullus ambulauit super aquam: ideo fuit istud valde maius miraculum quàm illud, quia ibi erat solum miraculum in aquis, hic videbatur potius esse in ambulante, qui cũ esset grauis tolerabat tñ super aquas. De secundo idem dicendum est: nam aquæ diuisę fuerunt Iordanis, & pars inferior defluxit vsque ad mare mortuum: pars autem superior intumescebat venientibus super aquis, & mansit sic quousque omnes Iudæi transierunt: illi tamen non per aquam, sed per arentem alueum Iordanis transierunt, Iosue 4.

Ioſue 4. & ſic non eſt iſtud ſimile ambulationi Chriſti ſuper mare,quia nunc non diuidebatur mare,vt ipſe ambularet per ſiccum,ſed ambulabat ſuper aquas maris fluctuantes nihil merſus. De tertio idem eſt. quia Iordanis diuiſus eſt, quando tetigit Elias pallio ſuo aquas,& tranſierunt ipſe, & Eliſeus per ſiccum 4. Reg.2.& ſic non ambulauerunt ſuper aquas. De quarto idem oĩno eſt,niſi quia in tertio tranſierunt Eliſeꝰ, & Elias per Iordanem,in quarto tranſiuit ſolus Eliſeꝰ, quia iam Elias raptus fuerat in curru igneo in cęlum. eo.cap.& ipſe Eliſeus pallio Eliæ,quo prius diuiſę fuerant,diuiſit illas nunc,quia illud pallium relictum fuerat ſibi.eod.cap.in nullo aũt iſtorum ambulauit quis ſuper aquas. & licet tam diuiſio aquarũ, q̃ ambulatio ſuper aquas ſit miraculum:tñ dignior efficit̃, vel dr̃ ille cui ꝯceditur ambulare ſuper aquas q̃ ille,qui ambulat per ſiccũ diuiſis aquis,quia diuidere aquas ad operationem Dei pertinet, ꝙ vero poſtea per ſiccum, qs tranſeat,non magis pertinet ad vnũ q̃ ad aliũ.nam per mare rubrũ diuiſum tam Hebræi q̃ iumenta eorũ trãſiuerunt,& etiam Aegyptij, qui perſequebantur eos tranſibant,niſi ꝙ poſtea aquæ operuerunt eos: Exodi 14.ambulare aũt ſuper aquas vr̃ dicere excellentiam quandam in illo,qui ambulabat.ſ.ꝙ corpus eius hẽat quandam leuitatem, vel alleuiationem ſupernaturalem. De quinto dicendum,ꝙ habuit aliquam ſimilitudinem cum ambulatione Chriſti ſuper aquas, quia ibi ferrũ ſuper enatauit,quod erat in profundo aquæ: hoc aũt non erat,niſi quia ab aliquo Angelo motum eſt,vt aſcenderet ꝯ naturam ſuam ad ſuperficiem, & veniret ad manubriũ, & ſic ambulatio Chriſti ſuper aquas erat miraculum inauditum apud Iudæos, quia nunquam aliquid tale audierant factũ in veteri teſtõ.

Quæ differentia fuit inter ambulationem Chriſti ac Petri ſuper aquas. Quæſt. CLXXXIIII.

QVAERETVR cum tam Chriſtus q̃ etiam Petrus ſuper aquas ambulauerint, quæ differentia fuit in ambulatione iſtorum.

Dicendum, ꝙ vterque calcauit vndas, & non mergebatur,& tamen differt. Primo,quia Chriſtus poterat ambulare ſuper aquas ex propria poteſtate: Petrus autem ex conceſſione Chriſti, vnde dixit ei Petrus, Domine iube me venire ad te ſuper aquas, ſupra in litera. & Chriſtus dixit ei veni, & cõfeſtim iuit. Secundo,quia Chriſtus ambulauit nihil merſus: Petrus autem cępit mergi cum timuiſſet viſo vento valido, & in hoc fuit valde minor, & fuit factum hoc ſpecialiter,vt appareret differẽtia quædam inter Chriſtum, & Petrum. Sic dicit Chryſoſt.ſcilicet, hoc autem quod Petrus timuit,differentiam demonſtrauit diſcipuli & Magiſtri. Tertio, quia Chriſtus ambulabat ſuper aquas vtens dote agilitatis,vt dictum fuit: non tamen quòd ipſam dotem haberet. Petrus autem non vſus fuit dote aliqua, ſed tenebatur diuinitus ne ſubmergeretur in vndis: licet corpus ſuum eſſet graue.

Quare poſt hoc Chriſtus in nauiculam aſcendit. Et ſi Chriſtus cuncta quæ fecit miraculoſe operatus eſſet non putaretur homo. Quæſt. CLXXXV.

QVAERETVR, quare Chriſtus aſcendit in nauiculam poſt hoc. nã ſi cęperat ambulare ſuper aquas, & poterat ſic procedere, cur voluit nauem intrare?

Dicendum, quòd fuit hoc, primo, quia miracula non fiunt ſine neceſſitate, & quãdo nihil eſt,pro quo
F fiant:non fiunt.& ſic Chriſtus nunquam faciebat totum quod poterat, quia poterat ſemper miraculoſe & diuinitus viuere: nolebat tamẽ quia non erat opꝰ, immo eſſet impedimentum ad id quod ipſe volebat. Chriſtus enim cum eſſet Deus,& homo,vtrunq; volebat de ſeipſo oſtendere: Deus autem oſtendebatur per miracula:homo aũt manifeſtabatur in hoc,ꝙ idẽ patiebat̃,quod cęteri homines:ſi aũt ſemper miraculis vteretur,putaretur eſſe Deus ſolum, & non habere corpus verũ:cum non apparerent in illo ea,quę hominis erant. & ſic aliqñ miracula faciebat:interdũ vero labores tolerabat, & defectus humanos in fatigatione,& fame,& ſiti:licet poſſet ſupernaturaliter iſta auferre.ſemper ergo humanam ꝯditionem oſtende-
G bat,niſi qñ opus erat ad manifeſtationem deitatis aliquo miraculo vti,& quia nunc finitum erat, ꝙ Chr̃s facere voluerat ambulando ſuper aquas, ceſſauit ambulare ſuper illas: ideo enim Chriſtus ambulauerat ſuper aquas, vt coram diſcipulis ſuis oſtenderet poteſtatem ſuam,& ꝑꝑ alia,quæ dicta ſunt ſupra q.156. & vt Petrum ſecũ ambulare faceret: iam aũt Petrus ad ipſum venerat ſuper aquas,& cęperat mergi,& tenẽre Chriſto iterũ cęperat inoffenſe ambulare ſup aquas, quo facto nihil ſupererat Chr̃o oſtendendũ:ideo noluit amplius ambulare ſuper aquas,ſed ſtatim ipſe, & Petrus redierunt ad nauim. Secundo fuit ad ꝯſolationem diſcipulorũ.nam gaudebant præſente Chr̃o, & triſtabantur de abſentia eius.voluit ergo eſſe cũ eis in
H naui,vt ſic ꝯſolarentur agnoſcentes eũ. Tertio fuit ad tollendum totũ dubium de cordibus eorum:nam ſi fuiſſet Chr̃s locutus de mari, & Petrus iuiſſet ad eum ſuper aquas,non erãt penitus certificati diſcipuli an eſſet Chriſtus, vel phantaſma, quia ẽt qñ intrauit in nauem adhuc excęcatum erat cor eorum, vt dr̃ Marc.6. & non intelligebant quõ Chriſtus hoc facere poſſet. a fortiori ergo ſi non intraſſet nauem, ſed ſup aquas veniſſet vſque ad terram: putaſſent eũ eſſe phãtaſma, & non eſſe eum,qui eis in mari loquebatur. Quarto fuit,vt faceret ceſſare tempeſtatem, quam præſentia ſua tollere voluit,ideo intrare debuit in nauem poſtquam Petrus ad eum venerat.

Quare ceſſauit ventus intrante Chriſto in
I *nauim, & quis ventus erat. Quæſt. CLXXXVI.*

QVAERETVR, quare ceſſauit ventus intrante Chriſto in nauiculam, & quis ventus erat.

Dicendum, quòd Chriſtus venerat ſuper aquas ad liberandum diſcipulos, qui iactabantur, & fluctuabant, voluit autem per omnia oſtendere virtutem ſuam.nam ſi ventus ceſſaret antequam ipſe intraret in nauiculam,putaretur ꝙ forte naturaliter ceſſauerat, & non ad imperium eius, ſicut ſolent tempeſtates quotidie in mari naturaliter inſurgere,& per ſe ipſas reſidere:cum autem mox, vt ipſe intrauit in na-
K uiculam ventus reſederit, qui prius nauem concutiebat,apparuit manifeſte, quòd fiebat propter eum,& non naturaliter. Secundo fuit ad magis confirmandum miraculum præteritum de ambulatione ſuper aquas.nam propter illud putauerant ipſum eſſe phantaſma:nunc placando ventos,& mare oſtendit, quòd potuerit ambulare ſuper aquas, quia ſi venti ei obediebant, vt eo iubente ceſſarent, & aquæ, vt ceſſarent fluctuare: obedirent etiam ei portando, & ſuſtinendo eum non ſubmergendo. & ſic fuit conueniens ad oſtendendum miraculum præteritum verum eſſe, quòd nunc intrante Chriſto in nauiculam ceſſaret ventus, & non prius. Quis autem

ventus

ventus iſte eſſet: dicunt aliqui,ꝙ fuit ille ventus validꝰ quem vidit Petrus venientem qñ timuit,& mergi cępit.Sed ſecundum,ꝙ non eſt neceſſe,ꝙ fuerit ille,nec etiam eſt veriſimile,quia cum ille venerit ad probandum fidem Petri,& non erat prius qñ Petrus deſcendit in mare,ita qñ ipſe clamauit,& a Chriſto liberatus eſt,non oportebat ꝙ maneret ventus ille. Sed dicendum videtur, ꝙ vocatur hic ventus tota illa procella ventorum,quæ per noctem totam durauerat, in qua laborabant diſcipuli. & ille ventus aliqñ flabat impetuoſius, & aliqñ debilius, quia non ſemper manet eadem vis flandi licet continuetur tempeſtas,& ideo qñ Petrus deſcendit de naui in mare nõ erat magnus ventus: poſtea vero inſurrexit maior. & etiam ceſſauit impetus magnus illius,ſed non penitus ceſſauit vẽtus. ſicut nec qñ Petrus deſcendit in mare ceſſauerat ventus,& ideo non dicitur ꝙ vidit ventum venientẽ, ſed ꝙ vidit vẽtum validum,quaſi diceret, ꝙ ante hoc ventus flabat,ſed non ita validus.Chriſto autem intrãte in nauiculam ceſſauit penitus tempeſtas,ita vt iam nec magna,nec parua eſſet,& ideo non dicitur, quòd cum aſcendiſſet in nauiculam ceſſauit vẽtus validus, ſed ceſſauit ventus abſolute.q.totus ventus ceſſauerit, qui tempeſtatem faciebat.

Qui erant iſti,qui erant in nauicula. Quæſt. CLXXXVII.

QVAERETVR qui erant iſti, qui erant in nauiculam,de quibus dicitur,quòd venerunt adorantes eum, &c.

Aliqui dicunt, quòd erant diſcipuli, qa iſti ſunt,qui erant in naui.nam diſcipulos ſuos coegerat Chriſtus aſcendere in nauiculam, quando turbæ volebant ab eo recedere, ſupra in litera.& ſic non videntur ibi fuiſſe aliqui,qui nauiculam intrarent.

Alij dicunt,quòd non fuerunt diſcipuli Chriſti,qa ſi illi eſſent nominarentur ſub nomine honoris ſui, vel dignitatis.ſ.diſcipuli,vel Apoſtoli,& tamen nominantur abſolute tamquam ſint alij homines.ſ.qui autem in nauicula erant. Et ita videtur tenere Origenes.nam ſupra 8. cap.quando iterum Chriſtus placauit mare dicitur: porro homines mirati ſunt dicẽtes, qualis eſt iſte,quia & venti, & mare obediunt ei?& dicit ibi Orige.ſed qui homines mirati ſunt non putes hic Apoſtolos ſignatos: nunquam enim inuenimus ſine honore cognominari Domini diſcipulos, ſed ſemper aut Domini diſcipuli nominantur, aut Apoſtoli: mirabantur ergo hi homines, qui cum eo nauigabant, quorum erat nauicula.

Dicendum,quòd poteſt accipi, quòd iſti ſint diſcipuli: aut alij,qui cum Domini diſcipulis nauigabant. nam conſtat,quòd aliqui nauigabant cum eis, & de illis poteſt intelligi hoc. Etiam poteſt accipi, ꝙ ſint diſcipuli Chriſti, & non eſt hic negandum eos eſſe,ſicut ſupra 8.nam ibi videtur oſtendi maior differentia, quia dicitur, porro homines mirati ſunt. hic autem dicit, qui aũt erant in nauicula.quod magis diſcipulis Chriſti conuenit. Item,quia ibi ponitur aliquid, de quo erant increpandi diſcipuli: ſi illi eſſent, quia ſcilicet, dixerunt qualis eſt iſte, quia & venti, & mare obediunt ei?hic autem ponitur factum laudabile, ſcilicet, quia adorauerunt Chriſtum dicentes, vere filius Dei es. Et ideo melius videtur dicendum, quòd accipiatur pro omnibus, qui erant in nauicula: tam pro diſcipulis quàm pro alijs,qui non erant diſcipuli, & ideo dr̃,qui autẽ erãt in nauicula.ſ.oẽs q in ea erãt. nõ eſt.n.veriſimile,ꝙ extraneis adorantibus Chr̃m ꝑ hoc miraculo, & dicẽtibꝰ vere filiꝰ Dei es, tacerẽt diſcipuli,& nõ adorarẽt eũ, qa ꝑ hoc viderent illũ ꝯtẽnere, & nõ cẽt verũ quod cęteri de Chr̃o credebãt.

A *Quomodo Chriſtus haberet nauiculam, & vnde eam habuit. Quæſt CLXXXVIII.*

QVAERETVR de iſta nauicula quomodo Chriſtus haberet nauiculam,quam per multos dies in mari haberet. Aliqui dicunt, quòd iſta erat nauicula alicuius diſcipulorum Chriſti.nam illi erant piſcatores, & habebant nauiculas.

Dicendum, quòd non ſtat, quia quando diſcipuli adhęrebant Chriſto reliquebant omnia, ſicut dixit Petrus,infra 19.ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.ergo nauiculam nullam habebant, quia ſi aliquas piſcatorias nauiculas habebant, reliquerant illas.vt patet de Petro,& Andrea,ſupra 4.& Mar.1.ſcili-
B cet, relictis retibus,& naui ſecuti ſunt eum.iam ergo non habebant nauiculam aliquam. Item quia diſcipuli ſequebantur Chriſtum quocunque iret, & ſic non poterant curam aliquarum rerum habere: vnde nec nauiculas haberent,ſed oportebat omnia relinqui.

Eſt igitur dicendum,ꝙ iſta nauicula non erat diſcipulorum,ſed aliorum Iudæorum. nam qñ Chr̃s egebat nauicula aliqua rogabat aliquem,vt ad vſum certi tꝑis illam ꝯcederet, ſic patet Luc.5. vbi cum ꝯueniſſent turbæ multæ ad Chriſtum, iuxta mare, ita vt in eum irruerent: aſcendit in vnam nauiculam, q̃ erat Simonis,& rogauit eum,vt puſillum a terra reduceret,& ipſe ſedens in nauiculam docebat turbas de nauicula: & nunc forte rogauit aliquem audita morte Ioannis, quòd nauiculam ſuam ſibi commodaret ad
C eundum in locum deſertum,& iuit pauitque turbas, & poſtea remiſit diſcipulos in illa ad oppoſitum litus maris,& in illa nauicula erant diſcipuli, & etiam Dominus nauis, vel alij loco eius, qui reducerent nauiculam,quia forte Chriſtus, & diſcipuli ſui non erant iam redituri in locum illum, de quo venerat nauicula.nemo autem erat,qui rogante Chriſto non concederet nauiculam ſuam ei ad vſum aliquorum dierũ, & ita cum in litera dicitur,qui autem erant in nauicula venerunt,& adorauerũt.ita intelligitur de illis, quorũ erat nauicula, ſicut de diſcipulis, quia illi admirati de hoc venerunt,& adorauerunt eum,& ita etiam qñ
D iuit in terram Geraſenorum,quę erat vltra mare,accepit nauem precario ꝯceſſam,& in illa ibãt hoĩes, quorum erat nauis.& de illis dicitur ſupra 8.cap. porro homines mirati ſunt dicentes, qualis eſt hic. Et dicit ibi Orige.ꝙ iſti erant homines,qui cum Chriſto nauigabant,quorum erat nauicula.& ita ſępe Chriſtus faciebat:cũ ſępe eſſet ei nauicula neceſſaria,quia vt in plurimum ambulabat iuxta mare Galilęæ: potiſſime in exordio prædicationis ſuæ.

Quare iſti qui erant in nauicula Chriſtum adorauerunt, & qua adoratione. Quæſt. CLXXXIX.

QVAERETVR, quare iſti, qui erant in nauicula adorauerunt Chriſtum, & qua adoratione,
E & an benefecerunt.

Ad primum dicendum, quòd fuit. Primo propter excellentiam apparentem in Chriſto. nam ambulauerat ſuper aquas maris, & fecerat quòd Petrus ambularet cum eo. & poſtea imperauit ventis, & mari faciens ceſſare tempeſtatem quando intrauit nauiculam. hæc autem non poterat facere, niſi qui eſſet Deus, vel a Deo haberet poteſtatem hanc. ideo adorauerunt eum. Secundo fuit ad exhibendum reuerentiam, & honorem pro ſuſcepto beneficio. nam erant in periculo, & ſi non liberaret eos Chriſtus, deſperabant de vita: ideo tamquam ſoſpitatis Auctori honorem impendunt adorantes.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ iſta adoratio fuit latria qualis Deo exhibetur. Quod patet primo, quia pro talibus rebus impendebatur, quæ deitatem oſtendebant, & qui erant in naui etiam oſtendebant ſe agnoſcere eum, vt Deum, nam dixerunt vere filius Dei eſt eiuſdem naturæ cum patre, ergo filius Dei Deus eſt. & quia adoratio latriç deitati debet: danda erat Chr̃o, quem iſti aſſerebāt eſſe filium Dei. de iſta adoratione dicendum, ꝙ fuit quædam exhibitio reuerentiæ per genuflexionem, vel proſtrationem ad pedes Ieſu, & hoc innuitur, quia dr̃. venerunt, & adorauerunt eū. ſ. prociderunt ante eū. ſic dicitur ſupra 2. c. de trib⁹ magis ꝙ procidentes adorauerunt Chriſtum.

Ad tertium dicendum, ꝙ benefecerunt adorādo: immo ſi nō adorauiſſent eſſent reprehenſibiles: agnoſcebant. n. Chr̃m eſſe Deum: cum dixerint vere filius Dei es. Deo aūt competit adorari: ideo recte agebant eum adorantes. ſi aūt non adorarent eſſent reprehenſibiles, quia Deum agnitum non coluerunt. ſic redarguuntur ſapientes Gentilium, quia cognoſcētes Deū non glorificauerunt eum, vt Deum, nec gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis ad Ro. 1. cap. potiſſime, quia nunc præſtiterat iſtis magnum beneficium liberationis. ſi ergo non venerarentur eum, ingrati eſſent: ideo laudabiliter egerunt adorando, & illud facere tenebantur.

Quare iſti, qui erant in naui dixerunt nunc Chriſto vere filius Dei es. Et quomodo diſcipuli poterant putare Deum habere filium conſubſtantialem ſibi. Quæſt. CXC.

QVAERETVR, quare iſti, qui erant in naui dixerunt nunc Chr̃o, vere filius Dei es.

Aliqui dicunt, ꝙ vocauerunt eum filiū Dei, ſ. valde dilectum a Deo, & ſanctiſſimum virū, quia ſicut filius a patre diligitur, ita Chriſtus, quia eſſet excellentiſſimus Prophetarum, & oīum virorum ſanctiſſimus ſpāliter diligeretur a Deo, & acciperet ab eo quandam dignitatem, quam nullus alius hoīum acceperat. & ad hanc oſtendendam vocabant eū filiū Dei. Et ita accipit Arrius hereticus q̃cunq; de Chriſto dicit ſcriptura, ꝙ eſt filius Dei: nā nō ꝓcedit eū eſſe filium. i. de ſubſtantia patris, ſed eſſe creaturam. & tñ ponit eſſe maximę dignitatis inter creaturas, & tamē iſtud eſt blaſphemia, quia Chr̃s eſt filius Dei ꝓſubſtantialis patri, & ipſe eſt Deus, quia Deus erat verbū. Io. 1. & pater, & filius vnum ſunt.

De iſtis dicendum, ꝙ intellexerunt Chr̃m eſſe filium Dei. i. de Deo natum ꝓſubſtātialem ei, quia aliàs ponerēt filium per adoptionem, & tñ dr̃ in litera. vere filius Dei es. i. non per adoptionem, vel ſimilitudinē perfectionis alicuius, ſed vere. i. per naturæ realitatē. noš. n. filij Dei ſumus ad Ro. 8. & tñ per adoptionem, quia Chriſtus dedit nobis filios Dei fieri Io. 1. ſ. poteſtatem dedit filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius, de ipſo aūt nō dr̃, ꝙ filius Dei ſit, ſed eſt quod ſignificat naturæ ꝓſubſtantialitatem, & ita dixit Cēturio de Chr̃o. vere filius Dei erat homo iſte, infra 27. & ad hoc aūt perſuaſi ſunt, qui erant in nauicula, quia viderant Chr̃m talia facientem, quæ Deitatem atteſtantur. ſ. imperare mari, & ambulare ſuper vndas, & alijs poteſtatem ambulandi ꝓcedere; talia aūt ad puros homines non expectant. non. n. viderant vnquam neque audierant talia facta. nam in veteri teſtamento nihil tale legitur: ideo maiorem homine crediderunt eū, qui talia faciebat, ſcilicet, Deum eſſe, vel filium Dei, quia in dignitate nulla eſt differentia.

Sed dicetur quomodo iſti, qui erant ſimplices poterant talia cognoſcere, vt putarent Deum habere filium conſubſtantialem ſibi?

Dicendum, quòd hoc putauerunt. Primo, quia ad hoc paulatim producti erant a Chriſto per miracula. nam quando iterum Chriſtus mare placauerat admirati ſunt dicentes, qualis eſt hic, quia venti, & mare obediunt ei? ſupra octauo cap. & tamen nondum Deum, nec filium Dei vocauerunt: nunc vero videntes maiora miracula, ſcilicet, quòd non ſolum mare placabat, ſed etiam ambulabat ſuper aquas, & alijs ambulandi concedebat poteſtatem, aſſeruerunt maiora, ſcilicet, ipſum eſſe filium Dei. Sic dicit Chryſo. vide qualiter paulatim ad id quod eſt excelſius vniuerſos ducebat: ſupra enim increpuit mare: nunc autem magis virtutem ſuam demonſtrat ſuper mare ambulando, & alteri hoc idem faciendo, & periclitantem ſaluando: ideoque dicebant ei, vere filius Dei es, quod ſupra non dixerant. Secundo fuit hoc, quia licet iſti eſſent rudes, vt ad hoc intelligendum non ſufficerent, Deus illis reuelaret ad laudem ſui, & hoc eſt præcipuum: nam ex ore infantium, & lactentium Deus perficit laudem, id eſt, facit ſe laudari perfecte faciendo, quòd illi dicant de eo res excellentes, quas alij non intelligunt. Sic enim fuit quando intrante Chriſto in Ieruſalem in die palmarum cantabant pueri Iudæorum Oſanna filio Dauid. in quo oſtendebant eum eſſe Meſſiam, qui eſt filius Dauid miſſus a Deo, infra vigeſimo primo, & Marc. vndecimo. & cum indignarentur pontifices, & Sacerdotes, & Scribæ, & dicerent Chriſto, audis quid iſti dicunt? quaſi dicat. increpa eos. ſicut dicitur Luc. decimonono, & Chriſtus ait: nunquid legiſtis in Scripturis, quia ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem? id eſt, laudant Deum de rebus perfectis, & magnis: hoc autem eſt, quia Deus reuelat iſta paruulis, qui aliàs erant rudes, & non oſtendit eas doctis viris, id eſt, ſapientibus de ingenio ſupra vndecimo, vbi Chriſtus dicit: Confiteor tibi pater Domine rex cœli, & terræ, qui abſcōdiſti hæc a prudentibus, & ſapientibus, & reuelaſti ea paruulis. & ita nunc iſtud altiſſimum ſecretum, ſcilicet, Chriſtum eſſe verum filium Dei, habuerunt iſti ſimplices per Dei reuelationem, & non per doctrinam humanam. ſic patet infra decimoſexto, vbi cum Chriſtus quæreret a diſcipulis, quem me dicunt eſſe homines, & poſtea vos autem quid me eſſe dicitis? dixit Petrus, tu es Chriſtus filius Dei viui, & Chriſtus ait, beatus es Simon Bariona, quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus, qui eſt in cœlis. ita & nunc iſtis paruulis, qui in naui erāt Deus reuelauit Chriſtum eſſe verum filium Dei.

Quomodo diſcipuli Chriſti, qui in naui erant dixerant nunc Chriſto, vere filius Dei es. cum eſſet cor eorum obcæcatum. Et quòd ad cognoſcendum Chriſtum filium Dei eſſe requirebatur magni cordis illuminatio. Quæſt. CXCI.

QVAERETVR quomodo poteſt ſtare, quòd diſcipuli Chriſti, qui in naui erant dixerant nunc Chriſto vere filius Dei es, quando intrauit in nauem, quia quando introuiit ſtupebant diſcipuli, & non intelligebant iſta miracula eius, vt dicitur Marc. ſexto, ſcilicet, aſcendit ad illos in nauim, & ceſſauit ventus, & plus magis intra ſe ſtupebant. non enim intellexerant de panibus: erat enim cor eorum obcęcatum. & tamen ad cognoſcendum eſſe Chriſtum filium Dei requirebatur magna cordis illuminatio, quia iſta erat altiſſima cognitio, ergo non potuerunt hoc dicere.

Aliqui dicunt, ꝙ diſcipuli erant obcęcati, & non dixerunt Chriſto, quòd eſſet filius Dei, ſed illi quorum nauis erat, qui in illa veniebant cum diſcipulis dixerūt iſtud. nam litera iſta non innuit, quòd diſcipuli illud dixerint, quia dicitur, qui autem in nauicula erāt &c. Sed dicendum, ꝙ non ſtat. Primo quia valde inconueniens videbatur, ꝙ extranei a Chriſto exiſtentes in nauicula videntes Chriſti miracula adorarent eum, & dicerent eſſe filium Dei, & diſcipuli ſui dubitarent de hoc, & non adorarent eum, nec dicerent eſſe filiū Dei: nam valde reprehenſibiles eſſent ex hoc. Secundo, quia Chriſtus oſtenderat diſcipulos ſuos publice eſſe minoris dignitatis quàm alios homines, cum alij plura cognoſcerent de Chriſto, & magis eum colerent qnàm diſcipuli ſui, & tñ Chriſtus ſeruabat honorem diſcipulorum ſuorum, potiſſime coram alijs. ideo non daret extraneis maiorem cognitionem, & fidem de ſeipſo quàm diſcipulis, ita vt diſcipuli ex hoc iudicarētur reprehenſibiles. Tertio quia ex hoc ſcandalizarentur, qui in nauicula erāt, & infirmarētur in cordibus ſuis circa ea quæ de Chriſto erant, videntes, ꝙ diſcipuli Chriſti, qui perfectius veritatem cognoſcere poterant non adorarent eum, nec laudarent tamquam Deum, cum alij ſic eum adorarent, quia eſſet ſuſpitio, ꝙ Chriſtus non erat vere filius Dei, cum illi hoc non cognoſcerent: nec vt talem adorarent. Quarto quia nulla cauſa diſtinguendi eſt. ſ. ꝙ intelligatur id quod dixit Marcus de diſcipulis. ſ. ꝙ eſſet cor eorum obcęcatum, & id quod dicitur hic de alijs quorum erat nauis, quia ſicut hic litera non exprimit, qui erant iſti, & ideo poteſt referri tam ad diſcipulos quàm ad alios, qui in naui erant, ita & Mar. 6. litera non exprimit, qui ſint illi, quia dr̃, & aſcendit ad illos in naui, & ceſſauit ventus, & ſic poteſt intelligi de omnibus, qui erant in naui, immo ſic oportet intelligi, quia qñ Chriſtus aſcendit in nauem ad omnes, qui in naui erant aſcendit, & ita dicendum, quòd non habet locum iſta diſtinctio, ſed oēs adorauerunt nunc Chriſtum, & dixerunt, vere filius Dei es, ſiue diſcipuli, ſiue alij, qui in naui erant. Ita dicit Raba. dixerunt vere filiū Dei es, quod quidem de nautis intelligendum eſt, ſiue de Apoſtolis.

Alij dicunt, ꝙ diſcipuli adorauerunt nunc Chriſtū, & dixerunt, vere filius Dei es, & non dicitur cor eorum obſcuratum quaſi ipſi non intellexerint eum eſſe filium Dei, ſed erat obcęcatum, quia non intelligebant modum quo miracula faciebat.

Dicendum, ꝙ non ſtat, quia dicitur Mar. 6. & plus magis intra ſe ſtupebant, qui autem ſtupidus eſt nihil facit, ſed manet hæſitans, & immobilis, & tamen, qui confitebantur Chriſtum eſſe filium Dei, & veniebāt ad adorandum, non erant immobiles, & ſtupidi, ideo non ſtat ſic. Secundo, quia dicitur eodem cap. erat. n. cor eorum obcęcatum, quod in malum ſonat. ſ. quādo homo non cognoſcit ea, quæ neceſſe eſt ad ſalutē cognoſci, vel quæ alij cognoſcunt, & tamen, qui cognoſcit Chriſtum eſſe Deum, & adorat eum, non ignorat, quæ alij ſciunt, ſed potius cognoſcit id quod multi neſciunt: ergo non dicitur cor talium excęcatū. Tertio quia non eſt conuenienter dictum, ꝙ cor alicuius ſit obcęcatum, quia ignorat modum quo Deus miracula agit, quia aut quis putat eſſe Deum eum quem videt facere miracula, aut non. ſi putat Deum eſſe, neceſſe eſt, quòd credant eum agere ex infinita potentia, & modus faciendi Dei eſt ex infinita poteſtate agere. ſi autem ignorat eſſe Deum, tunc vere eſt excæcatus: ergo non dicerentur diſcipuli excęcati ſi cognoſcerent filium Dei eſſe Chriſtum, quia tunc ſcirent modum quo miracula faciebat. Quarto, quia Deo non eſt aliquid difficile, ideo quòd Deus faciat quidquid voluerit nemo admiratur, & tamen diſcipuli ſtupebant quomodo Chriſtus poſſet facere hæc, & quanto plura miracula faciebat, tanto plus illi ſtupebant, ergo non agnoſcebant eum eſſe Deum, ſic dicitur Mar. 6. aſcendit ad illos in nauicula, & ceſſauit ventus. illi autem plus magis intra ſe ſtupebant, id eſt, fecerat alia miracula, vt panes multiplicando, & poſtea ſuper aquas ambulando, deinde Petrum etiam ambulare faciendo, & de omnibus his mirabantur, & tamen cum intrauit in nauiculam, & ceſſauit ventus eo intrante, adhuc plus mirabantur, & ſtupebant, ergo non agnoſcebant eum eſſe Deum, & idem nō intelligebant quomodo hęc facere poſſet, quæ ab eo facta eſſe videbant, & ita dicitur Mar. 6. non enim intellexerant de panibus, id eſt, non intelligebant quomodo potuiſſet multiplicare panes, & tamen ſi putarent eum eſſe filium Dei, non dubitarent quin maiora facere poſſet.

Dicendum ergo, quòd quando Chriſtus intrauit in nauim, non putabant diſcipuli eum eſſe filiū Dei, & ideo ſtupebant. Sic dicit Beda, ſtupebant quidem carnales adhuc diſcipuli virtutum magnitudinem, necdum tamen veritatem diuinę naturæ, & maieſtatis cognoſcere volebant, & ideo erat cor eorum obcæcatum. Sed dicendum, quòd licet quando Chriſtus intrauit in nauim diſcipuli erant ſtupentes, & non agnoſcentes eum eſſe filium Dei, neque mouebantur ad eum, poſtea ipſe aperuit diuinitus corda eorum diſcutiendo illam excęcationem, & ſtuporē. & tunc agnouerunt, & profeſſi ſunt illum eſſe vere filium Dei, & venientes adorauerunt eum, & tamen Marcus expreſſit primum, id eſt, dubitationem, & ſubticuit ſecundum, id eſt, adorationem. Matthęus autē e contrario primum tacuerat de dubitatione, adorationem autem, quæ ad Chriſti laudem erat expreſſit, & tamen iſtud vulgatiſſimum eſt apud Euangeliſtas, quòd vnus exprimat quod alius tacuit, & alius taceat quod prior expreſſit.

An Chriſtus hoc miraculum ſcilicet, ambulare ſuper aquas voluit turbis notum eſſe. Quæſt. CXCII.

QVAERETVR de iſto miraculo ambulationis Chriſti ſuper aquas, an voluit illud eſſe notum turbis.

Dicendum, quòd diſcipulis voluit notificare, quia coram illis egit illud. Aliquibus etiā alijs extraneis voluit illud notū eſſe, quia in naui non erāt ſoli diſcipuli, ſed etiam aliquorum nauis erat, vt dicit Raba. & ipſi viderunt hoc, & adorauerunt Chriſtū. De alijs autem turbis dicendum, quòd voluit Chriſtus aliquomodo notum eſſe illis iſtud miraculum, ſed noluit, quòd illud viderent. Primum patet, quia ideo fecit, quòd diſcipuli ſui aſcenderent in nauem prę ſentibus turbis, & manente eo cum turbis, vt cū non eſſet ibi alia nauicula, niſi illa in qua erant diſcipuli conſtaret, quòd Chriſtus tranſierat mare ſine nauicula, & ita cognouerunt, & ideo quando viderunt eum vltra mare queſierunt quomodo tranſierat. Io. 6. ſ. turba quæ ſtabat trans mare vidit, quia nauicula alia non erat ibi niſi vna, & quòd non introiſſet cum diſcipulis ſuis Ieſus in nauim, ſed ſoli diſcipuli abijſſent, & ſequitur, cum inueniſſent eum trans mare dixerunt ei, Rabbi quando huc veniſti? id eſt, quomodo potuiſti venire, quia nullum tempus fuit, in quo haberes nauiculam ad trasfretādum. Si autem Chriſtus voluiſſet, quòd factum iſtud lateret turbas, non miſiſſet diſcipulos p̃ ſentibus turbis ſed expediuiſſet turbas prius, & poſtea mitteret diſcipulos, vt neſcirent turbæ an iret cum illis, immo putarent, quòd ibat cū illis, ſicut venerat: voluit ergo, quòd turbę hoc ſcirēt, & hoc argumentatiue. De ſecundo patet, quia non fuerunt

fuerunt præsentes, sed per noctem coram solis discipulis, & paucis alijs, qui erant in nauicula ambulauit super aquas. si autem hoc coram turbis facere voluisset, sępe poterat ambulare super aquas maris præsentibus eis, vt quando veniebant ad audiendum verbũ Christi iuxta mare, sicut Luc. 5. cum intrauit Christus in nauem Petri, & inde sedens docebat turbas sedentes in litore, & præcedenti cap. quando locutus est in parabolis iuxta mare turbis, ipse ascendit in nauiculam, & turba sedebat in litore: ibi enim posset stans super aquas prædicare, sed nunquam fecit. Ratio erat, quia turbæ suspicarentur malum: nam discipuli videntes hoc putauerunt Christum esse phantasma: a fortiori ergo turbæ, quæ infirmiores erãt hoc putarent, & hoc erat magnum scandalum: nam cauerent forte ab eo putantes non esse hominem, sed dęmonem: ideo non apparuit sic coram eis, & ob hoc quando turbę quæsierunt ab eo quomodo transisset mare Ioan. 6. i. sine naui, non respondit ad hoc nolens confiteri, quòd ambulasset super aquas, sed sub dissimulatione illud præteriuit, & tamen taliter hoc fecit, quòd populus posset colligere istud ab eo factum fuisse.

Quare Christus fecit hoc miraculum coram omnibus discipulis, & quibusdam alijs. Et qua dote in ambulando super aquas Christus vsus est qua ve in transfiguratione. Et hæc quid ostendebant. Quæst. CXCIII.

QVAERETVR cum Christus ambulans super aquas vsus fuerit dote agilitatis, quare fecit hoc coram omnibus discipulis, & quibusdam alijs, cum transfigurationem in qua vsus est dote claritatis, non ostendit omnibus discipulis, sed solis tribus, infra decimoseptimo, & Mar. nono, & Luc. nono.

Dicendum, quòd Christus vsus est omnibus dotibus corporis glorificati dum adhuc viueret non quidem omnibus simul, sed in diuersis temporibus. nã dote subtilitatis in nascendo vsus est, quia claustra virginis non aperuit. Dote in corruptibilitatis, vel immortalitatis vsus est in ieiunando 40. diebus. nam nõ dissoluebatur corpus suum, ac si esset impassibile, cũ quodlibet corpus humanum in tãto tempore dissolueretur. Dote agilitatis vsus est nunc ambulando super aquas. Dote claritatis vsus fuit in transfiguratione infra 17. in vsu subtilitatis testis nullus affuit, quia nemo egredientem ex vtero vidit: sed putatum ita eum egressum sicut cęteros. In vsu impassibilitatis nullus etiam prȩsens erat, quia solus erat Christus in deserto quando ieiunabat: ideo dicitur Mar. 1. cap. ꝙ erat cum bestijs. In vsu agilitatis testes habuit omnes discipulos, & quosdam alios. In vsu autem claritatis solos tres de discipulis. Ratio prima huius fuit, quia volebat Christus transfigurationem esse occultam, ambulationem autem super aquas nolebat occultari, & quia si omnes discipuli adessent non poterat res esse tacita, adhibuit tres solos quos ad secretum seruandum credebat magis idoneos, vt dicit Theophi. Patet hoc, quia post transfigurationem, dixit nemini dixeritis visionem donec filius hominis a mortuis resurgat infra 17. De hac autem ambulatione super aquas non prohibuit eam publicari, immo ipse occasionem prȩstitit, vt sciretur quasi volens, quòd sciretur, & hoc, quia coram turbis fecit, quòd discipuli ascenderent nauiculam, & recederent, ex quo apparebat, quòd ipse sine nauicula transfretauit, vt dictum est præce. quæst. Huius differentię ratio fuit, quia si populus sciret Christum ambulasse super aquas nihil impediretur Christi de his, quæ facere intendebat.

F Si tamen scirent transfigurationem impediretur, ꝙ ipse volebat. nam per hoc, quòd super aquas ambulauit non iudicabant esse Deum, sed potius aliqui putabant eum esse phantasma, sicut discipuli iudicauerũt. per hoc autem, quòd transfiguratus est apparuit in eo imago futuræ glorię, quæ ostendebat illum esse Dominum glorię illius, & apparuerunt Elias, & Moyses loquentes cum eo, quasi ministrantes ei, & perhibentes ei testimonium. Si autem populus hoc cognouisset, putaret Christum esse Deum, vel saltem Messiam, & ideo nemo eum tangere vellet, & sic impediretur mysterium passionis eius, ita ipse dixit Mar. 9. & Luc. 9. & infra 17. quòd non dicerent aliquid de ista transfiguratione vsque post resurrectionem suam, ga
G oportebat eum prius flagellari, illudi, & crucifigi, quasi dicat, & si sciretur transfiguratio sua non possent hæc fieri. nam transfiguratio ostendebat eum esse regem gloriæ, cum gloriæ imaginem in seipso ostenderet, & tamen si cognouissent regem gloriæ nunquã crucifixissent 1. Cor. 2. ideo debuit taceri transfiguratio, sed non ambulatio super aquas. Secunda ratio est, quia ad videndam ambulationem super aquas nemo discipulorum erat indignus, ad videndum autem transfigurationem rari erant digni. Primum pater, quia in ambulatione super aquas ostendebatur quędã potentia, sed non aliqua delectatio. sicut enim in quolibet miraculo potentia ostendebatur facientis. ita &
H in ambulatione super aquas, sed nihil aliud. nam non erat alicuius gaudij illud videre, sed solum cuiusdam admirationis. vnde videntes illud discipuli stupebant intra se, Mar. 6. trãsfiguratio autem erat promptuariũ summæ delectationis, quia sicut in vita ęterna est immensa delectatio in videndo Deum, & corpora glorificata, ita & in videndo Christum transfiguratum ad illum splendorem gloriæ fuit prægustatio quędam beatitudinis, & fuit ineffabile gaudium. ex eo patet quod dixit Petrus Domine bonum est nos hic esse, faciamus hic tria Tabernacula: tantam enim delectationis suauitatem Petrus expertus fuerat, quòd nunq̃ inde amplius recedere voluerat, ad degustandũ autem quandam inchoationem gloriæ non erant dispositi omnes discipuli Christi, sed pauci, & forte
I nemo. istos tamen tres, idest, Petrum Iacobum, & Ioãnem sumpsit, vt superessent, vt post resurrectionem Christi testificari possent de ea. non enim abscondit Christus ambulationem super aquas sicut transfigurationem. Sed quandocunque dicimus, quòd Christus viuens vsus fuerit aliqua dote, non est intelligendum, quòd illam vere habuerit, sed similem vsum habuit actu dotis, quia dotes non habuit vsque post mortem, & resurrectionem suam.

Et cum transfretassent venerunt in ter- Mar. 6. Luc. 5.
ram Genasar. Et cum cognouissent eum viri loci illius, miserunt in vniuersam regio-
K nem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes, & rogabant eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quicunque tetigerunt, salui facti sunt.

Et cum transfretassent. Hic ponitur quartum signũ, scilicet, infirmorum curatio, & dicitur.

Cum transfretassent. Idest, venissent ad alteram partem freti: nam mare istud Galilęæ duo latera habebat Occidentale, & Orientale, & per medium fluebat Iordanis. nunc autem Christus transiuit ab vno latere in aliud, & hoc fuit transfretare.

Venerunt in terram Genesareth. Dicitur veneruut, ga
A Christus ibat cum discipulis. nam iam in nauiculam intrauerat, vt dicitur supra in litera, & vocatur ista terra Genesareth a mari. Vel vt alij volunt a loco quodã dicto Genesareth. Et aliqui libri habent Genesar, sed non multum differt, quia idem nomen est cum Marcus, & Lucas hoc ponant, & vnus dicat Genesar, & alius Genesareth. *Et cum cognouissent eum viri loci illius.* Idest, illius primi loci in quem introiuit egressus de naui, & dicitur cum cognouissent eum, idest, sciuissent eum esse in regione. Vel cognouissent eum, idest sciuissent quis erat. *Miserunt in vniuersam regionem illam.* Idest, denunciauerunt per totam regionẽ, vt omnes pararent se ad portandos infirmos ad Christum, vt sanaret eos. dicitur vniuersa regio illa tota terra, quæ erat in circuitu loci illius ad quem nunc Christus iuerat, vel iuxta illud mare Genesareth ex latere illo. *Et obtulerunt ei omnes male habentes.* Ad hoc enim per totam regionem denunciatum est, vt quilibet afferret languentes suos, & mox omnes apportati sunt. *Et rogabant eum.* Scilicet, illi qui offerebant infirmos. *Vt vel fimbriam vestimenti eius.* Idest, saltem fimbriam, quasi dicat, volebant ipsi magis tangere carnem eius, & tamen si non possent, saltem desiderabant tangere vestimentum. *Tangerent.* Idest, tangere permitterẽtur. *Et quincuque tetigerunt.* Scilicet, ægrotantes aut male habentes: nam sani non tangebant vestimentũ
C Christi nisi forte ex deuotione. Infirmi autem tangebant ex necessitate, scilicet, vt sanarentur.

Salui facti sunt. Scilicet, ab omnibus generibus languorum, & malorum, quæ patiebantur. nam nullum genus mali erat quod homines paterentur de quo non sanarentur tangentes vestimentum Christi. & ideo caute dixit supra Matthęus obtulerunt ei omnes male habentes, & non dixit ęgrotos, vel languidos, quia male habens significat languidos, & debiles, & arreptitios, qui non dicuntur languentes, nec infirmi, neque debiles.

An ista sint continuata ad præcedentia. Qõ. CXCIIII.

QVAERETVR an ea, quę habentur hic sint con- D
tinuata ad præcedentia.

Dicendum sic, & quòd ista fuerunt immediate facta post illa. Primum patet, quia post illa supra habetur de nauigatione Christi, & discipulorum, hic aũt habetur de fine nauigationis. s. de exitu ad portũ. nam dr̃, & cum transfretassent venerunt in regionẽ Genesareth. Sic continuat Rabanus dicens, narrauerat superius Euangelista Dominum iussisse discipulos suos ascendere in nauiculam, & præcedere eum transfretũ. nunc aũt in incępta intentione perseuerãs dicit quo transfretando peruenerit. Sic ẽt Glo. continuat dicens, ꝙ Euangelista exposuerat periculũ quod discipuli in nauigando sustinuerãt, & qũo fuerant liberati. nunc ostendit quo nauigando peruenerint. Secundum patet, quia s̃. in litera dictũ fuit qũo Christus
E ascenderat in nauiculã cũ discipulis, & tñ statim cũ descendit applicuit nauis ad locũ quo ibat Io. 6. s. voluerũt eum accipere in nauẽ, & statim fuit nauis ad terram ad quam ibat, & illud fuit ad ostendendum Christi potestatem: nam supernaturaliter mouit nauẽ, vt citius iret ad portum quam mouente vẽto ire posset.

Quæ sit ista terra Genesareth. Et quòd in terra Iudæorum solum sunt quatuor maria. Quæst. CXCV.

QVAERETVR, quæ sit ista terra Genesareth. Dicendum, ꝙ siue dicatur Genesar, siue Genesareth idem est, & est regio quędam iuxta mare Gali-
A lęæ. Quod patet, quia mox, vt Christus de naui exiuit dicitur intrasse in terram Genesareth. Sed est dubiũ de Genesareth quid sit, an sit nomen loci, vel maris.

Aliqui dicunt, quòd sit nomen loci, quia dicitur hic in litera, venerunt in terram Genesareth, & sequitur, & cum cognouissent eum viri loci illius, ergo Genesareth locus est.

Sed alij dicunt, quòd sit nomen maris, quia Luc. 5. dicitur, quòd erat lesus secus stagnum Genesareth.

Dicendum, quòd vtrũque potest sustineri. Si enim dicatur Genesareth nomen loci, dicetur quòd vocatur stagnum Genesareth, non quòd sit ipsum stagnũ
B Genesareth intransitiue. s. in recto, sed ponitur transitiue in genitiuo, idest, stagnum loci Genesareth, quia vrbs est aliqua apud stagnum, quæ dicit̃ Genesareth, & ab illa nominatur stagnum possessiue. si autem teneatur, quòd Genesareth sit nomẽ maris, vel stagni, & non vrbis, dicetur quòd hic dicitur, & cum cognouissent viri loci illius, idest, non loci Genesareth, sed loci primi in quem applicuit in terra Genesareth in litore illius maris.

Sed dicendum, quòd licet vtrunque possit saluari, communius tamen tenetur, quòd sit Genesareth nomen maris, & magis consonat modus loquendi scripturæ, & sic tenet Beda, & Raban.

Hoc supposito aliqui dicunt, quòd vocatur mare
C Gensareth corrupto nomine, idest, Cenereth, quia constat, quòd olim vocabatur mare Cenereth Num. 34. Nam sunt in terra Iudęorum solum tria maria, vel quatuor. s. mare magnũ, idest, Occidentale quod Mediterraneum dicimus, mare mortuum, mare rubrũ, mare Galilęæ, siue Genesareth aut Tiberiadis. & tamen Num. 34. vbi ponuntur ista maria ponitur mare Cenereth, & necesse est, quòd accipiatur ibi pro mari Galilęæ, quia non est aliud pro quo accipiatur.

Sed non est verum, quòd dicatur Cenereth, idest, Genesareth corrupto nomine, quia potius est nomẽ aliud separatum. nam Cenereth, vel Ceneroth fuit olim quędam ciuitas in litore illius maris Galilęæ a qua ipsum mare nomẽ accepit, quæ mutato nomine postea Tiberias appellata est. nã Herodes reędificauit eam, & in honorem Tiberij Imperatoris Tiberiadẽ appellauit, & sicut post ab illa vrbe mare sumpto nomine dicebatur mare Cenereth, ita & postea ab eadẽ dictum est mare Tiberiadis.

De Genesaret autem dicunt quidam, ꝙ vocetur illud mare sic a conditione stagni. s. quia ventos generat. vnde Genesareth dicitur quasi auras generet. Sic dicit Rabanus. terra Genesareth iuxta stagnum Genesareth a lacus ipsius natura nomen trahens qua crispantibus aquis de seipso excitaret auram sibi: Gręco enim vocabulo quasi generans sibi auram dicitur, & idem dicit Beda.

Alij dicunt, & melius, quòd vocetur stagnum Genesareth ab aliquo loco, vel terra cõiũcta. Primo quia alia nomina huius maris a terra, idest, prouincia circunstante, vel a coniuncto aliquo loco assumuntur, sicut vocatur mare Galilęæ a prouincia Galilęæ in qua est, vocatur mare Tiberiadis a Tiberiade ciuitate, quæ est in litore eius. dicitur mare Cenereth ab antiqua ciuitate in litore eiusdem, quæ mutato nomine nunc Tiberias dicitur. ita ergo Genesareth dicetur. Secundo, & præcipue, quia istud posset teneri si Genesareth esset nomẽ Latinum, vel Gręcum, aut ex Latino deriuatum, vt dicatur quasi generans auram. constat autem, ꝙ Genesareth est nomen Hebręum, quia illud mare ita vocabatur apud Iudęos, vt patet hic, & Mar. 6. & Luc. 5. vbi non potest esse talis derinatio. s. generans auram quia ista est origo latina. ergo non vocatur Gensareth quasi auram generans

licet verum est, ꝙ lacus illa auras generet ex commotione fluctuum, quod Raba. & Beda vocant crispantes vndas. Et tamen Raba. & Beda hoc tenent, sed tamen origo nominis est Hebræa, & non interpretatur generans auras: nam & ipse Raba. ait quòd & ipse Genesar interpretatur ortus principium. habet autem mare istud nomina multa. s. mare Galileæ, mare Cenereth, mare Tiberiadis, mare Genesareth, siue stagnum, quorum nominum cautę supra positę sunt. Et dicit Beda de hoc mari, stagnum Genesareth idem dicitur esse, quòd mare Galileæ, vel mare Tiberiadis, sed mare Galileæ ab adiacente prouincia, dicitur aũt mare Tiberiadis a proxima ciuitate. Porro Genesareth a lacus ipsius natura qua crispantibus aquis de seipso sibi excitare auras perhibet: Græco vocabulo quasi generans sibi auras: nec enim in stagni morem sternitur aqua, sed frequentius auris spirantibus agitatur austri, dulcis, & ad potandum habilis, sed Hebręæ linguæ consuetudine omnis aquarum congregatio, siue dulcium, siue salsarum mare nominatur.

De terra autem de qua habetur in litera dicendũ, quòd siue nominetur a mari, siue ab alio loco, qui dicatur Genesareth: constat quòd est iuxta stagnum illud cum Christus egressus de stagno dicitur ingressus illico in terram Genesareth.

Quæ regio est ista ad quam nunc Christus iuit. Quæst. CXCVI.

QVAERETVR quis locus, vel regio est ista ad quam nunc Christus iuit. Aliqui dicũt, ꝙ est regio Gerasenorum ad quam Christus iterum iuerat, vbi sanauit duos arreptitios supra 8. cap. & Mar. 5.

Sed dicendum, quòd non stat: nam non est idem nomen, quia illa vocatur Gerasenorum a ciuitate nomine Gerasa. ista autem regio dicitur Genesareth. Itẽ non est satis verisimile, ꝙ Christus rediret in regionẽ illam, ꝙ Geraseni expulerant eum rogantes, vt recederet de finibus eorum. s. 8. cap. & ipse tamquam indignos reliquit illos. ergo non reuerteretur ad eos.

Dicendum, ꝙ Christus appulit in regionem Genesareth, & locus primus in quem intrauit, & ad quẽ nunc ibat, fuit Bethsaida. Quod patet, quia qñ Christus iussit discipulis ascendere nauiculam dixit, quòd pręcederent eum in Bethsaidam. Mar. 6. & qñ postea venit Christus ad discipulos positos in periculo maris: dixit ꝙ voluerunt eum accipere in nauem, & statim fuit nauis ad terram ad quam ibat. Io. 6. & tñ ibat in Bethsaidã: ergo illuc peruenerunt. Cum aũt dr, ꝙ venerunt in regionem Genesareth, dicẽdũ ꝙ tota illa regio adiacens illi mari vocatur regio Genesareth, & in quẽcunque locum Christus veniret, diceret venire in regionẽ Genesareth, & quia Bethsaida erat in terra illa, veniendo in Bethsaidã, veniebatur in terrã Genesareth, & ideo qñ dr in litera cum cognouissent viri loci illius intelligitur, idest, Bethsaidæ quæ fuit locus primus in quẽ Christus introiuit in regione illa.

Quare dicitur de viris loci illius in quem nunc introiuit Iesus cum cognouissent eum. Et quòd erant tres ciuitates in quibus Christus plurima fecit miracula. Quæst. CXCVII.

QVAERETVR, quare dicitur de viris loci illius in quem nunc introiuit Iesus, cum cognouissent eum. Aliqui dicunt, ꝙ forte Christus nunquam iuerat in regionem illam, & ita erat incognitus incolis, & tñ qñ inceperunt eum cognoscere miserunt ꝑ totam regionem, & tñ antequam cognoscerẽt mansit aliquanto tpe, ꝙ non confluebant ad eum incolę terræ. Sed non stat, quia mox, vt exiuit de naui cognitus est in regione illa. sic dicitur Mar. 6. s. cumque egressi essent de naui, continuo cognouerunt eum.

Dicendum, ergo ꝙ mox, vt venit in regionẽ agnitus est, sed potest intelligi vno modo, ꝙ cognouerũt eum, idest, cognouerunt esse in regione, & tunc præsupponitur, ꝙ viri regionis istius, prius cognoscebant Iesum. s. quia vel fuerat in regione hac faciens miracula, vel ipsi eum viderant alibi, & ideo non requirebatur nunc, quòd haberent cognitionem aliquam de persona, cum iam illam haberent, sed cognitionem de aduentu ad regionem.

Alio modo potest intelligi cum cognouissent, scilicet, per opera, quæ ibi fecit, vel per famam: nam poterat esse, quòd mox, vt exiret de naui curaret aliquos ægros, per quod cognita est potestas eius, sicut quando iuit in terram Gerasenorum: nam statim, vt exiuit de naui occurrerunt ei duo arreptitij supra octauo, & Marc. quinto, & illos ibi curauit, & dęmonibus missis in porcos conuenit ad eum statim tota regio Gerasenorum. Luc. septimo, vel poterat esse ista cognitio per famam, scilicet, quia audierant magnalia, quæ alibi fecerat, licet nunquam fecisset miracula in terra illa, nec ipsi vidissent eum. De hoc dicit Hiero. super Mat. cognouerunt autem eum rumore non facie, vel certe pro signorum magnitudine, quæ patrabat in populis vultu plurimis notus erat. Idem dicit Beda, & tamen primum verius est, scilicet, cognouerunt eum esse in regione. nam personam eius, & potestatem iam nouerant cum eum sæpe vidissent, & audissent verbum eius, & hoc consonat literæ. Marc. sexto, scilicet, & cum egressi essent de naui continuo cognouerunt eum, & tamen si de persona eius prius notitiam non haberent, non poterant statim sic abundanter eum cognoscere. Secundo, quia illico, vt scierunt eum ibi esse, miserunt per totam terram, vt afferrent male habentes, & sic necesse erat, quòd etiam illi de regione notitiam haberent de Christo, quia aliàs non afferrent male habentes, licet viri Bethsaidę Christum per aliqua miracula, quæ fecit adueniens, eum cognouissent: magna enim cognitio præsupponitur, cum Christo venienti in regionem, statim omnes de prouincia infirmos afferrent. Tertio patet, quia nunc iuit Iesus in Bethsaida, vt dictum est pręcedenti quęstione, & tamen ibi erat valde notus, quia nulla regio, vel ciuitas erat, in qua Christus plura miracula fecisset quàm in Capharnaum, vbi semel sanauit omnes male habentes, qui erant in vrbe, & erat tota ciuitas congregata ad ianuam Iesu. supra octauo, & Marc. primo, & Luc. quarto. Et tamen Bethsaida est iuxta Capharuanm vix ad vnam leucam, vt patet in descriptione terræ sanctę, & situ eius. ideo viri de Bethsaida sępe Christum vidissent, & miracula sępe eum facere aspexissent. Quarto, & efficacius patet, quia in ipsa ciuitate Bethsaida Christus sępe prædicauerat, & miracula fecerat, immo inter omnes ciuitates, in quibus Christus miracula fecerat plurima, erant tres ciuitates, scilicet, Bethsaida, Capharnaum, & Corozaim. Et propter hoc magis exprobrat istis quàm alijs exprimens ex nomine istas tres supra vndecimo, scilicet, tunc cępit exprobrare ciuitates in quibus factę sunt plurimę virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam. vę tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sidone factæ essent virtutes, quę factæ sunt in vobis &c. ergo iam cognoscebant viri Bethsaidæ Christum, sed nunc cognouerunt eum venisse in regionem, & statim congregauerunt ad eum male habentes,

Quare

Quare viri de Bethsaida in quam venerat nunc Iesus, mox vt cognouerunt Christum venisse, miserunt per totam regionem. Quæst. CXCVIII.

QVAERETVR, quare viri de Bethsaida in quã venerat nunc Iesus, mox vt cognouerunt venisse Christum, miserunt per totam regionem.

Dicendum, quòd hoc fuit ad notificandum omnibus aduentum Christi ad regionem, in quo apparet primo charitas virorum loci illius, quia non solum volebant ipsi curari a Christo, vel audire verbum eius, sed etiam, quòd omnes de regione communicarent eis in hoc bono. Apparet etiam eorum fides, quia crediderunt, quòd Christus sufficiebat sanare omnes, non solum eos, qui in loco illo erant, sed etiam quotquot offerrentur: ideo miserunt per totam regionẽ, vt afferrent male habentes. Sic dicit Hiero. s. & vide quanta sit fides hominum terræ Genesareth, vt non præsentium tantum salute contenti sint, sed mittunt ad alias per circuitus ciuitates. Et idem dicit Beda, & hoc erat propter multa. Primo vt afferrent ad eos ægros ad curandum ipsos. nam ista erat potissima causa, quare turba copiosa sequebatur Christum vbique. sic dicitur. Io. 6. sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur. Et istud etiam fuit nunc præcipuum. Quod patet, quia dicitur in litera. miserunt in vniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes, & Mar. 6. magis aperitur. s. & percurrentes vniuersam regionem cęperunt in grabatis illos, qui male habebant circunferre. Secundo, vt audirent verbum Christi, quia omnes desiderabant audire doctrinam eius, quia noua erat, & dulce erat eloquiũ Christi, sicut dixit Petrus Io. 6. Domine ad quem ibimus? verba enim vitæ æternę habes, idest, non est alius, qui talia verba habeat, sicut tu: ideo nescimus alium ad quem eamus. Tertio fuit ad videndum vultum Christi, quia multi desiderabant videre eum saltem propter magnalia, quæ dicebantur de eo: nam sicut dicitur de Salomone 3. Reg. 4. quòd omnis terra cupiebat videre vultum Salomonis. s. propter excellentiam suam, a fortiori desiderarent Christum videre, qui erat incomparabiliter excellentior quantum ad ea, quę faciebat, & ita Herodes desiderabat ex multis diebus videre eum, cũ audisset magnalia de eo Luc. 9. & quia non potuit eum tunc videre, mansit ei istud desiderium diebus multis. s. vsque ad diem mortis Christi, quia tunc eum vidit. Luc. 13. s. Herodes viso Iesu gauisus est valde. erat enim multo tempore cupiens videre eum, eo quòd audiret multa de illo.

Quare viri regionis Genesareth afferebant simul languentes ad Christum. Quæst. CXCIX.

QVAERETVR, quare nunc viri regionis Genesareth afferebant simul omnes languentes ad Christum.

Dicendum, quòd mox, vt cognouerunt Christum esse in loco Bethsaidæ miserunt per totam regionem illam, vt quicunque haberet male habentes aliquos portaret illos ad Iesum, & tunc omnes, qui infirmos cuiuscunque generis habebant, portabant eos in grabatis ad locum, in quo sciebant esse Iesum. Et fuit hoc primo, quia ad regionem istam Genesareth Christus non venerat ex multis diebus, & ita erant multi male habentes, ideo quando Christus venit habuerunt multos ægros quos ei offerrent. Sic dicit Chrysosto. monstrat autem Euangelista, quòd post multum tempus ad partes illas Christus venerat, & ideo sequitur. cum cognouissent eum, miserunt in vniuersam regionem &c. & idem dicit Theophi. Secundo fuit ex magnitudine fidei gentis terræ Genesareth: credebant enim quòd quotquot male habentes portarentur ad Iesum sanaret. Sic dicit Hiero. vide quanta sit fides hominum terrę Genesareth: vt non pręsentium tantum salute contenti sint, sed mittat ad alias per circuitum ciuitates quo omnes currant ad medicum, vt dicit Beda. Tertio fuit, quia sciebant istam esse consuetudinem Christi. s. vt quotquot ei offerrentur simul sanaret, & ita plurimi oblati sunt supra 4. & omnes simul sanauit. sic etiam supra in litera turba manducans languentes obtulit, & sequen. cap. turba, quę iterum pasta est, obtulit ægros, & male habentes omnis generis, & omnes sanati sunt. viderant autem forte hoc viri Bethsaidæ. nam in vrbe Capharnaum, quę est iuxta Bethsaidam, hæc fecerat Christus cum semel ad occasum Solis adducti sunt ad eum omnes male habentes in vrbe, eratque tota ciuitas congregata apud domum eius supra 8. cap. & Mar. 1. & Luc. 4. ita ergo nunc voluerunt simul afferre languentes. Quarto fuit ex maiori fide, & reuerentia ad Christum. nam prius rogabant eum, vt iret ad domos vbi erant ægroti, & tangeret eos, & sanaret: nunc vero non reputabant dignum esse, quòd Christus iret ad domos illorum, sed ipsi afferebant languentes. vt dixit Centurio. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum supra octauo, & Luc. septimo. Sic dicit Chrysosto. non enim similiter, vt prius ad domos eum trahebant, & tractum manifestum inquirebant, sed cum maiori fide eum alliciebant: nam obtulerant ei male habentes. Quinto fuit, quia male habentes erant plurimi, cum Christus ex multo tempore non venisset in regionem illam, & quia longi temporis occupatio esset ipsum ire ad singulos adducebant ad eum languentes. Sexto fuit, & præcipue, quia viri regionis istius nesciebant quanto tempore ibi Christus moraturus esset, & vt antequam recederet curaret omnes male habentes afferebant eos ad illum: sic enim fuit in Capharnaum cum Christus ibi esset die quadam, & sequenti die recessurus esset, omnes male habentes de ciuitate portati fuerunt ad ipsum post Solis occasum. supra octauo, & Mar. primo maxime, quia putabant viri Bethsaidæ, quòd etiã si vellent rogare Christum, vt maneret aliquanto tẽpore inter eos, nollet manere postquam diffiniret recedere, sicut quando recessit de Capharnaum, & ille noluit dicens alijs ciuitatibus oportet me prędicare, quia ad hoc missus sum Mar. primo, & Luc. quarto, & hoc fuit præcipuum.

Quare viri regionis Genesareth volebant Christi carnem tangere Et quòd Gentiles putabant, quòd Christus solo tactu infirmitates curaret. Et quid putabant Iudæi. Quæst. CC.

QVAERETVR quia dicitur hic, quòd rogabant Christum, vt vel fimbriam vestimenti eius tãgerent, in quo innuitur, quòd ipsum, idest, carnem eius tangere volebant, & tamen si illud non concederetur, saltem volebant tangere fimbriam vestimenti, quare volebant tangere carnem eius.

Dicendum, quòd licet isti de Christo magna sentire inciperent, tamen nondum perfecte sentiebant: putabant enim quòd Christus sanare poterat, & tamen non putabant, quòd solo verbo posset sanare, sicut crediderat Centurio. supra octauo, & ideo Christus dixit, quòd non inuenit tantam fidem in Israel, idest, inter Iudęos, sed putabant, quòd in Christo erat quædam virtus immo abundantia virtutis, quæ per tactum deriuabatur, & hoc poterat fieri, quia vel ipse tangeret aliquos, vel ipsi eum tangerent, primũ erat

magis

magis vulgatum, & ideo a principio quando aliqui rogabant Christum, vt sanaret eos: rogabant, quòd tāgeret eos manu sua. Sic fuit de Archisynagogo dicē te: filia mea modo defuncta est, veni & appone manum tuam super ea supra nono cap. & ita ipse faciebat condescendens infirmitati Hebræorum: nam a principio quos sanabat tangebat, sicut leprosum in vrbe Capharnaum tetigit in loco lepræ supra octauo cap. & socrum Petri febricitantem manu apprehensam surgere fecit eod. cap. & hoc idē putabant Gentiles, qui incipiebant habere aliquā fidem, quòd ægritudo quandoque miraculose sanabatur, per contactū sananda erat, sicut fuit de Naamam leproso, quem Eliseus misit, vt lauaretur in Iordane ad hoc, quòd sanaretur de lepra, & ille ait putabam, quòd egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Domini sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me, quarto Regum quinto. Et non solum Iudæi putabant hoc esse ad sanandum ægros, sed etiam si vellēt, quòd quis sanus acciperet a Christo benedictionem aliquā rogabant, quòd imponeret manum suam super eū, & ita erat de paruulis, quia ferebant eos ad Iesum, & rogabant, vt imponeret eis manus, & ipse imponebat infra decimonono. Secundo erat quasi in defectum, scilicet, quando non poterant omnes obtinere a Christo, quòd tangeret eos, ipsi saltem volebant tangere eum: erat autem differentia inter hos tactus quantum ad intentionem Iudæorum, qui pauca sciebant: nam quando Christus tangebat, putabant esse efficacius eo, quòd tunc fiebat de voluntate sua, & tunc ipse haberet intentionem, quòd aliquid inde sequeretur, quando autem quis tangebat Christum nihil ab eo petendo, videbatur esse minoris efficaciæ, quia forte ille non vellet tunc aliquid concedere. Maxime, quia aliqui eorum putabant, quòd latere posset eum an tangeretur ab isto, vel ab illo, sicut fuit de muliere fluente sanguinem, quæ putauit se posse latere, & postea vidit, quòd non latuerat. Luc. octauo, & Mar. quinto, & tamen etiam istum modum tangēdi Christum putabant esse alicuius vtilitatis, & ob hoc volebant tangere eum, & sic mulier fluens sanguine tangere voluit supra nono, & Luc. octauo, sic etiam, & omnes Iudæi, siue infirmi, siue sani essent, volebant tangere Christum Luc. 6. cap. s. omnis turba quærebat tangere eum, quia virtus exibat de illo, & sanabat omnes. ita & nunc isti de terra Genesareth, volebant tangere Christum, & rogabant ꝙ permitterentur eum tangere, quia tñ istum tactum putabant esse vtilem inquantum virtus aliqua de Christo exibat, vt ipsi putabant, vt dicitur Luc. sexto, & Christus hoc asserebat assentiens modo loquendi eorum. s. ego sensi virtutem exiuisse de me. Mar. quinto, & Luc. octauo, & quia ista virtus maxime esset in corpore, quod erat pars Christi potiusquam in vestibus, quæ erant aliquid extraneum, ideo volebant eum tāgere in carne si eis concederetur ad hoc facultas. s. vt oscularentur manus eius, vel pedes aut aliam partem corporis, & si hoc non concederetur saltem tangere volebant fimbriam vestimenti eius.

Quare viri isti rogauerunt, vt ipsi permitterentur tangere Christum, & non econtra. Quæst. CCI.

QVAERETVR, quare isti viri rogauerunt, vt ipsi permitterentur tangere Christum, & cur non potius rogauerunt, quòd Christus eos tangeret.

Aliqui dicunt, quòd idem erat, quia qui tangit tangitur, & fit ista actio per reactionem, & sic idem erat tangere Christum, & tangi a Christo.

F Dicendum, quòd non erat. Primo quantum ad substantiam rei, quia quandocunque tangebat Christus aliquem, tangebat eum manu in aliqua parte corporis. nam si erat languens tangebat locum languoris, vt fuit in leproso cui tetigit locum lepræ supra 8. c. & si erat malum totius corporis tangebat in manu, quasi per hoc alleuiando a toto malo. sicut in febre, quæ possidebat socrum Simonis tetigit manum eius apprehendens, vt surgeret eod. cap. & Mar. 1. & Luc. 4. sic & in mortuis quorum malum erat generale. nā puellam mortuam manu apprehendit, & surgere iussit supra 9. & Luc. 8. quando autem tangebat viuētes, quia illud erat ad imprecandum, vel immitendo benedictionem aliquam, & benedictio venit super caput, G vt dicitur Gen. 49. benedictiones patris tui fiant in capite Ioseph, & Deutero. 33. dicitur benedictio illius, qui apparuit in rubo veniat super caput Ioseph. tangebat tunc caput imponendo manum capiti. ita apparet in paruulis, qui portabantur Christo, vt imponeret eis manus, & ponebat manus super capita eorū infra 19. Si autem quis tangeret Christum tangebat vbi poterat, & communius fieret in veste quam in carne, sicut tetigit eum mulier fluens sanguine. Secundo differebat quantum ad effectum, & hoc erat præcipuum: nam quando Christus tangeret aliquem necesse erat, quòd sequeretur effectus intentus ex illo tactu: nam cum Christus aliquem sic tangeret, semꝑ tangebat ad imprimendum aliquem effectum, & H quia voluntati Christi nemo poterat resistere: necesse erat, quòd sequeretur effectus quem iste intendebat, quia sicut istæ orationes nostræ emissæ ad Deum interdum non consequuntur effectum, ita tactus iste, qui erat ad consequendum aliquid poterat esse, quòd interdum careret effectu, vt quia forte tangens non erat sic dispositus, vt deberet sibi dari quod cupiebat, vt si non tangebat ex fide sine hæsitatione. Iaco. 1. & infra 21. quia tales nihil obtinent: multum ergo differebat tangere Christum, & a Christo tangi.

Nicolaus dicit aliter. s. quòd isti erant viri de regione Gerasenorum, & isti cognouerant eum prius miracula facientem, & dæmones eijcientem. supra 8. ca. ideo videntes eum cognouerunt eum, & adduxerūt I ei omnes infirmos regionis illius scientes, quòd posset eos curare, & quia non poterant præ multitudine eum tangere, rogauerunt illum, vt saltem fimbriam vestimenti illius tangerent.

Sed dicendum, quòd non stat primo: non enim erant isti viri de regione Gerasenorum, fallitur quippe Nicolaus putans eandem esse regionem propter aliqualem similitudinem nominum, sed non est, quia illa dicitur regio Gerasenorum ab vrbe nomine Gerasa, quæ est vltra mare Galileæ versus Orientem, ista autem regio dicitur Genesareth a lacu, quæ dicitur lacus, vel stagnum Genesareth, vel ab aliquo loco, qui in regione illa dicatur Genesareth, vel Genesar.

K Dicendum aliter, quòd isti petiuerunt a Christo, ꝙ permitteret se ab eis tangi, & non ꝙ ipse tangeret eos. Primo, quia non ausi sunt petere tantum beneficii. nam quòd Christus tangeret eos erat, ꝙ aliquid faceret circa eos imponendo manum singulis, ꝙ autem illi tangerent Christum non erat, quòd Christus aliquid ageret: ideo primum non ausi sunt petere, sed secundum tamquam esset minus. Secundum fuit, & principale, quia ægri, & male habentes erant multi in regione illa, & si deberet Christus eis imponere manus, oporteret ꝙ cuilibet eorū imponeret, & hoc erat magnæ occupationis, & laboris: iō petiuerunt, ꝙ ipsi pmitterent eū tāgere: nā multi poterāt eū tāgere etiam ipso nō aduertente, & sic nulla esset difficultas.

Quare

Quare volebant saltem tangere fimbriam vestimenti Christi. Quæst. CCII.

QVAERETVR, quare volebant saltem tangere fimbriam vestimenti.

Dicendum, quòd ad hoc præsupponendum est quid sit fimbria vestimenti, & dicendum, quòd fimbria erat quædam pars quadrata panni hyacinthini apposita in angulis pallii, idest, vestis superioris quam portabant Iudæi ex necessitate legis Num. 15. quales autem essent fimbriæ Iudæorū, & quod erant, & quare portabant, & vbi, & quales erāt fimbriæ Christi, & quales fimbriæ Pharisæorum declaratum est supra 9. cap. quæst. 106.

Hoc supposito dicunt aliqui, ꝙ petiuerunt isti viri, ꝙ permitterentur tangere fimbriam vestimenti. s. quia multi erant, & non poterant omnes accedere ad Christum, ꝙ saltem permitteretur eis tangere vestimentum Christi, & hoc videtur aliqualiter velle Nicolaus dicens, ꝙ viri Geraseni erant multi, & quia præ multitudine non poterant eum tangere, rogauerunt, vt saltem tangerent fimbriam vestimenti eius.

Sed dicendum, ꝙ non stat, quia tunc non tangerēt Christum, sed vestimentum eius: nam qui tangit vestimentum alicuius quando ipse vestitus est, dicitur eum tetigisse. Si autem tangit vestimentum quando non est ille vestitus, non dicitur tangere hominē, sed solum vestimentum, & tamen isti Geraseni tetigerunt nunc Christum: ergo non petiuerunt tangere vestimentum eius postquam ipse exutus foret. Patet hoc, quia Christus concessit id quod petiuerunt viri isti: nam dicitur hic, quòd rogabant eum, vt vel fimbriam vistimenti eius tangerent, & sequitur, & quicunque tetigerunt salui facti sunt, & tamen isti viri non tetigerunt solum vestimentū Christi, sed ipsum Christum, vt dicitur Mar. sexto. s. & deprecabantur eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, & quotquot tangebant eum salui facti sunt. Christum ergo tangebant, & sic indutus erat veste, quia aliàs tangentes vestem eius non dicerentur eum tangere, sed tangentes vestem hominis vestiti etiam si non pertingant ad carnem, dicuntur tangere hominem illum. Secundo patet, quia erat inhonestum, quòd Christus se exueret, & traderet vestem, vt Iudæi illam tangerent: nam maneret nudus, idest, non honeste vestitus. nam Christus non portabat secum in via vestes mutatorias, & sic si exuerēt veste superiori maneret seminudus, quod erat esse inhoneste vestitum, sed Christus non committeret aliquam inhonestatem, vt miracula operaretur, ideo non nudatus fuit tradēs pallium. Tertio, & principalius, quia hoc erat tribuere occasionem erroris. nam si vestis Christi daretur turbis, vt tangerent eam, & sanarentur, putarent turbæ aliquam virtutem manere actualiter in veste, cum etiam non tangendo Christum per tactum illius sanarentur, quod erat inconueniens, quia Christus volebat ostendere virtutem in se esse, & non in veste. nam etiam si ipse vestitus tangeretur in veste, innuere volebat, quòd virtus sanatiua non erat in veste, sed de ipso procedebat. sic fuit quando mulier fluens sanguine tetigit vestem Iesu. nam ipse ait, quis me tetigit? ego enim sensi virtutem exiuisse de me. Marc. quinto, & Luc. octauo, non ergo traderet vestem tāgendam, sed ipse tangeretur vestitus. Quarto patet, quia si populus hoc peteret, non diceretur, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, sed vt vel vestimentum eius tangerent: nam si Christus se exueret, & traderet vestem suam populo tangendam, non differebat potius tangere fimbriam vestimenti quàm summitatem eius, quia poterant tangere vbi vellent, & ta-

A men petiuerunt, vt saltem concederetur eis tangere fimbriam. ergo non petebant tangere vestem Iesu quando ipse nudatus esset, sed quando esset vestitus.

Dicendum igitur, quòd isti petiuerunt tangere Christum saltem in veste, & si non in tota veste saltem in quacunque parte etiam in minima, quæ est fimbria.

Quare isti viri Genesareth expresserunt de fimbria vestimenti, & vnde habuerunt istius petitionis originem. Quæst. CCIII.

B QVAERETVR, quare isti expresserunt de fimbria vestimenti, & vnde habuerunt istius petitionis originem.

Dicendum primo, quòd viri terræ Genesareth habebant Christum in magna reuerentia, & iō humiliabant se valde coram eo, & sic sicut non ausi sunt petere, quòd imponeret eis manus, sed quòd ipsi tangerent eum, & non quidem in corpore, sed in veste: ita non ausi petere in quacunque parte vestis, sed in fimbria. ita enim est de fimbria, quia fimbriæ vestium erant apud pauimentum lambentes terrā. nam Deus iusserat eas poni in extremitatibus palliorum Num. 15. petentes ergo fimbriam vestimenti tangere petebant id quod infimum erat in veste.

C De secundo dicendum, quòd istud venerat a muliere fluente sanguine, quæ non audens petere a Iesu sanitatem propter verecundiam voluit eum tangere, & dicebat intra se. si tetigero tantum fimbriam vestimenti eius salua ero. Mar. 5. & Luc. 8. & supra 9. cap. & illa tunc sanata est, & hoc notificatum est toti populo, quia Christus fecit, quòd mulier confiteretur curationem in se factam coram omnibus. Luc. 8. acceperunt ergo multi confidentiam tangendi iam fimbriam Christi, vt sanarentur. Sic dicit Chrysosto. s. mulier enim, quæ fluxum sanguinis patiebatur, vniuersos hanc sapientiam edocuit. s. quòd tangendo fimbriam Christi sanarentur. Sic etiam dicit Theophilus, scilicet, miraculum enim quod circa mulierē hæmorhoisam contigerat, ad aures multorū D deuenerat, & multam fidem dabat ex qua sanabantur.

Quare omnes, qui tetigerunt nunc fimbriam Christi sanati sunt. Et quòd supplet Deus in petente quandoque defectum fidei eius, & meretur accipere quod petit. Quæst. CCIIII.

QVAERETVR, quare omnes, qui tetigerunt nunc fimbriam Christi sanati sunt.

Dicendum primo, quòd fuit ad ostendendam magnitudinem potestatis Christi. nam si aliquos sanaret, & aliquos non, putaretur quòd potestas sua non sufficiebat nisi ad sanandum illos, & non ad plures, & hoc tollebat multum de honore eius, quia ostendebatur non esse Deus si non poterat omnia. Secundo fuit, quia fides tangentium hoc exigebat: Christus enim E dicebat, quòd qui posset credere, omnia ei possibilia essent Mar. 9. & quòd qui peteret non hæsitando omnia impetraret infra 21. sed isti ex magna fide tangebant Christum credentes, quòd non solum si tangerent carnem eius, sed etiam si tangerent fimbriam vestimenti sanarentur, iō sanati sunt oēs. Tertio fuit ex deuotione, quia ēt si quis accedat interdum non habens plenam fidem. s. quia aliquid ei deest de confidentia, si deuote, & humiliter ad Deum accedat, ipse supplet defectum fidei eius, & tunc meretur recipere quod petit, sicut dicitur Mar. 9. de illo, qui dixit Christo. Domine si quid potes adiuua nos, misertus nostri, & Christus ait: si potes credere, oīa possibilia sunt credenti. & ille ait, credo Dñe adiuua increduli-

tatem

tatem meam, idest, supple quod deest fidei meæ. & vocatur ex hac parte incredulitas: isti autem viri humiliter ac deuote accedebant euntes ad quemcunque locum, in quo Christus esset volendo eum tangere: ideo omnes sanabat.

CHRONICA temporum omissa ex ca.2.q.vlti. hic repetenda erat: nam ibi deductę fuerunt temporum successiones ex captiuitate Babylonis vsque ad annum 17. Christi, vel quasi, scilicet, quando mortuus est Octauianus Augustus, & successit Tyberius, eratque tunc Tetrarcha Galilęæ ille Herodes, de quo hic actum est: ideo hic continuanda erat temporum successio, & tamen vt non diuidatur litera, apponemus istas enarrationes in fine Matthæi. s. cap. vltimo, & ibi quærantur.

CAP. XV.

Mar.7. TVNC accesserunt ad eum ab Ierosolymis Scribæ, & Pharisæi dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas cum panem manducãt.

TVNC *accesserunt*. Descripsit in precedentibus Matthæus publicationem legis Euangelicæ inter Iudæos: nunc describit eius aliqualem promulgationem, vel extensionem factam ad Gentiles. Et diuiditur in duo, quia primo ponitur Ecclesia gentium legitime fundata. Secundo Synagoga Iudęorum iuste reprobata infra 21. capitu. Prima iterum in duas, quia primo fundatur Ecclesia gentium in fidei documentis. Secundo in morum preceptis infra cap.18. Prima in tres, quia primo reprobatur superstitio Iudaica in lege. secundo declaratur fides Euangelica in fide sequenti cap. Tertio confirmatur vtrunque, quia duplici teste in Christi transfiguratione infra 17. cap.

Præsens capitulum diuiditur in tres partes, quia primo recedit a Iudęis confutando nunc eorum errorẽ. Secundo transit ad Gentiles commendando in eis fidei amorem ibi.

Et egressus inde. Tertio reuertitur ad Iudęos collato eis ampliori munere. s. curatione, & saturatione. ibi. *Et cum transisset*. Prima in tres. quia primo Christ⁹ arguit Iudęos de falsa legis expositione, vel de nouitatum introductione. Secundo de apparenti sanctitate. ibi.

Hypocritæ. Tertio de vana superstitione. ibi. *Et conuocatis ad se*. Prima in duas, quia primo ponitur Iudęorum maligna interrogatio ad Christi reprehensionem. Secundo Christi vera responsio ad eorũ cõfutationem. ibi. *Ipse autem respondens*.

An ista sint continuata ad præcedentia. Quæst. I.

QVAERITVR an ea, quæ habentur hic sint continuata ad precedentia, vel sit mutatio ordinis. Et dato, quòd sint continuata an sint immediate facta, vel interposito aliquanto tempore.

Dicendum, ꝙ ordo continuus est, quia prius facta sunt ea, quę habentur præce. cap. q̃ ea quæ habentur hic. Et patet hoc ex ordine literæ cui standum est nisi appareat aliquid in contrarium, & tñ hic non apparet aliud in contrarium. Secundo, quia tam Marcus q̃ Matthęus concordant in hoc ordine, quia sicut Matthęus non interposuit aliquid inter ista, & precedẽtia, ita, & Marcus cum dixisset de sanatione tangentium fimbriam Christi in terra Genesareth Mar.6. cõtinuo subiunxit quod hic habetur de Pharisęis, & scribis descendentibus a Ierusalem. Mar.7.c. in principio dicẽs, & conueniunt ad eum Pharisęi, & quidam de scribis venientes a Ierosolimis. Ad secundum dicendũ, ꝙ ista facta sunt immediate post precedentia. i. in ipso tpe non interiecto alio facto quod Mat. alicubi narret: nec ẽt Mat. aliquid narrat quod inter ista acciderit, sed potius Mat. ostendit, ꝙ nihil interciderit cum ait. tunc accesserunt. s. qñ fiebãt superiora in terra Gerasenorum accesserunt isti Pharisęi ad arguendum Christum. Sic ẽt dicit Aug. li. de cõcor. Euan. s. ita aũt conserit Euangelista narrationis sue ordinem dicens, tunc accesserunt. vt quantum ipse transitus indicat rerum ẽt consequentium ordo fuetur. Dicendũ tñ, ꝙ aliquid intercidit inter hoc, & præcedentia quod Mat. & Mar. tacuerũt, & est illud quod hr̃ Io.6. Quod patet. quia vt ibi dr̃ mox, vt Christus pauit turbas in loco deserto, venerunt naues quędam a Tiberiade, quæ erant iuxta locum vbi turbę pastę fuerant, & quę sierunt an esset ibi Iesus, & non inuenerunt eum ibi nec discipulos eius. & sic parum est quod inde Christus recesserat, & illico manens ille transfretauerũt ad quęrendum Iesum in Capharnaũ, & inuenerũt eũ trans mare. s. in regione Genesareth, & quęsierunt ab eo qñ transierat, & hoc fuit sequenti die post saturationem turbarum, vt innuitur cod.c. Et tunc Christus dixit eis, ꝙ quærebant eum, quia comederant de panibus eius, & ibi interposuit multa de sacramento corporis sui, & de Manna, & oĩa, quę habentur Io.6. illa aũt subticuerũt Mat. & Mar. & fuit illud in regione Genesareth, ad quã Christus transfretauerat, & ad illam iuerũt Pharisęi, & scribæ de quibus hic, & tamẽ prius vr̃ fuisse illud quod Io.6. narrat̃, quia fuit sequẽti die postquam Christus transfretauit. Quod aũt hic narrat̃ nõ oportet, ꝙ fuerit ipso die: nam aliquot diebus mansit Christus in regione Genesareth. nã discurrebat p̃ ciuitates, & villas terrę illius. Sic dr̃ Mar.6. ceperunt in grabatis circũferre eos, q̃ male habebãt vbi audiebãt eũ esse, & quocunque introibat in vicos, aut in villas, aut in ciuitates, in plateis ponebãt infirmos. & sic dum maneret Iesus in terra Genesareth poterãt descẽdere isti Pharisęi, & scribę a Ierosolimis. Si aũt obijciatur, ꝙ dr̃ hic tunc. Dicendũ, ꝙ nõ est stricte accipiendum tunc. i. in illa hora, vel die, sed in illo tpe. s. dum maneret Iesus in terra Genesareth sanando languentes, de quo dicebatur precedenti cap, venerũ isti Pharisęi, & scribę de quibus hic dr̃. iõ tunc venerunt. Circa primum dr̃. *Tunc*. s. in tpe quo erat in terra Genesareth sanando languentes. *Accesserunt ad eum*. Scilicet, ad Christum ad increpandum eum de mala eruditione discipulorum suorum, qui non lauabant manus.

Ab Ierosolimis. Idest, venerant isti scribæ, & Pharisæi de Ierusalem. *Scribæ, & Pharisęi*. Scribę sunt doctores legis, qui inter Iudæos predicabant legem, vt dicitur infra 23. super cathedram Moysi sederũt scribę, & vocatur cathedra Moysi, in qua sedebant, qui explanabant legem Moysi. Pharisæi erant viri separati a ceteris in quibusdam ritibus viuendi, & etiam in opinionibus circa credenda. de ritibus Pharisęorum, & Saducęorum, & Hesenorũ, & aliarum sectarum Iudaicarum dictum est late supra 3. cap. quęstio. sexagesimo tertio.

Qui Scribę, qui vel Pharisæi essent.

Dicentes quare discipuli tui. Non quęrebant hoc quasi volẽtes scire causam, ꝙ putabãt nullã posse rectã dari excusationẽ, sed quęrebãt ad redarguẽdũ, sicut si quis quęrat ab alio quare adulteriũ commisisti. nã de hoc nulla iusta cã dari potest. *Transgrediuntur traditiones*. Idest, precepta, vel doctrinas: dicitur enim traditio a tradẽdo, & proprie pertinet ad illa precepta

vitæ,

vitæ, quæ nõ habent aliam causam vrgentem, nisi auctoritatem iubentis. *Seniorum*. Idest, Antiquorum patrum, qui hæc fieri docuerunt. *Non enim lauant manus suas*. Non potuerunt miseri Pharisæi accusare Christi discipulos, nisi ꝙ manus non lauarent, quando manducabant, quod antiqui faciendum instituerant. *Cum panem manducant*. Idest, Quemlibet cibum, est enim panis nomen, quod pro omni cibo accipitur, etiã si non sit panis, sed herba, vel mel, sicut 1. Regum 14. Saul dixit: Maledictus homo, qui manducauerit panem vsq; ad vesperam, & quia Ionathas comedit modicum de melle solum tangens de fauo inuento in agro, in summitate virgæ, voluit eum occidere Saul, quasi egisset contra interdictum illud, scilicet, Maledictus homo, qui manducauerit panem. Etiã omnes cibi, siue multi, siue pauci significantur nomine panis, sicut 4. Regum 6. dixit Elisæus, appone corã eis panem, & aqua, & sequitur ibi, quòd apposita est eis magna ciborum præparatio, sic etiam dicitur Lucæ 14. Quia intrauit Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorũ sabbato manducare panem, & tamen manifestum est, ꝙ non manducaret solum panem, cum esset inuitatus, & potissime a principe Pharisæorum, qui diues erat.

Panis accipitur, p omni cibo.

Quare dicitur hic, tunc accesserunt. Quæst. II.

QVAERITVR quare dicitur hic, tunc accesserunt. Dicendum, quòd primo fuit ad cõtinuationem historiæ, quia ad elucidationem eorum, quæ scribuntur, solent Euangelistæ apponere tales annotationes temporum inter res gestas, vt sciatur quo ordine sibi attineant. Secundo fuit propter illa, quæ isti Scribæ, & Pharisæi contra Christum dicebant, s. vt illo tempore vellent facta eius denigrare, quando ipse magna miracula faciebat: dictum enim fuerat quomodo Christus in tota terra Genesareth sanabat omnes male habentes solo tactu, s. quia ipsi tangebãt eum, quod erat valde stupendum. tunc aũt isti Pharisæi voluerunt arguere Christum, quasi esset aliquis vir vilis, & incompositus, abstractus a modo communi viuendi hominum, vt per hoc contemptibilis redderetur apud plebẽ, & ideo Matthæus annotauit tempus dicẽs, tunc, s. cum faceret curationes solo tactu, de quibus præcedẽ. cap. Sic dicit Chry. s. Propter hoc aũt Euangelista hic tps designat, vt ostendat ineffabilem eorum nequitiã nulli cedentẽ, tũc enim venerunt qñ plurima signa operatus est, qñ infirmos, ex tactu fimbriæ curauerat. Ratio horum est, ꝙ Pharisæi inuidebant valde Christo, & ideo quanto magis extollebatur ille a populo, plus dolebant Pharisæi, & ideo tunc magis operam dabant contra ipsum. Et ob hoc, quando maxima bona faciebat, tunc pessima faciebant, aut dicebant contra eum Pharisæi, vt per hęc extinguerent, aut decolorarent opera eius. Sic patet supra 9. quando dixerunt de Christo, ꝙ nunq̃ sic apparuit in Israel, quod erat ad magnam laudem Christi, dixerunt Pharisęi, in Beelzebub eijcit dęmonia, & iterum supra 12. cum faciente eo miracula magna, turba stupens diceret: Nũquid hic est filius Dauid? idest, Messias, dixerunt Pharisæi, iste non eijcit dæmones, nisi in Beelzebub: & ita quando suscitauit Lazarum quatriduanum, quod maximum miraculum reputabatur, diffinitum est, quòd occideretur, quia multa signa faciebat, & si dimitterent eum, totus mundus crederet in eum, Ioan. 11. Ita & nunc cum simul multas curationes faceret admirandas, volentes Pharisæi opera eius denigrare, & non inuenientes in quo, voluerunt eum saltem redarguere, quòd non bene instrueret discipulos, qui non lauabant manus cum manducabant.

Quare dicitur hic, quòd venerunt Scribæ, & Pharisæi a Ierosolymis. Et quòd Scribæ, & Pharisæi per totam terram Iudæorum dispersi erant docentes populum. Quæst. III.

QVAERITVR quare dicitur hic, quòd venerunt Scribæ, & Pharisæi ab Ierosolymis. Dicendum primo, quòd fuit ad laudem Christi, ostendendo, quòd sequebatur illũ turba etiam de regionibus longinquis: nam isti Scribæ, & Pharisæi, qui nunc ad Christum venerunt, erant de Ierosolymis, & tamen Ierusalem multũ distabat a terra Genesareth, in qua Christus nunc erat: nam erant apud Capharnaum, & Bethsaidã vbi nunc Christus erat, vt ostensum est p̃cedenti cap. quæst. 199. Et tamen Capharnaũ distat a Ierusalem leucis quasi triginta sex, vt patet in lib. de situ terræ sanctæ. Secundo fuit ad redargutionẽ istorũ, ꝙ veniebãt Scribæ, & Pharisæi de loco sancto, vbi Deus specialiter colebat̃, & tñ Deũ impugnabãt arguendo Christũ. Sic dicit Remigius, s. duabus enim de causis reprehendunturꝰ & ꝙ a Ierosolymis venerant, i. a loco sancto descenderant, & ꝙ seniores populi, & legis Doctores erant, & non ad sciendum, sed ad reprehendendum Dñm venerãt. Tertio fuit ad ostendendum magnitudinem istorum Pharisæorũ, & legis Doctorum: nam erant Pharisæi, & Scribæ, i. legis Doctores dispersi per totam terram Iudæorũ, quia in quolibet loco erant aliqui legis Doctores, vt dicitur Lucæ 5. s. erant Pharisæi, & legis Doctores sedentes, qui venerant ex omni castello Iudæę, & Galilææ, & Ierusalem, quia tamen Ierusalem erat Metropolis, vbi solũ erat templum, & totus cultus Dei, & conueniebant illuc Iudæi de toto orbe, erant ibi famosiores Scribæ, & Pharisæi, & sic nominando Scribas de Ierosolymis, ostenditur, quòd isti inter Iudæos habebantur vt valde periti, qui autem dispersi per alia loca habitabant minus periti erant. Sic dicit Chrysost. scilicet, quòd autem a Ierosolymis Scribæ, & Pharisæi venisse perhibentur, sciendum est, quòd per omnes tribus erãt disseminati, sed qui in Metropoli habitabãt, peiores alijs erant, velut maiori fruentes honore, & maiorem superbiam possidentes: esse autem istos Scribas maiores, vel famosiores multum facit ad propositum, scilicet, quia illi arguebant Christum in discipulis suis, & postea Christus confutat eorũ dicta, ostendens quòd irrationabiliter loquuntur, tanto ergo firmior erat ista redargutio, quanto maiores erant qui arguebantur: nam si aliquos simplices Christus de hoc nũc arguisset, dicerent aliqui, quòd ideo illos potuerat arguere, quia erant viri simplices nescientes respondere: nam si fuissent viri periti non potuisset Christus eos redarguere, nunc verò sublata est ista obiectio, cum Christus redargueret Scribas maximos, & Pharisæos, scilicet, illos qui veniebant de Ierusalem.

Quare dicitur hic, quòd Scribæ, & Pharisęi erant isti, qui ad Christum venerant. Et quòd de legibus, vel de moribus disputare non pertinet, nisi viris peritis. Quæst. IIII.

QVAERITVR quare dicitur hic, quòd Scribæ, & Pharisæi erant isti, qui venerant ad Christũ. Dicendum, quòd primo ponitur ad honorem Christi: nam Scribæ erant Doctores legis, Pharisæi erant quasi viri religiosi in populo: erat ergo honor magnus Christi, quòd isti venirẽt ad audiendum doctrinam suam, maxime ex terra tam longinqua, quod non erat, quantum ad simplices si eum audirent. Secundo fuit ad redargutionem istorum, scilicet, quia ipsi existentes magistri plebis in sacra scriptura, & religiosi, arguere volebant eũ, qui totius vitę, & forma, & Doctor erat. Sic dicit Remigius, scilicet, duabus

de cauſis reprehenduntur, & quia a Ieroſolymis venerant, i. a loco ſancto, & quia ſeniores populi, & legis Doctores erant, & non ad ſciendum, ſed ad reprehendendum Dñm venerant. Tertio ad oſtendendũ, qui erant iſti cum quibus Chriſtus diſceptabat: nã diſputare de lege, vel de moribus non pertinet, niſi peritis viris, & quia inter Iudæos ipſe populus erat rudis, & ſolum erãt ſapientia aliqua in Scribis, qui ſunt Doctores leges, oſtenditur ꝙ iſti qui cum Chriſto diſputabant de doctrina diſcipulorum, erãt Scribæ, & Phariſæi, quia populus de his neſciret arguere, & ſic efficitur veriſimilis contentio nominatis ꝓſonis contendentibus. Quarto fuit ſpecialiter propter cõditionem iſtius quæſtionis, quæ introducta fuerat, ſ. de lotione manuũ: nã obſeruationes cæremoniarum pertinẽtiũ ad exteriorẽ munditiã fiebant, vt in plurimũ a Phariſæis, qui totũ bonum eſſe putabant in oſtendendo exteriorem apparatũ, & munditiã: de mente aũt non curabant, vt patet hic & Mar. 7. Et propter hoc maxime inſtiterunt cõtra Chriſtum in hac quæſtione, quia ad eos maxime pertinebat hoc defendere, cum in iſta munditia corporis eſſet ſanctitas ſua, & ipſi eſſent introductores, & conſeruatores harum traditionum.

Quomodo poterat eſſe, quòd Scribæ, & Phariſæi ad Chriſtum venirent, vt audirent doctrinam eius cum ipſum odirent. Quæſt. V.

QVAERETVR quomodo poterat eſſe, ꝙ Scribę, & Phariſæi venirent ad Chriſtum: nam iſti nõ diligebant eũ, ſed potius oderant, ideo non venirent ad audiendũ doctrinã eius, quia in hoc ipſum honorabant. Dicendũ, ꝙ Scribæ, & Phariſæi ſæpe audiebãt doctrinã Chriſti: nã qñ ipſe ſanauit paralyticũ, ſupra 9. Multi Scribę, & Phariſæi aderant, & ipſi cõtra Chriſtũ murmurare cęperunt intra ſe, & nõ ſolũ nolebant eum audire, ſi contigerat Chriſtum prædicare in loco, in quo ipſi erant, ſed etiã de longe veniebãt ad eum audiendũ, & ſequebãtur ipſum, ſicut reliqua turba, & de oĩbus locis veniebant ad eũ iſti Scribæ, & Phariſæi, ſic dr̃ Luc. 9. ſ. & ipſe ſedebat docens, & erãt ſedentes Phariſæi, & legis Doctores, qui venerant ex oĩ caſtello Galilææ, & Iudææ, & Ieruſalem. & ita iſti nunc venerãt ex Ieruſalem, & dr̃ ꝙ tunc acceſſerunt, ideſt, tunc venerunt, vel tunc acceſſerunt, i. conuenerunt ad Chriſtum arguendum, licet primo veniſſent de Ieruſalem in regionem illã. De primo patet, quia multæ turbæ ſequebãtur ſemper Chriſtũ, & ga nõ poterant ſemper eædẽ turbæ ſeq, veniebãt & ſtabant aliquot diebus, ſ. tribus, vel quatuor, & recedebãt, & interim aliæ veniebant, & ſic quibuſdã venientibus, & alijs recedentibus, cõtinuo erat ſemp. turba multa cũ Chriſto, & ita dr̃ Mar. 6. ſ. Erãt, q veniebãt, & redibant multi, nec manducandi qdem ſpatium habebãt, & ſic iſti Scribæ, & Phariſęi nunc nouiter acceſſerunt ad locũ terræ Geneſareth, in quo Chriſtus erat. De ſecundo patet, quia forte iſti prius venerant, & audierant Chriſti doctrinam, habita occaſione nunc acceſſerũt ad Chriſtum arguendum, quod prius non fecerant.

Quare iſti Scribæ, & Phariſæi veniebant ad Chriſtum. Quæſt. VI.

QVAERETVR quare iſti veniebant ad Chriſtũ. Aliqui dicunt, ꝙ veniebant animo arguendi Chriſtum, ſicut nunc arguerunt, ga inuidebãt ei, & volebãt famã eius denigrare, & facta. Sed dicendũ, ꝙ nõ ſtat, ga ſi iſti veniſſent a Ieruſalẽ ad Chriſtũ, vt redarguerent eum ſuper hoc in quo arguerunt, excogitaſſent maiorẽ redargutionem, ga leue erat hoc, & ridiculum in quo arguebãt diſcipulos eius, ſ. ꝙ manus non lauarent cum manducarent, ideo nõ fuit argumentum p̃cogitatum, ſed a caſu data opportunitate. Secundo patet, ga iſta redargutio orta eſt propter aliqd, quod de nouo viderunt Phariſæi, & Scribæ, ſ. ꝙ quidã de diſcipulis Chriſti comederunt non lotis manibus, & hoc poſtq̃ venerant de Ieruſalem ad Chriſtũ viderunt, ſic patet Mar. 7. ſ. & cõueniunt ad eum Phariſæi, & qdam de Scribis venientes ab Ieroſolymis, & cum vidiſſent quoſdam de diſcipulis eius cõmunibus manibus mãducare, &c. nõ ergo p̃cogitauerãt hoc in Ieruſalem, quaſi ideo veniſſent de Ieruſalem, vt Chriſtum ſuper hoc arguerent. Dicendum, ꝙ Phariſæi, & Scribæ aliqñ veniebant ad Chriſtum bono animo, vt addiſcerent, & viderent ſigna, q̃ faciebat, & interdum veniebãt animo iniquo, ſ. vt caperent ex ore eius verbum aliquod in quo eum accuſarẽt. De primo patet, quia aliqui de Phariſæis erant viri boni, & Chriſti diſcipuli, ſic fuit de Nicodemo, qui erat princeps Phariſæorum, & ipſe vnus de Phariſæis, Ioan. 7. ſ. Nunqd, & tu Galilæus es, i. ſequeris doctrinã iſtius Galilæi, & credis in eum? & ipſe veniebat ad Chriſtum per noctẽ, vt addiſceret aliquid ab eo, vt patet Ioã. 3. vbi & princeps Phariſæorum vocatur. Sic etiam Gamaliel Phariſęus erat, & de principibus ipſorum, & tñ afficiebatur ad Chriſtum, & ipſe defendit colentes Chriſtum in Ieruſalem, ſuadens Phariſæis, & ſenioribus, ꝙ non perſequerentur eos, Act. 5. ſ. Surgens autẽ in cõſilio quidã Phariſæus noĩe Gamaliel, legis Doctor honorabilis vniuerſæ plebi, &c. Et ita aliqui alij Phariſæi, & Scribę eſſent q bonum animum ad Chriſtũ haberent, & iſti veniebant ad audiendũ eũ, vt addiſcerent, & viderent miracula, q̃ faciebat, & vt ipſi interdũ curarent, ſic dr̃ Luc. 5. Ipſe ſedebat docens, & erãt ſedentes Phariſęi, & legis Doctores qui venerant ex omni caſtello Galilææ, & Iudææ, & Ieruſalem, & ſequitur ibi, & virtus erat Domini ad ſanandum eos, & tamen non ſanaret eos, ſi malo animo venirent, vt arguerent Chriſtum, ergo bono animo illi veniebãt ad audiendum, & interdum quidam eorum timentes inuidiã cęterorum, non audentes venire per diem, veniebant per noctẽ, ſicut fuit de Nicodemo, Ioan. 3. De ſecundo patet, ga ſæpe veniebant Phariſæi, & Scribę ad audiendũ Chriſtum ſolum, vt caperent eum in ſermone, & hoc dupliciter faciebant. Vno modo præcogitando inter ſe aliqua quæ quærerent, in quibus eum caperent, quaſi non potentem rñdere, & ita fuit qñ adduxerunt ad eũ mulierem deprehenſam in adulterio, Ioan. 8. & dicẽ, hoc autem dicebant tentantes eum, vt poſſent eum accuſare, ſic etiam qñ cogitauerunt quærere, an eſſet dandus cenſus Cæſari, infra 22. Et dicitur ꝙ Chriſtus cognita eorum nequitia dixit: quid me tentatis hypocritæ? & tñ vtrunq; fecerunt Phariſæi, vt patet ibidẽ. De ſecundo patet, vt ſupra 12. & Lucæ 6. Quãdo Scribæ, & Phariſæi erant in ſynagoga ſabbato nihil dicentes Chriſto, ſed obſeruabant eum an ſabbato curaret, vt accuſarent eum, & non ſolum quando prædicabat, ſed etiam in communi locutione, vt quando comedebat, obſeruabant eum Phariſæi, ſi aliquid diceret, vel faceret de quo eum accuſarent, ſicut Lucæ decimoquarto dicitur, quòd intrauit Ieſus ſabbato in domum cuiuſdam principis Phariſæorum manducare panem, & ipſi obſeruabant eum, ſcilicet, Phariſæi attendentes quid diceret, aut faceret, & an curaret hydropicum, qui ante eum erat, & tamen nihil dicebant ei, ſed Chriſtus interrogauit eos, an liceret ſabbato curare, & curauit eum, eodem capitu. Interdum autem Phariſæi, & Scribæ non ibant determinate cum malo animo ad audiendum verbum Chriſti, & tamen occurrebãt aliqua, de qbus ſcandalizarentur,

lizarentur, & accuſare eum vellent, vel ſaltem murmurarent, ſic videtur fuiſſe quando Chriſtus curauit paralyticum, ſupra 9. & Mar. 2. Erant quippe ibi Phariſæi, & Scribæ multi, audientes verbum Chriſti, & cum ille diceret paralytico, remittuntur tibi peccata tua, cęperunt cogitare intra ſe Scribæ, & Phariſæi, & dicere, hic blaſphemat, & primo aſpectu habebant iſti motiuum ad hoc: nam conſtat peccata non poſſe remitti, niſi per Deum, & tamen de Chriſto nõdum credebant ipſi, quòd eſſet Deus. Quod autem bono animo veniſſent Scribæ iſti, & Phariſæi, patet Lucæ 5. Vbi ponitur eadem hiſtoria, & dicitur quòd erãt ſedentes Phariſæi, & legis Doctores, &c. & ſequitur, & virtus Domini erat ad ſanandum eos, & tamen nõ ſanaret, niſi bonum animum haberent ad Chriſtum, qui ſanitatem cõferebat, ergo habebant bonum animum ad eum, & tamen ibi dicitur de iſtis Phariſæis, & Scribis, quòd intra ſe cogitauerũt, ꝙ Chriſtus blaſphemauerat. De iſtis Phariſæis, & Scribis quo animo venerint non apparet penitus: nam conſtat, quòd nõ veniebant de Ieruſalem eo animo, vt Chriſtum arguerent de eo in quo arguerunt, vt oſtenſum eſt, ſed poterat eſſe, quòd venirent bono animo. Et deinde viſo, quòd diſcipuli Chriſti tranſgrediebantur traditiones ſeniorum arguerent eos. Vel quòd venirent animo arguendi Chriſtum de aliquo, & tamen non inuenerunt de quo, & arguerunt de hac re leui. Sed potius videtur, quòd non bono animo venerint, quia ſi bono animo veniſſent, non arguiſſent eum de hac re, de qua nemo arguendus eſſet, qui autem murmurauerunt intra ſe Chriſto dicente ad paralyticum dimittuntur tibi peccata tua, rationabilius egiſſe videntur: nam peccata remittere ſolius Dei erat. Quod autem aliquis homo ſe de hoc intromitteret, ſi purus homo eſſet, qualem putabant eſſe Chriſtum, erat blaſphemia.

Quare Phariſæi Chriſtum arguerunt, & non diſcipulos, cum ipſi arguendi eſſent. Quæſt. VII.

QVAERETVR cum diſcipuli Chriſti viderentur ſoli eſſe hic arguibiles, quare Chriſtum arguerunt Phariſæi, & non ipſos diſcipulos, vt dicerent eis, quare non lotis manibus manducatis contra traditiones ſeniorum?

Dicendum, quòd primo hoc factum eſt, quia Phariſæi, & Scribæ artificioſe, & diabolice arguebant ad cauſandum diſcordiam quandam inter magiſtrum, & diſcipulos: nam quando videbatur peccare magiſter, non accuſabant eum Phariſæi loquentes ipſi, ſed apud diſcipulos ei detrahebant, ſicut quando comedebat cum publicanis, ſupra 9. cap. Nam dixerunt tunc Phariſæi diſcipulis Chriſti: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magiſter veſter? quaſi dicat, Turpe eſt, quòd talem magiſtrum habere velitis, qui manducet cum publicanis, & peccatoribus, quando autem videbant peccare diſcipulos, non arguebant eos Phariſæi, ſed accuſabant illos apud Chriſtum, vt eſt illud, eodem cap. ſcilicet, Quare nos ieiunamus frequenter, diſcipuli autem tui non ieiunant? & illud, ſupra 12. ſcilicet, Quare diſcipuli tui faciunt, quod non licet eis facere ſabbatis? ſcilicet, vellere ſpicas, & iſte erat modus ponendi diſcordiam inter diſcipulos, & magiſtrum per detractionem de vtriſque, ſic dicit Chryſoſt. ſcilicet, notandum, quòd cum diſcipuli viſi ſunt ſpicas portare Chriſtum alloquũtur dicentes, Ecce diſcipuli tui faciunt, quod non licet eis facere ſabbatis. hic autẽ apud diſcipulos Chriſto detrahebant, ſcilicet, quare cum publicanis, &c. quæ omnia malignãtium erant, & volentium ſeparare a Doctore corda diſcipulorum. Secundo, & principaliter fuit, quia Phariſæi volebant nunc Chriſtum arguere, & cum non inuenirent aliquid, de quo eum arguerẽt in perſona ſua, voluerũt crimen diſcipulorum retorquere in magiſtrum: nam ſi peccatũ eſſet manus non lauare, quod diſcipuli faciebant, culpa erat magiſtri, q hoc videns eos non arguebat, & quaſi de iſta negligẽtia correctionis pro trãſgreſſione legum eum arguebant, & volebãt Phariſæi oſtendere Chriſtum eſſe aliquem hominem vilem, immũdum, incompoſitum, qui non attenderet ad ea, quæ munditiæ ſunt, & contra cæterorum conſuetudinem, & ſeniorum leges viueret, cum in diſcipulis ſuis iſtas immunditias nõ caſtigaret, & ex hoc minoris opinionis reddere volebãt omnia, quæ Chriſtus faciebat. Tertio, vt aliqui dicunt fuit hoc, quia licet iſta verba eſſent formaliter, & expreſſe contra diſcipulos, tamen Chriſtum pungebãr, quia ipſe in eodem culpandus videbatur, ſi culpa erat non lotis manibus manducare, & tamen dixerũt verba contra diſcipulos, quia forte non auſi ſunt palam eum arguere, ſed ſatis erat, quòd ipſe ſciret ſe argui, & quòd Phariſæi hoc animo dicebant, vt eum arguerent, ſic enim aliquando faciebant, vt quando accuſauerũt diſcipulos Chriſti dicentes: Quare nos, & Phariſæi ieiunamus, diſcipuli autem tui non ieiunant? ſupra 9. & Marci 2. Et tamen conſtat, quòd etiam nec Chriſtus tunc ieiunabat, ſed manducabat cum peccatoribus, eodem cap. & tamen accuſauerũt diſcipulos, quia accuſando illos accuſabant eum, qui in eodem facto participabat, & ita nunc eſſe poterat, quia ſcirẽt Ieſum non lotis manibus interdum manducare, & ſic eum quoque in hoc accuſabant. Sed dicendum, ꝙ non ſtat, quia Phariſæi, & Scribę non moti fuerunt, niſi propter aliquos Chriſti diſcipulos, quos viderunt non lotis manibus manducare, Marci 7. ſcilicet, & cum vidiſſent quoſdam de diſcipulis eius, non lotis manibus manducare panem, vituperauerunt. Dicendum ergo eſt, ſicut ſupra, quòd culpam diſcipulorum in magiſtrum retorquere voluerunt.

Quæ traditiones erant iſtæ, & qui ſeniores erant iſti, qui has traditiones dederant. Quæſt. VIII.

QVAERETVR cum dicatur hic de traditionibus ſeniorum, quæ traditiones erant iſtæ, & qui ſeniores erant iſti, qui has traditiones dederant. Aliqui dicunt, quòd erant Phariſæi. Quod patet, quia dixit hic Chriſtus: Quare & vos tranſgredimini mãdatum Dei propter traditionem veſtram? & ſic cum loqueretur ad Phariſęos videtur, quòd iſta traditio de lotione manuum a Phariſæis fuerat introducta. Secundo patet, quia dicit Hieron. ſuper Matth. Traditio autem Phariſaica in menſis, & in vaſis abſtinenda eſt, & tamen iſtæ ſunt traditiones ſeniorum de lauando manus, & vaſa, ergo Phariſæi erant iſti ſeniores. Sed dicendum videtur, quòd non ſtat, quia ſi iſtæ eſſent traditiones Phariſæorum, non obſeruarent eas, niſi Phariſæi, & Phariſæorum diſcipuli, & non eſſent alij arguendi, ſi non ſeruarent eas, & tamen Phariſæi oſtendunt nunc diſcipulos Chriſti vere arguendos, quia hæc non ſeruabant, ergo non inſtituerãt eas Phariſæi. Secundo patet, quia dicitur, quare diſcipuli tui tranſgrediuntur? eſt autem tranſgredi vbi eſt obligatio ſeruandi, & ideo id quod quis tranſgreditur lex ſibi eſt, & tamen Phariſęi non poterant imponere legem populo, ergo nõ erant iſtæ traditiones Phariſęorum. Tertio patet, quia inter Iudæos erant multæ ſectæ, & vnus non ſeruabat cæremonias alterius, & tamen oẽs Iudæi obſeruabant iſtam traditionẽ de lotione manuũ, ergo nõ erat traditio Phariſæorũ, ſic patet

Marci 7. ſcilicet, Phariſæi autem, & omnes Iudæi, niſi crebro lauent manus, non manducant. Quarto patet, quia ibidem inuitur, q̃ etiam Phariſæi ſeruarẽt iſtas traditiones lauandi manus, nõ tanq̃ ab eis impoſitas, ſed tanq̃ eos cogentes ad obſeruationem: nam cum dicitur Phariſæi, & omnes Iudæi, niſi crebro lauent manus, nõ manducant, ſequitur cauſa, ſ. tenentes traditiones ſeniorum. Dicendum videtur, q̃ iſtæ traditiones non erant datæ a Phariſæis, ſed a iudicibus maioribus populi, qui erant ſeptuaginta, & iſti habebant poteſtatem iubendi, & ſic totus populus videbatur obligatus ad faciendum, quod iubebãt, & hoc modo vr̃ ſtare argumentum Phariſæorum, ſ. q̃ tranſgrederentur traditiones iſtas diſcipuli Chriſti, & ſic eſſent vituperabiles, & hoc eſt veriſimile, quia iſti vocantur ſeniores, & tamen illi qui populum iudicabant, erant ſeniores, vt dicitur Nume. 11. Nam cum non ſufficeret Moyſes ſolus ad regimen populi in arduis cauſis, adiunxit ſibi alios ſeptuaginta ſeniores, quibus dedit ſpiritum prophetiæ, ſicut Moyſi, eodem cap. Et ideo ſtandum erat dictis eorum infallibiliter, tanq̃ Prophetis a Deo inſpiratis, de quibus declaratum eſt late Numeri 11. & Deuteron. 17. Et hoc vult Nic. hic dicens, q̃ a tempore Moyſi de voluntate Dei conſtituti ſunt ſeptuaginta ſenes ætate, & moribus maturi, & ſcientia præditi ad regimen ipſius populi, & Moyſes erat ſuper eos, ita quòd omnes ſimul erant ſeptuaginta, & vnus, & ex illo tempore ſtatutum eſt, quòd tot eſſent ad regimen populi ordinati, & iſti dicebantur iudices ordinarij, quia per impoſitionem manus inſtituebantur, vt dicitur ſæpe in Gloſis Hebraicis, & iſti reſidebãt in Ieruſalem, fiebatq̃ue ad eos recurſus in ambiguis, & difficilibus quæſtionibus, & eorum determinatio habebatur pro lege firma, quam tranſgredi non licebat, Deuteron. 17. Iſti etiam ſtatuebant aliqua quæ pertinebant ad bonum ſtatum populi, & in ſtatutis eorum erant aliqua, quæ cadebant ſub præcepto, tanquàm neceſſaria, & aliqua ſub monitione, vel conſilio, tanquàm decentia, & cuiuſdam honeſtatis, & de talibus erat iſtud, ſcilicet, quòd accedentes ad menſam lauarent manus, & ita tam populi, quàm Phariſæi ſeruabant hæc. Iſtud eſt multum veriſimile, eo q̃ iſti iudices vocantur in ſcriptura ſeniores, vt Numeri 11. & etiam 13. & hic vocãtur traditiones ſeniorum, & Marci 7. Nam iſti ſeniores manebant tẽpore Chriſti, & ad eos pertinebat iudicare in criminalibus cauſis, & per ſententiam eorum Chriſtus morti adiudicatus eſt, vt patet infra 26. & Marci 14. Ad primum dicendum, quòd illa traditio, de qua ibi Chriſtus loqtur, quæ erat Phariſæorum, non erat de iſtis, ſcilicet, de cæremonijs lauandi manus, & vaſa, ſed erat doctrina quædam de non honorando parentes, niſi verbo, vt patet in litera, & iſta vere erat traditio Phariſæorum, & Scribarum, quia cum iſti eſſent Doctores legis, exponebant quomodo lex obſeruãda eſſet, & intelligenda, & illa expoſitio vocabatur traditio eorũ. Ad ſecundum poteſt dici vno modo, quòd vocatur traditio Phariſaica, i. a Phariſæis inſtituta, nõ quidem a Phariſæis, vt erãt quædam ſecta Iudæorum, ſed quia contingit aliquos de Phariſæis eſſe de ſeptuaginta ſenioribus, & illi inſtituerunt iſtas cęremonias lotionũ, & ita erant traditiones ſeniorum, & etiam Phariſæorum. Aliter poteſt dici, quòd non inſtituerant hoc Phariſæi, ſed ſeniores ſeptuaginta, dicitur tamen traditio Phariſaica, ideſt, de qua maxime curabant Phariſæi, quia plus pollere volebant Phariſæi in iſtis exterioribus munditijs, quàm cæteri de populo, quaſi per has munditias ſimpliciter ſancti eſſent, & ideo licet Phariſæi eſſent minima pars Iudęorum, prępnuntur in hac obſeruatione toti populo, Mar. 7. ſcilicet, Phariſæi autem, & omnes Iudæi, niſi crebro lauent manus non manducant, & iſtud eſt veriſimilius. Et patet etiam hoc, quia ipſi iſtam cęremoniam defendebant, arguentes nunc diſcipulos Chriſti, quia non obſeruabant eam, & nemo alius de plebe eos arguit.

Quæ traditiones erant iſtæ quas dicunt Phariſæi non ſeruare Chriſti diſcipulos. Et in quibus conſiſtebant.
Quæſt. IX.

QVAERETVR quæ traditiones erant iſtæ, quas dicunt Phariſæi non ſeruare diſcipulos Chriſti. Dicendum, quòd ſolum nunc de lotione manuum non obſeruata arguebant, traditiones tamen ſeniorum multæ erant. Vocantur autem traditiones regulæ quædam morales, quæ nõ habent aliam vim obligandi, niſi auctoritatem inſtituentis, ſcilicet, quia traditę ſunt, & ideo dicuntur traditiones a tradendo, quia ad obſeruandum traduntur, ſic dicitur Mar. 7. ſcilicet, & alia multa ſunt quæ tradita ſunt illis obſeruare. Conſiſtebant autem traditiones iſtæ interdum in ſolis cæremonijs, quæ nihil omnino conferũt ad eſſe ſpirituale, & ita erat iſta lotio manuum, & multum inſiſtebant ſeniores illi circa munditiam corporalem, ideo ſępe lauari hominem inſtituerunt, etiam ſi non tetigerit rem immundam, & non ſolum hominem, ſed etiam omnia vaſa, quæ in vſu hominũ veniunt. exprimuntur aliquę obſeruationum iſtarum Marci 7. ſcilicet, Phariſæi autem, & omnes Iudæi, niſi crebro lauent manus, non manducant tenentes traditiones ſeniorum, & a foro, niſi baptizarentur non comedunt, ideſt, ſi venerint de foro etiam ſi nihil tetigerint non comedunt, niſi lauentur, & ſequitur, & alia multa ſunt, quæ tradita ſunt illis ſeruare baptiſmata calicum, & vrceorum, & ęramentorum, & lectorum, ideſt, lauant calices, & vrceos, & omnia vaſa metallina, & etiam lectos in quibus dormiũt, & loquitur ibi Marcus nõ quidem de ſufficienti, & honeſta lotione, ſed de quadam curioſa ſuperabũdanti, & ſuperſtitioſa, quia Marcus ſcripſit illa aliqualiter notando Iudæos de illis cæremonijs. Circa alia multa, quæ ad vitam pertinent, tradiderunt iſti ſeniores regulas viuendi cæremoniales, quia tamen de ſola munditia corporis nunc actum fuit contra diſcipulos, deſcripſit Marcus ſolas traditiones circa lotionem, & tamen innuit, quòd etiam circa multa alia eſt traditio ſeniorum ſimilis, cum ait, & alia multa ſunt, quæ tradita ſunt illis obſeruare. De hoc dicit Remigius, quæ autem fuerunt traditiones, manifeſtat Marcus cum ait: Phariſæi autem, & omnes Iudæi, niſi crebro lauent manus, & cæt.

An Phariſæi, & Scribæ peccauerunt arguentes Chriſti diſcipulos, immo Chriſtum ipſum, cum nemo alium poſſit arguere, niſi de eo quod eſt contra legem.
Quæſt. X.

QVAERETVR an iſti Phariſæi, & Scribæ peccauerunt arguentes nunc diſcipulos Chriſti, immo, & ipſum Chriſtum in diſcipulis ſuis, quia ad hoc principaliter tendebant. Dicendum, q̃ peccauerunt. Primo, quia ex inuidia quadam agebant, ſ. volentes decolorare facta Chriſti, quia viderant magna miracula eius in terra Geneſareth, ſicut enim ſupra 9. quando Phariſæi viderunt, q̃ populus vehementer extollebat Chriſtum dicẽs, Nunquàm ſic apparuit in Iſrael, dixerunt in principe dæmoniorum eijcit dæmonia, & quando iterum ſtupente turba, & dicente: Nunqd iſte eſt filius Dauid? ſup. 12. dixerũt: Iſte nõ eijcit dæmones, niſi in Beelzebub principe dęmoniorũ, ita

ita & nunc videntes admiranda opera eius, ſcilicet, quia ſanabat omnes tangentes ſe, inuidentes voluerunt eum redarguere, & quia nõ inuenerunt aliud de quo arguerent, arguerũt ſaltem de lotione manuum non obſeruata diſcipulos eius. Secundo patet, quia Chriſtus redarguit iſtos Phariſæos, & Scribas, quia ſic arguebant, & tamen non arguerentur ab eo, niſi peccarent, ergo peccabant redarguendo. Tertio patet, quia arguebant de eo in quo non erat arguendum, ſcilicet, de lotione manuum, quia licet honeſtum ſit illas lauare, tamen cum ſine culpa iſta lotio omittatur, non eſt aliquis de ea arguendus, maxime ab eo qui nõ poteſt, niſi de vitio redarguere: nam pater filius, vel dominus ſeruum, aut generaliter quicũque miniſtrantem ſibi habet, poteſt licite de non ſeruata munditia illum arguere, & tamen extraneum a ſe penitus nemo arguere poteſt, niſi de eo quod ſimpliciter illicitum eſt, ſcilicet, contra legem factum, & ideo illi ſtulti erant Phariſæi, qui Chriſti diſcipulos de talibus arguebant. Sic dicit Hierony. Mira Phariſæorum, ſcribarumq̃ue ſtultitia Dei filium arguunt, quia traditiones, & præcepta hominum non ſeruet. Sic etiam dicit Chryſoſt. Vide autem qualiter, & a ſua interrogatione capiuntur, non enim dicunt, quare trãſgrediũtur legem Moyſi, ſed traditionem ſeniorum, & ideo Euãgeliſta ponit ſimul de veneratione, quam viri Geneſareth Chriſto impendebant, volentes tangere fimbriam veſtimẽti Chriſti, & inhonorationem quam iſti faciebant, aut facere volebant arguentes Chriſtum quaſi male ageret, taliter permittendo diſcipulos agere. Sic dicit Beda, & Rabanus, ſcilicet, homines terræ Geneſareth, qui minus docti videbantur, non ſolum ipſi veniunt, ſed & infirmos ſuos adducunt ad Dominum, vt vel fimbriam eius mereantur contingere: & vere Phariſæi, & Scribæ, qui Doctores eſſe populi debuerunt, nõ ad quærendam medelam, ſed ad mouendum quæſtionum pugnas ad Dominum concurrerunt. Sic etiam dicit Remigius, ſcilicet, duabus autem de cauſis reprehenduntur, & quia a Ieroſolymis venerant, ideſt, a loco ſancto deſcenderant, & quia ſeniores populi, & legis Doctores erant, & non ad ſciendum, ſed ad reprehendendum Dominum venerant.

An Phariſæi nunc arguerent Chriſti diſcipulos, quaſi peccantes, vel ſolum, vt non ſeruantes honeſtatem.
Quæſt. XI.

QVAERETVR, an Phariſæi nunc arguerent Chriſti diſcipulos, quaſi peccantes, vel ſolum, vt non ſeruantes honeſtatem. Aliqui dicunt, quòd arguebant neceſſario, tanquàm peccantes, quia aliàs non eſſet redargutio, cum nemo iuſte redarguatur, niſi quando peccat. Dicendum, quòd interdum Phariſæi, & Scribæ arguebant Chriſtum, & diſcipulos de aliquo, quod non erat peccatum: vnde non arguebant eos, tanquàm peccantes, ſed tanquàm a pfectione deuiantes, vel ad illam nõ accedentes, & interdum eos quaſi peccantes arguebant. De primo patet, quando arguerũt Chriſtum, quòd comederet cum publicanis, ſupra 9. ſcilicet, quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magiſter veſter? & tamen manducare cum publicanis nõ erat peccatum, & tamen arguebãt eum, quaſi eſſet cuiuſdam imperfectionis, & contra cõditionem profeſſionis ſuæ, erat enim Chriſtus doctor perfectæ vitæ. quòd ergo ipſe cum peccatoribus comederet, nõ videbatur competere ei, licet comedere cum peccatoribus, non eſſet abſolute peccatum, ſic etiam arguerũt diſcipulos Chriſti, ſupra 9. & Marci 2. ſcilicet, quare diſcipuli tui non ieiunant, & nos ieiunamus frequẽter? nam ieiunare temporibus illis, non erat peccatum, quia ieiunium erat ſupererogationis, ſ. quod ſoli diſcipuli Ioãnis, & diſcipuli Phariſæorum faciebãt, Marci 2. & Lucæ 5. Et tamen, quia diſcipuli Chriſti ideo ſequebãtur Chriſtum, vt perfectiorem viam viuendi tenerent, q̃ populus, qui ſolum obligabatur ad præcepta legis, videbatur incõueniẽs, q̃ ieiunare nollent plusq̃ populus, cum Iudæi putarẽt ieiuniũ eſſe de operibus perfectionis, & ſic arguebant eos, non tanq̃ peccantes mortaliter, ſed tanq̃ non accedentes ad perfectionem, quæ erat eis in propoſito, & profeſſione, cũ ſe profiterentur diſcipulos Chriſti. De ſecundo, vt qñ accuſabant ſæpe Phariſæi Chriſtũ, q̃ ſabbato curaret, Lucæ 13. & 14. & putabãt hoc eſſe peccatum mortale: nam dicebant non eſſe Chriſtum a Deo, ga curabat in ſabbato, Ioan. 9. ſ. Non eſt hic homo a Deo, qui ſabbatum non cuſtodit. De diſcipulis Chriſti patet, vt qñ arguerunt eos, q̃ vellerent ſpicas ſabbato dicentes, quare diſcipuli tui faciunt quod nõ licet eis facere ſabbatis? Lucæ 6. Ita nunc poterat eſſe, quòd arguerent eos de aliquo, quod putaretur eſſe peccatum mortale, vel quòd crederetur non eſſe peccatum, ſed nõ faciendo illud deuiabant a via perfectionis, & tamen videtur q̃ putarent peccatum eſſe id, de quo accuſabant diſcipulos, quia dixerunt quare tui diſcipuli tranſgrediuntur traditiones ſeniorum, & tamen tranſgredi eſt præuaricari & peccatum.

An licuit ſenioribus tales traditiones tradere. Et quòd apud Iudæos pertinebat ad iudices, & ad ſummum ſacerdotem diffinire in omnibus, de quibus lex non diffiniebat.
Quæſt. XII.

QVAERETVR cum dicatur hic, quòd diſcipuli tranſgrediebantur traditiones ſeniorum, an licuit ſenioribus tales traditiones tradere. Aliqui dicunt, quòd non, quia iſtæ obligarent per modum legis, vt putabant Phariſæi cum dicerent eſſe tranſgreſſionem cõtra illas, & tamen non licebat addere ad legem nec vnum verbum, nec minuere, Deuteronom. 4. Ergo non licebat dari tales traditiones. Item Chryſ. increpat Iudæos de hoc dicens, manifeſtum eſt, quòd multa noua inducebant ſacerdotes, quamuis Moyſes dixerit, non adijcietis ad verbum, quod ego propono vobis hodie, & non auferetis ab eo, & quando oportebat eos ab obſeruationibus liberari, tunc amplioribus obligationibus eos alligauerunt, timentes ne aliquis eorum principatum auferret, & terribiliores eſſe volentes, quaſi ipſi eſſent legislatores. Dicendum, quòd poterant ſeniores iſti introducere traditiones has per modum legis, vel præcepti, ita vt Iudæi tenerentur obſeruare illas, & non faciebant contra legem Moyſi: nam ſi feciſſent contra legem Moyſi, manifeſte argueret eos Chriſtus duriſſime, quia illos qui vendebant, & negociabantur in atrio templi, excluſit terribiliter facto flagello de funiculis, Ioan. 2. Et tamen hoc non erat expreſſe in lege vetitum, ſed ſolum, quia erat contra quandam honeſtatem templi, quæ debebat eſſe domus orationis, a fortiori ergo ſi iſti facerent expreſſe contra legem addentes, vbi lex vetuiſſet addi, argueret illos Chriſtus potiſſime, quia iſtud non ſolum eſſet peccatum ipſorum inſtituẽtium, ſed etiam totius populi, qui fauebat eis permittendo talia ſtatui, & obſeruabat ea tanquàm recte ſtatuta, & tanto minus Chriſtus illud toleraret, quãto grauius, & perniciouſus peccatum erat, & tamen tolerabat Chriſtus hoc, & non allegauit contra iſtas traditiones, licet ex eis fieret contra eum redargutio, ergo non fuerat illicitũ eas inſtitui, alioquin Chriſtus nunc contra Phariſæos

ſæos clamaſſet dicens traditiones eſſe ſacrilegas, & impios eſſe qui tradiderunt eas, & peccatores qui illas obſeruarent, & tamen nihil ex hac parte dixit, ſed aliter excuſauit diſcipulos, ergo non fuit illicitum inſtitui has traditiones, ſed potuit facere, quæ fecit, nec egit contra legem Moyſi, tanquàm eſſet pars legis illius, & datum a Deo, qui cæteras partes legis ipſius tradiderat, quia hoc erat impium, etiam non licebat aliquid tolli de lege, quod a Deo fuiſſet datum, quia iſtud adhuc erat magis neſarium, quia oſtenderet erraſſe Deum, qui aliquid de traditis ab eo deleret, vt iam non haberetur, & tamen facere alias leges municipales, quibus ſingulæ vrbes, vel tota ipſa Iudęorum communitas regeretur, quę non ſcriberentur in codice legis Dei, non erat impium, immo laudabile erat, & neceſſarium, quia licet Deus tradidiſſet leges aliquas forales, ſiue iudiciales, quibus litigiorum cauſæ dirimerentur, Exo. 21. & 22. & 23. & in libro Numerorum, & Deuteronom. tamen illę non ſufficiebant pro omnibus cauſis, cum quotidie nouæ lites orirentur, ideo oportebat leges de nouo introduci, quæ eſſent noua remedia contra lites, & iſtæ introducendæ erant, vel per totum populum, vel per eum penes quem reſidebat, aut in quem trãſlata erat poteſtas populi, ſicut erat rex, vel ſummus ſacerdos, & quia Deus prouiderat iudices ad omnes difficultates quantęcumq; orirentur, & quòd ſtaretur iudicio eorum, & non declinaretur ad dextram, nec ad ſiniſtram, Deuteronom. 17. Ad eos pertinebat diffinire in omnibus, de quibus lex diuina non diffinierat, & hoc aliquando per modum ſententiæ oblato caſu particulari, deducto in iudicium, & aliquando per modum legis generaliter diffiniendo pro omni tali caſu. Iſti autem erant ſeniores ſeptuaginta, qui manebant per ſucceſſiones, poſt inſtitutionem illam quam Deus fecerat tempore Moyſi, Nume. 11. Ideo iſti poterant condere leges ad regimen populi in eis, in quibus diuina lex non prouiderat, & eis commiſſa eſt poteſtas Deuteronomij, & ideo totus populus acceptauerat traditiones iſtas, tanquàm datas ab eis, qui iuriſdictionem ad hoc condendum habebant. Et ita dictum Chryſoſtomi non militat contra eos, quaſi egerint contra legem Moyſi, licet poſſet militare, inquantum forte introducebant multitudinem cæremoniarum ſuperuacuo hominem impedientium, & erant inutiles, cum tamen illi putarent eas ad aliquid efficaces.

Quare Phariſæi, & Scribæ redarguerunt Chriſti diſcipulos de non lauando manus. Et quòd Iudæi putabant munditiam exteriorem facere ad ſanctitatem. Et quare ſic putabant. Et quare lex vetus eam munditiam iuberet.

Quæſt. XIII.

QVAERITVR quare Phariſæi, & Scribæ redarguerunt Chriſti diſcipulos, de non lauando manus cum manducant. Dici poteſt vno modo, quòd iſta leuis accuſatio erat, quia tamen Phariſæi non inuenerunt aliam accuſationem pro nunc contra Chriſtum, & diſcipulos eius fecerunt iſtam, quia ex inuidia geſtorum eius volebant aliquid contra ipſum dicere quidquid illud eſſet. Secundo poteſt dici, quòd fecerunt hoc, quia putabãt aliqualem eſſe accuſationem, quaſi vere eſſent reprehenſibiles Chriſti diſcipuli, qui contra leges, ſiue traditiones ſeniorum agerent: nam totus populus Iudæorum illas ſeruabat, quaſi obligantes, eo quòd a ſenioribus traditæ erant, vt innuitur Marci 7. ſcilicet, Phariſæi, & omnes Iudæi, niſi crebro manus lauent, non manducant tenentes traditiones ſeniorum, diſcipulos ergo Chriſti, tanquàm tranſgreſſores illarum traditionum putabant eſſe vere reprehenſibiles, ideo arguebant eos de hoc, ſicut argueret de quolibet alio crimine. Tertio, & principalius, quia putabant Iudæi quandam ſanctitatem conſiſtere in exteriori munditia: nam nõ recte ſentiebant de ſanctitate, & puritate vitæ, ſed, putabant, quòd eſſe mundum exterius, erat eſſe ſimpliciter mundum, & eſſe exterius immundum faciebat animam immundã, & ſic arguendo diſcipulos Chriſti de exteriori immunditia, arguebant eos ſimpliciter immundos, & malos. Quod autem hoc putarent patet, quia Chriſtus quando voluit excuſare ſe, & diſcipulos ſuos coram populo, & oſtendere, quòd non bene Phariſæi accuſaſſent eos ait: Audite me, & intelligite, non quod intrat in os coinquinat hominem, ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem, & tamen ſi Phariſæi non putaſſent exteriorẽ immunditiam facere hominem interius immundũ, vel ſimpliciter immundũ, quaſi Chriſtus fruſtra hoc reſpondiſſet. Motiuum autem Phariſæorum ad putandum hoc, erat quia in lege imponebantur multæ exteriores lotiones, per quas tolli dicebatur immunditia, vt Leuitici 11. In omnibus immunditijs cauſatis per cõtactum fiebat lotio, & ſic ablutus dicebatur mundus fieri. idem Leuitici 15. Et non imponebat lex aliquas alias mundificationes, ideo iſtas corporales putabant eſſe veras, & ſufficientes munditias, quia has ſolas cognoſcebant, ſicut dicit Ariſtoteles ſeptimo Ethicorum, circa finem, quòd aliæ ſunt delectationes potiores corporalibus, ſed propter has ſolas cognitas eſſe, has ſolas eſſe exiſtimant, ſcilicet, delectationes, ſic etiam dixit Iſa. Lauamini, & mundi eſtote, Iſa. 1. Per lotionem eritis mundi, quod ipſi de lotione corporali intelligebant. Et iſta etiam fuit cauſa, quare ſeniores Iudæorum tot cęremonias lotionum inſtituerunt tam in corpore, quàm in vaſis, vt patet Marci 7. ſcilicet, quia cum per quaſdam lotiones in lege Moyſi fieri iuſſas, homines mundificarentur a quibuſdam immunditiis, a fortiori qui pluribus alijs lotionibus vteretur efficeretur mundior, vt ergo valde mundi eſſent, volebant ſe multis implicare lotionibus, & ita ſeniores Iudæorum inſtituerant multas cæremonias ablutionum. Sic dicit Beda: Verba autem Prophetarum carnaliter accipientes, quod dictum erat lauamini, & mundi eſtote. de corpore ſolum lauando ſeruabant, & ideo ſtatuerant, non niſi lotis manibus manducandum eſſe. Sed dicendum eſt, quòd errabant valde: nam impoſſibile erat, quòd exterior lotio ablueret vitia interiora, quia corpus, & anima non communicant in materia, vt id quod lauat corpus poſſit animam lauare: nam corpus per contactum lauatur, quia fluidus humor maculas corpori concretas laxando eluit, anima autem tangi non poteſt, quia quantitatẽ non habet: & quia homo eſt principaliter anima, q̃ corpus, cõſiſtet neceſſario mũditia hominis magis in anima, q̃ in corpore, & tñ lotio exterior animã non mundat. ergo exteriores lotiones quotquot fuerint non reddunt hominem mundum, ſic dr̃ Ieremiæ 2. Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es iniquitate tua: dicit Dominus. Cum autem dicitur lauamini, & mundi eſtote, Iſa. 1. Apparet manifeſte, quòd non dixit de corporali, ſed de ſpirituali lotione: nam ait, Lauamini, & mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis, quieſcite peruerſe agere, diſcite benefacere, quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam, & iſte eſt modus mundandi hominem, & dealbandi auferendo peccata, & non per lotiones exteriores: vnde ſequitur ibi. Venite, & arguite me ſuper hoc, dicit Dominus, ſi fuerint

rint pẽccata veſtra, ſicut coccinum, quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt. Cum autem putabant mundari per aquam elementalem, ſicut lex dicebat aliquos mundos fieri ſi lauarentur aquis: dicunt aliqui de noſtris, quòd intelligantur illa ſpiritualiter.

Sed hoc falſum eſt, quia Deus impoſuit Iudæis illas ablutiones corporaliter faciendas, & obligabantur ad ſic faciendum, & ſic obſeruabant, & ſi vellent ſolum ſpiritualiter cuſtodire, peccarent, ſicut ſi nunc iubeatur alicui ire ad Eccleſiam, & eat illuc ſolum ſpiritualiter, ideſt, per deſiderium, & non realiter, peccat. Et tamen dicetur, quòd lex non innuebat, quòd per iſtas lotiones exteriores lauaretur quis a peccato, ſed ſolum a corporali immunditia. Quod patet, quia iſtę lotiones fiebant a quibuſdam contaminationibus, quæ non erant peccatum, cum interdum inuoluntarie quis pollueretur, & tamen nemo inuitus peccat. Etiam quod maius eſt, quia interdum cogebatur quis pollui, & merebatur per hoc quòd polluetur, & ſi nollet pollui peccabat, ſicut obligatur quis ſepelire patrem, & matrem ex lege etiam ſi ſit ſacerdotis filius, Leuit. 21. Et tamen ſepeliendo, vel plangendo mortuos polluitur faciens, & debet lauari aqua luſtrationis, Numeri, 19. Sepelire autem cæteros (licet non ſit obligatio ſaltem communiter) eſt tamen laudabile, & ita Tobias in veteri Teſtamento ſpecialiter laudatur, quòd mortuos ſepeliret, & tamen polluebatur, & mundandus erat, & ſic non erat lotio legalis ad tollendam immunditiam interiorem, ſed ſolas corporis maculas, lex autem volebat, quòd Iudæi haberent iſtam munditiam, reſpectu templi Dei: nam nõ licebat alicui in certis modis immunditiarum ingredi Sanctuarium, quantum ad cætera autem non vetabat immunditiam, vt quòd quis immundus manibus manducaret, vel conuerſaretur cum alijs hominibus, niſi forte eſſe contagioſa immunditia, ſicut lepra, & fluxus ſeminis: nam iſtos a cæteris ſegregabat ponens extra caſtra. Ratio autem quare voluit reſpectu templi, ſiue Sanctuarij ſeruari iſtam munditiam, fuit ad oſtendendam Dei dignitatem, qui iudicabatur eſſe in Sanctuario habitans, & quia ipſe eſt munditiſſimus non licebat alicui immundo accedere ad eius habitaculum, vel tangere res eius, & quia immũditiæ iſtæ corporales erant, ſicut & Sanctuarium erat corporale, & vaſa quæ tractanda erant corporalia erant, debuit eſſe ablutio corporalis: ad ſumendos autem cibos, & conuerſandum cum alijs hominibus Deus nõ inſſit fieri aliquam lotionem, & ſic iſti ſeniores impertinenter introduxerant alligando homines ad cæremonias non neceſſarias, ad quas Deus non aſtrinxerat. Et maxime quia procedebat motiuum ſuum ex errore, quaſi homo interius mundaretur per iſtas lotiones ad quod lex occaſionem non dederat, niſi quia ipſe non bene ea intelligebat, & tamen Phariſæi putantes exteriorem lotionem mundare hominem interius, arguebant diſcipulos Chriſti tanquàm immundos, eo quòd iſtam munditiam in manducando non ſeruarent.

Quomodo diſcipuli Chriſti erant reprehenſibiles in hoc, quòd non lauarent manus manducaturi. Et quòd commune in ſcripturis accipitur pro immundo.

Quæſt. XIIII.

QVAERITVR qũo diſcipuli Chriſti erãt reprehenſibiles in hoc, quòd non lauarent manus manducaturi: nam honeſtas erat lauare illas, & cum ipſi obſeruarent omnem honeſtatem, mirum eſt quomodo in hoc errarent.

Dici poteſt vno modo, quòd duplex erat munditia manuum ad manducandum. Vna quidem communis, & ſufficiens, quia qui manducaturus eſt ſemel manus lauat, ſi non habeat eas omnino impollutas. Alia erat ſuperabundans, & ſuperſtitioſa, ſcilicet, ſæpe & multum lauare. Primam munditiam dicunt habuiſſe Chriſti diſcipulos, quia erant viri bene inſtructi etiam circa exteriorem honeſtatem, & ideo non erant vllo modo reprehenſibiles. Secundam autem non habuerant, quia non lauabant ſæpe manus, & de hac eos arguerunt Phariſæi. Quod patet, quia arguerunt eos tranſgreſſores traditionum ſeniorum, & tamen traditiones non ſolum ſemel, ſed & pluries lauari manus iubebant manducaturis, Marci 7. ſcilicet, Phariſæi, & omnes Iudæi, niſi crebro manus lauent non manducant tenentes traditiones ſeniorum, ita ergo accuſarent eos, quòd nõ toties lauabantur quoties lauari traditũ erat. Et hoc tenet Remigius dicens, reprehendebant Phariſæi diſcipulos Domini, non de iſta lauatione, quæ conſueto more congruit, & neceſſarijs temporibus agitur, ſed de illa ſuperflua, quæ ſuperſtitioſa traditione ſeniorum fuerat reperta.

Sed obijcietur, quòd non ſtat, quia dicitur ſupra in litera, non enim lauant manus ſuas cum panem manducant, & ſic videtur, quòd nullo modo manus lauabant: vnde de non lauando manus nullo modo eos increpabant. Sed dicetur, quòd poteſt intelligi non lauant, ideſt, non lauant toties quoties inſtitutum eſt. Et apparet, quòd dixerunt, quòd tranſgrediuntur traditiones ſeniorum, & tamen illæ erant de lauando ſæpe. Etiam quia ſi de vna lotione, quę neceſſaria eſt loqui vellent, non oporteret allegari traditiones ſeniorum, quia ad illam omnes homines inclinantur ex quadam vitæ honeſtate, & munditia. Sed dicendum, quòd non ſtat, quia diſcipuli non lauerunt nunc manus cum eos arguerent Phariſæi, ſed immundis manibus manducauerunt, ſic patet Marci 7. ſ. Et cum vidiſſent quoſdam de diſcipulis eius communibus, i. nõ lotis manibus manducare panem, ſed commune accipitur pro immundo in ſcripturis, ſic patet Act. 10. c. qñ oſtẽſa ſunt Petro animalia quadrupedia, reptilia, & ſerpentes, & dictum eſt occide, & manduca, & ille ait, Cõmune, & immundũ nunq̃ intrauit in os meũ, & dictum eſt ad eũ, quod Deus purificauit cõmune ne dixeris, & ſic cõmune eſt immundũ, habebãt ergo manus immundas cũ tunc comederunt, i. nullo modo lotas. Secundo patet, quia qñ Chriſtus coram turbis excuſauit diſcipulos excludens redargutionẽ Phariſæorũ ait, quod intrat per os non coinquinat hominẽ, in litera, & eſt ſenſus: immundũ quod intrat per os non coinquinat hominẽ, ergo ſupponebatur immundũ aliquod manducare eos, qui nõ lotis manibus mãducabant, quaſi ſordidæ manus eſſent, ex qbus aliquę ſordes cõcretę adhęrerẽt cibo, & intrarent in corpus, & tñ adhuc non coinquinant hominẽ, qa in ſeceſſum vadũt, vt Chriſtus dixit infra in litera, & ita pſupponit q̃ diſcipuli tunc comederant manibus immundis, i. nullo modo lotis. Cũ aũt dr̃, q̃ diſcipuli manducarent non lotis manibus. Dicendũ, q̃ nõ erat reprehenſibile interdũ non lotis manibus manducare, nec eſt putandũ, q̃ diſcipuli Chriſti nunq̃ manus lauarent manducaturi, ſed q̃ accidit, q̃ nunc qñ iſti Phariſæi venerunt a Ieruſalem, manducaturi quidam de diſcipulis Chriſti manus nõ lauauerant. Hoc autem potuit eſſe propter tria. Primo, quia ea ad quæ homo principaliter non attendit, veniunt ſibi interdum in obliuionem, & quia diſcipulorum Chriſti totum ſtudium erat virtuti vacare, ſicut Chriſtus eos inſtruebat, illi ſolicitudini attenti, forte de lauando manus non cogitauerunt: nam interdum alia maiora, & magis

Nemo peccat inuitus.

necessaria obliuiscebantur, sicut quãdo iuerunt trans
F fretum obliti sunt panes emere, sequenti cap. & putabant, quòd Christus postea de hoc eos argueret, eodem cap. Ita ergo, & hoc, idest, lauare manus poterant interdum obliuisci. Secundo forte, quia discipuli a Christo recte instructi quid attendendum esset, & ad quid homo conari deberet, scilicet, ad spirituale bonum, quod solum est necessarium, iuxta illud Lucæ 10. Martha solicita es, & turbaris erga plurima: porro vnum est necessarium. ad corporalia non multum attendebant, & sic nõ habebant lauari pro lege, cum scirent illud non esse necessarium ad bonum spirituale, quod ipsi quærebant, nec etiam habebant pro lege non lauari, cum ad quandam munditiam, & honestatem pertineret lauare manus ante cibos, & sic inter-
G dum lauabant manus, & interdum non, sicut accidebat, quia non multum differret lauari, vel non lauari. Et hoc est valde verisimile, sic etiam dicit Chrysost. scilicet, ideo autem discipuli non lotis manibus manducabant, quia iam superflua despiciebant, ea solum quæ sunt necessaria attendentes, & nec lauari, nec nõ lauari pro lege habentes, sed vt contingebat alterutrũ facientes, qui enim & ipsum necessarium cibum contemnebant qualiter circa ipsum studium haberẽt? Sic etiam dicit Beda, discipuli namque Domini instructi ea quæ virtutis tantum sunt operari non lotis manibus simpliciter comedebant, Pharisæi autem volentes occasionem inuenire hoc acceperunt, & nõ vituperabant eos vtique, vt legis transgressores, sed quia
H transgrediebantur traditiones seniorum. Tertio fuit forte, quia Christus ex intentione voluit, quòd aliqui de discipulis manducarent non lotis manibus, non quòd sic ipse eis facere iuberet, sed quòd fecit vt obliuiscerentur. Vel aliàs vellent pro tunc omittere, vt videntes hoc Pharisæi haberent occasionem arguendi eos, & tunc esset locus cõueniens Christo ad arguendum errorem Iudæorum, qui putabant exteriores lotiones prodesse ad munditiam animæ, & munditiam corporis facere hominem interius immundum, sicut infra in litera redarguit eos, quòd errarent in hoc, dicens cęcos esse, & cęcorum duces eos, qui talia putabant, & tamen non fuisset conueniens locus Christo ad redarguendum illum errorem Pharisæorum, nisi oblato hoc casu, ideo voluit quòd accideret iste casus, vt haberet occasionẽ ad hoc, quia sic Deus quærit occasiones ad faciendum id, quod intenditur, sic dicitur Iudicum 14. quando Samson petiuit a parentibus suis, quòd darent ei vxorem vnam de terra Philisthinorum, & ipsi nolebant, & dicitur, parentes autem eius nesciebant, quòd res a Domino fieret, & quæreret occasiones contra Philisthijm, scilicet, quia illa vxor Samsonis fuit occasio, vt Samson peuteret Philisthinos plaga magna sæpe, Iudicum 14. & 15. & 16. Et ita forte fuit hic, quod est satis verisimile.

Ipse autem respondens ait illis: Quare, &
K vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem vestram? Nam Deus dixit: Honora patrem, & matrem, & qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis quicunque dixerit patri, vel matri munus quodcunque est ex me tibi proderit, & non honorificauit patrem suum, aut matrem suam, & irritum fecistis mandatum Dei, propter traditionem vestram. Hypocritæ bene prophetauit de

Exo. 20. Deut. 5. Mar. 7.

vobis Isaias dicens; Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me docentes doctrinas, & mandata hominum. Isa. 2. 9.

Ipse autem. Hic ponitur secundum, scilicet, redargutionis Pharisæorum a Christo facta confutatio, idest, ostenditur, quòd non arguerunt iuste eos, scilicet, *Ipse autem respondens.* Idest, Licet arguerentur discipuli non responderunt illi, sed Christus. *Ait illis.* Scilicet, Scribis, & Pharisæis. *Quare vos transgredimini mandatum Dei.* Quasi dicat, Potius deberetis tacere, quàm accusare alios, quia etiam si manducare non lotis manibus peccatum esset, maius est quod vos cõmittitis, quia isti solum transgrediuntur traditionem seniorum: vos autem trãsgredimini mandatum Dei, erat autem istud mandatum de honorando parentes, vt infra patet, & isti transgrediebantur illud, scilicet, Pharisæi, & Scribæ, exponendo inconuenienter. *Propter traditionem vestram.* Idest, Propter regulam viuendi, quam traditis: erant enim isti Doctores legis, qui exponebant legem Moysi, coram populo prædicando, vt dicitur infra 23. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, idest, sederunt ad docendum, & dicitur cathedra Moysi, quia ibi docebant legem Moysi, exponendo illam: ita ergo isti exponebant legem, sicut volebant, & populus recipiebat eorum expositionem, cum non haberet alios Doctores, & si peruerse legem exponerent, faciebant legem perire, idest, non obseruari in sensu in quo Deus eam dederat, & hoc erat propter traditionem suam, idest, doctrinam, vel expositionem. *Nam Deus dixit.* Scilicet, Exodi 20. & Deuteronom. 5. quando dedit decalogum in monte Synai. *Honora patrem, & matrem.* Istud est primum mandatum secundæ tabulæ, & intelligitur de honore, qui est in subueniendo necessitatibus eorum. *Et qui maledixerit patri, vel matri.* Debebat seruari parentibus magna reuerentia, ideo ponitur pœna grauis maledicenti eis, siue esset ista maledictio in re, scilicet, percutiendo eos, siue in verbis inhonestis, & conuitijs, vel malorum imprecationibus. *Morte moriatur.* Idest, Occidatur a iudice, est modus loquendi Hebraicus per superabundantiam: nam sufficiebat dici moriatur. *Vos autem dicitis.* Idest, Docetis populum tradendo istam regulam, quæ sequitur. *Quicunque dixerit patri, vel matri.* Intelligitur etiam de aliis, quibus ex quodã debito tenemur subuenire, & reuereri, & tamen potissime de parẽtibus. *Munus quodcunque est ex me.* i. quodcunque munus obtulero Deo in sacrificium, vel alias. *Tibi proderit.* i. erit pro anima tua, sicut pro anima mea. q. d. non cures petere a me aliquam temporalem subuentionem, quia melius est, q̃ offeram Deo id quod tibi daturus erã; nam cum obtulero proderit animæ tuæ etiam si ego illud obtulero, & non tu, vt infra magis declarabitur. *Et non honorificabit patrem suum, aut matrem suam.* Idest sic respondendo patri, aut matri non honorificabit patrem, & matrẽ. s. non subueniet eis, sed dabit in sacrificiũ id quod daturus erat patri, & matri, & illud erat honorare eos. *Irritum fecistis mandatum Dei.* Idest adnihilastis, scilicet faciendo illud non custoditi, iuxta intentionem Dei condentis, nam lex datur, vt custodiatur, & per eam dirigantur actiones nostræ, si autẽ non custodiatur nihil est, vel irrita est, & tñ siquis peruertat sensum legis, & faciat eã obseruari in alio sensu: manifestum est, q̃ non custodit legem, ideo irritauit iste legem, quia certum est, quòd ille committit in legem, qui verba legis amplexus contra legis quititur voluntatem, extra de reg. iur. lib. 6. in regula certũ est,

Quare dicatur cathedra Moysi.

Quis agat contra legẽ.

est, & ita isti faciebant cum exponerent mandatum
A illud Dei aliter quàm Deus voluerit intelligere, & a nobis intelligi, vel dabant modum quo nunquam obseruaretur, cludẽdo illud, s. q̃ daretur sacerdotibus id quod dandum erat parentibus. *Propter traditionem vestram.* Idest, Doctrinam vel expositionem, quæ dicitur a tradendo, quia illam populo obseruandam traditis.

Quare Christus respondit hic cum non redargueretur ipse Pharisæi, sed discipuli. Et quòd lex Christi nullum bonum, vel honestum impedit.
Quæst. XV.

QVAERETVR quare Christus respondit laic cũ non redargueretur ipse a Pharisæis, sed discipuli. Aliqui dicunt, quòd Pharisæi arguebant discipulos de doctrina a Christo tradita: ideo defensio pertinebat ad Christum directius. Dicendum, quòd non stat, quia tunc sequeretur, quòd Christus tradidisset discipulis regulam de nõ lauando manus cum mãducaturi essent, sed falsum est. Primo quia hoc erat contra quandam honestatem, & munditiam humanam, & tamen per legem Christi nullum bonum, vel honestum impeditur. Secundo quia ipse sic se faceret odiosum omnibus hominibus, q̃ hanc munditiã
B volunt, vt ostenderet se turpem, & immũdum valde: qui non solum munditiã corporis non seruaret, sed etiã illam per legem auferret. Tertio quia tunc directior accusatio esset Pharisæorum cõtra ipsum quàm contra discipulos, quia grauius videreẽt ipse agere contra traditiones seniorum, dando cõtrarias traditiones, vt illæ non obseruarentur quàm discipuli non obseruando eas: & tamen non arguerunt eum de hoc, sed solum discipulos suos, quia non lauabant manus, ergo non dederat Christus tales leges. Quarto quia Christus non dedit aliquam legem nisi de necessarijs ad salutem, ita quòd non seruata illa non esset locus ad vitam æternam, & ideo non dedit leges aliquas de rebus indifferentibus, vt satis constat, & tamen lauari aut non lauari nihil attinet ad vitam æternam, ideo de hoc legem nullam dedit. Quinto quia si talem legem dedisset Apostolis, etiam maneret nunc pro nobis, & tamen nulla talis lex manet, ergo nunquam data est. Sexto patet, quia si Christus talem legem dedisset, & ob hoc se defenderet contra Pharisæos aliter se defendere deberet: nam tota defensio sua est ostendere, quòd nullum malum est etiam si immundis manibus quis comedat, ergo non fuit ab eo data lex de non lauando manus. Dicendum ergo aliter vno modo, quòd Christus respondit hic, quia licet redarguerentur discipuli, tamen fiebat redargutio corã eo, idest, ad eum dirigebantur verba, & non ad discipulos: ideo ipse respondere debebat. Secundo quia ista erat consuetudo Christi respondere semper pro discipulis, etiam si contra eos, & nõ contra ipsum fieret redargutio, sicut quando euellebant spicas sabbato: Nam dixerunt Pharisæi quare discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbatis? supra 12. & Mar. 2. & Luc. 3. Et ibi respondit Christus: etiam qñ dixerunt quare nos ieiunamus frequenter, discipuli aũt tui nõ ieiunant? supra 9. & Mar. 2. & Luc. 5. Nam Christus ibi rñdit, vt patet ibidem. Tertio quia forte non scirent discipuli rñdere ad ista, quæ dixerunt Pharisæi, & vt nõ variarent, & viderent insipientes rñdit Christus. Quarto forte ista redargutio tangebat personam Christi: nã sicut nunc quidam discipulorum manducauerunt nõ lotis manibus, ita & forte aliqñ sic Christus manducabat, & Pharisæi hoc scirent, & nũc in personam discipulorum arguerent ipsum magistrum, sicut fuit quã-
do dixerunt, quare nos ieiunamus discipuli autem tui
A non ieiunant? supra 9. cap. nam nõ solum non ieiunabãt discipuli, sed nec etiam Christus immo manducabat cum publicanis quando ista dicta sunt, & tamen de solis discipulis expresserunt, quia satis apparebat, q̃ arguebant magistrum, cum ipse esset in eodem participans, i. in non ieiunando. Quinto fuit forte, & principalius, quia ista redargutio fiebat Christo nõ quantum in personam suam, sed inquantum erat magister istorum: nam ad ipsum pertinebat eos instruere, & si in aliquo peccarent, erat quædam negligentia eius, q̃ a non bene instruebat eos: ideo ipse erat quodammodo reprehensibilis, & sic ad excusandum se pertinebat ad eũ responsio. Sexto quia forte illi discipuli Christi
B qui manibus non lotis manducauerant non erant præsentes, ideo respondere pro illis ad Christum pertinebat.

Quare Christus dixit Pharisæis, quare vos transgredimini &c. quia hoc non erat respondere.
Quæst. XVI.

QVAERETVR cum Christus velit hic defendere discipulos aduersus accusationem Pharisæorum quare dixit, quare vos transgredimini? nã hoc non erat respondere: nam accumulare inconuenientia, non est soluere inconueniens. Dicendum primo, quòd Christus fecit hoc, quia directe respon-
C dere nolebat, ideo quæsiuit modum aliquem ad excludendum redargutionem Pharisæorum, vt magis ipsi viderentur reprehensibiles, sic etiam fecit quãdo sacerdotes, & scribæ, quærebant a Christo in qua potestate ipse prædicaret, & faceret cætera, vt excludendo ementes, & vendentes de templo. Et Christus noluit respõdere directe, sed ait, interrogabo & ego vos aliã quæstionem, s. baptismus Ioannis de cœlo erat an ex hominibus, & non audentes respondere Iudæi dixerunt, nescimus infra 21. Et tũc Christus dixit, nec ego vobis respondeo in qua potestate hæc facio, & ita euasit quæstionem eorũ, hoc autem Christus facit quando non oportet respondere directe ad quæstionem: nam ostẽdere in qua potestate Christus hoc faciebat,
D erat ostendere se Deum, vel Messiam, & hoc nõ decebat pro tunc plus ostendi q̃ ipse quotidie per miracula ostendebat, ideo noluit directe respondere, sed conclusit arguentes, ita & nunc non respondit directe. Ratio huius fuit, quia directe respondendo aut diceret, q̃ discipuli bene faciebant aut male, si diceret, q̃ male accusaret discipulos, & seipsum, sicut volebant Pharisæi, si aũt diceret, q̃ bene faciebant non lauando manus, diceret, q̃ lauare manus malum erat, & ita cõdemnaret consuetudinem approbatam omnium hominum, quæ vere bona est, & potius laudabilis q̃ vituperabilis, & etiam accusaret traditiones seniorum datas de lauando manus, & tunc calumniarentẽ ei Iudæi, q̃õ leges seniorum diceret, a quorum sententia non
E licebat deuiare a dextra nec a sinistra Deute. 17. Ideo non rñdit directe, sed accusauit redargutores suos de alio crimine maiori, ita vt ab ista redargutione desisterent. Sic dicit Chry non aũt dicit, q̃ bene faciunt transgredientes, vt non det eis occasionem cãlumniẽ: nec tñ vituperat quod ab Apostolis factum est, ne approbet eorum traditiones, nec rursus accusat seniores, quia sicut iniuriatorem eũ repulissent, sed increpat eos qui aduenerant. Secundo fuit, quia isti Pharisæi erant digni increpatione, quia malo animo venerant ad arguendum discipulos Christi, s. vt obsuscarent, & denigrarent facta Christi, debuerunt ergo ipsi pati, & sic redarguti sunt de maiori crimine. Tertio & præcipue, quia isti Pharisæi nõ erant idonei ad arguendum

Christi

Christi discipulos, quia quando quis debet alterum F corrigere, vel admonere de crimine, debet esse mundior illo alio, cũ dicet ei, hypocrita eijce primo trabẽ de oculo tuo,& tunc videbis eijcere festucam,quæ est in oculo fratris tui supra 7. cap. & tñ isti Pharisæi committebant grauia crimina corrumpendo intellectum legis,ad quorũ comparationem non lauare manus (ẽt si crimen esset) minimum erat: ideo non licebat eis corrigere discipulos Dñi: ideo exclusit Christus eos tanq̃ nõ idoneos correctores proximi. Sic dicit Chry. ſ. Christus non excusauit, sed confestim reaccusauit, demonstrans, quoniam eum, qui magna peccat pro paruis peccatis aliorum solicitum esse non oportet.& est sensus quomodo vos accusatis discipulos meos de eo,quod non est peccatum, vel est minimum, si pec- G catum esset, cum tam grauia vos committatis. Sic dicit Hiero. cum vos propter traditionem hominum p̃cepta Dei negligatis,quare discipulos meos arguendos creditis, quòd seniorum iussa paruipendunt, vt Dei scita custodiant.

Quare Christus non concessit, quòd discipuli sui male agebant: cum esset aliqualiter immundum non lotis manducare manibus. Et quòd malum in moribus non est nisi vitium. Quæst. XVII.

QVAERETVR quare Christus non concessit, q̃ discipuli sui male agebant, qa erat aliqualiter immundum manducare non lotis mani- H bus. Dicendũ,q̃ primo fuit, vt non assentiret iniquitati Pharisæorum: nam malo animo mouebantur,& gauderent si confiteretur Christus eos recte dixisse:iõ etiã si rectum dixissent, quia tñ nõ dicebant recto animo,non debuit eis assentire,sed magis repellere. Secundo fuit, vt non ostenderet seipsum, & discipulos suos reprehensibiles: nam Iudæi, & Pharisæi ad hoc conabantur, vt per hanc redargutionem appareret discipulos Christi esse immundos,qui manus non lauarent manducaturi. Christum aũt non esse conueniẽtem Doctorem, qui vitia in discipulis suis non emendaret, & hoc non expediebat, quia sic cætera Christi facta redderentur minoris auctoritatis in conspectu populi:iõ non concessit. Tertio,& præcipue, quia nõ I poterat vere concedi, q̃ discipuli malefacerent non lauando manus, quia malum in moribus non est nisi vitium, & tñ lauare manus,vel non lauare ad manducandum,nec actus est vitij, neque virtutis, sed est pure indifferens: ideo neq; concessit eos male agere,sed increpuit iuste illos, qui de rebus nullius valoris, quæ ad vitium aut virtutem non pertinent alios arguunt. Quarto,& principalius adhuc fuit, qa Christus noluit approbare traditiones seniorũ: nã si Pharisæi dixissent Christo, quare discipuli tui cõmittunt istam immunditiam,cũ non lauant manus cum manducant? forte Christus dixisset,q̃ melius erat illas lauare, & tñ dixerunt, quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorũ,non enim lauant manus cum manducant: iõ K si Christus concessisset,q̃ peccabant, vel non erat bonum nõ lauare, approbasset traditiones seniorũ quas nolebat approbare, quia illæ erant superstitiosæ cum alligarent hominẽ ad superuacuas ceremonias, omittendo id quod ꝓtinebat ad salutem animæ. Sic dicit Chry. non vituperat quod ab Apostolis factum est ne approbet eorum traditiones. Quinto fuit, quia Pharisæi arguebant ex traditionibus seniorum acceptis in prauo sensu: nã putabant,q̃ exterior munditia faceret hominem simpliciter mundum, & illa sufficeret homini,& immunditiam exteriorem reputabant simpliciter immunditiam,& sic discipulos tanq̃ immundos simpliciter arguebant, quia non lotis manibus manducabant: ideo non solum non erat concedendum discipulos male agere in hoc,sed potius asserendi erãt errare,q̃ tales munditias ex hac causa frequentabant, & ita Christus arguit eos infra in litera vocans eos cęcos,& duces cæcorum,& dixit quod intrat per os non coinquinat animam:iõ stultum est exteriora abluere, vt homo sit simpliciter mundus. Sic etiam Christus redarguit Pharisæos infra 23. dicens: væ vobis Pharisæis,qui mundatis quod de foris est calicis,& paropsidis,intus aũt pleni estis rapina,& iniquitate, & immũditia: Pharisęe cæce mũda prius quod intus est calicis, & paropsidis,vt fiat,& illud quod de foris est mundũ.

Quod præceptum erat,quod scribæ, ac Pharisæi transgrediebantur, & quomodo. Quæst. XVIII.

QVAERETVR quod præceptum erat,q̃ scribę,& Pharisæi transgrediebantur,& qũo. Dicendũ, q̃ istud erat præceptum de honorando parentes,vt dr̃ in litera,& isti transgrediebantur illud,qa ipsi non obseruabant illud,& alios docebant, vt nõ obseruarent,& ideo erãt valde increpabiles sicut dixit Christus supra 5. cap. qui soluerit vnũ de mandatis istis minimis, & docuerit homines sic facere, minimus vocabit̃ in regno cęlorũ. Modus aũt vocatur,& erãt, quia isti hortabant̃ homines omnia dare pro sanctuario, & nihil ad subuentionẽ parentũ, sed id quod parentibus daturi erãt offerrent in tẽplo, & sic nihil dabant parẽtibus,quod erat nõ honorare eos, vt infra declarabit̃. Sed dicet̃ qũo Pharisæi,& scribę hoc faciebãt:nã Christus dixit infra 23.cap. sup cathedram Moysi sederunt scribę,& Pharisæi,quęcunq; dixerint vobis seruate,& facite,sm opera aũt eorum nolite facere, & tñ q̃ legẽ Dei non licet agere,ergo isti nõ exponebãt praue legẽ Dei, cum quidquid ipsi dicerent obseruandum esset. Aliqui dicunt,q̃ illud intelligit̃ de illis,quæ scribæ, & Pharisæi dicebãt de lege Dei,ſ. qñ docuerint vos legẽ Dei facite qdqd vobis dixerint,ẽt si ipsi sic non faciãt. Sed non stat cũ eo. cap. fiat mentio de operibus superogationis: nam dr̃ alligant enim onera grauia,& importabilia,& imponunt ea humeris hominum,digito aũt suo nolũt ea mouere. ergo debet intelligi de operibus supererogationis, q̃ ipsi prædicabant inuenientes ea de nouo,vel a senioribus inuenta annunciantes: nam non põt intelligi de operibus legis,quia onera legis non imponebant Pharisæi humeris hominũ, sed Deus illa imposuerat. Dicendum ergo q̃ Pharisæi,& scribæ præuaricabãtur intellectum sacræ scripturæ, vt hic Christus dixit. Et qñ dr̃,q̃ omnia,quæ illi dixerint obseruanda sunt, est subintelligendum nisi illa manifeste sint p̃ sacram scripturã, & ita erat expositio ista q̃ nunc dabant. Vel aliter intelligendum erat,q̃ quidquid dicerent esset seruandum, præter ea quæ Christus de doctrina illorum arguebat, & tñ qñ dixit illud iam multo ante dixerat istud, ſ. quomodo præuaricabantur hic intellectum sacræ scripturæ, iõ sub illa generalitate nõ erat intelligendũ de hoc,& quibusdam alijs de doctrina ipsorum Pharisæorum, quæ Christus redarguit infra 23. cap.

Quare Pharisæi peruertere volebant intellectum huius mandati Dei. Et quòd melius est exercere opera misericordiæ ad proximum quàm offerre Deo sacrificia. Quæst. XIX.

QVAERETVR quare Pharisæi peruertere volebant intellectum huius mandati Dei. Dicendum vno modo, quòd hoc faciebant, vt sanctissimi viderentur, & valde Deo dediti, cum omnia vellent ei tribuere, & sic qdquid boni proximo daturus

rus quis erat, hortabantur, vt Deo daret, offerens in A Sanctuario, & ita ipsi faciebant: nam non benefaciebant proximis, sed sacrificia faciebant, quasi totum bonum hominis, & sanctitas eius esset in offerendo Deo sacrificia, de alijs operibus bonis ad proximum non curabant. Sic dicit Glo. super illo verbo misericordiam volo supra 9. ſ. faciebant aũt sępe Pharisæi sacrificia in templo, vt iusti apparerent coram populo, sed nõ exercebant opera misericordiæ in quibus probatur vera iustitia, & in hoc errabant Pharisæi,qa melius est exercere opera misericordiæ ad proximum, q̃ offerre Deo sacrificia: iõ Christus sępe accusat eos de hoc inducens illud Osææ 8. p̃ illos, ſ. misericordiã volo,& non sacrificium,vt patet supra 9. & iterum supra 12. Secũdo fuit ex auaritia,quia volebant Pharisæi ha- B bere magnas diuitias, & excogitabant quomodo haberent, & procurabant sub obtentu sanctitatis per fraudes, & ita simulabant se longas orationes facere, vt popu lus daret eis pecunias, vt pro eis orarent, sic dixit Christus infra 23. ſ. væ vobis Pharisæi qui comeditis domos viduarum orationes longas orantes, propter hoc amplius iudicium accipietis, ita & hic volebant, q̃ laici offerrent in templo quidquid habebant, vt ipsi haberent illud, & quia id quod quis pro se retinere vult non libenter offert, hortabantur populum, q̃ quidquid daturi erant proximis darent Deo, q̃ erat melior, & etiam quæ daturi erant parentibus,& tunc cum quis aliquid proposuisset dare, videns hanc do- C ctrinam verisimilem dabat illud templo, & ita vorabant omnia Pharisæi. Sic dicit Theophilus,q̃ Pharisæi volentes comedere omnia quæ offerebantur, instituebant filios,ſ. vt nihil darent parentibus,sed templo, & ob hoc Christus accusabat valde Pharisæos de auaritia, & rapina, & dolo, ſ. quia per istos modos illicitos volebant pecuniam acquirere infra 23. ſ. væ vobis scribæ,& Pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod de foris est paropsidis, & calicis, intus autẽ pleni estis rapina,& iniquitate, & immunditia: rapinam autem vocauit desiderium rapiendi,quia aliàs rapina non est in animo.

Sed dicetur quomodo poterant prodesse Pharisæis, & scribis ea,quæ offerebantur Domino, quia illa pertinebant ad sacerdotes: nam quidquid Domino offertur manibus sacerdotis, ad sacerdotem pertinet Nu. 5. Non ergo ad scribas, & Pharisæos. Dicendum, quòd sacerdotes, & Leuitæ erant de certa progenie, ita quòd nulli alij poterant ministrare nisi illi: Pharisæi autẽ & Scribæ non erant de certa progenie, sed poterant esse de quacunque, quia Pharisæus dicit quandam sectam viuendi, & quilibet poterat esse de illa: vnde Pharisæi discipulos habebant,qui sequebantur, & addiscebant vitam eorum,& opiniones ipsorũ, sic dicitur Mar. 2. & Luc. 5. quòd discipuli Pharisæorum ieiunant, sic etiam Scribæ erãt viri periti in lege, & tamen de qualibet cognatione hominum poterũt esse viri periti in lege, ideo forte isti Pharisæi pro maiori parte erant sacerdotes,ad quos aliàs pertinebant, E quæ offerebantur in templo, & ideo procurabant, q̃ multa offerrentur. Vel potest dici, quòd dato, quòd Pharisæi, & Scribæ non essent sacerdotes, habebant tamen partes eorum, quę offerebantur, quia forte ipsi conueniebant cum sacerdotibus, vt darent eis partes oblationum, vt hortarentur populum ad offerendum, & sic isto modo per fraudes præuaricãdo legem Dei fallebant populum, vt multa offerrent,& ipsi ex eis ditarentur.

Quomodo Pharisæi, & Scribæ audebant suadere populo, quòd non subuenirent parentibus, sed offerrent potius Sanctuario cum hoc esset contra legem. Et in quibus probetur vera iustitia. Quæst. XX.

QVAERETVR quomodo Pharisæi,& Scribæ audebant suadere populo hoc,& quomodo poterãt cum esset hoc contra legem, & in præiudicium proximorum. Dicendũ, q̃ audebant hoc facere,quia confidebant, q̃ falsitas sua nõ posset deprehendi ab aliquo,poterant autem hoc suadere populo. Primo quia isti erant sapientes in lege,& in istis, quæ ad legis expositionem pertinebant eis standum erat, quia non habebat populus alios ad quos recurreret. Secundo quia auctoritas eorum erat magna secundũ B legem,ſ.q̃ staretur iudicio eorum, & nõ declinaretur ad dextram nec ad sinistram Deuter. 17. Et ita etiam Christus iusserat eis dare magnã auctoritatẽ infra 23.ſ. super cathedram Moysi sederunt scribæ, & Pharisæi, omnia quæcunque dixerint vobis seruate,& facite:iõ vbi non constabat populo,q̃ Scribæ,& Pharisæi docẽdo errarent sequebantur eos. Tertio quia Pharisæi faciebant istã doctrinam aliqualiter verisimilẽ intuitu pietatis, dicẽtes q̃ Deus est excellentior homine,ideo quod dandum est homini melius est dari Deo, q̃ erat pater patrum. Quarto quia poterat esse ambiguum ex terminis legis ex qua dicit̃, honora patrem tuum, & matrem,honorare autem est reuerentiam exhibere. Et potest accipi, quòd consistat iste honor in exteriori reuerentia,vt assurgendo inclinando caput loquendo, & similibus,& non in collatione bonorum aliquorum ad sustentationem, & ita dicebant isti, q̃ satis erat parentes honorare verbo nihil dando, sed id quod eis dandum erat, Deo daretur. Quinto suadebant hoc per opera, quia ipsi similia faciebant: nam crebro faciebant Pharisæi sacrificia in templo, sed proximis non benefaciebant in aliquo. Sic dicit Glo. supra 9. Scilicet, faciebant Pharisæi sacrificia in templo coram populo, vt iusti apparerent, sed non exercebant misericordiæ opera in quibus probatur vera iustitia, & quia in moralibus valde mouent facta, cum videret populus, quòd isti omnia offerebant in D templo nihil dantes proximis, putabant ita bonum esse, & ita ipsi faciebant.

Quare Pharisæi potius prohibebant benefacere patri, & matri quàm cæteris,cum tamen Dijs,& parentibus non possimus æqualia retribuere. Quæst. XXI.

QVAERETVR quare Pharisæi potius prohibebant benefacere patri, & matri quàm cæteris: nam de his solum Christus loquitur hic.

Dicendum, quòd Pharisæi non faciebant hoc quasi ipsi odissent omnes patres, & matres, sed propter auaritiam, scilicet, quia volebant,quòd id quod homo daturus erat parentibus, offerret Deo, vt sic peruenirет ad eos, vt ostensum est supra 19. quæstione. Et dicendum,quòd non vetabant de solis parentibus, sed etiam de cæteris proximis,ita vt nulli impenderetur aliquid ex charitate, sed quidquid alicui hominũ dandum erat Deo offerretur. Christus tamẽ arguens contra Pharisæos, & scribas expressit de solis parentibus propter tria. Primo propter maius debitum,quia nulli obligatur quis potius quàm parentibus suis, vt dicitur 8. Ethi. Dijs,& parentibus nõ possumus æqualia retribuere: si ergo istis vetabant benefacere, vt omnia offerrentur Deo, a fortiori vetarent benefacere alijs ad quos non est tanta obligatio. Secundo quia pro istis erat expressum in lege magis quàm pro alijs, quia in præceptis decalogi exprimitur de patre,

& matre honorandis, & de aliis non exprimitur. cum ergo facerent contra id quod expressum erat, a fortiori facerent contra ea quæ non erant in lege scripta. Tertio fiebat, quia sub isto præcepto de honorando parentes intelligitur omnis subuentio, quæ proximis facienda est quãtum ad opera misericordiæ, tam corporalia quàm spiritualia, cũ in decalogo non sit aliud præceptum de benefaciendo proximo: ideo loquendo hic de patre, & matre expressis in hoc præcepto, agebatur de omnibus aliis, quæ subintelliguntur in præcepto allegato, quod illi praue exponebant.

Quomodo dixit Christus quòd non permittebant Pharisæi honorari parentes. Et quomodo honor accipiatur in sacra scriptura. Honorumque descripta genera explicantur. Quæst. XXII.

QVAERETVR quomodo dixit Christus, quòd non permittebant Pharisæi honorari parentes: nam non auferebant reuerentiam, quæ vocatur honor: nam honor est exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis, vel excellentiæ alicuius, & tamen reuerentiam exhiberi parentibus non prohibebant Pharisæi, sed solam temporalem subuentionem. Dicendum, quòd Christus accepit hic honorem parentum pro sustentatione eorum in necessariis, & quia hoc fieri prohibebant Pharisæi, dicitur q̃ nõ permittebant, quòd homines honorarent parentes. quod magis exprimitur Mar. 7. Scilicet, & non permittitis quicquam facere patri suo aut matri, idest, benefacere illis.

Aliqui dicunt, quòd in scriptura sacra semper accipitur honor pro dono, vel subuentione temporali, potius quàm ceremonia reuerentię. Sic dicit Hiero. super Mat. honor in scripturis non tantum in salutationibus, & officijs deferendis, quantum in eleemosynis ac munerum oblatione sentitur: honora inquit Apostolus viduas, quæ vere viduæ sunt, hic enim honor donum intelligitur. præcepit ergo Dominus, vel imbecillitates, vel ætates, vel penurias parentum considerans, vt filij honorarent etiam in vitæ necessarijs ministrandis parentes suos, idem dicit Beda.

Dicendum autem, quòd proprie honor est exhibitio reuerentiæ, sed quia non eodem modo exhibetur reuerentia omnibus quibus exhibenda est, non est idẽ honor ad omnes. Sic dicit Aristo. 9. Ethi. cap. 2. quòd non eadem debentur omnibus, sed congruẽtia, idest, cuilibet secundum conditionem suam, & statum: & postea dicit, quòd alius est honor, qui debetur patri, & matri, & alius viro sapiẽti, & virtuoso, & alius principi siue duci belli, & alius cuilibet seni, & maiori in ætate. Honor enim debitus principi, vel duci belli est obedire ei in omnibus, quæ iusserit ad bellum. Honor viri sapientis est assentire illi in omnibus, quæ diffinierit: submittendo ei opiniones nostras. Viro autem virtuoso debetur honor, q̃ ipse sit regula actionũ nostrarum. Omni autem seni debetur honor in assurgendo ei, & inclinando caput, & similia. Patri autem, & matri debetur honor in sustentando eos, in necessarijs, vt dicit ibidem Aristo. Et in hoc concordat valde Aristo. cum sacra scriptura quasi eodem spiritu locutus: nam honorare accipitur interdum in scriptura pro inclinatione capitis, & assurrectione sicut in senibus, sic dicitur Leuiti. 19. Coram capite cano consurge, & honora personam senis. Et ita Aristot. vbi supra dicit, sed & omni seni honorem, s. dandum esse eum, qui secundum ætatem in assurrectione, & inclinatione, & talibus. Sic etiam accipitur honorare in scriptura interdum pro subuenire in temporalibus, & ita est in parentibus, vt Christus dixit hic, & Mar. 7.

Et ita dicit Aristo. vbi supra, videtur vtique, & parentibus in nutrimento, s. dandum esse honorem in nutrimento. Dicitur autẽ ista subuentio esse honor, quia excusatur per hoc ignominia, & dedecus, est enim dedecus, q̃ quis egeat, & cogatur mendicare, quod fieret in parentibus senibus, & impotentibus victũ quærere nisi filij eis prouiderent, ideo prouidendo dicuntur honorare ipsos. est autem debitum parentibus nutrimẽtum quasi iure naturæ ex ratione susceptí: nam dicitur 8. Ethi. filij susceperunt a parentibus esse, & educationem, & doctrinam: ideo tenentur eis loco educationis ad educationem, vt sicut parentes aluerunt filios paruulos quando filij non poterant sibi ipsis propter paruam ętatem prouidere, ita & filij potentes effecti alant parentes impotentes factos propter magnam ætatem, quod in ciconijs fit, quia tanto tempore nouæ ciconiæ parentes veteres alunt, quanto tempore ab eis alimenta susceperunt, vt ait Ambro. in Exameron. Dicendum autem, q̃ parentibus non solum tenemur prouidere in cibo, sed etiã abundanter secundum conditionem suam, & nostram. Ita vt plus illis quàm nobis prouideamus, & si oporteat deficere aliqualiter in cibo, potius nobis quàm illis deficiamus. Sic dicit Aristo. vbi supra. Videbitur autem parentibus maxime alimentis filios, vt debentes, opitulari oportere, & honestius esse ijs qui causa sunt essendi, quàm sibiipsis subuenire. Valde ergo errabant, qui in nullo volebant parentibus prouideri, quibus magis quàm seipsos debent in ijs prouidere.

Quare Christus posuit hic, & qui maledixerit patri, & matri morte moriatur. Quæst. XXIII.

QVAERETVR quare Christus apposuit hic, & qui maledixerit patri morte moriatur: nã non videtur hoc esse ad propositum, quia Pharisæi non irritabant legem istam quasi permittentes alicui licentiam maledicendi patri aut matri, sed solum illã de honorando patrem. Aliqui dicunt, q̃ hoc fuit iuxta consuetudinem ipsam allegandi, quia quando allegamus textus aliquos in quibus vna particula est ad propositũ nostrum, recitamus cum illa aliquas alias quæ non sunt ad propositum, & ita Christus hic ponens mãdatum de patre dixit illud totum, licet prima pars solum esset ad propositum. Sed non stat, quia illud est quando sunt aliqua in eodem contextu, quia solent simul allegari, & tamen hic non est sic, qa præceptum de honorando parentes est Exo. 20. In decalogo. quod autem dicitur, qui maledixerit non est de præceptis decalogi, sed est de iudicantibus, & ponitur Exo. 21. cap. Dicendũ ergo, q̃ Christus allegauit istud hic ad magis confundendum Pharisæos: nam maledictio est in verbis, & inducitur in argumentum q. d. qui maledicit patri in verbo peccat, & tamen ille non occiditur, ergo a fortiori, qui realiter patri maledicit, sed qui aufert patri sustẽtationem debitam, vel alicui alteri maledicit realiter, ergo verius est morte dignus: & tamen Pharisæi per suam falsam expositionem legis auferebant parentibus sustentationem, & docebãt alios sic facere, ergo multiplici morte digni erant, & sic volebat eos per hoc terrere. Sic dicit Chry. s. voluit aũt ostendere, q̃ parentes essent valde honorandi per hoc, quod adiunxit, & præmium, & pœnam, sed Dñs hic præmium prætermittens quod honorantibus repromittitur, s. esse longæuum super terram, ponit id quod terribilius est, scilicet, pœnam, vt ipsos stupefaceret, & alios attraheret, vnde ait, & qui maledixerit &c. In quo demonstrat eos morte dignos esse, si enim, qui verbo dehonorat parentem, morte puniatur, multomagis vos, qui opere; & non solum de-

honoratis

honoratis parentes, sed & alios hoc docetis, qui ergo nec viuere debetis, quomodo meos discipulos incusatis?

An quilibet maledicens parenti mori deberet secundum legem Moysi. Quæst. XXIIII.

QVAERETVR de maledictione parentum, an quilibet maledicens parenti mori deberet s̃m legem Moysi. Dicendũ, q̃ potest accipi maledictio dupliciter, s. pro reali, aut pro vocali, dr̃ realiter maledicere, qui percutit parentem, quia non percutit aliquem nisi, vt malum, & tñ parentes fuerunt nobis principium totius boni, s. principiũ essendi 9. Ethi. ideo non possumus illos, vt malum reputare, vt eos percutiamus, quia sicut Deus nõ potest reputari a nobis malus, quia natura sua est esse bonum, ita nec parentes possunt reputari, vt malum, quia cũ Dijs æquiparantur 8. Ethi. s. Dijs, & parentibus non possumus æqualia retribuere, percutęre ergo parẽtes morte dignum est, & ita dicitur Exo. 21. Qui percusserit patrẽ aut matrem morte moriatur, & non intelligitur solũ de percussione ex qua sequitur mors, sed ẽt de illa ex qua non sequitur mors, quia de alia non erat dubium, cum posita fuisset ibi lex, q̃ occidens hominẽ volens occidere deberet occidi, sed quia vulnerans quemcũque alium hominem si non sequitur inde mors non occiditur, expressum est de patre, & matre, q̃ percutiens illos occidatur, etiam si non sequatur mors, sed solum vulnus, debet tñ supponi, q̃ fuit percussio volũtaria, i. cum animo percutiendi eos, quia inuoluntariũ nec meretur nec demeretur pœnam aut laudem, nisi quatenus dans quis operam rei illicitę, tenetur etiã ex casuali malo secuto. Etiã non debet intelligi de qualibet percussione, vt siquis leuiter tangeret patrẽ aut matrem etiam animo nocendi, dum tamen inde non sequatur vulnus, aut sit factum enorme, quia percussio in scriptura pro vulnere accipitur, sic declaratũ est Exo. 21. De maledictione, quæ est in voce putant aliqui, q̃ pro ea sola non inferatur mors, quia maledicere in voce est minus quàm percutere, licet ergo pro percussione inferatur mors, non tamen pro maledictionem. Sed dicendum, q̃ non stat, quia etiam pro vocali maledictione necesse est inferri mortem, quia Exo. 21. Postquàm positum est, qui percusserit patrẽ aut matrem morte moriatur subiunctum est etiam, q̃ maledixerit patri morte moriatur, ergo non solum pro percussione, sed etiam pro vocali maledictione debetur mors.

Sed est dicendum, quòd non pro qualibet maledictione, quia siquis ex calore iracũdiæ leuiter, & semel tãtum patri aut matri malediceret, non occidebatur, sed intelligitur de illo, qui grauius maledicit imprecando mala. vnde in Hebræo ponitur, qui maledixerit patri aut matri in Deo, & ponitur ibi nomen Dei tetragrammaton, & est sensus, qui maledixerit illis inuocando nomen Dei, vt si diceret Deus maledicat vobis, vel rogo Deum, quòd destruat vos, & maxime quando filius assuetus est ad hoc, & nõ vult desistere, quia tunc est contumax in parentes, & pro contumacia, & inobedientia ad parentes, occiditur interdum filius, vt Deute. 21. De filio contumace, & proteruo, qui monitis parentum obedire recusat, comessationibus vacat, & luxuriæ: nam occiditur, s. lapidatus a populo. Et ita Christus locutus est hic, non de percutiẽte patrem, sed de maledicente in voce quod minus esse videtur inducens contra Pharisæos: nam maledicens dehonorat realitẽr quod grauius est, sed ipsi subtrahebant per doctrinam suam sustentationem parẽtibus, & docebant alios sic facere, ergo multis mortibus digni erant. Sic dicit Chrysosto. vnde non erant idonei accusatores discipulorum Christi de minimo peccato, si peccatum fuisset.

Munus quodcunque est ex me tibi proderit quid significat. Quæst. XXV.

QVAERETVR circa hoc quod dicebant Pharisæi ad eludendum legem Dei, scilicet, munus quodcũque est ex me tibi proderit, quid significet. Dicendum, quòd Marcus istud expressit magis dicens corbam, idest, quòd filij dicerent parentibus corbam, & nihil vltra dicebãt, & tamen exponit q̃d hoc significet, & ponit verba, quæ ponit hic Matthæus, scilicet, hoc est munus quod tanquam est ex me tibi proderit.

Et potest intelligi vno modo, quòd quando essent parentes in necessitate, & peterent subuentionem a filijs, dicerent filij, corbam, idest, sacrificium, hoc est munus quodcunque est ex me tibi proderit, idest, non cures a me petere hoc, quia ego volo offerre in sacrificium Domini istud quod tibi daturus eram, & licet illud dem tibi proderit, idest, pro anima tua, cum tibi daturus essem illud, & magis tibi proderit cũ pro te expẽdatur ad vsus Dei quàm si tu illud in vsus tuos expenderes, & ita nihil dabant filij parentibus petentibus. Sic dicit Hiero. super Mat. prẽmissam enim prouidentissimam Dei legem, volentes scribæ Pharisæique subuertere, vt impietatem sub nomine pietatis inducerent, docuerunt pessimos filios suos, vt siquis ea, quæ parentibus offerenda sunt Deo vouere voluerit, qui verus est pater, oblatio Domini præponatur parentum muneribus, & tunc est sensus, vt dicit hic Glo. quod ego offero Deo, & mihi, & tibi proderit, & ideo non debes sumere res meas in tuos vsus: sed pati, vt Deo offeram.

Secũdo põt exponi, & magis cõuenienter ad lr̃am, & fraudẽ Pharisæorum, q̃ si filij haberent diuitias, vel sustentationem aliquam, & si patres egentes peterent auxilium dicerent filij, ecce pater id quod petis iam Deo obtuli, idest, apud me consecraui ad dandum Deo, & mihi, & tibi proderit, & ideo non debes sumere res meas in tuos vsus, sed pati, vt Deo offeram, & iam non potest retractari, & tamen tibi proderit etiã si ego illud dem, & tunc licet nondum essent munera oblata, non audebant patres illa tangere putantes, quòd per hoc Deum offenderent, & filij offerebant illa, & patres fame affligebãtur nec tangerent ea, quæ filij Deo dedicata asseruerant. Sic dicit Hiero. vbi supra, scilicet, vel certe ipsi parentes, qui Deo consecrata cernebant, ne sacrilegij crimen incurrerent declinantes, egestate conficiebantur, atque ita fiebat, vt oblatio liberorum sub occasione templi, & Dei in iura cederet sacerdotum. Et tunc est sensus, vt dicit Glo. hic quicunque vestrum o iuuenes dixerit, idest, dicere poterit, vel dicet patri, & matri, o pater munus quod est Deo ex me iam deuotũ, tibi proderit adiuuãdo q. d. non debes sumere ne sis sacrilegij reus. Tertio modo potest accipi, quòd sit oratio defectiua indigens suppletione, & est sensus, quòd Pharisæi dicerẽt iuuenibus Iudæis, o iuuenes quicunque dixerit patri, munus quodcunque ex me est tibi proderit, idest, munus quod ego offerre volo, vel obtuli, iam proderit tibi, & ideo non petas illud, supple impleuit legem Dei, & tunc est quasi responsio Pharisæorum: nã ipsi hortabantur, quòd omnia, quæ danda erant proximis, offerrentur Deo. Et tunc diceret aliquis, quomodo ergo implebimus legem Dei, quæ dicit honora patrem: nam ex hoc tenemur ad subueniendum ei egenti. Respondent tunc Pharisæi, quicunque dixe-

rit

rit patri aut matri munus quodcũque &c. legem implet, & ideo ita impletur hoc modo sicut si patri aut matri præstarentur alimenta. Sic dicit Glo. hic potest legi per defectum, ſ. quicunque dixerit patri &c. subaudi faciet Dei mandatum, vel complebit legem, vel erit dignus vita æterna.

Quarto potest intelligi, quòd quando filij erant in potestate patrum, si haberent aliqua peculia quorum proprietas, vel administratio pertineret ad parentes, sicut in profecticio, & aduenticio, & patres peterent illa a filijs, dicerent filij patribus, pater iam voui Deo dare id quod a me petis, ideo licet datum nondum sit non accipias, quia tibi proderit ad salutem, vel etiã si non esset oblatum dicebant oblatum esse, & ita licet ad parentes pertineret proprietas, vel administratio istorum peculiorum, videntes, quòd filij dicassent illa Deo in fauorem pietatis, non audebant illa tangere. & ita defraudabantur rebus suis. Sic dicit Theophilus, scilicet, volentes Pharisæi, quæ offerebantur comedere, instruebant filios, quòd cum peculia aliqua haberent, & parentes illa peterent, responderent illis corbam, quod est donũ quod a me petis iam Domino obtuli, & ita hæc non peterent, quasi Domino oblata, & ad salutem etiam parentum proficua, & sic decipiebant filios, vt parentes non honorarẽt, & oblata ipsi deuorarent. Et sic est intelligendum in omnibus ijs expositionibus, quòd siue filij verum dicerent parentibus, siue non oblatum esse quod petebant, quòd semper illud offerrent, quia non faciebant hoc Pharisæi, vt filij sibi retinerent, sed vt offerrent, & sic fallebantur filij putantes pium esse mentiendo patres fallere, & debito sustentationis priuare, vt offerrent Deo id quod parentibus dandum erat, & deinde totum cedebat in iura sacerdotum, & Pharisæorum fraudatis patribus, & deceptis filijs perdendo pecuniã, & meritum, & insuper transgrediendo legem Dei: vnde multiplici morte digni erãt isti Pharisæi, & Scribæ. Quinto exponunt aliqui de reconciliatione pro illata iniuria, scilicet, si patri aut matri filius irrogasset iniuriam, & per hoc teneretur ad satisfactionem, siue humiliter veniam petendo honorat ipsum maiorem se reputando, quia aliàs ei se non subijceret, & istum honorem tollebant Pharisæi dicentes, quòd sufficiebat offerre Deo munus aliquod, & quòd postea non peteret veniam a parentibus, neque satisfaceret eis in aliquo. Sic dicit Chrysosto. scilicet, potest dici, quòd Pharisæi docebant iuuenes, quòd siquis pro iniuria patri aut matri illata munus offerat Deo, erit immunis, quasi Deo dans munera, quæ daturus erat patri, & debebantur ei, & hoc dicentes non permittebant patres honorari. Sexto potest exponi, quòd quando patres aliquid peterent a filijs, dicerent filij, o pater vis me compellere, vt id quod Deo daturus eram dem tibi? non potest ex hoc tibi prouenire bonum. Et tunc patres timentes permittebant, quòd filij offerrẽt munera, ipsi vero egestate affligebantur. Sic dicit Hiero. scilicet, potest autem, & hũc breuiter habere sensum munus, quod ex me est tibi proderit, compellitis inquit filios, vt dicant parentibus suis, quodcunque donum eram oblaturus Deo in tuos consumo cibos, tibiq; prodest o pater, quasi dicat non prodest o pater, & sic illi timentes accipere quod Deo videbant mancipatum, inopem magis vellent vitam ducere quã edere de consecratis. Septimo potest exponi secundum quosdam, quòd filij in adulta ætate dicebant se non teneri parentibus ad aliquid, scilicet, quia in illa ætate filius tenetur patri in qua oblatio facta a patre prodest filio, & tamen in ætate adulta dicunt, quòd oblatio facta a patre non proderat filio, sed ipsi patri offerenti cum posset filius pro se offerre, ideo tunc dicebant, quòd filius non tenebatur patri. Et sic est sensus, q̃ filius diceret patri, munus quod ex me est, idest, quod offers Deo pro me tibi proderit, idest, non proderit mihi, sed tibi: ideo non obligor iam tibi ad aliquid. Sic dicit Augustinus libro de quæstionibus euange. scilicet, munus quodcunque ex me est tibi proderit, idest, munus quod offers causa mei ad te pertinebit. quibus verbis significant filij iam sibi non necesse esse parentum pro se obligationem, quòd ad eam ætatem peruenissent, vt possent ipsi iam offerre pro se. In hac ergo ætate constitutos, vt possent parentibus hoc dicere: cum hoc dixissent, negabant Pharisæi reos esse si parentibus non præstarent honorem, & tamen ista expositio est aliqualiter extorta. Vnde dicendum, quòd licet omnes istæ expositiones possint stare aliqualiter, tamen tres primæ magis conueniunt.

An sit melior eleemosyna illa, quæ fit Deo. vel illa, quæ fit homini. Et quomodo eleemosyna, & debitum inter se differunt. Et quòd debita sunt duplicia. Et quantum sit filiorum debitum erga parentes. Et quid sit Dei templum, & in illud q̃ sit nostrum debitum. Quæst. XXVI.

QVAERETVR cum hic Christus arguat Pharisæos, quia vertebant filios a benefaciendo parentibus, vt offerrent in templo. An sit melior eleemosyna illa, quæ fit Deo, scilicet, ad vsus templi, vel ministrorum, vel illa, quæ fit homini.

Aliqui dicunt, quòd illa, quæ fit homini, quia Christus increpat hic Pharisæos, & scribas, quia hortabantur filios nihil dare parentibus, sed quòd eis daturi erant, offerrent Deo.

Dicendum, quòd inter eleemosynam, & debitum differt, quia debitum est determinate obligatum, & ideo in soluendo non est liberalitas, sed necessitas. Eleemosyna autem dicit liberalitatem: ideo dicendum, quòd vbi erat aliquod debitum præponderat illud debitum eleemosynæ cuicunque, siue quę fit Deo, siue quæ homini: vnde Pharisæi quamquam errarent nunquam tantum errauerunt, quòd dicerent debita contracta ex mutuo, vel commodato, aut aliàs per humanos contractus posse tolli commutando illa in oblationes Dei. Et ratio est, quia ista sunt æs alienum, quæ iure repetuntur. Eleemosyna autem peti non potest iure quasi cogatur quis eleemosynam facere.

Sed dicendum, quòd debita sunt duplicia, quædam determinata, scilicet, illa quæ vocantur debita legalia, quia veniunt ex legali contractu, vt ex mutuo, commodato, deposito, locato, precario, empto, vendito, & ita de cæteris contractibus, & modis dandi obligationem legalem, quia semper ex talibus causatur determinatum debitum, & potest determinatum peti. Indeterminata debita sunt illa, quæ causantur moraliter, vt dicitur 9. Ethico. scilicet iure naturali, vt quicunque bonum alteri fecit, obligatum eum reddit tacite ad retribuendum, & tamen istud debitum cum non sit legale, non potest iure repeti, nec iudex cogit inuitum ad solutionem huius debiti: etiam est indeterminatum, quia licet naturaliter sit debitum, non est determinatum naturaliter quãtum debeatur, quia taxationes istæ fiunt per rationem, idest, per actum nostrum, & non est aliquid naturaliter diffinitum. De primo debito non est dubium quin preferri debeat cuicunque eleemosynæ, quia est æs alienum, & de ista etiam Pharisæi non dubitauerunt, nec vnquam locuti sunt.

De secundo licet non sit tanta obligatio, idest, non possit ita cogi ad soluendum illud sicut debitum legale;

gale, tamen debitum est, & ideo dicendum, quòd cæteris paribus magis tenemur ad illud quàm ad eleemosynam, & ita est de benefaciendo parentibus, quia a patribus recipimus esse, educationem, & doctrinam pro quibus debitores sumus 8. Ethi. Et istud debitum non est determinatum, sed est tantum, quòd homo nunquam illud sufficienter soluit, sed quantumcunque soluerit semper debitor manet. Ratio est, quia bonum collatum a parentibus superexcedit ad quodlibet bonum quod nos eis possumus conferre, sic dicitur 8. Ethico. quòd Dijs, & parentibus non possumus æqualia tribuere: ideo concluditur ibid. cap. vltimo, quòd quantũcunque soluamus semper manemus debitores, & ideo filius nunquam potest abdicare patrem, & tamẽ pater potest abdicare filium eodem capitu. quantum ergo dandum est patribus non est diffinitum, sed cum sit super omnem possibilitatem nostram quantitas susceptibeneficij, quantitas debitæ retributionis erit, quòd soluamus quantum poterimus, sic dicitur 8. Ethico. capitu. vltimo, scilicet, Amicitia nanque id exposcit quod fieri potest, non id quod est pro dignitate. Neque enim in omnibus est, vt in honoribus erga Deos aut parentes: nemo, enim vnquam dignum reddere potest. In potentia autem famulans epietres esse videtur, idest, amicorum retributio exigit retribui quod est possibile retribui, & non est necesse retribui secundum dignitatem, idest, iuxta quantitatem eius quod datum est, quia istud non est possibile in omnibus, & ita dicitur esse in honoribus quos damus Dijs, & parentibus, quia nullus potest tantum dare, quantum a Dijs, & parentibus recepit, sed ille, qui in potentia, idest, iuxta potestatem suam famulatur est epietres, idest iustus, vel virtuosus, & sic sufficit agi quantum possumus. Hoc autem est considerandum iuxta conditionem nostram, & parentum, idest, pensatis eorum necessitatibus, & statu nostro: nam si paucis indigeant, etiam si magna dare possemus, non oportet illa dari etiam secundum statum nostrum, quia siquis de humili plebe, & humilibus parentibus natus propter virtutem suam, vel aliàs peruenit ad culmen potestatis magnæ, & diuitiarum, non oportet, quòd tanta bona conferat parentibus ad sustentationem status eorum: ac si de nobili prosapia ortus esset, sed satis est, quòd aliquem honorem parentibus tribuat maiorem quam prius habuerunt, sed non est necesse multum extollere, hoc autem est quantum ad sustentationem non necessariam, sed honorabilem quam vocamus statum: nam quantum ad sustentationem necessariam, quæ nomine alimentorum intelligitur prouidendum est illis sufficienter etiam plus quàm nobis, vt dicitur 9. Ethico. cap. 2. Scilicet, Videbitur autem parentibus maxime alimentis filios vt debentes opitulari oportere, & honestius esse ijs, qui causa sunt essendi, quàm sibijpsis subuenire. Istud ergo debitum paternum omni eleemosynæ præponitur cæteris paribus. Quod dicitur propter eleemosynam, quæ fit existenti in extrema necessitate: nam illi potius dandum est, quàm patri, qui non est in tanta necessitate: immo potius quàm soluendum debitum, quod ex mutuo, vel alias legaliter contractum est: cum pro tali necessitate subleuanda liceat furari, vel rapere, & non teneamur restituere id quod taliter accepimus, etiam si peruenimus ad pinguiorem fortunam, & non solum pro me egente licet mihi furari, vel capere, sed etiam pro alio patiente extremam necessitatem, si aliter subuenire non possumus ei, vt declaratum est supra 6. cap. q. 50.

Sed aliàs non existente tali necessitate, potius benefaciendum est patri egenti, etiam si non sit magna egestas, quàm danda sit eleemosyna Deo, vel homini, & in hoc casu stat redargutio Christi contra Pharisæos, qui dicebant, quòd melius erat offerre Deo, quod daturi eramus parentibus, quàm illis dare: nam offerre Deo est pure voluntarium, dare autem parentibus subuentionem est debitum naturale: ideo potius tenemur subuenire. Et tunc cum tanta obligatio sit filio ad subueniendum patri, dubitant quidam an filius ingressus religionem possit exire claustrum sine licentia præsidentis ad subueniendum parentibus egentibus in sęculo; & mouet hic illud Nicolaus, & de hoc nos late diximus supra 8. cap. quæstione 69. Est etiam aliud dubium an filius volens intrare religionem debeat cessare ab ingressu totaliter, vel aliquanto tempore morari, vt parentes pauperes in sęculo alat, de quo etiam diximus eodem cap. quæstione 68. Prædicta autem habent locum comparando eleemosynam ad debitum. Si autem comparetur eleemosyna ad eleemosynam, dicendum, quòd aut est extrema necessitas aut non, si est extrema, manifestum est, quòd preponitur eleemosyna pauperis, eleemosynę Dei, idest, Ecclesiæ, & sacerdotum, cum etiam præponatur debito legali, vt dictum fuit supra, & non solum præponitur eleemosynæ faciendę Ecclesiæ, sed etiam ipsa Ecclesia tenetur interdum res suas in eleemosynam dare, & hoc ad redemptionem captiuorum pro quibus vendi possunt vasa Ecclesiæ, etiam consecrata in quibus corpus, & sanguis Domini consecrantur, quando aliter redimi non possunt, & etiam si pauperes fame pereant vendi possunt eadem vasa, vt ait Ambro. libro de officijs, & in Decretis 12. quæstio. capitu. aurum. Si autem non sit extrema necessitas, aut est satis magna, aut parua, si satis magna, semper præponderat eleemosyna facienda pauperibus, quia Ecclesia, idest, parietes, & ornamenta Ecclesiæ sunt propter homines, & non homines propter Ecclesiam illam, quia vera Ecclesia, quæ est sponsa Christi, ad Eph. 5. sunt homines, & non parietes, & vasa aurea 2. Corin. 11. Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo, & nos sumus templum Dei, & non parietes, prima Corin. 3. & 2. Corin. 6. cap. scilicet, templum Dei sanctum est, quod estis vos, & iterum nescitis, quia corpora vestra templum sunt spiritus sancti quem habetis in vobis, & non estis vestri: de domibus autem æquinoce, vel per analogiam dicitur, quòd sunt templa Dei, scilicet, quia fideles illuc conueniunt, qui sunt vera templa Dei: ideo magis prouidendum est pauperibus ne egeant, quàm Ecclesijs. De ministris autem Ecclesiæ si egent, est dicendum sicut de alijs pauperibus, immo plus est eis benefaciendum quàm cæteris, quia ad illos est quoddam debitum: nam qui spiritualia seminant dignum est, vt temporalia metãt 1. Corin. 10. cap. Si autem necessitas pauperum parua sit: tunc non possunt præponi Ecclesiæ, si tamen in aliquo egent alioquin regulariter melius est benefacere homini quàm Ecclesiæ, siue illud transeat in ius templi, siue in iura ministrorum, & tamen quando Ecclesia destructa est, vt quia corruit, vel eget reparationibus, vel ornamentis necessarijs, pium valde est pro talibus elargiri, & si non elargiamur Deus comminatur nobis sterilitatem in terræ nascentibus, & aduersitatem in omnibus negocijs nostris, vt in nullo prosperemur licet solicite laboremus. Sic dicitur Aggęi primo. Hæc dicit Dominus nunquid tempus est vobis, vt habitetis in domibus laqueatis, & domus mea deserta, & nunc ponite corda vestra super vias vestras, seminastis multum, & intulistis paucum, comedistis, & non estis satiati, bibistis, & non estis inebriati, operuistis vos, & non estis calefacti, qui mercedes congregauit

gauit misit eas in saccum pertusum, respexistis ad amplius, & ecce factum est minus, & intulistis in domũ, & exufflaui illud, quã ob causam dicit Dominus, quia domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisque in domum suam, propter hoc prohibiti sunt super vos cœli ne darent rorem, & terra prohibita est ne daret germen suum, & vocaui siccitatem super terram, & super montes, & super triticum, & super vinum, & super oleum quæcũque profert humus, & super homines, & super iumenta, & super omnẽ laborem hominum. Et si interdum habeamus aliqua inter manus, quæ magna videantur, Deus illa pauca facit. sic dicitur Aggæi 2. cap. cum accederetis ad aceruũ viginti modiorum, & fierent decem, & intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant viginti: percussi vos vento vrente, & aurugine, & grandine omnia opera manuum vestrarũ, & nõ fuit, qui reuerteretur ad me, & ita apparet de differentia eleemosynarum, s. Dei, & hominum. *Hypocritæ.* Hic redarguit Christus Iudæos de falsa sanctitatis simulatione, quia vt essent in reuerentia apud populum ostendebãt sanctitatem in verbis, cum tamen essent corrupti mente; & dicitur. *Hypocritæ.* Redargutio est: nam postquam ostendit, quòd non recte arguerant discipulos suos, ostendit vnde prouenieba t ista redargutio, scilicet, ex eorum hypocrisi. *Bene Prophetauit de vobis Isaias.* Idest, Conuenienter iuxta conuersationem vestram, & ponitur Isa. 29. licet sub alijs verbis. *Dicens populus hic.* Scilicet, Iudæorum, vel congregatio Pharisæorum, & scribarum. *Cor autem eorum longe est a me.* Idest, Non diligunt me neque faciunt aliquid propter me. In labijs me honorãt, scilicet, orando, & prædicando legẽ meam. *Sine causa autem colunt me.* Idest, Inutiliter, scilicet, ad nullum finem: nam non consequuntur aliqd sic colentes me. *Docentes mandata, & doctrinas hominum.* Idest, Doctrinas hominũ repugnantes legi meę, sicut erat expositio quam faciebant de mandato honorandi parentes, quia per illam irritabatur lex Dei, vt dixit supra Christus irritum fecistis mãdatum Dei propter traditionem vestram. Etiam docebant mandata hominum, scilicet, principaliter, quia licet non essent contra Dei legem, cum tamen illis potius quàm legi Dei insisterent, erant reprehensibiles.

Quare Christus vocauit Pharisæos istos hypocritas. Quæst. XXVII.

QVAERETVR quare Christus vocauit istos hypocritas. Dicendum primo, quia ipse volebat allegare contra eos auctoritatem Isaię: ex qua constat eos esse hypocritas, quia verbis Deum solis honorant: ideo vocauit eos hypocritas. Secundo fuit, quia ipsi erant digni increpatione: nam iniuste arguebant discipulos Christi, qui non peccauerant in hoc de quo arguebantur: ideo pro hoc debuerunt redargui, & hoc fuit, quòd vocarentur hypocritæ.

Tertio fuit, quia vere erant hypocritæ: nam peccabant in grauibus præuaricando legem Dei per falsas expositiones, & tamen volebant se ostendere sanctos per quasdam lotiones exteriores. Quarto fuit, vt ostẽderet originem huius redargutionis: nam licet Pharisæi, & Scribæ ex inuidia arguerent Christum: tamen præcipue arguebant, vt se sanctiores ostenderent illis, sicut supra 9. cap. & Mar. 2. & Luc. 5. Dixerunt Christo, quare nos ieiunamus frequenter, discipuli autem tui nõ ieiunant? quasi dicat meliores illis sumus, quare ergo non imitantur nos? & ita hic cum Pharisæi, & Scribæ frequentarent lotiones multas, & non discipuli Christi, putauerunt se illis sanctiores, & vt hoc ostenderent coram populo dixerunt, quare discipuli Christi non lauant manus, & ita tangitur origo istius redargutionis, scilicet, quòd fuit ex hypocrisi. Quinto fuit ad hoc, quòd Christus ostenderet Pharisæis, & Scribis, quòd sciebat intima eorum: nam mouebantur ex hypocrisi, vocauit ergo eos hypocritas, vt scirent, quòd sciebat quid cogitassent, & sic magis intra se confunderentur scientes se esse deprehensos.

An liceat sic prædicatori redarguere aliquos personaliter redarguendo eorum vitia. Et in iudicio humano quid liceat. Quæst. XXVIII.

QVAERETVR cum Christus vocauerit hic istos Pharisæos hypocritas in quo eos personaliter, & expresse redarguit. An liceat sic prædicatori redarguere aliquos personaliter redarguendo vitia eorum. Dicendum, quòd aut prædicator prædicat, aut contendit cum aliquo, vel aliquibus peccatoribus in verbis: si contendit verbaliter forte ad correctionem, & non potest aliter probare, quod potest, vel defendere se, licet ei exprimere peccatum alicuius, si est notum apud alios, & maxime cum dicit illud ad defensionem suam. Et ita in iudicio, licet litigantibus obijcere crimina, & defectus in alterum, ad hoc, quòd non assequantur id quod nitũtur assequi, vt obijcere excommunicationem, periurium, symoniam, homicidium, & tamen in iudicio licitum est allegare tã crimina publica quàm occulta, dum tamen allegans probet. Si autem aliàs contendat quis cum aliquo in verbis ad emendationẽ illius, non licet allegare peccatum illius, nisi quod publicũ est, quia aliàs præuaricaretur formam correctionis fraternæ. Si autem prædicet, vel doceat eo, quòd non dirigit sermonem specialiter ad aliquem, nõ licet exprimere peccata alicuius status hominum, & ipsos de illo statu arguere non expresso aliquo quasi omnes sic arguuntur, & in tali sermone nemo arguitur nisi, qui redargutione dignus est. De Christo dicendum est, q̃ istum modum tenebat, sępe enim cũ loqueretur specialiter cum aliquibus quasi disceptans exprimebat vitia illorum, & forte, quia ipse non poterat se aliter defendere contra illorum criminosas redargutiones, sic fuit de Pharisæis, & Herodianis, qui petiuerunt ab eo an liceret dari censum Cæsari, vt caperent eum in sermone, infra 23. Nam dixit eis, quid me tentatis hypocritæ? & simile Ioannis 8. forte enim non tacuissent nisi Christo vocãte eos hypocritas vidissent se deprehensos: Et ita fuit hic: nam nunc Christus non prædicauit, sed disputabat, quia isti redarguebant eum, & discipulos eius, quasi transgrederentur traditiones: ideo Christus ad ostendendam innocentiam suam, & discipulorum, conuenienter vocauit istos hypocritas, & quæcunque alia vitia eorum poterat ipsis obijcere, ita vt infirmaret eorum redargutionem, & vocando eos hypocritas, & ostendendo probabat, quòd non iuste redarguerant discipulos eius: ideo fuit conueniens, quòd expresse eorum vitia diceret eis in faciem, quod etiam nobis licuisset. quando autem Christus prædicabat, non dicebat vitia alicuius expresse, sed vitia alicuius status, & ita prædicando multa dicebat contra Pharisæos, scilicet, væ vobis Pharisæi, & Scribę hypocritæ infra 23. & Luc. 11. Si tamen peccata alicuius ita essent notoria, quòd nulla tergiuersatione occultari, aut palliari possent, nec excusari; non videtur inconueniens, quòd illa prædicando diceret, si putaret prodesse ad correctionem illius vel aliorum, nisi forte ex tali expressione putaretur scandalum secuturum.

Quare Christus allegauit hic dictum Isaiæ. Et quibus Deo appropinquamus. Quæst. XXIX.

QVAERETVR, quare Christus allegauit hic dictum Isaię.

Dicendum, quòd fuit primo ad confirmãdum id quod dixit, nam ostenderat ex operibus eorum, quòd hypocritæ erant, & vt firmius hoc pateat, inducit scripturam de hoc, & hoc est, quia Iudęi in magna auctoritate habebant scripturas, & ideo ex illis erat apud eos probatio solida contra eos, sic Christus dixit Io. 5. scrutamini scripturas, quia & vos putatis in ipsis vitam ęternam hr̃e, & ideo solet interdum allegare scripturas. Sic dicit Chrys. monstrauerat dominus, quòd Pharisæi non erant digni accusare transgredientes mandata seniorum, cum ipsi legem Dei destruerent, rursus autem monstrat hoc ipsum, & propheta.

Secundo fuit, vt cognoscerent Pharisęi, & Scribæ malum esse sequi pręcepta hominum destruẽdo Dei legem, cum Isaias prędixerit in vanũ eos Deũ colere cum mandata hominum seruent.

Tertio fuit, vt agnoscerent peccata sua non esse leuia in conspectu Dei, cum illa multo ante tempore Isaias a Deo inspiratus prædixit. Et ponit Isaias alia verba parum distãtia ab his, quæ in sensu eadem sunt, scilicet, & dixit dominus eo, quòd appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me: cor autem eius longe est a me, & coluerunt me mandato hominum, & doctrinis, & propter hoc subditur ibi pœna, quòd sapientia eorum peribit. appropinquare ore, & glorificare labiis ad idem pertinet. quia tunc homo appropinquat Deo ore quando eum recte laudando meretur aliquid apud ipsum, per quod ei magis gratus efficitur, & vicinior, quia ad Deum non appropinquatur loco, sed virtute, & perfectione, & loco huius dixit hic Christus: populus iste labiis me honorat. quod vero dicitur ibi coluerunt me mãdato hominum, & doctrinis: est sensus non colunt me obseruando legem meam, quam ego obseruari iussi, sed obseruando mandata hominum, & doctrinas, quæ mihi non placent, & pro hoc Christus dixit, sine causa autem colunt me. i. inutiliter, quia licet sic videantur me colere nihil prodest eis, quia ego non accepto talem cultum.

An dictum Isaiæ de Iudęis, vel de solis Scribis, & Pharisęis intelligitur. Quæst. XXIX.

QVAERETVR, de quo intelligitur dictum Isaiæ. an de Iudęis, vel de solis Pharisęis, & Scribis.

Aliqui dicunt, quòd de Iudęis, quia dicitur populus iste, vel hic, & Iudęorum proprie erat populus, & non Pharisæorum, qui erant aliqui de populo. Secundo, quia dicit Rabanus: prę uidit aũt Isaias simulationes Iudęorum, q̃ in dolo pugnarent cõtra euangelium, & ideo dixit ex persona domini, populus hic labiis me honorat.

Aliqui dicunt, q̃ intelligitur de solis Pharisęis, & Scribis. nam ipsos solos nũc Christus arguebat, & nõ totum populum Iudaicum, ideo de ipsis solis intelligitur dictum.

Secundo patet, quia dicitur in litera, hypocritæ bene prophetauit de vobis Isaias: ergo de eis dictum erat.

Dicendum, quòd auctoritas, tã de populo Iudęorum, quam de Pharisęis, & Scribis intelligitur, & tamen Christus nunc solum applicuit illam ad Pharisæos, & Scribas, eo quòd de illis solis loquebatur. nam totum, q̃ in auctoritate dicitur, intelligitur, & vtrique patri applicari potest.

Cum autem dicitur, quòd Pharisęi non erant populus: dicendum quòd licet ipsi per se non essent populus, quia non erant separati a reliqua plebe: tamen propter multitudinem poterant dici populus. Etiam possunt ipsi vocari populus, quia erant pars excellentior plebis, scilicet doctores populi, & quorum sententiam plebs sequebatur: sicut quod rectores faciunt dicitur facere vrbs, & ipsi dicuntur esse ciuitas.

Ad aliud dicendum, quòd ipsi pugnabant contra euangelium, quia pugnabant Scribæ, & Pharisęi: nam populus non persequebatur, sed potius venerabatur illud.

Quomodo Pharisęi, vel Iudæi Deum ore honorabant, & non corde. Quæst. XXX.

QVAERETVR q̃ũo Pharisęi, vel Iudęi Deum ore honorabant, & non corde.

Dicendum, quòd honor est exhibitio reuerentię, consistit autem ista reuerentiæ exhibitio in cæremonijs exterioribus: ille ergo labiis honorat qui loquendo magnalia de aliquo impendit ei reuerentiam. Et quia Iudęi sola voce Deum magnificabant: dicuntur labiis honorare. Et potest intelligi de toto populo Iudęorum respectu Christi: nam asserebant isti cultores se esse veri Dei, & tamen Christum qui verus Deus erat, oderant. Sic dicit Remigius, scilicet Iudæorum namque populus labiis, & ore Deo appropinquare, & honorare eum videbatur, quia vnius Dei cultum se habere gloriabantur, sed corde lõge a Deo recessit, quia visis signis, & miraculis, nec deiratem eius cognoscere, nec eum suscipere voluerunt. Etiã potest intelligi respectu Christi, quia Iudæi interdum laudabant eum, & tunc nitebantur eum decipere. Sic dicit Rabanus: labiis eum honorabant, quando dicebant magister scimus, quia verax es, sed longe corde ab eo fuerunt, quando miserunt insidiatores, vt caperent eum in sermone. Vel potest accipi, quòd honor oris sit omnis honor in exteriori cæremonia impensus. nam sicut ea, quę sunt in ore exteriora sunt respectu eorum, quæ sunt in corde, ita omnia, quæ exteriora sunt, intelliguntur nomine eorum, quę sunt in ore: & vocabitur honor oris illa cæremonia munditiæ exterioris, quam Iudæi seruabant, & quia hoc faciebant, quasi per hoc sancti essent coram Deo, dicebantur ore honorare eum, quia tamen veram mũditiam sanctitatis non habebant: dicebantur corde lõge esse a Deo. i. non habentes cum Deo aliquam similitudinem, & tamen haberent illam, si haberent virtutem in anima, per quam homo accedit ad Deum. Sic dicit Glo. commendando exteriorem munditiã eum honorabant, sed dum interiori, quę vera est, carebãt, cor eorum longe erat a Deo.

Quare dicitur, quod sine causa Pharisęi Deum colebant; docentes mandata, & doctrinas hominum. Et quod tripliciter in hoc Deum offendebant. Et quæ sit differentia inter doctrinam mandatum, & traditionem. Et Deus quomodo colendus. Quæst. XXXI.

QVAERETVR quare dicitur, q̃ sine causa colebant Deum docentes mandata, & doctrinas hominum.

Dicendum, quòd sine causa colebant, idest inutiliter. nam accipitur hic causa pro finali, & sicut ille qui agit aliquid nullo fine p̃supposito agit sine causa; ita

ita ille qui agit pro aliquo fine, & non poteſt peruenire ad illum, agit ſine cauſa, & quia iſti non poterant peruenire ad finem cõiter intentum ſic colẽdo Deũ, ſcilicet ad beatitudinem, quę eſt finis cultus Dei, dicebantur ſine cauſa colere, non poterant autem illum finem conſequi eo, ꝙ ille finis a Deo datur eis quos acceptat, & tamen taliter colentes eum Deus nõ acceptat, ideo non dat eis finem intentum, nõ placebat autem Deo iſte cultus, quia iſti colentes eũ docebant doctrinas, & mandata hominum. i. nõ mandata Dei, ſed hominum. Et in hoc tripliciter Deum offendebant. Primo, quia erant ibi doctrinæ hominum contrarię legi Dei, ſ. doctrina Phariſæorum, & Scribarum per quam irritum fiebat mandatum Dei, quia trahebatur ad falſum ſenſum. Et dicitur doctrinas, & mandata, quia doctrina eſt, quæ ſolum docetur, & ideo quodcunque traditum a doctore doctrina vocat; ſiue doctor poteſtatem aliquam habeat, ſiue non. Mandatum dicit poteſtatem. i. iuriſdictionem imperatiuam. Et quia Phariſæi, & Scribæ non habebant auctoritatem iubendi, ſed ſolum erant doctores legis, id quod ipſi tradebant populo vocabatur doctrina. Seniores autem habebant poteſtatem iubendi, quia iudices erant, & poteſtatem habebant conſtituendi leges aliquas, ideo traditiones ſuę vocantur mandata; licet etiam vocentur traditiones, ſed traditio eſt nomen generale, quia dicuntur traditiones, inquantum traduntur: mandata autem inquantum habent vim coactiuam, & obligatiuam ſuper illos quibus dantur, & tamen quia magis diſplicebat Deo expoſitio falſa legis, quam faciebant Phariſęi, & Scribæ, primo dictũ eſt docentes doctrinas, deinde dicitur mandata.

Secundo non placebat Deo cultus iſte, quia inducebant mandata ſeniorum quendam errorem. nam etiam ſi non peruerterent legem Dei falſe exponendo, tamen dabant precepta de multis lotionibus corporis per quas ſe ſanctificari putabãt, & placere Deo, & tamen exterior ablutio animam nõ mundat, quia eam non tangit, & Deo non placet talis cultus, quia vt Chriſtus dixit Ioann. capitulo quarto: Deus ſpiritus eſt, & eos qui eũ adorãt oportet in ſpiritu adorare, ideſt Deus vult coli ſpiritualiter, & non corporaliter, quia nihil ſibi eſt cum corpore, & tamen totaliter corporaliter eum colebant, putantes hoc ſufficere non habendo cultum aliquem in anima, ideo non placebant Deo.

Tertio, quia leges a ſenioribus traditas de purificationibus corporalibus in tanta veneratione habebant ſicut leges Dei, immo in maiori, quia interdum violabant legem Dei, & ſeruabant traditiones ſeniorum, ſicut faciebant nunc iſti Phariſęi, qui non ſeruabant mandatum Dei de honorando parentes, & ſeruabãt traditiones ſeniorum de lauando manus, & tamen ſi legis ſeniorum bonæ eſſent, plus Deus debet coli per legem ab eo datam, quam per legem datam ab homine, qui non nouit voluntatem Dei, & tamen hoc totum faciebant Phariſęi, & Scribæ, quia per legem Dei ſeruatam efficitur quis vere bonus, & quia bonitas eſt in anima rectificantur omnes operationes animæ, eſſe autem vere bonum eſt difficile eis qui potiri volunt bonis huius ſęculi, vt honore, voluptate, & diuitiis, ſicut Chriſtus dixit Marco, capitulo decimo, quòd facilius eſt camelum intrare per foramen acus, quam diuitem intrare in regnum cœlorum, ideo tales non poſſunt obſeruare legem Dei. Lex autem hominum, quia conſiſtit in ſolis exterioribus cæremoniis, poteſt oſtendere faciliter hominem bonum, ſed non efficit. iſtam ergo legem poterant obſeruare Phariſęi. nam ipſi volebant apparere iuſti coram populo, ideo exteriores cæremonias multas oſtendebant, vt in purificationibus lotionum, & tamen interius erant pleni rapina, & iniquitate, & dolo, vt Chriſtus dixit, infra in vigeſimo tertio capitulo, erant cupidi honoris, quia omnia opera ſua faciebant, vt viderentur ab hominibus, eodem capitulo, & ſic traditiones ſeniorum valde conueniebant Phariſæis, & illas obſeruabant, legem autem Dei non poterant obſeruare ſtante ſuppoſito eorum, & hoc Chriſtus expreſſerat, inquantum dixit, populus hic labiis me honorat: cor autem eorum lõge eſt a me, & tamen tota lex humana conſiſtit in labus. i. in exterioribus cæremoniis, lex autem Dei reſpicit cor, & hoc longe erat a Deo in Phariſęis, ideo longe erant ipſi ab obſeruatione legis Dei, vnde non ſolum ſeruabant cæremonias lotionũ a ſenioribus traditas, ſed etiam ipſi alias obſeruationes addiderant, vt ieiunia, & orationes. De ieiuniis patet, quia iactauerunt ſe Phariſęi, & diſcipuli Ioannis Baptiſtę, de ieiunijs contra diſcipulos Chriſti dicentes, quare nos ieiunamus frequenter, diſcipuli autem tui non ieiunant? ſupra nono capitulo, & Lucę quinto, ſolebant enim Phariſæi ieiunare duobus diebus, qualiber hebdomada Lucę decimooctauo, cum dixit Phariſęus quidam ieiunio bis in ſabbato, ideſt in hebdomada. Etiam orationes faciebant ſępe, vt dicitur Lucę quinto, quòd diſcipuli Ioannis, & Phariſęorum ieiunant frequenter, & obſecrationes faciunt, & erant iſtę orationes longę, infra vigeſimo tertio capitulo, & tamen omnia iſta erant in ore. i. exterius, & nihil erat in corde, quia omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus, infra 23. nam & ipſas orationes, quę maxime propter Deum eſſe debent cum ad ipſum dirigantur non faciebant propter Deum, ſed vt viderentur ab hominibus, ſupra ſexto capitu. & ideo orabant, vt ſic deciperent populum falſę ſanctitatis ſpecie, & ab eis pecuniam multam acciperent, quod & faciebãt: ſic vt dixit Chriſtus, infra 23. væ vobis Scribæ, & Phariſęi hypocritæ, qui comeditis domos viduarum longas orationes orantes: totum ergo quod populus iſte faciebat in labus erat, & nihil in corde, & ſic non placebat Deo cultus eorum, ſed colebant eũ ſine cauſa. i. inutiliter, quia nullam mercedẽ pro hoc cultu expectare poterant ab eo.

Quid ſit hypocrita. Et quæ requirantur ad hoc, quod quis ſit hypocrita. Quæſt. XXXII.

QVAERETVR nũc de hypocritis, quia Chriſtus nunc vocauit hic Phariſęos hypocritas, & ſæpe contra hypocritas loquitur, & primo quid ſit hypocrita.

Dicendum, quod hypocrita, vt dicit glo. ſupra capitulo ſexto, eſt qui ſimulat, quod non eſt, repręſentator alterius perſonæ. Pro quo ſciendum, quòd hypocrita ab origine Greca deſcendit ab hypos, quod eſt ſubtus, & criſis, quod eſt ſecretum, vel aurum, quaſi ſubtus ſecretus, vel ſubtus habens aurum, hic autem accipitur hypocrita, ideſt ſubtus ſecretus manens, vel exiſtens, & ideo prima acceptio nominis huius eſt, ꝙ illis qui effigiabant perſonas in comediis, & tragediis recitatas, & ad hoc ſumebant habitum viri, vel fœminæ, iuuenis, vel pueri, aut ſenis, & imponebãt faciei velamen: ita vt poſſit ille videri, de quo in comedia, aut tragedia dicebatur: & quia ſub illo habitu latebat ille, qui non erat qualis videbatur, dicebatur hypocrita, ideſt ſubtus ſecretus manens, ſcilicet ſub illo habitu quem exterius gerebat. Et interdum non appoſitis velamentis in vultu rubricabant faciem, vel alieno fuco eam liniebant, vt illius ętatis poſſint effigiare hominẽ cuius vellent. Sic dicit Iſidorus nomẽ hypocritæ tractum eſt a ſpecie eorũ q in

in ſpectaculis contecta facie incedunt, diſtinguentes vultum vario colore, vt ad perſonę, quam ſimulãt colorem peruentiant, modo in ſpecie viri, modo fœminę, vt fallant populum dum in ludis agunt. Inde autem tractum eſt nomen hypocritarum ad eos, qui ſimulant vitæ honeſtatem, & bonitatem cum eam nõ habeant, quia iſti habent intus ſecretum. ſin exteriori apparatu bonitatem prætendunt, ſed in animo iniquitatem. Sic dicit Auguſt. ſi ergo hypocritæ. i. ſimulatores, tanquam imitatores perſonarum aliarum agunt partes illius, quæ non ſunt, nõ enim qui agit partes Agamemnonis vere ipſe eſt, ſed ſimulat eum, ſic & in eccleſiis, & in omni vita humana qſquis ſe vult videri, quod non eſt, hypocrita eſt: ſimulat enim ſe iuſtum, & non exhibet iuſtitiam, quia totum fructũ in laude hominum ponit.

Sciendum tamen, ꝙ ad hoc, ꝙ quis ſit hypocrita oportet, ꝙ habitum ſanctę conuerſationis oſtendat, & illum gradum vſurpet, & non impleat, & tamen non omnis qui ſic agit hypocrita eſt, ſunt enim quidã qui habitum quidem perfectę vitæ tenent, & tamen perfectam vitam non exhibent, quam tamen vellent tenere, ſed infirmitate carnis ducti vitam imperfectam ſequuntur, & vitia ſua occultant, & ita cum mali ſint, habitus eos bonos oſtendit. ipſi tamen ex hoc gloriã hominum non quærunt. Alii ſunt qui ſanctitatis ſigna foris prętẽdentes ſanctitatem nullam veram habent, ſed ideo hęc oſtendunt, vt glorientur coram hominibus. Primi non ſunt hypocritæ, ſed ſecundi. Sic dicit Gregor. trigeſimo primo Moralium, ſciendum vero eſt, ꝙ ſunt nonnulli qui ſanctitatis habitũ tenẽt, ſed perfectionis meritum exequi non valent, quos nequaquam credendũ eſt inter hypocritarum numerum currere, quia aliud eſt in infirmitate, aliud eſt calida ſimulatione peccare.

De Phariſæis, & Scribis proprie dicebatur, ꝙ eſſent hypocritæ, quia ſanctitatis habebant habitũ a reliquo populo diuiſi, & ideo Phariſęi. i. diuiſi dicebantur, & tamen non habebant vitæ ſanctitatem, & interius pleni erant rapina, & omni iniquitate, vt Chriſtus dixit, infra 23. Et ideo dixit ibi Chriſtus cõuenienter de eis, ꝙ erant ſimiles ſepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus ſpecioſa: intus autem plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia, ſic & vos foris apparetis hominibus iuſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate, & quoniam ipſi gerentes habitum ſanctitatis, & non exhibentes eam in opere, quęrebãt gloriam ab hominibus, quaſi vere ſancti eſſent, dicebantur eſſe proprie hypocritæ. nam omnia opera ſua faciebant, vt viderentur ab hominibus, infra 23. cum enim non ieiunarent interdum vultum ieiunantium oſtendebant quodam fallaci pallore ſuperinducto, ſupra 6. capitulo, exterminant enim facies ſuas, vt videãtur ab hominibus ieiunantes, cum autem orarent videri volebant, ideo in plateis orabant, & ſynagogis, quia non Deum aſpiciebant ad quem orabãt, ſed homines, vt ab illis viderentur, ſic dicitur ſupra ſexto capitul. quòd hypocritæ amant orare in ſynagogis, vt videantur ab hominibus. Et Chryſoſto. ibidem dicit hypocritas vocat qui Deum ſe fingentes orare, homines circunſpiciebant, & non quidem ſolum, vt ab eis ſanctitatis gloriam acciperent, ſed vt terrena lucra caperent. Sic dicit Remigius, hypocrita dicitur ſimulator, quia aliud opere ſimulat, & aliud corde geſtat. iſti ergo bene hypocritæ dicuntur, quia ſub honore Dei terrena lucra accumulare cupiebant, & hoc faciebant, vt illi qui deuoti erant videntes exteriorem ſanctitatem Phariſęorum, & Scribarum multa eis largirentur, vt eos ad adorandum pro ſe Deum incitarent, & quia fęminę proniores ſunt ad hoc, & facilius decipiunt, fallebant iſti viduas, & deuorabant totã ſubſtantiam earum, ſic Chriſtus dixit. ij. 23. vę vobis Phariſęi, & Scribę hypocritæ, qui comeditis domos viduarum orationes longas orantes.

An hypocriſis ſit peccatum. Et quæ ſint peccata hypocritæ. Et quod in peccatoribus ſit quadruplex gradus. Quæſt. XXXIII.

QVAERETVR an hypocriſis ſit peccatum. Aliqui dicunt, ꝙ nõ, quia eſſe tabulã poſt naufragium non eſt pctũ, ſed pctõ oppoſitum, cum pnã, quę pctã delet voceẽ ſecunda tabula poſt naufragium, & tũ hypocriſis eſt tabula poſt naufragium, quia ſm Hiero. ſecunda tabula poſt naufragium eſt pctũ abſcondere, & hoc pertinet ad hypocritã, quia vitia abſcondit ſe bonum oñdẽs: ergo non eſt pctũ hypocriſis. Secundo patet, quia vitare ſcandalum proximorum laudabile eſt, & tũ niſi quis pctã ſua abſcondat, & ſe bonum oñdat, ſcandalizabit proximos p ſuã prauã ꝙuerſationem, ergo bñ agit abſcondendo, & hoc eſt hypocriſis. Tertio patet, quia crudelis eſt qui negligit fãmã ſuã, & ideo tenet eam cuſtodire, ſed ad hoc neceſſe eſt vitia abſcondi, & oſtendi bonitatem ẽt ſi non ſit vere exiſtens: ergo hypocriſis non eſt peccatum.

Dicendum, ꝙ hypocrita ſm primam ſignificationem dicit effigiatorem ſub alieno vultu, vt dictũ eſt pręceden. q. & transfertur inde ad alios, qui cum mali ſint, iuſti videri volunt, & gloriam ab hominibus accipere per ſolam exteriorem ſanctitatis effigiẽ, quam præferunt: vtroque modo Ariſto. accipit hypocritas. De primo patet 3. Ethicorum, & 3. Rheto. vbi loquitur de hypocritis, ideſt repręſentationibus, quæ fiebant per iſtos hypocritas in tragediis, & comediis. De ſecundo patet 4. Ethicorum, quando loquitur de veritate, & iactantia, & ironia. Primo modo hypocriſis non eſt pctũ, quia eſt officium ad placendũ populo, niſi indebite exerceatur. i. ab illis, a quibus non debet, ideſt a clericis, vel in loco, aut in tempore indebitis, & ſic de aliis circunſtantiis, ſic patet extra de vita, & honeſt. cle. cap. cum decorem, vbi arguuntur diaconi, & presbyteri qui interdum ludos theatrales exercebant, & vocantur ludi theatrales, qui in theatro fieri ſolẽt, & iſtos faciunt hypocritæ ſub alienis perſonis, etiam iubetur, vt tales ludi, nunquam fiant in eccleſia, ne honeſtas domus Dei inquinetur: aliàs autem cum liceat populo delectari ſine alterius præiudicio, licet tales ludos exercere, & alios eſſe qui alienas perſonas effigient. De ſecundo modo hypocriſis dicendum, quòd ſemper eſt peccatum, quia hypocrita ſemper eſt mẽdax cum vere malus ſit, & bonum ſe eſſe oſtendere velit, vt glorietur, mendacium tamen peccatum eſt, & iſto modo ponit Ariſtote. 4. Ethicorum, hypocriſim eſſe vitium oppoſitum veritati, quia veritatem vocat virtutem qua quis ſe vere habet in factis, & dictis, & habitu, quia talia de ſe dicit, & talia oſtendit, qualia vere in eo ſunt, cui opponitur per ſuperabundantiam iactator, ſcilicet qui iactat, ideſt dicit, & gloriatur de ſe, quæ non ſunt, maiora aſſerens, & ad iactantiam dicit pertinere hypocriſim, licet in hoc videretur differre, quia iactator mentitur verbo dicens de ſe magnalia, quæ non ſunt. hypocrita autem mentitur opere, & habitu, quia oſtendit ex operibus exterioribus, & habitu ſe eſſe talem qualis non eſt. Secundo peccat hypocrita, tanquam ſuperbus. nam appetit honorẽ, & per hoc diſtinguit ab aliis peccatoribus, qa ceteri licet peccent, & occultent pctã ſua, quaſi boni ſint, tũ gloriam nõ petunt, ſed effugere infamiã quærunt. hypocrita aũt directe gloriã quęrit. Circa glo-

ſiam aũt peccat dupliciter hypocrita. primo quia ſuperabundanter peccat. ſecundo per rem inhoneſtam. De primo patet, quia apperitus glorię licet non ſit bonus: tamen non eſt illicitus ſemper, quia interdum eſt ſolum peccatum veniale, & interdum nullum peccatum eſt. quęrere tñ gloriam humanam in omnibus immoderatum eſt: cum multa agenda ſint propter gloriam Dei, & non gloriam humanam, vnde qui agit propter homines perdit mercedem operum ſuorum quantumcunque aliàs eſſent bona ſupra 6. amen dico vobis perdiderunt mercedem ſuam, & tñ hypocritę ſemper quęrunt gloriam hoĩum in quocunque opere, vt dr̃ infra 23. omnia opera ſua faciũt, vt videãtur ab hominibus. Secundo peccat in gloria, quia illa perrem indebitam petit, quia gloria eſt fama clara cum laude, ſed laus non eſt, niſi de bonis: cum laus ſit ſermo explicans magnitudinem: ideo non dicit̃ quis habere gloriam niſi de factis bonis: & quod non de quibuslibet, ſed ſolum de excellentibus. Et ideo Saluſtius inuehitur contra illos, qui quęrebant gloriam per malas artes, ideſt per turpem modum viuendi, ſicut alij per virtutem. hypocrita aũt quęrit gloriam per mala opera: nam cum bonitatem nullam habeat, per ſolam falſam repręſentationem bonitatis gloriam vult, & tamen, quod falſum eſt in moribus malum eſt, ideo per malum volunt iſti gloriam: & quantum ad hoc hypocrita eſt iniuſtus. Et ita ſunt tria peccata hypocritę, ſcilicet mendacium, ſuperbia, & iniuſtitia, & in omnibus errat, ergo hypocriſis peccatum eſt.

Ad primum dicendum, ꝙ occultare peccatum non eſt vituperabile, ſed potius laudabile, niſi occultet̃ ei cui reuelare debemus, ſcilicet ſacerdoti, & hoc non eſt hypocriſis.

Pro quo ſciendum, ꝙ in peccatoribus eſt gradus quadruplex. Quidam aperte peccant, & de peccatis gloriantur, & iſti ſunt peſſimi, ſic dicitur Iſa. 1. peccatum ſuum, vt Sodoma prędicauerunt neque abſconderunt, & tales ſunt in peſſimo gradu peccatorum, & de iſtis dicitur Pro. 2. gloriantur cum malefecerint, & exultãt in rebus peſſimis, & hoc eſt, quia ſunt in profundo malorum, & ideo cõtemnunt peccata, ac ſi nihil eſſent. Prouer. 18. peccator cum in profundũ malorum venerit contemnit. ſ. peccata, non curando potius male agere, quàm bene, quaſi ęqualia ſint. Secundus gradus eſt eorum qui publice peccant, & non curant peccata abſcondere, quia neminem timent, neq; erubeſcunt, ſicut dicitur Luc. 18. de iudice qui nec timebat Deum, nec reuerebatur homines: & tamẽ nõ gloriantur de vitiis ſuis, & iſti mali ſunt valde, ſed nõdum ſunt in extremo malorum, cum nondum accipiant id quod malum eſt, tanquam vere bonum, de quo ſit gloriandũ. Tertius gradus eſt eorũ, q̃ peccant & pctã occultant, vt nõ infamentur, & iſti ſunt in minimo gradu malitiæ, quia erubeſcunt, & ob hoc ſunt corrigibiles. Quartus gradus eſt eorum qui peccant & abſcondunt, & inſuper boni haberi volũt. ad quod cum bonitatẽ verã non habeant, habitũ falſum bonitatis oſtendunt, & iſti vocantur hypocritę. In primis tribus gradibus vocant̃ quidẽ pctõres, ſed non hypocritę, in quarto aũt hypocritę dr̃. Et ita ad hypocritã tria requiruntur: primum ꝙ malus ſit, ſecundũ ꝙ bonitatem in opere exteriori, & habitu ſimulet, tertio ꝙ gloriam hoĩum ex hoc intendat, p̃ quod tertium a ſolis cęteris peccatoribus diſtinguit̃. Et ſic dicẽdũ, ꝙ occultare pctm̃ non eſt malum, ſed falſę ſanctitatis ſpeciem oſtendere, vt ex hoc gloria habeatur malum eſt, & hoc eſt hypocriſis.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ vitium publicare, ſiue non abſcondere ob ſcandalũ eſt pctm̃, & iõ tegendũ, ſed iſtud nõ eſt hypocriſis, ſed ſimulare ſanctitatẽ, vt inde gloria habeat̃, & tñ ſiqs non ſimulet ſanctitatẽ vitabit ſcandalum, quia ad vitandũ ſcandalũ ſolũ req̃ritur tegere vitiũ, quod ergo ſuperabundantius eſt. ſ. ſanctitatem ſimulare peccatum eſt.

Ad tertiũ dicendũ, ꝙ nemo dẽt famã ſuã negligere, q̃ peccaret negligendo, & q̃q̃ fama de bonis eſt, & infamia de malis, qliber ẽt ſi non ſit bonus dẽt conari cuſtodire famã abſcondendo pctũ p̃ quod infamaretur. & iſtud non eſt hypocriſis.

Sed obiicit̃, ꝙ conſeruando famã non ſolũ debẽt vitia tegi, ſed ẽt ꝙ hõ ſe bonũ oñdat, & eſſe bonũ, & ſanctũ idem eſt, cũ ſanctitas munditiã dicat. Leu. 11. & 20. ſancti eſtote, qm̃ ego ſanctus ſum, & dicebat̃ hoc toti ppło cui non imponuntur aliquę ſupererogationes obſeruandę, & tñ ſimulare ſanctitatẽ eſt hypocriſis, ideo qui famam ſeruare vult, oportet ꝙ hypocriſim committat, ſi bonus non eſt.

Dicendum, ꝙ duplex eſt bonitas, vna neceſſaria, & ſufficiens, alia ſuperabundans, ſiue ſupererogationis. Prima eſt neceſſaria ad conſeruandum famam. ſ. ꝙ illam hõ habeat, vel ꝙ ſimulet, quia ſi non hẽt eam, vel non vr̃ hr̃e, apparet eum eſſe pctõrem. Secunda nõ eſt neceſſaria ad famã ꝓſeruandã, quia ẽt ſiquis non aſcẽdat ad maiorem ſtatũ perfectionis, q̃ exigat ſua pfeſſio. i. ꝓditio vitę, vel ſtatus, non eſt vituperabilis, iõ ꝙ peccator ſimulet primam ſanctitatẽ non hñdo illam non eſt pctm̃, nec hypocriſis: ſi aũt ſecundam ſimulat peccatum eſt, & hypocrſiis ibi eſt, & ita poteſt apponi quarta proprietas hypocritę. ſ. ꝙ peccator ſit, & ſanctitatem oſtendat, & gloriam ex illa quęrat, & hoc in eis quę ſunt ſupererogationis. Et ita dicetur, ꝙ ſolum licet peccatori tegere peccata, ſed non prętendere ſanctitatem, & tamen quia qui non habet primam ſanctitatem eſt peccator, nihil aliud eſt illam ſimulare, q̃ peccata tegere, ideo non eſt hypocriſis illam ſimulare. Secunda cauſa ſanctitatis addit aliquid ſuper occultare vitia, cum ẽt ſiquis illam non habeat non ſit ideo vitioſus, propter hoc ergo illam ſimulare cum nõ hr̃, hypocriſis eſt, & peccatum.

Sed obiicie t̃, ꝙ aliqui ſunt in habitu perfecte vitæ, vt religioſi, qui etiam ſi non ſint boni ſimulant ſanctitatem ſuperogationis ad conſeruandum famam, & ſic erunt hypocritę, vt famã conſeruent, & ſic erit perplexitas.

Dicendũ, ꝙ debent ſimulare ſanctitatẽ ſuperabundantẽ licet non habeant, quia in eis hoc ſimulare, eſt vitium occultare, cum neceſſe eſt conſtare eos eſſe pctõres, niſi appareat illos talẽ ſanctitatẽ hr̃e. Rõ eſt, q̃a licet iſta ſanctitas ſit ſuperogationis reſpectu aliorum, non tñ reſpectu eorũ qui ex profeſſione regulari tenentur ad illã, & ſic ad occultandũ vitia requirit̃ in eis ſimulatio iſtius ſanctitatis, & non vocabunt̃ hypocritę. Sic dicit Greg. 31. Moraliũ. Sciendũ vero eſt, ꝙ ſunt nonnulli qui ſanctitatis habitum tenent, & p̃fectionis meritum exequi nõ valent, quos nequaquã credendum eſt inter hypocritarum numerum currere, quia aliud eſt infirmitate, aliud calida ſimulatione peccare, quia tñ ſunt adhuc alii gradus ſuperiores ſanctitatis ad quos iſti non tenentur ex profeſſione ſi illos ſimulent, quando peccatores ſunt: hypocritæ ſunt.

An hypocriſis ſit peccatum ſpeciale, vel coincidat cum multis. Et quæ ſint duo illa extrema, inter quæ eſt veritas. Quæſt. XXXIIII.

QVAERETVR de hypocritis, an hypocriſis ſit ſpeciale peccatum, vel coincidat cum multis, & non ſit in aliqua determinata ſpecie.

Aliqui

Aliqui dicunt, ꝙ non eſt in ſpecie aliqua, quia peccatum ſimulationis diſtinguitur ex oppoſito contra peccatum aperte malitię, ſed aperta malitia non eſt aliqua ſpecies peccati: ergo nec hypocriſis, quæ eſt ſimulatio. Secundo, quia omne peccatum ſpeciale reperitur ſpecialiter circa aliquam materiam, & habet actus determinatos, & tamen hypocriſis non habet actus determinatos, ſed reperitur circa multa, vt in ieiunio, & oratione, & eleemoſina. ſupra 6. capitulo, & ita circa alios actus bonos: ergo non eſt ſpeciale peccatum.

Tertio, quia hypocrita, ſicut eſt mendax. i. ſimulator, ita etiam eſt ſuperbus, & iniuſtus, vt oſtenſum eſt præcedenti q. etiam eſt raptor, quia ad rapiendum, & deuorandum domos viduarum intendit, vt Chriſtus dixit, infra 23. ergo non erit in aliqua ſpecie cum dicat diuerſos habitus vitiorum.

Dicendum, ꝙ hypocriſis pertinet ad certam ſpeciem, nam ſi non pertineret ad certam ſpeciem, non conditſingueretur contra alia vitia, & tamen conditſinxit illam Chriſtus ꝓ aliam, infra 23. dicens Phariſæis, intus pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate: ergo dicit ſpecialem malitiam.

Item opponitur hypocriſis ſpeciali virtuti, ergo eſt ſpeciale vitium, nam hypocriſis eſt vitium ſimulationis, & ſimulatio opponitur veritati, q̃ eſt virtus moralis. 4. Ethicorum, cap. 7. & dicuntur tales iactatores, qui aliàs hypocritæ dicuntur, ideo hypocriſis ſpeciale vitium eſt.

Conſiderandum autem per hoc, ꝙ habitus directe ſunt in aliquo genere, vel ſpecie, quia aliquid ſunt. priuationes autem non ſunt in genere per ſe, cum nihil ponant, ied ſpecificantur, ideſt reducuntur ad genus, vel ſpeciem per habitus oppoſitos quos priuant. vnde priuatio eſt generalis; quæ priuat conditionem aliquã generalem, quæ requiritur in qualibet virtute, & peccatum generale dicitur, quòd talem priuationem annexam habet, ſicut inobedientia dicitur vno modo generale peccatum, quia reperitur in omni vitio: peccatum ſpeciale eſt, quod habet priuationem annexam, quæ priuat aliquam ſpecialem conditionem virtutis: de hypocriſi ſic eſt, quia hypocriſis dicit proprie ſimulationem, quæ tollit conformitatem ſigni ad ſignificatum, quod vult veritas, ideo hypocriſis ſecundum rationem ſuam opponitur veritati, quę eſt habitus virtutis, & ſic eſt ſpeciale vitium, ſicut veritas eſt ſpecialis virtus. Sed tunc conſiderandum, ꝙ veritas duo extrema habet. ſ. eum qui de ſe plura oſtendit quã ſint, & dicitur iactator, & eum qui minora dicit abſcondens maiora. & dicitur iron, vt dicitur. 4. Ethic. c. 7. De hypocriſi patet, ꝙ non pertinet ad extremũ deficiẽs, ſ. ironicum, vel ironem, ſed ad ſuperabundans, quia hypocrita maiora vult de ſe videri, quam ſint, immo quę nullo modo ſunt ſimulat. Sed dicendum, quòd cum veritas conſiſtat, tam in dictis, quàm in factis: ita ſuperabundans oppoſitum veritati eſt in factis, & in verbis. Et iſtorum primi ſunt, qui falſa dicunt, vel fingunt. & non propter aliquem finem. Secundi ſunt qui fingũt, quia gaudent fingendo, ideſt mentiendo. Tertii ſunt qui fingunt, quia inde quærunt aliquid. Et hoc dupliciter. Quidam autem quærunt gloriam humanam, & ſunt in tertio gradu. Quarti quęrunt diuitias, vel aliquid vtile. Primi fictores vocantur vani, quia propter nullum finem agunt, ideſt non præſupponunt finem in agendo, vel non pertingunt ad illũ, & ita dicit Ariſtot. vbi ſupra, quòd iſti potius vocantur boni. quã mali. Secundi fictores vocant̃ mendaces, & iſti agunt ex habitu, & ſecundum electionem, vt dicit ibidem Ariſtot. Et patet, quia delectatio adueniens operi, eſt ſignum adgenerati habitus. 2. Ethicorum, cum ergo iſti delectentur in fingendo ſecundum ſe nihil inde quærentes, neceſſe eſt eos agere ex electione, & habitu, & hi vocantur mendaces ab habitu mentiendi. Tertii item iactatores, & etiam quarti, & tamen magis proprie tertii. Et differunt, quia tertii ſemper fingunt ea, quæ pertinent ad magnitudinem, & excellentiam, vt eſſe ortum claris natalibus. Quarti autem cum lucrum intendant, ſemper fingunt ea ex quibus poteſt lucrum prouenire, etiam ſi non ſint magnæ gloriæ, immo nullius: ſic dicit Ariſtot. el. ibidem capitulo ſeptimo, ſcilicet qui quidẽ glorię gratia iactant, talia fingunt in quibus laus, vel fęlicitas, qui autem lucri, quorum lucrum eſt propinquius, & qui pertranſire eſt non exiſtentia. i. talia, quæ etiam ſi homo non habeat, poteſt homo aliquãto tempore tranſire ſimulans illa, & quod non deprehendatur mendax, & ſubdit exemplum, vt puta medicum, vel diuinatorem, vel ſapientem, propter hoc plures fingunt talia. Differũt etiam, quia tertii ſunt minus vituperabiles, quã quarti. nam gloria eſt eligibilior, quam pecunia. mentiri ergo propter gloriam minus vituperatur, quam propter pecunias. nam quanto quis pro minori peccat re, tanto arguitur magis prauus, quia a minori motiuo incitatur. Etiam quia iactator propter gloriam nulli nocet, qui autem mentitur, vt pecuniam accipiat nocet proximo, & ſic non ſolum eſt ſimulator & mendax, ſed etiam iniuſtus cum acquirat qualiter non oportet. & ſunt talia turpes queſtus, vel turpe lucrum. vnde omnes tales vocantur illiberales, vel auari, ſic dicit Ariſtot. vbi ſupra. ſ. ſi autem gratia alicuius, vt gloriæ, & honoris non valde vituperabilis, vt iactator, qui autem argenti, vel quęcunque in argentum deformior. De hypocrita autem dicendum, ꝙ conuenit cum tertiis. ſ. iactatoribus: illi tñ vt communiter conſiſtunt in verbis. hypocrita aũt nõ ſimulat in verbis, ſed in factis, & habitu: volens oſtendere de ſe maiora, q̃ ſint adeo ſimulator, vel fictor eſt, & opponitur veritati eo modo quo iactator.

Ad primum dicendum, ꝙ apertum eſſe nõ dicit aliquam ſpecialem rõnem, vel modũ malitiæ. ideo malitia aperta non eſt ſpecies aliqua peccati. ſimulatio autem dicit ſpecialem rõnem peccati, cum opponat̃ ſimulatio veritati, ideo hypocriſis eſt ſpeciale peccatũ & non aperta malitia.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ hypocriſis ſpecialem materiam habet, & ideo habet determinatum actũ. & materia ſua eſt dicta, & facta, inquantum illa ſcit conformiter habere ad rem, vel fingi eſſe, & actus determinatus hypocriſis eſt ſimulare, nec habet aliquẽ alium actum. Et cum dicitur, quòd inuenitur circa multa: dicendum quòd non eſt inconueniens actum alicuius virtutis, vel vitii inueniri circa materiã aliarum virtutum, vel vitiorum, inquantum poteſt ibi inueniri ratio illius virtutis, vel vitii. Sicut magnanimitas poteſt vti omnium virtutum actibus, vt dicitur, quarto Ethicorum. Ratio eſt, quia obiectum magnanimitatis eſt magnum aliquid: inquantum ergo poteſt magnanimus in actu cuiuslibet virtutis facere aliquid magnum, poteſt vti actibus omnium virtutum, quia in quolibet eorum inuenitur tune ratio propria magnanimitatis, ita actus proprius hypocriſis, eſt ſimulare in omnibus. ergo illis in quibus contingit eſſe ſimulare poterit eſſe hypocriſis, & quia ſimulatio eſt in bono, quod quis vult ſibi aſcribere, cum non habet illud, & quælibet virtus habet actum bonum, poterit eſſe hypocriſis circa actum cuiuslibet virtutis, & quia cõmuniores actus boni ſunt illi tres quos Chriſtus poſuit ſupra 6. ſ. oratio, eleemoſina, ieiunium, circa quemlibet eorum poſuit hypocriſim, & non ſolum circa virtutes morales, ſed etiam

circa quęcunque alia, in quibus perfectio est, potest F esse hypocrisis, vt esse sapientem, & medicum, & diuinatorem, & similia, scilicet quando quis non profitetur ista ore, quod ad iactatorẽ pertinet, sed habitu illa ostendit, & exteriori opere simulat, & tamen non, ita consueuimus istos vocare hypocritas, sicut eos, qui simulant in moralibus actum virtutis quem non habent. Ad tertium dicendum, ꝙ licet hypocrita sit superbus, & iniustus: non est ipsa hypocrisis superbia, vel iniustitia, sed habitus distinctus, & tamen contingit denominari habẽtem vnum habitum ex alio habitu propter aliqua in quibus concordant. Et ita adulter est iniustus, & tamen adulterium, vel vitium adulterij nõ est vitium iniustitię: cum adulterium pertineat ad intemperantiam, & est intemperantia in parte cõcupiscibili iniusti: causa autẽ in parte rationabili, idest in voluntate, ista autem denominatio est ab aliquo accidenti: nam habitus quo iste peccat, qui specificatur per materiam est intemperantia, vel incontinentia, quia tamen adulter accedit ad eam, quæ non est sua; & in hoc iniuriam facit ei cuius illa est, dicitur adulter iniustus, sed istæ denominationes sunt ab intrinseco, ita quantum ad hypocrisim proprium est hypocrisis simulare, ideo ipsa est vere habitus simulatiuus. Quod autem dicatur hypocrita superbus, non est ex natura habitus, quia actus hypocritæ non est superbire, sed ex motiuo, scilicet quod hominem ad simulandum mouet illud est superbia, quia hypocrita simulat virtutem, quam non habet, vt inde consequatur gloriã, sed appetitus gloriæ inordinatus pertinet ad superbiã, H quam quis appetit indebitam sibi excellentiam, & tamen finis causa extrinseca est, & non pertinet ad naturam habitus. Dicitur autem iniustus, scilicet, quia vel appetit honorem non debitum ei, & per modos indebitos, scilicet per mẽdacium, vel quia raptor est, vt quando quis iactat se, vt lucretur, sicut dicens se medicum, vel diuinatorem, aut sapientem, quarto Ethicorum, capitulo septimo, & ita hypocritæ per sanctitatem, quam foris simulant acquirunt, sicut dixit Christus infra 23. de Pharisæis, & Scribis. s. væ vobis Pharisęi, & Scribę hypocritæ qui comeditis domos viduarum orantes longas orationes, & tamen quodcunque istorum est extra naturam. i. substantiam habitus hypocrisis, & etiam extra actum eius. nam ꝙ indebitus sit ille honor quem hypocrita vult, accidentale est, & extraneum ad actum suum qui est simulare. Si aũt sit iniustus. i. raptor, est tanquam causa finalis rapere, & est causa extrinseca, & non pertinet ad speciẽ rei, sicut aliquis vult habere sapientiam ꝑ diuitias, & tñ sapiẽtia non pertinet ad genus diuitiarum. hypocrita ergo est essentialiter simulator, & specifice. est aũt denominatiue iniustus, vel superbus, ideo vnum vitiũ speciale est hypocrisis.

An hypocrisis peccatum sit mortale, vel veniale. Et propter quæ possit esse. Et quomodo venialia impediunt remissionem peccatorum, licet gratiam non tollant, neque charitatis habitum.
Quæst. XXXV.

QVAERITVR an hypocrisis sit peccatum mortale, vel veniale.

Aliqui dicunt, ꝙ sit semper mortale, quia peccatum veniale, non impedit veniam de peccatis mortalibus, & tamen hypocrisis impedit remissionẽ, vt tangit Augustin. lib. de pœnitentia. & Magister. 4. sententiarum, distinction. 6. ergo peccatum mortale est. Secundo, quia dicit Hieronymus, quòd in comparatione duorum malorum leuius est aperte peccare, quam sanctitatem simulare, sed aperte peccare est peccatum mortale, ergo & hypocrisis. Tertio, quia dicit Aristote. 9. Ethicorum, quod qui amicitiam simulant magis sunt accusandi, quam qui numisma violãt: & tamen violare, vel falsare monetam semper est peccatum mortale, ergo & hypocrisis, secundum quam simulatur amicitia vbi non est. Quarto omne, quod excludit a visione Dei est peccatum mortale, quia veniale non excludit ab illa, cum nec charitatem tollat, & tamẽ hypocrisis excludit ab illa: Iob decimotertio, non veniet in conspectu eius omnis hypocrita. i. nullus hypocrita. Quinto, quia id quod datur hominibus in pœnam peccati mortalis est malum, & tamẽ Iob 34. dicitur qui facit regnare hominem hypocritam propter peccata populi, ergo hypocrita magnus peccator G est, quia tolerate hominem peccãtem venialiter, nulla pœna esset.

Ad hoc dicendum, quòd hypocrisis non est semp mortale, nec semper veniale. Et ratio est, quia cũ hypocrisis dicat simulationem, & simulatio sit quoddã mendacium, erit iudicare de hypocrisi, sicut de mendacio. nam non differt a mendacio, nisi inquantum mendacium in verbo consistit. hypocrisis autem est in rebus, & tamen vtrobique simulatur, quod nõ est, sed mendacium non est semper peccatum mortale. nam vt communiter. s. in iocosis est veniale, in perniciosis autem est mortale, dr autẽ perniciosum, quod in perniciem. i. damnum alicuius est, ita hypocrisis qñ est perniciosa pctm mortale est, alias aũt non est perniciosa, qñ hypocrisis vnius non est in damnũ alterius. Et quia hypocrisis potest esse propter duo. s. aut pp lucrum, aut propter honorem, vel gloriam: est regula, ꝙ hypocrisis pp lucrum semper est peccatum mortale, eo ꝙ talis intendit lucrum acquirere ex falsa causa, qd̃ esse nequit sine nocumento eorum a quibus acquiritur, ideo siue quis realiter per talem hypocrisim acquisierit, siue solũ desiderauerit, peccatũ mortale est, quia si peccatum mortale est aliquid agere, mortale erit illud desiderare. Si autem est hypocrisis propter gloriam, vel honorem, aut ille honor competit alteri, sicut quando sunt honores qui distribuuntur personis, aut nullũ competitorem in eo habet, sicut quòd quis videatur iustus, vel bonus solum, vt laudetur. Si primo modo hypocrisis est peccatum mortale, quia I est perniciosa, cum forte propter hypocrisim deferretur alicui honor, qui alteri competit, qui non conferretur, nisi se simulasset talem qualis non est. Si autem honor nulli alteri competere potest, nec præiudicatur fidei, aut ecclesiæ, ex tali hypocrisi non est mortale, sed veniale solum, & ita Aristote. dixit 4. Ethicorum. cap. 7. quòd simulator honoris, aut gloriæ gratia non valde vituperabilis, qui autem argenti gratia, aut quæ in argentum deformior. Ista autem distinctio patet ex sententia Christi, nam supra 6. cap. vocat hypocritas orantes, & ieiunantes, & eleemosinam dantes ex inani gloria, & tamen ibi non dixit aliud malum de eis, nisi quòd perdebant mercedem suam, in quo K innuit, quòd hypocrisis ibi erat peccatum veniale solum, nam si esset mortale: non solum perdidissent illi mercedem, sed etiam obligarentur ad pœnam æternã. & hoc erat, quia isti hypocritę solum volebant ibi videri ab hominibus. De hypocrita propter lucrum dure Christus loquitur infra vigesimotertio cap. scilicet vę vobis Pharisęi, & Scribę hypocritæ, qui comeditis domos viduarum orantes longas orationes, propter hoc autem amplius accipietis iudicium. i. maiorẽ pœnam, quam cęteri sustinebitis. Et sic talis hypocrisis, non solum est peccatum mortale, sed etiam de gradibus valde mortalibus. Si autem alii fines reperiantur hypocrisis, semper attendetur an sint perniciosi, vel non, & per hoc iudicabitur, sicut siquis hypocrita

crita sit, vt simulata sanctitate sit ei locus exercendæ A libidinis vbi voluerit: nam peccatum mortale est hęc hyprocrisis.

Ad primum dicendum, ꝙ peccatum veniale non impedit remissionem peccatorum directe, quia illa fit per gratiam. nihil ergo directe impedit remissionẽ nisi, quod opponitur gratię habitualiter, & istud est peccatum mortale, quod non stat cum charitate: veniale autem manet cum gratia, ideo non impedit eã, & consequenter, nec remissionem peccatorum, qui est effectus eius, tollere potest directe, & tamen, quia remissio fit per gratiam, & per pœnitentiam inquantũ est satisfactoria, & aliquod peccatum veniale potest impedire opus pœnitentię, ideo impedit, & remissio- B nem peccatorum, idest satisfactionem, per quam fit perfecta remissio, sicut ludus non est peccatum, scilicet ludus verbalis ad quietem, & tamen impedit satisfactionem, quia illa fit per opera dura, & afflictiua, vel contristantia, ideo quandiu vacat quis ludo, & quieti non satisfacit, & ita per accidens impeditur remissio peccatorum per ludum. a fortiori autem de quibusdam alijs venialibus grauioribus: cum etiam ludus sit interdum sine peccato veniali. venialia igitur, quamquam gratiam non tollant, neque habitum charitatis: tamen actum pœnitentię impediunt interdum, & consequenter remissionem perfectam, quæ non fit, nisi per pœnitentiam, & satisfactionem, ita potest dici de hypocrisi, quòd licet sit veniale potest impedire veniam de peccatis. C

Aliter potest dici, ꝙ intelligitur de hypocrisi, qñ est peccatum mortale, s. ꝙ illa impedit veniam de peccatis, & verum est quia quandiu quis manet in vno peccato mortali non potest habere veniam de reliquis: cum venia nunquam tribuatur, nisi integra, vt probatur 4. sen. di. 15.

Ad secundum dicendum, ꝙ dictum Hieronymi tenet verum secundum quid, & non simpliciter, quia ita est de multis peccatis, quòd vnum peccatum sit grauius alio quantum ad vnam determinatam circunstantiam, & tamen simpliciter est minus graue. Sicut siquis dixerit patri suo verba aliqua iniuriosa, & si occidat hominem extraneum, primum est grauius secundo, quãtũ ad circunstantiam illam, quę est offen- D disse patrem, quia sumendo generaliter grauius est offendere patrem, q̃ extraneum, & tñ in speciali quãtum ad istos duos actus simpliciter grauius est occidisse extraneum, quam dixisse patri verba aliqualiter iniuriosa, ita & in præsenti de hypocrisi: agere enim malum aperte est minus malum generaliter sumendo, quam agere simulate inquantum simulator magis nocere potest, etiam quia simulata sanctitas duplex est iniquitas, & tamen aliqua mala fiunt aperte, quæ sunt deteriora alijs malis factis per simulationem.

Alit er potest dici, ꝙ etiam simulate malum agere, esset semper deterius, quam agere aperte malum quãtum ad eandem speciem actus: tamen non sequitur, ꝙ hypocrisis sit semper peccatũ mortale, vt siquis aperte committat venialia, scilicet mẽtiri iocose, vel simulate, & ita hypocrisis interdum poterit esse, ꝙ non sit mortale.

Ad tertium dicendum, ꝙ Aristo. loquitur de simulante amicitiam in præiudicium amici, quia amicus amat, & redamatur, fallere autem amicum cui maxime benefacere debemus 8. Ethico. & fallere in re tã sacra sacrilegium est, & potissime, quia est periculosa talis simulatio, quia nulla ad nocendum efficacior pestis, quam familiaris amicus, vt ait Boetius de consola. lib. 3. prosa. 5. & tunc semper est peccatum mortale, & graue nimis, & deterius, quã falsare monetam, licet falsator monetę inquantum directe lędit totam rem- publicam grauiter punitur secundum leges humanas. Ad quartum dicendum, quòd intelligitur de hypocrita, qui cum malus sit aliàs bonum se esse simulat propter honorem, ad istum tamen inquantum est hypocrita non pertinet, nisi simulare bonum, quod non habet, quòd vero sit in peccatis per accidens est. & quia iste non recipietur ad vitam æternam propter peccata mortalia in quibus est, & non propter simulationem, quę potuit esse, quòd non esset mortale: nõ excluditur hypocrita a vita æterna, quia hypocrita est, sed propter id, quod in eo præsuppositum erat.

Aliter potest intelligi, quòd hypocrisis non excludat a vita æterna tanquam impedimentum, sed quòd non habeat vires hypocrita ad habendum vitam æternam, & verum est, quòd quamquam opera hypocritę materialiter bona sint: inquantum sunt facta simulate propter inanem gloriam non sunt meritoria vitę æternę, & sic hypocrita non venit in conspectum Dei, idest opera sua non deducunt illum illuc: licet etiam nõ impediant illuc ire si habet alia opera bona ex quibus illuc deducatur.

Ad quintum dicendum, quòd intelligitur de hypocrita, qui simulabat se bonum, & erat valde malus. eratque illa simulatio ad acquirenda lucra humana, quia istud est mortale, & tales præponuntur populis propter peccata eorum, vt diripiant bona ipsorum, & omne genus mali subditis inferant. aliqua tamen hypocrisis est, quę sit veniale vt quę ad solam laudem, E quę sine alicuius præiudicio haberi potest.

Et conuocatis ad se turbis, dixit eis. Audite, & intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei. Scis, quia Pharisęi audito hoc verbo scandalizati sunt. At ille respondens ait. Omnis plantatio, quã non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur. Sinite illos, cęci sunt, & duces cæcorum. Cęcus autem si cęco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Respondens autem Petrus dixit ei. Edisserе nobis parabolam istam. At ille dixit adhuc, & vos sine intellectu estis? Non intelligitis, quia omne quod in os intrat in ventrem vadit, & in secessum emittitur? Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemię, hęc sunt quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.

11. q. 7. ca. interverba de voto. ca. magnæ. Luc 6. Mar. 7. li. 37 § fi. dist. 38. c. q̃ ipsis, de reun. c. post translationem.

Et conuocatis. Hic Christus arguit Iudęos de vana superstitione. Et diuiditur in duo, quia facit, quod dictum est in generali. Secundo explicat intentionem suam magis in speciali: ibi. Contra Iudæos de vana superstitione.

Respondens autem. Prima in duas, quia primo ponit in generali suum documentũ. Secundo ponit ex hoc Pharisęorum scandalum ortum: ibi. *Tunc accedentes.*

Circa primum dicitur. *Et conuocatis ad se turbis.* i, vo- F
luit, quòd istud, quod nunc dicturus erat omnes turbę audirent. *Dixit eis audite, & intelligite.* Modus faciendi auditores attentos est, & hoc quando est dicendũ aliquid arduum, quale hic Christus volebat dicere eleuans iudicium eorum a cęremoniis. quæ sine ratione ex sola traditione consistunt. *Non quod intrat in os coinquinat hominem.* Hoc dicit contra Pharisęos, & Scribas qui arguerunt discipulos eius manducantes non lotis manibus, quasi per hoc coinquinarẽtur, & dicit, quòd non, quia id quod comeditur in os intrat, & ideo non potest hominem immundum reddere. *Sed quod procedit ex ore.* s. mala verba, & consilia, & detractiones, & mendacia, & huiusmodi. Vel dixit hic Christus ex o- G
re. i. ex corde, sicut infra exposuit, quod ex corde exeũt adulteria, homicidia, & cætera, & tamen dixit ex ore, quia posuit de his, quæ intrant per os. ideo voluit dicere de eis, quæ exeunt per os, vt videatur, quòd in intrãdo non est contaminatio, sed est in exeundo. *Hoc coinquinat hominem.* Scilicet, quia talia multa sunt peccata mortalia.

Quare dicitur hic, & conuocatis turbis ad se. Et qui modus erat, quo Christus turbam ad se audiendum vocabat, & qũo reddebat attentos auditores.
Quæst. XXXVI.

QVAERETVR quare dicitur hic, & conuocatis H
turbis ad se.

Aliqui dicunt, ꝙ intelligitur, ꝙ reuocauit eas a falsa doctrina. Et ita exponit Nicolaus, & hoc est, quia dr̃ ad se. i. ad doctrinam suam.

Sed dicendum, quòd conuocare turbas ad se est vocare illas, vt eum loquentem audiant. Et hoc fuit primo, quia Christus ante hoc non loquebatur turbis, sed Pharisęis, & Scribis, qui disceptabant cum eo sup lotione manuum ad cibum, & iste sermo non dirigebatur ad turbam, sed ad solos Scribas, & Pharisæos, q̃bus Christus nunc loquebatur. turbę autem videntes recedebant, quia non attinebat ad eas audire illud, Christus autem volens nunc dare doctrinam, quę vtilis erat turbis fecit, quòd turba recedẽs rediret ad eũ, & hoc fuit conuocare turbam. Secundo fuit, quia turba ante hoc audierat Christum, nunc autem volebat, ꝙ iterum eum audirent, ideo nunc iterũ vocauit eos. sic dicitur Mar. 6. c. s. & aduocans iterum turbam dicebat eis, audite me omnes, & intelligite. Tertio fuit, qa Pharisæi, quibus nunc Christus loquebatur, erant obstinati in malitia sua, & audita veritate non proficiebant, sed potius scandalizabantur, vt dicitur infra in litera, s. Pharisęi audito hoc verbo scandalizati sunt: vocauit Christus turbas, vt eis loqueretur, quia illę poterant proficere cum bono animo venissent. Sic dicit Chrysosto. accusatione ergo Pharisęorum augmentata a prophęta non emendatis iam eis non loquitur, sed turbis. Quarto fuit, quia ea, quæ Christus ante lo- K
quebatur cum Pharisęis non erant valde vtilia turbæ, ideo Christus non curauit eam vocare: nunc vero daturus erat doctrinam valde necessariam, & vtilẽ, ideo vocauit turbas, & hoc erat, quia Phariſæi, & Scribæ instruxerant populum, ꝙ cibi inquinabant hominem, & non lotis manibus manducare hominem inquinabat, & ista munditia corporalis faciebat hominẽ simpliciter mundum, & populus confidens huic doctrinæ, insistebat valde huic munditiæ, quasi aliquid boni inde consequerẽtur. Christus ergo voluit liberare eos ab errore. Quinto fuit ad maiorem confusionem Iudæorum, s. vt coram toto populo erubescerent: nã inuerecunde arguerant Christi discipulos, vt iniuste eos confunderẽt, voluit ergo iuste Christus eos corã tota plebe confundere, vt viderent omnes errorem eorũ. Etiam fiebat hoc præcipue ad hoc, quòd populus audiens deinde hanc doctrinam a Pharisæis non crederet, quia ipse confuderat eos coram toto populo, & nescierant respondere. signum ergo erat, ꝙ falsa docuerant. & sic non vltra super hoc eis crederetur, vocauit ergo Christus turbam ad hoc. Et fuit modus. s. ꝙ erat nunc Christus in terra Genesareth, & accedebant ad eum omnes de regione portantes infirmos in grabatis, vt tangerent Christum, & sanabantur oẽs quotquot eum tangebant, vt patet præceden. cap. in fine, & Mar. 6. & tunc superuenerunt Scribæ, & Pharisęi venientes de Ierusalem, vt dicitur supra in principio litę ræ, & cęperunt altercari cum eo de immunditia discipulorum, qui manducabant non lotis manibus, & interim non accedebant ad Christum, quia ista quæstio non pertinebat ad eos, sed recedere inceperant, vel seorsum manebant; videns aũt Christus, ꝙ Pharisæi cõuicti non instruerentur, conuocauit iterum turbas, vt eas erudiret, sicut dictum est.

Quare Christus dixit audite me, & intelligite.
Quæst. XXXVII.

QVAERETVR, quare Christus dixit hic audite me, & intelligite.

Dicendum, ꝙ Christus nõ solet semper vti isto modo loquendi, sed introducit eum hic ad faciendum auditores attentos, quia talibus solemus nos vti; attentio autem fit quando res est valde vtilis, quæ proponitur, vel valde difficilis, nam ad valde vtile nimis attendendum est ne labatur, ad valde altum nimis est attendẽdum, vt intelligatur. Et interdum Christus vtitur talibus modis ad reddendum attentos. Et quia arduum est duplex. s. ad agendum, vt quia est opus excellentis, vel ad intelligendum, vt quia est opus puri intellectus, & est res abscondita, vtitur duobus modis reddendi attentos. Cum enim est arduum ad intelligendum dicit, qui habet aures audiendi audiat. i. qui potest intelligere intelligat, & ita dixit supra 11. cum enim dixisset de Ioãne Baptista, si vultis recipere ipse est Elias, I
qui venturus est, & quia non erat planũ intelligi, quomodo Ioannes esset Elias subiunxit, qui habet aures audiendi audiat, idest non omnes intelligent hoc, sed qui potest intelligere intelligat, sic etiam supra 13. ca. & Luc. 8. vbi ponuntur parabolæ quas Christus proposuit turbis, & quia illę erant difficiles ad intelligendum, dicitur post primam parabolam; ꝙ hæc dicens clamabat, qui habet aures audiendi audiat. i. intelligite si poterritis, quia clausus est sermo. Quando autem est aliquid arduum ad agendum facit attentos dicẽs, qui potest capere capiat, sic patet infra 19. cum diceret Petrus ad Christum, ꝙ melius erat homini non habere vxorem, & manere in castitate, dixit Christus, non omnes hoc capiunt, & postea concludit, qui potest capere capiat. i. qui potest ascendere ad tam altam virtutẽ ascendat, quia non est hoc oĩbus imperandũ. Hic aũt id quod proponebatur erat aliqualiter arduũ ad intelligendum respectu turbę, quę aderat, quia illa erat rudis, quæ non peruenerat ad purũ intellectum, sed semper ad sensibilia: admonuit ergo ꝙ exigerent intellectum ad subtiliter intelligendum: & quia hoc, quod dicebatur erat valde vtile turbæ, & ẽt subtile, significauit Christus vtrunque reddens eos attẽtos: nã dixit audite me, & intelligite, inquantũ dicit audite significat, ꝙ est vtile, quia si non esset vtile non oportebat ad illud attendi: cum dixit, & intelligite significauit rem esse subtilem. addidit etiam alios modos faciendi attentum: nam dixit audite me omnes, vt dicit Marc. 7. quod potest dici propter vtilitatem. i. erat res

tam

tam vtilis, quod quilibet deberet ad illam attendere. Etiam addidit alium modum dicens, qui habet aures audiendi audiat, & tamen hoc dixit post doctrinam, scilicet quod intrat in os non coinquinat hominem, sed quod exit de ore. ibi subdidit, qui habet aures audiendi audiat. Mar. 7. & sic Christus in hoc loco vsus est omni modo reddendi attentos, licet Matth. multa tacuerit. Sic dicit Chrysost. quia turbis dogma excelsum, & multipharie plenum propositurus erat: nõ simpliciter hoc enunciat, sed susceptibilem facit sermonem, primo quidem ex honore, & solicitudine exhibita circa turbas, ostendit euangelista dicens, & cõuocatis turbis: deinde etiam susceptibilem facit sermonem ex tempore, quia post mortuos suscitatos B
post victoriam contra Pharisęos habitam, tunc legẽ proponit, vt facilius accipiant, & non solum turbas simpliciter aduocauit, sed etiam eas attentiores facit in eo, quod dicit. audite me, & intelligite, idest attendite, & erigimini mente ad hoc audiendum.

Quare Christus dixit nunc, non quod intrat in os coinquinat hominem. *Quæst. XXXVIII.*

QVAERETVR quare Christus dixit nunc, nõ quod intrat in os coinquinat hominẽ.

Dicendum, quòd propter duo. Primo ad redargutionem Pharisęorum, vt videatur, quòd non iuste arguebant discipulos Christi, & quia C
ipsi intendebant, quòd si homo manducaret pollutis manibus adhęrerent cibis sordes manuum, & sic cõtingeret manducari sordes, & per illas dicebant homines pollui non solum corporaliter, quia hoc concedi poterat, sed simpliciter, vel quãtum ad animam, ideo Christus redarguit eorum falsitatem. Et patet, quia si Pharisęi arguerent discipulos Christi, quòd manducarẽt non lotis manibus, idest quòd per hoc facerent contra quandam vitæ honestatem, licet redargutio sua esset inutilis tanquam de praua re facta, & non commemorabilis in iudicio morum: tamen Christus non diceret Pharisęos falsum dicere, quia certum est, quòd honestius est lotis manibus, quam D
non lotis manducare, quia tamen transtulerunt hoc ad immunditiam spiritualem, vel simpliciter, Christus redarguit, quod falsum dicant. Et patet etiam, ꝙ Pharisæi hoc voluerunt: nam redarguere Christi discipulos de eo, quod pertinebat ad solam vrbanitatem, vel honestatem morum, erat leuis redargutio, volebant tamen Pharisæi firmiter arguere contra illos, vt magis vituperarent, ideo de munditia, quę facit sanctitatem, & de immunditia, quę reddit hominem malum, loqui voluerunt, & ideo Christus ostendit falsum eos dixisse. Secundo fuit hoc ad eruditionem turbarum, quia sciebat eas sic instructas a Pharisęis, & scribis, & confidentes de hac doctrina frequentabãt corporales lotiones, quasi in his consisteret vere san- E
ctitas, & non vacabant operibus bonis, quę spiritualiter hominem iustificant, ideo docuit non confidere in hac corporali munditia, tanquam non prosit spiritualiter, nec multum abominari immunditiam corporalem, quasi non noceat spiritualiter, & hoc fuit pręcipuum, ideo voluit valde attentas esse turbas, dicens illis: audite, & intelligite. Iudęi non erant soliti intelligere, sed solum audire, & obedire: nunc vero admonet eos intelligere, idest vt ratione discernãt, nam ante hoc dicebantur eis pręcepta cęremonialia legis in quibus nulla ratio apparet, cur potius sic, quã econtrario obseruari deberent, & ideo non intelligebant, sed solum audiebant, & obediebant faciendo, quod iubebatur. Etiam quando seniores dabant populo traditiones, audiebat populus, & non iudicabat A
an bonę, vel non bonę esset, sed sequebantur eas, quia non erat declinandum ad dextram, nec ad sinistram. Deutero. 17. Nunc autem Christus admonet, quòd intelligant, idest iudicent an ratio capere possit, quòd ea, quę de foris suscipiuntur in corpore, coinquinent animam.

An Christus offendebat legem Moysi dicendo, quod intrat per os, &c. quia multos cibos lex vetabat comedi.
Quæst. XXXIX.

QVAERETVR quomodo potest stare, quod hic Christus dicit, & an offendebat legem Moysi, nam videtur esse contra legem Moysi, in B
qua multi cibi iudicantur immundi, & vetantur, vt Leui. 11. & 19. & Deutero. 14 & comedendo de his peccatum erat, quia contra legem fieret, & sic peccaretur mortaliter.

Dicendũ, quòd comedendo cibos lege vetitos cõtaminatur homo, & efficiebatur iniustus. Quòd patet, quia lex vetabat, & tamen agens contra legem prohibentem peccat mortaliter.

Item, quia sacra Scriptura laudat illos, qui fortiter mortui sunt, vt non cogerentur manducare carnem porcinam, & alios cibos vetitos, vt patet 1. Macha. 1. & Eleazarus scriba venerandus in lege sic laudatur, quia passus, est ne manducaret 2. Machab. 6. Etiam se- C
ptem fratres Machabęi dura mortis genera sustinuerunt, vt non manducarent carnem porcinam. 2. Macha. 7. vnde, & ecclesiam solemnizat eorum martyria inter martyres noui testamenti in principio Augusti. & tamen non tolerassent, nisi peccatum esset manducare. ideo peccatum erat, & sic hominem coinquinabat spiritualiter talis manducatio.

Dici autem potest ad auctoritatem Domini, quòd quando comedebat quis cibos lege vetitos contaminabatur: non quidem, quòd cibi manducati pertingerent ad animam ad inficiendum eam, quia in spirituali non fit contactus a corpore, nam contactus non fit, nisi in eis, quę communicant in materia, & quantitate: spiritus autem non habet materiam neque quãtitatem, ideo non potest tangi neque infici a cibo, sed D
manducans contaminatur, vel iniustus fit per ipsam electionem, nam inquantum eligit facere aliquid, quod est contra legem peccatum est, & deinde ipsa manducatio actus peccati est, & dum manducat dicitur peccare, & tamen cibus manducatus non coinquinat hominem, idest animam, sed ipse se coinquinat praua volendo, & agendo. Iste modus licet verus sit: tamen non videtur esse vtilis, sed potius subtilis, & non est iste quem Christus intenderet ad turbas, quia est magis responsio dialectica, quam moralis. Quid enim differebat quantum ad turbas, quòd comedendo quis polluereturab ipso cibo, vel ab electione, E
cum necesse esset pollui comedendo id, quod erat cõtra legem?

Dicendum ergo aliter, quòd Christus nõ locutus est hic generaliter de omni, quod comeditur, sed solum de immundiciis non vetitis in lege in casu proposito in quo arguebant Pharisęi, scilicet comedere non lotis manibus, nam licet manducaret q̃ pollutis manibus, & aliquid immundum intraret in os, non inquinabat animam, quia non ãgebatur contra legẽ, & sic non erat iste actus malus. Patet quòd hoc Christus intenderit, quia quando exposuit postea, quod dixerat conclusit, non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem, & ita non dixit nullus cibus inquinat hominem, sed non lotis manibus manducare, quia aliqui cibi erant in lege vetiti, & tamen manducare non lotis manibus non coinquinat, quia

hoc

hoc non erat vetitum lege, & ita Christus non prę- F
iudicabat legi Moysi per hanc doctrinam, sed solum
destruebat redargutionem Pharisęorum. Si tamen
aliquis voluerit intelligere, quòd Christus dixerit de
omnibus cibis, quòd nullus potest inquinare mentē:
accipiet, vt supra, ꝙ non inquināt ipsi cum nō possint
tangere animam, sed mala electio coinquinat.

Quare quidam cibi vocantur immundi, & communes secundum legem mosaycam, & cur prohibebantur Iudæis in cibum. Et quòd dupliciter mali intelliguntur. Et ꝙ in duobus Iudæi distinguebantur a gentibus. Et de cibis prohibitis plura differuntur.

Quæst. XL.

SED tunc dicetur, quomodo ergo quidam cibi
vocantur immundi secundum legem. Leui.
11.& Deutero.14. Et videtur etiam, quòd im-
mundi sunt: nam cum dicitur, quòd mala ele-
ctio de comedendo ipsos coinquinat animam, & ele-
ctio de comedendo alios cibos non inquinat: videtur
quòd isti mali sint, quia aliàs electio de comedendo
eos non esset mala.

Aliqui dicunt, quòd nullus cibus est immundus,
sed omnes sunt mūdi, & boni, quia a Deo creati sunt:
nam omnia creata ab eo bona sunt. Gen. 1.c.

Item, quia Petrus increpatur, eo quòd quosdam
cibos vocauit communes, & immundos. Actu. 10.s. H
quòd Deus sanctificauit, tu ne cōmune dixeris, idest
immundum.

Item 1.ad Timo.4.dicitur. omnis creatura Dei bona
est, & nihil reijciendum est, quòd cum gratiarum
actione percipitur, & ita dicunt, quòd cibus nullus est
immundus, sed vocantur aliqui immundi propter
significationem. Sic dicit Augu. contra Faustum.

Dicendum, quòd oportet concedi aliqua animalia
esse munda, & aliqua immunda, & aliquos cibos mū-
dos, & alios immūdos, sic patet Gen.7. vbi de anima-
libus mundis iussit Deus poni septena, & septena in
arca, de immundis autem bina, & bina, & deinde in
tota lege vocat cibos mundos, & immundos, & di-
stinguit, qui sunt cibi immundi. Leui. 11. & Deute. 14.

Pro quo sciendum, quòd cibi immundi vocantur I
communes in lege, vt commune accipiatur pro im-
mundo: sic enim Actu. 10. dixit Petrus. domine com-
mune, & immundum nunquam intrauit in os meū,
& accepit commune pro immundo, & hic cum di-
catur non lotis manibus manducare: dicitur Mar.6.
communibus manibus manducare, idest non lotis:
nam, quod non est lotum est immundum, & ita
etiam in quibusdam libris habetur non lotis manibus
manducare non communicat hominem: vbi nos
habemus non coinquinat. Et ratio huius nominis
est, quia Iudęi distinguebant cibos: cęterę autem gen-
tes non distinguebant, sed comedebāt de omnibus,
quod ergo omnibus gentibus commune erat, hoc
apud Iudæos immundum erat, qui cibos distinguūt, K
ideo cōmune pro immundo accipitur. Sic dicit Hie-
ro. super Matthæum. verbum communicat proprie
scripturarum est, & publico sermone non teritur,
idest non vsitatur, populus autem Iudæorū partem
Dei se esse iactitans communes cibos vocat quibus
omnes vtuntur homines, & hoc modo dicitur Mar.
7. quæ de homine procedunt illa sunt, quę communi-
cant hominem, idest coinquinant.

Considerandum vlterius, quòd cibos esse malos,
vel immundos potest dupliciter intelligi, sicut est du-
plex immunditia, scilicet naturalis, & legalis. Primo
modo nihil est malum si absolute accipiamus malū,
eo quòd omnis creatura Dei bona est. 1. Timo. 4. si
tamen cōtrahatur ad cibum dicitur esse malus cibus,
vel immundus ille, qui vitę humanę non competit,
quia destruit eam, & ita venenosa sunt immunda,
idest inconuenientia ad cibū. Legalis immunditia est,
quòd lex iudicet aliqua esse immunda, & veret illa in
cibum sumi, & prohibitio illa facit illa esse immunda,
& non aliqua qualitas bona, vel mala, quę in eis sit, &
ita aliqua iudicantur secundum legem immunda in
quibus vere realiter nulla est immunditia. Sic patet in
Nazareis. si quis enim subito moreretur coram Naza-
ræo iudicabatur ille esse immundus: etiam si non tan-
geret mortuum. Nu.6. constat tamen, quòd ibi nullā
immunditiam realem contrahebat. Sic & iam siquis
tangeret aliquid immundum dato, quòd lauaretur
G indicabatur esse immundus vsque ad solis occasum,
& post solis occasum illico mundus erat. Leui. 11. cō-
stat tamen, quòd nulla immunditia manebat realiter
in eo, qui lotus erat, vel si manebat vsque ad solis oc-
casum, non poterat tolli per solis occasum: cum nulla
tunc realis mutatio fieret in ipso ad mundandum eū:
apparet ergo, quòd erat immunditia solum per opi-
nionem, & ista vocatur legalis immunditia. Hoc mo-
do dicendum, quòd omnes illi cibi erant immundi,
vel animalia, quę lex vetuerat in cibum sumi, & ista
immunditia non erat aliqua mala qualitas eorum, sed
solum erat legis opinio, vel prohibitio, hoc modo
multa animalia erant immūda, quia de multis vetue-
rat lex accipi ad esum. Ratio autem prohibitionis pu-
tatur a quibusdam Primo fuisse propter solam signi-
ficationem, scilicet quia per ista animalia prohibita
tanquam immunda significantur aliqua vitia, quę ve-
re sunt immunda, & hominem immundum efficiūt.
Sic tenet Aug. lib. cōtra Faustum Manichęū, & explicat
magis hoc, dicens ꝙ hoc fuit, ꝙ illud tempus erat in
quo non solum verbis, sed etiam signis homines eru-
diri oportebat de eis, quæ futura erant in Christo, &
quia postea reuelata sunt omnia hæc in Christo, iam
non debuerunt figurę illę obseruari cum ait: tempus
enim erat quo non tantum dictis, sed etiam factis pro-
phetari oportebat ea, quæ posteriori tempore erant
reuelanda, quibus in Christo atque per Christum re-
uelatis fide gentium onera obseruationum non sunt
imposita: prophetiæ tamen auctoritas est commen-
data.

Sed ista non est ratio satis conueniens, quia ad si-
gnificationem multa alia vetari oportuerat, & quędā
eorum, quæ vetita fuerunt, non erat necesse vetari.
maxime, quia licet ea, quæ in veteri testamento fue-
runt haberent causam aliqualem figuralem, semper
etiam habebant aliquam causam literalem. oportet
ergo hic aliquam literalem causam dari.

Secundo ergo dicendum, quòd fuit, vt aliqui vo-
lunt, quia Deus voluit non solum prouidere populo
huic spiritualiter legem dando, per quam eum cole-
rent, sed etiam corporaliter dando modum, vt sanius
viuerent, & hoc, quia populus ille imperfectus erat,
& habebat se ad eos, sicut ad paruulos prouidendo
eis in omnibus, sicut etiam in legibus foralibus pro-
uidit, vt patet Exo.21.& 22.& 23.& in multis locis,
quod tamen non fecit in nouo testamento, nullam
talem legem dando, & ob hoc illos cibos vetuit, qui
communiter in aliquo sunt nociui, nam in quadru-
pedibus ea, quæ non ruminant, nec vngulam diuidūt
nō sunt sani nutrimenti, & ista Deus vetuit. Leui. 11.
& Deuterono.14.

Tertio tamen, & principaliter fuit ad maiorem
munditiam huius populi. Christus enim vēturus erat
secundum carnem de hoc populo, ideo erat dignum,
quòd iste populus esset excellentior cęteris populis,
& distinctus ab eis, & quia excellentia simpliciter est
in

in anima, quę pręcipua hominis pars est, & secundū, A
quam debuit colere Deum debuit in perfectione spi-
rituali excellere cęteras gentes, quia tamen erant val-
de imperfecti, & noui adhuc Iudæi non potentes talē
perfectionem recipere, data fuit eis excellentia, & di-
stinctio in eo, quod erat corporale. Et hoc fuit in duo-
bus, scilicet in ritu colendi, & in corporali munditia.
De ritu colendi patet, quia Deus cum sit substantia
pure spiritualis, cultus suus est pręcipue in eis, quę spi-
ritualia sunt, vt ait Augu. in Enchiridion, scilicet spe,
fide, & charitate colitur Deus, & ita Christus dixit
expresse ibi Ioan.4. vbi cum Samaritana mulier pere-
ret ab eo an adorare oporteret in monte Garizim, vel
in Ierusalem: volens ipse ostendere, quòd ipsa distin-
ctio locorum nihil faciebat ad orationem Dei, qui
spiritualiter debet coli ait: Deus spiritus est, & eos, qui
adorant eum oportet in spiritu adorare, idest spiritua- B
liter, & non sunt necessarię exteriores cęremonię. Et
tamen Deus dedit Iudæis plurimas cęremonias sacri-
ficiorum, & oblationum, & similium obseruationū,
& nullum modum dedit colendi se spiritualiter, qua-
si illi essent pro tunc incapaces huius, & tamen saltem
in hoc excedebant alios populos, quia ipsi habebant
ordinatum modum colendi ipsum Deum suum in
sacrificijs, & aliis cęremoniis, quem non habebāt alię
gentes. De secundo, idest de munditia corporali fuit
hoc, quòd voluit Deus, quòd populus ille mundius
viueret, quam cęteri populi, & quia immunditia cor-
poralis, quam homo potest vitare, contrahitur per C
contactum, vetatur immunditia tactus, & quia con-
tactus fit tam per tactum, quam per gustum, cum gu-
stus sit quidam tactus, vt dicit Arist. lib. de anima, effi-
citur homo immundus comedendo aliquid, vel con-
tingendo illud, & ideo Deus vetuit Iudæis quædam
in cibo distinguens quædam animalia munda, & alia
immunda. Etiam in tactu vetuit tangi quædam, vt im-
munda, vt cadauer, & omne morticinum. Leui. 11. &
sepulchra mortuorum, & ossa mortuorum vbicun-
que reperta etiam arida: Num.19. & etiam plangere
mortuum, vel intrare domum in qua erat, & non ve-
tabat ista tangi tanquam peccaret, qui tangebat, sed
quicunque tangeret, etiam ob causam necessariam D
efficiebatur immundus, & necesse erat, quòd lauare-
tur, & vsque ad solis occasum manebat immundus.
Leui. 11. abstinere autem ab his immunditiis, osten-
debat quandam dignitatem corporalem, vel lauari
ad emundationem siquis polluetur, ideo ista iniū-
cta sunt. Et eadem ratio erat in animalibus, quę im-
munda vocantur secundum legem, quia aliquid im-
munditię est in cibo eorum, idest quòd non sunt tam
munda in se, sicut, & cętera, & ad seruandum istam
puritatem ab illis abstinebant. Et patet, quia cuiuscū-
que speciei esset animal etiam de mundis, si per se
moreretur non licebat illud manducari. Leui. 11. etiā
si non esset morticinum, sed occisum a canibus, vel
aliis bestiis, & comedissent aliquid de illo, nō licebat
cętera comedi a Iudæis. Exo.22. viri sancti eritis: carnē
q̄ a bestiis fuerit p̄gustata non comedetis, sed proiicie- E
tis canibus. Apparet autem hoc, quòd non fiebat,
nisi propter quandam dignitatem, & munditiam, sci-
licet, vt non manducaret homo de eo, quod prius
bestię gustare incęperant. Et ista fuit vera causa litera-
lis, & pręcipua distinguendi animalia munda, & im-
munda.

Quarto fuit propter cęremoniam, vt Deus impli-
caret Iudæos cęremonialibus obseruationibus, vt
obediendo Deo seruando has cęremonias mererentur,
quamquam ipsę obseruationes in se essent inu-
tiles, & ita Adæ datum est mandatum in Paradiso, vt
non comederet de arbore scientiæ boni, & mali;
non quidem quasi malum esset comedere de fructu
illius arboris, quia nullam arborem Deus malam
fecerat, cuius fructus nocere posset homini manenti
in statu innocentię, sed vt exercitaretur homo p obe-
dientiam dato sibi præcepto negatiuo: & ita Iudæis
multa pręcepta data sunt, & iussum est a multis abſti-
nere, licet illa non essent in se necessaria, sed vt esset
in quo exercitarentur per obedientiam. sed præce-
dens causa est præcipua.

Ad primum dicendum, quòd omnia creata a Deo
bona sunt, & tamen non sequitur, quòd sint boni ci-
bi, sicut venenum a Deo creatum est, sed non est bo-
nus cibus, & consequentet non sequit̄, ꝙ sint omnia
munda, quia etiam ea, quę immunda sunt, bona sunt:
cum quādam naturę suæ bonitatem, & perfectionē
habeant.

Ad secundum dicendum, quòd Petrus potius do-
cetur, quam increpetur: nam ante tempus illud sem-
per licuerat distinguere cibos Iudæis: ex nunc autem
volebat Deus absoluere eos ab illo onere, & sic sicut
prius per solam prohibitionem suam fecerat aliquos
cibos esse immundos, & illicitos, qui aliàs non erant
illiciti, ita nunc per relaxationem suam absoluēs hō-
mines ab illa lege dicebatur sanctificare cibos, idest
mundos illos reddere. non quidem dando eis aliquā
nouam qualitatem, per quam mundi essent, quam
prius non haberent, sed tollendo prohibitionem per
quam iudicabantur immundi.

Ad tertium dicendum, quòd omnis creatura Dei
bona est in genere naturæ suæ, & tamen nō loquitur
Apostolus de omni creatura, sed solum de cibo, cum
ait, & nihil reiiciendum est, quod cum gratiarū actio-
ne percipitur, & ideo intelligitur de eo, quod solet ab
hominibus assumi in cibum, & non est contra salutē,
quia aliquæ carnes sunt, quæ in cibum sumptæ occi-
dunt comedentem, vt omnia venenosa, & illæ reii-
ciendæ sunt, nec sumi debent etiam cum gratiarum
actione, sed intelligit Apostolus, quòd omnis creatu-
ra, idest omnis cibus, qui solet comedi ab hominibus
est bonus, idest licitus, & nihil reiiciendum est, idest
non debet respui aliquis cibus, quasi sit illicitus, &
prohibitus: cum omnis prohibitio iam cessauerit. Et
in hoc significabat Apostolus, ꝙ iam non manebat
obligatio discernendi cibos, sicut olim in veteri testa-
mento.

Sed obiicietur, quòd aliquis cibus coinquinat mē-
tem, quia, comedere de cibis consecratis idolo pecca-
tum est, quia melius est fame mori, quam idolothy-
tis vesci.

Dicendum, quòd apostolus 1. Corint.8. de hoc tra-
didit regulam, ꝙ cibi consecrati idolo nihil virtutis
consequuntur ex illa consecratione, eo quod idolum
nihil est, idest nullius virtutis, & ideo siquis, ita vere
credit, & comedēdo non putat se comedere aliquid,
quod ad idolum pertineat: non peccat comedendo,
quia nec illum malum est in se, neque contra cōsciē-
tiam fit, nisi forte scandalizentur aliqui infirmi, idest
qui non habent tam certam cognitionem de verita-
te, sed putant idolothytum aliquid esse, idest cibos cō-
trahere aliquid per talem consecrationem factam
idolo: nam tunc peccat mortaliter, qui paruulos scā-
dalizat: contra quos valde inuehitur Apostolus ibi-
dem, & dicit, si caro scandalizat fratrem meum: non
manducabo carnem in æternum. Si autem comedēs
non habet firmam cognitionem, sed putat, ꝙ cibi cō-
trahunt aliquid per consecrationem factam ab idolo
peccat comedendo, quia contra conscientiam agit,
putans se idolothytum comedere, & ideo quia Iudæi
erant rudes, nec sciebant veritatem huius rei, iussit
Deus generaliter, quòd non comederent de conse-
cratis

cratis idolo. Exo.34.immo propter hoc iussit nõ mã- F
ducare cum gentibus,ne darent ei cibos aliquos con-
secratos idolo, eodem ca.De hoc dicit Hiero.super
Mattheum. opponat autem prudens lector, & dicat,
si quod intrat in os non coinquinat hominem: quare
idolothytis nõ vescimur? Et respondet dicẽs, sciendũ
quidem igitur, quòd ipsi cibi, & omnis Dei creatura
per se munda sit,sed idolorum,& dęmonum inuoca-
tio ea faciat immunda apud eos, scilicet qui cum cõ-
scientia idolo idolothytum manducant,& conscięntia
eorum cum sit infirma polluitur, vt dicit Apostolus.
Sic etiam Remigius dicit: quicunque autem tantę fi-
dei est,vt intelligat creaturam Dei nullo modo inqui-
nari posse, sanctificetur cibus per orationem, & ver-
bum Dei,& comedat quidquid vult, ita tamen,ꝙ hęc G
licentia offendiculum non fiat infirmis, vt dicit Apo-
stolus.

Tunc accedentes. Hic ponitur ex Christi doctrina
Pharisęorum scandalum ortum,& dicitur. *Tunc acce-
dentes.* Idest postquam Christus coram turbis cõuo-
catis dixit istam doctrinam,quia statim cęperunt Pha-
risęi scandalizari, & discipuli accedentes dixerunt il-
lud Christo. *Dixerunt scis.* Idest scire debes vel scias.

Quòd Pharisęi audito hoc verbo. Scilicet quod intrat
in os non inquinat hominem, sed quod de ore exit.
Scandalizati sunt. Idest male de te iudicant.

At ille respondens. Scilicet non curans de scandalo
illorum ait. *Omnis plantatio,quam non plantauit.* Idest nõ H
curetis de scandalo illorum, quia propter hoc non
cessabo hoc prædicare ad hoc, quòd destruam falsam
eorum doctrinam qua decipiunt homines dicentes,
quòd sordes corporales inquinent animam. & voca-
tur quęlibet doctrina plantatio quędam, quia planta-
tur, idest figitur, vel formatur in corde nostro, quasi
dicat omnis doctina, quę non est a Deo, sed contra
Deum,necesse est, quòd destruatur, & ita est de falsa
doctrina ista, quia contra Deum est,ideo non est ta-
cendum,sed clamandum contra eam,vt destruatur.

Pater meus cęlestis. Idest Deus, quia ipse docet nos
omnem veritatem.

Eradicabitur. Idest eradicanda est,scilicet non debẽt
permittere illam homines,vt prędualeat,& crescat,sed
quòd eradicetur. *Sinite illos.* Idest etiam si clament, I
& scandalizentur non curetis de eorum scandalo.

Cęci sunt & duces cęcorum. Idest isti Pharisęi sunt cę-
ci, eo ꝙ non habent claram, & veram cognitionem
de via salutis, vel habere nolunt, & sunt duces cęco-
rum, idest populi,quia erant magistri populi, cum er-
go ipsi errarent,& populus sequeretur eorum doctri-
nam:necesse erat,ꝙ populus erraret, & ita cęci erant
omnes.

Cęcus autem si cęco ducatum præstet. Idest si regat eum
ducendo ipsum. *Ambo in fouea cadunt.* Quia neuter
videt illam.In hoc Christus ponit inconueniens,quod
erat permittendo, quòd populus haberet istos in ma-
gistros,scilicet quia errabant, & peribant propter fal- K
sam doctrinã. nã si falsa doctrina solũ noceret docẽti
esset quidẽ aliqualiter tolerandum, & tamen etiam
nocet audienti, & tamen hoc fit si non redarguatur
publice iste error,vt possit populus audire veritatem,
ideo etiam si scandalizentur Pharisęi non est curan-
dum:dum tamen populus possit audire veritatem, vt
iam non ducatur cęcus a cęco.

Ad quid accesserunt nunc discipuli ad Christum.
Quæst. XLI.

QVAERETVR ad quid accesserunt nunc disci-
puli ad Christum.

Dicendum, quòd fuit ad loquendum ei de scanda-
lo,quod Pharisęi suscitabant, vel quomodo ipsi in se F
scandalizabantur. Et potest dupliciter introduci li-
tera. Vno modo, quòd discipuli putarent,ꝙ Christus
nesciret scandalum Pharisęorum,& voluerunt ei no-
tificare illud,& tunc est sensus scis,quia Pharisęi,idest
scire debes, & tunc dixerunt hoc, vt Christus prouí-
deret sibi,quasi dicerent,isti scandalizantur,ideo vide
si expedit,quòd recedas hinc. Alio modo potest intel-
ligi,quòd supponatur, quòd Christus sciebat scanda-
lum Pharisęorum,sed non curabat de illo:immo ma-
gis continuabat prędicationem suam contra errores
eorum,& tunc discipuli voluerunt Christum trahere
ad oppositum, scilicet vt cessaret loqui contra erro-
res Pharisęorum: & huic sensui magis conuenit lite-
ra,scilicet scis,ꝙa Pharisęi, idest bene scis, quòd Pha-
risęi audito verbo tuo scandalizati sunt, quia contra
eos dixisti, cessa ergo ab hoc, & ad hoc sunt respõsio-
nes Christi, scilicet omnis plantatio, &c.scilicet non
est tacendum, sed clamandum contra istos, quia in-
troducunt falsam doctrinam, quæ non est a Deo, &
ita tota litera introducitur, vt deductum est in expo-
sitione.

Quare nunc Pharisęi scandalizati sunt. Et quòd scandalizari dupliciter sumitur. Quæst. XLII.

QVAERETVR quare nunc Pharisęi scandali-
zati sunt.

Dicendum, quòd scandalizari potest acci-
pi vno modo pro indignari. Alio modo pro
male iudicari, scilicet quando quis ex dictis,aut facti-
bus suis dat alteri occasionem male iudicandi de se: facit
illum scandalizari de se.Si primo modo dicetur,ꝙ in-
dignati sunt Pharisęi. Primo quia Christus loquebá-
tur contra eos, quælibet enim aduersatio causat indi-
gnationem. Secundo quia Christus confudit valde
ipsos, nescierunt enim respondere ad ea, quæ ille di-
cebat, & tamen, quòd eos publice confunderet indi-
gnati sunt. Tertio quia confundebat eos in eo,in quo
ipsi maxime volebant gloriari, erant enim magistri
populi, & de isto habebant magnam gloriam infra
23.volunt vocari ab omnibus Rabbi. Christus autem
confudit eos in doctrina: ostendens quòd falsa do-
cebant præsente populo quem docebant, ideo erat
eis maxima confusio, & consequenter indignatio.
Quarto quia Pharisęi volebant eum in aliquo con-
fundere, & ita cęperant contra eum arguere de ma-
nibus non lotis,& quia eum ratione superare non po-
tuerunt,ad iram conuersi sunt, vt sic eum infestarent.
Sic dicit Chryso.scilicet pręmissa itaque cũ audissent
Pharisęi nihil contradixerunt illi,quia eos vehemen-
ter conuicerat non arguendo solum, sed dolum eo-
rum propalando, sed scandalizati sunt Pharisęi, sed
non turbæ. Accipiendo autem scandalizari secundo
modo, dicendum ꝙ forte Pharisęi scandalizati sunt,
idest iudicauerunt male de Christo,& hoc,quia con-
tra eorum doctrinas, & præsuppositiones loquebaẽ,
sicut si quis contra fidem loqueretur,etiam si nos ne-
sciremus conuincere eum,scandalizaremur iudican-
tes illum esse malum virum, qui contra fidem loque-
retur,& tamen melius accipitur hic scandalizati sunt,
idest indignati.

Quare Pharisęi non commoti sunt nimis contra Christum:cum diceret, quòd nullus cibus hominem coinquinat.
Quæst. XLIII.

QVAERETVR quomodo Pharisęi nõ commoti
sunt nimis contra Christum, & non accusaue-
runt eum tanquam euersorem legis Moysi, nam di-
cendo,

cendo,quod intrat per os non coinquinat hominem, A
videbatur dicere, quòd nullus cibus inquinaret ho-
minem, & sic non esset peccatum comedere quem-
cunque cibum.

Aliqui dicunt, quòd voluerant Pharisęi instare cõ-
tra Christum nunc propter hoc, & tamen nõ habue-
runt fauorem populi, sed Christus habebat fauorem
plebis:nam veniebant tunc ad eum omnes de regio-
ne Genesareth afferentes infirmos, & sanabantur tã-
gentes Christum pręcedenti c.& sic non permitte-
rent aliquid suscitari contra eum. Et hoc apparet,
quia dicitur hic,quòd Pharisęi scandalizati sunt,& nõ
turbę,& ita dicit Chryso.

Aliter tamen, & melius dicendum est,quòd Pha- B
risęi non accusauerunt Christum, quia apparuit, ꝙ
ipse nihil loqueretur contra legem Moysi: ipse enim
illã obseruabat cauens a cibis quos illa immundos
vocat, & tamen si ipse redargueret illam, non obse-
uaret eam,ergo nõ redarguebat. Secundo patet,quia
potius ipse zelabat pro obseruatione illius contra
Pharisęos: nam cũ ipsi dixissent,quod discipuli Chri-
sti transgrediebantur traditiones seniorum: Christus
dixit, quare vos transgredimini mandatum Dei pro-
pter traditionem vestram? Tertio patet,quia quando
dixerunt discipuli Christo, quòd scandalizabantur
Pharisęi: ait Christus, omnis plantatio,quam nõ plã-
tauit pater meus eradicabitur, & loquitur de illa falsa
doctrina, quam ipse tunc impugnabat: pro qua Pha-
risęi indignabantur, & tamen lex Moysi a Deo plan-
tata fuerat,quia ipse illam dedit, ideo nõ locutus fue-
rat Christus contra legem illam, quando dixit, quod
intrat in os non coinquinat animam, sed contra alias
doctrinas.

Cum autem obiicitur de cibis vetitis in lege Moy-
si: dicendum quòd comedens eos polluetur in ani-
ma, quia peccaret mortaliter comedendo, & tamen
non polluunt cibi animam, rãquam pertingant sub-
stantiam animę, vt eam inficere possint,sed mala elec-
tio inquinat animam, & illa non intrat per os,sed in
corde est,quia est de malis cogitationibus quas Chri-
stus dicit esse ab anima, & polluere hominem, vt pa-
tet infra in litera.

Aliter tamen, & melius dicitur, quòd manducare D
cibos a lege vetitos polluit hominem spiritualiter,
quia istę immunditię sunt contra legem, & Christus
non loquitur de hoc, sed solum de illis immunditijs,
quę non erant in lege vetitis, & sic erat non lotis ma-
nibus manducare: nam licet immundum esset: nulla
tamen lex hoc vetuerat de legibus Dei, & ideo non
coinquinat hominem, sic patet infra in litera, quia
quando Christus exposuit quomodo, quod intrat in
os non coinquinat hominem,non dixit,quòd nullus
cibus coinquinabat, sed conclusit, quòd non lotis
manibus manducare non coinquinat hominem.

Cur Pharisęi nunc non insurrexerunt, contra Christum tanquam euersorem traditionum. Et quomodo non redarguebantur ex eorum traditionibus,sed ex mala illarum intelligentia. Quæst. XLIIII.

QVAERETVR cur Pharisęi nunc non insurre-
xerunt contra Christum,tanquam euersorẽ
traditionum datarum a senioribus:nam ab
eis traditum erat crebro lauare manus ante cibum.
Mar.7.de quo Pharisęi nunc arguebant discipulos
Christi, & tamen ipse respondet, quod Pharisęi non
bene arguerent: cum eos confuderit,ideo euertebat
traditionem seniorum.

Item patet, quia Christus in redargutionem Pha-
risęorum allegauit dictum Isa,scilicet sine causa co-
lunt me docentes doctrinas, & mandata hominum,
& ista erant traditiones seniorum,& sic illas Christus
impugnabat, & tamen seniores poterant cõdere sta-
tuta, quæ populus tenere obligabatur: cũ Deus di-
xisset non esse declinandum ab eorum sententijs a
dextris neque a sinistris. Deuter. 17.c.ergo erat locus
Pharisęis arguendi, & accusandi Christum.

Dicendum, quòd non potuerunt Pharisęi de hoc
accusare Christum, quia ipse non redarguit hic tradi-
tiones seniorum, sed redarguit Pharisęos, qui ex illis
falsam intelligentiam, & doctrinam deducebant. Et
patet, quia seniores docuerant sępe manus lauare an-
te cibos, si autem Christus vellet impugnare leges
istas, vel impugnaret ex parte conditorum, dicens ꝙ
non habuerant potestatem condendi, vel ex parte ip-
sarum:per legum, dicens ꝙ non erant bonę, idest ꝙ
malum erat crebro manus lauare, & tamẽ nihil isto-
rum,dixit,sed arguit contra falsum sensum Pharisęo-
rum, quia illi asserebant per immunditias comestas
pollui animam, & econtrario per illas crebras lotio-
nes animam simpliciter mundari,& iustificari,& hoc
falsum erat,nam etiam si bonum esset, vel non malũ
crebro lauare manus, sicut seniores tradiderant, non
sequebatur, quòd per lotionem illam mundaretur
anima, quia impossibile erat, ꝙ corporale elementũ
pertingeret ad animam mundandam, & non erat ibi
aliqua operatio spiritualis, sicut in baptismo in quo
lauatur corpus exterius, & Spiritus Sanctus mundat
C animam interius. nõ ergo lotio mundabat animam,
& iam sordes comestę non inquinant animam, quia
non pertingunt ad eam. Et hoc est, quod Christus
dicebat contra Pharisęos docentes animam inqui-
nari, & mundari propter exteriores immunditias, &
lotiones. Si autem isti Pharisęi istum sensum super-
addebant traditionibus seniorum, vel seniores sic
putauerant, & fuerit eis ista causa imponendi tot lo-
tiones, non apparet,sed quomodocunque fieret non
apparebat Christum loqui contra traditiones senio-
rum, & ideo non poterant Pharisęi accusare ipsum
de hoc. Alio modo potest stare responsio Christi cõ-
tra Pharisęos, scilicet quòd traditiones seniorũ,quæ
datę essent per modum legum obligarent populum,
& peccarent contrafacientes, sicut etiam nunc sępe
peccat mortaliter contrarium faciens contra legem
humanam ciuiliter, & tamen seniores non dederant
ista documenta de crebris lotionibus, tanquam præ-
cepta quibus obligarent populum, sed solum velut
quædam monita honestatis, & munditię, & ita non
obseruantes non peccarent, quia non transgrediebã-
tur præcepta, sed consilia, quæ non obligant simpli-
citer.ideo non recte arguerent Pharisęi discipulos
Christi tanquam peccantes transgrediendo traditio-
nes seniorum, & per hoc immunditiam spiritualem
incurrisse, & tamen prędcedens solutio magis conso-
nat verbis literę.

Cum autem confirmatur, quia allegauit Christus
E illud Isa.29.scilicet docentes doctrinas, & mandata
hominum, potest dupliciter intelligi. Vno modo,ꝙ
accipiatur doctrina, & mandatum simul pro doctri-
na Pharisęorum, qui dicebant offerendum esse Deo,
& non subueniendum parentibus indigentibus, & ꝙ
lotiones corporis mundabant animam, & tunc nihil
dicitur contra traditiones seniorum. Alio modo, ꝙ
accipiatur mandatum pro traditionibus seniorum,&
doctrina pro expositione falsa legis, quam docebãt
Pharisęi, & tunc non est sensus, quòd redarguantur
absolute,quia docebant mandata hominum,sed quia
docebant ea,& propter illa transgrediebantur præce-
pta Dei, nam potius volebant Pharisęi tenere tradi-
tiones seniorum de crebra lotione, quam seruare
manda-

mandatum Dei de honorando parentes. Etiam erant F reprehensibiles,quia dato,q̃ non male interpretarentur legem Dei: tenebant tamen in ęquali honore prę cepta hominum cum præceptis Dei, quod erat iniustum, & hęc duo voluit tangere Isaias.

Quomodo est verum,quòd plantatio,quam non plantauit pater cœlestis eradicabitur. Et quòd omnis scientia a quocunque sit inuenta, a Deo est. Et quomodo similiter leges humanæ a gentilibus traditæ sint a Deo. Quæst. XLV.

QVAERETVR quomodo est verum,q̃ plãtatio,quam non plantauit cęlestis pater eradicabitur. Dicunt Manichęi,q̃ intelligitur de lege veteri,quæ non est a Deo bono,qui G est pater Christi, ideo illa erat eradicanda.

Sed non stat, quia idem Deus est, qui legem dedit loquens per prophetas, & postea dedit nouum testamentum per seipsum, ad Hebrę.1.multiphariе olim Deus loquens patribus in prophetis nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. Etiam patet ex hoc loco falsum dicere Manichęos, quia si de lege veteri intelligeretur hoc, appareret, quòd Christus illã impugnaret, & tamen falsum est, quia immediate ante hoc arguerat Pharisęos, quia non seruabant illam,dicens quare vos trãsgredimini mãdatum Dei propter traditionem vestram? & tamen illud erat mandatum veteris testamenti,erat ergo lex vetus bona,& a Deo, & non loquitur de illa Manichęus. Sic dicit Chryso. H scilicet hoc autem Manichęi de lege dictum esse dicunt, sed confutant eos, quę antea dicta sunt,si enim de lege dixisset qualiter superius pro lege pugnasset dicens,quare transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? qualiter etiam prophetam deduxisset in medium, scilicet etiã Deus dixit: honora patrem,& matrem.qualiter hoc,quod in lege scriptũ est non est Dei plantatio?

Dicendum ergo, q̃ intelligitur hic plantatio pro doctrina, & dicitur plantatio non plantata a Deo, doctrina,quę non est a Deo,quia illa eradicabitur, & ita erat de falsa ista doctrina Pharisęorum qua docebant populum mundari spiritualiter per exteriores lotiones, & fieri in anima immundos per sordes susceptas ab extra: etiam illa doctrina de non subueniendo parentibus, sed omnia Deo esse offerenda, quas duas Christus aperte redarguerat de prauitate,& quia Pharisęi scandalizati erant super ista redargutione, & discipuli voluerant, quòd Christus cessaret a tali redargutione ne cõcitaret contra se Pharisęos: dixit Christus,omnis plantatio, &c.quasi dicat non tacebo, sed oportet, quòd redarguam, & clamem, quia ista doctrina non est plantata a Deo, sed potius contra Deũ, & sic eradicanda est, & ista eradicatio fiet clamando contra eam, vt aperte videatur a populo, quòd falsa sit,& sic ab omnibus deseratur.

Sed dicetur si doctrina,quæ non est data a Deo debet eradicari: multę partes sacrę Scripturę tollentur, quia non sunt a Deo plantatę,sed ab homine,vt 1.Corint.3.dixit Paulus.ego plantaui: Apollo rigauit.

Dicendum, q̃ illa plantatio a Deo facta est, & non a Paulo, sed Paulus dicitur plantasse inquantum erat exterius organum, & minister diuinę operationis, ita dixit Deus de illo, vas electionis iste mihi est, vt portet nomen meum coram gentibus. Sicut ergo vas est instrumentum eius, quod in eo portatur, ita Paulus erat velut organum Dei loquentis in eo, sic ipse dicit 2.Corin.13.an experimentum quęritis eius, qui loquitur in me Christus, & ob hoc id, quod Paulus faciebat non dicebatur ipse facere, sed Deus, qui dabat virtutem verbo, & ita Paulus dicebatur nihil facere. Deus autem totum egisse, sic dicitur 1.Corin.3.ego plantaui Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. itaque neque, qui plantat est aliquid, neque qui rigat,sed qui incrementum dat Deus.Sic dicit Hiero. nunquid ergo eradicabitur illa plantatio de qua Apostolus ait.ego plantaui: Apollo rigauit?sed soluitur ex eo,quod sequitur.Deus incrementum dedit. Sic autẽ dicetur, quòd omnes sacrę Scripturę per quemcunque scriptę sint a Deo plantatę sunt,quia non fuit sententia humana,nec ingenium, sed Deus fuit,qui scriptores ad scribendum impulit, & ipse eis quid scriberent ministrauit, sic dicitur 2.Petri 1.non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu Sancto dictante locuti sunt sancti Dei homines,hoc modo tota sacra Scriptura scripta fuit.

Sed dicetur, quòd tunc omnes scientię humanitus inuentę eradicabuntur,quia non sunt plantatę a Deo.

Dicunt quidam, quòd verum est,quia scientię destruentur 1.Corin.13.charitas autem non excidet,sed scientię destruentur.

Sed non stat, quia ibi accipitur pro cessatione,quia non manebunt scientię quas habuimus hic in vita eterna, eo modo saltem quo eas habebamus hic, & sic non solum scientiæ destruentur, sed etiam prophetiæ euacuabuntur eodem c.& tamen prophetiæ sunt a Deo 2.Petri 1.& plantatio, quæ a Deo est non eradicatur, ideo aliter necesse est accipi hic eradicationem.

Ideo dicendum, q̃ scientię non eradicantur generaliter, quæ ab hominibus inuentæ sunt, quia licet ab hominibus inuentæ sunt: Deus eis indidit ingenia,& cooperatus est, vt inuenirent, vt semper perficeretur vniuersum, & posset ipse scientiæ dator cognosci, & ita est omnis scientia a Deo instituta per quemcunque inuenta, sic Ecclesiastici 1. omnis sapientia a domino Deo est. Inquantum ergo scientia est, quia a Deo est plantata,non eradicatur, ipse quippe dat eã in corde hominis,& etiam bestijs sagacitatem, quam habent.Iob.38.quis posuit in visceribus hominis sapientiam, vel quis dedit gallo intelligentiam? immo & quidquid homines sciunt quantumcunque naturaliter illud habeãt, dicitur Deus illis reuelare ad Ro. I 1.vbi arguit Apostolus contra eos, qui cognitionem naturaliter de Deo habebant, & non colebant eum, dicens, quod notum est Dei, manifestum est in illis: Deus enim illis manifestauit, quis autem sit iste modus manifestationis subditur statim in litera, scilicet inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt a creatura mundi,idest ab homine intellecta conspiciuntur. & tamen cognoscere aliquid de Deo per ea, quæ videntur est cognitio pure naturalis, & ista dicitur a Deo data,vel reuelata,ergo nulla sapientia est,quam homo habeat, quam Deus ei non dicatur reuelasse, quia tamẽ Deus est pura veritas, & bonitas, intantum est inuentio hominis a Deo inquantum in ea est verum, & bonum. K Scientiæ, ergo speculatiuæ ab hominibus inuentæ inquantum cõtinent veritatem a Deo plantatæ sunt, & non eradicantur,sed inquantum continent aliquid falsum, sunt ab humano defectu. Sic etiam traditiones morales inquantum sunt bonæ conuenientes rectę rationi sunt a Deo, & sic leges humanæ traditæ a principibus gentilibus, si bonæ erant, dicuntur traditæ a Deo per ora principum, vt ait Augu.super Io.& in decretis di 8.c.quo iure traditiones autem morales inquantum a ratione deficiunt,non sunt a Deo plantatæ. Et tunc est verum, quòd omnis doctrina, quæ non est plantata a Deo peribit, quia tamen speculatiua doctrina non facit ad esse hominem bonum, vel malum, sed ad esse sapientem, vel insipientem, non est

est nobis cura impugnare speculatiuas doctrinas,etiã si falsitatem contineant,moralis autem traditio facit bonum,vel malum hominem, ideo illa,quæ mala est non est permittenda, sed clamandum contra eam:ne per illam efficiantur homines mali, & hoc est eradicari illam, & ita omnis plantatio, quę non est a Deo, est contra Deum, & est eradicanda,quod proprie cõuenit falsis doctrinis Pharisęorum, quæ militabant contra Dei legem,& rationem. Sic dicit Hilarius, scilicet dicens ergo omnem plantationem, quæ non a patre sit, docet traditionem hominum eruendam: cuius fauore legis præcepta transgressi sunt.Sic etiam dicit Remigius. omnis falsa doctrina est superstitiosa obseruatio,cũ suis auctoribus permanere non potest, B & quia a Deo patre non est,cum eisdem eradicabitur illa.ergo sola permanebit, quę a Deo patre est.

Quare Christus non curauit hic de scandalo Pharisęorum, sed clamabat contra eorum doctrinam. Et Bedæ regula de scandalo quomodo intelligi debeat. Et quòd bonum, & verum a quo desistere possumus est duplex. Et quòd triplex esse veritas dicitur. Et quòd Iudices, & prælati possunt dupliciter cessare ab eo, quod est officij sui. Quæst. XLVI.

QVAERETVR quare Christus non curauit hic de scandalo Pharisęorum,sed non obstante illo clamabat contra eorum doctrinam, quia multa toleranda sunt propter scãdalum, sicut ipsemet Christus docuit infra 17.quando petebatur tributum,& ostendit,quòd ipse liber erat,& tamen dixit,vt non scandalizemus eos vade ad mare, &c.& sequitur, quòd ibi soluit tributum, quod didragma vocabant. Maxime quia potest interdum a veritate doctrinæ cessari propter scandalum, & tñ p̃dicatio Christi ad doctrinam erat, ideo cessare posset,ne scandalizarenẽ Pharisęi.

Dicendum, q̃ non obstante scandalo Pharisęorũ Christus prædicauit contra eorum doctrinam, & ad hoc causam dedit, scilicet quia oportebat eradicari doctrinam eorum, quia non erat a Deo plantata, & pertinebat ad Christum ex officio suo ista dicere, iõ pro nullo scandalo debuit hoc omittere.

Pro quo sciendum, q̃ circa scandalum est regula Bedę, q̃ vtilius scandalum nasci permittitur, quã veritas relinquatur, sic apparet de regu.iu.in c.qui scandalizauerit. Et tamen ad veritatem huius est duplex distinctio.Prima est de scandalo,quod est duplex. Primum est scandalum paruulorum.Secundum est scãdalum Pharisęorum, vel emulorum. Pro primo scãdalo cessandum est interdum ab eo,quod bonum est, vel quod licet nobis facere, sic accipitur ad Roman. decimoquarto, vbi circa discretionem ciborum legalium quandiu adhuc pendebat dubium,quidam scientes se non obligari legi, manducabant ad scandalum aliorum infirmorum, qui istam cognitionem nõ habebant, & putabant illicitum, tunc esse manducare communia, scilicet omnia, quæ immunda sunt, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat, idest offendendo proximum infirmum,vt ibi dicitur, sic etiam 1.Corin.8.cum loquitur de cibis consecratis idolo dicit,quòd cum idolum nihil sit, & nõ possit effici qualitas aliqua bona, vel mala ex inuocatione demonis,vel idoli super cibos,quòd licet cuilibet mãducare de consecratis idolo si credat, quòd ille nihil inde consequitur,& hoc,nisi paruulos quos infirmos Apostolus vocat, ex hoc scandalizet.

Scandalum Pharisęorum, vel æmulorum dicitur, quod volunt aliqui causare ex malitia, & illud non patiuntur,sed potius agunt,& istud non habet veram rationem scandali,quia scandalum, vt dicit Hiero.est dictum, vel factum, quod alteri occasionem ruinæ A præstat,sed tunc est alicui ruina,quando ex defectu iudicij nesciens iudicare factum alienum habet occasionem errandi ex illo, quasi malum factum sit etiam si sit bonum, sicut in duobus casibus dictis de discretione ciborum,& de manducatione idolothitorum. Vel forte est ruina, quia aliquis vere malum egit, & etiam si bene iudicetur ab aliis habent occasionem ruinæ ex malo facto illius,quod est eis malum exemplum, quando tamen quis videt factum alterius bonum esse, & non dubitat de illo, sed ex malitia vellet impedire,& ad hoc suscitat turbationem: non dicitur iste scandalum pati, sed scandalum facere. Et istud vocatur scandalum Pharisęorum, vel emulorum, quia mali, & æmuli tale scandalum suscitare solent. Et de isto est dicendum, quòd non debemus cessare a bonis propter tale scandalum,quia tunc nullum bonum faceremus, cum æmuli ad quodlibet bonum suscitarent scandalum ne fieret, si scirent, quòd propter scandalum ab eis suscitatum cessaretur, & ita Apostoli non cessabant prædicare propter scandala contra eos suscitata,sicut contra Paulum,& Bernabã in actibus Apostolorum fiebant multa scandala, sed non cessabant prædicare, vt Acto. 14.nam manebant prædicantes post scandalum suscitatum contra eos: quousque realiter eiecerunt eos de finibus suis. Sic etiam si adhuc scandalum attenderetur, nunquam fuisset prædicatum nomen Christi inter Iudæos,nam C ipsi scandalizabantur audito hoc nomine.1.Corin.1. nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum;gentibus autem stultitiam, immo,& vetabant prædicari nomen istud.Act.4.& 5.& tamen Apostoli illud Iudæis prædicabant renitentibus ipsis, vt patet ibidem. Et ita Christus fecit hic, quia istud scandalum erat suscitatum a Pharisęis: ipsi enim non potentes se ratione defendere cum agnoscerent se vere confusos, & conuictos scandalizabantur, vt ipsi prædicationem impedirent,& sic non fuit cessandum a redargutione eorum.

Secunda distinctio est, quod bonum, vel verum a quo desistere possumus est duplex. Quoddam est pure liberum, quod est in fauorem nostrum, & possumus desistere ab illo sine peccato, etiam nulla subsistente causa. Aliud est bonum necessarium, ad quod agendum obligamur semper, vel saltem aliquando. D De primo dicendum, quòd semper possumus cessare ab illo propter scandalum, siue sit scandalum pusillorum, siue emulorum, & ita fuit de solutione tributi infra 17.nam, quòd ille, qui non est debitor soluat aliquid est renunciare priuilegio suo, & hoc non est peccatum, quia etiam sine causa aliqua, vel scandalo fieri potest, & ideo Christus non fecit difficultatem aliquam in soluendo tributum. Dicendum tamen, quòd quamuis liceat in casu cedere propter scandalum, non obligamur semper cedere, quia tunc obli- E garemur cedere omnibus priuilegiis nostris, quãdo quidem aliqui praui scienter vellent contra nos insurgere, & ita turbarentur omnia,quod est inconueniens. Sed dicendum, quòd aut est scandalum pusillorum,aut prauorum, si pusillorum obligamur cedere priuilegio nostro, nisi forte esset valde magni præiudicii. Et ita apparet de discretione ciborum, quia ei, qui putat se non obligatum legi erat priuilegium, quòd posset comedere de omnibus, & tamen,vt non scandalizaret infirmos obligabatur abstinere quandiu in præsentia illorum esset ad Roma.decimoquarto, etiam idem in manducatione idolothytorum; nã scandalum infirmorum priuat sapientem ibi iure mãducandi,licet posset aliãs cum bona conscientia manducare. prima Corin,8,Si autem sit illud bonum necessarium, solet distingui in tria propter illud verbum

Bedę

Bedę vtilius ſcandalum naſci permittitur, quòd eſt triplex veritas, ſcilicet vitę, & iuſtitię, & diſciplinę. Dicunt de veritate vitæ, quòd nunquam ab ea recedendum eſt propter ſcandalum, & iſta pertinet ad quemlibet: a veritate autem, quę pertinet ad iudicem, quę eſt iuſtitię, & a veritate diſciplinę, quę pertinet ad pręlatum, recedi poteſt interdum propter ſcandalum. Sed breuius dicendum, quòd quædam ſunt ſimpliciter neceſſaria, vt ea, quę ſunt de iure naturali, vel de lege diuina, & cũ ad talia ſimpliciter obligemur, & non ſit diſpenſatio in illis, nũquam poſſunt omitti propter ſcandalum, & talia dicuntur pertinere ad veritatem vitę. Alia ſunt neceſſaria, ſed non abſolute, ſicut, quòd iudex exequatur iuſtitiam, & quòd prælatus doceat, & puniat exceſſus, & tamen non ſunt tantum neceſſaria, quin in eis interdum poſſit diſpenſari, eo quòd pendent a iure poſitiuo in quo poteſt diſpenſari, & ſic in talibus poterit interdum propter ſcandalum ceſſari a bono, & hoc eſt ſi talia iura humana, vel communia ſint diſpenſabilia, ſic dicitur extra de regu.iur. cap.quæ ſcandalizauerit, in glo. ſcilicet ius commune quandoque eſt indiſpenſabile, vt prima quęſtione vlt. cap. & ſi illa, & de tali hic loquitur, & tale ius pro nullo ſcandalo relaxandum eſt, ſed quando ius commune diſpenſabile eſt, propter ſcandalum receditur a iure, vt 50.di.cap.vt conſtitueretur, & prima quæſtione 7.c.diſpenſationes, & capitu. exigunt. Et tamen circa iudices, & prelatos dicendũ, quòd poſſunt ceſſare ab eo, quòd eſt officii ſui dupliciter. vno modo nihil faciendo. alio modo agendo contrarium. De iudice dicendum, quòd nunquam licet ei contrario modo agere, ſcilicet condemnare aliquem contra legem, & ideo, & propter ſcandalum nunquam licet, quia iſtud eſſet agere contra veritatem vitę, quę nunquam propter ſcandalum dimittẽda eſt. primo modo agere licet interdum, ſcilicet non condemnare reum, ſiue differendo ad tempus, ſiue nunquam puniendo, cum etiam contra legem illam per quam eſt reus, pœna poteſt diſpenſari, vel poteſt tolli.

De prælato dicendum, quòd habet duo officia, ſcilicet docere, & corrigere delinquentes. Quantum ad primum poteſt ad tempus deſiſtere propter ſcandalum, vt non doceat, ſimpliciter autem a doctrina ceſſare non licet propter aliquod ſcandalum. De correctione dicendum, quod ad tempus licet ceſſare a correctione quorundam, qui non poſſent ſine magno ſcandalo corrigi, vel puniri, & pro hoc dicitur ſupra 13. in parabola zizaniorum, quòd vtraque ſinantur creſcere vſque ad meſſem: ne eradicando zizania eradicetur triticum, ideſt quando mali non poſſunt puniri, niſi inferendo magnum damnum bonis: potius ceſſandum eſt a punitione malorum, quam boni patiantur, alias autem non licet ceſſare, etiam propter magnam affectionem, ſicut Eli, ideo periit, quia filios corrigere noluit, primo Regum ſecundo, & quarto, & extra de ſimo. cap. licet Eli. Nunc autem Chriſto non decuit, quòd ceſſaret propter ſcandalum Phariſæorum a correctione, eo quod ad veritatem vitę pertinebat illos arguere: nam illi corrumpebant legẽ de introducendo falſum intellectum, & alias falſas doctrinas hæreticas introducebant, ſcilicet quòd immunditia corporalis pollueret animam, & exterior lotio ſanctificaret animam, nemo tamen debet permittere corrumpi legem: neque introduci hęreſes inquantum potuerit, ideo ad Chriſtum pertinebat non permittere falſas iſtas doctrinas Phariſæorum, ſed clamare contra illas, Maxime quia Chriſtus non venerat ad aliud, niſi ad docendũ veritatem, & extirpandũ errores Io.15. ego ad hoc natus ſum, & ad hoc

F veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati. erant autem iſti errores valde pernicioſi, ideo pro nullo ſcandalo ceſſandum erat ab eorum redargutione, & ſi licet diſcipuli ſuaderent Chriſto, quòd propter ſcandalum Phariſæorum ceſſaret, non curabat, ſed clamabat dicens, omnis plantatio, quam nõ plantauit pater meus eradicabitur, ideſt doctrina falſa, quæ non eſt a Deo, ſed contra Deum, non debet ſuſtineri, ſed clamandum eſt contra ipſam, vt deſtruatur.

Quare Chriſtus dixit diſcipulis ſinite illos, quia cęci ſunt. Quæſt. XLVII.

G QVÆRETVR quare Chriſtus dixit illis ſinite illos, quia cęci ſunt.

Dicendum, quòd in hoc ſuaſit non eſſe curandum de eorum ſcandalo, ſcilicet ſinite illos, quia cęci ſunt, ideſt licet ſcandalizentur, & clament: non eſt curandum de eis, quia cęci ſunt, ideſt errant circa veritatem ſacrę doctrinę, ideo vt tollatur eorum error, non obſtante ipſorum ſcandalo clamãdum eſt contra eos.

Alij dicunt, quòd intelligitur de euitatione eorum quantum ad communicationem, ſcilicet quòd non eſt eis communicandum, quia errant in fide, & nolũt corrigi, ſed relinquendi ſunt ſuo arbitrio, ſicut dicitur H ad Titum 3. hæreticum hominem poſt vnam, & alteram correctionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt. Sic dicit Hieronymus, hoc eſt, quod Apoſtolus dicit hæreticum hominem, &c. In hunc ſenſum, & ſaluator præcipit doctores peſſimos dimittendos arbitrio ſuo, ſciens eos difficulter ad veritatem poſſe trahi. Sed dicendum, quòd præcedens ſenſus magis conuenit literæ, quia alias iuxta Hiero. eſſet ſenſus, quòd diſcipuli ſuaderent Chriſto adhuc magis inſtare contra Phariſæos ad conuincendum eos, & conuertendum, & tamen ſuadebant ad oppoſitum, ſcilicet ad deſiſtendum a ſcandalo, ideo non eſt ſenſus, quòd Chriſtus dixerit ſinendos Phariſæos, niſi primo modo, ideſt non curandum de eis, etiam ſi ſcandalizarentur.

I *Reſpondens autem.* Hic ponitur explicatio doctrinę Chriſti magis in ſpeciali, & dicitur. *Reſpondens autem Petrus.* Accipitur reſpondens, ideſt interrogans, quia nihil quæſiuerat Chriſtus a Petro, ſed potius Petrus incipiebat nunc a Chriſto petere explicationẽ huius ſententię.

Ediſſere nobis parabolam iſtam. Ideſt declara iſtã ſententiam: non enim iſta proprie erat parabola, quia nõ erat hic aliqua tranſumptio facta, ſicut fit in illis parabolis, quæ habentur ſupra 13.c. erat tamen ſententia obſcura iſtis diſcipulis Chriſti, qui rudes erant, iõ eam declarari petiuerunt. *Et ille dixit.* Increpando loquitur. *Adhuc vos ſine intellectu eſtis.* Apparet, ꝙ non habetis intellectum aliquem, cum iſtam ſententiam K ita apertam non intelligatis, & dixit: adhuc, quaſi dicat ſi hoc fuiſſet, quando nouiter cępiſtis audire doctrinam meam, non eſſet mirandum, ſed nunc cum tanto tempore audieritis adhuc non intelligitis: iſtud ſatis eſt admirandum, & ita exprobrat, Io.14. qñ diſcipuli non cognoſcebant patrem eius, dicens tanto tẽpore vobiſcum ſum, & non me cognouiſtis: Philippe qui videt me, videt & patrem meum, & hoc, quia dixerat Philippus domine oſtẽde nobis patrẽ, & ſufficit nobis. *Non intelligitis.* Ideſt intelligere deberetis etiã nemine exponente. *Quia omne, quod in os intrat.* Ideſt ſumitur in cibum. *In ventrem vadit.* Scilicet impurũ, quod intrat per os: nam multa ſumuntur, quæ nõ vadunt in ventrem, ſed tranſeunt in corporis naturam,

Et

Et in ſeceſſum emittitur. Seceſſus via poſterior ad emittendum inſtituta a natura eſt, & dicitur ſeceſſus quaſi ſeorſum cedens, ſcilicet, quia eſt via occulta, & ſeparata a cęteris organis.

Quæ autem procedunt de ore. Ideſt, verba. nam ſaliua de ore procedit, ſed non exit de corde, ſed defluit de membris. *De corde exeunt.* Quia prius cogitantur, ꝙ̃ dicantur, ſiue bene, ſiue male dicantur.

Et ea coinquinant hominem. Tunc coinquinatur homo quando coinquinatur anima, quia illa eſt præcipua pars hominis, in qua eſt quaſi totum eſſe hominis, illa ergo maculata homo dicitur factus immundus. *De corde autem exeunt cogitationes malæ.* Ponit Chriſtus, quæ ſunt illa, quæ exeunt de corde, vt videatur quæ ſunt, quæ poſſunt inquinare cor, & intelliguntur omnia hæc quaſi omnis actio ſit per contactum tam corporalis quàm naturalis, & ſic non poſſunt agere in animam, quæ non poſſunt ad eam peruenire, vel in ea eſſe, & tamen corporalia non perueniunt ad animam, ideo eam non poſſunt inquinare, iſta autem quæ ſequntur ſunt in anima: ideo poſſunt inquinare illam. & ponuntur cogitationes malę ante omnia, quia in eis eſt exordium totius mali. nam ex praua cogitatione eſt praua electio, & ex illa praua operatio. *Homicidia, adulteria.* Ideſt, cogitatio de adulterando, & de occidendo hominem. & dicitur large exire. nam cogitationes malæ non exeunt de corde, ſed ſunt in corde, niſi accipiatur praua cogitatio pro re facta per malam cogitationem, ſed dicuntur exire de corde, ideſt, originem accipere ab illo, quod eſt procedere, ſicut dicimus filium a patre procedere, non tamen exit ab eo tamquam ſit ab eo loco ſeparatus cum ſit eiuſdem naturæ, & ſubſtantiæ. Cũ autem dicitur adulteria exeunt a corde, poteſt intelligi pro cogitatione adulterandi, & tunc non differũt iſta ſequentia ab eo, ꝙ dicitur exeunt cogitationes malæ, niſi quia ibi dicitur in generali, & hic explicãtur iſtæ cogitationes quæ ſint.

Cogitationes malæ ſunt totius mali exordium.

Aliter & melius intelligitur, ꝙ exeunt a corde ipſa homicidia exteriora, & adulteria: non quidem ꝙ aliquando fuerint in corde, ſed procedunt ab eo tamquam ab origine. nam non fierent realiter niſi in corde cogitarentur. *Fornicationes.* Diſtinguitur fornicatio ab adulterio. in quo apparet, ꝙ fornicatio ſimplex ſit peccatum mortale: cum ponatur inquinare animam. Vel vocantur fornicationes omnia genera illiciti coitus, quæ ſunt vltra, vel præter adulterium, q̃a qlibet coitus talis eſt pctm̃ mortale. *Furta.* Oẽ gen⁹ iniuſtę vſurpationis vocatˀ furtũ, ſiue ſit furtũ, ſiue rapina, ſiue alij modi illiciti accipiendi. *Falſa teſtimonia.* Quib⁹ in iudicio, vel extra iudiciũ q̃s falſum de adulte ro affirmat quod ad ei⁹ nocumẽtũ cedit. *Blaſphemiæ.* Proprie ꝯ Deũ eſt blaſphemia: & tñ interdũ accipitˀ ꝓ malis, q̃ q̃s dicit aduerſus ꝓximũ. *Hæc ſunt quæ coinquinant hominem.* Scilicet, nõ hęc ſola, ſed hęc & ſimilia: nã quodlibet iſtorũ polluit aĩam. *Non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem.* Iſta eſt ꝯcluſio. ſ. licet ſordes manuũ nõ lotarũ poſsũt intrare in os, & in vẽtrẽ nõ inq̃nãt aĩam, q̃a vadũt in ſeceſsũ, iõ nõ lotis manib⁹ mãducare nõ inq̃nãt aĩam, ſicut putabãt Phariſęi, q̃ accuſabãt diſcipulos Chri quaſi eẽnt ſimpliciter immũdi, eo ꝙ mãducabant non lotis manibus.

Quare Petrus quæſiuit a Chriſto de expoſitione parabolæ. Quæſt. XLVIII.

QVÆRETVR, quare Petrus quæſiuit a Chriſto de expoſitione parabolæ. Dicendum ꝙ Petrus quæſiuit a Chriſto. Primo, quia in hac ſententia non ſolum ipſe dubitauit, ſed etiã cęteri, & perſona om-

A nium quæſiuit. Vel forte alij dubitabant, & ipſe non, & tamen quia ipſe ꝯfidentior, & feruentior erat quęſiuit pro illis, ſiue pro ſe, & pro illis, & tñ nomine omnium formauit petitionem dicens ediſſere nobis &c. Sic etiam dicit Remigius. ſ. quia ex perſona cęterorũ hoc dixit, ſimul cum eis a Chriſto reprehenſus eſt. Secundo fuit, quia diſcipuli erant adhuc rudes, qui pauca intelligebant, ideo in hac ſententia ſatis manifeſta dubitabant, & ſic petiuerũt declarari. Tertio fuit & pręcipue ex ꝯſuetudine locutionis Chriſti, ſolitus enim erat multa in parabolis dicere, & ita nunc Petr⁹ putauit eſſe parabolam, & petiuit expoſitionem illius ſicut in cęteris parabolis. Sic dicit Remigius conſueuerat Dominus parabolice loqui, & ideo Petrus cum B audiſſet quod intrat in os non coinquinat hominẽ: putauit illum parabolice eſſe locutum, & ideo interrogauit ediſſere nobis &c. Et tamen ſatis paruę intelligentię Petrus erat, qui audiens Chriſtum neſciebat an plane, vel parabolice loqueretˀ, & ob hoc fuit redargutus tamquam valde inſipiens. Sic dicit Hieronymus. corripitur autem a Domino quare parabolice dictum putet, quod perſpicue locutus eſt, ex quo aĩaduertim⁹ vitioſum eſſe auditorẽ, q aut obſcura manifeſte: aut manifeſte dicta obſcura velit ĩtelligere. & idẽ dicit Beda.

Quare dicitur & reſpondens Petrus. Quæſt. XLIX.

SED quęretur, quare dr̃ reſpondens Petrus, quia Petrus non cõcludebat in aliquo. Aliq dicũt, ꝙ C reſpõdit Chriſto, quia loquebatur Chriſt⁹ ante hoc de Phariſæis, & Petrus reſpondit hic. Sed non ſtat. Primo, quia tunc id quod Petrus dixit eſſet ad propoſitum eorum, quæ ſupra dicebantur de ſcandalo Phariſęorum, & tñ non eſt. Secundo, quia ea q̃ Petrus dixit, non ſunt dicta in modum reſponſionis, ſed petitionis: cum ait: ediſſere nobis hanc parabolã. Dicendum ergo ꝙ non accipitˀ proprie rñdere prout eſt ad quęſita ſatisfacere, vel replicare, ſed prout eſt loqui aliquid, & interdum ſm̃ modum loquẽdi ſcripturæ dr̃ quis reſpondens qñ incipit locutio, ita ꝙ nemo ei quicquam locutus eſt. ſic dr̃ Mar.11. qñ Chriſtus lo D quitˀ ad ficulneã. & rñdens Ieſus dixit illi, iam nõ amplius in æternum ex te quiſquã fructũ manducet. & tñ non poterat Chriſtus rñdere ficulneæ, cũ illa nihil loqueretˀ, ſed accipitur rñdere. i. loqui: ſic etiam accipitur infra 17. cum dr̃ de trãsfiguratione, ꝙ apparuerũt Elias, & Moyſes loquentes cũ Chr̃o. ſequitˀ rñdens Petrus dixit, Dñe bonũ eſt nos hic eſſe, & tñ nõ poterat ipſe rñdere: cum de nullo interrogaretˀ, ſed rñdit. i. cępit loqui. ita ergo hic Petrus cępit loqui. Et maxime patet hoc, quia iſta locutio Petri non continuatur cũ pręcedentibus cũ immediate præcedentia habita fuerunt coram turbis: iſtud aũt quod nunc Petrus dixit fuit cum Chriſtus veniſſet in domum recedentibus turbis, Mar.7. ſ. & cum introiſſet in domum a turba interrogabant eũ diſcipuli eius parabolam: ergo accipitˀ rñdens. i. interrogans cum Mar.7. dicatur ꝙ diſcipuli E interrogabant, ſed eſt conſuetudo Scripturæ, ꝙ aliqñ vocetur reſpondens ille, qui incipit loqui, a quo nemo quicquid quæſierat.

Quomodo dicitur hic, quòd Petrus quæſiuit a Chriſto iſtius parabolæ expoſitionem, quia Mar.7. dicitur quòd diſcipuli quæſierunt. Quæſt. L.

QVÆRETVR quomodo dicitur hic, ꝙ Petrus quæſiuit a Chriſto iſtius parabolæ expoſitionẽ, quia Mar.7. dicitur, ꝙ diſcipuli quæſierunt. ſ. & cum introiſſet in domum a turba interrogabant eum diſcipuli eius parabolam.

S Dicendum,

Dicendum, ꝙ Petrus quæsiuit, & non alij. Et tamen dicuntur omnes quęsiuisse, quia Petrus nomine omnium quæsiuit, & forte alij ei suggesserant, vt quęreret. & quòd nomine omnium factum esse dicitur ab omnibus fieri dicitur. Et ob hoc conuenienter Matthęus expressit Petrum, vt ostenderet, ꝙ personaliter hoc quęsierit. Marcus autem dixit ab omnibus quæsitum, vt ostendat, ꝙ Petrus non pro se tantum, sed nomine omnium quęsierit, & forte ab illis rogatus, & etiam Matthæus hoc expressit; nã licet de solo Petro dicat, ꝙ quęsierit: tamen subdit ꝙ Chrs increpuerit omnes discipulos pro hac interrogatione. dicẽs adhuc, & vos sine intellectu estis. & tamen non argueret omnes nisi essent omnes participes in hac interrogatione, pro qua eos increpabat. & similis modꝰ loquendi est sępe apud Euangelistas, vt præcedẽ. cap. & Marc. 6. dicitur ꝙ Christus quæsiuit a discipulis cũ saturaturus erat turbas, quot panes habetis. & tñ Io. 6. dicitur ꝙ quęsiuit a Philippo vnde ememus panes ẽt dr̃ supra pręced. cap. & Marc. 6. & Luc. 9. ꝙ discipuli interrogati dixerunt: non habemus, nisi quinque panes, & duos pisces: tñ Io. 6. dicitur, ꝙ Andreas respõdit dicens: est puer vnus hic, qui habet quinque panes, & duos pisces: & tamen declaratum est ibi pręcedenti cap. ꝙ dicebantur respondere omnes discipuli, vel loqui Christus ad omnes, quia licet ad vnum loqueretur, & vnus responderet tamen quęrebat ab vno quasi quæreret ab omnibus, & respõdebat vnus vice omnium, & ita fuit hic factum.

Quare Christus redarguit hic discipulos suos pro inquisitione declarationis parabolæ. Quæst. LI.

QVAERETVR, quare Christus redarguit hic discipulos pro ista quæstione: nam videtur, ꝙ rem licitam egerint quęrentes quod ignorabant si de bono opere nemo increpatur.

Dicendum, ꝙ fuit hoc. Primo ad exprobrandum magnam eorum ruditatem. i. ꝙ tanto tpe cum Christo quotidie docente mansissent, & nihil adhuc didicissent: cum nec istam apertam sententiam intelligerent. & ita Io. 14. arguitur Philippꝰ, qui petiuit a Christo, ꝙ ostenderet ei patrem. i. Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. & ille ait: tanto tpe vobiscũ sum, & non me cognouistis? Philippę, qui videt me videt & patrem meum, quasi dicat, in tanto tempore non cognouistis, quis ego essem: nam & si me cognouissetis pro patre non quęreretis, quia qui videt me videt & patrem meum. Secundo fuit propter abũdãtem gradum ignorantię, quia non solum non intelligebant veritatem huius sententiæ, sed etiam nesciebant an plane, vel in parabolis loqueretur, & ista erat magna ignorantia, vt siquis audiens alium loquẽtem, nesciret an in latino, vel in vulgari loqueretur, qa tũc signum erat, ꝙ nec vnum verbum intelligeret. ita & nunc nesciebant discipuli an Christus plane, vel in parabolis loqueretur: immo putabant ꝙ in parabolis loqueretur: nam dixerũt edissere nobis parabolã istã. & tñ ille plane loquebatur, & hoc Christo erat magna causa eos increpandi. Sic dicit Hieronymus. s. corripitur autem a Domino, quare parabolice dictum putet quod perspicue locutus est, ex quo animaduertimus vitiosum esse auditorem, qui aut obscura manifeste, aut manifesta dicta obscura velit intelligere. Tertio fuit & etiam principaliter, quia discipuli petebãt hoc ex quadam dubitatione scandalosa, nõ quidem quasi non intelligerent, sed quia nesciebat quomodo posset esse verum quod Christus dicebat, & hoc qa forte cum doctrina Pharisæorum non esset nunc noua, sed a multis diebus esset introducta, totus populus illã

F tenebat, & discipuli Christi antequam ad Christum venirent etiam hoc credebant: cum ergo viderent nunc eum prædicantem contra ea, quæ ipsi credebant, scandalizati sunt, sicut & Pharisęi, & ideo cũ aliquali suspitione doctrinæ huius quæsierunt, quomodo intelligeretur, & ob hoc Christus eos increpuit. Sic dicit Chrysostomus, scilicet, ideo Dominus increpat Petrum, quia non erat ex certitudine quod quæsierat, sed ex scandalo, quo sandalizatus erat: turbæ enim non intellexerant quod dictũ erat: discipuli autem scandalizati fuerant vnde a principio quasi pro Pharisæis interrogare volebant, sed quia audierunt eum magna dicentem, scilicet, omnis plantatio &c. repressi fuerunt. sed Petrus qui vbique fer- G uens erat, nec ita silet, & Dominus eum increpat.

Quomodo Christus ostendit, quòd ea quæ intrant in os non coinquinant hominem. Et quomodo cibus intrat in cor. Quæst. LII.

QVAERETVR quomodo Christus ostendit, quòd ea, quæ intrant in os non coinquinant hominem.

Dicendum, quòd Christus accepit inquinari hominem, idest, partem eius præcipuam, quæ est anima. nam alias solum corpus inquinando non dicitur homo inquinari eo modo, quo hic Pharisęi loquebantur, quia etiam siquis non comedebat manibus non H lotis, si tamen habet aliquando manus non lotas tunc immundus est corporaliter, & tamen ipsi non dicunt hominem inquinari per hoc, quòd habeat aliquando manus immundas, sed per hoc, quòd manibus non lotis manducet: ergo de immunditia, qua anima polluitur loquuntur, quasi anima, quæ intra corpus est, pollui posset intrantibus immunditijs ciborũ in corpus: non autem manentibus exterius illotis. Christus autem vult ostendere, quòd etiam cibi immundi intrantes in corpus non polluant animam, & sic persuadet, quia si polluerent animam, oporteret ꝙ eam tangerent, quia infectio fit per contactum. & tamen non tangit cibus animam, quia vadit in vẽtrem, I & postea in secessum emittitur: ideo non potest polluere eam. Et procedit argumentum ex suppositione Iudæorũ. putabant. n. animam in corde esse, quod aũt vadit in stomachum, & deinde in ventrem non tangit cor. & tamen ipsi in corde animã putabant. Quod patet, quia Christus loquens iuxta eorum suppositionem dicit. de corde exeunt cogitationes malæ, &c. & tamen nemo dubitat malas cogitationes ab anima esse, sed quod in ventrem vadit non accedit ad cor. maxime quia postquam in ventrem ista descẽderint, emittuntur per secessum, & sic non manent in corpore ad hoc, ꝙ polluere iam possint. Et hoc magis aperuit Marcus dicens. omne extrinsecus introiens in hominem non potest eum coinquinare, quia non introit in cor eius, sed in ventrem, & in secessum exit K purgans omnes escas. & sic volebat innuere, quòd si immunditiæ concretæ cibis possent intrare in cor, possent inquinare animam, quasi intra cor sit anima, sicut credebant Iudæi. & tamen non accedit cibus ad cor: cum emittatur per secessum.

Sed dicetur, quòd Christus posuit hic duo ex superabundanti, scilicet, escas exire, & non intrare in cor, quia etiam si starent opposita non pollueretur anima. Et patet, quia anima non potest pollui nisi per id quod in ea est, & tamen in ipsa non potest esse cibus, neque tangere eam, neque etiam si cibus semel receptus in corpore maneret ibi semper nunquam tangeret animam: cum anima sit purus spiritus, & cibus nunquam desinat esse de natura corporis. nun-

quam ergo se contingent, & ita non inquinabit animam. Secundum est non intra cor. dicit enim quòd ex eo quòd non intrat cibus in cor, sed in ventrem non potest animam, coinquinare. & tamẽ etiam si intraret in cor non coinquinaret, quia intrando nõ tangerent animam cum ipsa sit purus spiritus: immo cibus intrat in cor, quia cor cum sit quoddam mẽbrum corporis, necesse est ꝙ nutriatur, sicut & cętera membra animalis nutriũtur. & hoc per intus susceptionẽ, & istud susceptum non est nisi de cibo, quia de illo nutritur animal. & sic intrat cibus in cor. Et maxime patet, quia cor augetur, & augmentum non fit, nisi recipiendo alimentum per maiorem quantitatem, quàm depereat per resolutionem. ergo cibus intrat in cor, & tamen non coinquinat. & ideo ista duo dici ad ostendendum, ꝙ aĩa non polluitur per immũditias mãducatas, non erat simpliciter necesse, sed solũ dici, quòd cibus nullus potest animam tangere. & tamen fuit Christo necesse dicere ista duo: & artificiose locutus est sic dicendo. nam vt dicitur primo Politico. argumentatio ad probandum debet procedere ex eis, quæ simpliciter nota, & vera sunt, vel ex eis, quæ sunt nota respondenti. Christus autem arguebat nũc contra Iudæos, quibus propter suam ruditatem, & insipientiam, non erant nota ea, quæ sunt simpliciter vera, sed alia putabantur, & supponebantur ab eis tamquam vera, quæ tamen falsa erant: ideo non debuit Christus vti simpliciter veris, & notis, quia ex illis nihil probaret, sed eis, quæ supponebant illi tamquam vera. Primum autem quod erat radix eorum erat, quia ipsi ignorabant naturam animæ. immo & aliqui eorum negauerunt esse spiritum, vt Sadducęi, vt patet infra vigesimosecundo. & Actuum vigesimotertio: cęteri autem, qui animam esse concedebant, vt Pharisæi, errabant circa naturam animæ putãtes illam communicare cum corpore in natura, ita quòd anima esset aliquomodo corporea, sicut illi qui dixerunt animam esse aerem, vel sanguinem, vel cerebrum. vt dicitur primo de anima. & tunc credebant animam similes recipere passiones in quibusdam, sicut corpus. & sic sicut corpus inficitur per cõtactum, & adhęrentiam rei immundæ, ita si cibus immundus in corpore maneret, putabant animam ex illo pollui. & ad hoc Christus dixit duo, quæ illi supponebant. Primum, quòd non erat idem locus animæ, & ciborum, scilicet, quia anima in corde est, vel vt alij grossius putabant ipsum cor erat anima, & tamen quia cibi non intrabant in cor, sed in ventrẽ, non inquinabant animam. Et si dicatur, ꝙ cibus intrat in cor: dicendum quòd aliquid de cibo intrat in cor, vt dictum est. Christus tamen non assumit hic ea quæ sunt simpliciter vera, sed ea quę Iudæi concedebant, & quia Iudæi nesciebant cibos aliquando ire ad cor, sed in stomachum, & deinde in ventrem, arguit sic Christus quasi cibi nequaquam intrent in cor. Secundum erat, quòd cibi non manebant in ventrem, sed emittebantur per secessum. Et hoc dixit, quia licet cibus non iret in cor si semper maneret in corpore, putabant Iudæi fieri inde quandam corruptionem, & exhalare malum odorem, qui perueniret ad cor: & ita homo pollueretur in anima: ideo dixit, quòd non manebant cibi, sed emittebantur per secessum, & ita non poterant inquinare animam. Ex quo patet, quòd Iudæi putabant aliquam immunditiam esse in homine quandiu cibi interius manent: facta autem digestione, & egestione eum mundum putabant. Sic dicit Chrysostomus, scilicet, cum autem Dominus dicit. omne quod intrat in os in ventrem vadit, adhuc discipulis secundum Iudaicam infirmitatem respondet; dicit enim ꝙ cibus

Quomodo cibus ĩ cor intrat.

Duo quæ Pharisæi p peram supponebant.

A non manet, sed egreditur quamuis etiam si maneret non faceret immundum, sed nondum hoc audire poterant, & propter hoc etiam Moyses tanto tempore dicit esse immundos quanto cibus intus manet: in vespere autem iubet lauari, & mundum esse: quasi tẽpus digestionis, & egestionis dimetiens.

Quomodo Christus dixit omne quod intrat in os in ventrẽ vadit, cum multa retineantur de cibo in corpore. Et quòd mundum, & immundum non eodem modo sumimus nos, & natura. Quæst. LIII.

QVAERETVR quomodo Christus dixit omne quod intrat in os in ventrem vadit, & in secessum emittitur. nam multa retinentur de ci- B bo in corpore, quę non vadũt per secessum, quia aliàs nõ fieret nutritio, nec augmentatio, cum nihil aliud sit vnde fiant nisi alimentum: nam si totum quod suscipitur emittendum esset: nunquam susciperetur, qa frustra susciperetur: natura tñ nihil frustra agit. Aliq dicunt, ꝙ Christus loquitur de sordibꝰ comestis. s. qa immundum quod suscipitur per os vadit in vẽtrem, & deinde totum emittitur per secessum, quia natura separat immundum a mundo, & ita non inquinat, qa non manet. Sed dicendum, ꝙ non stat. Primo, quia non est verum, ꝙ qñ sumitur aliquid immundum, ꝙ totum emittatur: nam non est aliquis cibus de illis, quos nos mundos vocamus, in quo non sit aliqua impuritas quam natura repellere soleat, vt patet in illis, C qui sumunt cibos delicatissimos, nam etiam ibi multum vadit in secessum, etiam non est aliquis cibus tã immundus de illis, quos nos immundos vocamus, in quo non sit aliquid purum, & bonum quod sit naturæ conueniens, & illud sumit in alimentum. Quod patet, quia etiam comedendo semper de talibus cibis viuit animal, & augetur, ex quo apparet ꝙ multum de cibo manet, & conuertitur in substantiam eius. nõ est ergo verum ꝙ totum immundum vadit in secessum. Secundo, quia licet immundum natura emittat: tamẽ non accipitur immundum apud nos, & apud naturã eodem modo, quia nos iudicamus mundum ex aspe- D ctu. s. vbi non est permixtio alicuius fęditatis, quę aspectum offendat: immundum autem ex opposito: natura aũt iudicat immundum id quod ad nutritionem nullatenus est conueniens, mundum vero quod conuenit. ideo nõ emittitur totum per secessum id ꝙ nos immundum vocamus, & sic si illud manens in corpore pollueret animam, necesse erat ꝙ tunc pollueretur qñ sumeretur, quia non totum emitteretur: maxime quia separatio naturæ, qua separatur mundum ab immundo fit per partes minutas, nam in quolibet quantumcunque nitido, & mundo, in quo nos nullam fęditatem inueniamus, inuenit natura multo de impuro, & separat illud: in immundo etiam quod nos vocamus sunt multæ partes puræ, quas natura eligit, vt dictum est: ideo accipiendo hoc modo non satisfacit. Tertio quia Christus videtur hic locutus genera- E liter: nam dixit omne quod in os intrat in ventrẽ vadit, & in secessum emittitur, & ideo tam de cibo mũdo quàm de ĩmundo loquitur. & patet apertius Mar. 7. ꝙ intelligitur de omni cibo mundo, vel immundo, scilicet, omne extrinsecus introiens in hominem, nõ potest ipsum coinquinare, quia nõ introit in cor eius, sed in ventrem, & in secessum exit purgans omnes escas: ergo omnes istę purgant per secessum. i. emittũtur. Propter hoc aũt aliqui putauerũt quòd Christus ex ignorantia naturalis scientiæ dixit hoc. cum constet multum de escis fundi per membra, & transire in corpus. & de hoc arguebant eum Gentiles, qui volunt calumniari dicta Euangelica, sicut Iulianus Im-

peratator Apostata, & Porphyrius, quorum studium fuit libellos quosdam condere impugnatorios dictorum Euangelicorum. Sed Hieronymus soluit dicens, quòd omnia in secessum vadunt, quia prius esca tenera, & liquida transit per omnia membra, & postea per quosdam meatus secretos tendit in secessum cum ait: ex hac sententia quidam calumniātur, quòd dominus Physicæ disputationis ignarus, putet omnes cibos in ventrem ire, & in secessum digeri; cum non statim infusæ escæ per artus, & venas, & medullas, neruosque fundantur. Sed sciendum, quòd tenuis humor, & liquens esca cum in venis, & artubus concocta fuerit, & digesta per occultos corporis meatus, quos Græci poros vocant, ad inferiora dilabitur, & in secessum vadit. Et tamen non est hoc tenendum, vt significatur in cortice literæ Hieronymi, sed dicendum, quòd cibus transmissus in ventrem, habet quasdam partes grossas, & fœculentas non aptas ad nutritionem, & illas post separationem per decoctionem, quæ fit in stomacho, natura immittit ad intestina, & inde per secessum dilabuntur: ceterę autem subtiliores partes rursus transmissæ ad epar digeruntur, & aliquid ex eis in sperma transit tempore, quo natura potens tam in masculo, quàm in fœmina sperma gignit (vocando large sperma sanguinem fęmininum, de quo formatur fętus) reliquum vero illarum partium transmittitur ad venas, & inde per omnes artus corporis, & transit in membra, & siquid in hac vltima digestione superfluum est, emittitur per poros per sudorem, vel aliam euaporationem: non tamen dilabitur in secessum per secretos meatꝰ, quia per secessum non vadit nisi materia grossa, & fęculenta. Quod apertius dixit August. lib. 83. quæstionum, scilicet, alimenta carnis corrupta, idest, amittētia formam suam; in membrorum fabricam migrāt, & corrupta reficiunt, idest, illud quod perierat per resolutionem in aliam formam per conuenientia trāseuntia, & per vitalem motum dijudicantur quodam modo, vt ex eis in structuram huius pulchri, & visibilis corporis, quæ apta sunt assumantur. non apta vero per congruos meatus abijciantur; quorum aliquid fęculentissimum redditur terræ ad alias formas assumendas; aliud per totum corpus exhalat, idest, per poros, qui sunt in omni corpore; aliud totius animalis latentes neruos accipit, & inchoatur in prolem. i. per occultas venas transit per omnia membra, vt inde fiat conuersio in singula membra secundum suā exigentiam. Ideo aliqui volentes saluare dictū Christi dicunt, omne quod in os intrat in ventrem vadit, & in secessum. i. aliquid de omni quod intrat in os vadit in secessum, quia nihil est tam purum in cibis, in quo natura non separet aliquam fęculentam impuritatem, & illam per secessum emittit, & ita tenet Nico. Sed non stat, quia tunc non satisfacit Christus Iudæis, quia tunc idem argumentum erit de cibo mūdo, & immundo: cum de vtroque partes aliquæ maneant, & aliquæ emittantur per secessum, & illæ, quæ manent polluent hominem. Sed dicetur, quòd possit stare sic, scilicet, natura euacuat per secessum id quod immundum est, & de quolibet cibo etiam de eo, quem mundum iudicamus: ergo a fortiori euacuabit ea, quæ sunt immunda de cibo immundo, & ita non manebit aliquid sordidum quod possit inficere animam.

Dicendum, ꝙ non stat. Primo, quia licet de quolibet cibo emittat id quod inconueniens est sibi: tñ nunquam totum emittit, & tamen de cibo immundo iudicabant Iudæi nullam partem esse mundam, nec licere accipi illam in cibum: ergo quæcunque manentes polluerent hominem. Secundo, quia supponeretur apud Iudæos aliquid manere quod conuerteretur in mēbra: & poneretur ꝙ conuertebatur aliquid in substantiam cordis, & ita cibus intrabat in cor, quia nutritio fit per intus susceptionē, sed Christus ex suppositione Iudæorum dixit cibum non intrare in cor, Mar. 7. ideo non stat hoc ad satisfaciendum Iudeis, licet absolute sit verum, quòd de quolibet quod intrat in os, aliquid vadit in secessum.

Aliter ergo dicendum, ꝙ cum Christus non procedat hic ex veris simpliciter, sed ex eis, quæ vidētur respondenti, vt dictum est, sicut putabant isti simplices Iudæi, ꝙ esca suscepta in corpore non transiret in substantiam corporis, sed ꝙ factis quibusdam alterationibus tota emitteretur, ita & Christus locutꝰ est dicens, omne quod intrat in os vadit in secessum, quod magis aperitur Mar. 7. scilicet, Non intrat in cor sed in ventrem, & in secessum exit purgans omnes escas. i. euacuans omnes escas sumptas. Et tunc stat ratio Christi contra istos, scilicet, cibus sumptus non manet in corpore, sed emittitur: ideo non potest coinquinare animam, quæ in corpore est, & tamen si Iudæi recte de natura animæ sentirent, non fuisset opꝰ contra eos his argumentis, sed solum, ꝙ spirituale, & corporale non se contingunt, ideo vnum non potest inficere aliud.

Quare Christus nominauit ista vitia, quæ in litera habentur, & non plura. Et quid sit fornicatio, nequitia, impudicitia, oculus malus, blasphemia, superbia & stultitia.

Quæst. *LIIII.*

QVAERETVR, quare Christus nominauit ista vitia, quæ habentur in litera potius q̃ alia, aut nō plura neque pauciora. Aliqui dicunt, ꝙ hoc fuit, qa per hæc intelliguntur omnia peccata, eo ꝙ peccata sunt ꝯ decalogum directe, vel per reductionem, & nō est peccatum quod ad decalogum non reducatur, & tñ per hæc accipiuntur vitia ꝯ omnia præcepta decalogi, quorum sunt septem ad proximum, & nominantur hic peccata, q̃ sunt ꝯ illa, vt adulteria, & fornicationes ꝯ illud non mechaberis, & non concupisces vxorem alienam. homicidia sunt ꝯ illud non occides. furta ꝯ illud non furtum facies: falsa testimonia ꝯ illud non falsa testimonia dices; blasphemia ꝯ præcepta, quæ sunt ad Deum, scilicet, non assumes nomen Dei tui in vanum. Sic dicit Glo. ideo non fuit opus plura nominari. Sed dicendum, ꝙ non nominauit Christꝰ ista sola, sed etiā alia, vt patet Mar. 7. s. de corde hoīm procedūt malę cogitationes, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitia, oculus malus, blasphemiæ, superbia, stultitia. & ideo oportet, ꝙ omnia hæc saltem dixerit; cum Marcus hæc asserat Christum dixisse. mala cogitatio ponitur tamquam principium omnis peccati, adulteria, scilicet, coitus cum aliena vxore, vel qui est coniugatus si accedit ad non cōiugatam adulterium est. Fornicationes solent proprie vocari coitus soluti cum soluta, quem vocamus simplicem fornicationem. & quando vocamus fornicationem non exprimendo amplius, solemus intelligere de simplici. Et tamen hic videtur, quòd accipiat fornicationes pro omni illicito coitu, vel vsu membrorum genitalium, quia talis vsus est peccatum. Et hoc est, vt aliqui volunt, quia Christus dixit pluraliter fornicationes, & tamen si de sola simplici loqui voluisset sufficeret dici fornicationem, Sed hoc nō multum mouet, quia etiam alia vitia ponuntur hic pluraliter, vt adulteria, furta, falsa testimonia, homicidia. Sed dicetur, quòd intelliguntur multæ species illiciti coitus, vt non solum videatur Christus vetuisse adulteriū & sim-

& simplicem fornicationem, sed etiam omnem coitum illicitum. Melius tamen est, quòd accipiatur fornicatio pro simplici sola, eo quòd postea ponitur aliud quod designat ceteros coitus illicitos, scilicet, impudicitia, & tamen in hoc non multum differt qd velimus intelligere, & tamen saltem non accipietur omnis illicitus vsus vasorum genitalium per fornicationem qui fit præter adulterium, quia tunc superuacue poneretur impudicitia: homicidia, & furta nota sunt quid sint. Auaritia accipitur pro illicita retentione, scilicet, quando quis vult retinere rem, quæ ad eū non peruenit iusto titulo, vel quādo quis tenet aliqd iuste, & tñ obligatur subuenire pauperi in necessitate, & non subuenit propter tenacitatem: illam tenacitatem vocamus auaritiam. Nequitia est in calumniādo proximū quando quis per calumniam falsa crimina opponendo, vel ex falsa causa nocet illi, aut nocere nititur. Dolus & fraus in deceptione consistunt, siue fit per verba, siue per alia exteriora ostensa. Impudicitia est omnis corruptio mentis, & corporis quantum ad libidinem, & potest hic accipi pro omni illicito vsu, vel desiderio vtendi membris genitalibus præter adulterium, & simplicem fornicationem, quæ expressa fuerunt. Oculus malus dicitur quādo quis malo animo aspicit alterum, siue hoc ostēdatur in aspectu, siue non, & ita hostis oculum malum habet ad hostem, quia ex ira eum, & odio respicit, aut ex inuidia. Sic etiam adulator malum oculum habere dicitur, quia non recte videndo, quæ proximi sunt blandiendo eum ad mala deducit, & ita inuidi malū oculum dicuntur habere, vt infrā vigesimo, dixit paterfamilias, an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? & tamen nequitia oculi fuit ibi inuidia, quia inuiderunt primi, quia vltimi fierent eis æquales. Blasphemia est, qua aliquid contra honorem Dei proferimus siue attribuendo ei quod non habet. vt dicēdo, quòd natura diuina est corporea, vel cibo vtens, aut negando quod habet, vt dicendo, quòd Deus nō est omnipotens, neque est clementissimus. Superbia est appetitus immoderatus honoris, quo homo contra Deum extollitur, nolendo ei subijci, vel nolendo confiteri quòd ab eo aliquid recepit, aut contra proximum extollitur iniuste nocere volendo. Stultitia est qua quis non recte sentit de Deo, eo modo quo sapientia opponitur stultitiæ, vel vt opponitur prudentiæ est stultitia, qua quis non recte iudicat de agendis; & ideo praue, & inordinate agit, & sic communiter accipimus de his Theo. & Glo.

Quæ intētio fuit Christi in hac parte literę secūdū Docto.

Dicendum autem, quòd intentio Christi fuit hic ostendere, quòd nihil intrans in os inquinat hominem, sed omnia vitia, quæ exeunt de corde inquināt illum, & quia vitium non est in corde, nisi per cogitationem, & electionē dicendo, quòd a corde exeūt malæ cogitationes, tanguntur omnia vitia, scilicet, quòd omnia illa inquinant animam, vel hominem, & ideo non erat necesse poni aliqua alia vitia vltra cogitationes, quia tamen Iudæi non putabant esse peccatum in animo, sed in opere exteriori, posuit peccata, vt sunt in opere, & tunc non poterant omnia poni: ideo voluit ponere ea, quæ communiora erant, idest, quæ magis veniunt in quotidianum vsum, & etiam de quibus minus dubitarent Iudæi, quòd erāt peccata. & de his dixit, quòd polluebant animam, & ita omnia alia vitia polluunt animam; cum ab anima procedunt per viam cogitationis.

Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri, & Sidonis. Et ecce mulier Chananæa a finibus illis egressa, clamauit dicens ei: Mi-

serere mei Domine fili Dauid, filia mea male a dæmonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. At illa venit, & adorauit eum dicens: Domine adiuua me. Qui respondens ait. Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam Domine. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus ait illi: O mulier magna est fides tua, fiat tibi, sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

2. q. 7. c. testes. l. 19. — Mar. 7. — Mar. 8.

Et egressus. Quia Christus supra confutauerat in Iudæis quēdam infidelitatis errorem, hic subditur quō illis dimissis transit ad tempus ad Gentiles commendando in eis fidei amorem. & dr̄. *Et egressus inde Iesus.* Idest, de terra Genesareth, in qua nunc erat cum Pharisęis disceptans. *Secessit in partes Tyri, & Sidonis.* Idest, iuit ad terras coniunctas illis duabus ciuitatibus. nam in Tyrum, aut Sidonem non legitur nunc intrasse.

Et ecce. Idest, statim. nam mox vt venit Christus in regionem illam: venit ad eum mulier Chananæa, vt innuitur Mar. 7. *Mulier Chananæa.* Idest, de stirpe Chananæorum. qui adhuc manebant in regione illa.

A finibus illis egressa. Idest, de prouincia Tyri, & Sidonis. *Clamauit.* Magno desiderio tenebatur pro salute filiæ. & etiam fidem magnam conceperat, quòd Christus eam sanare posset: ideo clamabat importune, vt saltem sic exaudiretur. *Dicens miserere mei.* Non petebat aliquid mulier ista pro se, sed pro filia. & tamē quòd illi conferretur sibi iudicabat conferri.

Domine. Reuerentiam, & subiectionem ostendit, quia non solum eum sapientem, aut Prophetam appellauit, sed Dominum. *Fili Dauid.* Idest, Messias. nam de stirpe Dauid venturus erat Messias. Ioan. 7.

Filia mea male a dæmonio vexatur. Idest, dure vexat̄. erant quippe dæmones quidam sęuiores alijs, quibus maior nocendi dabatur potestas, & illi nimis torquebant. *Qui non respondit ei verbum.* Silicet, licet multū clamaret: non dixit ei faciam, aut recede, quia non faciam, sed permittebat eam clamare, & hoc erat mulieri ad maiorem molestiam, quia videbatur valde cōtemni. *Et accedentes discipuli.* Scilicet, ad Christū postquam mulier nō exaudiebatur ab ipso. *Rogabant eum.* Scilicet, ꝙ sanaret filiam illius. *Dicentes.* Dimitte illā, idest, expedi, sicut accipitur præceden. cap. & Marc. 6. ꝙ Iesus mansit dimittendo turbas, idest, expediendo eas a se, dum discipuli ascenderant nauiculam, & petebant expediri illam concedendo illi id quod petebat, quia aliàs non rogarēt pro illa, sed ꝯ eam, maxime qa Christus respondit eis, ꝙ non erat missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel, & tamen si illi peterent quod expediret eam iubendo illi recedere non respōderet Christus sic. *Quia clamat post nos.* Idest, inquietat nos veniendo post nos per viā, & inquietabit amplius. nam videntes discipuli importunitatem mulieris, & confidentiam eius in petendo, putauerunt, quòd semper sequeretur eos per viam clamādo quousq; Christus ꝯcederet ei quod petebat. & sic affligeret

ret eos clamoribus. *Ipse autem respondens*. Scilicet, ꝙ non liceret concedere mulieri quod petebat, ait.

Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Idest, non est licitum hoc facere, quia ego non veni nisi pro ouibus, quę perierunt de domo Israel, vt reducerem, & colligerem eas ad ouile, scilicet, pro Iudæis. ista autem Chananæa est.

At illa venit. Idest, accessit prope Christum, cum enim discipuli orassent pro ea, nec obtinuissent, ipsa non destitit orare, sed tunc magis ad eum accessit, vt efficacius oraret.

Et adorauit eum. Scilicet, cecidit ad pedes eius in terram prona, vel genibus flexis, quod erat adorare.

Dicens Domine adiuua me. Idest, da mihi quod peto. & accipitur large adiuuare, nam adiutor est, qui aliquid tribuit, & non totum. vel qui ad consequēdum aliquid concurrit, sed non confert illud. Christus autem totum collaturus erat hic, & ita mulier ab eo totum sperabat quod petebat, & tamen dixit: adiuuare, quia ista est consuetudo scripturæ. sic enim dicitur quòd Deus est nobis adiutor fortis, & Domine ad adiuuandum me festina. & non solum est hoc in negocijs, in quibus nos aliquid possumus, & cętera Deus facit, sed etiam vbi totum confertur ab extra a Deo dicitur adiuuare. sic dicitur Mar. nono, de illo, qui petens a Christo liberari filium suum a dæmone ait: Domine si quid potes adiuua nos, misertus nostri. & ita hic erat adiuuare.

Qui respondens ait. Excusabat se, vt non faceret, quasi videretur nolle concedere quod illa petebat.

Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Grauis, & aspera responsio erat, quæ nimis irritaret cor mulieris, nisi esset fide & patientia solidatū, quasi dicat, non petis iustum, quia sicut sumere panem, qui est necessarius pro filijs, & dare canib⁹, est iniustū: ita virtutes, quę faciendę erant ad curationes Iudęorū, qui filij vocantur, expendere in vtilitatem Chananęorum videbatur illicitum.

At illa dixit, etiam Domine. Idest, tu Domine dicis, quòd non est bonum dare panem filiorum canibus; & tamen bonum est aliquid de illo dare, saltem micas cadentes. ita tu potes dare mihi nūc miraculosam curationem filiæ meæ de his curationibus, quæ iam superabundant Iudęis: inter quos fecisti plurimas, & quotidie facis.

Nam & catelli. Inducit probationem per exemplū catellorum. vocantur catelli parui canes, quia est diminutiuus de canis.

Edunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum. Idest, canes aliquid edunt de mensa dominorum, non quidem de eo quem comesturi sunt domini, sed de micis cadentibus de cibo dominorum. sed Marc. 7. dicitur: nam & catelli comedunt sub mensa de micis puerorum, idest, de reliquijs filiorum, qui vocantur pueri, quia parui sunt, sic Isa. 8. dicitur ego & pueri, quos donauit mihi dominus, idest, filij mei. & 1. Politico. c. primo, vocantur pueri, & puerorum pueri. i. filij, & filij filiorum. i. nepotes in cōmunicatione homogalatarum, & istud dictum est magis ad propositum. s. ꝙ non comedunt canes panem filiorum, sed de micis, quę cadunt de pane filiorum sub mensa.

Tunc respondens Iesus. Scilicet, quando ista mulier respondit catellos edere de micis, quia iam non videbat ꝙ posset esse maior fides, neque patientia, neque humilitas. *Ait illi o mulier magna est fides tua*. Idest, quia tāta est fides tua, non potest negari tibi quod petis.

Fiat tibi sicut vis. Idest, sanetur filia tua, sicut tu petis,

Et sanata est filia eius. Idest, liberata a dęmone, a quo dure vexabatur. *Ex illa hora*. Idest, ex hora, qua Chrs dixit fiat tibi, sicut vis, vt ostendatur ꝙ Christus subito

F operabatur, eo ꝙ Deus erat, & non egebat longis temporis successionibus, sicut naturalia agentia, vnde qñ mater redijt in domum, inuenit puellam iacentem supra lectum, & dęmonium exiuisse.

Quæ sint istæ duæ vrbes, scilicet, Tyrus, & Sidon, & earum situs. Quæst. LV.

QVAERETVR quę sint istę duę vrbes, de quib⁹ hic dicitur, scilicet, Tyrus, & Sidon.

Dicendum ꝙ sunt duę vrbes in terra Phęnicis, & ideo mulier ista, quæ hic vocatur Chananęa, vocatur Syrophęnissa Mar. 7. idest, de terra Phęnicis, & sunt in terra, quę data est Iudęis in sortem: data fuit enim G eis tota terra Chanaan, & eam sorte diuiserunt: vnde Tyrus, & Sidon sunt in sorte tribus Aser, vel iuxta illam. vnde Iosue decimonono, quando ponuntur sortes tribuum dicitur de tribu Aser, quòd sunt eius exitus vsque ad Sidonem, & vrbem munitissimam Tyrum. sunt autem istæ duę vrbes in litore maris, & maxime Tyrus: nam est in corde maris, vt dicitur Ezechi. vigesimoquinto, & hoc quia tota circundatur mari, nisi ex vna parte, qua est accessus per terram. Sidon etiam est iuxta mare, sed non est circundata freto, distat autem Sidon a Tyro per 21. leucas vel quasi, vt patet in libro de situ terre sanctæ, vt tradit Marinus venetus. Erat autem Tyrus ciuitas famosissima regni Metropo. de qua erat Hiram rex Ty- H ri, qui erat amicus Dauid regis Iudæorum: misitque ei ligna ad ędificandum domum. 2. Regum quinto. Est autem tam Tyrus, quàm Sidon ad radices libani, ex parte Occidentali montis libani, scilicet, vbi libanus maxime appropinquat ad mare, & ideo Tyrij, & Sidonij cędebant omnia ligna de monte libano, quæ posita fuerunt in templo Domini, & vehebant ea per mare in ratibus vsque in Iopen, & inde serui Salomonis sumentes ea portabant in Ierusalem tertio Regum quinto, & secundo Paralipom. secundo, & ita Tyrij, & Sidonij erant boni cęsores lignorum. Sic dixit Salomon ad Hiram regem Tyri, nō est in populo meo, qui sciat ligna cędere, sicut Sidonij. Est autem Tyrus magis propinqua Ierusalem quàm Sidon, quia Sidō est magis Aquilonaris, quàm Tyrus per vndecim I leucas per litora maris Mediterranei: fuit autem Tyrus semper gloriosior vrbs quàm Sidon, & potissime propter magnum conuentum mercatorum in ea: erant quippe ibi famosæ nundinę concurrentibus illuc per mare gentibus multis de cuius laudibus multa ponuntur Ezechie. vigesimoseptimo. Et de hac vrbe fuit Dido regina, quæ Carthaginem magnam in Lybiam condidit fugiens tyrannidem fratris sui occiso viro suo Sichęo, quæ vrbs septuaginta annis ante vrbem Romæ condita est: vnde habitatores Carthaginis dicuntur Tyrij, scilicet.

Vrbs antiqua fuit Tyrij tenuere coloni.
Carthago Italiam contra Tyberinaque longe. Ostia.

vt ait Virgil. 1. Aeneidos. fuit euersa hęc ciuitas ꝑ Ale- K xādrū, qa restitit ei ꝑꝑ Dariū regē Persarū, sed postea habitata est. Sidō aūt erat olim lōga ciuitas, & angusta posita in litore maris, postea vero penit⁹ dissipata est: ita vt nō relinquat̄ ibi nisi vnū casale, & ꝓuincia intermedia erat ad quā Chrs ibat nūc. s. q̄ erat adiacēs Tyro & Sidoni: nec enim lōge distabat terra, in qua nūc Chrs erat a Tyro, & Sidone; erat enim in Bethsaida, quæ est apud Capharnaū, vt declaratū est ꝑcedēti ca. & erat Capharnaū citra mare Galileę ad partē Occidētalē ei⁹, distat ab vrbe Tyri quasi leucis 20. aut parū pl⁹: a Sidone aūt distat quasi leucis 25. aut parum amplius, & est intermedia Galilæa inferior, q̄ vocat̄ Galilæa gentiū, de qua dicit̄ Isa. 9. & supra 4. & ita ꝑ regionem

nem illam venit vsq; ad adiacētia loca Tyro, & Sidoni. De his dicit Remigius, Tyrus, & Sidon ciuitates sunt Chananæorum. nā Tyrus Metropolis fuit Chananæorum. Sidon terminus eorum respiciens ad Aquilonem.

Ad quid nunc Christus iuit in partes Tyri & Sidonis. Quæst. LVI.

QVAERETVR ad quid nunc Christus iuit in partes Tyri, & Sidonis. Dicendum, ꝙ fuit, Primo propter indignitatem Iudæorum. nam Pharisæi Christo indigni erant, qui eum persequebantur, & propter veritates ab eo dictas scādalizabantur: ideo nunc iuit ad gentes ad tempus. Sic dicit Hieronymus: Scribis, & Pharisæis calumniatoribus derelictis, transgreditur in partes Tyri, & Sidonis. Sic etiam dicit Theophilus, postquam de escis Dominus docuerat videns incredulos esse Iudæos, fines ingreditur gentium: Iudæis enim infidelibus, salus ad gentes conuertitur. Secundo fuit, quia Christus volebat sanare mulierem Chananęam, quę manebat in terra Tyri, & Sidonis, & si illuc Christus non iret, forte mulier nunquam veniret ad Christum, & quia bonę fidei mulier erat, voluit illuc ire, vt eam sanaret. Sic dicit Hierony. Scribis, & Pharisæis calūniatoribus derelictis, transgreditur in partes Tyri, & Sidonis, vt Tyrios Sidoniosque curaret. Et dicendum, ꝙ licet dicatur venisse Christus nunc ad fines Tyri, & Sidonis: vere tamen erat iuxta Tyrum, quia curata muliere ista declinauit Christus per latus maris versus Sidonem, & inde redijt in Galilæam. sic dicitur Marc. 7. vbi posito isto miraculo sequitur. & iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilęæ.

Quomodo iuit nunc ad terram Gentilium, cum ipse præceperat Apostolis ne abirent in viam gentium, & Samaritanorum. Quæst. LVII.

QVAERETVR quomodo Christus iuit nunc ad terram Gentilium, quia dixit supra 10. In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorū ne intraueritis. potissime quia inter omnes gentes nulli erant cum quibus minus liceret communicari Iudæis, q̄ Chananæi, quia cum alijs licebat habere pacem, vel recipere eos in seruos: Chananęos autem nulla conditione pati poterant inter se viuere, scilicet, neque amicitię, neque seruitūtis, Deuter. 20. & tamen isti Tyrij, & Sidonij, ad quos nūc Christus venit Chananæi erant, cùm ista mulier vocetur Chananæa. Aliqui dicunt, quòd nondum data erat lex illa de non prædicando Gentilibus: ideo licebat hoc fieri. Sed non stat, quia prius ponitur illud ꝑceptum datum q̄ ista itineratio Christi ad terram Tyri, & Sidonis, quia illud est supra 10. & illud patet ex ordine Marci, quia Mar. 6. ponitur missio Apostolorū, & potestas eis data, & Mar. 7. ponitur hoc de itineratione in Tyrum, & Sidonem.

Dicendum ergo, ꝙ post illud pręceptum datū fuit; tamen Christo non erat illicitū hoc agere, quia Chrs non arctabatur obedire præceptis suis, quia non erat illis subditus, neque poterat subijci, quia non potest quis subijci nisi maiori: & tamen Christus non erat maior seipso: ideo non obligabatur præceptis suis, sed discipuli obligabantur quando a Christo mittebant̄. Secundo, quia dato ꝙ teneret̄ Christus illo præcepto nō videret̄ agere ꝯ illud. nā ibi vetuerat ꝑdicare Gētilibus. nā intrare in ciuitates Gētiliū, & Samaritanorū dum non intrarent ad prædicandum licitum erat, qa ad comedēdū licitū erat illuc intrare, sicut Christ⁹ se-

A mel misit discipulos ad quendam locum Samaritanorum, vt ei ibi pararent cibos, & Samaritani noluerunt recipere Christum in vrbe Luc. 9. & interdum intrabant discipuli pro cibis in vrbes Samaritanorum, vt afferrent ad iter, sicut fuit Io. 4. sed prædicare Gentilibus, & Chananæis illicitum erat: Christus autem nūc non prædicauit, sed solum curauit mulierem a dæmonio, ergo non egit contra legem illam. Tertio, quia illa lex intelligebatur de publica prædicatione, & nō de occulta, & tamen occulte poterant discipuli aliqua pauca verba dicere Chananęis, si intrarent in vrbes eorum propter aliud, & ita Christus quando nunc iuit non intendebat prædicare, sed occultus trāsire. Quod patet, quia Mar. 7. dicitur, abijt in fines Tyri, & Sido- B nis, & ingressus domum neminem voluit scire, & tamen si intenderet prædicare omnibus se ostenderet, vnde nec curationem facere intendebat, nisi magna foret mulieris importunitas: dixerat enim non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Sic dicit Chrysosto. considerandum autem, ꝙ quando ab escarum obseruatione Iudæos eripuit: tunc & Gentilibus viam aperit, sicut Petrus prius visus est in visione hanc legem soluere, & tunc mittitur ad Cornelium. siquis autem quærat cum discipulis suis dixerit in viam gentium ne abieritis, qualiter hanc ambulat viam, ei respondet dicens primum quidem illud dicemus, quoniam non erat obnoxius præcepto quod discipulis dederat. secundo, quia nec prædicaturus abijt, vnde Marcus dicit, quoniam occultauit seipsum.

C

Ad quid iuit Christus in terram Tyri, & Sidonis. Eo quòd Christus sæpe relictis Iudæis ibat ad Gentiles sanans eos, & hoc in opprobrium gentis Hebraicæ credere nolentis. Quęst. LVIII.

QVAERETVR ad quid Christus iuit in terram Tyri, & Sidonis cum ibi nihil egerit.

Dicendum, quòd iuit illuc, vt mulierem istam sanaret, nam etiam si nihil aliud in regione illa faceret, istud erat sufficiens, vt huius itinerationis labores Christus sumeret: sic enim fuit D quando Christus nauigauit in terram Gerasenorum, quia nihil ibi egit, nisi sanare duos arreptitios, & mox reuersus, quia incolæ rogauerunt, quòd recederet non audito verbo prædicationis eius supra octauo, & Marc. quinto, & Luc. octauo, & tamen pro illo bis transfretauit mare Galilęæ. Secundo fuit ad cōmendationem magnam virtutis fidei in Gentilibus, & opprobrium Iudæorum: ipsi enim videntes magna miracula nihil credere volebant, & Gētiles cum nihil adhuc vidissent magna credebant. & ita Christus in eis laudat valde fidem, sic patet supra octauo, in Centurione, qui Gentilis erat, & dixit, quòd solo verbo poterat Christus absentem sanare, & dicitur, quòd Christus admiratus est fidem illius, & conuersus sequentibus se dixit, amen dico vobis non inueni tantam fidem in Israel. & ita etiam nunc mulieri isti E Christus dixit, o mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Tertio fuit, quia non solum sanauit istam mulierem, sed etiam aliquos alios sanauit: licet Euangelistę non expresserint, quia non omnia gesta Christi exprimuntur Ioan. vigesimo. Et ita tenet Hieronymus dicens, Scribis, & Pharisęis calumniatoribus derelictis transgreditur in partes Tyri, & Sidonis, vt Tyrios Sidoniosque curaret. Et hoc verisimile est, quia ista curatio mulieris fuit iuxta Tyrum, & inde processit in Sidonem, quæ magis distabat, & erat illa terra Chananæorum, & postea redijt in Galilæam, Mar. 7. scilicet, & iterum exiens de finibus Tyri venit per Sidonē ad mare Galilęæ. & tñ nō iret

Christus frustra in Sidonē, quia facilius erat redire de Tyro in mare Galilęæ, quàm ire inde in Sidonem, & postea redire in mare Galilęæ: cum plus distaret mare Galilęæ, idest, Capharnaum, vel Bethsaida a Sidone, quàm a Tyro, vt ostensum est supra quæstio. 56. & ita aliquos curaret in regione illa, & tamen etiam si non ageret, nisi sanare filiam Chananęę, & per hoc exprobrare infidelitati Iudæorum, satis erat ad itinerationem istam. sic dicit Remigius, scilicet, iuit autem vt Tyrios Sidoniosque sanaret, siue vt filiam huius mulieris a dæmonio liberaret, quatenus per eius fidem Scribarum, & Pharisæorum nequitiam condemnaret,

An ista mulier erat Chananæa. Et quòd Syria multas sub se continet regiones. Et decem sunt Syriæ. Quæst. LIX.

QVAERETVR de muliere ista, an erat Chananęa, & quomodo poterat esse Chananæa: nam videtur, ꝙ non erat Chananæa, quia Marc. 7. dicitur, quòd erat mulier ista Syrophęnissa genere.

Dicendum ad hoc, quòd mulier vere erat Chananæa, sicut hic dicitur. & etiam erat Syrophęnissa, nec vnum alteri repugnat, sed coincidunt. dicitur enim Chananæa, quia erat de genere Chananęorum, quæ gentes tenuerunt terram Iudæorum olim, & manebant adhuc in parte eius: dicitur autem Syrophęnissa genere, idest, de Syria phęnicis.

Est enim Syria magna regio comprehendens sub se multas regiones particulares; nam in Syria est tota terra Iudæorum, & Philisthinorum, & Ammonitarum, Moabitarum, & Idumæorum, & Damascenorū, & aliæ gentes multæ. Vnde ponunt esse decē Syriæ. Prima est Syria Mesopotamiæ, & est multum Aquilonaris, in qua habitauit Abraham antequam veniret in terram Chanaan, & ibi habitabat Laban, ad quem iuit Iacob Genes. vigesimonono cap. Secunda Syria est coniuncta isti, & est magis versus Meridiē, & vocatur Syria celes, vt patet secundo Regum decimo, & vocatur Celesyria, idest, Syria celes, vt aliquā do nominatur in libro Machabæorum, & in hac est ciuitas Metropolis Antiochia. Tertia Syria est Phęnicis, de qua nunc loquimur, eo ꝙ in ea est quædam parua regio, quæ vocatur Phęnicia, a nomine conditoris, qui cœpit eam habitare, scilicet, Phęnice fratre Gathan, & in hac Phęnice est ciuitas Tyrus præcipua, & Sidon, & Anteradum, & Berithum, quod vulgariter vocatur, Baruth, & Tripolis, & aliæ vrbes, & est iuxta libanum, & mare. Sunt septem alię Syriæ tendendo semper versus Meridiem, de quibus late dictum est supra 4. capi. qō. 120. & de hac Syria erat mulier hæc, & dicta est Syrophęnissa, idest, de Syria Phęnicis, vt non intelligatur, quòd esset de aliqua aliarum nouem Syriarum, & ita mulier ista erat Syrophęnissa, idest, de Syria Phęnicis, & erat Chananæa, quia Chananæi habitabant in regione illa.

Quomodo poterat esse Chananæa mulier ista, quia Deus iusserat omnes occidi. Et quòd omnes populi terræ promissionis, qui erant septem nominantur quandoque Chananæi in scriptura licet gens Chananæorum esset vna de illis. Qō. LX.

QVAERETVR quomodo poterat esse Chananæa mulier ista, quia Deus iusserat Israelitis, ꝙ occiderent omnes Chananęos, Deuteronom. vigesimo. Et sic videtur, quòd nullus maneret de stirpe eorum. Dicendum, quòd tota terra, quæ data fuit Iudæis erat terra Chananæorum, quorum fuerunt septem gentes, scilicet, Amorrhęi, Iebusæi, Euęi, Ethæi, Pherezęi, Chananæi, Gergesæi: Deuterono. septimo, & licet vna gens istarum septem specialiter vocentur Chananæi: tamen etiam omnes gentes septem solent vocari gens Chananæorum, & terra, in qua habitabant vocatur tota terra Chanaan. Istas septem gentes Deus promisit Iudæis eijcere ante faciē eorum, & Iudæi ingressi in terram eorum occiderunt reges multos ipsorum, scilicet, triginta vnum, vt patet Iosue duodecimo capit. & tamen manebant adhuc aliquæ gentes, & loca Chananæorum: noluit enim Deus ad introitum Iosue occidere omnes Chananæorum populos, quia terra erat magna, & Iudæi non possent replere eam habitando: vnde crescerent bestiæ in terra non existente habitatore, & esset hoc periculum: ideo successiue, & non simul voluit dare terram Iudęis Exodi vigesimotertio. Manserunt autem post mortem Iosue multa loca Chananæorum, quæ non fuerant Iudæis tradita, Iosue decimotertio, & Iudicum tertio, & iubebat Deus Israelitis, quòd nō facerent pacem cum his gentibus, neque tenerent eas in tributarias, sed occiderent, Deuteronomij vigesimo: sed Iudæi noluerunt, sed aliquos subijciebāt in tributarios, & contra illos non pugnabant. Et quia tpe Salomonis fuit regnum Iudæorum in flore, tunc omnes qui residui erant de populis Chananæorum seruierunt Salomoni sub tributo tertio Regum nono, & secundo Paralipom. octauo, & ita manserunt in pace, & tamen erant adhuc multi Chananæi: nam Philisthini erant Chananæi: etiam Tyrij, & Sidonij erant de stirpe Chananæorum, ideo potuerunt vsque ad tempora Christi durare Chananæi, & manebant pręcipue in terra Tyri, & Sidonis: nam contra istos non pugnauit Dauid, quia Hiram rex Tyri, & Sidonis fuit amicus Dauid, secundo Regum quinto: fuit etiam postea amicus Salomonis: deditque ei ligna pro templo Domini tertio Regum quinto, & secundo Paralipom. secundo. Et ita manserunt Tyrij, & Sidonij semper securi contra Iudæos. vnde tempore Christi adhuc erant Chananæi in regione illa. & ita erat mulier ista Chananæa, & erat Syrophęnissa, idest, de Syria Phęnicis, quæ est terra iuxta Tyrum, & Sidonem.

Quomodo Iudæi permittebant Chananæos istos manere in terra eorum, & an peccabant non occidendo eos. Quæst. LXI.

QVAERETVR quomodo Iudæi permittebant Chananæos istos manere in terra, & an peccabant. nam Deus vetuerat eis tenere illos in terra faciendo cum eis aliqua fœdera, sed ꝙ occiderent illos in ore gladij. Dicendum, quòd de eis Chananæis, vt de Philisthinis, & qui habitauerūt in alijs partibus terrę Chanaan esset aliter dicendum, & tamen de Chananæis, qui erant in vrbibus Tyri, & Sidonis, dicendum quòd non peccabant Iudæi non expellendo eos de terra: nam Dauid, qui erat vir sanctus pacem cum illis habuit, & etiam Salomon habuit amicitiam: nam ipsi dederunt ligna pro templo Domini. 3. Reg. 5. & 2. Paralipo. 2. & dedit eis Salomon viginti oppida in terra Galilęæ. 3. Reg. 9. & hoc in mercedem pro lignis, quæ dederant, & sciderant, portauerantque per mare pro templo Domini: ideo sequentibus Iudæis nō solum licebat pacem habere cum Tyrijs, & Sidonijs, immo non erat licitum bella mouere contra ipsos, nisi illi delinquerent contra iura amicitiæ contractæ cum gente Iudæorum. Secundo dicendum, quòd non solum non peccarent nunc non pugnando contra Chananæos, Tyrios, & Sidonios, sed etiam si non pugnarent contra Philisthinos,

Philisthinos, & alias gētes relictas de Chananęis, quia illud præceptum de occidendo Chananæos fuit a principio quando Iudęi ingressi sunt terram, quandiu populus ille fuit in multiplicari, & tamen postea quando pauci erant ita, vt nec possent replere terram, non obligabantur pugnare contra Chananæos, quia frustra pugnarent, & expellerent eos de terra, cum ipsi non possent illam habitare, & redacta terra in solitudinē multiplicarent ꝯ eos bestię: nā ista fuit causa quare Deus noluit oēs illas gentes simul anno vno expellere de terra Exo. 23. c. Et hoc maxime fuit post reditum Iudæorum de Babylone. nam erant pauci, & manebat terra multa habitanda, & ipsi erant tamquam populus nouiter veniens ad terram: vnde iam non competebant eis leges priores, scilicet, pugnare contra Chananæos ad expellendum eos de terra, sed satis erat illis habitare in locis in quibus habitauerant ante captionem seu captiuitatem Babylonis. Tertio, & principaliter, quia nunc Iudæi, & tota terra Syriæ in qua erant Chananęi, erant sub potestate Romanorum, qui ibi tenebant exercitus suos ad custodiendum regiones sub eorum imperio sine rebellione, vnde non licebat iam Iudęis committere bellum aliquod contra Chananęos, aut contra alias gentes subditas Romanis, quia efficerentur per hoc hostes Romanorum, & delerent eos, & ita non agebant contra legem non pugnando, vel non occidendo Chananæos, quia non poterant, & tamen licet Iudæi seruarent pacem ad Tyrios, & Sidonios, Chananæos non recipiebant eos ad consortium suum: vnde etiam si Chananæi vellent conuerti ad Iudaismum, & exercere ceremonias Iudęorum non permittebatur eis viuere inter illos quod permitteretur alijs gentibus.

Quare dicitur hic, quòd mulier ista erat Chananæa, cum hoc nihil faciat ad miraculi ostensionem. Et quòd propter Iudæorum indignitatem Christus quandoque Gentilibus beneficia præstabat. quæ & illorum maiorem excitabant fidem. Quæst. LXII.

QVAERETVR, quare dicitur hic, quòd mulier ista erat Chananęa: nam dato, quòd esset Chananęa potuisset subticeri, & satis erat ostendi miraculum liberationis filiæ eius a dęmonio.

Dicendum, quòd intentio Euangelistæ fuit ostendere de ista muliere non solum, quòd erat Gentilis, sed etiam, quòd esset Chananęa. Primo quia voluit ostendere, quòd Christus relictis Iudęis ad tempus iuit ad Gentiles propter eorum indignitatem, quia bonis operibus eius scandalizabantur, & ideo quando Christus recessit de terra Genesareth, in qua Pharisęi, & Scribæ disceptauerant cum eo de cibis, & mūditia corporali, non solum dicit Scriptura, quòd inde recessit, sed quòd venerit in partes Tyri, & Sidonis de quibus constat, quòd non erant Iudęi, & vt magis videatur, quæ gentes erant istę dicitur, quòd mulier illa cui beneficium præstitit Chananæa erat, quod etiam Mar. expressit dicens eam genere Syrophęnissam Marc. septimo: nam Syrophęnices Chananæi erant. & hoc fuit, vt ostendatur, quòd propter indignitatem Iudæorum transiuit Christus ad benefaciendum aliquo tempore Gentilibus. nam etiam ita fuit in veteri testamento, quia interdum Deus mittebat Prophetas aliquos ad benefaciendum Gentilibus, & non Iudęis, ita Christus inducit loquens contra Nazarenos Lucæ quarto, scilicet, multę viduæ erant in Israel sub Elia, & tamen ad nullam earum missus est Elias, nisi in sareptam Sidoniæ, & multi leprosi erant in Israel sub Eliseo, sed nullus eorum curatus est nisi Naaman Syrus. & hoc erat, quia illi Gentiles magis merebantur diuina beneficia quàm Israelitæ, ita & nunc exprimitur fuisse Chananęam mulierem cuius filia a dęmone liberata est, vt videatur, quòd tanta erat Iudęorum indignitas, quòd Chananęi erant digniores ad recipiendum diuina beneficia. Secundo fuit ad ostendendum laudem fidei gentium supra fidem Iudæorum, cum enim quotidie miracula multa Christus Iudæis faceret, adhuc non credebant in eum, sed dicebant quod signum tu facis, vt credamus tibi? Ioan. sexto. Gentiles autem firmiter credebant, & valde affecti erant, & ideo vbicunque faciebat Christus miracula curādo Gentiles aliquos: ibi magis elucet fides quàm vbi Iudæi sanabantur, & ob hoc Euangelistæ curant exprimere de illis, quòd sunt Gentiles, vt appareat opprobrium Iudæorum. sic patet supra octauo, quando sanatus est puer Centurionis. nam Christus admiratus dixit sequentibus se. amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel, & ideo intulit ibi contra Iudæos, quòd multi venient ab Oriente, & Occidente, & recumbent in regno Dei cum Abraham, Isaac, & Iacob, & filij regni huius, idest, Iudęi eijcientur in tenebras exteriores. sic etiam Luc. dicimoseptimo, quando curati sunt decem leprosi a Christo, & vnus solus redijt ad agendum gratias, conquestus est Christus dicens: nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? non fuit inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo nisi iste alienigena, & sic nouem curati a lepra, qui Iudæi erant non redierunt ad gratias agendum, quia pauca deuotio in illis erat. ille autem decimus, qui alienigena erat redijt, & hoc Christus clamat ad magnum opprobrium Iudæorum. ita nunc, quia excellens fides apparuit in muliere ista antequam videret Christi miraculum, exprimitur quòd Chananæa esset, quia Chananæi erant gentes maxime abiectæ in cōspectu Iudæorum, & illis plura mala quàm alijs gentibus Deus inferri iusserat. Num. trigesimoquarto, & tamē ipsi fidem habebant, & Iudæi non, & ita erat magnum opprobrium ipsorum. Sic dicit Chrysostomus. s. dicit autem Euangelista mulierem Chananęam, vt ostēdat virtutem præsentiæ Christi. Chananæi enim qui expulsi fuerant, vt non peruerterent Iudęos, hi Iudæis apparuerunt prudentiores, vt exirent a terminis suis, & accederent ad Christum.

Quomodo Matthæus, & Marcus videntur discordare. Et quem ordinem tenuerit Christus in sanando filiam Chananææ. Quæst. LXIII.

QVAERETVR quomodo possit stare, quòd Matthęus, & Marcus videntur hic discordare, quia Matthæus innuit hic, quòd fuerit factum istud in via Christo itinerante. nam dicitur mulier Chananæa de finibus illis egressa clamauit, & cum Christus ei non responderet, dicunt ei discipuli, dimitte illam, quia clamat post nos, & sic illi itinerabāt, & mulier sequebatur eos a tergo clamans. Marcus autem innuit, quòd fuerit factum in domo, Marc. septimo. s. abijt in fines Tyri, & Sidonis, & ingressus domum neminem voluit scire. & non potuit latere: mulier enim statim, vt audiuit de eo cuius filia habebat spiritum immundum, intrauit & procidit ad pedes eius, & rogabat eum &c. Et postea sequitur, quòd Christus concessit mulieri quod petebat, ergo in domo factum est,

Aliqui dicunt, quòd non est idem factum quod Matthęus, & Mar. narrant, & sic potuit vnum fieri in via, alterum in domo.

Sed dicendum, quòd non stat: necesse est enim poni,

poni,quòd ſit idem factum, quia eadem ponuntur
vtrobique,ita vt nihil videatur differre. nam vtrobi-
que eſt mulier de partibus Tyri,& Sidonis, & Chri-
ſtus iuit in partes illas, & vtrobique pro filia rogat a
dæmone vexata,& vtrobique Chriſtus dicit de pane
filiorum non dando canibus:non eſt ergo aliqua veri
ſimilitudo,vt duo facta ſint. Itē patet efficacius, quia
Matthæus,& Marcus ponunt eadem præcedentia, &
ſubſequentia ad iſtud miraculum, ergo neceſſe eſt eſ-
ſe idem.nam hic dicitur, quòd Chriſtus diſceptabat
cum Phariſæis, & Scribis, & ſequitur,& egreſſus in-
de ſeceſſit in partes Tyri,& Sidonis. & Mar.7.idem
ponitur. nam deſcripta diſceptatione Chriſti cum
Phariſæis,& Scribis ſequitur,& ſurgens inde abijt in
fines Tyri,& Sidonis. Etiam ſequentia ſunt eadem,
quia poſtea ponitur infra in litera,quòd cum tranſiſ-
ſet inde Ieſus venit ſecus mare Galileæ, & Marc.ſe-
ptimo,etiam poſt iſtud miraculum ſequitur, & ite-
rum exiens de finibus Tyri venit per Sidonem ad
mare Galileæ. oportet ergo dici, quòd ſit idem
factum.

Dicunt autē alij,quòd idem miraculum eſt, & tñ
inchoatum eſt iſtud factum in via,& completum eſt
in domo,quia dicitur hic,quòd mulier Chananæa de
finibus illis egreſſa clamabat. ergo principium mira-
culi fuit,quòd mulier egrederetur, & ita in via incę-
pit.Sed non ſtat.quia Mar.7.dicitur, quòd Chriſtus
abijt in fines Tyri,& Sidonis, & ingreſſus in domum
neminem voluit ſcire,ſi tamen incępiſſet mulier cla-
mare poſt Chriſtum in via quando iam veniret ad
domum non diceretur,quòd neminem voluit ſcire,
quia iam ſcitum erat a muliere, quòd ipſe venerat.
Secundo,quia dicitur ibi,& non potuit latere.mulier
enim ſtatim,vt audiuit de eo intrauit: ergo principiū
facti fuit in hoc, quòd mulier intraret ad Chriſtum
in domum,quia dicitur,ſtatim vt audiuit, & tamen ſi
in via clamare cępiſſet,non eſſet verum,quòd ſtatim,
vt audiuit intrauit in domum.

Dicendum ergo,quòd ordo in miraculo fuit, q̃
Chriſtus venit in partes Tyri,& Sidonis, & intrauit in
aliquem locum terrę illius,& antequam intraret ne-
mo ſciebat quis veniret,cum vero peruenit in locum
intrauit in domum aliquam,& iuſſit diſcipulis,quòd
nemini dicerent quis erat,qui venerat,& tamen non
potuit occultari, & ideo cum iſta mulier Chananæa
audiſſet, quòd Ieſus venerat intrauit in domum,&
procidit ad pedes eius petens, quòd ſanaret filiam
eius, ipſe vero non reſpondit ei verbum quandiu in
domo fuit, ſed exiuit, & incępit itinerare cum diſci-
pulis,& illa quoque ſecuta eſt eum,& tunc clamabat
miſerere mei &c.& hic incipit narratio Matthæi,prio
ra enim omiſit Matthæus,& Marcus illa expreſſit.ſe-
quentia vero magis aperuit Matthęus, quàm Mar-
cus.iſta enim eſt Euangeliſtarum conditio, vt quod
vni deeſt,alius ſuppleat. Sic dicit Augu.li.de concor-
dan.Euangeliſtarum.affert autem aliquam repugnā-
tię quæſtionem, quòd Marcus in domo dicit fuiſſe
Dominum cum ad illum venit mulier pro filia ro-
gans.Matthæus autem,vt poſſet intelligi de domo ta-
cuiſſe, eandem tamen rem commemoraſſe,ſed quo
niam dicit diſcipulos Domino ita ſuggeſſiſſe,dimitte
illam,quia clamat poſt nos,nihil videtur aliud ſigni-
ficare, quàm poſt ambulantem Dominum,mulierē
iſtam deprecatoriam vocem miſiſſe. intelligendum
eſt ergo dixiſſe Marcum intraſſe vbi erat Ieſus, cum
eum prædixiſſet fuiſſe in domo, ſed quia Matthęus
ait non reſpondit ei verbum. dedit agnoſcere,q̃ am-
bo tacuerunt, & in ſilentio egreſſum fuiſſe Ieſum de
domo illa:atque ita cętera contexuntur,quę in nullo
diſcordant,& ita quando Matthæus dicit hic mulie-
rem egreſſam de finibus,intelligendum eſt, quòd in-
cipit narrare ab eo tempore quo Chriſtus exiens de
domo itinerabat,& mulier quoque egreſſa eſt de fini
bus illis,ideſt,de loco illo,in quo fuerat Ieſus,& ſubti-
cet id quod in domo factum eſt.

Quare mulier iſta clamans dicebat miſerere mei.
Quæſt. LXIIII.

QVAERETVR, quare mulier clamans dicebat
miſerere mei.

Dicendum, quòd mulier clamabat ex im-
portunitate, vt audiretur ſaltem propter clamorem:
nam fuerat in domo cum Chriſto,& cum procidens
ad pedes eius adoraſſet eum petens ſanati filiam, non
reſpondit ei Chriſtus quidquam,ſed egreſſus eſt qua-
ſi,vel dedignatus eam, vel indignatus contra eam, ita
vt nihil ei vellet loqui,& ideo opus erat iam mulieri,
vel deſiſtere,vel importune agere, & ideo clamabat.
a principio autem cum domum intrauit non clama-
bat,ſed procidens adorabat Chriſtum.Mar.7.ſed illo
modo non obtinuit,ideo expediuit, vt alium modū
tentaret,& hoc erat,quòd clamaret. Etiam clamabat
ad oſtendendum magnitudinem deſiderij:non enim
erubeſcebat clamare, quia nimis cupiebat id quod
petebat.

Dixit autem miſerere mei.non autem,quòd pete-
ret aliquid ſibi conferri,ſed filiæ,& tamen dixit miſe-
rere mei.Primo ad oſtendendum dolorem, & com-
paſſionem matris pro filia: ſuum enim reputabat in-
commodum quod filia patiebatur. Secundo, vt ma-
gis Chriſtum moueret,cum ipſa cauſam illam tam-
quam ſuam ſuſciperet.

Dixit autem miſerere mei ad oſtendendum humi
litatem petitionis. nam non petiuit aliquid quaſi ex
merito,ſed ex ſola miſericordia ſibi præſtari. Sic dicit
Glo.nihil ex merito poſtulat,ſed ſolam miſericordiā
Dei efflagitat dicens miſerere: nec dicit miſerere
filię meæ,ſed miſerere mei,quia dolor filię dolor eſt
matris,& vt magis eum ad compaſſionem moueat.

Quare Chananæa vocauit Chriſtum filium Dauid. Et quòd primi qui vocauerunt Chriſtum hoc nomine, ſcilicet, filium Dauid fuerunt duo cæci. Quæſt. LXV.

QVAERETVR, quare vocauit eum filium Da-
uid. Dicendum,q̃ ad honorem hoc dixit,&
ad expreſſionem fidei ſuæ. nam volebat dicere eum
eſſe Meſſiam: maximum enim bonum quod Iudęi
expectabant erat Meſſias, quia illum dicebant futu-
rum excellentiorem omnibus hominibus in ſanctī-
tate,& poteſtate ſpirituali, & iſtum putabant eſſe fi-
lium Dauid,quia ita Scriptura dicebat vt patet Io.7.ſ.
q̃ de ſemine Dauid,& de Bethlehem caſtello, in quo
ipſe,ideſt,Dauid erat,venit Chriſtus.cum vero vide-
runt Ieſum facientem tot miracula,& tam ſtupenda,
putauerunt eum eſſe Meſſiam. ſic dicitur Io.7.Chri-
ſtus quando venerit nunquid plura ſigna faciet,q̃ quę
hic facit? quaſi dicat non, ideo apparet iſtum eſſe
Meſſiam,& ideo illi, qui credebant eū eſſe Meſſiam
vocabant eum filium Dauid. Primi autem, qui hoc
nomine vocauerunt fuerunt duo cęci.ſ.9.qui clama-
bant dicentes miſerere noſtri fili Dauid, & deinde
aliqui vocabant eum filium Dauid, & alij Chriſtum.
de primo patet ſupra 12.quando multa miracula fa-
ciens eijciendo dęmones, dixerunt quidam nūquid
hic eſt filius Dauid? De ſecundo patet.Io.7.vbi dixe-
runt quidam,nunquid hic eſt Chriſtus? & tamen ad
magnum honorem vocabatur filius Dauid, & ita
quando pueri Hebræorum receperunt Chriſtū in Ie-
rusalem

rusalem cum honore magno die ramiſpalmarum,
dicebant oſanna filio Dauid infra 21.& Mar.11.De
iſta muliere dicendum, quòd cum eſſent Chananęi
iſti in confinibus Iudęorum,& fama Chriſti eſſet val-
de magna,audierat forte quomodo apud Iudæos vo-
cabatur filius Dauid, & ideo ita ipſa vocauit eum,&
maxime credendum eſt, quòd audiſſet mulier iſta
miraculum illud quod fecerat Chriſtus ſanando
duos cęcos,qui ita eum vocabant,& hoc eſt veriſimi-
le,quia totaliter ſęcuta eſt mulier iſta exemplum illo-
rum.nam illi ibant per viam clamantes poſt Chriſtū
dicentes;miſerere noſtri fili Dauid, ſupra nono cap,
& ita nunc iſta mulier per viam clamabat dicens,mi-
ſerere mei fili Dauid.

Alij dicunt,quòd mulier hæc dicendo iſta confite-
batur Chriſtum eſſe Deum,& hominem:nam inquā
tum vocauit eum Dominum oſtendit eum Deum,
cum vero filium Dauid dixit, oſtendit eſſe hominē.
Sic dicit Glo. magna fides Chananęæ hic notatur.
Deum credit vbi Dominum vocat.hominem vbi di-
cit filium Dauid.

Quare Chananæa dixit filia mea male a dæmonio vexatur. Quæſt. LXVI.

QVAERETVR, quare dixit filia mea male a
dęmonio vexatur.

Dici poteſt vno modo,quòd fuit ad ma-
gis mouendum Chriſtum: petebat enim
miſericordiam,& quia miſericordia eſt de aliena mi-
ſeria,oſtendit miſeriam ſuam,ſcilicet, quia filia ſua
valde vexabatur a dæmone. Sic dicit Glo. vt magis
eum ad compaſſionem moueat totum ei dolorem
enarrat dicens, filia mea male a dęmone vexatur, in
quo vulnera medico detegit, & magnitudinem, &
qualitatem. morbi magnitudinem cum dicit malę
vexatur,qualitatem cum dixit a dęmonio.

Sed dicendum,quòd dixit male vexatur,ad notan-
dum conditionem dęmonis,qui torquebat eam,quia
erat ſęuus nimis, ideo dure eam torquebat. Pro
quo ſciendum, quòd licet quilibet dęmon ſit tantæ
poteſtatis,vt poſſit occidere omnes homines ſi non
impediatur a Deo,cum non ſit poteſtas ſub cęlo,quæ
comparetur ei.Iob quadrageſimoprimo, & quilibet
etiam intenſe odit homines,& inuidet eis, quòd in-
ferret quot mala poſſet,tamen quidam multum ve-
xant homines, alij vero parum, & hoc eſt, quia pa-
rum, vel multum eis nocere permittūtur,& illi qui-
bus multum nocere permittūtur vocantur dęmones
ſęui, vel peſſimi, & ita dicitur ſupra octauo capitu.
de duobus arreptitijs, quòd erant ſęui nimis, &
illa ſęuitia erat contra ſeipſos, & contra alios. de
ſeipſis patet, quia vnus eorum concidebat ſe lapi-
dibus Marc.quinto, & Luc.ſeptimo, & manebant
in montibus habitantes in ſepulchris, & non vte-
bantur veſtimento, vt patet ibidem. de ſęuitia
ad alios patet ſupra octauo, ſcilicet, quòd erant
ita ſęui, quòd nemo audebat tranſire per viam
iuxta quam ipſi manebant, ſcilicet, quia inuade-
bant omnes. Et ita dicitur Actuum decimonono,
de homine, in quo erat dęmonium peſſimum,
quòd cum adiuraretur inſiliit in duos adiuratores,
& dominatus eſt eorum, ita vt nudi, & vulnerati
effugerent de manibus eius. & dęmonium quod
poſſidebat illum hominem vocatur peſſimum, quia
erat ſęuum faciendo dura. ita dæmon, qui vexabat
puellam iſtam,erat ſęuus, & torquebat eam crudeli-
ter,ideo dicitur,quòd male a dæmonio vexatur.

Quare Chriſtus a principio noluit reſpondere iſti mulieri. Quæſt. LXVII.

QVAERETVR, quare Chriſtus a principio no-
luit reſpondere mulieri iſti.

Dicendum,quòd non fuit ex ſuperbia aut indigna
tione,quia ſic non reſponderet poſtea, aut ſaltem nō
laudaret mulierem,& tamen reſpondit concedendo
petitum,& fidem mulieris valde laudauit. Sed fecit
hoc primo,vt non daret occaſionem Iudęis contra ſe
loquendi: nam ſi faciliter concederet Gentilibus
quod petebant, videretur ipſe voluiſſe benefacere
Gentilibus æqualiter,ſicut Iudęis ideo,ex multis oſtē
dit,quòd non faciebat prompte,ſed cum magna dif-
ficultate. Sic dicit Hieronymus:non autem de ſuper-
bia Phariſaica, nec de Scribarum ſupercilio non re-
ſpondit verbum,ſed ne ipſe ſententiæ ſuæ contrarius
videretur, per quam iuſſerat in viam gentium ne
abieritis.nolebat enim occaſionem calumniatoribus
dare. Secundo, & præcipue fuit ad probandam pa-
tientiam, & fidem mulieris:nam ſi impatiens eſſet,
cum ſemel petens non audiretur deſiſteret,cum autē
multum,& ſępe clamans non exaudiretur,neque ad-
huc Chriſtus ei verbum loqueretur,apparebat quòd
patiens erat,& in fide conſtans credens ſe obtenturā,
licet in primo verbo non obtinuiſſet. Sic dicit Glo.
differendo,& non reſpondendo patientiam mulieris,
& perſeuerantiam nobis oſtendit. Tertio fuit, vt tri-
bueret occaſionem diſcipulis orandi pro ea:expedie-
bat enim quòd diſcipuli pro ea peterent aliquid,quia
non eſſet occaſio ad hoc:non ergo reſpondit a prin-
cipio. Quod patet,quia mox,vt diſcipuli pro ea pe-
tiuerunt reſpondit eis,& poſtea mulieri reſpōdit. Sic
dicit Glo.ideo etiam non reſpondit, vt diſcipuli pro
ea rogarent,oſtendens neceſſarias eſſe preces ſancto
rum ad impetrandum.

Quare diſcipuli pro muliere rogauerunt. Qō. LXVIII.

QVAERETVR, quare diſcipuli rogauerunt
pro muliere.

Dici poteſt vno modo, quòd non rogaue-
runt pro illa, ſed fatigati ſunt importunitate
eius,& petiuerunt a Chriſto,quòd expediret eam fa-
ciens, ne fatigaret eos clamoribus. Et hoc patet,
quia non dixerunt Domine exaudi illam, vel præſta
hoc illi,ſed dimitte illam,ideſt,abijce eam, vel expe-
di a nobis,vt non ſequatur nos.

Sed obijcietur,quia dicitur, quòd diſcipuli acce-
dentes rogabant eum.

Dici poſſet,quòd diſcipuli rogabant non quidem
pro illa, ſed pro ſepſis.ſ. vt non vexarentur importu-
nis clamoribus.vnde non dicitur,q̃ accedentes roga-
bant pro ea,ſed rogabant dicentes, dimitte illam,qa
clamat poſt nos. Aliter poteſt dici,q̃ diſcipuli vere ro
gauerunt pro muliere,vt ſanaretur filia, & hoc fa-
cebant moti ex pietate,cum viderent eam ex tanto de-
ſiderio clamare.Sed obijcietur, quia tunc non dixiſ-
ſent dimitte illam,ſed ſana filiam eius,& tamen dixe-
runt dimitte illam. Secundo, quia non expreſſerunt
in petitione aliquid quod eſſet ex parte mulieris, ſed
ex parte ſua.nam dixerunt,quia clamat poſt nos.ergo
ſuam vexationem redimere volebant,& ita non pete-
rent ſanitatem,ſed expeditionem. Tertio, quia ſi pro
illa rogarent magis inſiſterent, & iſi ad primum ver-
bum Chriſti ſubſtiterunt nihil vltra dicentes. Dicen-
dum,q̃ conueniēter ſtat,q̃ ex miſericordia moti fue-
rint.Et ad primum dicendum, q̃ dixerunt dimitte il-
lam, quod quidem ad preces eorum pertinebat. nam
poterat accipi dimitte.i.expelle, & poterat accipi di-
mitte,

mitte,idest,expedi, sed expedire magis importat cõclusionem negociorum, quàm repulsam, & ita ipsi nunc acceperunt dimitte. Aliquis autem diceret,q̃ non poterat accipi hic dimitte,idest, repelle, quia ad hoc non erat necesse,q̃ discipuli aliquid rogarent.qa Christus hoc faciebat cum nihil mulieri concederet. Sed dicendum,q̃ satis erat causa ad rogandum hoc.s. quia Christus nec concedebat neque negabat, eo q̃ non loquebatur verbum, & quia si non loqueretur ipse,semper videbatur mulier clamatura, rogarent q̃ dimitteret,idest,abijceret eam dicendo recede. Sed dicendum,q̃ non accipitur dimitte sic, sed pro expedi,vt dictum est.Secundo potest dici,q̃ discipuli dixerunt dimitte quod significat repulsionem,non q̃ vel lent eam repelli,sed q̃ non ausi sunt directe petere,q̃ sanaret eam.Sic dicit Chrysosto.æstimo autem discipulos ad calamitatem mulieris esse tristatos,sed tamẽ non sunt ausi dicere da ei hanc gratiam, sed dimitte eam, sicut.& nos cum volumus alicui persuadere multoties contraria dicimus, & tñ magis videtur, q̃ ipsi aperte ostenderint ex modo suo loquendi quòd petebant sanitatem pro illa.

Ad secundum dicendum,quòd caute egerunt nõ exprimentes aliquid in petitione quod se teneret ex parte mulieris,sed quòd se teneret ex parte Christi,vt sic magis efficaciter suaderent;ac si dicant tibi expedit quod concedas ei quod petit, quia si non cõcedis (vt videtur):ista mulier non cessabit clamare post nos per viam, & fatigabit importunis clamoribus:ideo concede.& hoc verisimile erat,quia mulier in domo non exaudita non cessauit,sed Christum omnino recedentem de regione, & iam in itinere constitutum sequebatur,ideo sic videbatur actura semper quousque obtineret, vel valde Christum affligeret importunitate. Ad tertium dicendum, q̃ Apostoli non institerunt in hac petitione,quia forte non erant nimis inclinati ad hanc causam,& ideo mox,vt Christus negauit cessauerunt. Vel potius, quia putauerunt sufficientem esse Christi responsionem:ideo non curauerunt,& ita apparet, q̃ discipuli pro muliere rogauerunt,& tamen an pro misericordia erga eam,vel pro importunitate non apparet. Sic dicit Hierony.discipuli adhuc illo tempore mysteria Domini nescientes,vel misericordia commoti rogabant pro Chananæa muliere, vel importunitate eius carere cupientes.Si autem aliquis dicat,q̃ in his verbis discipulorũ non apparet an rogarent pro ea, vel q̃ Christus eam abijceret.Dicendum,q̃ non stat,quia necesse est,q̃ dicamus discipulos pro ea rogasse, vt sanaretur filia eius,quia Christus respondit,non sum missus nisi ad oues,quæ perierunt domus Israel. si tamen discipuli peterent,q̃ eam abijceret,non diceret Christus hoc, quia volebat dicere, q̃ non licebat hæc illi præstari, sed solis Iudæis,quia ad illos ipse veniebat.

Quare Christus voluit nunc rogari a discipulis.
Quæst. LXIX.

QVAERETVR, quare Christus voluit nunc rogari a discipulis:nam noluit mulieri loq quousque pro ea discipuli rogaverunt.

Dicendum, vt quidam volunt, q̃ hoc fuit ad innuendum, q̃ Deus vult,q̃ nos adiuuemur orationibus sanctorum,& licet exaudire disposuerit nos,vult q̃ exaudiamur illis intercedentibus. & ita nunc fuit de muliere hac. Sic dicit Glo.sciõ non respondit,vt discipuli pro ea rogarent, ostendens per hoc necessarias esse preces sanctorum ad aliquid impetrandum.Sed obijcietur,q̃ nõ significetur hoc,qa Christus non exaudiuit nunc mulierem precibus discipulorum,immo repulit eos,& ipsi cessauerunt.Dicendum,q̃ conuenienter hoc designatur, quia licet in principali petitione non fuerit exaudita precibus discipulorum mulier, tñ in aliquo exaudita est, quia antequam illi loquerentur etiam si mulier clamaret non respondebat Christus aliquid, postquam vero discipuli rogauerunt pro ea,Christus respondit.Secũdo fuit ad magis se excusandum contra calumnias Iudæorum si dicerent, q̃ Christus præstabat Gentilib⁹ beneficia sanitatum.nam dici poterat, q̃ magna importunitate mulieris factum fuerat,ita vt iam discipuli sui pro ea rogarent.Tertio fuit ad magis humiliandum mulierem,vt esset magis locus patientiæ eius,& fidei,& humilitati.s.q̃ non putaret propter hoc sibi responderi,quia clamauerat, sed quia discipuli hoc rogauerunt.

Quomodo Christus dixit non sum missus nisi ad oues Israel, cum etiam redemerit Gentiles.Et ad quid faciendum venit, & propter Iudæos ne, an propter Gentiles sit specialiter missus. Quæst. LXX.

QVAERETVR quomodo Christus dixit non sum missus nisi ad oues, quę perierunt domus Israel.nam videtur, q̃ etiam venit propter Gentiles, quia alias non redemisset eos.Dicendum.q̃ Christus venit ad multa.s.ad redimendum, ad legem dandum, ad prædicandum,& ad miracula faciendum. De primo dicendũ,q̃ Christus venit ad omnes homines, quia omnes homines peccauerant,& egebant redemptione, & õmnes erãt capaces illius.ideo ad omnes redimendum venit, licet ipse dixit,q̃ sanguis suus effunderetur pro multis. ita infra 26.& Mar.14.Et tamen intelligitur pro multis efficienter, idest, quia non profuit omnibus,sed multis,& tñ sufficienter pro omnibus missus est,quia ad redemptionem omnium sufficiebat passio sua,& ita 1.Pe.2.dicitur generaliter, Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum.ergo non specialiter pro aliquibus,sed pro omnibus. Idem patet ad Hebrę.13.s.q̃ sicut hostia,quæ offerebatur pro peccato populi,cremebatur extra castra,ita Christus,vt per sanguinem sanctificaret populum extra portam passus est.

De secundo dicendum, quòd Christus missus est tam pro Gentilibus quàm pro Iudæis, quia legem dedit,quæ ab omnibus obseruanda erat.infra 28.& Mar. 16.s.euntes docete omnes gentes.& illud,ite per vniuersum orbem,& prædicate euangelium omni creaturæ,& qui non crediderit condemnabitur.

De tertio dicendum,q̃ Christus missus est tam pro Gentilibus q̃ pro Iudęis: in persona sua non erat prędicaturus Gentilibus saltẽ principaliter, sed Iudæis,& tñ per discipulos suos prædicaturus erat illis, quia misit eos ad prędicadũ oĩ creaturę Mar.16. De quarto ẽt dicendũ, q̃ non missus est Christus principaliter ad Gentiles,sed ad Iudęos,& tñ aliqua minus principaliter fecit inter Gentiles, vt hic sanando mulierẽ istã & seruum Centurionis, qui Gentilis erat, vt colligitur.s.8.& Luc.7.Et iõ dicendum vno modo, q̃ Christus non fuit missus primo Gentilibus, sed Iudęis, & deinde ad Gentiles non recipientibus eum Iudęis. Sic dicit Hiero.non aũt dicit hoc quin ad gentes missus sit,sed quia primum ad Israel missus est,vt illis nõ recipientibus Euangelium, iusta fieret ad Gentiles transmigratio.

Secundo potest dici,q̃ Christus in persona sua non missus est nisi ad Iudęos,& tñ in ministris suis missus est ad Gentiles. Primum patet, quia Christus viuens non discurrit ad prædicandum per terram gentium, sed per terram Iudęorum,& non solum ipse, sed nec etiam discipuli eius viuente eo prædicauerunt Gentilibus,quia ipse vetuit supra 10.cap.s.in viam gentium ne abieritis,& hoc, vt non videretur ipse prædicare Gentilibus viuens,si discipuli sui prædicarent.Secundum patet,quia post mortem misit discipulos ad prędicandum per totum orbem Mar.16.& quia maior pars Ecclesiæ congreganda erat de Gentilibus quàm de Iudęis,potius fuerunt Apostoli prædicantes Gentilibus quàm Iudæis, & sic magis Christus venit propter Gentiles quàm propter Iudæos, & ideo si aliqũ iuit ad Gentiles non erat publice nec de principali intentione quasi non iret,& hoc fuit,quia Christus fuit datus doctor Iudęis, sicut discipuli fuerunt dati doctores toti orbi, sic dicitur ad Roma.15.Dico autem Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis, idest prædicatorem,& doctorem inter circuncisos.i.Iudæos,& nõ inter Gentiles,sicut Paulus vocat se Apostolum gentium,& se accepisse Euangelium in gentibus,sicut acceperat Petrus in circuncisione,idest,inter Iudæos ad Gala.2.& hoc fuit ad ostendendum,q̃ ille erat Messias:nam si Christus prædicaret Gentilibus non putarent Iudæi esse illum Messiam, cum illis esset promissus, & non Gentilibus. vnde dicitur ad Roma.15.dico autem Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis ad confirmandas promissiones patrum.Etiam vt ostenderetur,quòd Ecclesia fundabatur de gente Iudæorum. sicut dixit Christus Ioan, 4.salus ex Iudæis est, gentibus autem nihil est debitum cum nihil fuisset promissum,ideo Christus non prædicauit illis,sed quòd miserit discipulos ad prędicandum illis ex misericordia fuit ad Roma.decimoquinto gentes autem super misericordia honorare Deum,idest,Christus prædicauit Iudæis; quòd erat minister circuncisionis ad confirmandum id quod fuerat promissum patribus,idest,Abrahæ, & Dauid. Gentibus autem nihil fuerat promissum, ideo non possunt honorare Deum tamquam seruatorem promissi,sicut Iudei cum nihil eis promiserit,sed per misericordiam,scilicet,quia cum nihil promisisset,misericorditer tamen redemit,& doctores illis dedit.Tertio potest dici,& adhuc melius,quòd Christus principaliter non fuit missus nisi ad Iudæos, & tamen minus principaliter missus erat etiam ad Gentiles in persona sua, & ideo tota sua operatio tam prædicando quàm miracula faciendo inter Iudæos fuit: inter Gẽtiles autem quasi nunquam fuit:nam in terra Gentilium nunquam prędicauit,quia licet nunc venerat in terram Tyri, & Sidonis vbi erant Gentiles, non prædicauit ibi, sed curauit mulierem istam ad magnam importunitatem, & quam cum magnis difficultatibus ab eo impetratum est.Etiam apparuit,quòd quãdo Christus iuit in terram istam, noluit, quòd manifestus esset, sed vt intrauit in domum voluit neminem scirẽ illud,Marc.septimo capitu.etiam miracula non fecit multa in regione hac, quia si aliqua alia fecit non scriptum est. Inter Samaritanos autem, qui quasi Gentiles reputabantur, Christus nunquam fecit miracula, & tamen prædicauit semel in quadam ciuitate Samaritanorum Io.4.sed hoc fuit quasi a casu propter mulierem Samaritanam cui dixerat Christus totum quod egerat, & venerunt viri de ciuitate, & rogantes eum nimis suaserunt ei manere per duos dies in ciuitate,& ibi prædicauit, sed miracula nulla ibi egisse legitur. Aliquando tamen Christus sanabat Gentiles,& prædicabat eis, scilicet, quando erant inter Iudæos, quia tunc etiam si multi Gentiles peterent ab eo sanari sanabat eos,quia videbatur hoc agere propter Iudęos, sic patet Luc.decimoseptimo, quando curauit decem leprosos; nam vnus eorum erat alienigena. Et tamen si soli Gentiles curandi erant, volebat Christus rogari super hoc a Iudęis,vt non videretur ęqualiter se habere ad Gentiles, & ad eos,sed quòd honoraret magis gentem suam,sic fuit quando curauit seruum Centurionis, qui erat Gentilis:nam seniores Iudęorum venerunt ad rogandum Christum super hoc,scilicet, Domine dignus est,vt ei hoc prestes.diligit enim gentem nostram: nam & Synagogam ipse ędificauit nobis Luc.septimo. Et hoc consonat proposito: nam dixit Christus, quòd non erat missus nisi ad Israel, & quòd non erat bonũ sumere panem filiorum,& dare canibus,& cum mulier dixit,quòd catelli comedunt de micis,quę cadũt, laudauit Christus verbum eius quasi bene diceret, & concessit quod petebat, & tamen mulier ista innuit, quòd non erat bonum dare panem ita principaliter canibus,sicut filijs,quod erat sumere panem filiorũ, & dare canibus, & tamen quod daretur aliquid de micis cadentibus non erat inconueniens, & ita volebat dicere,quòd non deberet Christus ita principaliter prædicare Gentilibus,sicut Iudæis,vel facere miracula inter eos,& tamen,quòd de plenitudine illa quã dabat Iudęis daret aliquid paruum quasi micam cadentem Gentilibus non erat incõueniens, & ita ipsa petebat,quod & Christus concessit.

Quarto potest dici ad tollendum omnes calumnias,& valdę bene,quòd Christus non erat missus nisi ad solas oues Israel: nec principaliter nec minus principaliter,& tamen poterat ire ad Gentiles si vellet,sed non pertinebat ad onus ministerij sui,quasi dicat, obligabatur Christus prædicare Iudæis sane intelligendo,idest,necesse erat,quòd prędicaret eis, & faceret miracula inter illos, quia promissum erat patribus; & ad verificandas promissiones istas necesse erat quod fieret.Et sic dicitur, quòd Christus missus erat ad oues Israel,idest,necesse erat,quòd veniret ad eas,quia promissus erat illis, ad Gentiles autem non erat missus,idest,non erat necesse,quòd iret, quia nõ fuerat promissus illis,sed poterat ire ex misericordia, sic dicitur ad Roma.decimoquinto:dico autem Dominum Iesum ministrum fuisse circuncisionis ad cõfirmandas promissiones patrum;idest,datus est Christus ad ministrandum in circuncisione,idest,inter circuncisos,& hoc ad cõfirmandas promissiones, idest, ad verificandas ipsas,& sequitur,gentes autem ex misericordia honorare Deum,idest, non benefecit eis quasi ex debito promissionis,sed quia misertus est earum.Et ita est verus sensus non sum missus &c.idest, non est officium meum ire nisi ad Israel:nec oportet ad alios ire,& tamen poterat ire ad gentes ex misericordia,& ita non fecit.Nam si esset sensus: non sum missus,idest,nõ licet mihi ire, vel diffinitum est,quòd non irem nisi ad oues, quę perierunt domus Israel, nullo modo prędicasset nec miracula fecisset inter gentes etiam minus principaliter, sic ergo Christus significauit hic,quòd non erat officium suum facere miracula inter Gentiles, & non quòd esset ei illicitũ illa facere,quia tunc non faceret ea, & tamen tunc immediate fecit,& iste est verus sensus.

Quare dicitur nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel.
Quæst. LXXI.

QVAERETVR, quare dicitur nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel,

Dicendum,q̃ Christus venit ad reparandum hoĩes,si igitur aliqui erant, qui reparatione non indigerẽt nõ venit ad vocãdũ illos, & qa egẽres reparatione sunt,q̃ erãt, & perẽũt dẽ ad oues, quæ perierunt, & non debet intelligi,q̃ aliquę oues perijssent,

perijssent,& alię non.quia Christus venit, vt peccatores saluaret,sed nemo erat, qui non peccasset,ideo nemo erat, qui Christi reparatione non indigeret, sic dicit ad Roma.3.Apostolus.omnes peccauerunt, & omnes egent gratia Dei.sed intelligitur ad oues, quæ perierunt domus Israel,idest, ad omnes oues Israel, quę perierunt,idest,quia omnes perierunt.

Secundo potest dici,ꝙ Christus loquitur de illis, q per suam prædicationem corrigebantur,a vitijs:nam licet omnes indigerent Christi redemptione, quia saltem originale contraxerant, tñ aliqui erant iusti,q non egebant admonitione,vt a vitijs recederent, & isti non vocantur oues errantes, neque istos reuocabat Christus ad bonum,quia in bono erant, sed solos peccatores,& sic dixit ipse supra 9.& Luc.5.non veni vocare iustos,sed peccatores ad pęnitentiam; nam licet iusti vocentur ad aliquid; idest, ad documenta noua fidei,& ad maiorem perfectionem vitę,& ad legem nouam recipiendam,& obseruandam, & ad redemptionem recipiendam, tamen ad pęnitentiam non vocantur,quia non habent, de quo eos pęnitere necesse sit.

Tertio potest dici,quòd Christus dixit hoc ad ostẽdendum se esse pastorem:nam ipse est pastor animarum nostrarum 1.Pet.2.& est pastor bonus Io.10.cap. & ad pastorem conuenit congregare dispersas oues, & errantes, ita Christus nunc dicit, quòd venit ad oues,quę perierant,idest,quæ errabant separatæ a grege,& iste est modus suus loquendi,sic patet Luc.15. de illo, qui habens centum oues si perdiderit vnam, relinquit nonaginta nouem in deserto, & vadit quærere vnam,quæ perierat, & ita vocatio peccatorum ad pęnitentiam per Christi doctrinam erat oues pereuntes congregare, sic dicitur eod.cap.quòd gaudiũ est in cęlo super vno peccatore pęnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pęnitentia.

Quare discipuli non rogauerunt Christum efficaciter pro muliere,sed cessauerunt. Et quòd licet Christus non missus esset ad Gentiles tamen ex pietate,& misericordia eos iuuare poterat. Quæst. LXXII.

QVAERETVR, quare discipuli non rogauerunt Christum efficaciter pro muliere,sed ad primam Christi responsionem cessauerunt.Dici potest vno modo,quòd discipuli non habebant nimis fixum in animo istud factum, velut parum attinens ad eos, quia forte non mouebantur nisi pro vexatione quam mulier eis faciebat clamando,& ideo primo repulsi non curauerunt insistere.Vel forte ex quadam leui compasione moti, & quia motus erat leuis debiliter refriguit. Secundo fuit,& pręcipue propter Christi responsionem: nam dixit non sum missus &c.ex quo putauerunt forte discipuli,quòd illicitum erat hoc fieri, ideo non institerunt scientes,quòd Christus non ageret id quod malum erat,& tamen non excludebatur petitio mulieris per Christi responsionem. nam licet non esset officiũ Christi prædicare Gentilibus, nec ad hoc missus esset,vt ostensum est supra quæst.71.tñ poterat hoc facere ex pietate & misericordia, & hoc precari ipsis liceret,& tñ forte non intellexerunt vim responsionis Christi,sicut multa alia manifestiora non intelligebant,& ita tacuerunt.Tertio,quia dato, quòd crederent non obstante responsione Christi licere curare filiam mulieris,crediderunt forte, ꝙ non erat voluntas Christi hoc facere,ideo non institerunt. Quarto, quia forte fuit voluntas Christi, quòd ipsi non peterent amplius,quia non expediebat. nam si peterent

F aut Christus concederet quod petebant, aut non.si non concederet,repelleretur totaliter mulier, quia non concederet mulieri quod eis negabat, quia hoc esset repugnare sibi. si autem concederet quod ipsi petebant,tunc nõ appareret fides mulieris,quia fides, & patientia mulieris apparuit in hoc, quòd toties repulsa non destitit, & mordaciter tacta non respondit dure,sed omnia tolerauit: hæc autem ostendi expediebat, vt per hæc mereretur mulier recipere quod petebat,& esset fides,& virtus quam Christus laudare posset, sed non possent hæc apparere si Apostoli pro ea tandiu rogarent quandiu obtinerent, ideo voluit Christus, quòd discipuli desisterent rogare pro ea, & ipsa continuat preces.

G *Quare post exclusam discipulorum petitionem, accessit mulier. Quæst. LXXIII.*

QVAERETVR, quare post exclusam discipulorum petitionem accessit mulier, & adorauit Christum dicens,Domine adiuua me.

Dicendum,quòd fuit, Primo, quia vidit tempus esse ad loquendum. nam ante hoc Christus nolebat loqui verbum,& ideo mulier quasi conquesta clamabat post eum, & discipulos, vadens & non accedens.non enim proderat accedere cum ipse nolebat respondere:ideo,satis erat clamare, vt importuno clamore eum fatigaret,nunc vero, quia loqui cę- H perat orantibus discipulis putauit,quòd etiam sibi responderet,ideo accessit, vt loqui posset commodius. Secundo fuit, vt magis importune Christum incitaret:nam ante hoc mulier clamabat post Christum,& tamen verecundia sexus sui seruata accedere ad Christum,& discipulos non audebat, sed post eos clamabat,videns autem nunc, quòd illa importunitas non sufficeret,voluit maiori vti,&ita se ingessit accedens inter discipulos ad Iesum,sic ẽt fecit,quia vidit ꝙ maiori ĩportunitate opus erat, cũ nec discipuli petentes pro ea exaudirentur. Sic dicit Chrysost.quia mulier vidit nihil posse Apostolos, cum verecundia effecta est bona inuerecundia:antea enim nec in conspectu venire audebat,nunc autem propius accedit. Tertio fuit,vt adiuuaret dictum discipulorum:dixerãt enim I dimitte illam qa clamat post nos,in quo innuebãt,ꝙ saltem ad redimendum vexationem propriam deberet Christus exaudire, quo intellecto voluit mulier magis importuna adhuc esse,vt sic facilius obtineret, & ita accessit ad Iesum ad quem prius in itinere non accesserat.Dicendum autem,ꝙ adorauit ad magis eũ flectendum per obsequium,quia magnus honor erat adorare eum. Dixit autem Dñe adiuua me,qa designauit per hoc in ipso esse potestatem faciẽdi quod petebatur,& non esse opus,ꝙ ipse ab alio peteret, vnde non dixit,Domine ora pro me,sed adiuua me. Sic dicit Chrysosto.ideo non dixit Dñe roga,vel depreca re Deum,sed Domine adiuua me:sic Deo loqui solemus dicentes,Domine ad adiuuandum me festina.

K *Qua adoratione nunc mulier Christum adorauit, & an peccauit adorando. Quæst. LXXIIII.*

QVAERETVR quali adoratione nunc mulier Christum adorauit, & an peccauit eum adorando. Dicendum, ꝙ fuit adoratio latriæ,quæ Deo debetur,quod apparet ex eis, quæ petebat,& dicebat:nam talia petebat ab eo qualia non potest quis concedere nisi Deus.s.sanare puellam a dęmone,& credebat, quòd ille illud pręstare poterat, quia non petebat,quòd ipse oraret Deum pro ea, sed quòd adiuuaret eam,idest, quòd ipse efficeret, etiam

vocauerat

vocauerat eum filium Dauid,idest.Messiam & nunc Dominum vocat,& ad extremum, vt Deum adorauit. & ita(vt ait Chrysosto.)ideo non dixit roga Deũ pro me,sed adiuua me. Ad secundum dicendũ,quòd non peccauit,sed potius meruit adorando: nam adoratio Deo debetur,sed mulier hæc agnoscebat per fidem Christum esse Deum:ideo rectè faciebat adorãdo,quia debita erat illi adoratio:immo peccarent illi, qui agnoscentes Christum esse Deum non adorarẽt eum,sicut ad Roma.1. Apostolus arguit Gentiles, qui cum agnouissent Deum,non vt Deum glorificauerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis. & sequitur,quòd propter hoc tradidit eos Deus in reprobum sensum,& ita ista mulier laudatur, quia Christũ adorauit,immo per hoc vr̃ meruisse, quòd Christ⁹ ei inciperet loqui, qui prius non locutus fuerat verbũ.

Quare Christus dixit non est bonum sumere panem filiorum, & quid in hoc significauit. Et quare Gentiles canes a Christo appellantur. Quæst. LXXV.

QVAERETVR, quare Christus dixit non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus, & quid significauit in hoc. Dicendum ꝙ per filios ostendit Iudęos,& per canes omnes Gentiles, & maxime Chananæos, qui apud Iudæos habebantur magis despecti, & exosi quàm cęterę gentes, & plura mala Deus illis inferri iussit quàm alijs gẽtibus Deuteronom.20.Et dicuntur Iudęi filij,quia nutriti sunt a Deo in cultu suo, & fecit eos hæredes nationum,& terrarum,elegitque eos de omnibus populis tamquã filios:vnde non solum filios,sed ẽt primogenitum filium vocauit Deus Israel Exo.4.qñ loquitur ad Pharaonem Moyses ex parte Dei.s.dimitte filium meũ primogenitum Israel, vt sacrificet mihi, alioquin ego occidam primogenitum tuum.Gentiles aũt erant,vt canes enutriti in sordibus idolatriæ comedentes carnes,& sanguinem sacrificiorũ,vt exprobrat eis Moyses in cantico Deut.32.s.surgant,& opitulentur eis.s. dij de quorum victimis adipes comedebant, & bibebant vinum libaminum.Sic dicit Glo.filij sunt Iudæi generati, & nutriti sub cultu vnius Dei per legem, panis est Euangeliũ,& miracula,& alia, quę ad salutẽ nostram pertinẽt:non est ergo conueniens, vt a filijs auferantur,& dentur gentibus,quæ sunt canes.Sic dicit Chrysosto.canes aũt Gentiles ꝑ idolatriam dicũtur,qui crui sanguinis dediti & cadaueribus mortuorum vertuntur in rabiem. Vel canes vocantur,quia erant contemptibiles. Sic dicit Theophilus:canes autem vocat Gentiles tamquam a Iudęis sceleratos reputatos:panem vero dicit benedictionem quod filijs,idest,Iudęis Deus promisit. Dixit aũt hoc Christus ad ostendendam mulieris patientiam, & humilitatem, erat quippe dura contumelia canem vocare: ad quod tñ mulier nihil mordaciter respondit neque indignata est, sed humiliter confessa est se esse canẽ, & quia decebat experiri mulierem istam per omne genus virtutis, vt sic appareret quid in ea commendandum esset, fuit conueniens, quòd Christus hoc ei diceret.

Ad quid proderat istud verbum Christi in proposito suo, scilicet,non est bonum &c. Quæst. LXXVI.

SED quæretur ad quid proderat istud verbum Christi in proposito suo,quia per hoc videtur ipse velle repellere mulierem, vt non concederet quod petebat illa,& tamen non erat cõueniens ratio:nam panis filiorum non est dandus canibus,idest,illud quod filij comedere debent(si non

A habent aliud) non est dandũ canibus, & tamen si copia panis est non est inconueniens, quòd detur filijs, & quod detur canibus,& quòd neutris deest, ita erat hic,quia potestas faciendi miracula in Christo erat infinita,& ideo licet faceret miracula multa inter Gentiles,nihil deesset quod daretur Iudæis,& econtrario.

Dicendum vno modo,quòd verum est, quòd nõ concludebat ista ratio, & tamen dicebat illam Christus,vt esset locus mulieri ad respondendum, & per hoc ostenderet suam fidem: nam non poterat ad hoc respondere nisi, quòd Christus sufficienter pro omnibus habebat panem,tam pro filijs quàm pro cani- B bus,& ideo quòd sine præiudicio filiorum poterat dare canibus etiam ad saturitatem, & tunc appareret magna fides mulieris,quæ talia de Christo arbitrabatur.Secundo,& melius dici potest,quòd Christus nõ dixit hoc ad ostendendum,quòd nihil dandum erat de pane canibus,sed vt ostenderet, quòd iniustum erat,ita cito prouideri canibus, sicut & filijs, & quia nunc erat tempus quo prouidebatur Iudæis, qui filij erant,adhuc non erat tempus prouidendi canibus, sed postea prouideretur eis,& istud expressit Marcus. s.sine prius saturari filios:nam est vanum sumere panem filiorum,& mittere canibus,idest, quandiu pascuntur filij non est mittendus panis canibus, sed postquam illi saturati fuerint,quod illis superest dandum C est canibus,ita nunc Christus docebat Iudæos, & miracula faciebat inter eos, & non erat expletum tempus quo eis prædicandum erat,ideo non erat conueniens conuerti ad gentes ad prędicandum illis, & faciendum miracula inter eas.Et ad hoc respondit mulier,& non in sensu pręcedenti dicens. nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa,s.non solum est tempus dandi panem canibus post cibum filiorũ, sed etiam dum illi pascuntur, licet non principaliter detur panis canibus,sed filijs,quia dum pascuntur filij comedunt canes de micis,quę cadunt de mensa,& tamen Matthæus subticuit hic illud quod expressit Marc.scilicet,sine prius saturare filios, & ideo non apparet quomodo verbum Christi sit ad propositum nec responsio mulieris: si enim staret sensus pręcedẽs D non respondisset sic mulier, sed diceret,Domine tu habes sufficientem panem pro filijs, & pro canibus, ideo potes dare canibus etiam ad sufficientiam sine pręiudicio filiorum.

Quare Christus differebat sanitatem tamdiu, cum illud apud se disposuisset. Ex quo potissime docemur perseuerãdum esse in orationibus, quia aliquando exaudietur, qui statim non exauditur. Quæst. LXXVII.

QVAERETVR cum Christus disposuisset concedere mulieri quod petebat quare tãdiu differebat,& negabat excusando.

Dicendum,ꝙ primo fuit ad augmentũ meriti mulieris. nam quanto tardius exaudit in ali- E quo,in quo exauditurus est:tanto magis oramus eum ex charitate,& diuturniorem spẽ habemus ad ipsum, & tamen quandiu magis oramus,cum ex charitate faciamus magis meremur:nam tam oratio multiplicata quàm spes diuturna virtutis opera sunt, quæ tãto maiora sunt quanto magis perseuerant. Et ideo vtile est homini interdum tarde exaudiri, si aliquando exaudiendus est. Secundo, & principaliter fuit,vt mulieri esset locus dicendi ea,quæ dixit: nam ostendit in verbis fidem suam,& humilitatem,patientiam, & perseuerãtiam,quæ non potuisset ostendere si Christus illico concederet quod ipsa petebat. Tertio fuit, quia Christus volebat laudare fidem mulieris istius,vt per hoc cęteros alliceret ad habẽdum fidem,

& tamen

& tamen non potuisset illam conuenienter laudare nisi apparuisset, & non potuisset apparere si non differretur exauditio: ideo debuit exaudiri tarde. Quarto fuit ad instruendum nos in oratione, q̃ simus perseuerantes, & longanimes, vt non statim cessemus orare, licet non exaudiamur, sed perseueremus pulsantes, quia aliquando exaudiet, qui statim non audit. Quinto fuit ad placandum años Iudęorum, vt non videret Christus ęquales eos facere Gentilibus: nam Iudæis mòx concedebat quod petebāt circa miraculorum operationem: immo & sępe eis non petentibus miracula faciebat, sicut in saturatione turbarum præcedēti cap. & sequenti. & in conuersione aquæ in vinum Io. 2. & in alijs multis. Si aūt statim huic mulieri concederet, quod petebat, videretur eam Iudęis æquare, iō multum distulit, & quasi ex importunitate cōcessit. Sexto fuit ad opprobrium Iudęorum, vt differendo exauditionem appareret fides magna mulieris istius qualis non erat in Iudæis, licet illi quotidiana viderent miracula: ista aūt mulier forte nullum viderat, sed solum audierat. De hoc dicit Theophilus. ideo āt Dñs non statim exaudit, sed gratiam differt, vt ostendat mulieris fidem constātem, & vt discamus non statim deficere cum oramus, sed vt sistamus donec accipiamus. Sic etiam dicit Chrysomus, q̃ pp hoc aūt tardauit. pręsciebat enim eam hęc dicturam, nec occultari voluit tantam mulieris virtutem simul, & vt Iudęis ostenderet, q̃ non ęqualiter eis dabat, sed & alienigenis sanitatem, & vt patefacta mulieris fide magis patefieret infidelitas Iudęorum.

Quare mulier dixit, nam & catelli edunt de micis, & an in hoc repugnauit verbo Christi. Et quando Iudæis, & Gentilibus beneficia collata sunt abundanter.
Quæst. LXXVIII.

QVAERETVR, quare mulier dixit: nam & catelli edūt de micis, & an in hoc repugnauit verbo Christi. Dicēdū ad primū, q̃ mulier ostendere voluit, q̃ hoc miraculū fieri esset conueniēs, qa Christus dixerat nō est bonū sumere panem filiorū, & dare canibus. quod videbatur eā excludere: ipsa aūt dicit, q̃ fieri pōt qa non petit ipsa, q̃ sumatur panis filiorū, & detur ei, sed q̃ sicut canes comedunt micas cadentes de mensa, ita ei non concedantur miracula, & beneficia ad abundantiā, sicut Iudæis, sed mica vna. i. ista curatio filiæ a dęmonio. Sic dicit Theophilus. q. d. Iudęi panem totum habent. s. descendentem de cęlo, & tua etiam beneficia. ego autem micas postulo, idest, modicam beneficij partem. Etiam per hoc directe respōdit ad id quod dixit Marcus. s. sine prius saturare filios: nam Christus non negabat absolute esse aliquando facienda miracula, & prædicationem diffundendam Gentilibus, sed q̃ non eo tempore, quo Iudęis, quia prius saturandi sunt filij, deinde panis dabitur canibus, qui superfuerit: ipsa autē dicit, q̃ etiam dum filij pascuntur comedunt canes de pane: non quidem de pane integro, sed de micis cadentibus de mensa, & ideo licet ipsa canis esset volebat habere micas, qa habere licebat, sicut cani. Secundo dixit hoc mulier, quia putauit verbum Christi esse in fauorem eius: nam in numero canum constituebat eam Christus dicens, non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus, & tamen canes non sunt prorsus alieni, sed sunt de familia Domini, & panis eis aliquando datur: ideo mulier dixit, quòd saltem in numero canum daretur ei panis, idest, non de pane integro, & super mensam, sed de micis cadentibus sub mensa. Sic dicit Chrysostom. ipse tamen nominauit: hæc autem & opus canis adiecit, ac si dicat. Si canis sum non

F sum aliena, canem me dicis, ergo nutri me, vt canem non possum relinquere mensam Domini mei. Tertio fuit, vt mulier offenderet in hoc humilitatem suam, quia non dedignabatur vocari canis a Christo vt per hoc non repelleretur: nam & magis humiliauit, quia Christus vocauit eam canem, ipsa autem de catellis se dixit, & tamen catelli sunt parui canes minoris vtilitatis quàm magni canes, quibus vt custodibus gregum, vel domorum datur panis: catelli autem qui fere nullius vtilitatis sunt, nullo bono digni sunt, & tamen adhuc hi comedunt de micis sub mensa Domini, & de numero catellorum se constituit: erant quippe verba Christi valde pungitiua, quia duo contraria miscebat, scilicet, quia Iudæos valde
G laudabat, ita vt eos filios diceret, & Chananæos valde deprimebat, ita vt canes appellaret, & tamen vtrũque sustinuit æquo animo mulier. Sic dicit Chrysosto. vide mulieris prudentiam qualiter nec contradicere ausa est, nec tristata est in aliorum laudibus, nec molestata est in proprio conuitio.

Ad secundum dicendum, quòd verba mulieris in sententia non repugnant verbis Christi: nam Christus dixerat non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus: illa autem concessit hoc, & dixit, quòd licet non daretur panis integer canibus, sicut filijs, & super mensam, tamen concedebatur canibus comedere micas panis cadentes sub mensa, &
H hoc Christus non negauerat.

Sed tunc dicetur, quòd responsio Christi non erat sufficiens ad elidendum mulieris petitionem.

Dicendum, quòd verum est, quia nec intendebat omnino repellere, sed concedere: intendebat tamen differre: istud autem erat conuenienter dictum, quia mulier non poterat respondere ad hoc nisi ostendendo magnam humilitatem, & patientiam, & fidem, & hoc Christus volebat ostendi. Ita etiam dicendum est accipiendo verba Mar. septimo, scilicet, sine prius saturare filios. in quo Christus innuere videbatur, quòd aliquando futurum esset tempus quo Gentiles velut canes comederent de pane saturatis iam filijs, sed nunc nondum erat tempus: mulier autem respondit, quòd etiam dum comedebant filij
I poterant comedere canes: non quidem de pane integro, sed de micis cadentibus: nam interdum dantur canibus panes integri, vt iam saturatis hominibus, si superfint panes integri, qui non sint necessarij dantur canibus, & tamen dum homines comedunt non dantur canibus, nisi ea quæ cadunt, sed hæc non erant contraria verbis Christi, quia Christus innuere volebat, quòd aliquo tempore Gentilibus dandus esset panis ad saturitatem, sicut nunc Iudæis, scilicet, quando Apostoli cęterique discipuli prædicarent per totum orbem, & in omnibus locis facerent miracula multa, sed hoc fieret postquam cessaret prędicatio apud Iudæos, sicut dixerunt Paulus, & Barnabas: Actuum decimotertio: primum vobis loqui oportebat de regno Dei, sed quia indignos vos fecistis ver-
K bo vitæ, & repulistis illud: ecce conuertimur ad gentes: sic enim præcepit nobis Dominus. & nunc innuebat, q̃ non erat tempus faciendi miracula ad abūdantiam inter Gentiles, & prædicandi quousque saturentur filij, idest, Iudæi, sed non repugnāt his verba mulieris: nam dixit, quòd catelli edunt sub mensa, scilicet, ego non peto nunc saturitatem illam, & abūdantiam, quæ dabitur canibus saturatis filijs, sed peto paruam micam beneficij: nam etiam antequam saturentur filij comedunt aliquid catelli, scilicet, micas cadentes sub mensa.

Quare Christus dixit, O mulier magna est fides tua. Et quòd vbicunque de fide Gentilium in Euangelium agitur, eam Christus valde extollit, & hoc ad Iudæorum confusionem. *Quæst. LXXIX.*

QVAERETVR quare Christus dixit, O mulier magna est fides tua. Dicendum, quòd Christus dixit hoc per modum admirationis de magnitudine fidei mulieris: voluit enim laudare illam, quia laudanda erat. Et hoc fuit. Primo ad alliciendum omnes ad fidem, & ideo quandocunque in aliquibus apparet fides, Christus laudat eam, vt in duobus cæcis, supra 9. secundum fidem vestram fiat vobis, & de muliere fluente sanguine, eodē cap. & Marci 5. & Lucæ 8. Christus dixit, Confide filia, fides tua
B te saluam fecit. Secundo fuit ad opprobrium Iudæorum: nam Iudæi qui quotidiana videbant miracula vix aliquid credere poterant, hæc autem antequàm miracula videret, credidit excellenter, & in fide constanter permansit, non concussa iniurijs, nec dilatione fatigata. Et maxime voluit Christus ostēdere differentiā fidei Gentilium, a fide Iudæorum, quæ quasi infidelitas reputatur collata ad fidem Gentilium, & ideo quandocunque de fide Gentilium agitur, Christus illam valde extollit. Sic patet supra 8. de Centurione, qui erat Gentilis: nam dicitur quòd admiratus Christus fidem illius sequentibus se dixit, non inueni tantam fidem in Israel, & subdidit, Multi venient ab Oriente, & Occidente, idest, de Gentilitate, & recumbent in regno cœlorum cum Abraham, Isaac, & Iacob, filij autem regni huius eijcientur foras. Sic etiam quandō curauit Christus decem leprosos, quorum vnus erat alienigena, & nouem Iudæi, & alienigena solus rediit gratias agens, Christus conquestus dixit, Nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena, Lucæ 17. Ita & nunc mulier hæc Chananæa erat, ideo illius fidem Christus valde extollere voluit, dicens: O mulier magna est fides tua.

Quare Christus solam fidem laudat, cum in muliere ista apparuerunt multæ virtutes. Et quòd sine fide virtutes, vel nullæ sunt, vel inutiles. *Quæst. LXXX.*

QVAERETVR cum in muliere ista nunc apparuerint virtutes multæ, quare Christus solam fidem laudans, commemorat. Dicendum, quòd verum est, quòd multæ virtutes in ea apparuerūt: nam fuit prudentia, quia in omnibus prudenter, & sapienter respondit, vt cum dixit catellos edere de micis. Sic dicit Theophilus, quia ergo mulier sapientissime respondebat, obtinuit quod optabat. Et fuit etiam prudentia ista in hoc, quòd sciuit se temperare a verbis, non ostendens se tristem in aliorum laudibus, neque indignatam in proprijs iniurijs. Sic dicit Chrysost. scilicet, vide autem mulieris prudentiā qualiter nec contradicere ausa est, nec contristata est in aliorum laudibus, nec molestata est in proprio conuicio. Etiam prudentia apparuit, quia sciuit quęrere bonum medicum, & non recurrit ad sacrilega remedia maleficorum. Sic dicit Origenes, vide prudentiam fœminæ, non iuit ad homines seductores, non quæsiuit inanes ligaturas, sed omnes relinquens diabolicultus venit ad Dominum, non petiuit Iacobum, non rogauit Ioannem, non accessit ad Petrum, suscipit in se causæ patrocinium, & sola cucurrit ad Dominum. Secundo apparuit perseuerantia: nam mulier hæc primo, vt nouit Christum venisse in locum, in quo ipsa erat, licet ille latere vellet, intrauit ipsa, & procidit in domo ad pedes eius, Marci 7.

A Christus tamen ibi nihil respondere voluit, sed cœpit itinerare de loco egressus, sed nec illa deserit, immo euntem post tergum, magnis fatigat clamoribus, & cum nec discipulis rogantibus exaudiretur, non destitit fatigata, sed accessit ad Dominum, & adorauit tandiuque permansit, quousque meruit obtinere. Tertio fuit in ea patientia, nam iniurijs non concitatur, erat enim iniuria, quòd contemni videretur cum Christus ei non respōderet verbum etiam sæpe clamanti, & quod grauius fuit, quia Iudæos filios, ipsam vero canem appellauit, quod & patienter sustulit, & approbauit, nec saltem tristitiam, aut indignationem vultu ostendens. Quarto apparuit humilitas, bis enim se humiliauit, procidens in terram coram Christo eum adorando, primo in domo,
B Marci septimo, deinde in via, vt patet hic. Etiam fuit magna humilitas, quòd se canem esse agnouit, immo & cum Christus eam canem vocasset ipsa aliquid minus de se professa est, s. q̃ catella esset dicens: nam & catelli edunt de micis, & illud etiam Domine, i. verum est, q̃ sum canis, vel catella. Quinto apparuit fides: nam credidit Iesum esse Messiam cum vocauerit illum filium Dauid, quod idem est. Credidit etiam Deum esse: nam eum vt Deum adorauit, & cum non vidisset aliqua miracula Christi, antequàm vidit, credidit q̃ posset filiam eius sanare, & postea cum nondū videret filiam suam sanatam dicente Christo, fiat tibi sicut vis, credidit q̃ vere sana esset. De his dicit Hiero.
C Mira autem huius mulieris fides, patientia, & humilitas prædicatur, fides qua credidit sanari posse filiam suam, patientia qua toties contempta in precibus perseuerat, humilitas quòd se non canibus, sed catulis comparat, scio me inquit filiorum panem non mereri, nec integros capere posse cibos, nec sedere ad mensam cum patre, sed contenta sum reliquijs catulorum.

Dicendum tamen, quòd licet omnes istæ virtutes apparuerint in muliere, Christus non commemorat nisi fidem. Primo, quia ista sola erat ad propositum: nam dicitur quomodo mulier ista obtinuit a Christo, quod petebat, & tamen ad obtinendum miracula fieri, nulla virtus sufficit, nisi fides, aliæ autem non
D prosunt, per fidem autem obtinemus quidquid petimus, ita vt nihil sit nobis impossibile, Mar. 9. Si potes credere omnia possibilia sunt credenti, idest, possibilia obtineri a credente. Et hoc quando est proprie fides, s. q̃ sit sine hæsitatione, quia aliàs non obtinet qcquam petens, Iaco. 1. s. Postulet autem in fide nihil hęsitans, qui autem hæsitat similis est fluctui maris, qui a vento circumfertur, nō æstimet aūt homo ille, q̃ accipiat aliquid a Deo. & nō solū per fidem obtinemus a Deo fieri miracula in fauorem nostrū, sed ēt obtinemus, q̃ nos ipsi miracula faciamus, s. q̃ trāsferamus montes, vel q̃ eradicentur arbores, & transplantētur
E super fluctus maris, & q̃ nihil sit difficile nobis facere, vt patet infra 17. & 21. & Lucæ 17. & quia hic agit quomodo ista mulier obtinuit quod petebat, nō fuit necesse exprimi de alia virtute, nisi de fide. Secundo fuit, quia ista erat virtus, quā Christus introducere nitebatur prædicando, s. q̃ crederetur in eum, de cæteris aūt virtutibus non erat tanta solicitudo, & hoc maxime, quia fides est fundamentū, cum sine illa impossibile sit placere Deo, ad Hebr. 11. Et ita sine fide, vel nullæ virtutes sunt, vel saltem inutiles sunt ad placendū Deo, vnde directe tota prædicatio, & scriptura gestorum, & dictorū Christi, fuit propter fidem introducendam, & conseruandam, Ioan. 20. cap. scilicet, Multa alia signa fecit Iesus, q̃ in hoc libro scripta non sunt, sed hæc scripta sunt, vt credatis, quia Christus est filius Dei, & credentes vitam habeatis, & nō tangitur

ibi quòd ſit illa ſcriptura propter aliam virtutem introducendam. Tertio fuit, quia ſola fides fuit hic propter ſe, & cæteræ fuerunt propter ipſam, & illa fuit quaſi imperans actibus aliarum virtutum, & ita actus omnium illarum dicebantur eſſe actus fidei, ſicut omnes actus a charitate imperatos vocamus actus charitatis, licet ſint imperati ab aliquibus virtutibus particularibus. Et patet hoc, quia ideo mulier iſta a principio iuit ad Chriſtum, quia credidit, quòd poſſet ſanare filiam eius. Ideo etiam diu perſeueraui t, quia credebat, quòd poſſet ſanari filia, & confidebat, quòd ſanaretur. Propter hoc etiam ſe humiliauit vocans ſe catellam, & tam prudenter ſe habuit, vt per hæc obtinere poſſet a Chriſto, quòd illum facere poſſe credebat, & ſe obtenturam ab eo ſi hæc faceret, confidebat. Si autem non crederet nihil iſtorum feciſſet, ideo omnes iſti actus ſunt a fide imperati, & ita melius vocantur actus fidei, quàm particularium virtutum, & iſta eſt cauſa potiſſima, quare de ſola fide mentio facta eſt a Chriſto.

Quomodo factum eſt hoc miraculum.
Quæſt. LXXXI.

QVAERETVR de iſto miraculo, quomodo factum eſt. Aliqui dicunt, quòd mulier fecit illud, ſcilicet, ipſa ſanauit filiam ſuam cõcedente Chriſto. Et ita tenet Origenes in quadam homelia, quòd propter magnitudinem fidei conceſſit Chriſtus iſti mulieri non ſolum, quod petebat, ſed etiam, quòd ipſa illud faceret. Sed dicendum, quòd non ſtat, quia Chriſtus fecit iſtud miraculum, & non mulier, nec facere potuit. Primo patet, quia non poterat ei concedi talis poteſtas: nam poteſtas faciendi miracula eſt infinita, & concedere alicui iſtam poteſtatem infinitam eſt facere ipſum eſſe Deum, ſed nulli datur eſſe Deum, qui non eſt Deus, ideo nec hæc poteſtas conceditur, & ita dicitur, q̃ potentia creandi, nulli creaturæ põt communicari. Secũdo patet, quia litera non ſignificat hoc, ſed potius contrarium: nam ſi Chriſtus vellet concedere mulieri poteſtatẽ ſanandi filiã, diceret ei, magna eſt fides tua, fac ſicut vis, & tamen dixit, fiat tibi ſicut vis: ergo non fiebat ab ipſa. Tertio, quia Mar. 7. dicitur, quando mulier dixit: nam & catelli edunt, &c. q̃ Chriſtus ait, propter hunc ſermonem vade, exijt dæmonium a filia tua: ergo non commiſſum eſt mulieri, q̃ ſanaret filiam, ſed q̃ iret, & inueniret eam ſanam. Quarto, quia ſi mulieri cõmitteretur ſanare filiam, ipſa ſanaret eam, poſtquàm iret in domum, & tamen ſanata eſt puella ex ea hora, qua locutus eſt Chriſtus, vt patet ſupra in litera, & quãdo venit mulier in domum inuenit iam puellam ſanatã, Mar. 7. ſcilicet, Et cum abijſſet domum ſuam, inuenit puellam iacentem ſupra lectum, & dæmonium exijſſe: ergo ipſa non ſanauit filiam, ſed Chriſtus per hoc quòd dixit, Fiat: nam oſtenditur poteſtas Dei operantis in verbo iſto. Et dicit Chryſoſt. quòd tale eſt iſtud fiat, quale illud quando dixit, Fiat firmamentum, & factum eſt: nam illa ſolius Dei operatio fuit.

Quare dicitur hic, quòd ſanata eſt mulieris filia ex illa hora. *Quæſt. LXXXII.*

QVAERETVR quare dicitur hic, quòd ſanata eſt mulieris filia ex illa hora, ideſt, ex hora qua locutus eſt Ieſus. Dicendum, quòd licet puella, quæ petebatur ſanari eſſet abſens, tamen mox vt Chriſtus dixit verbum, ſanata eſt, quia verbum ſuum potẽs erat, i. ipſe poterat facere quidquid ſignificabat verbum ſuum eo tempore quo proferebatur, quia a nullo loco ipſe abſens erat. Et fuit hoc primo ad oſtẽdendum poteſtatem infinitam, quia ſolius Dei eſt agere in inſtanti, ſi autem poſtea fieret, non eſſet argumentum ſufficiens ad oſtẽdendum eſſe Deum, & ideo vt communiter quando aliquos ſanare volebat, mox vt illos tangebat, vel loquebatur ad illos, ſanabãtur. Secundò fuit ad tollendum dubium, ſ. vt manifeſtaretur, an vere eſſet miraculum, quia quædam opera miraculorum fiebant, quæ etiã ſine miraculo fieri poterant, vt ſanare a febribus, & dæmonium expellere: nam febris interdum per ſe ceſſat, & dæmon agitans, interdum deſinit agitare etiam nullo remedio exteriori adhibito circa vexatum, vt ergo videretur q̃ talia miraculoſe fiebant, neceſſarium erat iſta ſubito fieri, & ita quando Chriſtus curauit ſocrum Petri a febribus, mox vt eam tetigit, ſanata eſt, ſupra 8. & Marci 1. & Lucę 4. Et iam quando verbo placauit mare, mox vt locutus eſt, ſtetit ventus, & facta eſt trãquillitas magna, ſupra 8. & Marci 5. & Lucę 8. Et hoc, quia tempeſtas maris ſolet naturaliter reſidere, paulatim in ſe conſumpta, & nunc videretur naturaliter ceſſaſſe, niſi ſubito ceſſaret, ideo ad verbum illius ceſſauit illico mare. Ita & nunc ſi dæmoniũ recederet à puella, poſtquam mater rediret in domum, putaretur quòd forte per ſe torquere deſierat, cum autem ceſſauit illico, vt Chriſtus locutus eſt, apparebat quòd per imperium eius fiebat, & ita quando mulier redijt in domum, inuenit puellam ſanam, iacentem ſuper lectum, Marci 7. Sed dicetur quomodo ſciret, quòd illa hora, qua Chriſtus locutus eſt, ſanata eſt puella, quia mater non erat cum puella, quando ſanata eſt, quia puella manebat in domo, Marci 7. Mater autem ſecuta eſt nunc Chriſtum in via, & ibi obtinuit ab eo curationem filiæ, vt dicitur ſupra in litera. Et etiam Marci 7. dicitur, quòd cum abijſſet domum ſuam, inuenit puellam iacentem, a qua exierat dæmonium. Dicendum, quòd potuit ſcire mater horam quærendo a filia, quando melius habuiſſet, & illa diceret, tali hora ſanata ſum, & tunc mater conſiderans tempus inueniret illam eſſe horam, qua Chriſtus dixiſſet, Fiat tibi, ſicut vis: ſic fuit de filio Reguli, qui infirmabatur Capharnaum: nam pater deſcenderat ad Chriſtum ad alium locum, vt iret in Capharnaum, & ſanaret eius filium, dicens: Domine deſcende priuſquàm moriatur filius meus, & Chriſtus ait, Vade viuit filius tuus, credidit homo, & ibat: & iam eo deſcendente, ideſt, in via poſito ſerui eius occurrerunt, dicentes, quòd filius eius viueret: interrogabat ergo horam ab eis, quando melius habuiſſet, & dicunt ei, quia heri hora ſeptima reliquit eum febris, & ſequitur: Cognouit ergo pater, quia illa hora fuerat, qua dixit ei Ieſus: Vade filius tuus viuit, Ioan. 4. Et ita nunc poterat eſſe de iſta muliere, vt ſciret, quòd hora, qua locutus eſt Chriſtus, ſanaretur filia eius.

Quomodo mulier deſtitit petere a Chriſto ſanitatem filiæ, cum neſciret, an filia ſua ſanata eſſet. Et in quo exceſſit fides Gentilium fidem Iudæorum. *Quæſt. LXXXIII.*

QVAERETVR quomodo mulier deſtitit petere a Chriſto ſanitatem filiæ: nam cum erat in via cum eo, & dixit: Fiat tibi, ſicut vis, non erat præſens filia, vt ſanaretur, quomodo ergo mulier ceſſabat, quaſi facto negocio?

Dicendum, quòd hoc ad magnam fidem huius mulieris pertinet, vt non videns crederet: nam ſicut antequàm videret Chriſtum operari miraculum aliquod, credidit quòd poterat ſanare filiam eius, ita & nunc dicente Chriſto, quòd ſanaretur, etiam ſi mulier nõ videret, credidit quòd fieret, & ideo ita receſſit

ceſſit ſecura de conſpectu Chriſti, ac ſi filiam eius ipſa præſente ſanaſſet, & hoc etiam pertinet ad magnitudinem fidei, quam Chriſtus laudauit in muliere, Iudæi enim non credebant, niſi cum viderent, & putabant, quòd Chriſtus non poſſet curare quemquam, niſi præſentem, fides autem Gentilium exceſſit fidem Iudæorum in hoc, quia crediderunt Chriſtum poſſe curare abſentes, ſic fuit in Centurione, ſupra 8. Vnde Chriſtus laudauit fidem illius dicens: Non inueni tantam fidem in Iſrael, ideſt, nullus ante illum crediderat, quòd poſſet in abſentia operari, & ita mulier iſta Gentilis credidit, quòd Chriſtus abſens poterat filiam ſuam ſanare, & cum ei dixit, quòd ſanaretur, nihil vltra petiuit a Chriſto: nam non dixit, Domine rogo te reuertere, & ſana eam, ſed ipſa mulier dimiſſo Chriſto redijt in domum, ſecura de ſanitate filiæ, ac ſi eam ſanari conſpexiſſet. Si enim mulier rogaret Chriſtum, vt reuerteretur, & ſanaret filiam, non laudaret Chriſtus fidem mulieris, ſed potius argueret de infidelitate, ſicut fuit de Regulo, cuius filius infirmabatur Capharnaum, Ioan. 4. Nam rogauit Chriſtum dicens, quòd deſcenderet, & ſanaret filium eius. Chriſtus vero dixit, niſi ſigna, & prodigia videritis, non creditis, & noluit Chriſtus deſcendere, ſed dixit ei, Vade filius tuus viuit, & tunc ille credidit, & ibat, & ita puer ſanatus eſt.

Quomodo Matthæus, & Marcus deſcripſerunt hoc factum, cum non viderint. Et quòd quando Chriſtus aliquos in abſentia præſertim curabat, volebat, quòd venirent ad eum gratias agentes. *Quæſt. LXXXIIII.*

QVAERETVR quomodo Matthæus, & Marcus deſcripſerunt hoc factum aſſerentes, ſanatam puellam, & in illa hora ſanatam, cum non viderint. Aliqui dicunt, quòd in multis alijs factum eſt: nam non vidit Matthæus omnia, quæ ſcripſit, cum non fuerit a principio cum Chriſto: nam ſaltem ea quæ geſta ſunt ante vocationem ſuam non vidit ipſe, ſcripſit tamen illa, quia ſufficiebat, quòd audiret ab illis, qui viderunt, ita enim Lucas ſcripſit dicens, ſe didiciſſe ab eis, qui viderunt omnia a principio, & miniſtri fuerunt ſermonis, Lucæ primo, & Hieronym. in prologo dicit, quòd Lucas magis audita, quàm viſa narrat, ita ergo hic eſſet.

Sed dicendum, quòd non ſtat, quia ibi licet ſcriptores non viderint, cognouerunt ſic eſſe teſtimonio aliorum Chriſti diſcipulorum, qui interfuerunt, ſicut dicitur Lucæ primo, & tamen hic nemo diſcipulorum vidit rem factam, immo nec etiam Chriſtus, quia puella quæ ſanata eſt, manebat in domo, & Chriſtus erat in via cum diſcipulis. Receſſerat namque de loco illo, in quo puella manebat, & non reuerſus eſt ad puellam, ſed proceſſit itinere ſuo, vt colligitur Marci 7. Nam dicitur, quòd mulier abijt in domum ſuam, & inuenit puellam iacentem ſuper lectum, de qua exierat dæmonium, & ita non redijt Chriſtus ad puellam, ſed mater. Chriſtus autem continuato itinere, profectus eſt: nam ſequitur ibi, quòd exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ, & ita non vidit vnquam puellam, quam ſanauit. Dicendum, quòd verum eſt, quòd nec Chriſtus, nec diſcipuli viderunt puellam, antequàm ſanaretur, neque poſtquàm ſanata eſt, & tamen Chriſtus ſciebat, quòd ſanauit puellam, cum vere ſanauerit. diſcipuli autem crediderunt verbo Chriſti, quia viderant ſimilia, vt in ſeruo Centurionis, quem abſentem ſolo verbo ſanauit, & ideo crediderunt hic, quod ipſe dixit, & ita ſcripſerunt, quòd puella ſanata fuit, & quòd mater inuenit eam ſuper lectum iacentem, & dæmonium exiſſe. Aliter poteſt dici, quòd licet Chriſtus non redijt ad locum, in quo erat puella, mater tamen puellæ inueniens eam ſanatam, reuerſa eſt ad Chriſtum pergentem cępto itinere, & retulit quomodo inueniſſet puellam ſanatam, iacentem ſuper lectum, & ageret gratias de ſanitate recepta, & tunc diſcipuli agnoſcerent veritatem rei, & ſcriberent hoc Euangeliſtæ: iſtud eſt ſatis veriſimile, quia illi qui aliqua beneficia curationum a Chriſto recipiebant, redibant ad eum gratias agentes, de ſuſceptis beneficijs, & ſi non redirent, ipſe arguebat illos, & conquerebatur, hoc autem erat, quando aliquibus in abſentia conferebat beneficia: nam quando præſentes ſanabat, agerent ei tunc gratias, & non oporteret redire, ſed quando præſens diceret, quòd ſanarentur, & in abſentia ſanabantur, redibant gratias agentes de percepto beneficio. Sic patet Lucæ 17. de decem leproſis, petentibus a Chriſto curationem, quibus cum iuſſiſſet oſtendere ſe ſacerdotibus, dum irent, ſanati ſunt in via, & redijt vnus eorum ad Chriſtum gratias agẽs, & Chriſtus cõqueſtus eſt dicens, Nonne decem mũdati ſunt? & nouem vbi ſunt? non eſt inuentus qui rediret, & daret laudem Deo, niſi hic alienigena. Et ita Chriſtus volebat, quòd ſanati in abſentia, redirent ad gratias agendum Deo, & tamen fides iſtius mulieris valde fuerat laudata a Chriſto, ideo veriſimile eſt, q̃ rediret, poſtquàm filiam ſanatam inuenit, & hoc teneri poteſt, licet ſcriptum non inueniatur, ſed non differt an hoc, vel præcedens teneatur.

Quomodo Matthæus, & Marcus diſcordant in verbis Chriſti. Et quòd intentio Euangeliſtarum eſt ſequi totaliter rerum geſtarum veritatem, & in dictis verborum plenam ſententiam de ipſis materialibus verbis, parum curantes. *Quæſt. LXXXV.*

QVAERETVR quomodo Matthæus, & Marcus diſcordant in verbis Chriſti: nam hic dicitur, quòd Chriſtus dixit, O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi, ſicut vis, & Marcus dicit, quòd Chriſtus ait, propter hunc ſermonem vade, exijt dæmonium de filia tua. Dici poteſt vno modo, quòd Chriſtus vtrunque dixit in ſententia, ſcilicet, o mulier magna eſt fides tua, & ideo dico tibi, quòd fiat, ſicut tu vis, & vade, quia dæmonium exijt de filia tua, & ita interdum dicta Chriſti ſupplentur ex eis, quæ Euangeliſtæ multi dicunt, & vnus non enarrat plene dicta. Aliter poteſt dici, & melius, quòd Chriſtus alterum iſtorum dixit in verbo, vel forte neutrum eorum, & tamen in ſententia vtrunque dixit. Eſt enim intentio Euangeliſtarum ſequi totaliter veritatem rerum, & in dictis ſententiam plenam verborum. De ipſis autem materialibus verbis raro curant, nõ enim refert, quòd iſtis, vel illis verbis proferatur, dum tamen idem ſenſus enuncietur. Ita autem erat nunc intentio eorum deſignare, quòd Chriſtus propter fidem, & deuotionem mulieris, conceſſit ei, quod ipſa petebat, & tamen hoc non eiſdem verbis enunciauerunt. Dixit enim Matthæus, Magna eſt fides tua, ſcilicet, q̃ propter fidem concedebat Chriſtus, quod ipſa petiuerat. Marcus autem dixit: propter hoc verbum vade, &c. ideſt, quia ex magna fide locuta es, dicens: nam & catelli edunt, &c. & ſic vtrunque ſignificat fidem fuiſſe cauſam obtinẽdi. Quòd autem Matthæus dicit: Fiat ſicut vis, expreſſius dixit Marcus, Vade exijt dæmonium de filia tua: nam id quod fieri volebat mulier, erat quòd dæmon exiret de filia, ideo exeunte dæmone, ſicut dixit Marcus, fiebat id, quod volebat mulier, quod dixit Matthæus, & ita non diſcordant in ſententia.

Et cum transisset inde Iesus, venit secus mare Galilææ. Et ascendens in montem sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbæ multæ habentes secum mutos, cęcos, claudos, debiles, & alios multos, & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos ita vt turbæ mirarentur, videntes mutos loquentes, & claudos ambulantes, cæcos videntes, & magnificabant Deum Israel.

Reuersio Christi ad Iudæos.

Et cum transisset. Hic Christus reuertitur ad Iudæos, postquàm recesserat ab eis ad Tyrios, collato nunc Iudæis ampliori munere, & ideo facit nunc eis plura miracula, quàm prius. Et primo infirmos eorum curando. Secundo, & principaliter cibando eos, ibi.

Iesus autem. Circa primum dicitur. *Et cum transisset inde Iesus.* Scilicet, De terra Tyri in qua nunc fecerat miraculum liberationis puellæ a dæmonio. *Venit secus mare Galilææ.* Idest, Venit iterum ad mare Galilææ: nam quando cum Pharisæis, & Scribis disceptabat de immunditia, & cibis, erat apud mare Galilææ, quia erat in terra Genesareth, nunc autem iterum redijt ad mare Galilææ, vt prædicet in prouincia adiuncta illi mari, quod vocatur mare Galilææ, quia prouincia in qua est, dicitur Galilæa, de quo mari late dictum est, supra 8. cap. quæstio. 93. *Et ascendens in montem.* Idest, In vnum de montibus, quia multi colles sunt in regione illa. *Sedebat ibi.* Expectando turbas, quæ ad eum venturæ erant, vt eis prædicaret, & curaret infirmos eorum. *Et accesserunt ad eum turbæ multæ.* Semper enim sequebantur multi Christum, quocunque iret. *Habentes secum mutos, claudos, cæcos.* In hoc apparet quid quærebant a Christo, scilicet, quòd sanaret infirmos eorum. *Debiles.* Potest vocari debilis, idest, viribus debilitatus, sicut illi qui incipiunt conualescere de ægritudine, sed hic non accipitur sic, sed debilis, idest, debilitatus, siue orbatus, vel mutilatus, vt cui membrum aliquod deest, scilicet, quia manus abscissa est, vel oculus erutus est. Vel vt vult Hierony. dicitur debilis, idest, debiliter operans, & hoc est, quando sunt duo organa afflignata eidem operationi naturaliter, sicut duo oculi ad videndum, & duo pedes ad ambulandum, si desit alterum organorum, vel non possit homo competenter se iuuare ex illo, ait enim in eo loco vbi Latinus interpres transtulit debilis, in Græco scriptum est esulois, quod non generale debilitatis, sed vnius infirmitatis nomen est, vt quando claudus dicitur, qui pede claudit vno, sic sulois appellatur, qui vnam manum debilem habet. *Et alios multos.* Scilicet, De omnibus generibus infirmitatum, noluit enim per singula enarrare Euangelista breuitatis causa. *Et proiecerunt ad pedes eius.* Idest, Posuerunt ante eum. *Et curauit eos.* Omnes simul curauit non moratus circa eos. *Ita vt turbæ mirarentur.* Viso tanto miraculo. *Videntes mutos loquentes.* Nam vt apparerent isti sanati, etiam si non esset opus loqui, loquebantur. *Claudos ambulantes.* Ad miraculi manifestationem. *Cæcos videntes.* De alijs non dixit: nam debiles supra nominauerat, & tamen supplendum est, quòd etiam illi apparuerunt, operantes firmiter, ac si non habuissent aliquod organum læsum, vel debilitatum. Etiam dixit esse multa alia genera infirmorum, de quibus non expressit, & cum omnes illi curarentur, etiam appareret in aliqua operatione, quomodo erant curati. *Et magnificabant Deum Israel.* Idest, Laudabant Deum pro tantis beneficijs, quæ eis per Christum præstabat.

An ista sint continuata ad præcedentia. Quæst. LXXXVI.

QVAERETVR, an ista sint continuata ad præcedentia. Dicendum, quòd sic, quia litera hoc ostendit cum dicitur. Et cum transisset inde Iesus, venit secus mare Galilææ, idest, postquàm transiuit locum, in quo cum Chananæa fuerat locutus venit secus mare, & ibi sanauit istos infirmos. Sed objicietur, quia Marci 7. ponitur aliud, scilicet, curatio surdi, & muti, & dicitur quod illud factum est, postquàm Christus recessit de loco vbi fuit cum eo Chananæa. Aliqui dicunt, quòd sit idem factum, quod enarratur hic, & quod ibi enarrat Marcus, quia vtrobique ponitur, quod Christus illud fecit, postquàm recessit de terra Tyri. Sed dicendum, quòd non stat, quia ibi sanatus est vnus, qui erat surdus, & mutus, hic autem sanati sunt multi infirmi, qui ante pedes Iesu positi sunt. Secundo patet, quia turbæ istæ, quæ attulerunt nunc ad Christum hos infirmos, sunt illæ quas pauit, vt colligitur infra in litera, & ita est continuatum istud miraculum de sanatione infirmorum, cum illo de saturatione turbarum distinctum a miraculo sanationis surdi, & muti, quasi non fuisset factum coram eisdem turbis, quia postquàm descripsit de surdo, & muto curato, Marci 7. subiunxit Marc. 8. De saturatione turbarum dicens: In illis diebus iterum cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent quid manducarent, &c. Dicendum ergo, quòd non est idem miraculum istud, & quod ponitur Marci 7. De sanatione muti, & surdi, & tamen vtrunque factum est post recessum de terra Tyri, & tamen istud posuit solus Matthæus, & illud posuit solus Marcus, & ob hoc vterque dixit, quòd cum recessisset Christus de finibus Tyri, fecit illud miraculum, quod narrat. Sed dicendum, quòd prius factum est illud, quod Marcus narrat. Et fuit ordo, quia Christus quando recessit de finibus Tyri, venit ad mare Galilææ, & in monte quodam apud mare, sanauit istos infirmos, de quibus hic, & dum esset in via, antequàm veniret iuxta mare, oblatus est ei surdus, & mutus, de quo Marci 7. & sanauit eum. Et hoc patet, quia hic Matthæus dicit, factum esse hoc in monte apud mare Galilææ. Marcus autem ostendit, quòd fuerit surdus, & mutus, de quo ipse loquitur, sanatus in via, quia ait, venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos, & adducunt ei surdum, & mutum, & sic dum transiret per medios fines Decapoleos, adduxerunt ei surdum, scilicet, in via, & ita prius illud fuit, quàm istud. Secundo patet, & efficacius, quia istud miraculum sanationis turbarum, fuit eodem tempore, quo sequens miraculum de saturatione turbarum, cum fuerint eædem turbæ, vt innuitur infra in litera, & tamen turbæ illæ, quæ fuerunt cum Christo, quando sanauit surdum, & mutum, de quo Marci septimo, Non fuerunt eædem turbæ, sed eodem tempore congregatæ, quo turbæ, & quo tempore fuerunt illæ, quas ipse pauit, vt patet Marci octauo. Nam dicitur in diebus illis, iterum cum turba multa esset cum Iesu, & sic postea fuit saturatio illarum turbarum, & tamen sanatio istorum infirmorum, & saturatio turbarum hic fuit eodem tempore: ergo non est idem miraculum, & etiam fuit aliquanto tempore illud, quod Marcus dicit ante istud.

Quomodo stat hoc quod hic dicitur, quòd Iesus venit secus mare Galilææ cum inde transisset. Et quid sit Decapolis, & eius situs. Quæst. LXXXVII.

QVAERETVR quia dicitur hic, quòd cum transisset inde Iesus, venit secus mare Galilęę, quomodo stat. Dicendum, quòd prius steterat Iesus iuxta mare Galilææ, quando locutus est de immunditia corporali, & cibis contra Pharisæos, & Scribas, & inde recessit in terram Tyri, & Sidonis, & primum venit iuxta Tyrum, vbi curauit mulieris Chananęæ filiam, & inde processit versus Sidonem, sic dicitur Marci 7. & exiens de finibus Tyri venit per Sidonem ad mare Galilææ. Sciendum tamen, quòd magis distat Sidon a mari Galilææ, quàm Tyrus, cum Sidon sit valde Aquilonaris, & sit extremitas terræ Chanaan, & tamen perrexit Christus cõtra Sidonem forte, quia voluit aliquos curare in regione Sidonis, sicut curauit aliquos circa Tyrum, scilicet, filiam mulieris, & licet non exprimatur, tamen credendum est, quòd aliquos curauerit ibi, quia aliàs non discurreret frustra regionem illam, maxime cum esset terra Gentilium. Sic dicit Hierony. Scribis, & Pharisæis calumniatoribus derelictis transgreditur in partes Tyri, & Sidonis, vt Tyrios Sidonioſq; curaret. Et sciendum, ꝙ ad redeundum de terra ista in mare Galilææ, oportebat ꝙ transiret per regionem Decapolis, sic dicitur Marci 7. Exiens de finibus Tyri venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos. Est enim Decapolis terra decem ciuitatum, quæ incipit a Sidone in parte Occidentali, & terminatur in parte Orientali in mari Galilææ, & sunt ibi decem vrbes præter parua oppida, vt ostendetur, Marci 7. Et in regione illa dum Christus iret versus mare Galilææ, oblatus est ei surdus, & mutus, eodem cap.

Quare Christus ascendit nunc in montem. Et quod Christus miracula propter doctrinam faciebat, scilicet, vt crederetur quod ipse prædicabat. Quæst. LXXXVIII.

QVAERETVR quare Christus ascendit nũc in montem. Dicendum, quòd fuit, Primo ad expectandum turbas: nã turbæ multæ veniebant ad eum, vt dicitur in litera, & quia si ipse vltra procederet, forte non peruenirent turbæ ad eum, vel fatigarentur, voluit ibi expectare, & ideo dr̃, ꝙ ascendit in montem, & sedebat ibi, i. expectabat. Secundo, quia forte volebat Christus prędicare, & ad hoc erat locus ille montis aptus, ideo in montem ascendit, ita enim fecit, qñ sermonem lõgum fecit turbis, supra 5. Nam ascendit in montem, eodem cap. Et patet, qa dr̃, ꝙ sedebat, & tñ sedere est dispositio ad p̃dicandũ, ita enim fecit qñ p̃dicauit, supra 5. nã sedebat. Sed objicietur, ꝙ non p̃dicauit, qa hic non ponitur nisi sanatio infirmorum. Dicendum, ꝙ non est verisimile, ꝙ solum sanaret ægros, sed ẽt p̃dicaret, & tñ intentio Euangelistæ fuit enarrare hic miracula Christi, & non sermonem eius, simile patet p̃cedenti cap. vbi ponitur, ꝙ cõuenit multitudo magna ad Christũ in deserto, & attulerũt ei languidos multos, sanauitq; eos, & postea pauit turbas, & nihil aliud dr̃, & tñ Mar. 6. vbi ponitur illud, dr̃ ꝙ venerũt turbæ ad Christũ, & sanauit languidos eorum, & docebat eos multa, & postea pauit illos, & ita omisit ibi Matth. p̃dicationem Christi. sic putandum est, ꝙ nũc tacuerit, qa similis casus fuit, s. ꝙ turbæ conuenirent, & curaret languidos earũ, & deinde saturaret ipsos. Maxime, quia nõ est vllatenus verisimile, ꝙ turbæ conuenirent ad Christum, & non p̃dicaret eis, qa istud est p̃cipuum, quod intendebat, s. docere turbas, vt crederẽt: nam miracula propter doctrinam faciebat, s. vt crederent quod p̃dicabat, ẽt saturatio corporalis minus principalis erat, q̃ p̃dicatio, sic ipse dixit Ioan. 6. vbi arguit turbã, q̃ sequebatur eũ, qa comederant de panibus, & non propter doctrinã, & fidẽ dicẽs, Operamini nõ cibũ qui perit, sed q̃ permanet in vitã æternã. Tertio fuit, qa locus istius montis erat desertus, & voluit Christus habere occasionẽ ad pascendũ turbas, ideo expectauit in monte: nã si processisset versus loca habitata, & ibi turbæ conuenirent ad eũ esset locus turbis vnde possent habere cibos, & sic nõ esset occasio quærendi cibum miraculose: stetit ergo in monte, vt cum esset locus desertus, nec posset aliunde habere, Christus eis cibum ex necessitate daret, & tamen quomodocunque accipiatur, fuit istud sedere ad expectandum turbas. Sic dicit Chrysost. considerandum, quòd aliquando Dominus circuit, vt sanet infirmos, aliquando autem sedet expectans eos.

Quare nunc venerunt ad Christum turbæ multæ, & quæ erant. Et quòd in fine sæculi Iudæorum reliquiæ ad Christum conuertentur. Quæst. LXXXIX.

QVAERETVR quare venerũt nunc turbæ multæ ad Christum, & quę erant. Dicunt quidam, quòd venerunt nunc multæ, quia nunc Christus veniebat, quasi nouus in terram illam: nam steterat aliquandiu in terra Tyri, & Sidonis, & tunc Iudæi nõ audiebant verbum eius, nunc vero cum redijt ex desiderio, conuenerunt multi, quia carentia præstat desiderium. Secundo (vt aliqui dicunt) fuit, qa Christus per hoc notauit habitudinem suam ad populum Iudaicum: nam Christus prius steterat in terra Genesareth, & ibi cum discipulos suos arguerent Pharisæi, & calumniarentur facta eius, recessit ad terram Tyri, & Sidonis, quæ erat terra Gentilium, nunc vero iterũ reuertitur in terram Iudęorum. In quo dicunt significari, ꝙ Christus primo per se, & discipulos prędicauit, & miracula fecit inter Iudæos, & cum Christum occiderint, & discipulos eiecerint, transierunt illi ad gẽtes, Actuum 13. Inter quas nunc manet fides, & prędicatio Christi: circa finem autem sæculi reuertetur p̃dicatio Christi ad Iudæos, nõ quidem deferendo Ecclesiã, quæ de gentibus collecta est, sed incipiendo conuertere Iudæorum reliquias, quæ tunc conuertentur, ad Rom. 11. Cęcitas ex parte contigit in Israel, donec intraret plenitudo gentium, & sic vniuersus Israel saluus fieret, & quia in fine sæculi Deus benefaciet reliquijs Iudæorum, qui cõuertentur. Ad notandum hoc Christus, nunc reuersus ad Iudæos larga eis beneficia contulit, s. sanando infirmos, & pascendo turbas. Et ita tenet Nicolaus, & ista est causa allegorica, & non literalis. Tertio fuit, quia habebant multos ægros, quos curaret, ideo turbæ multæ cõuenerunt ad eum, ista enim erat causa præcipua, propter quam eum sequebantur, Ioan. 6. Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur. Etiam patet, quia ista esset intentio istorum, quia dicitur, accesserunt turbę multæ, habentes secum mutos, & claudos, &c. & proiecerunt ad pedes eius, in quo innuitur, ꝙ hoc solum erat, vel hoc erat præcipuum, pro quo veniebant, s. vt ponerent infirmos ante eum, & sanaret eos. Cum autem quæritur, quæ erant istæ turbæ multæ. Dicendũ, quòd postq̃ Christus cępit agnosci in terra Iudæorum, semper sequebantur eum turbæ multæ, quia tam propter nouam doctrinã, q̃ propter miracula, & maxime super languentes, omnes desiderabant eum sequi, Ioan. 6. Et tamen multa turba, quę nũc ferebat infirmos, erat quatuor millium virorũ: nã illa turba portans ægros est

est illa, quæ saturata fuit ab eo infra in litera, & tamen F
illa est quatuor millia virorum, præter mulieres, &
paruulos, vt dicitur ibidē, quæ satis magna erat, quia
vbi erant quatuor millia virorum, esset forte decem
millia hominum, cōputatis mulieribus, & paruulis.

Quare turbæ istæ portauerunt nunc istos ægros ad Christum. Quæst. XC.

QVAERETVR, quare turbæ istæ portauerunt nunc istos ægros ad Christum. Dicendum, quòd Christus solitus erat sanare infirmos, iō turbæ ferebant ad eum infirmos omnes suos, nullum enim genus infirmitatis, aut debilitatis erat, de quo Christus nō sanaret homines, etiam nullus veniebat G
ad eum quem non sanaret (si fidem habere vellet) Mar.9. cum dixit Christus ad illum qui offerebat ei filium suum arreptitium, si potes credere oīa possibilia sunt credenti, ēt discipulis potestatem dederat ad curandum omne genus infirmitatis, supra 10. cap. & iam turbæ solitæ erāt ferre languidos suos ad eum, & curabat omnes: nam supra 4. in principio prædicationis suæ venerunt ad eū languentes de diuersis regionibus, & oēs curauit, postea ēt in vrbe Capharnaum semel ad occasum Solis tota ciuitas conuenit ad portam domus in qua erat Iesus, & attulerūt omnes male habentes varijs languoribus, & sanauit omnes, supra 8. cap. & Mar. 1. & Luc. 4. & iterum quando in loco deserto conuenerunt turbæ ad Iesum, & pauit eas, etiam sanauit languidos earum, supra præcedenti capitu. & Marci 6. & Lucæ 9. Ideo nunc secuti consuetudinem istam attulerunt omnes languidos ad Christum, & forte fuerūt nunc tot languentes, quia Christus aliquanto tempore manserat in terra Tyri, & Sidonis, & interim congregati sunt multi languentes, quos nunc simul attulerunt.

Quare turbæ proiecerunt nunc languidos ad pedes Christi. Quæst. XCI.

QVAERETVR quare turbæ proiecerunt nunc languidos ad pedes Christi. Dicendum, quòd I
fuit. Primo, quia isti languentes non poterant se tenere propter languorem, ideo locati sunt super faciem terræ forte in grabatis, vel aliàs. Secundo fuit, quia Christus sedebat nunc, quando turbæ cōuenerunt ad eum, vt patet supra in litera, & tamen nō posset videre omnes languentes, cum multi essent si starent, ideo locati sunt fusi per herbam, vt omnes videre posset, etiam si multi essent, & ista est causa multum verisimilis. Tertio fuit, vt distinguerentur infirmi a sanis, turbæ enim multæ conuenerant, & omnes stabant in circuitu Iesu, & tñ soli infirmi sanandi erāt, & quia putabant turbæ, ꝓ necesse erat, ꝓ Iesus faceret aliquid super ipsos infirmos, vel saltem aspiceret eos, vt posset videre qui erant infirmi, locauerunt eos in terra ad pedes Iesu, & omnes sani stabant, & ita apparebat distinctio. Quarto fuit ad mouendum Christum ad misericordiam, cum videret ita miserabiliter iacere languentes, scilicet, fusos per agrum super terram, sicut pecora, quia Christus solebat misereri taliter iacentibus, sic patet supra 10. scilicet, Videns autem Iesus turbas misertus est eorum, quia erant vexati, & iacentes, sicut oues nō habentes pastorem, sic ēt præcedē. cap. Christus vidit turbā, & misertus est, & curauit languidos eorum, & tamen tūc vidit eos iacentes, idest, fusos per agrum, sicut oues sine pastore, Marci 6. cap. Quinto fuit ad ostendendum fidem suam, quia isti non petiuerunt, quòd tangeret eos Christus, nec quòd ipsi permitterentur tangere fimbriā vestimenti Christi, sicut viri de terra Genesareth, pręcēdenti cap. & Marci 6. Sed putauerunt, ꝓ sufficiebat poni ęgros coram Christo, & ipse sanare poterat eos, si vellet. Sic dicit Chrysost. Hi autem in duobus fidem suam demonstrabant, & in ascendendo montem, & in hoc quòd æstimabant se nullo alio indigere, nisi vt proijcerentur ad pedes Iesu, nec etiam adhuc tangunt fimbriam vestimenti eius, sed ad altiorem fidē ascendūt.

Quomodo curauit Christus istos languentes ante pedes suos positos. Quæst. XCII.

QVAERETVR quomodo curauit Christus istos languentes. Dicendum, quòd poterat curare quomodocūque vellet, quia æquale erat ei posse, & velle, de istis autem non apparet quomodo curauerit eos, ideo possumus tenere quem modū voluerimus, interdum enim curabat Iesus, simpliciter tangendo, sicut curauit leprosum in Capharnaum, tangens locum lepræ, supra 8. & socrum Simonis apprehensam manu, liberauit de febribus, eodem cap. & Mar. 1. Sic etiam tetigit oculos duorū cęcorum, & sanauit, supra 9. & manum puellæ mortuæ tetigit, eodem cap. & Lucæ 8. Secundo modo, curabat per tactum non simplicem, sed cum cæremoniis aliquibus, sicut cum sanauit hominem surdum, & mutū, Marci 7. Nā misit digitos suos in auriculas eius, & expuēs tetigit linguam eius, & suspiciens cœlum ingemuit H
dicens: Ephetha, quod est adaperire, & statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum labiorum eius, & loquebatur recte. Sed iste modus diuiditur in duos, quia aliquando mox factis cæremonijs sequebatur sanitas, & aliquando non. De primo patet eodem cap. s. & statim apertæ sunt aures eius, & solutū est vinculum linguæ eius. Alio modo, & est tertius fiebant cæremoniæ, & nō sanabatur statim infirmus, sicut Ioan. 9. De cęco nato dicitur, quòd spuit Iesus in terram, & fecit lutum de sputo, & liniuit lutum super oculos cęci nati, & dixit: Vade & laua in natatoria Syloe, & lauit & venit videns. Quarto modo, curabat per solam vocem, imperando morbo, vt recederet, & hoc dupliciter. Vno modo præsente languente, sicut sanauit in vrbe Capharnaum arreptitios, & in regione Gerasenorum duos arreptitios dicens, Exi spiritus immunde ab homine, supra 8. & Marci 5. & Lucæ 7. Alio modo, & est quintus per vocem ad absentes, & sic fuit de filio Reguli in Capharnaū, Ioā. 4. & de seruo Centurionis, supra 8. & Lucæ 7. & de filia Chananææ, supra in litera, & Marci 7. & tunc curabantur isti mox, vt Christus loqueretur, sic fuit in omnibus his tribus: nam de filia Chananęæ dicitur supra in litera, ꝓ quādo Christus dixit, Fiat tibi sicut vis, sanata est filia eius ex illa hora. De filio Reguli dī Ioā. 4. ꝓ cū quæreret pater, qua hora melius habuerat, dixerūt ei serui, heri hora septima reliquit eum febris, & cognouit pater, ꝙ illa fuit hora, qua Christus dixit, Vade filius tuus viuit: idem patet de seruo Centurionis, Lucæ 7. Sexto modo, curabat Christus sine verbo, & sine K
tactu, s. quia tunc quādo sanabat, nec loquebatur, nec tangebat, licet præcessisset verbum, sicut Lucæ 17. qñ decem viri leprosi petiuerunt a Christo sanari, & ille ait: Ite & ostendite vos sacerdotibus, & dum irent in via, curati sunt. De istis infirmis, qui nunc allati sunt Christo, nō patet quis modus curationis fuerit in eis, quia tamen ipsi curati sunt, iacentes ante pedes eius. Dicendum, ꝓ curauit eos verbo solo, vel tangendo eos, quia tñ nō exprimitur tenetur cōiter, ꝓ solo verbo sanauerit, iste enim erat facilior modus, eo ꝓ multi erāt isti infirmi, & difficile erat oēs tangere. Secūdo, ꝙ Christus volebat homines semper allicere ad magis

gis credendum. Et tamen isti credebant, quòd Chri- A
stus poterat eos sanare, non tangendo eos, & etiam si ipsi non tangerent eum, & ideo non petiuerunt tangere fimbriam vestimenti eius (vt dicit Chrysost.) ideo Christus consentiret intentioni eorum, sanando eos solo verbo, si autem tangere vellet, esset eis occasio minus credendi, ideo tenendum est, quòd solo verbo, sine tactu curaret, vt sic alliceret eos ad maiorem gradum fidei, & confirmaret eos in illa fide, quam ipsi habere videbantur.

Quare Christus curauit ita faciliter istos, & filiam Chananææ, cum maxima difficultate. Quæst. XCIII.

QVAERETVR quare Christus curauit ita faciliter istos cum filiam mulieris Chananęę, cum tanta difficultate præmissa sanauit, supra in litera. istos autem mox, vt ante pedes eius positi sunt, sanauit. Dicunt aliqui, quòd hoc fuit, quia erant isti melioris fidei, quàm illa. Sed falsum est, quia illa credidit filiam suam posse sanari absentem, isti autem ante pedes Christi putauerunt necesse esse poni infirmos. Item quia Christus laudauit mulierem illam de magnitudine fidei dicens: Mulier magna est fides tua, & tamen istos non laudauit de fidei magnitudine. Sed dicendum, quòd fuit primo ad confundendum infidelitatem Iudæorum, & æmulationem, quia aliqui æmulantes nitebantur denigrare facta Christi, ideo ipse volebat ostendere magnam potestatem, vt non haberent quid loquerentur. Si enim quasi cum aliquali difficultate faceret, putarent eum non posse facilius agere, vel non habere a seipso potestatem, sed aliunde expectare, cum autem ita faciliter ageret, nemo poterat quicquàm obijcere. Sic dicit Chrysost. Et mulieris quidem filiam cum multa tarditate curauit, vt eius virtutem ostenderet his, non autem quia meliores erant, sed quia vt infidelium Iudæorum ora obstrueret, confestim sanationem præbuit. Secundo fuit, vt auferretur calumniandi locus Iudæis. Si enim ita cito exaudiret Chananæam pro salute filiæ orantem, sicut Iudæos, esset eis querelæ occasio, vt ergo eos maiores ostenderet, ipsos statim, illam vero cum magna tarditate curauit.

Quare turbæ mirata sunt de isto miraculo. Quæst. XCIIII.

QVAERETVR quare turbæ miratæ sunt. Dici potest vno modo, quòd admiratio proueniebat ex infidelitate, quia credebant quidam, quòd Christus hæc nō posset, & cum viderent, quòd ea faceret, admirabantur, & ita dicitur præcedenti capitu. De discipulis manentibus in naui, quando Christus placauit mare, quòd intra se plus stupebant, & hoc quia non intelligebant potestatem eius in faciendo miracula, non enim intellexerant quomodo fecerat miraculum de panibus, vt dicitur Marci 6. E
Secundo forte fiebat, quia licet non haberent infidelitatem, sed crederent, res tamen magnæ mouent hominem ad admirationem, & quia quodlibet miraculum est magnum, de quolibet admirari iuste possunt videntes. Tertio specialiter admirati sunt propter magnitudinem virtutis, quia non solum curauit nunc vnum languentem, sed multos, & hoc de quolibet genere morbi. Quarto admirabantur de modo curationis, scilicet, quia subito, & solo verbo curauit eos, quasi nihil faciens, ista duo vltima magis mouebant eos, vt innuitur in litera, scilicet, & curauit eos, ita vt mirarentur turbæ videntes, & ita mirabantur quia coram se videbant, subito omnes istos qui varijs languoribus tenebantur curatos. Sic dicit Chrysost. Multitudo autem eorum, qui curabantur, & facilitas sanationis eos in stuporem mittebat.

Ad quid loquebantur nunc muti, & quid loquebantur. Et quòd Christus in omnibus, quos curabat signa curationis ostendebat, vt curati agnoscerentur. Quæst. XCV.

QVAERETVR ad quid loquebantur nunc muti, & quid loquebantur. Dicendum ad primum, quòd loquebantur primo ad ostensionem miraculi: nam muti non loquuntur, vt autem appareret, quòd Christus sanasset eos, oportebat, ꝓ loquerentur, & ita licet non esset eis opus loqui aliquid loquerentur, vt ostenderent hoc, sic enim fuit B
de surdo, & muto, quem Christus sanauit, Marci 7. Nā dicitur, quòd statim solutum est vinculū linguæ eius, & loquebatur recte. Et eadem ratione cæteri qui curati sunt, vt appareret eos curatos, operabātur aliquid, scilicet, faciebant actus, qui ostendebant eos curatos: nam claudi ambulabant, & cęci videbant, & surdi audiebant. Sic enim faciebat Christus in omnibus quos curabat, ostendens signa curationis, sicut in paralytico sanato iussit tollere grabatum, & ille portabat, supra 9. & de alio paralytico Ioan. 5. Sic etiam in puella suscitata iussit ei dari cibum, postquàm coram omnibus ambulauit, vt ostenderetur vere viuens, Mar. 5. & Lucæ 8. Et ista videtur esse causa hic, quòd muti lo- C
querentur. Quod patet, quia posuit Euangelista de quolibet sanato actum ostendentem sanitatem, s. ita vt turbæ mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cęcos videntes. hoc autem isti sponte facere vellent, vt ostenderent se curatos. Secundo, quia forte Christus illud iussit: nam ipse vt ostenderet sanitates, quas efficiebat, iubebat a se sanatis facere actus, qui hoc ostenderent, sic patet de paralytico sanato supra: nam iussit ei portare grabatum, & alteri etiam paralytico sanato, Ioan. 5. Puellæ autem suscitatæ dari cibum, qui comestus probaret veram suscitationem, cęco sanato iussit respicere Marci 8. & ita his forte facere iussit, licet non appareat. Tertio potest dici, quòd muti loquebantur nunc ad D
laudandum Deum de beneficio præstito: nam si illi qui sanabantur in absentia arguuntur, si non redibant ad gratias agendum, vt patet de decem leprosis, quorum vnus tantum redijt, Lucæ 17. a fortiori qui in pręsentia sanantur, si gratias non agerent, essent ingrati nimis, & valde arguendi, ideo nunc magnificabant Deum, & ad hoc loquebantur, & sic dicitur in litera, quòd magnificabant Deum Israel, sic etiam paralyticus sanatus, supra 9. Portabat grabatum suum, & ibat in domum suam magnificans Deum, supra 5. Sed dicendum, ꝓ licet sit verisimile, ꝓ muti loquerētur ad magnificandum Deū, tñ ista locutio quā Matthæus exprimit, non vī fuisse ad laudandum Deum. Primo, quia id quod adducitur, s. & magnificabant E
Deum non dicitur de mutis, sed de turbis, quę circunstabant, vt colligitur in litera. Secundo, quia cum omnes curaret, omnes deberent laudare Christum, & sic omnes loquerentur, & tamen non dicitur hic, ꝓ loquerentur nisi de mutis, ergo non loquebantur ad magnificandum. Tertio, quia ponitur cuilibet languenti actus contrarius, per quem ostendatur sanitas ei collata cum dicatur, ita vt turbæ mirarentur, videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cęcos videntes, ergo non posuit mutos loqui, nisi ad ostendendum, quòd erant sanati, sic enim dixit Christus discipulis Ioannis, supra 11. dicite Ioanni, quæ audistis, & vidistis, cęci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, & ita

posuit cuilibet actum contrarium,& ita fuit hic. Sed obijcietur,quia tunc non solum posuisset de istis, sed etiam de cæteris sanatis: nam dixit supra, debiles sanatos,& multos alios,quorum actus sanitatem ostendentes non posuit.

Dicendum,quòd de alijs multis, quos sub generali clausula collegit, sicut nec ægritudinum nomina expressit, ita nec actus sanitatum exprimere debuit. De debilibus autem dicendum, quòd non expressit actum eorum, quia non poterat explicari vno verbo, sicut in cæteris: nam debilis (vt dictum est supra) secundum Hieronymum vocatur hic, qui duas manus habens vna se non iuuat, quòd autem iste sanetur est, quòd vtraque manu recte operetur, hoc autem non potuit vno verbo Matthæus exprimere, sicut in cæteris egerat, ideo tacuit. Sic dicit Hierony. de debilibus tacuit, quia quid de contrario diceret,vno verbo non habebat.

An sanati,vel turbæ astantes magnificabant Deum.
Quæst. XCVI.

QVAERETVR qui erant isti,qui magnificabant Deum,nunquid sanati,vel turbæ astantes. Aliqui dicũt, quòd sanati, quia manifestum est, quòd isti magis tenebantur, cum eis præstitum esset beneficium.

Dicendum, quòd tam sanati, quàm turbæ magnificauerunt Deum: nam sanati pro recepto beneficio magnificabant, tanquàm gratias agentes: turbæ autem magnificabant etiam pro collato beneficio. Et hoc primo, quia ad eorum petitionem sanati sunt languentes, cum turbæ portauerint languentes, & posuerint eos ante pedes Christi, supra in litera, eis ergo beneficium præstabatur. Secundo, quia dabatur beneficium toti terræ,& genti Iudæorum; sanando eos,qui erãt de gente illa,& regione. Tertio,quia in præsentia eorum hoc faciebat, & tamen magnum beneficium erat, quòd eis videntibus talia facere vellet,qualia nunquàm visa fuerãt a principio, quia pertinebat ad quandam beatitudinem talia videre, nisi videns se indignum tali visione redderet, sic dixit Christus, supra 13. discipulis, Beati oculi qui vident, quæ vos videtis, & aures, quæ audiunt, quæ vos auditis,multi iusti, & Prophetæ cupierunt videre, quæ videtis, & non viderunt, & audire, quæ auditis, & non audierunt. de his ergo quòd temporibus suis acciderunt,& eis videntibus,gratias agere debuerunt.Quarto, quia talia opera videbant, qualia nemo faciebat, nisi Deus, ideo ei pro his gratias agere debebant.

Dicendum tamen, quòd hic non dicitur de sanatis, quòd laudauerint Deum, sed de turbis præsentibus, quod patet, quia dicitur, & curauit eos,ita vt turbæ mirarentur, videntes mutos loquentes, claudos ambulantes,cęcos videntes, & magnificabant Deum, & sic dicitur, quòd turbæ admiratæ sunt, & magnificabant Deum. Si autem de sanatis acciperetur,deberet dici,videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cęcos videntes, & laudantes Deum, & tamen licet Matthæus taceat, quòd sanati magnificauerunt Deum, subintelligendum est, sic enim fecit supra 9. vbi de paralytico sanato dicitur,quòd surrexit,& portans grabatum, abijt in domum suam, & non exprimitur,quòd laudaret Deum,sed de turbis dicitur: Videntes autem turbæ,timuerunt, & laudauerunt Deũ, & idem Mar.2. & tamen Lucæ 5.dicitur,quòd laudauerunt Deum,ita ergo nunc subticuit Matthæus laudes delatas a sanatis, exprimens solas quas turbæ fecerunt.Et hoc propter tria. Primo,quia forte sub laudibus turbarum voluit includere sanatos,quia illi erant pars turbarum. Secundo, & præcipue,quia si non exprimeretur,manifestum erat,quòd sanati gratias agerent de tanto beneficio. Tertio,quia cum ponatur, quòd turbæ magnificauerunt Deum, de quibus erat minus verisimile, quia minus eis collatum erat, manifestum esset, quòd sanati, quibus tantum collatum erat a fortiori Deum laudarent, & sic non oportuit illud exprimi,tanquàm manifeste subintellectum.

Quare dicitur, quòd turbæ magnificabant Deum Israel, & an magnificabant Christum.
Quæst. XCVII.

QVAERETVR quare dicitur, quòd turbæ magnificabant Deum Israel,& an magnificabant Christum.Dicendum,quòd non magnificabãt Christum, sed Deum; & hoc quia dicitur hic, q̃ magnificabant Deum Israel, & tamen non credebãt Iudæi Christum esse Deum Israel, nec esse aliquo modo Deum, ideo eum nõ magnificabant nunc.Sed sicut quando aliqui Prophetæ in veteri Testamento miracula fecerunt,nõ credebant propter hoc eos esse Deum,sed cõcessam eis a Deo potestatem,vel Deum operari per illos,ita & nunc qui melius credebant inter Iudęos,putabant Christum esse sanctum Prophetã a Deo missum, & ideo hæc facere, sic patet Luc.7. qũ suscitauit Christus filiũ viduæ in vrbe Naym:nam turbæ videntes,magnificabant Deum dicendo, Propheta magnus surrexit in nobis,& in hoc nõ accedebant Iudęi adhuc ad perfectã laudem,& dignam,non enim poterant Christum digne laudare, nisi eũ Deũ dicerent,& per se omnium istorum patratorem, non accepta ab extrinseco potestate, tamen Iudæi nõ perueniebant ad hoc, quia durum eis erat credere Christum esse Deũ quem hominem videbant,vnde Christus non adhuc indignabatur eis si non digne laudarent,dum tamen crederent eum a Deo esse, & opera ista a Deo solo esse, & non a dæmone, sicut Pharisæi dixerant supra 9. & 12. & ita laudem eorum acceptabat, & volebat eos paulatim, & per gradus quosdam perducere, vt aliquando eum Deum crederent, sed hoc non erat futurum ante mortem suam: nam hoc tunc ipse non aperiebat,nec a discipulis prædicari volebat,vt dictum est supra 9.cap. quæst. 17. & ibi quare hoc faceret. Christo autem aliquas laudes daret turba,non tamen tanquàm Deo,sed tanquàm Prophetę a Deo misso, sicut quando intrauit in ramis palmarum in Ierusalem:nam canebant pueri, Osanna filio Dauid,benedictus qui venit in nomine Domini Rex Israel,& benedictum, quod venit regnum Dauid patris nostri,infra 21.& Marci 11.

Quæ magnificatio erat ista, quam faciebat populus. Et quòd Deo parua non competunt cum magnus sit.
Quæst. XCVIII.

QVAERETVR quæ magnificatio erat ista quam faciebat populus. Dicendum, quòd magnificare, & laudare idem sunt, quia laus est sermo explicans magnitudinem, & quia magnitudinis eius nõ est numerus, Psal.144. non est finis in magnificando Deum, sed possumus varie eum magnificare, secundum quòd varie Deus a nobis concipitur: nam nemo Deũ concipere põt, nisi sub rõne maximi boni, iõ cuilibet concipienti Deũ, occurrit aliqs modus magnificandi ipsum, q̃quid enim boni de Deo dicamus est magnificare ipsum, q̃a nihil de eo dicere possumus nisi magnum, cum parua ei nõ competant qui summus est. Forte autẽ erat ista magnificatio, q̃ dignatus fuisset talẽ potestatẽ cõcedere hoĩbus,qualẽ in Christo esse videbant, & sic magnificauerunt turbæ

bæ Deum quãdo Christus curauit paralyticum supra 9. Scilicet, videntes turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit talem potestatem hominibus, vel poterãt magnificare enarrantes ea, quæ videbãt, & dicentes nunquam talia fuisse visa, sic turbæ dixerunt supra 9. quando Christus curauit surdum,& mutum: nam videntes turbæ miratæ sunt dicentes, nunquam apparuit sic in Israel, & sic etiã Mar. 2. Dicitur ita vt admirarentur turbæ, & honorificarẽt Deum dicentes, quia nunquam sic vidimus. Vel forte solum enarrando miraculum factum,& dicentes se vidisse rẽ admirandam.sic dicitur Luc 5. magnificabant Deũ, & repleti sunt timore dicentes,quia vidimus mirabilia hodie. Vel forte ista magnificatio fuit laudare Deum, quia Christum miserat ad eos quem maximũ Prophetarum esse cernebant. sic dicitur Luc.7.quando Christus suscitauit filium viduæ.accepit oẽs timor, & magnificabãt Deũ dicentes, q̃a Propheta magnus surrexit in nobis,& q̃a visitauit Dominus plebem suã.

Mar. 8. Iesus autem conuocatis discipulis suis dixit: Misereor turbæ, quia triduo iam perseuerant mecum, & non habent quod manducent. Et dimittere eos ieiunos nolo: ne deficiant in via. Et dicunt ei discipuli: Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, vt saturemus turbam tantam? Et ait illis Iesus: Quot panes habetis? At illi dixerunt septem, & paucos pisciculos. Et præcepit turbæ, vt discumberent super terram. Et accipiens septem panes, & pisces, & gratias agens fregit, & dedit discipulis, & discipuli dederunt populo, & comederunt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis tulerunt septem sportas plenas. Erant autem, qui manducauerunt quatuor millia hominum, extra paruulos, & mulieres. Et dimissa turba ascendit in nauiculam, & venit in fines Magedan.

Saturatio corporalis Iudęorum.

Iesus autem. Hic ponitur secundum miraculum Iudæos nunc corporaliter saturando, & dicitur. *Iesus autem conuocatis discipulis.* Scilicet, In loco in quo sanauit ægros de quibus supra, volens eos saturare, & reliquas turbas, conuocauit discipulos, & locutus est cum eis de hoc.

Dixit misereor turbæ. Idest, Isti multitudini,quæ mecum manet, & attulit ad me languidos, & fuit misericordia ista de miseria illorum,scilicet, de miseria ciborum, & fame incipiente.

Quia iam triduo perseuerant mecum. Idest, Manent mecum per tres dies, & dicitur hic perseuerant mecum, & Mar. 8. Dicitur triduo me sustinent,& idem est. *Et non habent quid manducent.* Et supplendum est, nec habent locum vnde emant, sic enim dixerunt discipuli infra in litera, vnde ergo nobis in deserto panes tantos?

Et dimittere eos ieiunos nolo. Idest, Non est decens, sed Mar. 8. Dicitur, & si dimisero eos ieiunos deficient in via, & ita potest stare sententia per modum conditionis, & tunc significat necessitatem, vel decentiam ad saturandum eos, quasi dicat, si dimisero eos ieiunos deficient in via,vt ergo non deficiãt oportet, quòd saturentur, & ita diffiniebat saturare illos, sic expressit hic Matthæus, scilicet, & dimittere eos ieiunos nolo. *Ne deficiant in via.* Idest, Ne moriantur fame, vel ne deficiant, idest, ne lassentur præ defectu virium,cum non habuerint cibos:nam antequam perueniant ad locum in quo possint cibos habere,deficient aliqui,vel periclitabuntur.

Et dicunt ei discipuli. Videntes,quòd Christus vellet eis dare cibos, & ita incumbere discipulis onus ministrandi,cum non haberent, cęperunt quasi conqueri dicentes. *Vnde ergo nobis in deserto panes tantos?* Idest, Quia hoc vis, oportet quòd demus eis panem, sed vnde poterimus habere in hoc deserto tot panes, vt sufficiant eis?erant enim in solitudine, quasi dicat, si essemus in loco habitato possemus emere escas, sed hic non. Et dixerunt panes tantos, idest, tot, quia numerus significandus est, & non quantitas continua,quasi dicat aliquos panes habere poterimus,quia septem panes habebant, vt dicitur infra in litera, & tamen non sufficiebant etiam, vt quis micam vnam acciperet,sicut dixit Philippus Ioannis 6.ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat, & Mar.8. dicitur vnde istos poterit hic saturare panibus in solitudine? quasi dicat non videtur possibile, & est eadem sententia.

Vt saturemus turbam tantam. Scilicet, Quatuor millium virorum præter mulieres, & paruulos, vt patet infra in litera, & dicitur vnde nobis, quasi dicat nos debemus pascere ministrando turbæ, & tamen non habemus. *Et ait illis Iesus.* Vidit enim eorum infidelitatem, qui putauerunt non posse saturari turbam in solitudine: ideo ostendit nunc,quòd possint saturari.

Quot panes habetis. Solebant semper discipuli portare panes in itinere, vt colligitur sequenti cap. & ita nunc quæsiuit ab eis Christus quot panes haberent.

At illi dixerunt septem, & paucos pisciculos. Alia vice quinque habuerunt, & duos pisces præcedenti cap. & Mar.6.& Luc.9. & Ioannis 6. Et nunc vero septem habebant, sed piscium numerus non exprimitur.

Et præcepit turbæ, vt discumberent. Idest, Vt sederent ad epulas, quoniam iam haberent vnde possent saturare omnes. *Super terram.* Idest, Super herbam: nam esset in loco herba ad hoc, quòd discumberent, sicut in prima saturatione dicitur,quòd discubuerunt super fœnum viride: Mar. 6. Et hoc,quia erat fœnum multum in loco. Ioan. 6.

Et accipiens septem panes,& pisces. Scilicet, accepit in manibus, vt benedicente eo, & frangente crescerent in manibus eius. *Et gratias agens.* Ista erat benedictio mensæ quam quilibet facere debet de honestate saltem, & maxime clerici de quo dictum est præcedenti cap. *Fregit.* Tam pisces quàm panes, & inde cępit miraculum multiplicationis, vt posset sufficere toti turbæ. *Et dedit discipulis suis.* Scilicet, Vt apponerent turbis discumbentibus: nam licet non exprimatur hic,credendum est, quòd discumbebant ordinati per conuiuia, per centenos, & quinquagenos, vt fuit in prima saturatione, vt dicitur Mar.6. & Luc. 9.

Et discipuli dederunt populo. Idest, Apposuerunt turbæ discumbenti. *Et comederunt omnes.* Tam viri quam mulieres quam paruuli: nam si non comederent omnes, facile erat de septem panibus saturare aliquos de ista multitudine.

Et saturati sunt. Hoc fuit miraculum: nam omnes isti poterant comedere de septem panibus sine miraculo, & tamen saturari non poterant sine miraculo: nam si diuiderentur panes in minutissimas micas,omnes comedere possent, sed nemo saturaretur, nunc vero,quòd omnes saturarentur miraculum est.

Et quod superfuit de fragmentis. Non enim comederunt totum appositum, sed multa fragmenta superfuerunt.

fuerunt. *Tulerunt ſeptem ſportas plenas.* Sunt vaſa ad tenendum panem, & forte ſeptem panes non implerent vnam ſportam, nunc vero ſeptem ſportæ ſuperfuerunt. *Erant autem, qui manducauerant.* Ponitur numerus manducantium, vt mirabilis magnitudo oſtendatur. *Quatuor millia hominum.* Ideſt, Virorum: nam homo omnes comprehendit, cum vero mulieres, & paruulos excludimus, melius viros quàm homines appellamus, & ita dicitur præcedenti cap. quòd manducantium fuit numerus quinque millia virorum. *Extra paruulos, & mulieres.* Ex quo apparet, quòd omnes iſti comedentes forte eſſent plures, quàm decem millia, quia de mulieribus, & paruulis eſſe ſolebant plures quàm de viris, cum viri accipiantur a viginti annis, & ſupra ſecundum conſuetudinem Iudæorum, qui alios non accipiunt ad numerum. Exo. 30. & Nume. 1. cap.

An ea, quæ habentur hic ſint continuata ad præcedentia. Quæſt. XCIX.

QVAERETVR an ea, quæ habentur hic ſint cõtinuata ad præcedentia. Dicendum, quòd ſic, quia Matthæus ponit hæc ordine, & tamen nõ eſt recedendum ab ordine literæ ſine cauſa, de qua non apparet hic. Et dicendum, quòd iſtud fuit factum immediate poſt præcedentia, immo non fuit factum iſtud alio tempore quàm præcedentia, quia turbæ illæ, quæ attulerant languidos ad Chriſtum, erãt iſtæ, quæ ſaturatæ ſunt: nam fuerãt triduo cum Chriſto, & nunc die vltimo ſaturauit eos, & hoc ſatis apparet ex modo loquendi literæ: nam nõ diſtinguit iſtud ab illo, ſed tanquam continuato eodem facto loquitur: nam cum dixiſſet, quòd turbæ videntes mutos loquentes, & cęcos videntes magnificauerunt Dominum, ſequitur. Ieſus autem conuocatis diſcipuli dixit eis: miſereor turbæ. quaſi nihil intermedium ſit: nec etiam annectatur aliud factum, ſed continuetur idem. Sic dicit Hieronymus prius Chriſtus infirmis debilitates abſtulerat, poſtea vero ſanatis offert cibos, & ſic innuit, ꝙ illæ turbæ de quibus ſupra dicebatur, ſunt illæ, quæ nunc paſcuntur. Conſiderandum autem circa ſaturationem iſtam turbæ, quòd Chriſtus bis ſaturauit turbas, & iſta fuit ſecunda ſaturatio: nam prima ponitur præce. cap. & ob hoc ſunt multa eadem in vtraque ſaturatione, vt ſimilitudo faciendi, ſcilicet, per multiplicationem, & etiam differentia iſtius ſaturationis ab illa, de quibus late dictum eſt præcedenti cap. ideo hic non tangentur niſi aliqua dubia, quæ ſpecialiter pertinent ad iſtam ſaturationem, cætera vero requirantur eodem cap.

Quare nunc Chriſtus ſaturauit turbas ſecundo, quia ſufficiebat illam primo ſaturaſſe. Et quòd miracula, quæ Chriſtus faciebat ad poteſtatis ſuæ oſtentationem ſemel illa faciebat. Quæſt. C.

QVAERETVR quare nunc Chriſtus ſaturauit turbas ſecundo, quia iam primo ſaturauerat, & ſufficiebat illud: nam aut faciebat ad oſtendendam poteſtatem faciendi hoc, aut ad benefaciendum turbis. Si primo modo ſufficiebat ſemel fieri, quia qui ſemel poterat facere, poſſet facere quoties vellet. Si ſecundo modo, non ſolum bis, ſed pluries debuiſſet beneficium iſtud tribuere turbis, ſicut Deus in deſerto quotidie dabat manna. Exodi 16.

Dicendum, quòd quædam miracula ſunt, quę ſunt ſolum ad oſtendendum poteſtatem facientis, alia nõ ſolum poteſtatem oſtendunt, ſed etiam proſunt eis in quorum fauorem fiunt. Prima non multiplicantur, F ſed ſemel fiunt: ſic fuit in ambulatione ſuper mare; Chriſtus enim ſemel tantum ſuper aquas ambulaſſe legitur præced. cap. & Mar. 6. eo quòd iſtud ad ſolam poteſtatem oſtendendam erat. Etiam ſemel tantum transfiguratus eſt infra 17. & Mar. 9. & Luc. 9. Eo, ꝙ non fuit transfiguratio niſi ad oſtendendum poteſtatem Chriſti, & excellentiam eius, & figuram futuræ gloriæ. Secunda autem multiplicantur, vt ſuſcitare mortuos, & ſanare ęgros, & arreptitios: nam vnum arreptitium ſanando oſtendebat poteſtatem ſuam, & tamẽ, quia miſerebatur turbis propter quas faciebat, ſanabat plurimos arreptitios, & ita de omnibus generibus ęgritudinum, & ita paſcere turbas erat in fauorem earum: ideo multiplicari poterant. vnde bis G factum eſt. Cum autem dicitur quare ergo non faciebat ſępe, dicendum quòd non debuit facere. Primo quia Chriſtus non faciebat miracula niſi in eis, quæ non poterant aliter fieri, ſicut mortui non poterant viuere niſi miraculoſe ſuſcitarentur: ideo ſuſcitabat eos ſępe, ſcilicet, ter, ſ. ſupra 9. & Luc. 7. & Ioannis 11. languentes etiam varijs languoribus non poterant ſanari opere humano: ideo ſanabat plurimos Chriſtus quaſi quotidie, cum quotidie occurreret talis neceſſitas, & tamen cibos poterant habere turbæ ſine miraculo, quaſi ſemper: ideo non oportebat miraculoſe eas paſci ſępe. Secundo, quia tunc eſſet occaſio ad tollendum deuotionem p̄dicationis, & miraculorum Chriſti: nam ſi quotidie Chriſtus turbas paſceret, iam H non ſequerentur eum propter prædicationem: nec propter miracula, ſed propter cibum. ſic Chriſtus exprobrauit turbis. Ioan. 6. cum enim ſaturaſſet eas, redierunt iterum quærendum eum, & ait, quæritis me non, quia vidiſtis ſigna, ſed quia ſaturati eſtis de panibus meis, operamini ergo non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam. Et confirmatur hoc, q̄a licet multa miracula, & ſtupenda fecerit Chriſtus coram Iudæis, vt ſuſcitare mortuos, tamen nunquãm voluerunt eum facere regem niſi quãdo pauit eos in deſerto. Ioan. 6. non ergo debuit quotidie ſaturare. Tertio quia eſſet tunc locus calumniandi cõtra fidem Chriſti, diceretur enim, quòd non fuerit introducta per veritatem, & magnitudinem miraculorum, I ſed propter fauorem, ſcilicet, quia ſaturabat quotidie turbas: nam ſicut illæ turbæ quas tunc ſaturauit, voluerunt eum facere regem: ita omnes aliæ quas ſaturaret facere vellent, & ſic totus mundus eũ in regem, vel Deum acciperet propter cibos ſine labore habendos: non ergo debuit quotidie illos dare.

Cum autem dicitur, quòd Deus quotidie dabat manna in deſerto per 40. annos Exo. 16. Dicendum, quòd fuit propter neceſſitatem, quia non poterant Iudæi aliunde cibos habere, cum eſſet terra omnino ſine habitatore, & in circuitu omnes gentes eſſent hoſtes eorum, vt ergo non perirent, quotidie eis manna cęlitus dabat, cum tamen fuerunt extra illam neceſſitatem, ceſſauit dare manna, vt quando tranſie- K runt Iordanem, & cœperunt comedere de panibus terræ Chanaan, non viderunt vltra manna, Ioſue 5. cibos autem non neceſſarios non dabat quotidie, ſed aliquando ſicut carnes: nam bis ſolum legitur dediſſe coturnices, ſemel a principio deſerti. Exo. 16. Et iterum in ſepulchris concupiſcentiæ. Numeri 11. nunc autem non erat turbis neceſſarium quotidie paſci: ideo non paſcebantur quotidie.

Dicendum tamen, quòd fuit conueniens, quòd Chriſtus paſceret turbas pluſquàm ſemel. Primo ad oſtendendum poteſtatem excellentius: nam Eliſæus ſemel pauit cẽtum viros de viginti panibus, quod reputatum eſt miraculum 4. Reg. 4. cap. ideo, vt Chriſtus videretur maior Eliſæo, non ſolum paſtus turbarum

rum ab eo factus fuit excellentior, ſed etiam pluries A præſcitus, ideſt, ſaltem bis. Secundo, & præcipue fuit propter neceſſitatẽ occurrentem, volebat enim Chriſtus tunc prouidere turbæ quando in neceſſitate conſtituta erat, & tamen contingit, quòd bis eſſet in neceſſitate in loco deſerto in quo nõ poterat habere cibos: ideo bis pauit turbas. Sciendum tamen, quòd cauſa immediata paſcendi turbas erat fames, & neceſſitas, & tamen cauſa remota fuit, vt Chriſtus ſufficienter, & abundanter oſtenderet poteſtatem ſuam, & ideo ipſe procurauit occaſionem ad faciendũ hoc, ſcilicet, deducens turbas ad locum deſertum.

Quare diſcipuli nunc non ſunt locuti pro turbis ſicut in altera ſaturatione. Quæſt. CI. B

QVAERETVR quare diſcipuli non locuti ſunt nunc ꝑ turbis ſicut in prima ſaturatione. Aliqui dicunt, quòd nunc non ſuberat tanta cauſa ſaturandi turbas ſicut tunc, quia non erat tanta neceſſitas, cum poſſent ſine miraculo cibari.

Sed dicendum, quòd iſta reſponſio eſt fruſtra eo, quòd nec in prima nec in ſecũda vice ſaturationis petiuerunt diſcipuli, quòd ſaturarentur turbæ, immo nõ putabant, quòd hoc fieri poſſet: ideo non petebant: nam prima vice non petiuerunt, quòd Chriſtus ſaturaret turbas, ſed quòd dimitteret eas ire ad loca proxima, vt emerent eſcas præcedenti cap. & Mar. 6.

Dicendum igitur, quòd tunc petiuerunt aliquid, & C nunc nihil, quia tunc non petiuerunt, quòd ſaturaret turbas, ſed quòd permitteret eas ire ad quærendum eſcas ad loca proxima: nam Chriſtus prædicauit tunc diu, ita vt vltra meridiem ſermo extenderetur: ſic dicitur Mar. 6. Quòd videns turbas miſertus eſt, & docebat eas multa, & dicitur, quòd veſpere facto acceſſerunt diſcipuli ad Chriſtum dicentes. deſertus eſt locus, & hora iam præterijt: dimitte turbas, vt euntes in proximos vicos emant eſcas, præcedẽti cap. nunc autem Chriſtus non tenebat eos vltra tempus, ideo non acceſſerunt ad rogandum aliquid pro turbis.

Quare Chriſtus conuocauit nunc diſcipulos, & locutus eſt eis. Quæſt. CII. D

QVAERETVR quare Chriſtus cõuocauit nunc diſcipulos, & locutus eſt eis. Dicunt, aliqui quòd hoc fuit. Primo ad præſtandum exemplum nobis, quòd magiſtri nõ dedignentur colloqui diſcipulis, & capere cum eis rerum agendarum conſilium, quia ipſe nunc tractauit cum diſcipulis de ſaturatione turbarum. Sic dicit Hieronymus, conuocat diſcipulos, & quod facturus eſt, cum eis loquitur, hoc autem facit, vt magiſtris exemplum tribuat cum minoribus atque diſcipulis communicandi conſilia. Secundo fuit, vt oſtendat per collocutionem magnitudinem miraculi futuri: nam cum ipſe loqueretur de ſaturatione, & diſcipuli oſtenderent impoſſi- E bilitatem, vel difficultatem ad hoc, & poſtea Chriſtus turbas ſaturaret, appareret magnitudo poteſtatis: ſi autem prius non colloqueretur de hoc: non viderent ita magnitudinem miraculi: ideo locutus eſt. Sic dicit Hieronymus, ſcilicet, vel vt ex collocutione intelligant ſigni magnitudinem.

Sed dicendum, quòd cauſa vera fuit, quia Chriſtus volebat nunc ſaturare turbas, & miniſtrari debebat cibus per Apoſtolos de panibus quos ipſi habebant: ideo neceſſe erat, quòd Chriſtus, & Apoſtoli colloquerentur de his, & ſic oportebat, quòd aut Apoſtoli prius ad Chriſtum loquerentur de his, vel Chriſtus ad Apoſtolos, ſed diſcipuli nihil loquebãtur ex quo Chriſtus acciperet occaſionem introducendi hanc ſaturationem: ideo oporteret, quòd ipſe conuocaret eos, & colloqueretur: nam in prima ſaturatione, quia Chriſtus diu morabatur prædicans, diſcipuli accedentes ad eum dixerunt, deſertus eſt locus, & hora præterijt, dimitte turbas, vt euntes in proximos vicos emant ſibi eſcas, præcedenti cap. & tunc Chriſtus dixit non habent neceſſe ire, ſed vos date illis manducare, nunc autem nõ loquebantur quicquam diſcipuli: ideo vocauit eos Chriſtus, & dixit quid intenderet.

Quare Chriſtus dixit miſereor, quia iam triduo ſuſtinent me. Et quomodo ea verba exponantur. Item miſeria quid ſit. Et quare dixit, nolo ieiunos dimittere. Quæſt. CIII.

QVAERETVR quare Chriſtus dixit miſereor, quia iam triduo mecum perſeuerant. Dicendum, quòd Chriſtus voluit ponere hic cauſas quare turbas alere volebat, & ait miſereor turbæ, & dixit miſereor, quia miſericordia eſt de aliena miſeria: eſt autem miſeria quicunque defectus cuiuſmodi eſt famis, & ita iſti erant in defectu ciborum: ideo miſerendum eis erat, quaſi dicat, nolo eis dare cibum ad oſtendendam poteſtatem meam, vel ſolum ad placendum eis, vel vt delectabiliter paſcantur, ſed quia ſunt in neceſſitate, & miſereor eis. Vel poteſt dici miſereor eis, quaſi dicat ipſi non petunt panes, ſed erubeſcunt, nec ego dare volo tanquam petentibus, ſed quia miſereor illis etiam ſi ipſi non petant, cum petere non audeant. Sic dicit Chryſoſto. turbæ enim cum ad ſanationem veniſſent non audebant petere panes. vnde ipſe amator hominum, & omnium curam gerens etiam nõ petentibus dat, propter quod dicit, miſereor turbæ.

Cum autem dicitur, quòd triduo perſeuerant mecum. Poteſt vno modo intelligi, quòd ſit cauſa miſerendi, ſcilicet, tam deuotæ ſunt iſtæ turbæ ad me, quòd triduo perſeuerant mecum: ideo dignum eſt, vt illis miſerear. Secundo poteſt accipi, quòd oſtendat veriſimilitudinem neceſſitatis, quia diceret aliquis cur iſti non portabant ſecum panes in via, vt comederent, vel quòd forte portabant, & non erant eis neceſſarij alij quos Chriſtus daret: ideo dicit, quòd triduo perſeuerant mecum, ſcilicet, licet ſecum panes tulerint, quia tamẽ triduo perſeuerauerunt mecum, comederunt quidquid portabant: ideo nunc egent, & ſic decens eſt, quòd ego ſubueniã. Sic dicit Chryſo. ſcilicet, ne autem dicatur quoniam venientes viaticũ portauerunt, dicit quoniam triduo me ſuſtinent, nec habent quid manducent, & ſi enim quando venerãt cibos habebant, tamen iam conſumpti erant, & propter hoc non in prima, & ſecunda die hoc fecit, ſed in tertia quãdo iam omnia conſumpta erant, vt prius ipſi in neceſſitate conſtituti cum ampliori deſiderio ſuſciperent, & hoc magis declarat Marcus dicens, quidam enim eorum de longe venerunt Mar. 8. Scilicet, quia venerunt de longe licet habuerint cibos quando venerunt, tamen poſtea defuerunt illis per longitudinem viæ. Quòd autem dixit, & dimittere eos ieiunos nolo ne deficiant in via, dixit ad reſpondendum obiectioni diſcipulorum, poterãt enim dicere, quòd ad hoc hora erat conueniens, vt ire poſſent ad loca in quibus emerent cibos: nam in prima ſaturatione erat hora tarda, & tamen dicebant Apoſtoli, quòd dimitterentur ire turbæ ad quærendum eſcas ad loca proxima præcedenti cap. ſ. deſertus eſt locus, & hora iam præterijt: dimitte turbas, vt euntes in proxima loca emant ſibi eſcas, a fortiori ergo nunc quãdo non tranſierat hora dicerent, quòd dimitterentur ire

ad

ad loca proxima pro cibis. Christus autem dicit,quòd non est conueniens, quia si dimittuntur ieiuni deficient in via,scilicet, deficient viribus; ita vt ambulare non possint, ideo decebat,quòd eis daret cibos.

Ad quid Christus volebat facere discipulis istas suasiones. Quæst. CIIII.

QVAERETVR ad quid Christus volebat facere discipulis istas suasiones, quia miraculum ipse facturus erat, & non illi, non ergo erat ei opus, nisi quòd iuberet discipulis, quòd afferrent panes, & ipse iuberet turbæ discumbere sicut postea fecit. Dicendum, quòd fecit hoc. Primo quia voluit ostendere, quòd istud miraculum non faciebat ex sola voluntate, sed ex necessitate quadam, quia erat vrgens inopia, quæ aliter non poterat subleuari: nam vt dictum est supra quæstione 102. Christus non saturabat quotidie, vel sepe turbas, vt non sequerentur eum propter hoc solum, & ideo solum faciebat quando vrgebat necessitas, ita ergo nunc cum facturus esset voluit ostendere, quòd causa vrgens faciendi erat. Secundo fuit ad ostendendam infidelitatem discipulorum: nam discipuli cum vidissent, quòd de quinque panibus saturauerat iterum maiorem multitudinem, quàm nunc, adhuc non credebant, quòd saturare nunc posset turbam sicut postea patuit, & si non petens ab eis consilium frangeret panes,& distribueret turbæ discumbenti, non appareret in aliquo infidelitas discipulorum: voluit ergo eis dicere,quòd darent cibos turbæ, & tunc ipsi dixerunt, quòd non posset quis tantam multitudinem saturare panibus in deserto, vt ergo diceret discipulis, quòd saturarent turbam, oportuit quòd prius ostenderet causas vrgentes ad hoc faciendum: nam aliàs dicerent discipuli non est necesse saturari turbam, & non dicerent vnde nobis in deserto tantos panes?ideo debuit eis exprimere istas causas saturationis turbarum.

Et iam fuit hoc, vt quantomagis discuteretur istud factum inter Christum, & Apostolos, tantomagis imprimeretur memoriæ eorum,& minus dubitarent de miraculo. Sic dicit Chrysosto. cum autem nolit eos ieiunos dimittere:ideo tamen non statim signum facit, vt ex hac interrogatione, & responsione attentiores discipulos faciat, & fidem suam ostendat.

Quomodo nunc discipuli dubitauerunt cum primam turbæ saturationem vidissent. Et quomodo eorum incredulitas aliquando erga Christum nobis profit. Quæst. CV.

QVAERETVR cum Christus iam fecisset aliud miraculũ maius, scilicet, quòd saturauit quinque millia virorum de quinque panibus, & videtant hoc discipuli, quomodo nunc dubitauerunt dicentes: vnde nobis in deserto panes tantos, vt saturemus turbam tantam? Aliqui dicunt, quòd loquebantur de seipsis, scilicet, quòd ipsi non poterant saturare turbam tantam in deserto, qitia ipsi non poterant agere nisi naturaliter,& tamen de Christo non negant quin posset facere. Et patet, quia dixerunt vnde nobis panes tantos? Sed non stat,quia non esset hoc ad propositum: nam si turbæ saturandæ erant siue naturaliter,siue supernaturaliter: Christus illud facturus erat,& non discipuli. De supernaturali saturatione patet, quia solus Christus miracula faciebat. De naturali etiam, s. per panes emptos patet, quia illi panes erant de pecunia Christi,& non discipulorum, qa discipuli nihil habebant: Christus autem habebat pecunias ad expẽsas viatum, quas commiserat dispensatori suo, s. Iudæ, qui loculos eius habebat Ioan. 12. & 13. Et ille inde emebat omnia necessaria pro Christo, & Apostolis. Ioan. 13. & ideo etiam si naturaliter, & sine miraculo pascere debuissent turbæ, nõ pascerent eas discipuli,sed Christus. Secundo patet,quia Christus aperte designauit hic,ꝓ ipse volebat saturare turbas,& non imponebat onus discipulis: nam dixit misereor turbæ,quia triduo me sustinent, & dimittere, eos ieiunos nolo.ergo ipse volebat dare cibos. Cum autem obijcitur, quia dr̃ vnde nobis in deserto panes tantos? Dicendum, ꝓ non locuti fuerunt discipuli de seipsis solis,sed adiũcto Christo, quia omnes faciebant vnum collegium, & hoc, quia ille daturus erat cibos, & ipsi ministraturi. Dicendum igitur, quòd discipuli locuti fuerunt tam pro se, quàm pro Christo: nam putauerunt,ꝓ etiam Christus non posset saturare turbas illas in deserto. Et cum obijcitur,quòd similia iam viderant: Dicendum vno modo, ꝓ corda discipulorum erant turbata, & imperfecte disposita,s. ꝓ non intelligebant miracula Christi, licet viderent,quia putabant,ꝓ nõ posset illa facere,& cum fieri videbant stupebant,& tamen nõ credebant propter hoc determinate, ꝓ posset postea similia facere. Sic patet Mar. 6. quando post primã saturationem turbarum venit Christus super mare ambulans ad discipulos,qui periclitabantur propter tempestatem, & placauit mare,intrauitque cũ eis in nauem dr̃, ꝓ illi autẽ plus magis stupebant,& subditur causa, nondũ enim intellexerant de panibus, erat enim excæcatum cor eorum,& sic non putabant,ꝓ Christus posset placare mare,quia cor eorum excæcatum erat, & non intelligebant, quomodo Christus facere poterat miracula: nam si recte aspexissent ad miraculum quod fecerat saturando turbas, non dubitarent quin posset placare mare,& quæcunque alia vellet,qui talia potuerat, & tamen,quia cor suum erat obcæcatum, & non poterant concipere, ꝓ Christus haberet potestatem ad saturandum turbas, licet iam illas saturasset, non poterant credere, ꝓ alia miracula postea facere posset, & quando illa fieri videbant stupebant, quomodo fieri potuissent. Et ita nunc cum esset cor discipulorum excæcatum circa miraculum primæ saturationis,quia non intelligebant quomodo Christus illud facere potuisset, a fortiori dubitarent circa, id quod nondum factum erat,& putabant,ꝓ non posset facere aliquam saturationem talem. Secundo potest dici, ꝓ proueniebat hoc nõ ex obcæcatione cordis, sed ex quadam infirmitate fidei, vt quando quis impetrauit aliquid a Deo,& postea circa aliud minus,vel æquale formidat, quia talis est conditio humanæ mentis, vt ait Chrysos. vt patet in Petro: nam credidit, ꝓ iubente Domino potuit ambulare super aquas, quod nunquam fecerat, & confidenter descendit de nauicula, ambulauitque super aquas, & tamẽ postea videns validum ventum timuit,& propter infidelitatem mergi cepit præcedenti cap. Ita & nunc discipuli licet aliud miraculũ maius vidissent,adhuc mens eorum erat tam infirma, ꝓ non putabant, ꝓ posset aliud simile facere, & non solum post primã saturationem dubitabant de secunda, sed etiam post secundam dubitabãt de alia an posset illam, sic patet sequenti cap. quando obliti sunt discipuli sumere panes pro via, & cum Cristus diceret,cauete a fermento Pharisæorum, illi dixerunt, qa nos panes nõ accipimus,iõ increpat nos, & tũc Christus arguit eos de infidelitate dicens, qd cogitatis modicę fidei,quia panes non accepimus? nondum intelligitis neq; recordamini quinq; panum in quinque millia hominum,& quot cophinos sumpsistis,neque septem panum in quatuor millia hominum, & quot sportas sumpsistis? & ita adhuc tunc dubitabant, an Christus

Christus deficientibus panibus posset cibare in deserto turbam paucorum discipulorum, qui bis saturauerat turbas copiosas hominum. Tertio potest dici, ꝓ discipuli permissi sunt cadere in istam infidelitatem, & loqui verba non credentium, vt nobis miraculi tolleretur suspitio. Sicut dicit Gregorius de Thoma, ꝓ plus nobis Thomæ incredulitas ad credẽdum profuit quàm fides Apostolorũ, quia dum iste dubitauit tetigit,& sic certificatus est,& de cordibus nostris vulnera dubitationis abstulit, discipuli autem, ꝓ facilius, & sine tactu crediderunt,nobis dubium reliquerunt, quia dici poterat adhuc,quòd ille, qui apparuit fuerat phantasma: ita nunc si Christo dicente, quòd volebat pascere turbam,discipuli credidissent, & dicerent fiat, non esset occasio, vt Christus quereret quot panes habebant, sed frangeret,& distribueret turbis,& ita possemus credere, quòd forte discipuli habebant copiam panum, vel ex aliquo castello vicino attulerunt, cum autem dubitauerunt hoc posse fieri, fuit occasio, vt Christus diceret quot panes habebant, & constaret de miraculo: nam quia ipsi viderunt rem difficilem, vel impossibilem, vt eis videbatur dixerunt, vnde nobis panes tantos in deserto, vt saturemus turbam tantam? & ita ostenderunt se non habere copiam panum dixerunt,vnde nobis panes tantos?

Secundo ostenderunt, quòd non erat locus, vnde illos habere possent: nam dixerunt, vnde nobis in deserto panes tantos? & cum ipsi non crediderunt posse fieri, & postea referatur factum, constat, quòd fuerit miraculum: maxime quia ex hoc fuit occasio, vt quæreret Christus de numero panum, & responderunt, quòd habebant septem, & sic patet miraculum. De hoc dicit Chrysostomus, ipsi quidem infirma cogitatione dixerunt, vnde nobis panes tantos? per hoc tamen miraculum futurum insuspicabile facientes, ne aliquis suspicaretur, quòd ab aliquo propinquo castello accepti sunt cibi, propter hoc miraculum istud in solitudine fit multum a castellis distante.

Quare Christus quæsiuit a discipulis quot panes habetis. Quæst. CVI.

QVAERETVR quare Christus quæsiuit a discipulis quot panes habetis. Dicendum, quòd primo fuit ad reducendum eos in memoriam præteritorum, vt sic crederent an tequam viderent: nam iterum de quinque panibus turbam saturauerat, & quæsiuit tunc a discipulis quot panes habetis? & illi dicunt quinque, præcedenti capitu. & Mar. 6. per istum ergo modum similem querendi recordari poterant eius, quod tunc factum fuerat, & ita crederent. Sic dicit Chrysostomus, ipse autem Christus, vt discipulorum mientes erigat, eos interrogat, vt ex modo interrogationis commemoret eorum, quæ prius sunt facta dicens, quot panes habetis?

Secundo fuit, vt per hoc constaret ipsismet de miraculo: nam cum quæsiti responderent septem tantum panes habere, & postea inde saturarentur turbæ, non poterant dubitare de miraculo. Si autem non quæreret, forte putaret aliquis eorum, quòd fuerant multo plures, & sic dubitarent de miraculo, vel de magnitudine miraculi, & ideo in prima vice non solum quæsiuit, quot panes habebant, sed etiam dixit, ite, & perquirite. Mar. sexto, Scilicet, diligenter, & sine errore cognoscite quot panes habetis.

Tertio fuit, & præcipue propter nos: nam si non quæsiuisset Christus quot panes habebant, non setipsissent hoc Euangelistæ. Et tamen ad sciendum,quòd fuit saturatio ista miraculosa, oportebat sciri quot panes fuissent, quanta multitudo comedẽntium, vt hinc colligeretur miraculum esse.

Quare non ponitur hic numerus piscium sicut panum. Quæst. CVII.

QVAERETVR quare non ponitur hic numerus piscium sicut panum. Dicenduna, quòd in hoc conuenit ista saturatio cum illa, quia in vtraque fuerunt panes, & pisces, cur autem pisces vtrobique fuerint præcedenti capitu. declaratum est, scilicet, quia tales cibos soliti erant discipuli ferre secum, & non carnes, quia pisces erant ibi cibus pauperum.

Aliqui autem dicunt, quòd non positus est numerus piscium,eo quòd non pertinebant pisces ad miraculum: nam miraculum fuit in pascendo turbam, & tamen pastus erat in pane,& non in piscibus: ideo panum numerus designatus est,& non piscium.

Sed dicendum, quòd non stat, quia licet panis sit præcipuus cibus,tamen deficiente pane, vel in parua quantitate existente suppleri potest cibus ex piscibus, vel carnibus,vel aliunde,vnde de solis piscibus si multi fuissent, potuisset tota multitudo saturari. Secundo & præcipue patet, quia in præcedenti saturatione ponitur numerus piscium, scilicet, quòd fuerint duo pisces præcedenti cap. & Mar. 6. & Luc. 9. Ita ergo hic poni debuisset. Dicendum,quòd fuit,quia pisces isti erant valde parui, & qui non merebantur sub numero piscium designari: nam pisces primæ saturationis magni erant, & ideo duo dicti sunt, isti autem parui erant: ita vt forte viginti de eis non æquiualerent vni pisci. Et hoc patet, quia dicitur in litera septem panes,& paucos pisciculos,& idem Mar. 8.

Quare nunc superfuerunt septem sportæ, prius autem duodecim cophini,& quid sunt sportæ. Et in quo duarum saturationum vna maior fuerit altera. Quæst. CVIII.

QVAERETVR quare nunc superfuerunt septẽ sportæ: prius autem superfuerant duodecim cophini, & quid sunt sportæ. Dicunt aliqui,quòd sportæ,& cophini idem sunt,& idem est superfuisse septem sportas,& septem cophinos.

Sed dicendum,quòd nõ stat, quia tunc cum a multis scribatur ista historia, aliquis eorum acciperet vnũ pro altero si idem sunt, & tamen nemo accepit, sed in prima saturatione omnes dicunt superfuisse duodecim cophinos, & nemo dicit duodecim sportas, sic patet præcedenti cap. & Mar. 6. & Luc. 9. & Ioan. 6. Secundo patet,quia in ista secunda saturatione quã soli Matthæus, & Mar. describunt, ambo dixerunt sportas, & nemo dixit cophinos, vt patet hic, & Mar. 8. Tertio patet,& efficacius,quia quando postea Christus comparauit istas duas saturationes seq. cap. dixit: non recordamini quinque panum in quinque millia hominum,& quot cophinos sumpsistis,& septem panum in quatuor millia hominum, & quot sportas sumpsistis: ideo dicendum,quòd non sunt idem sporta,& cophinus.

Alij dicunt,quòd non sunt idem, & tamen sporta est valde maior, quàm cophinus. Et ita tanta est capacitas septem sportarum sicut duodecim cophinorum. Dicendum, quòd de magnitudine aut figura cophinorum, & sportarum nobis non constat, quia vasa ista quotidie variantur,& tamen non est necesse, quòd fuerit tanta capacitas septem sportarum sicut duodecim cophinorum, quia hoc esset ad volendum ponere æquales istas duas saturationes, & tamen non sunt

ſunt æquales, quia prima habuit plures comedentes, F ſcilicet, quinque millia. Secunda vero quatuor millia. Item in prima fuerunt quinque panes, in ſecunda vero ſeptem, quamquã ergo reliquiæ eſſent æquales, non eſſet æquale miraculum, nõ ergo fuit iſta cauſa. Sed dicendum, ꝙ iſta duo miracula fuerunt inæqualia, quia Chriſtus voluit, quòd primũ eſſet maius. Quòd tamen hic fuerũt ſeptẽ ſportæ poteſt eſſe cauſa, quia Chriſtus voluit iſtud miraculũ omnino eſſe diſtinctum ab alio: nã voluit, ꝙ ſcirentur a Chriſto factæ duæ ſaturationes turbarũ, neſciretur aũt eſſe duas, niſi in multis diſtinguerentur, per quæ appareret eſſe diſtinctas. Et ad hoc voluit eſſe diſtinctionem primo in numero panum, quia nunc ſeptem, & prius quinque. Secundo in numero comedentium, quia tunc G quinque millia, nunc quatuor millia, licet quantum ad hoc non poteſt haberi determinatio, quia hic, & ibi computãtur viri ſoli exceptis mulieribus, & paruulis, & poterat eſſe, ꝙ in quatuor millibus virorũ eſſent nunc plures comedentes propter mulieres, & paruulos, quàm prius fuerant, & tamen ſaltem ex numero oſtenditur illa fuiſſe maior, & diſtinguuntur. Tertio quia hic reliquiæ fuerunt in ſportis, & ibi fuerunt in cophinis: vnde licet nunc potuiſſent haberi cophini ad colligendas reliquias, voluit Chriſtus, ꝙ eſſent ſportæ, vt ſic per omnia appareret diſtinctio. Quarto in numero reliquiarum, quia ibi duodecim cophini, hic ſeptem ſportæ. Quinto quia ibi fuerunt duo piſces, hic aũt parui piſciculi, & ita cum in nullo conueniant apparet multum diſtinctas eſſe ſaturationes, & ita nemo poterat dubitare an eſſet vna ſaturatio, vel duæ. Et fuit hoc conueniens, quia cum idem factum ponatur a multis Euangeliſtis, putatur ſepe idem eſſe multa, & è contrario multa eſſe vnum, vnde ſi fuiſſent per omnia ſimiles iſtæ ſaturationes, plurimi putarent eas eſſe vnam eandemque, & ſic fuit intentio Chriſti eas omnino diſtinguere. Sic dicit Chriſoſto. quare autem minores ſunt reliquiæ in hoc miraculo, quàm in primo, & ſi non tot fuerint, qui comederint, & reſpondet, aut igitur hoc eſt, quia ſportæ cophinis maiores erant, aut vt ex diuerſitate rememorentur, & illius, & huius miraculi.

Quare ſpecialiter fecit, quòd ſupereſſent ſeptem ſportæ. Et quòd in hoc vno facto duo Chriſtus fecit miracula.
Quæſt. CIX.

QVAERETVR quare ſpecialiter fecit, ꝙ ſupereſſent ſeptem ſportæ. Aliqui dicunt, quòd fuit hoc, quaſi a caſu, ſcilicet, quia fecit Ieſus, quòd comedentibus ſupereſſet cibus, & accidit, quòd ille impleret ſeptem ſportas. Sed dicendum, quòd non ſtat, quia cum hæc miraculoſe a Chriſto fierent; oportebat, quòd cum determinata intentione fierẽt, & ad aliquem finem. Ideo dicendum, ꝙ fecit ad oſtendẽdum magnitudinem ſcientiæ ſuæ: itaque non ſolum faciebat quidquid volebat, ſed etiam omnia cum determinata ratione volebat, vnde ſicut in prima ſaturatione fecit ſupereſſe duodecim cophinos, vt cuilibet Apoſtolo reſponderet vnus cophinus, ita & nunc fecit ſupereſſe ſeptem ſportas iuxta numerum ſeptem panum quos turbæ diſtribuit, ſcilicet, quòd panes ſeptem totam turbam ſaturauerunt, & inſuper quilibet vnam ſportam impleuit de reliquijs ſuis cũ reliquijs piſcium. Sic dicit Chryſoſto. quòd fecit eſſe diuerſitatem in hoc miraculo, & in illo, vt ex diuerſitate rememorentur miraculi huius, & illius, & propter hoc tunc quidem fecit cophinos reliquiarum numero æquales diſcipulis, nunc aũt æquales numero ſportas panibus, hoc aũt valde conueniens erat, vt in vno facto duo miracula oſtenderet, vnum ꝙ turbam multam de pauco cibo paſceret, & ſupereſſet aliud, quia numerus fragmentorũ eſſet tantus quantũ ipſe vellet, ſ. vt licet turbæ parum, vel multum comederent, non turbaret numerus, & quantitas fragmentorũ, ſed determinate tantũ ſupereſſet quantũ ipſe ſupereſſe volebat, quod valde admirandũ eſt, ſicut qñ paralyticũ curauit, non ſolũ oſtendit ſe potentẽ, quia curauit, ſed ẽt omnia ſcientẽ, quia tacitas cordium murmurationes agnouit ſupra 9. & Mar. 2. Et ita dicit Chry. ego aũt non ſolũ admiror multitudinem panum, q̃ facta eſt, i. fragmentorũ, ſed & certitudinẽ ſuperfluorũ, quia nec plus, nec minus fecit eſſe ſuperfluum, ſed tantum quantum volebat, ſ. duodecim cophinos ſecundũ numerũ duodecim Apoſtolorum. *Et dimiſſa turba.* Hic ponitur miraculi conſummatio, ſ. quõ paſtis turbis receſſit Chriſtus de loco, & dicit. *Et dimiſſa turba.* Ideſt, Expediens ſe ab illa facta ſaturatione. *Aſcendit in nauiculam.* Erat enim iuxta mare Galilæ nunc quãdo turbam ſaturauit, ſic dr ſupra in litera, ſ. *Cum tranſiſſet.* Inde Ieſus venit ſecus mare Galilæ. *Et venit in fines Magedan.* Ideſt, Terræ Magedan, ſed Mar. 8. Dicitur venit in partes Dalmanuta, quod idem eſt.

Quare Chriſtus dimiſit nunc turbas. Ex quo ſæculi applauſum, & laudes edocemur fugere. Quæſt. CX.

H QVAERETVR quare Chriſtus dimiſit nunc turbas. Dicendum, quòd primo fuit, quia nihil amplius cum eis facturus erat, Chriſtus enim erat multa facturus, & tempus non erat ei multum: ideo nihil inutiliter elabi ſinebat, ſed totum tempus vtiliter diſpenſabat, nunc autem cũ turbis finierat qdquid acturus erat: nam prædicauerat eis, & pauerat, & ſanauerat languidos earum, nihil autẽ ſupererat: ideo abijt dimiſſa turba, i. expediens ſe ab illa, quid autem eſſet iſta dimiſſio turbarum declaratum eſt præcedenti cap. q. 141. Secũdo fuit, vt exemplum præbeat prædicanti non ſemper morari cum turbis, nec ſemper abſentem eſſe, ſed quandiu docere, aut aliquid agere debuerit ad turbas maneat, ſtatim autem recedat, ſicut, & nunc facit Chriſtus. Tertio fuit ad vitandum I applauſum populi, quia cum ſatiaſſet nunc turbã laudarent eum omnes, & adularentur, vt ſic ſemper facere vellet, & tñ fugiẽdæ ſunt laudes ſeculi: ideo mox, vt fecit hæc dimiſit turbã, ſic dr Mar. 8. Et ſtatim aſcendẽs nauim venit in partes Dalmanuta. Quarto fuit, vt non eſſet occaſio turbæ manendi apud eum expectãdo ſimiles refectiones: nam erat ibi locus deſertus in quo non poterat haberi cibus, ſicut dixerunt diſcipuli ſupra in litera, vnde nobis in deſerto tantos panes? Si autẽ amplius ibi maneret, aduenirет iterum hora neceſſaria refectionis, & cum non poſſent habere aliunde eſcas, neceſſe erat, ꝙ ipſe daret ſupnaturaliter, ſed nõ expediebat, ꝙ aſſuefaceret turbas ad hoc, ideo ſtatim receſſit, vt non peterent vltra ab eo refectionem, K nec eſſet ei occaſio illam præſtandi, & ita in prima ſaturatione fecit, quia ſtatim dimiſit turbam præcedenti capitu. Sic dicit Chryſoſtomus, ſicut poſt miraculum quinque panum dominus turbas dimiſit, ita & nunc.

Quare turbæ non nitebantur nunc facere Chriſtum regem ſicut in prima ſaturatione. Quæſt. CXI.

QVAERETVR quare turbæ nõ nitebantur nunc facere Chriſtum regem ſicut in prima ſaturatione: nam dicitur Ioannis ſexto, quòd ſciens Ieſus, quòd venturi eſſent, vt raperent eum, & facerent regem, fugit ſolus in montem.

Aliqui

Aliqui dicunt, quia turbæ ſciebant, quòd intentio A Chriſti non erat principari in ſęculo: ideo non curauerunt eum regem facere.

Sed dicendum, quòd non ſtat, quia etiam in prima vice non videbant in eo deſiderium aliquod principandi, ſed potius nimiam humilitatem, & tamen voluerunt eum regem facere.

Item quia turbæ nõ intendebant facere Chriſtum regem quaſi de voluntate eius, ſed etiam nolentem, dum tamen poſſent eum habere in Dominum, & eos quotidie cibaret, quia dicitur Ioan. 6. quòd venturi erant, vt raperent eum, & conſtituerent regem.

Dicendum ergo, quòd nunc turbæ hoc cogitauerunt, ſicut & tunc, vel ſaltem cogitare potuerunt, & tamẽ Chriſtus voluit eis præſtare occaſionem aggrediendi quod cogitabant: ideo ſtatim receſſit, & iſta B fuit cauſa potiſſima quare ſtatim receſſerit: nam dicitur Mar. 8. Et ſtatim aſcendens nauem. Sic etiam dicit Theophi. poſtquàm Dominus operatus eſt miraculum panum, ſtatim in alium ſeceſſit locum, ne propter hoc caperent eum turbæ, & facerent regem.

Quare Chriſtus nunc aſcendit nauiculam. Et a turbis, vt declinaret, quis modus eſſet ei conueniens. Quæſt. CXII.

QVAERETVR quare Chriſtus nunc aſcendit nauiculam. Dicendum, quòd primo fuit, quia forte transfretaturus erat: nam nunc erat C iuxta mare Galilææ, & forte tranſire volebat in latus oppoſitum, & ita nauicula indigebat. Secundo fuit ad releuãdos labores itineris, fatigabatur Chriſtus itinerando, ſicut dicitur Ioan. 4. quòd Chriſtus fatigatus ex itinere ſedit, iuxta fontem vbi cũ eo Samaritana locuta eſt: ideo licet non eſſet tunc transfretãdum, ſed manendum ex eadem parte litoris, vellet nauigare, vt itinerationem pedeſtrem excuſaret. Tertio fuit, & præcipue, vt poſſet recedere a turbis: nam erat nunc Chriſtus cum turbis in terra in loco vbi eas pauerat, ſi ipſe vellet recedere via pedeſtri de loco ipſo, ſequerentur eum turbæ, & non poſſet ab illis recedere, & tamen volebat eas dimittere, vt non expectarent ab eo amplius miraculoſe paſci: ideo aſcẽdit nauiculam: D nam illi non habebant naues: ideo non poſſent ſequi ipſum, & ita ab eis conuenienter recedere poſſet. Sic dicit Chryſoſto. ſicut poſt miraculum quinque panum Dominus turbas dimiſit, ita & nunc, nec autem pedibus recedit, ſed nauigio, ne turbæ eum ſequantur, & iſte erat conueniens modus Chriſto declinandi turbas, ſiue vellet totaliter ab eis recedere, ſiue paululum diſiungi. Interdum enim volebat Chriſtus manere apud turbas, & tamen, quòd non tangerent eum, & quia illæ irruebant in eum, aſcendebat nauiculam, ſic fuit Luc. 5. Scilicet, factum eſt autem cum turbæ irruerent in eum, vt audirent verbum Dei, & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Geneſareth, & vidit duas naues, & accedens ad vnam nauem, quæ erat Simonis, rogauit, vt puſillum reduceret a terra, & ſedens docebat de nauicula turbas, ſic etiam ſupra 13. capitu. quando multę turbæ conuenerunt ad eum iuxta mare, ipſe aſcendit vnam nauiculam, & de nauicula ſedens docebat turbas manentes in litore, interdum autem volebat Chriſtus penitus recedere a turbis declinando eas, & tunc ſi erat ſecus mare, aſcendebat nauiculam aliquam, & turbæ non potentes intrare in nauiculam dimittebant eum, ſic patet ſupra 8. Vbi videns Ieſus multas turbas iuxta ſe, iuſſit diſcipulis ire trans fretum, & ita declinauit illas, ſic fuit hic, quia turbæ non habebant nauiculas: ideo non potuerunt eum ſequi.

Sed dicetur quare turbæ non ſecutæ ſunt hic Chriſtum pedeſtres: nam iterum Chriſtus aſcendit in nauiculam cum diſcipulis, & turbæ ſecutæ ſunt eum pedeſtres de ciuitatibus, præcedenti cap. & Mar. 8.

Dicendum, quòd fuit primo, quia forte neſciebant quo ibat Chriſtus; tunc enim ſciebant, quòd ibant in deſertum locum Bethſaida: ideo pedeſtres ſecutæ ſunt, & præuenerunt eum. Mar. ſexto: nunc vero non dixit eis locum quo ibat: ideo ſequi eum non potuerunt. Hoc eſt veriſimile, quia tunc Chriſtus volebat congregare turbas ad ſe, quia volebat prædicare eis, & paſcere illas in deſerto Bethſaida: ideo vel dixit illis quo ibat, vel fecit taliter, vt ſciretur, & ita eum ſecutæ ſunt, nunc vero non intendebat ad ſe congregare turbas, ſed potius declinare eas, ideo non diceret eis quo ibat, & ita turbæ non poſſent eum ſequi.

Secundo quia forte regio illa ad quam nunc Chriſtus ibat erat longe diſtans, quia erat regio Dalmanuta, vel Magedan, ad quem peruenire poterat nauigio, erat tamen diſtans a mari Galilææ, ſcilicet, quòd nauigaret per illud mare, deinde aſcenderet per Iordanem, & veniret in regionem illam, & ita turbæ iſtæ non poſſent ſequi eum tam longe abeuntem.

Quare Chriſtus nunc aſcendit nauiculam cum poſſet ſine nauigio tranſire ſicut ſupra fecit. Quæſt. CXIII.

QVAERETVR quare Chriſtus nunc aſcendit nauiculam: nam poterat ſine nauicula tranſire, ſicut iam fecerat præcedenti capitu. & videtur conueniens, quòd egiſſet, quia ibi mox, vt turbas ſaturauit ambulauit ſuper aquas, eodem capitu. & Mar. ſexto, & tamen nunc ſaturauit turbam: ideo videbatur conueniens, quòd etiam ambularet ſuper aquas.

Dicendum, quòd hoc fuit, quia miracula ſunt duplicia. Quædam ſunt ad ſolam oſtenſionem poteſtatis. Alia vero ſunt tam ad oſtenſionem poteſtatis, quàm ad vtilitatem eorum pro quibus fiunt. Prima miracula nunquam replicantur, ſed ſemel tantum fiunt, quia ſemel facta ſufficienter oſtendunt poteſtatem facientis, & ita fuit de transfiguratione: ideo Chriſtus ſemel tantum transfiguratus eſt infra 17. Secunda replicantur, & tanto magis replicantur quanto magis ſunt neceſſaria, vel vtilia, & ita eſt ſanare ægros, curare arreptitios, ſuſcitare mortuos, ambulare autem ſuper aquas eſt de primis, ideo ſemel tantum Chriſtus illud fecit,

Secundo fuit, quia tunc Chriſtus fecit quaſi ex quadam neceſſitate, manſerat enim Chriſtus in terra expediendo turbas quando diſcipuli aſcenderunt nauẽ, & cum in nauigando laborarent eſſetque eis ventus contrarius, & tempeſtas, erant in periculo, venit ergo ad eos Chriſtus ſuper aquas ambulans, vt eos libera- E ret. Si autem non accidiſſet eis periculum, forte non veniſſet ad eos, ſed tranſiſſet ad oppoſitam partẽ maris, non videntibus eum ambulare ſuper aquas, nunc autem Chriſtus aſcendit cum eis, ideſt, receſſit quãdo ipſi receſſerunt: ideo nulla erat cauſa ambulãdi ſuper aquas. Cum autem dicitur, quòd Chriſtus poterat ſine nauicula transfretare concedendum eſt, & tamẽ Chriſtus non faciebat omnia, quæ poterat, neque decebat, quia tunc tota vita ſua eſſet miraculoſa, immo miraculum quoddam, quod eſſet cõtra intentionem Chriſti: nam ſic non putaretur verus homo, quia nihil humanum appareret in eo, ſi omnia miraculoſe faceret ſicut poterat, ſcilicet, viuendo ſine cibo, & potu, & ita de alijs.

Quomodo

Quomodo dicitur hic, quòd dimissa turba venit in fines Magedan, quia Mar. dicit quòd venit in fines Dalmanuta. Et quis Iordanis dicatur ortus. Quæst. CXIIII.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, quòd dimissa turba venit Christus in fines Magedan: nam Mar. 8. dicitur, ꝙ venit in fines Dalmanuta. Aliqui dicunt, quòd Magedan, & Dalmanuta sunt diuersæ regiones, & in ambas venit Christus successiue, licet in quam prius venerit non apparet, & descripsit vnam Matthæus, & aliam Marcus, sicut sæpe fit, vt quod vnus dicit, alius omittat.

Sed dicendum, quòd non stat, sed oportet poni, quòd sit idem locus, qui ab vtroque Euangelista ponitur: nam dicitur hic, quòd venit Iesus in fines Magedan, & accesserunt ad eum Pharisæi, & Saducæi tentantes eum, & Mar. 8. Dicitur, quòd venit in fines Dalmanuta, & exierunt Pharisæi, & cęperunt conquerere cum eo. cum ergo ambo Euangelistæ narrent idē factum, scilicet, disceptationem Domini cum Pharisæis, necesse est, quòd idem locus fuerit vbi hoc factū est, & sic idem est Dalmanuta, & Magedan.

Secundo patet, quia dicitur, quòd ascendit in nauiculā, & venit in fines Magedan, & ita terra Magedan. est portus ad quem peruenit Christus in nauicula, & tamen locus in quo Christus nunc nauigans exiuit de nauicula nō potuit esse nisi vnus, & ille ponitur a Marco Dalmanuta, ergo non sunt duo loca ad quæ Christus peruenerit successiue.

Dicendum igitur, quòd idem locus est siue regio Magedan, & Dalmanuta, & tamen vocatur varijs nominibus, sicut consuetum est, quòd idem locus sæpe habeat multa nomina, vt Bethlehem vocat̄ Bethlehē, & Ephrata: & Ierusalem multa nomina habet, & vnus Euangelista expressit vnum, & alius alterum. Et patet hoc magis, quia etiam aliqui libri Marci habent Magedan, & non Dalmanuta. Sic dicit Austu. lib. de cōcor. Euang. scilicet, Matthæus dicit in fines Magedan. Marcus vero Dalmanuta, non autem dubitatum est eundem locum esse sub vtroque nomine: nam plerique codices nō habent etiam secundum Marcum nisi Magedan. De ista regione Magedan non apparet qd sit, dicit tamen Rabanus, ꝙ Magedan est regio apud Gerasam. Gerasa autem regio est nominata a ciuitate, nam dicitur regio Gerasenorum, & ciuitas a qua appellatur dicitur Gerasa, & in istam regionem venit Christus, & sanauit arreptitios supra 8. cap. Nicolaus dicit, quòd ista est regio in qua occisus est rex Iosias pugnans contra Pharaonem 4. Reg. 23. Sed hoc non constat, quia ibi vocatur campus Magedo, & nō Magedan, & idem secundo Paralipomenon 35. Et est ibi Magedo ciuitas a qua nominatur regio adiacens campus Magedo. Sed an sit Magedo, & Magedan idem non apparet, quia interdum mutatur, vel additur litera in nominibus proprijs, & ita vocatur locus ille Magedon Zacha. 12. Scilicet, erat magnus planctus in Ierusalem sicut plāctus Adadremmon in campo Magedon, & tamen ibi agitur de planctu facto pro rege Iosia occiso in campo Magedo, super quo fuit valde magnus planctus. secundo Paralipomenon 35. cap. & tamen Magedon non inuenitur alibi nominari. Alij autem dicunt, quòd Magedan sit fons magnus, a quo dicuntur fluere aquæ Iordanis, & regio ab illo nominatur magedan, quæ ei circunstat, & iste fons vocatur a Iosepho phiala, & a Sarracenis vocatur medan, idest, aqua dan, quia Sarraceni me aquas dicunt, & paleæ missæ in isto fonte reperiuntur postea in dan fonte, qui est pars Iordanis, & ita a phiala est ortus Iordanis. Est autem fons iste non longe a ciuitate Sueta iuxta quam est pyramis Beati Iob, idest, sepulchrum eius, & hunc locum vocat Marcus Dalmanuta, & Matthæus Magedan, vt referunt frater Brocardus Theutonicus, & Marinus Venetus libris suis de situ terræ sanctæ, & sic explicit 15. cap.

C A P. XVI.

ET accesserunt ad eum Pharisæi, & Saducæi tentantes, & rogauerunt eum, vt signum de cœlis ostenderet eis. At ille respondens ait illis: Facto vespere dicitis, serenum erit, rubicundum est enim cœlum. Et mane: hodie tempestas, rutilat enim triste cœlum. Faciem ergo cœli iudicare nostis, signa autem temporum non potestis. Generatio mala, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Et relictis illis abijt.

Mar. 8. Ioan. 6. Luc. 12.

Ionæ 2. Mar. 8.

ET accesserunt. Matthæus in præcedentibus introducit Christum reprobantem errorem Iudæorum in lege, hic introducit eum docentem fundationem Ecclesiæ gentium in fide. Et diuiditur in tria, quia Primo aperitur incarnationis mysterium. Secundo ponitur redemptionis pretium, ibi. *Venit autem Iesus in partes.* Tertio ponitur imitationis exemplum ibi. *Tunc dicit Iesus discipulis.* Prima in duas, quia primo mysterium incarnationis aperitur. Secundo accipitur ex hac doctrina Pharisæorum non solum, vt erronea, sed etiam sicut curiosa, & inutilis excluditur, ibi. *Et cum venissent discipuli eius.*

Introductio Christi docentis fundationē ecclesiæ gētiū in fide.

An ea, quæ habentur hic sint continuata ad præcedentia, vel sit ordo mutatus. Quæst. I.

QVAERETVR circa primum an ea, quæ habentur hic sint continuata ad præcedentia, vel sit ordo mutatus. Dicendum, quòd est ordo cōtinuus. Quod patet. Primo ex ordine literæ a quo sine causa non est recedendum. Secundo quia Matthæus, & Mar. concordant in hoc: nam mox post saturationem turbarum dicunt Christum venisse in terrā Magedan, vel Dalmanuta, & ibi disceptasse cū Pharisæis. Tertio, quia satis ostenditur ex litera, cum prior sit nauigatio quàm ad portum peruentio, & tñ præcec. cap. dicitur quomodo nauiculam ascenderit, hic autē dr̄ quo peruenerit, & quid ibi egerit: iō ordo cōtinuatus est. Ex hoc ēt apparet, ꝙ fuerunt ista facta immediate post præcedentia non interposito alio quod ab Euangelistis narretur: nam dr̄ supra, ꝙ Christus dimissa turba ascenderit nauiculam, & venerit in terram magedan, hic aūt ponit̄ quid immediate egerit in terra illa: nam mox, vt exiens de naui intrauit in regionē illam, venerunt ad eum Pharisæi quærents signū de cęlo, vt hic dr̄: nam dr̄ Mar. 8. ꝙ venit in partes dalmanuta, i. magedan, & exierunt Pharisæi, & cęperūt cōquerere cū eo quęrentes ab illo signū de cęlo; & sic mox exierunt ad eum, & istud fuit primum quod ibi egit, quia dicitur, ꝙ cęperunt conquerere cū eo. Circa primum dr̄. *Et accesserunt ad eum Pharisæi.* Erant enim in oībus regionibus Iudæorum Pharisæi, & Saducæi, quia istæ sunt duæ sectæ viuendi inter Iudæos, & vbicunque Iudæi erant, inueniebantur aliqui istorum, & Saducæi secta est contraria positioni, & moribus

moribus Pharisęorum, de vtraq; tamen, & etiam de secta Esenorum dictum est satis sup. 3. cap. quæst. 63. *Tentantes.* Cum enim signum de cęlo peterent tentatio erat, quia non petebant ad aliquam necessitatē, vel vtilitatem. *Et rogantes eum, vt signum de cœlo ostenderet.* Scilicet faciendo stare solem, vel retrocedere sicut aliàs factum erat. *At ille respondens.* Scilicet declinans eorum petitionem. *Ait illis.* Ponitur modus declinandi increpando eos. *Facto vespere dicitis serenum erit.* Ponit aliqua signa in cęlo per quæ cognoscebant Iudæi de conditione futuri temporis, scilicet, an esset pluuiosum, & tenebrosum, vel serenum, & hoc est, quia facto vespere si appareat rubor ex parte occidentali designat sequenti die futuram serenitatem aeris. *Rubicundum est enim cœlum.* Idest quia videtis rubicundum cœlum iudicatis serenitatem. *Et mane.* Idest in mane scitis iudicare pro die ipso: nam si rutilat cęlum est signum tempestatis, vel ventorum, & pluuiarum. *Hodie tempestas erit.* Idest dicitis hodie erit tempestas, & ita fit. *Rutilat enim triste cœlum.* Rutilare est splendorem ruboris prætendere, & tunc dicitur triste cęlum, quia tristitiam ostendit aspicientibus: nam est turbida rutilatio illa, etiam dicitur triste ab effectu, scilicet, quia tristes homines facit propter tempora non grata, quæ sequuntur rutilante cęlo. *Faciem ergo cœli iudicare nostis.* Idest scitis per ea, quæ apparent in facie cęli, idest in aere iudicare euentus futuros in qualitate temporis serені, vel pluuiosi, & dicitur dijudicare, idest distinguere, quia iuxta variam apparentiam cęli iudicatur aliud, & aliud, & vocatur facies cęli ipse aer: nam istę impressiones in aere fiunt, & non in cęlo, sed apparet nobis, quòd sit cęlum, quia nescimus distinguere vulgariter de cęlo, & de aere. *Signa autem temporum non potestis.* Idest non potestis iudicare quid sit euenturum in quolibet tempore de bono, & malo quantum ad negocia hominum per aliqua signa cęli. *Generatio mala, & adultera signum quærit.* Est exprobratio, quam Christus faciebat Pharisęis, & Saducęis, quia quęrebant signum de cęlo. *Et signum non dabitur ei.* Scilicet signum, quod petit. *Nisi signum Ionæ prophetæ.* Fuit signum Ionæ, quòd fuit tribus diebus, & tribus noctibus in ventre Ceti, ita futurus erat Christus tribus diebus, & tribus noctibus in corde terræ, & hoc idem dixit alijs Pharisęis quærētibus signum de cęlo supra 12. capit. *Et relictis illis abijt.* Indignans Christus abijt: vidit enim, quòd isti nolebant addiscere neque proficere, sed tentare, ideo noluit eis condescendere, sed potius spreuit eos, & abijt ad alium locum.

Quid rutilare sit.

Sciendum autem, quòd ista litera potest dupliciter introduci.

Vno modo, quòd Pharisęi, & Saducęi, isti essent vacantes astrologię, & alijs mathematicis, & volebant per hęc iudicare de aduentu Messiæ, quantum ad tempus, sicut astrologi nituntur dicere per astrorum considerationem principia, & durationes sectarum futurarum, & qualitates earum. Et tunc Christus redarguens eorum studium, quasi inutile dixit, quòd non poterant per hoc peruenire ad talem cognitionem, & ad hoc dicit, quòd per cęlum iudicari potest de quibusdam accidentibus temporum quantum ad turbidum, pluuiosum, serenum, siccum, humidum, sanum, ęgrum, & ita de cęteris, & tamen de eis, quæ aduenient hominibus, quę non sunt accidentia temporum, sed hominum, vt habere felicitatem, vel aduersitatem, pacem, vel bellum, aduenire sectas bonas, vel malas, & quando euenirent, non poterat sciri per faciem, aut signa cęli. Et tunc litera est legenda plane, & per modum affirmationis, scilicet facto vespere dicitis serenum erit cras, quia rubicundū est cęlum. Et in aurora si appareat rutilans dicitis tempestas erit, & ita fit, quasi dicat, hæc iudicare potestis per faciem cęli, quia pure naturaliter hæc accidunt, & tamen iudicare signa temporum, idest quando veniet Messias, vel talis, aut talis secta, non potestis iudicare per cęlum, quia ista pendent ex arbitrio Dei, siue hominum quantum ad quædam, & ita cum non subsint hęc dispositioni cęlesti, non cognoscuntur ex signis cęli, & ita superuacue nitimini tempus aduentus Messiæ iudicare per signa cęli. Et ita introducit Nicolaus istam literam.

Secundo modo potest introduci, quòd sit redargutio Pharisęorum, quia quærebant signum de cęlo à Christo, vt appareret, an ipse esset Messias, vel non, & ipse redarguit eos, quasi superuacue petant, quia ad sciendum, an ipse erat Messias, non oportebat fieri signum aliquod de cęlo, quia tot miracula Christus faciebat quotidie, quòd non erat necesse alia miracula, siue de cęlo, siue de terra fieri ad ostendendum eum esse Messiam, sed ipsimet per seipsos videntes alia Christi signa poterant hoc cognoscere, & si hoc aduertere vellent diligenter iam cognoscerent. Et ideo arguit eos, quòd circa alia parui valoris quærunt solicite signa, vt videant veritatem illorum, & circa hoc, quod erat summe necessarium, & in quo pendebat tota salus hominis, non curabant aduertere ad signa illa per quæ cognoscere certissime poterant. Et tunc introducitur litera, scilicet facto vespere dicitis serenum erit; quasi dicat, quòd sit cras serenum, vel hodie tempestas cognoscitis per ista signa cęli ad quę diligenter aduertitis, & tamen, quòd sit serenum, vel tempestas parum differt quantum ad vos, signa autem temporum non potestis, idest deberetis posse cognoscere signa temporum, scilicet signa temporis aduentus Messiæ: ergo reprehensibiles estis qui ad ista non aduertitis, & sic arguuntur Lucæ duodecimo, vt infra dicetur, & iste est verus sensus literæ, & ideo tunc litera non legitur plane affirmatiue, sed quasi interrogatiue, & increpatorie, vt dictum est.

Quare Christus venit in istam terram Magedan, cum nihil ibi fecerit. Et quòd Deus non exaudit eos qui curiosa petunt. Quæst. II.

QVAERETVR quare Christus venit in istam terram Magedan: nam ibi nihil fecit: nam mox vt intrauit in eam, cęperunt Pharisęi conquerere cum eo petentes signum de cęlo, ille autem non dedit, sed dimissis illis abijt inde, vt dicitur in litera, & Marc. 8.

Aliqui dicunt, quòd Christus non venit in regionē istam propter eam, sed quia erat ei via ad aliam regionem ad quam iturus erat, & sic etiam si nihil in ea faceret, conuenienter veniebat ad eam.

Sed non stat, quia tunc, licet Christus veniret in eā non describeret hoc Euangelista, si nihil Christus hic egit, sicut manifestum est, quòd quando Christus ibat per vias, per multas vrbes, & vicos transibat: Euangelistæ tamen non nominant, nisi loca illa in quibus aliquid egit, quod memoria dignum sit, nobisque necessarium, aut valde vtile, & tamen ambo, idest Matthęus, & Marcus hoc expresserunt: ergo aliquid fecit Christus in regione ista, & non venit in illam Christus inquantum solum erat sibi via ad aliā regionem ad quam ibat.

Aliqui dicunt, quòd Christus fecit aliquid in regione illa, scilicet sanauit forte aliquos languentes, vel prædicauit, & tamen non exprimitur. sicut multa alia facta eius tacentur, & propter hoc venit in regio-

regionem illam. Sed non ſtat, quia ſi ea, quę tacentur, fuiſſent Chriſto cauſa veniẽdi in regionem iſtam, exprimerent ea Euangeliſtæ, cum dixerint, ꝙ Chriſtus venerit in regionem, quia aliàs imperite ſcriberẽt dicentes eum veniſſe, & ſubtricentes cauſam quare venerit. Dicendum, ꝙ ſiue aliquid aliud præter ea, quæ ſcribuntur fecit Chriſtus in regione iſta, ſiue non, tamen ſufficiens cauſa fuit ſibi veniendi in regionem iſtam id, quod hic exprimitur, ſ. vt à Phariſæis interrogatus repelleret eos. Et eſt hoc primo ad oſtendendũ conditionem Phariſęorum, & Saduceorum, quia ita diſpoſiti erant, vt cum multa ſigna vidiſſent adhuc non eſſent contenti, ſed alia peterent, ſ. ſigna de cęlo, vt per hoc quis iudicet quando audierit, ꝙ Phariſæi, qui contra Chriſtum in omnibus erant, non recte mouerentur. Secundo ad oſtendendum, ꝙ Phariſæi circa G parua, & inutilia ſoliciti erant, ſ. quãdo ſerenum eſſet, & quando tempeſtas, & circa illud, quod magnum, & neceſſarium erat, ſ. de aduentu Meſſiæ, cum poſſent habere ſufficientia ſigna ad illud cognoſcendum, nõ attendebant. & hoc innuitur cum dicitur faciem ergo cęli dijudicare noſtis, ſigna autem temporum non poteſtis. Tertio ad oſtendendum, quòd diſplicet Deo infidelis curioſitas, vel infidelitas curioſa, & ꝙ talibus non condeſcendit, & hoc innuitur Marc. 8. quia dicitur ꝙ Ieſus ingemiſcẽs ſpiritu ait, quid generatio iſta ſignum quęrit? & tamen ingemiſcere ſignum eſt interioris doloris. Quarto ad oſtendendum, ꝙ Deus nõ exaudit eos, qui curioſa petunt: nam ſi iſti petiuiſſent, ꝙ ſanaret aliquem languidum, vel ſuſcitaret mortuũ, quia iſtud erat vtile, faceret illud Chriſtus, & tamen oſtendere ſignum de cęlo erat ſolum ad curioſitatẽ, ideo non exaudiuit eos, ſed dimiſſis illis abijt, vt dicitur in litera, & quia hic traduntur nobis magna documenta ex iſto facto Phariſæorum, etiam ſi nihil aliud facturus eſſet ibi Chriſtus, fuit ſufficiens cauſa eundi illuc cum ipſe intenderet nos inſtruere.

Quomodo nunc Saducæi, & Phariſæi conuenerunt ad tentandum Chriſtum, cum inter ſe diſcordarent. Quæſt. III.

QVAERETVR quomodo nunc Saducæi, & Phariſæi conuenerunt ad tentãdum Chriſtum: nam iſti ita inter ſe diſcordabant, ꝙ ſiquis aduerſaretur vni placeret alijs. ſicut fuit in Paulo Act. 23. Dicendum, ꝙ Saducæi, & Phariſæi erant moribus, & fide diſcordes: nam Phariſęi putant reſurrectionem futuram, & animam eſſe, & Angelum, Saducæi autem negãt animas, & Angelos, & reſurrectionem infra 22. & magis Act. 23. De quibus magis declaratum eſt ſup. 3. c. q. 63. & quando quis tenebat ſectam Saduceorum, omnes Saduceĩ adiuuabant eum contra Phariſęos, & econtra, & tamen ſi eſſet quis qui neutram poſitionẽ teneret, ſed vtrique aduerſaretur, inſurgebant contra eum tam Phariſæi, quam Saducæi. De primo patet, vt in Paulo Act. 23. nam omnes Iudæi conuenerant contra ipſum vnanimiter tam Phariſæi, quam Saducæi, quaſi contra euerſorem legis Moyſi, & tunc ipſe, vt diuideret Iudæos dixit, viri fratres ego Phariſæus ſum, & Phariſęorum filius, de ſpe, & reſurrectione ego iudicor. & facta eſt diſſenſio magna inter Phariſęos, & Saduceos, & ſoluta eſt multitudo. Et tunc nõ ſolum Phariſęi deſtiterunt perſequi Paulum, ſed etiã cęperunt eum defendere, quia ſurgẽtes quidam Phariſęorum pugnabant dicentes, nihil mali inuenimus in homine iſto, quid ſi ſpiritus locutus eſt ei, aut Angelus? eod. cap.

De ſecundo patet in eodem facto Pauli: nam antequam Paulus diceret ſe Phariſęum, pugnabant cõtra F eum omnes tam Phariſęi, quam Saduceĩ, ſed poſtquam dixit ſe filium Phariſæorum ſoluta eſt multitudo, quia facta eſt diſſenſio inter Phariſæos, & Saducæos. Circa Chriſtum ita erat, quia ipſe non vocabat ſe Saduceum neque Phariſæum, ſed potius vtroſque impugnabat in aliquo, ideo vtrique perſequebantur eum, ſed magis Phariſæi, quam Saduceĩ, eo ꝙ plura Chriſtus cõtra Phariſęos loquebatur. Etiam directius repugnabat illis vita, & prędicatio Chriſti, quia ipſi volebant ſe ſanctos oſtendere cum eſſent mali, & à populo nimis honorari volebant, quod non faciebãt Saducæi: vtriq; ergo contra Chriſtũ erant, & aliquãdo ſimul conueniebant ad perſequendum eum, ſicut nunc, quia ſimul tentauerunt eum petentes ſignum de cęlo, interdum autem poſtquam quidam deſiſtebant ſubſequebantur alij, quaſi adiuuantes eos. ſic patet inf. 22. vbi Saducæi loquentes Chriſto contra doctrinam reſurrectionis ab eo conuicti ſunt, & ſequitur, ꝙ Phariſæi videntes, ꝙ Chriſtus ſilentium impoſuiſſet Saduceis, conuenerunt in vnum, & interrogauit vnus ex eis, &c. & ita erant Phariſæi aſpicientes, an Saducæi ſuperarent Chriſtum, & cum viderent illos à Chriſto ſuperatos, ipſi congregati ſunt, vt fortius cõtra Chriſtum arguerent. Sic dicit ibidem Hier. Phariſæi enim, & Saduceĩ, qui inter ſe contrarij ſunt ad tentandum Ieſum pari mente conſentiunt.

Quare dicitur, quòd Phariſæi, & Saducæi acceſſerunt tentantes, & in quo tentabant Chriſtum. Quæſt. IIII.

QVAERETVR, quare dicitur, quòd Phariſæi, & Saducæi acceſſerunt tentantes, & in quo tentabant Chriſtum. Dicendum, quòd hoc, primo dicitur, quia tentare eſt quandocunque experimẽtum capere volumus de re, & quia Phariſæi non petebant nunc ſignũ niſi vt viderent, an Chriſtus illud facere poſſet, & non quaſi eſſet vtile, vel neceſſarium, dicuntur tentare, & ob hoc tale ſignum petunt quale nunquam facere ſolitus erat.

Secundo poteſt dici, quòd tentabant, quia ſcire volebãt, an vellet iſtam gloriam accipere, quòd aliquod de cęlo ſignum oſtenderet.

Tertio quia per hoc ſcire forte volebant, an eſſet I Meſſias: nam ſi illud faceret, putarent eum Meſſiam: alijs enim ſignis non credebant.

Quod ſignum de cœlo erat iſtud quod petebant Saducæi, & Phariſæi Quæſt. V.

QVAERETVR, quod ſignum de cęlo erat iſtud, quod petebant? Dicendum, quòd vocantur quædam ſigna de cęlo, & quædam de terra, vel de profundo, ſicut Iſa. ſeptimo. pete tibi ſignum à Domino Deo tuo, ſiue in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra. ſignum in cęlo fit in creaturis cęleſtibus, ſignum in terra, vt in hominibus, vel alijs rebus.

K De primo vt ſtatio ſolis, vel retroceſſio, & ſimilia, vel aliæ mutationes ſtellarum, ſicut olim fuerant, vt ſub Ioſue, quòd ſol ſtaret: Ioſuẽ decimo capitulo, & tempore Ezechię, quòd ſol retrocederet quarto Regum vigeſimo, & Iſa. trigeſimooctauo, vel quòd mitteret lapides grandinis magnos, ſicut ſub Ioſue decimo capitulo, vel daret tonitrua, & pluuias temporibus non conſuetis, vt orante Samuele primo Regũ duodecimo. capitulo, & ſuper Philiſthinos fecit Deus fragorem magnum de cęlo. primo Regum ſeptimo.

Sic dicit Theophilus, quærunt ſignum de celo, ſ. vt Solem, & Lunam ſiſterent, grandinẽ peterent, aerem muta-

mutaret. Secundo poteſt dici, ꝙ petebant ſignum de A cęlo, ideſt ꝙ plueret manna: nam ſaturatio turbarum, quam fecerat, erat de terra, pluere autem manna erat de cęlo, & ideo vocatur panis de cęlo. Sic dicit Beda, & Remigius, ſ. quod autem ſignum poſtularent Ioannes manifeſtat: refert enim poſt refectionem de quinque panibus turbam acceſſiſſe ad Dominum, & dixiſſe, quod ſignum facis, vt videamus, & credamus tibi? patres noſtri in deſerto manna comederunt, ſicut ſcriptum eſt panem de cęlo dedit eis manducare, ideoq. & hi dicunt oſtende nobis ſignum de cęlo, ideſt fac vt vno, vel duobus diebus pluat manna, & totus populus paſcatur, ſicut multo tempore factum eſt in deſerto. Dicendum autem, ꝙ poterat eſſe, quòd iſtud ſignum peterent nunc, & tamen non eſt ſenſus, quòd B iſtud ſit illud quod Ioannis 6. dicitur de turba petente à Chriſto ſignum, quia illud fuit ſequenti die poſt primam ſaturationem, iſtud autem fuit in terra Magedan, quę inde diſtat.

Quare Phariſæi ſignum de cœlo petebant. Et quæ miracula fecerunt antiqui prophetæ de cœlo. Quæſt. VI.

QVAERETVR, quare petebant Phariſæi ſignũ de cęlo. Dicendum, ꝙ erat. Primo forte ad curioſitatem, quia erat delectabile videre ſolem ſtare, vel retrocedere, aut ignem de cęlo venire, vel mugire tonitrua, & gaudent homines his cu C rioſitatibus. Secundo quia forte putabant, ꝙ non poterat Chriſtus illud facere: nam viderant ſępe eum miracula circa alias creaturas facientem, ſed non circa cęleſtem naturam, ideo putabant, ꝙ non poterat, & hoc experiri volebant. Tertio quia forte putabant, ꝙ non poterat circa cęleſtem naturam facere miracula, & volebant ſic petendo eum confundere, ſ. quia aut ipſe confiteretur ſe non poſſe, & ita illi inſultarẽt ei, aut tentaret facere, & non poſſet, & ſic irriderent eum. Quarto quia Phariſæi forte putabant, ꝙ miracula, quę Chriſtus faciebat poterant fieri in poteſtate dęmonum, & ideo per ea non conſtabat, an à Deo erat Chriſtus, miracula autem in cęlo non poterant fieri niſi à Deo, ideo per illa agnoſcerent de eo vnde eſſet. D Sic dicit Theophilus, quęrunt ſignum de cęlo, vt Solem, & Lunam ſtare: credebãt enim, ꝙ de cęlo ſigna facere non poterat, ſed ꝙ in Beelzebub ſigna ſolum faciebat in terra. Quinto vt videret, an Chriſtus eſſet, vt vnus de antiquis prophetis, quia plurimi illorũ ſigna de cęlo fecerunt, vt Moyſes dando manna Exod. 16. ſ. Deus eo petente, ſiue manente populo ſub eius gubernatione. Ioſue fecit ſtare ſolẽ, & deſcendere lapides grandinis de cęlo in deſcenſu Bethoron vſque Azecha, Ioſue 10. Samuel fecit audiri tonitrua, & pluuias contra conſuetudinem regionis in diebus meſſis, 1. Reg. 12. Elias fecit deſcendere bis ignem de cęlo E ſuper quinquagenarios 4. Reg. 1. & ſemel ſupra ſacrificium in monte Carmeli 3. Reg. 15. Eliſeus fecit apparere currus igneos, & equos igneos, qui erat cęleſtis exercitus 4. Reg. 6. Iſaias fecit retrocedere ſolem tempore Ezechiæ 4. Reg. 20. c. in Chriſto ergo videre volebant, an aliquid ſimile faceret, vt videretur vnus de antiquis prophetis.

Quid volebant Phariſæi ſcire per hoc ſignum de cœlo, quod petebant. Quæſt. VII.

QVAERETVR quid volebant Phariſæi ſcire per hoc ſignũ de cęlo, quod petebant. Dicẽdum, ꝙ volebant prędcipue ad ſciendum, an ipſe erat Meſſias, vel quando erat aduentus Meſſiæ. Et tunc introducũt quidam literam dicentes, ꝙ erant Iudæi quidam ſoliciti circa aſtrologiã, & artes mathematicas per quas de futuris euentibus intelliguntur prędicere, & ita de exordijs, & qualitatibus legislationum, & ſectarum, & ideo per ſignum aliquod cęli volebant ſcire aduẽtum Meſſię quando eſſet, & tunc poſſent quęrere à Chriſto tanquam à magiſtro valde perito, ꝙ doceret eos aliquam viam aſtrologicam per quam ipſi, ſecundùm ſigna cęli ſcirent iudicare de aduentu Meſſię, & tunc Chriſtus dicit, quòd non eſt poſſibile, quia ſcire an erit ſerenum, vel tempeſtas contingit per ſigna cęli, vt quia rubicundum eſt, vel quia rutilat cęlum, ſed ſigna temporum ſciri non poſſunt, ideſt quid erit in tali tempore de bono, & malo, vel quãdo talis res erit non poteſt iudicari determinate per ſigna cęli, & ita Chriſtus doceret eos, quòd non poſſet ſciri, quod petebant per modum quem ipſi volebant, & ita introducit Nicolaus literam. Sed non ſtat, quia tunc non peterent à Chriſto miraculum, ſed ſolum eruditionẽ in arte mathematica, vt per ſigna cęli de temporibus iudicarent, & tamen neceſſe eſt dici, quòd peterent ab eo miraculum fieri, quia dicitur Marc. 8. ꝙ ſignum de cęlo quęrebant ab eo. Secundo patet quia dicitur in litera, generatio iſta adultera ſignum quęrit. Tertio quia ſi illo modo litera introduceretur, ſufficienter Chriſtus reſpondiſſet cum oſtenderet, ꝙ per ſigna cęli, non poterat ſciri aduentus Meſſię, nec aliquid talium, ſed ſolum ea, quę à naturali neceſſitate dependent, vt ſerenitas, & tẽpeſtas, & huiuſmodi, & tamen innuit, ꝙ non ſatisfecit intentioni eorum, cum ait, generatio mala ſignum quęrit, & ſignum non dabitur ei, & receſſit ab eis, quaſi indignans: ergo non petebant Phariſęi à Chriſto doceri in arte mathematica ad cognoſcendum aduentum Meſſiæ, ſed ſignum, ideſt miraculum aliquod fieri ab eo petebant in cęleſtibus. Dicendum ergo aliter, ſcilicet quòd Phariſæi petebant à Chriſto ſignum de cęlo fieri, vt per illud agnoſcerent, an eſſet Meſſias. Chriſtus autem noluit, quaſi ſuperuacuum eſſet fieri, quia multa alia erant per quę ipſi cognoſcere poterant eum eſſe Meſſiam, ſi ad hoc vellent aduertere, & ideo non dat ſignum, ſed redarguit eos exprobrando, quòd non cognouerint iam cum cognoſcere potuerint, ſed aduertere non curant, cum ad alia parua, & inutilia aduertant. Et dicit ita, facto veſpere dicitis ſerenum erit: rubicundum enim eſt cęlum, ideſt curatis aduertere quando erit ſerenum, & quando tempeſtas, quæ ad vos minus attinent, & tamen ad hoc inquiſiuiſtis ſigna conuenientia per quæ inueniantur: ergo reprehenſibiles eſtis, quia ſigna temporum non poteſtis dijudicare: nam ita poſſetis habere ſigna certa, & determinata ad ſciendum, an ſit nunc tempus Meſſiæ, & quis ille ſit ſicut ad ſciendum iſta, & ita legitur litera per modum reprehenſionis, ſic patet Lucæ duodecimo. capitulo, ſcilicet cum videritis nubem orientem ab occaſu ſtatim dicitis Nimbus venit, & ita fit, & cum auſtrum flantem dicitis, quia æſtas erit, & fit. hypocritæ faciem cęli, & terræ noſtis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? quid autem, & à vobiſipſis non iudicatis, quod iuſtum eſt? ideſt ſicut inuenitis ſigna ad cognoſcendum pluuiam, & æſtum, quare non iudicatis quale ſit iſtud tempus, ideſt, quòd ſit tempus redemptionis veſtræ. Et quia aliquis diceret, quòd non erant tam periti homines, vt inuenirent probationes ad hoc, dicit Chriſtus, ex vobiſipſis iudicate, quòd iuſtum eſt, ideſt per ea, quę vos videtis fieri iudicare poteritis ſiue alia probatione quale ſit tempus iſtud, & talem probationẽ Chriſtus dedit Ioanni Baptiſtæ quęrenti per diſcipulos: tu es qui venturus es, an alium expectamus? ſcilicet dicite Ioanni, quæ vidiſtis, claudi ambulant, cęci vident,

vident,&c.idest per ista potest intelligere,an ego sim F
ille qui venturus est,an alius debeat expectari. Et iste
est verus sensus literę, & ideo licet peterent Pharisæi
signum propter causas positas præced. quæst. vel pro-
pter aliquam earum, tamen finis ad quem petebant
erat scire,an erat Messias ipse, vel alius.

Quomodo est verum, quòd facto vespere si rubicundum est cœlum erit crastinus serenus dies. Et quare si mane rutilat erit dies tempestuosus, & ventosus. & aliæ quædam aeris prædictiones exponuntur. Quæst. VIII.

QVAERETVR quomodo est verum, quòd
facto vespere si rubicundum est cęlum erit
crastinus serenus dies, & si rutilat in mane
erit dies tempestuosus, idest pluuiosus, vel G
ventosus,& vnde hoc. Dicendũ,quòd Christus vsus
est contra Phariseos quibusdam signis communibus
ad dijudicandum conditionem temporis,quę sunt,vt
communiter certa, & posuit ista duo, & similia duo
alia posuit Luc.12. scilicet cum videritis austrum flan
tem dicitis,quia venit estas. Ratio primi est,quia ru-
bor qui apparet ad vesperum in aere signat deficcatio
nem aeris, & ideo materia grossa vaporum, quæ in a-
quam verbibilis erat est iam deficcata, ita vt inflam-
metur, quod est rubefieri, & ita non est proxime di-
sposita, vt pluuia ex illa fiat, & sic est signum propin-
quum serenitatis. Ratio secundi est,quia quando cę-
lum mane rutilat est materia inspissata, quia non po-
test color ille esse nisi in materia inspissata, & non est H
illa deficcata, quia non est rubea sicut nubes rubeę,
quæ apparent occidente Sole, sed est materia turbi-
da aliqualiter, & aliqualiter rubea, & ita est materia
irregularis, quę calore Solis soluta stillat in pluuias
quantum ad partem turbidam, & grossam, vel solui-
tur in ventos quantum ad partem aliqualiter deficca-
tam. & rutilantem, vel propter humidam materiam
circunstantem totum simul vertitur in pluuias, & ita
fit tempestas, quia tempestas nõ solum dicit pluuias,
sed etiam ventos impetuosos cum aqua. Ratio au-
tem aliorum duorum, scilicet nubis surgentis ab oc-
casu,& austri flantis pertinet ad id, quod habetur Lu-
cę duodecimo. Et tamen dicendum, quòd de nube
surgente ratio est, quia pluuia fit de materia vaporũ I
humidorum,vel humefactorum, & ingrossatorum,
nubes autem est corpus grossum ex vaporibus taliter
humidis, & ingrossatis: ideo quando nubes,sic surge-
bat erat signum, quòd pluuia cito ventura erat, quia
id,quod in nubes ingrossatum erat cito erat in pluuias
soluendum. Et dicitur de nube oriente, vel ascen-
dente ab occasu,idest de mari, quia totum mare Me-
diterraneum est ab occidentali parte terrę Iudęorum
Num,trigesimoquarto, scilicet plaga occidentalis à
mari magno incipiet,& ipso fine claudetur. De ma-
ri autem eleuantur exhalationes humidę, quę quan-
docunque ingrossantur soluuntur in pluuias,ideo sur
gente nube ab occasu,vel ex parte maris (quod idem
est) erat signum pluuiæ statim futurę in terra Iudæo- K
rum, & sic etiam dixit Elias, quando orabat Deum
pro pluuia occisis sacerdotibus Baal tertio Regum
decimooctauo,nam ascendit in montem Carmelum
& cępit orare, dixitque puero suo, respice contra
mare, qui cum contemplatus esset ait, non est quic-
quam, & dixit ei Elias, reuertere septem vicibus, in
septima autem vice ecce nubecula parua, quasi vesti-
gium hominis ascendebat de mari, & tunc dixit E-
lias ad Acab, iunge currum tuum, & descende ne
occupet te pluuia, cumque se verterent huc atque
illuc cęli contenebrati sunt, & nubes, & ventus, & fa-
cta est pluuia magna, & sic signum pluuiarum futu-

rarum in terra Iudæorum sumebatur per nubes ascẽ-
dentes ab occasu, siue de mari, quod idem est.

Ratio autem quarti, scilicet, quòd videntes austrũ
flantem dicunt estas erit est,quia auster est ventus ca-
lidus, & siccus, & ideo quando ille flat omnia desic-
cat.Sed sciendum,quòd flatus ventorum aliquando
deficcat, vel humectat,non secundùm conditionem
venti, sed secundùm conditionem regionum super
quas transit, vel de quibus colligitur materia eius,
quod videmus, quia quidam ventus est in aliqua re-
gione valde pluuiosus, & in alia nunquam facit plu-
uias, & ita est de austro: nam auster fere in tota
Europa est pluuiosus, ideo poetę latini, qui describunt
rerum conditionem iuxta proprietatem terræ suæ,
scilicet Europæ,vocant austrum pluuiosum, & istud
est epithetum suum.

Sic dicit Ouidius primo Metamorphoseos, plu-
uioque madescit ab austro, idest ab austro pluuioso,
& Virgilius primo Aeneidos dicit austrum, quem ip-
se Africum vocat, idest de Africa venientem cre-
berrimum procellis, idest aquis venientibus cum im-
petu ventorum, & tamen in terra Iudæorum auster
est valde deficcans.

Ratio diuersitatis est, quia auster ad hoc, quòd trã-
seat in totam regionem Europę,quam nos tenemus,
necesse est, quòd transeat super mare Mediterraneũ,
& inde trahitur multa materia, quę conuertitur in
ventum, & ideo propter humiditatem vertitur in
pluuias. Etiam quia ipse ventus propter causam di-
ctam est humidus, & aliqualiter calidus propter re-
gionem meridianam de qua venit, & sic nubes hu-
mectat, & soluit, & hoc est, quod requiritur ad di-
stillationem pluuiarum. In regione autem Iudęo-
rum fit econtrario, quia ad hoc, quòd auster veniat
in illam, transiturus est per solas regiones calidas, &
siccas, scilicet per deserta Africę, & non transit super
aliqua maria, & ita cum perflauerit regionem totam
deficcat, & hoc est esse æstatem, & sic accipiuntur
causæ horum accidentiũ, & signorum pro qualitati-
bus temporalibus.

Quare Christus posuit exemplum de his per quæ Iudæi de serenitate, & tempestate iudicabant. Et quomodo in primo Christi aduentu serenitas fuit: In secundo autem erit tempestas. Quæst. IX.

QVAERETVR, quare Christus posuit exemplũ
de his,s. dicitis serenum est: rubicundũ est enim
cęlum. Aliqui dicũt,q̃ Christus designauit hic duos
aduentus suos.Primum in carne,& tunc serenum est,
i. tempus misericordię est, & hoc, quia rubicundum
est cęlum,s.rubricatum sanguine Christi,& mors eius
est causa misericordię, quia pater tradidit eum propi-
tiationem pro peccatis nostris. In secundo aduẽtu tẽ-
pestas est,quia q̃ſi secundo veniet ad iudicandũ erit
calamitas,& meror,& hoc,quia rutilat triste cęlum,i.
apparebunt tunc tristia signa futurę pęnæ pro impijs.
Sic dicit Aug.lib.de quæst.Euang.s. potest intelligi,q̃
Dñs dicit, s. facto vespere dicitis serenum erit: rubi-
cundum est enim cęlum, i. sanguine passionis Chri-
sti. primo aduentu indulgentia peccatorum datur, &
mane hodie est tempestas: ruber enim cum tristitia
cęlum,illud est,q̃d in secundo aduentu igne precedẽ
te venturus est.Alij dicunt,q̃ per cęlũ rutilans intelli-
gitur passio Apostolorum, & est sensus:si Deus illis
bonis non parcit,sed permittit eos affligi, quanto mi-
nus parcet malis? Sic dicit Glos. rutilat triste cœ-
lum, idest patiuntur Apostoli post resurrectionem,
post quos scire potestis, quia cum non parco meis
bonis

bonis quin patiantur, non parcam alijs in futuro. Sed A
dicendum,quòd istę sunt expositiones mysticę in sen
su allegorico: nam in sensu literali (quem quærimus)
necesse est intelligi de signis pluuiarum, & serenita-
tis, quæ sumuntur ex consideratione cęli, vt exposi-
tum est præcedenti quæstione,& supra septimo. Sic
dicit Hieronymus, scilicet sensus autem manifestus
est,quòd ex elementorum ordine,& consonantia pos
sunt, & sereni,& pluuiosi dies prenosci. Sic etiam di-
cit Chrys.sicut ergo in cęlo aliud quidem est signum
serenitatis,aliud pluuię,ita & in me putare oportet.

Quare Christus non dedit nunc Pharisæis signum, quod petebant. Et quòd Deus non seruit curiosis desiderijs nostris. Et q̃ duplex sit aduentus Christi, & vterque signa habet. Item quæ signa Messias esset facturus. Quæst. X. B

QVAERETVR, quare Christus non dedit nunc
Pharisęis signum,quod petebant.Dicendum,
quòd primo fuit, quia tentantes quęrebant,
& tamen signa non dantur nisi ob aliquã ne-
cessitatem,vel vtilitatem magnam,cum Deus nõ ser-
uiat curiosis desiderijs nostris, & ita nullus,qui ex cu-
riositate aliquid petit,credat vnquam se obtinere pos-
se,quod petit,licet illud nimis desideret. Sic patet de
Herode, qui audiens famã miraculorum Christi desi-
derauit valde videre eum, Lucę nono,& non potuit, C
deinde in ipsa die mortis suæ cum Christus ei remit-
teretur à Pilato,gauisus est valde Herodes cupiens vi-
dere aliquod de signis, quæ faciebat Christus Lucæ
vigesimotertio, scilicet Herodes autem viso Iesu ga-
uisus est valde: erat enim ex multo tempore cupiens
videre eum, eo quòd audierat multa de illo, & spera-
bat signum aliquod videre ab eo fieri, sed quia Hero-
des ex sola curiositate hoc volebat, scilicet vt delecta-
retur in nouitate rerum quas videret, noluit Christus
aliquid facere, immo neque dignatus est ei loqui.

Secundo fuit, quia isti erant viri pessimi, qui non
merebantur videre signum aliquod de cęlo: nam pu-
tabant, quòd Christus non posset illud facere, & ideo
ad confundendum illum petebant, & sic minus obti-
nere debuerunt, quam si ex sola curiositate peterẽt, D
quia curiosi vani sunt, sed non mali, isti autem pessi-
mi erant, qui Christum confundere cupiebant, bonis
autem dedit Christus signum de cœlo, scilicet om-
nibus discipulis, & credentibus in eum,quando vide-
runt eum ascendentem in cęlum, & duos Angelos
in albis loquentes ad se Act.primo capitulo.

Sic dicit Beda, non erat dandum cęleste signum
generationi tentantium Dominum, cęterum gene-
rationi quærentium Dominum signum de cęlo ostẽ
dit, quando cernentibus Apostolis ascendit in cę-
lum.

Tertio fuit, quia tempus Christi viuentis in carne, E
non erat ad ostendendum signa cęli:fuit enim duplex
Christi aduentus,& vterque signa sua habere debuit:
nam aduentus in carne signa habuit in sanatione egri
tudinum,& in similibus,quę pertinent ad mansuetu-
dinẽ, eo quòd nunc venit, vt medicus curaturus vul-
nera nostra Isa.53. liuore eius sanati sumus. Et etiam
ex illa auctoritate ostendit Matthæus, quòd Christus
sanaturus erat nunc omnes ægritudines, supra octa-
uo capit.scilicet omnes male habentes curauit, vt ad-
impleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam,
ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes no-
stras portauit. In secundo aduentu apparebit, vt rex
& potens, ideo competit sibi, quòd tunc signa de cę-
lo ostendat. ita dicitur infra 24. quòd apparebit signũ
filij hominis, & veniet in nubibus cęli,cum potestate
magna, & maiestate. Sic dicit Beda, ideo autem eos
Dominus non exaudit, quia aliud est tempus signo-
rum cęlestium, scilicet tempus aduentus secundi,
cum virtutes cęlorum mouebuntur,& Sol obscurabi
tur, & Luna non dabit lumen suum. Tempore au-
tem primi aduentus non fiunt talia, sed omnia man-
suetudine plena. Sic etiam dicit Chrysostomus: si-
cut enim in cęlo aliud est signum serenitatis, & aliud
pluuię, ita & in me putare oportet: nunc enim scili-
cet in primo aduentu his signis,quę in terra sunt opus
est,quæ autem in cęlo sunt conseruantur tempori se-
cundi aduentus, nunc sicut medicus veni, tunc sicut
iudex adero. propter hoc nunc occultus veni, tunc
autem cum multa diuulgatione, quando virtutes cę-
lorum mouebuntur, sed non est nunc tempus horũ
signorum, veni mori, & quæ abiecta sunt pati.

Quarto fuit, & pręcipue quia nullum signum erat
nunc necessarium, nec de cęlo, nec de terra ad osten-
dendum hoc, quod quęrebant Pharisæi, scilicet, an
Iesus esset Messias: nam quotidie signa multa pręce-
debant,ex quibus sufficienter hoc colligebatur, qui
autem plura peteret,infidelis erat. Et istud tetigit
Christus, dicens, scilicet vespere facto serenum erit,
&cet. quasi dicat, ad sciendum serenitatem, & tem-
pestatem temporis, quæ sunt accidentia, non mul-
tum vobis necessaria inquiritis, conuenientia signa,
& signa temporum non potestis inquirere, idest non
curatis inquirere signa per quæ cognoscatis, quod sit
tempus Messiæ, vel quale sit tempus istud, cum ta-
men possetis inuenire, quia ex vobisipsis possetis hoc
scire, quod apertius dixit Christus Lucę duodecimo,
scilicet cum videritis nubem surgentem ab occasu
dicitis, quòd nimbus venit, idest pluuia, & ita fit, &
cum videritis austrum flantem dicitis estas est.hypo-
critę faciem terræ, & cęli nostis probare, hoc autem
tempus quomodo non probatis, quid autem, &
cur ex vobisipsis non iudicatis,quod iustum est?quasi
dicat,possetis si velletis, & ideo estis reprehensibiles,
& sic non egebant aliquo signo cęlesti.

Quinto fuit, quia hoc erat in pręiudicum omniũ
miraculorum Christi præteritorum: nam ita isti pe-
tebant nunc signum de cęlo à Christo, ad sciendum,
an erat Messias, ac si nullum vnquam miraculum fe-
cisset per quod hoc probari posset, ideo noluit facere
aliud vt innueret, quòd ex præcedentibus sufficien-
ter probatur, & ista erat conditio Iudęorum, quòd
cum multa miracula coram eis facta essent, ita essent
increduli, ac si nullum miraculum vidissent, sic pa-
tet Ioan. sexto. de turba, quam pauit Christus mira-
culose: nam dixit eis, quòd operarentur cibum, qui
non perit, & illi dixerunt, quid faciemus, vt opere-
mur opera Dei? & Christus ait hoc est opus Dei, vt
credatis in eum, quem misit ille,& dixerunt illi:quod
ergo tu facis signum, vt videamus, & credamus, &
sic cum tamen multa signa vidissent, & præcedenti
die pasti essent, ita nunc inuerecunde petiuerunt si-
gnum videre, quasi nullum vnquam vidissent, vn-
de Christus non dedit eis signum, ita nec nunc sig-
num dedit. Sic dicit Remigius, admiranda quip-
pe est cęcitas Pharisęorum,& Saducęorum:sic enim
postulabãt signum de cęlo, quasi ea non essent signa,
quę facere videbatur.

Sexto fuit,quia Pharisęi, non petebant conueniens
signum ad id,quod volebant: nam scire volebant, an
esset Iesus Messias, sed hoc non erat ostendendum
per signa cęli, sed per curationes ægritudinum, scili-
cet sanationem surdorum, claudorum, cęcorum,
mortuorum, & huiusmodi Isa.35. scilicet Deus ip-
se veniet, & saluabit nos, tunc aperientur oculi cęco-
rum, & aures surdorum patebunt, tunc saliet sicut

ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum: talia ergo ſigna petere debuerunt qualia prophetę prędixerant futura in aduentu Meſſiæ, & non ſignum de cęlo, quod non prænunciatum erat futurum ab eo, & ideo quando Ioannes, quæſiuit à Ieſu per diſcipulos ſuos: tu es qui venturus es, an alium expectamus? non oſtendit ſignum de cęlo Chriſtus, ſed illa, quæ Iſaias prædixerat, & ait diſcipulis Ioannis, ite & dicite Ioanni, quę vidiſtis, cęci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, &c. ſup. 11. & per hęc Chriſtus conuenienter credebat oſtendere ſe eſſe Meſſiam, & nō per ſigna cęli, ideo etiam ſi bono modo petierāt Pharisæi ſignum de cęlo ad ſciendum, an Ieſus eſſet Meſſias, non debuiſſet hoc dari, ſed alia, quę dicta ſunt: nullum tamen dedit, quia non meruerunt videre illud, vt dictum eſt.

An peccauerunt Pharisæi petentes ſignum de cœlo à Chriſto. Et quomodo à Deo petere ſigna quandoque ſit licitum, quandoque non. Quæſt. XI.

QVAERETVR, an peccauerunt Pharisæi petentes ſignum de cęlo à Chriſto. Aliqui dicunt, ꝙ non, quia Ezechias petiuit ſigna de cęlo, ſ. ꝙ ſol retrocederet decē lineis quarto Reg. 20. & non peccauit, ſed conceſſit ei Deus. Itē Ioſue petiuit ſignum de cęlo: nam petiuit ſtare ſolē, & ſtetit Ioſue 10. c. Item non ſolum licet petere talia ſigna, ſed etiam Deus incitat hominem ad petendū illa Iſa. 7. cum dixit Iſaias ad Achaz regē pete ſignū à Domino Deo tuo, ſiue in profundum inferni, ſiue in excelſum ſup. Dicendum, ꝙ peccauerunt. Quod patet primo, quia Chriſtus exprobrauit eis dicens. generatio mala, & adultera ſignum quærit, & tñ non dr̄ alicui iuſte verbum contumelioſum qualia iſta erant niſi peccauerit: ergo illi peccauerant. Secundo quia Chriſtus dixit, ꝙ non concederetur eis, quod petebāt, & hoc cum quadam aſperitate ſermonis, ſ. ſignum quęrit, & ſignum non dabitur ei: ergo male agebant petendo, quia alias concederet eis, aut blande oſtenderet eos decipi, & non debere talia petere. Tertio quia Chriſtus audiens petitionem eorum ingemuit: Marc. 8. ſ. & ingemiſcens ſpiritu ait, quid generatio iſta ſignum quærit, & tñ gemitus non erat niſi pro malo, quod illi faciebant, quia ſi bene facerent non gemeret, ſed lętaretur ſicut dicit Beda: ergo peccabāt. Quarto quia audita quæſtione Chriſtus indignans reliquit eos, & abijt ſupra in litera, ergo peccabant, quia alias nō indignaretur eis. Quinto patet quia prauum erat motiuum eorum ad quærendum: volebāt enim confundere Chriſtum, & omnia alia motiua eorum, aut mala erant, aut vana, vt oſtenſum eſt ſupra quæſt. 6. ideo peccabant. Ad primum dicendum, quòd non peccauit Ezechias petendo ſignum, nec eſt ſimile primo, & prędpue quia Ezechias nullum ſignum petiuit, ſed Deus ſibi obtulit quid vellet, an quòd ſol retrocederet, vel quòd tranſiret, & ipſe elegit, quòd retrocederet, iſti autem petiuerunt, quod non offereba tur eis. Secundo quia Ezechias habuit iuſtam cauſam non ſolum ad eligēdum ſignum oblatum, ſed etiam ad petēdum, quia erat ad mortem, & dixit ſibi Iſaias, quòd die tertio aſcenderet ſanus ad templum, & dixit Ezechias, quod erit ſignum, quòd Dominus me ſanabit, quarto Reg. 20. & Iſa. 38. & tunc obtulit Iſaias optionem ſigni, & ſic erat hic cauſa iuſta dubitandi, & petendi ſignum à propheta, quia magna promittebat, & tamen nullum ſignum dederat, nemo tamen cogebatur credere prophetis niſi ſigna darent, vt innuitur Deut. 13. & 18. capit. ſed in Chriſto multa ſigna prędeſſerant, quia quotidie miracula faciebat, ideo non erat cauſa vlla petendi nunc ſignum de cęlo, nec aliquid aliud. Ad ſecundum dicendum, quòd Ioſue non petiuit ſtationem ſolis tanquam ſignum ad oſtendendum, ſed ad efficiendum: miracula enim inquantum ſunt ſigna ſolum ſunt ad oſtendendum aliquid, & probandum, & ita Ezechias elegit retrocęſſionem ſolis, non tanquam aliquid in eo iſta retrocęſſio efficeret, ſed quia certificabat eum de futura ſanitate. Et ſigna aliquando ſunt licita, & aliquando illicita, cum proueniat interdum illa peti ex infidelitate, miracula autem quando ſunt ad efficiendū, non petuntur illicite ſi ſunt neceſſaria, & ita Ioſue petiuit ſtare ſolem, vt locus eſſet Iudæis vindicandi ſe de inimicis, quod non contingeret, ſi ſole occumbente fugerent Chananæi, & receptarent ſe in locis munitis, Ioſue 10. capit. ideo conceſſum eſt. hic autē petebatur miraculum de cęlo, non ad aliquid efficiendum, ſed ſolum ad probandum, & ideo vocatur ſignum, ſcilicet rogantes eum, vt ſignum de cęlo oſtēderet, & tamen non erat neceſſarium, ſed ex curioſitate, & malitia petebatur, ideo non licuit peti. Ad tertium dicendum, quia Deus non incitat ad petendum iſta ſigna quaſi ſit per ſe bonum iſta fieri, & peti, ſed quia interdum ad gloriam Dei pertinet oſtendere aliquod miraculum in ſignum aliquorum futurorum, & vult tunc, quòd petatur ſignum, & ita fuit tēpore Achaz regis. Etiam & prędpue, quia Deus non incitat generaliter ad petendum talia ſigna, quaſi cuilibet ſit bonum talia petere, ſed incitauit Achaz, quia volebat dare tunc ſignum de aduentu Meſſiæ, ſicut & poſtea dedit etiam non petente Achaz, & ideo eis quibus Deus non ſuadet iſta petere, non licet ea petere tanquam bona, ſed ſolum tanquam neceſſaria, ſi interdum non poſſint habere, quod volunt niſi per miraculum.

An Pharisæi peccabant nunc tentantes Chriſtum ſuper petitione ſigni. Et quid tentare ſit. Quæſt. XII.

QVAERETVR, an Pharisæi peccabant nūc tentantes Chriſtum ſuper petitione ſigni. Aliqui dicunt, quòd non, quia potius interdum illi, qui nolunt tentare Dominum petendo ſignum peccant. ſicut fuit de rege Achaz Iſa. 7. nam ſuadente ei Iſaia ſignum petere ait, non petā, & non tentabo Dominum, & tamen ibi in nolendo petere peccauit: nam dixit Iſaias: audite ergo domus Dauid nunquid parum eſt vobis moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis, & Deo meo? propter hoc dabit vobis Dominus ipſe ſignum, ideſt quia vos non vultis petere, ipſe dabit vobis non petentibus.

Dicendum, quòd peccauerunt, primo quia tentare Deum de ſe malum eſt, quia tentans dubitat de poteſtate eius, quem tentat, & ob hoc vetitum eſt tentare Deum ſupra quarto, non tentabis Dominum Deū tuum.

Secundo quia tentatio Pharisæorum hic ad Chriſtum, non fuit niſi in petendo ſignum, & tamen petēdo ſignum peccauerunt, vt oſtenſum eſt prędced. q. ergo peccauerunt tentando eum. Tertio quia quandocunque tentant Pharisæi Chriſtū ipſe increpat eos, quaſi male agentes, vt infra 22. quando petiuerunt, an liceret dari cenſum Cęſari, & ait Chriſtus, quid me tentatis hypocritæ? & tamen vocare hypocritam eſt conuitium, quod iuſte non poteſt dici niſi peccanti: ergo peccat tentans Chriſtum. Ad arg. dicendum, ꝙ Achaz, non peccauit, quia noluit tētare, quia potius ex hoc laudaret, ſed qa noluit obedire Deo iubendo ei, ꝙ ſignū peteret, & cū ipſe dixit, nō petam; &

& non tentabo Dñm, mentitus eſt, quia non ceſſabat à petitione ſigni, vt non tentaret Deum, ſed hoc dicebat ad excuſandum, vel ad colorandum iniquitatem ſuam: erat enim vir peſſimus, nolens dare honorē Deo vero, ſed idolis, quæ colebat, quia ſi peteret à Deo ſignum ſicut Deus iubebat, & Deus illud faceret, appareret gloria Dei in hoc: ſed noluit petere, vt nō honoraret Deum, & vt videret religioſe agere dixit, quòd nolebat petere, vt non tentaret Deum, & tamen non tentabat Deum petendo ſignum, quia tentare eſt, quando experimentum de re quæritur, vt ſiquis ad experiendum, an Deus poſſit facere aliquid de quo ipſe dubitat, vel an velit facere illud non exiſtens in neceſſitate aliqua petit ſignum tentat, qui autem iuſſus à Deo petere petit, non tentat, ſed obedit, ideo Achaz non tentaret Deum petendo ſignū, ſed coleret. ſecus de iſtis, quia Chriſtus, non iubebat eis petere ſignum, ſed ipſi petiuerunt illud cum non eſſet neceſſarium neque expediens, ideo proprie tentabant Chriſtum, & peccauerunt.

Quomodo dicitur hic. ꝙ dabitur iſtis ſignum Ionæ, quia Mar. 8. dicitur quòd non dabitur ſignum. Quæſt. XIII.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, ꝙ dabitur iſtis ſignū Ionæ, quia Marc. 8. dicitur quòd nō dabitur ſignum. & oſtēditur ibi, quòd nullum ſignum datum fuerit, quia dr̄ quòd Chriſtus dimittēs eos aſcendit in nauim, & abijt. Dicendum, ꝙ Pharisęis nunc, non fuit datum ſignum, quia ipſi petebant ſignum de cęlo, & illud nō fuit datū, ēt nullum aliud ſignū datum eſt, qđ ipſi viderent, quia non merebanē illud recipere, ſed dedit illis ſignum Ionæ, & illud quidem non explicuit hic, ſed explicuit ſup. 12. ſ. ſicut Ionas iacuit tribus diebus, & tribus noctibus in ventre Ceti, ita filius hominis erit tribus diebus, & tribus noctibus in corde terræ, ſed iſtud non fuit ſignum, quod nunc viderent Pharisęi cum fuerit completū in Chriſti morte, & reſurrectione, & ita dicitur ꝙ non fuerit eis ſignum datum. Sic dicit Aug. lib. de conc. Euang. ſcilicet, non autem moueat, ꝙ Marcus non dicit reſponſum eſſe quęrētibus ſignum de cęlo idem, quòd Matthęus de Iona, ſed ait Dominum, reſpondiſſe ſignum, non dabitur ei. Intelligendum eſt enim quale petebant, hoc eſt de cęlo, ſed aliud ſignum datum eſt, ſed non illud.

Quare Chriſtus relictis illis Pharisęis abijt mox trans fretum. Quæſt. XIIII.

QVAERETVR, quare Chriſtus relictis illis Pharisæis abijt: nam mox aſcendit in nauiculam, & iuit trans fretum, vt dicitur Marc. 8. Dicendum, quòd fuit, quia vidit Chriſtus, ꝙ in regione illa nō erat profecturus in aliquo, ſed ſatis fuit ei, ꝙ oſtenderit infidelitatem, & iniquitatem Pharisęorum tentantium eū, & petentium ſignū de cęlo, vnde nec prędicauit per regionem illam, nec curauit ęgros, ſed mox redijt in nauiculam, & receſſit inde: exeunti namque de nauicula Dño in terrā Magedan occurrerunt Pharisęi iſti, ſicut dicitur Marc. 8. quòd venit nauigās in fines Dalmanuta, ſiue Magedan, & exierunt Pharisæi, ſcilicet ad eum, & cęperunt conquerere cum eo quærentes ab illo ſignum de cęlo, & ipſe tunc dixit, quòd non daretur eis exprobrans eis, vt patet hic, & mox aſcendit nauiculam, & receſſit. ſic dicitur Marc. 8. ſcilicet quid generatio iſta ſignum quęrit, & dimittens eos aſcendens iterum nauim abijt trans fretum: ſic enim fecit in regione Geraſenorum ſup. octauo. nam mox vt acceſſit ad litus occurrerunt ei arreptitij: Marc. 5. & curauit eos ibi, & miſit dęmonum legionē in porcos, & dum ibi maneret, venerunt viri de regione, & rogauerunt eum, vt recederet de regione illa, & ipſe ſtatim aſcendens nauim receſſit Marc. quinto, & Lucæ octauo, & ſupra 8. & ſic non prędicauit in regione illa, nec aliquid aliud fecit, ſed ſolum ſtans in litore ſanauit arreptitios, & ita nunc in litore ſtetit, & redijt illico ad nauem, & tranſiretauit. Cauſa recedendi fuit, quia vidit Chriſtus, quòd non erat in aliquo profecturus hominibus regionis illius. Sic dicit Theophilus, dimittit quidem Dominus Pharisęos quaſi incorrectos: nam vbi ſpes correctionis eſt, ibi immorandum eſt, vbi vero malum eſt incorrigibile, inde eſt recedendum. Et ob hoc non dicitur hic, ſicut ſolet dici alias quādocunque Dominus expedit turbas, quia ibi dicitur, quòd dimittit turbas, vt patet prędcedenti c. & Marc. 6. nunc vero non dicit, ꝙ dimiſit eos, ſed ꝙ reliquit quaſi nihil boni eis prędtuiſſet. Sic dicit Rabanus, relictis illis abijt, ideſt relicta generatione mala Iudæorum abijt trans fretum, & ſequitur. nota quòd non ſic in alijs locis legitur dimiſſis turbis abijt, ſed quia infidelitatis error intolerantium animos detinebat, dicitur quòd eos reliquit. Quare autem Chriſtus non dedit nunc Pharisæis aliquod ſignum quod ipſi viderent etiam ſi non daret ſignū de cęlo, quod illi petebant, oſtenſum eſt ſup. 12. c. q. 87. Quare autē noluit dare ſignum de cęlo, cum in veteri teſtamento ſępe facta ſunt ſigna de cęlo dictum eſt 12. c. q. 88. quare Chriſtus vocauit nunc Pharisæos generationē malam, & adulteram, & quid per hoc ſignabat oſtenſum eſt eodem cap. quæſt. 89. & quæſt. 85. quare Chriſtus dedit iſtis ſignum Ionę Prophetæ cum eſſent mali, & non mererentur ſignum eod. capit. q. 90. ad quid autem proderat ſignum Ionæ nunc datum a Chriſto, cum Pharisæi non viderent illud, & quòd ad multa profuit eodem cap. quæſt. 91.

Et cū veniſſent diſcipuli eius trās fretum, obliti ſunt panes accipere. Qui dixit illis: Intuemini, & cauete à fermento Pharisęorū, & Saducęorū. At illi cogitabant intra ſe dicentes: Quia panes non accepimus. Sciens autē Ieſus dixit eis: Quid cogitatis inter vos modicę fidei, quia panes non habetis? Nondum intelligitis neque recordamini quinque panū, & quinq; millia hoīum, & quot cophinos ſumpſiſtis? Neque ſeptem panum, & quatuor millia hominum, & quot ſportas ſumpſiſtis? Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis, cauete à fermento Pharisæorum, et Saducæorū. Tunc intellexerūt, quia nō dixerit cauendū à fermēto panum, ſed à doctrina Pharisæorum, et Saducæorū. Marc. 8. Luc. 2.

Et cum veniſſent. Hic oſtendit Chriſtus doctrinam Pharisæorum vitandam à diſcipulis, & ſequacibus ſuis, non ſolum tanquam inutilē, ſed tanquam malā, & periculoſam, quaſi fermētum corruptum, & dr̄. *Et cum veniſſent diſcipuli eius trans fretum.* Poteſt dupliciter intelligi. Vno modo, quòd quando venerunt diſcipuli Chriſti trans fretum, ideſt in regionē Magedan, quę erat trans fretum, obliti ſunt ibi accipere panes pro via. Alio modo, quòd quando venerunt trans fretum, ideſt de regione Magedan tranſierunt vltra fretum, obliti ſunt panes accipere, ſiue in regione de qua veniebant, ſiue in alia, ad quam ibant. Et Oſtendit Chriſtus doctrinam Pharisæorum vitandam.

iste sensus est verior, quia terra Magedan citra fretũ est, & cum inde recessit Christus transfretauit, sic dicitur Marc. octauo, & dimittens eos ascendens iterũ nauim abijt trans fretum. *Obliti sunt panes accipere*. Erat enim consuetudo eis accipere panes pro via, & nunc non acceperunt ex obliuione. Et accipitur panis pro toto cibo: nam non solum portabant panes in via, sed etiam alios cibos, & vt communiter portabant pisces, vt patet supra decimoquarto, & præcedenti capit. *Qui dixit illis*. Scilicet postquam recesserunt de loco in quo panes accipere debuerant. *Intuemini*. Idest diligenter aspicite. *Et cauete à fermento Pharisæorum, & Saducæorum*. Idest à doctrina istorum, vt non sequamini illam, quia corrumpit bonos mores, sicut modicum fermentum totam massam corrumpit. *At illi cogitabant intra se*. Christus dixerat hoc per metaphoram, vocans doctrinam istorum fermentũ, & ipsi non intelligentes quid intenderet, cogitabant quòd vere loqueretur de fermento panis. *Dicentes quia panes non accepimus*. Idest hoc dicit nobis increpando nos, quia panes non accepimus, quasi discipuli præsupponant, quòd Christus iam sciebat, quòd obliti fuerant panes sumere, & in his verbis tacite arguebat eos, ꝙ obliti fuissent panes sumere, & instruebat eos quos panes dẽrent cauere: vel aliter dicentes, quia panes non accepimus, idest bene euenit nobis nunc, & bene cauimus ab eis, quia nullum panem accepimus ab eis, & ita reputabant obliuionem in bonum sibi euenisse. *Sciens autem Iesus*. Scilicet, quòd ista intra se cogitarent. *Dixit eis, quid cogitatis inter vos modicæ fidei*. Idest male cogitatis, quia ista cogitatio pertinet ad modicam fidem: nam si fidem haberetis non cogitatis sic. *Quia panes non habetis*. Idest non debetis angustiari, quia non habetis panes, nec debetis putare, quòd ego vos increpem quasi panes obliti fueritis sumere, quia hoc parum nocet, cum ego possim vobis dare cibum etiam non habentibus panem. *Nondum intelligitis neque recordamini*. Reducit eis ad memoriam duo miracula, quæ fecerat saturando turbam, & dicit, quòd si ad illa aduerterent, non affligerentur etiam si panis deesset, nec putarent, quòd ipse eos argueret, quia obliti fuissent panes sumere, cum leue esset sibi prouidere circa talia. Et dixit ista duo, quia ex defectu alterius eorum proueniebat, quòd nunc ista cogitarent, quia aut non recordabantur duplicis saturationis turbarum, aut si recordabantur non intelligebant. Non intelligere erat, quòd dato, quòd recordarentur Christum fecisse istas duas saturationes, putarent quòd nunc non posset similiter facere, quasi non fecisset ea ex potestate sua: nam si recte intelligerent, quomodo facta fuerant illa, scirent, quòd in Christo erat potestas ad saturandum homines quandocunque vellet. Non recordari erat, vt si forte non cogitabant nunc de illis saturationibus, & ob hoc non habebant aliquid ex quo arguerent Christum posse dare illis cibum, quando non haberent. *Quinque panum in quinque millia hominum*. Idest quinque panum distributorum in quinque millia hominum, idest virorum: nam isti erant exceptis mulieribus, & paruulis supra decimoquarto, cap. *Et quot cophinos sumpsistis*. Idest quot cophinos reliquiarum, scilicet duodecim, dicit hoc ad ostendendum magnitudinem miraculi, quia non solum comederunt, sed etiam superfuit plusquã fuerat cibus principalis. *Neque septem panum in quatuor millia hominum*. Idest distributorum in quatuor millia hominũ, idest virorum exceptis paruulis, & mulieribus præcedenti capit. & Marc. octauo. *Et quot sportas sumpsistis*. Scilicet septem sportas de reliquijs præcedenti capit, de piscibus non fit mentio, licet vtrobique pisces fue-

runt. *Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis cauete à fermento Pharisæorum*. Idest intelligere debueratis consideratis his, quòd non loquebar vobis de pane, sed de doctrina, quia de pane parum differebat, quòd non accepistis illum, quia etiam si non haberetis panem, ego possim vobis prouidere, cum bis prouiderim turbis. *Tunc intellexerunt*. Scilicet quando Christus eos arguit. *Quòd non dixerat cauendum à fermento panum*. Idest à pane multum, vel parum fermentato. *Sed à doctrina Pharisæorum, & Saducæorum*. Quæ est velut fermentum corrumpens per metaphoram.

An ista sint continuata ad præcedentia.
Quæst. XV.

QVAERETVR, an ista sint cõtinuata ad præcedentia. Dicendum, quòd sic, quia supra dicebatur quid egisset Christus antequam transfretaret, hic autem dicitur quid egit postquam transfretauit: nam quando fuerunt discipuli in regione Magedan erant citra fretum, & inde transierunt vltra fretum Marc. octauo, scilicet, & dimittens eos ascendens iterum nauim abijt trans fretum, & quando fuerũt vltra fretum locutus est Christus de fermento, vt dicitur supra in litera, scilicet, & cum venissent discipuli eius trans fretum obliti sunt panes sumere, & etiam non fuit aliquid intermediũ, quia mox vt transierunt locum in quo obliti fuerant panes accipere, scilicet citra fretum, dixit Christus hæc, vt esset occasio discipulis cogitandi istud: nam si non diceret immediate, venirent interim in alium locum in quo panes acciperent, & sic non esset iam discipulis occasio cogitandi hoc, cum panes haberẽt fuit ergo hoc factum immediate post præcedentia.

Ad quid dicitur hic, quòd discipuli obliti sunt accipere panes. Et quòd discipuli Christi in via non solum panes erant soliti portare, sed etiam aliqua pulmenta abstinentibus conuenientia.
Quæst. XVI.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, & ad quid quòd discipuli obliti sunt accipere panes, & quomodo obliti sunt. Dicendum, quòd cõsuetudo erat discipulis portare secum panes in via, vt quia aliquando transibant per loca in quibus non poterant habere panem, vel præcipue, quia interdum volebat Christus manere in deserto aliquot diebus cum discipulis, & non erat tunc locus, vnde panes acciperent, ideo quando exibant de locis habitatis portabant panes pro via. Et ideo etiam si panes turbæ non haberent, semper habebant discipuli Christi panes, vt in prima saturatione, apud turbas nullus panis muẽtus est, & discipuli Christi quinque panes tunc habebant sup. 14. & Marc. 6. & Luc. 9. & in secunda saturatione turbę etiam non habebant cibos, & apud discipulos inuenti sunt septem panes præced. c. & Marc. 8. Et cum dicitur, quòd obliti sunt accipere panes, nõ intelligitur solum de panibus, sed etiam de alijs cibis, quia aliqua pulmenta secum ferebant, quę faciliter portari possent, & quæ conuenirẽt hominibus abstinentibus, vel non gulosis, neque deliciose viuentibus, sed pauperibus, & quia cibus cõmunior regionis illius, & minoris valoris erãt pisces, eo quòd illa regio tota erat adiacens mari Galilæę: pisces ergo portare consueuerant, & ita in vtraque saturatione turbarum dicitur, quòd discipuli, portabant panes, & pisces: nam in prima, portabant quinque panes, & duos pisces sup. 14. & Io. 6. in secunda habebãt septem panes, & paucos pisces præced. c, & Marc. 8. carnes aũt, vel alia pulmenta, non leguntur portasse, &

iste est cibus quo communius vescebantur: nam etiã post resurrectionem cum Christus eis apparens vellet ostendere veritatem resurrectionis suę, petiuit si haberent aliquid ad manducandum, & obtulerunt ei partem piscis assi: Luc. 24. Nunc igitur omnes cibos quos accepturi erant obliti sunt accipere. Sed dicẽt quòd discipuli, non portabant cibos in via, quia Christus vetuerat eis portare peram, & sacculum in via supra 10. & Marc. 6. & Luc. 9. & 10. & tamen vetãdo peram, & sacculum vetatur panis, quia sacculus, & pera, non sunt nisi ad portandum cibos. Etiam quia Marc. 6. expresse vetatur portatio panis, scilicet non peram, non panem. Dicendum, quòd illa lex data est discipulis, quando irent per viam, ad prædicandum, scilicet quando mittebat eos, non fuit autem data ipsimet Christo, quia non condebat legem pro se, sed pro alijs, & ideo ipse faciebat, quòd panem portarent, quã do cum illo ibant. Sic etiam non licebat discipulis portare in via aurum, vel argentum, neque monetam aliquam supra 10. & Marc. 6. & tamen Christus portabat pecuniam in via, quia Iudas erat dispensator eius, & loculos portabat, Ioan. 12. & de illis pecunijs emebat omnia necessaria ad sumptus Io. 13.

Quare discipuli obliti sunt panes sumere.
Quæst. XVII.

QVAERETVR, quare discipuli obliti sunt panes sumere. Dicendum, quòd primo fuit, quia forte ad alia attenti de hoc non considerauerunt, & in hoc est quędam laus eorum, qui tam paruam curam agebant de delitijs, vt nec etiam necessaria ad vitam interdum intenderent. Sic dicit Remigius, animaduertendum est quantum alieni essent ab appetitu delitiarum, cum tam paruam haberent de necessarijs curam, vt etiam obliti essent panes accipere, sine quibus humana fragilitas subsistere non poteſt, & quando secum ista portabant, non ad copiam, sed magis ad parcitatem ferebant. Ita laudat eos Chrysost. dicens, admirare aliam sapientiam in discipulis qualiter ventrem superabant, non multam mensæ curam facientes: in eremo enim existentes, & per tres dies ibi morantes solum septem panes ibi habebant.

Secundo forte ex voluntate Dei voluit specialiter Christus, quòd nunc obliuiscerentur discipuli panes sumere, vt sic Christus eos doceret, & eorum infidelitatem argueret, & sic efficeret meliores: nam si panes haberent, quando Christus dixit cauete à fermento Pharisęorum, non cogitarent intra se dicentes, quia panes non accepimus, & conuenienter Christus, non redargueret eorum infidelitatem per quod fierẽt meliores. Sic dicit Theoph. dispensatiue etiam panes accipere discipuli fuut obliti, vt reprehensi à Christo fierent meliores, & ad virtutis Christi notitiam peruenirent. Tertio fuit, quia recesseruut de regione illa: nã mox vt Christus descendens de naui intrauit in terrã Magedan, exierunt ad eum Pharisęi, & Saducęi incipientes conquerere cum eo, & statim illis reluctis ascẽdit in nauem, & iuit trans fretum Marc. 8. & ita cum non discurrissent discipuli per loca fuit eis occasio obliuiscendi cibos accipere. Quarto fuit, vt aliqui volũt, quia tantum erat desiderium discipulis manendi cũ Christo, quòd nolebant saltem ad punctum separari ab eo, & ita obliti sunt accipere panes. Sic dicit Remigius, scilicet tanto enim magistri amore detinebantur, vt nec etiam ad punctum vellent ab eo recedere. Sic ẽt dicit Beda, (iudiciũ est quasi modicã carnis curã haberent in reliquis quibus ipsa reficiendi corporis intentione Dominici comitatus mente excesserat.

Quomodo poterat esse, quòd discipuli non haberent nunc panes.
Quæst. XVIII.

QVAERETVR qũo poterat esse, ꝙ discipuli non haberent nunc panes, quia immediate ante hoc acceperant septem sportas plenas de fragmentis præced. c. quando turba saturata est, & ista fragmenta acceperunt discipuli, & statim ascendentes nauiculam venerunt in fines Magedan, vt patet hic, & Marc. 8, ergo non poterant eis panes nunc deesse. Aliqui dicunt, ꝙ discipuli panes habebant, sed obliti sunt eos portare, & ita deerat panis. Sic dicit Hier. qũo autem panes non habebant, qui statim impletis septem sportis ascenderunt nauiculam, & venerunt in fines Magedan? ibi audiunt nauigantes, ꝙ cauere debent à fermento Pharisęorum? & rndet, sed scriptura testatur, ꝙ obliti sunt eos secum tollere. Et idem dicit Beda, Sed dicendum, ꝙ non est satis verisimile, ꝙ discipuli obliti fuerint panes illos, i. fragmenta, quæ collegerãt secum tollere, quia collegerant septẽ sportas plenas, & statim ascenderunt nauim Marc. 8. ideo non est satis verisimile, ꝙ obliuiscerentur. Secũdo & efficacius, quia si obliuiscerentur discipuli secum portare istos panes, i. fragmenta non haberent quid manducarent antequam venirent in regionem Magedan: nam locus in quo Christus turbas saturauerat erat desertus, vt patet præced. c. quia alias non fuisset occasio saturãdi eas miraculose, & ita non poterant discipuli inde panes accipere nisi prius illos secum ducerent, & tñ ante hoc non tulerãt nisi septem panes, quia Christus dixit eis, quot panes habetis, & illi dixerunt septem, & illos Christus fregit, & distribuit turbæ præced. cap. ideo non poterant aliquos panes, nec particulas panis hẽc discipuli nisi tollerent secum de fragmentis illis, & tñ non defuit eis panis antequam recederẽt de terra Magedan: ergo portabant nunc secum fragmenta aliqua, quę superfuerant. Tertio patet, quia adhuc, qñ recesserunt de terra Magedan panem aliquem habebant Marc. 8. quia habebant vnum panem: ergo nõ agitur de obliuione fragmentorum panis in loco saturationis turbarum. Dicendum igitur, ꝙ hic dr̃ de panibus quos accepturi erant in terra Magedan ad quã iuerant, qñ inde transfretauerunt. Quod patet primo quia tunc Christus dixit discipulis cauendum esse à fermento, qñ discipuli caruerunt panibus, & tñ non dixit hoc antequam recederent de terra Magedan, sed mox vt recessit de terra Magedan dr̃ ꝙ hoc dixit. Etiam quia hic, & Marc. 8. dr̃ ꝙ ascendens Christus in nauiculam venit in terram Magedan, qũo discepta uit cum Pharisęis, & tũc sequitur, & obliti sunt panes in loco saturationis turbarum, sed in terra Magedan, quia alias mox vt ascenderunt in nauiculam diceret̃, ꝙ obliti sunt panes accipere, & tñ non dr̃ ꝙ postquam venerunt in terram Magedan: ergo ibi obliti sunt. Secundo quia non põt hoc intelligi de fragmentis, quæ habuerant in loco saturationis turbarum, eõ ꝙ hic dr̃ obliti sunt accipere panes, & tñ si de illis diceretur nõ diceretur sic, sed obliti sunt tollere fragmẽta, quia nõ erant panes, sed fragmenta. Tertio quia necesse est, ꝙ post illa habuerint aliquos panes discipuli: nam Mar. 8. dr̃ ꝙ obliti sunt panes sumere, & non habebant nisi vnum panem secum in naui, & tñ inter fragmenta illa nullus panis erat, sed oĩa fragmenta, quia Christus fregerat illos septem panes: ergo post illa fragmenta habuerũt alibi aliquos panes de quibus supererat vn' quando obliti sunt panes accipere in terra Magedan: ergo de panibus quos accepturi erãt in terra Magedan ad transfretandum, & non acceperunt dr̃ hic, ꝙ obliti sunt illos accipere. De fragmentis septẽ sportarum, dicẽdum vno modo, ꝙ si discipuli portassent

secum sufficiebant eis ad aliquot dies, & tñ non por- F
tauerunt, quia licet ipsi collegerunt fragmenta, ne pe-
rirent, & vt manifestaretur miraculi magnitudo, tñ
postea dederunt turbis reseruatis sibi paucis fragmen
tis, vt ad statim haberent cibum, & ita post parum in-
diguerũt cibis. Aliter põt dici, ꝙ omnes septem spor-
tas fragmentorum tulerunt secum discipuli, & tamẽ
nauigando morati sunt aliquot diebus, quia non sta-
tim peruenerunt ad terram Magedan in qua obliti
sunt panes sumere, & ita potuit interim tota illa mul-
titudo fragmentorum cõsumi à discipulis, & ab alijs
manentibus cum eis in naui quorum erat nauicula,
& ita cum venirent in terram Magedan, vel prius op-
erat eis panes accipere, & obliti sunt accipere, sed pri- G
mum vr verisimilius. Qũo aũt qñ discipuli obliti sũt
panes accipere, habebant secum vnum panem in nau?
Vr dicendum, ꝙ cum discipuli dimiserint fragmẽ-
ta septem sportarum per turbas reseruatis sibi paucis
de quibus statim comederent, cito consumpta sunt il
la, & oportuit illos accipere panes antequam perueni
rent in terram Magedan: nam licet non fiat mẽtio, ꝙ
post istam secundam saturationem turbarũ Christus
venerit in alium locum nisi in terram Magedan, sub-
intelligendum est, ꝙ venerit in aliã, & tamen scriptu-
ra non enarrat omnia loca per quę Christus transiuit,
sed sola illa in quibus fecit aliquid quod scripto, &
memoria dignum sit, & sic transiuit per aliqua loca H
in quibus discipuli acceperunt panes, sicut accipere
soliti erant, & qñ venerunt in terra Magedan super-
erat ille panis, & ibi iterum panes accepturi erant, sed
obliti sunt, & ita quando obliti sunt non habebant se-
cum nisi vnum panem, vt dr Marc. 8. & necesse est, ꝙ
istum panem, & aliquos alios acceperint in aliquo lo-
co inter locum saturationis turbarum, & terram Ma-
gedan, de quo loco nulla mentio fiat in scriptura. Qd
patet, quia illum panem non tulerunt de loco satura-
tionis turbarum, quia ibi non habuerunt nisi fragmẽ
ta, quando recesserũt, quia solos septem panes habue-
rant, & illos Christus diuiserat turbis, & ita nullus in-
teger panis supererat. Etiam non acceperunt illum in
terra Magedan, quia ibi nullos panes acceperunt, sed I
obliti sunt illos accipere, ideo in aliquo loco interme-
dio qui tacetur, discipuli acceperunt panes, & super-
erat eis ille vnus, quando venerunt in terrã Magedan.

Ad quid Euangelistæ descripserunt hoc de discipulis oblitis panes accipere. Et quòd beneficiorum immemores valde reprehensibiles sunt. Quæst. XIX.

SED quæretur ad quid Euangelistæ descripse-
runt hoc de discipulis oblitis accipere panes.
Dicendum, ꝙ ad doctrinam nr̃am prodest.
Primo vt videamus qũo discipuli Christi non
erubescunt defectus suos confiteri. Nam Matthæus
qui scripsit hęc vnus de istis erat qui obliti sunt panes
accipere, & modicę fidei erant circa Christum, dubi-
tantes, an posset eos nunc saturare, cum panes non K
haberent. Sic dicit Chrysost. admirare aũt in Apoſto-
lis veritatis amorem, qualiter ipsi scribentes, non oc-
cultant suos ẽt magnos defectus. Secundo fuit ad oñ-
dendum, ꝙ sunt valde reprehensibiles, qui non recor-
dantur susceptorum beneficiorum: nã dixit eis Chri-
stus, non recordamini quinq; panum in quinq; mil-
lia hominum, &c. & fuerat hoc pauloante, ideo erat
magna redargutio. Sic dicit Chrys. non est aũt quan-
talibet accusatio, i. parua, parum ante tali signo facto
confestim obliuisci. Tertio ad ostendendum, ꝙ sunt
valde increpabiles, qui paucam fidem habent, cum
viderint aliqua admirãda. sic erat de discipulis, qui bis
viderant Christum saturantem turbas miraculose, &
ipsi quoque pasti fuerant, & nunc non habẽtes panes
afflẽgebantur quasi fame perituri essent. Quarto fuit
ad ostendendum, ꝙ verba Christi rationabiliter intel-
ligenda essent: nã siquis attenderet ea, quæ supra Chri
stus ageret, appareret, ꝙ non loquebatur de panis fer-
mento, sed de doctrina, vel conuersatione, & tamen
discipuli grosse considerantes de pane intellexerunt,
& super hoc arguuntur.

Quare Christus dixit discipulis attendite à fermento Pharisæorum. Et quòd nemo nouit secreta cordium nisi Deus. Quæst. XX.

QVAERETVR, quare Christus dixit discipulis,
attendite à fermento Pharisęorum, &c. Dicẽ-
dum, ꝙ hoc fuit. Primo quia in hoc erudiebat
eos cauere doctrinam malam Pharisæorum,
& Saduceorum, de qua infra dicetur. & hoc erat vti-
le. Secundo vt per hoc habita occasione ostenderet
aliud magnum miraculum, s. quòd nouerat cogita-
tiones hominum secretas: nam quando dixit cauete
à fermento, illi cogitabant intra se dicentes, quia pa-
nes non accepimus, & Christus dixit eis, quid cogita-
tis inter vos modicę fidei, quia panes non habetis? &
ita ipsi viderunt, ꝙ Christus sciebat cogitationes, & in
hoc ostendebat se Deum esse, quia nemo nouit secre
ta cordium nisi Deus, scrutans corda, & renes Psal. 7.
Et hoc etiam voluit ostendere Christus, semel Iudęis
quando curauit paralyticum: nam cogitantibus illis
intra se, ꝙ Christus blasphemaret, ait ille, quid cogita-
tis mala in cordibus vestris? sup. 9. & Marc. 2. c. Et vtile
erat tale miraculum ostendi, vt per hoc maiora sem-
per de Christo cognoscerent, Christus tñ non facie-
bat miracula, nisi habita occasione, & non ingerens
se ad faciendum illa, ideo conueniens fuit illud dici,
vt ad hoc miraculum esset occasio. Tertio vt melio-
res eos redderet arguendo ipsos de modica fide: nam
si ille hoc non diceret, & ipsi non responderent, istud
non esset ei occasio ad arguendum ipsos de modica
fide: nam tunc accidit eis iste timor qui ex modica fi-
de venit, quando dixit de fermento. sicut dixit Theo.
ex dispensatione diuina factum est, vt discipuli panes
accipere obliuiscerentur, vt à Dño correcti meliores
fierent, ita & dixit ista, vt esset occasio ad eos argu-
endum, & sic redderet meliores. Quarto fuit, vt eis sua-
deret parum de cibo curandum esse. Nam quando il-
li cogitabant, ꝙ argueret eos de defectu panum ait, nõ
intelligitis, &c. quasi dicat, verba, quę ego dico vobis
important aliquod mysterium, & rem magnam, & ta
men non habere panes, non erat difficultas, quia non
existentibus panibus poteram vos saturare sicut bis sa
turaui turbas, ideo subdit, quare non intelligitis, quòd
non de pane dixi vobis? Sic dicit Chrys. hoc facit, vt
solicitudinem escarum ab eis abijciat.

Quare Christus non dixit, quod dicit hic præcedenti capite in saturatione secunda turbarum. Quæst. XXI.

QVAERETVR cum Christus per hoc vellet du
cere discipulos ad esse solicitos de spiritualibus, & parum aduertere ad panes corporales, quare non dixit hoc præced. capit. in saturatione secunda turbarum, quia tunc poterat eos conuenienter arguere, cum dixerint vnde nobis in deserto panes tantos, vt saturemus turbam tantam? & sic erãt tunc modicę fidei sicut nunc, vt possent redargui. Dicendum, ꝙ Christus non redarguit eos ibi, & redarguit nunc. Primo vt non videretur Christus se ingerere ad facienda miracula, si eos increparet, quòd nõ habebant fidem, quòd posset facere hęc, quia quasi allicie-

alliciebat eos, vt fidem haberent, & ista fieri vellent, A
quasi facile erat illa fieri. Secundo quia erat ibi Chri-
stus coram turbis, sed secrete eos arguebat, vt & ipsi
correcti proficerent, & apud turbas reprehensibiles,
& minus honorabiles non apparerent. Tertio fuit,
quia nunc fuit Christo maior occasio arguendi illos,
quam tunc, quia nunc viderant duas saturationes tur-
barum: quòd ergo dubitarent erat modica fides val-
de. tunc vero vnicam adhuc viderunt saturationem,
ideo magis reprehensibiles nunc erant. Quarto quia
maius erat in quo tunc confidere deberent, quã nũc:
nam volebat tunc Christus saturare turbam quatuor
millium hominum exceptis paruulis, & mulieribus.
Nunc vero soli discipuli saturandi erant. si miraculũ
fieri oporteret, ideo facilius poterant confidere, quòd
posset eos saturare, quam turbas: magis ergo increpa
biles erant, si in hoc non considerent, quã si non con-
siderent turbas posse pasci, ideo potius nunc redargu
ti sunt. Sic dicit Chrys. sed quare non arguit eos cũ
dixerunt vnde nobis in solitudine panes tantos? & re-
spondet, sed ideo tunc non reprehendit eos, vt non vi
deretur se ingerere ad signa facienda, sed & nolebat
ante turbas eos increpare, tunc etiam rationabilior
hęc accusatio fuit, quando iam duplici miraculo de
panibus facto tales erant, vt adhuc de escis dubitarẽt.

Quare Christus dixit nunc cauendum à fermento Pharisæorum, quam alio tempore. Quæst. XXII. C

SED quæretur dato, quòd non vellet Christus
increpare discipulos, quando saturauit turbas,
quare potius dixit nunc cauendum à fermen-
to Pharisęorum, quam alio tpe, quia poterat
hoc multo post illam saturationem, vel ante hoc di-
cere, cum ista doctrina quocunq; tempore dicta pro-
ficeret. Dicendum, ꝙ fuit primo vt esset occasio Apo
stolis dubitandi in verbo Christi, & non intelligendi,
s. quia nunc non habebant panes: obliti enim fuerãt
panes accipere, quando recesserunt de terra Magedã,
vt venirent trans fretum, vt dr supra in litera, si autem
Christus diceret istud quando discipuli haberent pa-
nes, non haberent causam sic intelligendi, & conue-
nienter nõ appareret in eis modica fides de quã Chri
stus eos arguere volebat, ideo tunc solũ Christus hoc
dicere debuit, quando discipuli panes nõ accepissent.
Et ista est causa pręcipue, ideo in litera exprimitur, &
Marc. 8. ꝙ cum venissent trans fretum obliti sunt ac-
cipere panes, quasi hoc fuerit aliqua causa ad hoc, ꝙ
ista nunc dicerentur, vt sic intelligi possent, in alijs aũt
locis semper accipiebant panes, & forte nũquam ob-
liti fuerant nisi nunc, ideo istud dixit Christus. Secun-
do fuit, quia Christus loquebatur nunc contra Phari-
sæos, & Saduceos dicens. cauete à fermento Phari-
sęorum, & Saduceorum, ideo conueniens erat, quòd
tunc loqueretur ista quando conuersatio aliqua esset
ei cum Pharisęis, & Saduceis, & hoc fuerat nunc in
terra Magedan, ideo nunc dixit, & non prius. Et hoc E
proderat ad vtrunque sensum verborum, siue ad sen-
sum falsum, quem acceperũt discipuli, siue ad sensum
verum in quo Christus loquebatur: nam putabant di-
scipuli dictum esse de panibus fermentatis, & quia
Christus loquitur de fermento Pharisæorum, oporte
bat, quòd conuersatus esset Christus pauloante hoc
cum Pharisęis, qua si ex hoc puenisset ei, quòd istud
diceret, quòd aliter in mente non veniret, etiam ad
verum intellectum Christi: nam loquebatur ipse de
doctrina Pharisæorum, quòd cauendum esset ab ea,
& tamen nescirent discipuli, quæ doctrina esset ista à
qua cauẽdum esset, nec videretur, vnde Christo pro-
uenisset istud nunc dicere nisi cũ Pharisæis esset con-
uersatus, & ideo cum nunc in terra Magedan disce-
prasset cum eis, & reliquisset eos tanquam malignos,
fuit occasio ad dicendum cauete à doctrina eorum.

Dicendum autem, quòd ad hoc, quòd conuenien-
ter Christus nunc istud vel aliquando diceret, opor-
tebat ista duo concurrere, scilicet, quòd panes, non
haberent discipuli, & quòd cum Pharisæis ante hoc
disceptasset, & eos repulisset, quia vnum sine altero
non sufficeret, vt dictum est, & ideo volente Christo
dispensatiue actum est, quòd quando venerunt in ter
ra Magedan obliuiscerentur ibi potius discipuli pa-
nes sumere, quam alibi, vt ista duo concurrerent, &
posset Christus conuenienter dicere istud discipulis,
B vt illi possent male intelligere, & à Christo redargui
vtiliter.

Quomodo doctrina Pharisæorum vocatur hic fermentum. Et quòd fermentum multipliciter accipitur. Quæst. XXIII.

QVAERETVR, quomodo doctrina Phari-
sæorum vocatur hic fermentum: nam ac-
cipitur fermentum in malum, & tamen
solet accipi in bonum. sicut supra 13. de
tribus satis fermentatis.

Dicendum, quòd quando accipiuntur voces, se-
cundùm propriam significationem, non contingit va
riare in sensu, & tamen quando accipiuntur translati-
ue, vel secundùm metaphoram, possunt accipi mul
tipliciter, secundùm quòd variè cõringit aliquid trãs-
ferri, secundùm diuersas proprietates eiusdem rei: ita
enim fermentum, secundùm sensum literalem vna
res, & determinata est, accipiendo autem per meta-
phoram, quia sunt proprietates varię fermenti, poreſt
diuersimode fermentum accipi, sicut leo, secundùm
sensum literalem est animal, & tamen per metapho-
ram aliquando accipitur pro Christo, vt Apoc. 5. vicit
leo de tribu Iuda, & vocatur leo propter constantiam
in aggrediendo ardua, & sustinendo, sicut dicitur
Prouerb. 30. leo fortissimus bestiarum ad nullius eo-
rum pauebit occursum. Etiam leo crudelis est, quia
D lacerat, & ideo aliquando diabolus vocatur leo pri-
mo Petr. quinto, scilicet aduersarius vester diabolus
tanquam leo rugiens circuit. Et ita fermentum ha-
bet calorem intrinsecum, etiam habet vim transmu-
tandi, & corrumpendi.

Quantum ad primum accipitur aliquando pro ar-
dore fidei, & ita accipitur supra decimotertio, quòd
mulier absconditi fermentum in satis tribus, donec
fermentaretur totum.

Quantum ad secundum doctrina mala vocatur fer
mentum, quia valde corrumpit: nam sicut fermen-
tum existens paruum in quãtitate alterat totam mas-
sam, & corrumpit eam si superabundanter ponatur,
ita & parua hęresis inficit totam sanam doctrinam,
sic dicitur prima Corinth. quinto. modicum fermen-
tum totam massam corrumpit, & quantum ad hoc
magis vocatur fermentum mala doctrina, quam bo-
na, quia doctrina bona, si pauca sit adiuncta multæ
doctrinæ malæ non permutat eam, vt faciat hominẽ
bonum, doctrina autem mala parua multæ doctrinæ
bonæ permixta, totum inficit, & hominem malum
reddit, & hoc, quia vt ait Dionysius bonum fit solum
ex integra causa, malum vero ex defectibus singula-
ribus, & ideo siquis vnicam hæresim teneat, etiam si
tota alia doctrina sua sana sit, erit hæreticus, & non
econtrario: sic ergo erit fermentum mala doctrina
Ecclesiastica, quia valde alterat, & corrumpit. Sic
dicit Hieronymus: fermentum enim hanc habet
vim, vt si farinę mixtum fuerit, quod parũ videbatur
crescat

crescat in maius, & ad saporem suum vniuersam cõ- F
spersionem trahat, ita & doctrina hęretica, si vel modicam scintillam in tui pectus in breui flamma concrescet ingens, & totam hominis positionem ad se trahet.

Quid sit fermentum Pharisæorum, & Saducæorum. Et quæ erat eorum mala doctrina. Quæst. XXIIII.

QVAERETVR quid sit fermentum Pharisæorum, & Saducæorum. Aliqui dicunt, quòd fermentum istud est lex Moysi, quia si seruaretur iam corrumperet Euangelium, & non G
prodesset Euangelium cum illa seruatum, sic dicitur ad Galat. quinto, si circuncidimini Christus nihil vobis prodest. Et ita videtur dicere Hilarius, scilicet in quo admonentur Apostoli, non admisceri Iudęorum doctrinæ, quia legis opera in effectum fidei, & prefigurationem rerum consequentium constituta sunt, & in quorum tempora atque ætatem veritas contigisset, nihil vltra in veritatis similitudine positum arbitrentur, ne doctrina Pharisæorum Christum nesciẽs effectum veritatis Euangelicę rumperet. Sic etiam dicit Hieronym. qui enim cauet Pharisæorum, & Saducæorum legis atque literę precepta non seruat, & H
traditiones hominum negligit, vt faciat Dei mandata. hoc est enim fermentum de quo dicit Apostolus, modicum fermentum totam massam corrumpit. Sed dicendum, quòd non stat.

Primo quia tunc Christus expresse vetaret legem Moysi custodiendam esse, quod falsum est, cum ipse eam tota vita seruauerit. Etiam quia tunc non esset dubium, an post Christi mortem seruanda esset, & tamen erat dubium, cum super legalium obseruatione fuerit magnum dubium in Ecclesia quibusdam seruantibus, & alijs non. ad Rom. 14. quousque per Ecclesiam in concilio Apostolorum diffinitum est Act. 15. ergo Christus non vetuit illam seruari. ergo non vocauit illam nunc fermentum.

Secundo quia tunc non diceret, cauete à fermen- I
to Pharisęorum, & Saducæorum specialiter, vel à fermento Herodis, vt dicitur Marc. 8. sed diceretur à fermento Iudęorum: nam omnes Iudæi seruabant legem: ergo non vocauit fermentum legem Moysi: esset enim alias contradictio in verbis Christi, ipse quippe dixit infra 23. super cathedram Moysi, idest in qua docetur lex Moysi sederunt scribę, & Pharisæi, quodcunque dixerint vobis facite. & ita ibi approbauit obseruationem legis: non ergo vocaret eam nunc fermentum, vt diceret ab ea cauendum.

Tertio quia Lucę 12. ponitur hoc, & dicitur, quòd fermentum Pharisæorum est hypocrisis: ergo non est lex Moysi fermentum.

Sed dicendum, quòd Hilarius, & Hieronymus vo- K
cauerunt legem Moysi fermentum, nõ quidem quasi Christus vocauerit eam tunc fermentum quãdo hoc dixit, sed quia nunc fermentum est: nam nunc obseruatio illius corrumperet obseruationem Euangelij, quia Christus non prodesset circuncidenti se, & obseruanti legem, ad Galat. quinto, & tamen tempore Christi non erat hoc, quia licebat obseruari legem, immo necessarium erat, cum nondum esset alia data, & promulgata per quam illa cessaret, postea autem cum cessauit effecta est mortifera obseruantibus, & ideo nunc est fermentum, sed non erat fermentum quando Christus hoc dixit, ideo de hac non est locutus: Hilarius tamen & Hieronymus loquuntur de eo, quod nunc est ad instruendum nos in moribus, ideo legem Moysi obseruatam nunc vocant fermentum.

Considerandum autem, ꝓ fermentum vocat hic prauam doctrinam, quę consistit tam in verbis, quam in conuersatione, cum per exteriora docearur quis in moralibus, ideo illorum dicitur fermentum, qui prauam doctrinã verbo, vel opere aut exemplo ostendunt, & quia sic erat de Pharisęis, & Saducęis, & Herode omnium istorum trium dicitur esse fermẽtum, Matthęus tamen Saducęos, & Pharisęos solos nominat: Marcus vero Pharisæos, & Herodem: Lucas autem 12. cap. solos Pharisęos. Sic dicit Chrys. scilicet Matthæus dicit à fermẽto Pharisęorum, & Saducęorum. Marcus vero Pharisæorum, & Herodis: Lucas vero solum Pharisæorum: tres ergo Pharisęos nominant, quasi principales: Matthæus vero, & Marcus sibi secundarios diuisserunt. de fermento Herodis, non dicetur hic, sed Marc. 8. De fermento Pharisęorum, & Saducęorum dicendum, ꝓ fermentum doctrina est, cum dicatur in litera, ꝓ tunc intellexerunt, quòd nõ dixerat cauendum à fermento, sed à doctrina: doctrina enim Saducæorum mala erat: nam spiritus esse negant, & Angelos, & resurrectionem infra 22. & Act. 23. & ista est doctrina perniciosa auferens totum bonum hominis, cum totum bonum nostrum sit, post mortem, & erat valde contraria ista doctrina doctrinę Christi, qui euangelizabat vitam æternã, quæ post mortem est, & ideo ipse redarguit semel Saducæos dicens: erratis nescientes scripturas neque virtutem Dei infra 22. & Lucæ 20. & hoc fermentum totaliter cauendum erat. De Pharisæis dicendum, quòd doctrina eorum quantum ad aliquid erat bona: nam ipsi resurrectionem, & Angelos, & spiritus concedunt Act. 23. & ideo quantum ad hoc, non erat doctrina eorum fugienda, sed ista non vocatur doctrina eorum, quia hic non vocatur doctrina eorum, nisi illa, quę proprie ipsorum erat, & tamen resurrectionem esse, & Angelos, & spiritus, totius sacrę scripturæ doctrina erat, & non ipsorum Pharisæorum, vnde quando Christus arguit contra positionem Saducæorum soluendo eorum dicta ait, erratis non intelligentes scripturas infra 22. & Luc. 20. & sic sacræ scripturæ continent de hoc, & non est propria doctrina Pharisęorum, sed fermentum Pharisæorum erat doctrina propria ipsorũ, & hoc erat, quòd leges Seniorum tam stricte seruarentur, quòd diuinis legibus preponerentur, & quod in exteriori munditia sanctitas esset de interiori nihil curando, & quòd cibus intrans in corpus coinquinat animam, vt innuitur præcedenti capitulo, quę omnia falsa sunt, vt ibidem ostensum est. Etiam doctrina sua ex opere, idest quę colligebatur ex opere ipsorum erat honorem humanum ambire, omnia propter laudes humanas efficere, desiderare primos accubitus in cęnis, & primas cathedras in synagogis, & vocari ab omnibus rabbi, vt Christus dixit de eis, vt infra vigesimotertio. Etiam doctrina eorum erat malos esse, & bonos videri, quod ad hypocrisim pertinet, quam Christus valde arguit in Pharisæis eodem capitulo, & istud est proprie fermentum Pharisæorum, sic dicitur Lucæ duodecimo. attendite, & cauete à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis.

Sic dicit Beda fermentum Pharisæorum est, decreta legis diuinæ traditionibus hominum postponere, legem verbis prædicare, & impugnare factis, Dominum tentare, doctrinæ eius, aut operibus non credere, ab his omnibus cauendum erat, & dixit hoc Christus, quia discipuli erant aliqualiter inclinati ad doctrinam Pharisæorum, qui inter Iudæos velut religiosi reputabantur.

Sic dicit Chrysostomus, quia vero discipuli circa obseruationes Iudaicas adhuc repellunt, ideo Dominus vehementer eos increpat, & quia doctrina, & vita

vita Pharisęorum magis acceptabatur inter Iudæos, A
magis suaderi oportebat cauendum esse à fermento Pharisęorum, quam Saducæorum, & ita Lucę 12. dicitur de solis Pharisęis attendite, & cauete à fermento Pharisęorum, quasi ipsi precipui essent in hoc fermento, & Marc. octauo. dicitur de fermento Pharisęorum, & Herodis, & non dicitur quicquam de fermento Saducæorum, Matthęus tamen posuit hic de fermento Saducęorum, & ita Christus dixit eo, quòd Pharisęi, & Saducæi simul tentauerant eum nunc in terra Magedan supra in litera.

Quare Christus dixit cauete à fermento, & non dixit à doctrina. Quæst. XXV. B

QVAERETVR, quare Christus dixit cauete à fermento, & non dixit à doctrina, cum potuisset aperte dicere.

Dicendum primo, quòd hoc dixit ad ostendendum proprietatem huius doctrinę, scilicet, quia erat sicut fermentum, quia sicut modicum fermentum totam massam corrumpit, ita & doctrina Pharisęorum, & Saducęorum, quia mala erat, inficeret omnem doctrinam bonam cui adiungeretur, & hoc non signaretur si simpliciter diceretur cauete à doctrina Pharisęorum, & Saducæorum.

Secundo fuit, & precipue, vt esset discipulis occasio dubitandi, & non intelligendi, vt sic errarent circa panes, & esset Christo locus arguendi eos: nam habebant discipuli paucam fidem circa hoc de quo Christus volebat eos arguere, & tamen non existente causa nolebat eos arguere, ideo voluit, quòd præcederet causa, & ista fuit pauca fides dubitando circa panes, & tamen si Christus aperte dixisset eis cauete à doctrina Pharisęorum, non esset locus discipulis errandi, ideo dixit attendite à fermento, quia hoc poterat intelligi de pane, secũdùm sensum communem; & poterat de doctrina accipi, & ipsi de panibus acceperunt, & ita iuste redarguti sunt. Sic dicit Chrysost. quare non dixit attendite à doctrina Pharisęorum manifeste respondet, quia vult commemorare ea, quę facta sunt, scilicet de multiplicatione panum: et- D
enim nouerat eos esse oblitos, simpliciter autem eos de hoc incusare non videtur rationem habere, occasione autem ab eis accepta eos increpare susceptibilem faciebat incusationem, & ideo quę cogitauerant discipuli, Euangelista deducit in medium.

Quid est, quòd discipuli cogitabant intra se dicentes, quia panes non accepimus. Quæst. XXVI.

QVAERETVR quid est dicere, quòd discipuli cogitabant intra se dicentes, quia panes nõ accepimus.

Aliqui dicunt, quòd discipuli putauerũt Christum loqui de fermento, idest de pane fermen- E
tato quem vendebant Pharisęi, & Saducęi, & ideo dixerunt intra se, bene fuit nobis, quia panes non accepimus, quasi dicat, si accepissemus forte esset de pane fermentato, quoniam ille vetuit, & ita exponit Nicolaus.

Secundo intelligitur, quòd dixerunt, quia panes nõ accepimus, idest in verbo isto arguit nos indirecte, quia non accepimus panes, presupponendo, quòd Christus sciret, quòd non acceperant panes in loco, & ideo de negligentia eos accusans, sic indirecte loqueretur, & iste est sensus verus. Primus autem sensus non stat.

Primo quia tunc non esset ad propositum redargutio Christi: nam dixit eis, non recordamini quinque panum in quinque millia hominum, &c. idest sicut ego potui bis saturare tantam turbam miraculose, possem à fortiori saturare vos, qui pauci estis, & non accipiendo in primo sensu, non esset hoc ad propositum.

Secundo quia vocauit eos modicę fidei, & tamen propter hoc, quòd dicerent bene fuisse, quòd non acceperant panes à Pharisęis, non erant modicę fidei, ideo necesse est intelligi, quod ipsi cogitabãt se argui à Christo, quia non habebant panes, & hoc erat eos esse modicę fidei, quia cum Christus posset sine panibus saturare homines, non accusaret eos nimis, etiam si panes obliti essent, cum posset aliter prouidere.

Tertio patet, quia Marc. 8. dicitur, quòd panes obliti sunt sumere, & non habebant nisi vnum panem in naui, & tamẽ si intelligeretur vno modo frustra erat dici, quòd non habebant nisi vnum panem, ideo voluit innuere, quòd discipuli cogitabant se redargui, quia panes non habebant, & hoc ostendit, quia obliti fuerant sumere panes, & non habebant nisi vnum panem, quasi dicat, licet obliti fuissent panes sumere in terra Magedan, si tamen panes ex alio loco tulissent, qui eis nunc sufficerent, non putarent se redargui pro defectu panum, & tamen, quia non sumpserant panes nunc, nec ex alio loco secum tulerant, quia vnicum habebant, putauerunt se super hoc redargui.

Quare Christus dixit nunc discipulos modicæ fidei. Et quòd in fide duo sunt, scilicet credere, & confidere & non est confidere sine credere. Et quòd minima fides, quæ haberi potest sufficit ad omnia miracula facienda. Quæst. XXVII. C

QVAERETVR, quare Christus dixit nunc discipulos modicę fidei. Dicendum, ꝓ hęc est exprobratio, quia non confidebant in quibus oportebat, accipitur autem hic fides pro confidentia. Et in hac duo sunt, s. credere, & confidere, & non est secundum sine primo: nam qui non credit de aliquo, ꝓ possit facere aliquid, nunquam confidet, ꝓ illud faciat; erat autem modica fides discipulorũ, quia credere debuissent, ꝓ cum Christus bis saturasset turbam miraculose, posset eos nunc saturare non habendo panes, & magis accipit hic modica fides, vt negat primum, quam secundum: nam si supponerent, quòd Christus posset nunc saturare eos nõ habentes panes, confiderent, ꝓ vellet, cum ipsi putauerint, ꝓ Christus argueret eos in his verbis, quia panes non portauerãt, ac si ipse affligeretur de hoc tanquam ad eum attineret prouidere si posset, ideo si crederent, ꝓ posset facere confiderent, ꝓ vellet facere. dicitur autem hic modica fides, i. nulla fides: nam si fidem aliquam haberẽt quantacunque illa esset sufficeret. sic Christus innuit seq. capit. quando discipulis petentibus ab eo adauge nobis fidem ille ait, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic transi, & transibit, & sic innuit non esse necesse adaugeri fidem, quia quantacunque sit si aliqua est sufficit, etiam si minima sit: nam granum sinapis est minimum omnibus seminibus supra 13. & Marc. 14. & ita per fidem ęqualem grano sinapis voluit designare minimam fidem, quę haberi posset, illam tamen dixit sufficere ad faciendum omnia miracula: si ergo fides est parua non est, quia nulla est quantumcunque parua, quæ ad omnia non sufficiat, & si fides nõ sufficiat, nec parua, nec magna est, sed nulla, & tamen fides discipulorum nunc, non sufficiebat ad obtinendum, ꝓ alerentur, ideo nulla fides erat, & tamen Christus vocat modicam accipiẽs modicam pro nulla, & ita accipitur sup. 8. vbi Christus dixit quid timidi estis modicę fidei? & tamen Marc. 5. dicitur

dicitur quid timidi estis modicę fidei, necdum habe- F
tis fidem? & ita pro eodem accepit esse modicę fidei,
& nondum habere fidem, & ita dicitur Luc.8. vbi est
fides vestra? quasi dicat, vel nullam fidem habetis, vel
non habetis eam hic, & tamen si fidem haberent se-
cum haberent illam, quia non poterant alibi eam re-
ponere, ergo nullam fidem habebant, & tamen voca
bat eos tunc modicę fidei, & ita fuit hic. Potest tamē
dici, ꝙ erant modicę fidei, idest paucę fidei, ſ. quòd in
paucis fidem habebant: nam respectu vnius rei non
potest haberi fides modica, quia si fides habetur de il-
la quantacunque habeatur sufficit, vt dictum est, &
tamē respectu diuersarum rerum potest quis habere
fidem circa vnam rem, & non circa aliam, vt sicut si- G
quis credidisset de Christo, ꝙ poterat exercere genus
vnum miraculi, & ꝙ circa cętera non erat potens, &
tunc vocabitur modicę fidei: nam fidem habet circa
aliquid, & tamen non circa oīa in quibus deberet fi-
des haberi, & ita fuit nunc de discipulis: nam ipsi cre-
debant de Christo, quòd poterat facere aliqua mira-
cula, & tamen de saturatione non credebant, ideo re-
cte dicuntur modicę fidei.

*Quare non confidebant discipuli, quòd posset Christus eos satu-
rare. Quæst. XXVIII.*

QVAERETVR, quare non confidebant disci- H
puli, ꝙ posset eos saturare, cum bis saturasset
turbas. Aliqui dicunt, ꝙ fuit, quia putabant, ꝙ
Christus posset de pauco cibo facere multum
cibum, & tamen vbi nullus cibus esset non posset fa-
cere miraculum, & tamen nunc, non habebāt cibos,
quia vt dicitur supra in litera obliti fuerant panes ac-
cipere: Motiuum autem esse poterat, quia Christus
in duabus saturationibus turbarum semper petiuit,
quot panes haberent, & illos fregit, & diuisit turbæ
sup.14. & præced.c. Dicendum, quòd non stat. Primo
quia falsum præsupponunt: nam habebant nunc di-
scipuli saltem vnum panem Marc. 8. ſ. obliti sunt pa-
nes sumere, & nisi vnum panem in naui secum non
habebant, posset igitur illum multiplicare, vt suffice- I
ret paucis discipulis, sicut multiplicauerat quinque, vt
sufficerent quinque millibus virorum. Secundo quia
non erat ista causa dubitationis, verisimilis: nam qui
poterat de quinque panibus facere tot fragmenta nō
adiuncta aliqua exteriori materia, poterat facere pa-
nes quotcunque vellet, non existentibus panibus de
quibus fierent. Maxime quia istud iam factum fue-
rat tempore Eliæ, quando ipse pascebatur à coruis
apud torrentem Carith ferentibus ei quotidie panē,
& carnes mane, & vespere tertio Reg. 17. & quando
datus est sibi subcinericius panis in deserto Bersabeę
tertio Reg. 19. nam ibi ex non existente cibo fiebat
cibus: ita ergo potuisset Christus facere, qui multipli-
cabat miraculose cibos existentes: & tamen hoc non
fecerat primo, vt non esset miraculum suspectum: nā K
si de foris portaretur cibus, aliqui crederent, quòd
opere dæmonum fieret, & sic diceret, quòd Christus
in Beelzebub dæmoniorum hoc faceret, sicut dixe-
runt supra nono, & duodecimo cap. dæmonia eijcie-
bat in Beelzebub, hoc autem voluit ipse valde caue-
re. Tertio quia posset aliquis credere, quòd cibos il-
los modo humano habuisset de alio loco prius clam
portatos, nunc vero cum oblatis sibi quinque pani-
bus, fieret in manibus eius tantus cibus qui sufficeret
plusquam decem millibus comedentibus, non pote-
rat esse suspectum miraculum. Quarto & præcipue,
vt distincte videri posset magnitudo miraculi: nam
si de foris cibus duceretur, quantuscunque ille esset
non conspicerent vulgares, qui ad pauca aduertunt,
& pauca intelligere sufficiunt, in quo cōsisteret istud
miraculum, & quantum esset, nunc vero quando vi-
derunt, quòd de quinque panibus creuit in manibus
Christi tantus cibus, qui sufficeret plusquam decem
millibus comedentium, & superessent duodecim co-
phini pleni, apparebat manifeste quantum esset mira-
culum. Dicendum igitur, quòd non erat ista discipu-
lis causa diffidendi, sed erat altera duarum, ſ. quia vel
nihil considerabant de rebus prǫteritis tanquam ob-
liti illarum, vel quia non intelligebant illas. De primo
vt si non recordarentur nunc discipuli illarum duarū
saturationum factarum à Christo: nam licet eo tem-
pore quo illas fecerat, vel quando recordarentur ea-
rum manifeste putarent, quòd posset Christus simi-
lia facere quandocunque vellet, tamen nunc, quia nō
recordabantur earum, non habebant aliquid vnde pu
tarent, quòd posset hoc facere. De secundo vt si recor
darentur, & tamen non intelligerent, quomodo Chri
stus potuisset facere illas saturationes, aut quomodo
factæ essent, & tunc non arguerent, quòd posset face-
re aliam. Et ista motiua tetigit Christus pro eorum
diffidentia, vel modica fide dicens, nondum intelligi-
tis, neque recordamini quinque panum, &c. quasi di-
cat, quia non intelligitis, vel nō recordamini, ideo in-
cidit vobis ista fidei paucitas.

*Quare Christus dixit nondum intelligitis. Cum tamen nun-
quam Christus in sensu mystico locutus sit.
Quæst. XXIX.*

QVAERETVR, quare Christus dixit nōdum
intelligitis. Aliqui dicunt, ꝙ intelligitur de
mysterio panum, ſ. ꝙ per quinque panes, &
duos pisces, & quinque millia hominum
volebat Christus innuere aliquod mysterium, & illud
nondum intelligebant discipuli: nam sicut per fermē-
tum intelligitur falsa doctrina Pharisęorum, ita per
istos panes poterat intelligi aliquid, quod ad Christū
pertineret. Sic dicit Hier. ſ. per hoc autem, quod dicit
quare non intelligitis, &c. per occasionem docet eis
quid significarent quinq; panes, & septem millia ho-
minum, & quatuor millia qui pasti sunt in eremo: si
n. fermentum Pharisęorum, & Saducęorum nō cor-
poralem panē, sed traditiones peuersas, & hęretica
significat dogmata, quare cibi quibus nutritus est po-
pulus Dei, non veram doctrinam integramq; signi-
ficent? & idem dicit Beda. Sed dicendum, ꝙ licet pa
nes, & omnia illa possent aliquid significare in sensu
mystico; tñ Chriſtus non inducit ad hoc. Primo quia
Christus non adducit aliquid in sensu mystico: nam li
cet interdum loquatur aliquid in parabolis, in sensu
tñ mystico nunquam loquitur. Ratio dīræ est, quia
sensus mysticus semper supponit sensum literalem:
necesse est enim, ꝙ quælibet scriptura habeat vnum
sensum literalem qui est verus sensus illius, & super il
lum possunt fundari mystici, & ita mysticus nunquā
est prǫcipuus, & tamē sensus quem Christus facit est
prǫcipuus literę, quia litera nihil aliud significat, nisi
quòd ipse eam significare voluit: ergo non est mysti-
cus, sed literalis. Et cum dicitur de fermento Phari-
sæorum, quòd significat falsam doctrinam, concedē-
dum est, & tamen ille est sensus literalis, licet sit me-
taphoricus, & ideo non significat ibi fermentum, se-
cundum literam id quo pasta fermentatur, ita nunc si
per panes, & comedentium numerum vellet Chri-
stus aliquid designari, esset ille sensus literalis, & tunc
non signaretur, quod vere fuerint quinque panes de
quibus tanta multitudo saturata est, & tamē illud fuit
in veritate: ergo ille est sensus literalis, quem Christus
facit, & non quòd significetur aliqua sana doctrina

per

per panēs, & comedentes. Secundo patet, & effica-
cius, quia tunc nō esset ista litera ad propositum Chri
sti: nam ipse arguit hic discipulos paucę fidei, quia nō
confidebant, ꝙ posset nunc saturare eos, sicut bis satu
rauerat multitudinem, & dicit. non intelligitis neque
recordamini, idest si intelligeretis quomodo satura-
ui multitudinem, non dubitaretis nūc, ꝙ possem vos
saturare, quia tamen non intelligitis dubitatis. Si autē
intelligatur in sensu mystico non est ad propositum,
quia dato, ꝙ non intelligerent quid significarent pa-
nes in sensu mystico, si intelligerent, ꝙ Christus satu-
rauerat turbā de paucis panibus, non dubitarent nūc
se posse saturari. Et etiam dato, ꝙ intelligerent quid
significarent illi panes, si non intelligerēt, ꝙ Christus
potestatem habuerat saturandi turbas, non confide-
rent nunc se saturandos, ideo non potest sic intelligi.
Et dicendum, ꝙ Hieronymus, & Beda non voluerūt
tangere sensum literalem huius literę, sed mysticum
qui nunc ex illa potest accipi. Dicēdum autem, quòd
Christus dixit nondum intelligitis, idest non intelli-
gitis, quomodo ego de paucis panibus saturaui multi-
tudinem, & quomodo habui potestatem ad hoc: nā
si hoc intelligeretis, non dubitaretis nunc, vt dice-
tur sequenti quæstione. Sic dicit Theophilus, ſ. ipsi
autem discipuli de fermento panum dixisse Dominū
putauerunt. hoc autē dicebant, quasi non intelligen-
tes Christi virtutem, quia poterat panes facere ex
non ente.

*Quomodo poterat esse, quòd discipuli non intelligerent, nec re-
cordarentur de miraculo. Quæst. XXX.*

QVAERETVR, quare Christus dixit, non
intelligitis neque recordamini, & quomo-
do poterat esse, ꝙ non intelligerent neque
recordarentur. Ad primum dicendum, ꝙ
ad hoc, ꝙ discipuli confiderent nunc de Christo, ꝙ
posset saturare eos, non existētibus cibis, necesse erat,
quòd recordarentur, & intelligerent. Si autem alte-
rum eorum deficeret, non poterant considere: nam
quòd saturaret eos sine panibus, erat miraculum, &
hoc non considerent discipuli de Christo, nisi vide- D
rent aliquid vnde esset eis motiuum ad cōfidendum.
hoc autem erat, ꝙ Christus bis saturasset tantam mul
titudinem miraculose. Si autem discipuli non recor-
darentur istarum saturationum, non haberent vnde
considerent, ꝙ Christus hoc posset, si autem recorda-
rentur facti, non intelligerent tamen, ꝙ Christus ha-
buisset potestatem ad illud faciendum, non confide-
rent, quòd nunc posset facere, ideo conuenienter in-
crepantur nunc, quòd ideo modicę fidei fuerūt, quia
non recordabantur præteritorum, nec intelligebant
illa. De secundo est dubium, quomodo poterant di-
scipuli non recordari huius miraculi saturationis tur-
barum, quia statim ante hoc factum fuerat, ideo de
memoria non poterat excidisse, quia quasi pendebat
coram sensibus. Dici potest vno modo, quòd disci- E
puli recordabantur huius facti, sed non intelligebant
quomodo Christus facere potuisset, ideo non confi-
debant, & quia talis recordatio erat prorsus inutilis,
ac si non recordarentur, ideo dixit non intelligitis ne-
que recordamini. Secundo potest dici, quòd vere re-
cordabantur discipuli, sed dicitur neque recordamini
ad faciendum argumētationem solidam: nam quòd
discipuli non considerent se posse saturari prouenie-
bat ex altero duorum, scilicet vel quia non recorda-
bantur prǫteritorum, vel quia non intelligebant illa,
& tunc ponitur neque pro vel, scilicet nondum intel
ligitis neque recordamini, idest vel non intelligitis,
vel non recordamini, & tamen recordabantur, sed
A non intelligebant. Et hunc sensum videtur Marcus
sequi, qui non posuit recordari, sed solum intelligere,
scilicet nondum cognoscitis, neque intelligitis, idest
licet recordemini non intelligitis. Tertio potest dici,
& melius, quòd discipuli non recordabantur, nō qui-
dem, quòd excidisset penitus res ista de memoria eo-
rum, sed quia non cogitabant de ea actualiter quādo
incidit sibi ista paucitas fidei, sicut est de incontinenti-
bus, vt dicitur 7. Ethic. 5. c. nam scit incontinēs, quòd Quis dica
malum est fornicari, & non perdit istam cognitionē, tur incon-
quia si perderet transiret in contrariam opinionem, tinens, ſm
scilicet, quòd putaret bonum esse fornicari, & tunc Arist.
ex electione prosequeretur, & esset intemperatus, &
B non incontinens: manet ergo sibi semper ista opinio,
quòd sit malum fornicari, & tamen insurgente pas-
sione retinet istam opinionem, secundùm habitum,
sed non cogitat de illa, & ita dicitur incontinens sciēs,
secundùm habitum, sed non secundùm actum. sic in
prǫsenti, licet nō excidisset à memoria discipulorum
miraculum de duplici saturatione turbarum, tamen
quando Christus dixit eis, cauendum à fermēto Pha-
risæorum, non occurrit ipsis actualiter cogitare de
istis saturationibus, & ita non recordabantur, ſ. actua-
liter, sed retinebant speciem rerum præteritarum, per
quam possent conuertere se ad cogitandum de illis,
quando vellent, & quia nō occurrit eis cogitare actua
liter, ꝙ talia Christus fecisset, nō occurrit aliquid per
C quod arguerent, ꝙ ipse posset eos nunc saturare. Et
istud est melius, vt sic stet litera Matthæi, quæ dixit,
nondum intelligitis neque recordamini, ita ꝙ Chri-
stus vtrunque dixerit, & ita etiam vult Marcus: nam
licet à principio non dicat, nisi intelligitis, ſ. nondum
cognoscitis neque intelligitis, &c. tamen circa finem
redargutionis ait, non recordamini quando quinq;
panes fregi, &c. Sed dicetur quomodo poterat esse, ꝙ
non intelligerent discipuli miraculum? Dicendum, ꝙ
non debet accipi, quòd non intelligerent rem fuisse
factam, quia sciebant rem fuisse factam, cum inter-
fuissent, & viderent, quòd turbę realiter fuerant pastę
de panibus quinque, & superfuerant cophini duode-
cim, sed non intelligebant, ſ. virtutem facientis, idest
quòd quamquam Christus istud bis fecisset, non in-
telligebant, quòd in Christo esset potestas ad facien-
dum hoc, & ideo nesciebant vnde hoc fieret, & quo-
modo, & propter hoc, non considerent modo, quòd
posset similia facere, quia forte nesciebant, an per vir-
tutem suam hoc fecisset, vel lateret ibi aliqua alia vir-
tus faciens hoc. Sic dicit Theophilus, scilicet hoc au-
tem dicebant, quasi non intelligentes Christi virtutē,
quòd poterat panes facere ex non ente. Sic etiam di-
cit Glo. super illo verbo, nondum intelligitis; quasi di-
cat, neque mysterium intelligitis, neque virtutem in
memoria retinetis. Sed dicetur quomodo poterant
discipuli non intelligere id, quod factum erat cum tā
manifeste fieret coram eis? Dicēdum, quòd hoc erat,
quia cor suum erat excęcatum: erant enim homines
rudes, qui iudicio suo ad pauca pertingebant, & Chri-
stus non eleuabat cor eorum ad intelligendum ista
qualiter intelligi, & accipi deberent, & ideo manebāt
obtenebrati. sic dicitur Marc. 6. quantum ad primam
saturationem turbarum, scilicet ascendit ad illos in
nauem, & cessauit ventus, & plus magis intra se stu-
pebant: non enim intellexerunt de panibus: erat e-
nim cor eorum obcęcatum, idest quando Christus
ambulauit in mari super aquas, & eo intrante in na-
uem cessauit tempestas, obstupuerunt nimis quomo
do hoc fieret, & istud fuit, quia non intellexerant de
panibus, idest miraculum, quod pauloante hoc fece-
rat saturando turbas, quasi dicat, si de panibus intel-
lexissent, non stuperent, quòd posset ambulare super

aquas,

F aquas, & placare ventos, & tamen quia non intellexerant quomodo factum fuerat illud, an per virtutem eius, vel per aliquam aliam latentem virtutem, obstupuerunt, quòd potuisset placare mare, & etiam tunc dubitauerunt, an virtute eius hoc fieret, vel per aliquam aliam virtutem ignotam illis, & subditur causa, scilicet erat enim cor eorũ obcęcatum, idest propter hoc non intelligebant, quia alias planum erat ista intelligere. Sic etiam in saturatione secunda mansit obcęcatum cor discipulorum nescientium quomodo hoc fieret, & ideo non confidebant, quòd posset Christus similia postea facere, sic dicitur Marc. 8. nondum cognoscitis, neque intelligitis, adhuc cęcatum habetis cor vestrum: oculos habentes non videtis, G & aures habentes non auditis. Quare autem permittebat Christus, manere sic corda eorum excęcata dicetur Marc. 6. vel 8.

Quomodo discipuli intellexerunt Christum loqui de doctrina Pharisæorum. Quæst. XXXI.

QVAERETVR quomodo discipuli tandem intellexerunt, quòd Christus loqueretur de doctrina Pharisæorum: nam ipse non dixit, quòd intelligeretur de doctrina. Dicendum, quòd Christus non dixit fermentum accipi pro doctrina, & tamen arguendo primum sensum, quem H ipsi conceperant, reduxit eos, vt ipsi per se intelligerẽt veritatem: nam fermentum, aut caperetur, secũdùm literam, aut secundùm metaphoram, secundùm literam signabat id quo pasta fermentatur, & tamen hunc sensum Christus arguit dicens, quòd non de panibus loqueretur: restabat ergo, quòd in sensu metapho. intelligeretur, & tunc nihil occurrebat, quod magis posset accipi, quã doctrina, eo quòd Christus parum ante hoc disceptauerat cum Pharisęis, & Saducæis, & damnauerat eorum doctrinam pręcedenti capit. & eorum conuersationem supra in litera, scilicet, quia in hoc se exercebant, vt Christum tentarent: nihil ergo occurrere potuit magis propinquũ, I quòd deberet significare fermentum, quam doctrinam, de qua parum ante hoc loquebatur Christus. Sic dicit Chrysost. vt autem addiscas quantum profecerit in discipulis increpatio Christi, & qualiter eorum mentem erexit dormientem, audi quid Euangelista dixit, tunc intellexerunt, quòd non diceret cauendum à fermento Pharisæorum, sed à doctrina Pharisæorum, & Saducęorum, quamuis eo hoc non interpretante.

Quando Christus hoc dixit, quid Apostoli dicebant. Quæst. XXXII.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum in quinque millia hominum, K & quot cophinos sumpsistis? quando Christus hoc dicebat, quid Apostoli dicebant.

Dici posset, quòd licet discipuli, non cogitassent actualiter de saturationibus istis, quando Christus dixit eis cauendum esse à fermento Pharisæorum, tamen non exciderat penitus de memoria, vt dictum est supra quæstione trigesima, & ideo cum ista dicerentur à Christo, ipsi erubescerent, & erubescentes tacerent, quia verecundia tacitum hominem reddit.

Dicendum tamen, quòd discipuli, licet erubescerent confitebantur humiliter defectus suos, & Christo quærente ab eis de numero panum, ipsi respondebant: cum enim dixit, non recordamini quinque panum in quinque millia hominum, & quot cophinos sumpsistis? & dicunt ei duodecim. non recordamini septem panum in quatuor millia hominum, & quot sportas sumpsistis? & dicunt ei septem, vt patet Marc. octauo, licet hoc Matthæus tacuerit.

Dicendum autem hoc dixisse Christum, vt ipsi confiterentur per se magnitudinem miraculi: nam si non expectaret eorum responsionem, sicut per se nominabat numerum panum, & comedentium, ita nominaret numerum cophinorum, & sportarum, sed tacuit dicens, non recordamini quinque panum in quinque millia hominum, & quot cophinos sumpsistis, & ipsi videntes tunc, quòd optaret ab eis per hoc responsionem, dicebãt numerum cophinorum, & sportarum.

Causa huius fuit, primo vt sicut peccauerant obliuiscendo, ita punirentur tolerando hanc verecundiã, quòd confiterent ore proprio delictum: nam licet confusio magna sit, quòd quis cogatur audire delictum suum ab alio, & non possit abscondere neque excusare, tamen maior est, si publicè cogitur illud cõfiteri ore suo, & ita nunc discipuli confitebantur de numero sportarum, & cophinorum.

Secundo quia magnitudo miraculi in hoc consistebat: nam quòd essent soli quinque panes, & saturatis de eis quinque millibus virorũ superessent duodecim cophini, erat admirandum: ipsi ergo qui illud obliti fuerant confitebantur illud, in quo eius magnitudo consistebat.

Tertio & præcipue, vt iam non obliuiscantur miraculi, neque possint negare aut dubitare de virtute eius, cum Christo increpante eos super hoc ipsi ad ignominiam suam confitebantur numerum sportarum, & cophinorum.

Quare Christus hic non expressit de piscibus, cum in vtraque fuerint pisces. Quæst. XXXIII.

QVAERETVR quare Christus hic non expressit de piscibus: nam in vtraq; saturatione fuerunt pisces, s. in prima fuerunt duo pisces sup. 14. in secunda fuerũt pauci pisciculi pręcd. c. Aliqui dicunt, ꝙ hoc fuit, quia pisces non pertinent ad miracula ista, sed soli panes. Dicendum, ꝙ non stat. Primo quia tunc non fieret mentio de eis, qñ facta sunt miracula ista, & tñ in vtroq; exprimitur de piscibus, ideo non est ista causa subticendi eos hic. Secũdo quia sicut Christus miraculose multiplicauit panes, ita miraculose multiplicauit pisces, benedicẽs vtrosque, & frangens, vt patet Marc. 6. & 8. ergo vtriq; pertinent ad miraculum. Tertio quia pisces ad cibũ pertinent, sicut panes: nam miraculum fuit hic, ꝙ de paucis cibis saturaretur tanta multitudo, & tñ pisces saturare poterãt, sicut panes: & si multi pisces essent, etiã si essẽt soli quinq; panes posset saturari turba, sine miraculo, ideo ꝙ essent pisces pauci, vel multi ad miraculum pertinebat. Alij dicunt aliter, s. ꝙ Christus etiã nominatim de piscibus dixit hic. Et tñ Matthęus subticuit de eis, quia multa tacet. Dicẽdũ, ꝙ non vr̃ verisimile, quia si Matthęus taceret saltem Marc. exprimeret, qui narrat idem factũ, & solet supplere, quę Matthęus tacet, cum in eodẽ facto suppleuit multa, q̃ non ponit Matth. vt patet Marc. 8. & tñ Marc. non dixit. Ideo vr̃ dicendum, ꝙ Christus non dixerit de piscibus nunc, & vr̃ esse causa, quia Christus nõ notificabat discipulis istud factũ de nouo, quasi nunq̃ illud vidissent neque audissent, sed solum reducebat eos ad cogitandum ea, quę ipsi sciebant, & tamen ad hoc sufficiebat qualitercunque dicere: nam paucis expressis cętera sciebant discipuli, nec erat opus illa exprimi, & hæc est vera causa.

Venit

Mar. 8. Luc. 9.

Io. 6.

di. 19. c. ita dñs di. 22. c. in nouo, & c. quamuis.

Venit autem Iesus in partes Cęsareæ Philippi, & interrogabat discipulos suos dicẽs. Quem dicũt homines esse filium hominis? At illi dixerunt, Alii Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij vero Ieremiam, aut vnum ex prophetis. Dicit illis Iesus. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus filius Dei viui. Respondens autem Iesus dixit ei. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pr̃ meus qui in cęlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunque ligaueris super terram erit ligatum, & in cęlis, & quodcũque solueris super terram, erit solutum, & in cęlis.

Ostendit Christus se esse humanę salutis precium.

Venit autem Iesus. Hic ostẽdit Iesus se esse humanæ salutis precium. Et duo facit, quia primo ostendit se Dei, & hominum mediatorem. Secundo ostendit se hominum redemptorem per suam passionem, ibi. *Exinde cœpit Iesus.* Prima in duas, quia primo ponitur discipulorum consolatio. Secundo potestatis collatio, ibi. *Respondens autem Iesus.*

Circa primum dicitur. *Venit autem Iesus.* Scilicet postquam venit trans fretum, de quo supra mentio fiebat. *In partes Cæsareæ Philippi.* Vt dicetur infra quæstione trigesimaquinta, & non dicitur, quòd venerit in Cæsaream, sed in partes Cæsareæ, idest in loca aliqua regionis illius, sic dicitur Marcus, cap. octauo, scilicet, & ingressus est Iesus, & discipuli eius in castella Cæsareæ Philippi. *Et interrogabat discipulos suos.* Non interrogabat quasi ignorarer, sed vt eorum confessio circa hoc appareret. *Quem dicunt homines esse filium hominis.* Idest quem dicunt me esse homines, sciebat enim, quòd varię opiniones erant de eo vulgares, & volebat audire a discipulis quid ipsi audirent dici de ipso. *At illi dixerunt.* Scilicet omnes discipuli hoc responderunt, vel aliqui eorum pro omnibus, & in hoc omnes conuenerunt eo, quòd ista vulgata erãt apud omnes, & non discordabat in hoc sententia vnius ab alio. *Ioannem Baptistam.* Idest quidam dicunt te esse Ioannem Baptistam, & surrexisse a mortuis, sicut putauit Herodes supra decimoquarto capitulo, & Lucæ 9. *Alij Ieremiam.* Etiam resurgẽrem, quia Ieremias a longo iam tempore obierat. *Alij vnum ex prophetis.* Idest non exprimunt determinatum nomen, sed dicunt, quòd vnus de prophetis antiquis sis, & ita nemo de Iesu arbitrabatur minus quam esse prophetam. *Dixit illis Iesus.* Postquam recitauerant illi alienas sententias, voluit scire quid illi de ipso tenerent. *Vos autem quem me esse dicitis.* Idest nunquid putatis esse talẽ, qualem vulgus asserit, vel quid creditis? *Respondens Simon Petrus.* Supra omnes responderant cum opiniones vulgarium recitauerunt, hic autem solus Petrus loquitur, & vocatur Simon Petrus, quia Simon est nomen suum primum, & proprium. Petrus autem a Christo postea vocatus est. *Dixit tu es Christus filius Dei viui.* Aperte vero, & perfecte Petrus de Christo professus est naturam, & dignitatem eius aperiens. vocauit enim Messiam, inquantum dixit Christus, & ostẽdit eum esse Deum, inquãtum dixit, quòd erat filius

A Dei viui, idest veri, nam filius Dei non potest esse, nisi Deus, quia generatio vniuocationem facit, & ita Petrus dixit eum esse Deum, & hominem. *Respondens autem Iesus.* Postquam Petrus plene, & digne de Christo professus fuerat, respondet Christus retribuendo ei ꝑ illa confessione. *Dixit ei beatus es.* Idest eris, quia dum viuitur nemo beatus est, nisi Christus qui simul erat viator, & comprehensor, vel dicitur beatus in spe certa. *Simon Bariona.* Idest Simon fili Ioannis, sicut enim supra eum vocauerat Simonem Petrum, ita & hic vocat eum Simonẽ Bariona. *Quia caro & sanguis non reuelauit.* Ostendit hic Christus testimonium Petri esse verum ex reuelante: nam cum variæ essent opiniones de Iesu, crederet aliquis, quòd ista ita eẽt dubia, sicut cæteræ, ideo dicit, quòd vera est, quia Petrus nescit hoc per doctrinam humanam, sed per Dei reuelatio- B nem. & vocatur caro, & sanguis homo, quia ex carne, & sanguine constat. *Sed pater meus qui in cœlis est.* Idest Deus quem tu confessus es esse patrem meum, reuelauit tibi hoc, quod tu de me professus es, & semper dicit, qui in cęlis est, vt nemo putet eum loqui de patre carnali, quia aliqui credebant esse filium Ioseph, & istam opinionem excludit, inquantum dicit patrẽ suum esse in cęlis. *Et ego dico tibi.* s. quia tu de mẽ talia confessus es. *Quia tu es Petrus.* Idest iam non es Simon, sed es Petrus, quod significat firmitatem, & principalitatem. *Et super hanc petram.* Idest super te qui es petra (vt aliqui volunt) vel super hanc petram, idest C super meipsum qui sum petra. *Aedificabo ecclesiam meam.* Idest fundabo ecclesiam, vt tota ecclesia pendeat super firmitatem huius petræ, & sit immobilis, sicut ista petra est immobilis. *Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Idest licet infernus pugnet contra ecclesiam non præualebit, & vocantur hæretici, vel infideles portæ inferi, quia licet impugnetur ecclesia, nunquam succumbet. *Et tibi dabo claues regni cœlorum.* Idest potestatem regni cęlorum ligandi, & soluendi, per quas aperitur aditus vitæ æternæ. *Et quodcunque ligaueris super terram.* Idest tu manens in terram. q. d. licet manes in terra non putes te non habere potestatẽ spiritualem, quia quidquid tu facis hic, acceptatur in D cęlo, tanquam sibi fieret. Vel dicitur ligaueris super terram, idest de eis qui sunt super terram, nã qui sunt extra terram, vt in cęlo, vel in inferno non sunt de iurisdictione ecclesiæ, ideo ecclesia non potest soluere, neque ligare, sed solus Deus potest super illos.

Et quodcunque solueris. Ius ligandi, & soluendi Deus par esse voluit, vt ait Ambro. ideo sicut quidquid ligat ecclesia ligatum est, ita quidquid soluit solutum est, & approbatur in cęlis, tanquam recte factum.

An ea quæ habentur hic sint continuata ad præcedentia, & sint immediate post illa. Quæst. XXXIIII.

E QVAERETVR an ea, quæ habẽtur hic sint continuata ad præcedentia, & sint immediate facta post illa. Aliqui dicunt, ꝙ non est rectus ordo, qa Luc. 9. immediate post primam saturationem turbarum dicitur, ꝙ cum esset Iesus in quodam loco orãs accesserunt ad eum discipuli sui, & interrogauit eos, quem dicunt homines esse filium hominis. Item quia Mar. 8. vbi ponitur istud factum, ponitur aliud ante illud: s. de illuminatione cęci.

Dicendum, quòd hic est rectus ordo. s. quòd istud fuit factum post præcedentia, & tamen non fuit factum immediate post illa, sed Marcus tenuit in hoc ordinem, & expressit oĩa, nam cum Christus venisset in fines Magedan disceptauit ibi cũ Pharisæis, & relictis eis transiit vltra fretum, & tunc venit Bethsaidam,

dam,

dam, & in regione illa ſanauit cęcum Marc.8. & inde venit in partes Cęſareę Philippi, & tunc quęſiuit a diſcipulis, quod habetur hic.

Ad primum dicēdum, quòd Lucas multa horum tacuit, nam ea quæ facta ſunt inter primam ſaturationem turbarum, & hanc interrogationem tacuit, ideo nihil interpoſuit, ſed poſt illam ſaturationem ſubiunxit hoc. Cum autem dicitur, quòd factum eſt hoc dum eſſet in loco quodam orans. Dicendum, ꝙ verum eſt, vt infra dicetur.

Ad ſecundum concedendum eſt, ꝙ licet hic ſit ordo continuus. i. ſint iſta poſt præcedentia, tamen non ſunt iſta immediate poſt illa, ſed illuminatio cęci fuit intermedia, vt patet Mar.8.

Quæ eſt iſta Cæſarea, vbi venit Chriſtus. Et quo nomine olim vocata, & quo nunc a nobis. Et vnde ſit ortus Iordanis. Quæſt. XXXV.

QVAERETVR cum dicatur hic, quòd venit Ieſus in partes Cęſareę Philippi, quæ ſit iſta Cęſarea.

Dicendum, ꝙ eſt ciuitas in ſorte Nephthalim, tenuerunt tamen eam filii Dan, & vocabatur iſta ciuitas ab antiquo Lais, eſt enim circa libanum. ſ. ad pedem montis libani. eſt autem a Sidone diſtans fere vndecim leucis, a Ieruſalem autem quaſi quinquaginta duabus, ſed Ieruſalem eſt auſtralis, iſta autem eſt multum aquilonaris. ſ. quaſi in extremitate terræ Chanaan, nam terminus illius terræ ab aquilone eſt libanus, vt patet Numer. 34. & tamen iſta ciuitas eſt ad radices libani, olim enim Lais dicebatur Iudicum, capitulo decimooctauo, & quando poſtea occupauerunt eam filii Dan eiectis inde Gentilibus, vocauerunt eam Leſendam ex nomine patris ſui Dan, eodem capitulo, quaſi Laiſdan. aliquando tamen vocatur abſolute Dan, vt quando dicitur cognouit vniuerſus Iſrael a Dan, vſque Berſabee: ponuntur autem iſtę duę ciuitates, tanquam extremitates terræ Chanaan. ſ. Dan ex parte aquilonari, & Berſabee ex parte auſtrali, ita enim manſit nomen ciuitatis. ſ. Dan vſq; ad tempora Philippi filii Herodis, qui fuit tetrarcha traconithidis, & itureę regionis, eſt autem ciuitas iſta in prouincia traconithidis. Philippus ergo qui præerat illi mutauit nomen illius: ędificauitque eam glorioſam ciuitatem faciens, & in honore Tyberii, qui tunc Romæ imperabat eam Cęſaream appellauit, & ex nomine ſuo dixit eam Cęſaream Philippi. i. a Philippo conditam, a Grękis autem ciuitas hæc paneas appellatur, ſed hodie omnia hæc nomina abierunt, & balenas nominatur. Dicebatur autem Cęſarea Philippi ad differentiam alterius Cęſareę, quæ dicitur Cęſarea Paleſtinæ, quia eſt in terra Paleſtinorū, & eſt iuxta mare, quam pater ſuus Herodes magnus in honorē Octauiani Cęſaris ædificauit eam Cęſaream appellās cum prius turris Stratonis diceretur, & eſt iſta in litore maris, alia vero non, & eſt iſta magis auſtralis, & diſtat a Cęſarea Philippi, quaſi per leucas quadraginta, & iſtius Cęſareæ Paleſtinę fuit epiſcopus Euſebius Cęſarienſis, qui canones Euangeliorum ab Amonio excogitatos edidit, & diſtat iſta Cæſarea a Ieruſalē, quaſi per vigintiquinque leucas. Ad portam vero Cęſareę Philippi oritur fluuius Iordanis. Sunt enim duo fontes. ſ. Ior & Dan ad radices montis libani, qui ad portas ciuitatis huius concurrunt ex nominibus ſuis Iordanem fluuium efficientes, nam & nomina, & aquas miſcent, licet Ioſephus non dicat eſſe hūc verum ortum Iordanis, ſed in fonte qui phiala dicitur, ſed de hoc non eſt ad prę ſens.

Quare Chriſtus quæſiuit hæc a diſcipulis cum eſſent in Cæſarea. Quæſt. XXXVI.

QVAERETVR quare Chriſtus quęſiuit hęc a diſcipulis cum eſſent in terra Cęſareæ Philippi.

Aliqui dicūt, ꝙ hoc fuit, quia Chriſtus voluit quærere a diſcipulis confeſſionem ſuam, & ne hanc exprimere timerent longe eos a Iudęis abduxit. Sic dicit Chryſ. in hac. n. Cęſarea diſcipulos interrogauit lōge eos a Iudæis abducens, vt ab oī timore exuti libere dicant, quæ hēbant in mente. Sic ēt dicit Theophilus. ſ. poſtquam eduxit longe a Iudęis diſcipulos, tunc de ſe ipſo interrogat, vt non timentes Iudęos reſpondeant veritatem. Motiuum aūt eorum eſt, quia noſtatur hic regio in qua facta eſt interrogatio. ſ. in regione Cæſareę Philippi, quaſi aliquid adiuuet ad illā interrogationē eſſe in tali regione. Secundo, quia illa regio eſt in extremitate terræ Iudęorū. nā vt dictū eſt p̄ced. c. iſta Cęſarea eſt terminus aquilonaris terræ Chanaan.

Sed dicendum, ꝙ hoc non eſt multum veriſimile. Primo, quia nō erant diſcipuli extra terrā Iudęorū, qñ Chriſtus iſta quærebat, nā Cęſarea Philippi ad Iudæos pertinebat. Secundo, quia iſta confeſſio de Chrō fieri poterat in quacunque terra Iudęorum, nam nō facta eſt iſta corā Iudæis, ſed inter diſcipulos, & Chriſtū, & ſic non oportebat trahi diſcipulos Chriſti extra terrā Iudæorum ad iſtam confeſſionem faciendam.

Aliqui aūt dicunt, ꝙ hoc fuit, quia nunc Chriſtus interrogauit diſcipulos, & aperuit myſterium ſuæ incarnationis, quādo profeſſus eſt Petrus, quid de Chriſto crederet, & quia in fide iſta fundatur eccleſia, & Chriſtus etiam promittit hic fundationem eccleſiæ dicens, & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiā meā, & tñ eccleſia fundatur in fide gentium: fuit cōueniēs ꝙ iſta interrogatio fieret in terra Gētilium, & ita erat de Cæſarea Philippi, quia regio adiacens illi erat Gentilium, & ita tenet Nicolaus.

Sed hoc etiam non multum videtur, nam licet eccleſia fundata fuerit, & dilatata per eos qui crediderūt de gentibus, tamen ipſa exordium habuit in fide Iudæorum. i. in diſcipulis qui fuerunt Iudæi, & ab eis totum bonum cępit, & ſalus: ſic dicit Chriſtus Io.4. ſalus ex Iudæis eſt, & ideo ad ſignificandum fundationem eccleſiæ non oportuit, ꝙ deducerentur diſcipuli ad terram Gentilium, vt ibi facerent profeſſionem iſtam. Cum autem dicitur, ꝙ nominatur hic Cęſarea, quaſi aliquid conferat ad ea quæ dicuntur.

Dicendum, ꝙ non confert, ſed Euangeliſtæ ſoliti ſunt, vt in plurimum nominare loca, in quibus Chriſtus aliquid faciebat, vt ꝙ ſanauit paralyticum in Capharnaum, ſupra 9. & Marc.2. & ibi leproſum, & ſocrum Petri, ſupra 9. ꝙ vinum de aqua fecit in chana Galilęę, & ꝙ crediderint in eum diſcipuli, Ioann.2. & ꝙ ſanauerit ſurdum, & mutum in regione Decapoleos. Marc.7. & ꝙ ſaturauerit turbas in deſerto Bethſaida. Marc.6. & tamen manifeſtum eſt, ꝙ iſta loca nihil conferunt ad iſta, quæ facta ſunt, ſed ſolū referuntur iuxta conditionem ſcribentium hiſtorias ad magis certificandum de re. ſ. ꝙ non ſolum factam rem dicant, ſed etiam vbi & quando facta eſt. tempus autē rerum factarum raro Euangeliſtæ exprimunt, & tamen aliquando exprimunt, ſicut ſupra 2. dicitur, ꝙ in diebus Herodis regis venerunt Magi ab oriente, & natus eſt Chriſtus, etiam Luc. 3. ponitur quo tempore, & ſub quibus principibus cęperit prędicare Ioann. Baptiſta, & eod. cap. dicitur, ꝙ Chriſtus baptizatus eſt quando erat incipiens annorum triginta, loca tamen vt communiter nominant Euangeliſtæ, quando miracula, vel alias res factas referunt, ideo etiam nunc Cęſarea Philippi nominata eſt.

In quo loco fuit facta hæc interrogatio an in domo, vel in via. Quæſt. XXXVII.

QVAERETVR nunc magis in ſpeciali de loco, vbi fuit facta iſta interrogatio. nam dicitur hic, ꝙ venit Ieſus in partes Cęſareæ Philippi, & interrogabat diſcipulos ſuos, eſt dubium an in domo, vel in via ambulans hoc interrogauerit.

Aliqui dicunt, ꝙ manens in domo, quia Luc. 9. dicitur, & factum eſt cum eſſet ſolus orans, erant cum illo diſcipuli eius, & interrogauit illos dicens quē me dicunt eſſe turbę?

Sed obiicietur, ꝙ fuerit facta ambulando in via iſta interrogatio, quia dr̄ Mar.8. & ingreſſus eſt Ieſus, & diſcipuli eius in caſtella Cęſareæ Philippi, & in via interrogabat diſcipulos eius.

Aliqui dicunt, ꝙ bis hoc Chriſtus quæſiuit ſemel in via, & ſemel in domo cum eſſet orans, & vnum retulit Marcus, aliud vero Lucas.

Sed non ſtat. Primo, quia eadem verba interrogationis ponunt Marcus, & Lucas, ideo non eſt veriſimile, ꝙ ſit diuerſa interrogatio. Secundo, & efficacius, quia nō eſt vllo modo veriſimile, ꝙ iſta Chriſtus bis interrogauerit reſponſionem eorum petēs, vt appareret quid ipſi profitebantur de Chriſto, & quid turbæ de illo dicebant, ſed hoc ſemel factum ſufficiebat, quia res de qua profeſſi fuerant eadem ſemper manebat, ideo non quæreret, niſi ſemel.

Sed dicendum, ꝙ eſt eadem interrogatio, quā Lucas, & Marcus refert, & tñ dr̄ ꝙ erat orans Lucæ 9. & ꝙ erat in via Mar.8. Dicendum, ꝙ non diſcordāt hæc quia in via poterat Chriſtus orare. immo ibi erat locus conueniens ad orandum, quia nemo eum impediret exiſtentem extra vrbes, & concurſus hominū. Sic dicit Augu. lib. de concor. euang. ſ. pōt aūt, & illud mouere, ꝙ Lucas dominum interrogaſſe diſcipulos ſuos quem illum dicerent hoīes, tunc dicit cum eſſet ſolus orans, & adeſſent, & ipſi Chriſto. Marcus in via dicit eos ab eodem interrogatos, ſed hoc eum monuet, qui nunquam orauit in via. Sed dicetur nunquid quæſiuit iſta ambulans in via, vel manens?

Dicendum, ꝙ licet Chriſtus in via eſſet: tamen nō ambulabat cum iſta quæreret, ſed manebat orās. Primo, quia cū ponat orans melius dr̄ ſtans, q̄ ambulās. Secundo, quia lr̄a Luc.9. oñdit eum manentem cum ait, & factū eſt cum eſſet factus ſolus orans, erāt cum illo, & diſcipuli eius, & ſic manebant. ſ. quia cū Chriſtus progrederet in via diuertit ad aliquē locū de itinere, & ibi orabat, & diſcipuli ſui manebant ibi cū oraret, & tñ Marcus dicit, ꝙ erat in via. i. non erat in vrbe aliqua, vel oppido, ſed egreſſus, & itinerans: & tamē quando orare voluit ſtetit in loco aliquo nō in itinere, ſed ſeorſum.

Quare Chriſtus interrogauit diſcipulos, quem dicerent eum turbæ cum ipſe hoc ſciret. Et quomodo vtile nobis fuit ſcire in qua reputatione hominum Chriſtus haberetur dum viueret. Item vtile hominibus eſt ſcire quid alij de ipſis ſentiant. Quæſt. XXXVIII.

QVAERETVR quare Chriſtus interrogauit diſcipulos quem dicerent eum turbæ: nam ipſe ſciebat quem eum eſſe dicerent.

Dicendum, quòd hoc fuit, quia Chriſtus volebat quærere a diſcipulis quid de eo ſentirent, vt appareret fides eorū, & tamen abſolute, & ſine occaſione hanc quæſtionem facere non videbatur conueniens, ideo voluit, quò i traheret occaſionem ex alia, & ideo quęſiuit quid dicerent turbæ de eo, vt ſic eſſet locus quę-

rendi, quid ipſi ſentirent. Secundo fuit, vt oſtenderet iudicia turbarum non eſſe vera, cum tantum variarēt & poſtea ipſe approbaret ſententiā Petri. Tertio fuit, vt eſſet locus Euangeliſtis ſcribendi hoc per quod cōſtaret nobis in qua reputatione Chriſtus habitus fuerit dum viueret. Et iſta etiam eſt cauſa prędpua: nam ſi Chriſtus non interrogaſſet hoc, non ſcriberēt Euāgeliſtæ illud, & tamen vtile valde nobis erat ſcire in qua reputatione habebatur, quia hoc confirmat facta ſua. ſ. quia non haberetur in tali opinione, niſi talia opera, & miracula exerceret, qualia nullus de viuētibus poſſet exercere, vnde eum vnum de prophetis mortuis eſſe volebant, & propter iſtam cauſam poſuit Matthęus, ſupra decimoquarto capitulo, quod Herodes audiuit famam Chriſti, & mirabatur quis eſſet, & putabat, quòd Ioānes Baptiſta ſurrexerat a mortuis. Quarto fuit ad nos inſtruendum, vt nos quæramus quid de nobis homines ſentiunt, nam licet non debeamus ſequi aliorum dicta, ſed conſcientiæ veritatem, quia hęc eſt gloria noſtra teſtimoniū conſcientiæ noſtræ, ſecundo Corinthiorum, capitulo primo, tamen vtile eſt, quod ſciamus quid alii de nobis ſentiunt. Et hoc vt ſi forte aliquid de nobis male ſentiūt, quod fortaſſis nō eſt verum, auferamus illis occaſionem talia cogitandi, & ſi aliquid boni eſt, quod in nobis laudant in illo proficere ſciamus, & pertinet hoc magis ad prælatos quorum vita tota debet eſſe exemplaris, quia vt dicitur ſupra 5. capit. vos eſtis lux huius mundi, & lucerna non debet poni ſub modio, ſed ſuper candelabrum, & ita epiſcopi, & omnes prælati eccleſiæ, & ēt dñi tēporales debent quęrere a ſeruis ſuis quid de illis hoīes ſentiant, vt iuxta hoc vitā em ēdēt. Sic dicit Origenes: interrogabat Ieſus diſcipulos, vt ex Apoſtolorum reſponſionibus nos diſcamus diuerſas opiniones fuiſſe apud Iudęos de Chriſto, & vt nos ſemper ſcrutemur qualis opinio ſit apud hoīes de nobis, vt ſiquid male dicitur de nobis, occaſiones illius prędcidamus, ſiquid autē boni eius occaſiones augeamus. Sed & diſcipuli epiſcoporum Apoſtolorum inſtruuntur exemplo, vt qualeſcunque opiniones audierint foris de epiſcopis ſuis referant eis.

Quare Chriſtus dicit quem dicunt homines. Et quomodo omnes opiniones, quæ de Chriſto eo viuente habebantur, erant in laudem eius. Quæſt. XXXIX.

QVAERETVR quare dixit quem dicunt homines.

Dici poteſt vno modo, quòd dicitur quē dicunt homines. i. turbæ, & dixit hoc ad excludendum Phariſęos, & Saduceos, & Scribas: nam iſti ęmulabantur ei, & non poterant bona referre. iam enim teſtimonium ſuum ipſi protulerant dicentes. In Beelzebub principe dęmoniorum dęmonia eiicit ſupra 9. & 12. cap, & conabantur quantum poterant obſcurare facta Chriſti, fatuum ergo erat talium teſtimonium quærere, ſed aliorum, qui circa Chriſtum indifferentes erant.

Sed etiam dicendum, ꝙ turbarum iudiciū non erat requirendum circa Chriſtum, quia neſciebant dicere verum de illo.

Dicendum, quòd ſi non perfecte, tamen ſaltem ſine prauitate de eo teſtimonium ferrent, ſed Phariſæi qui erant pleni iniquitate, non poterant, niſi mala dicere, quia ex abundantia cordis os loquitur, ſupra 12. capitulo, & Luc.6. Sic dicit Chryſoſto. non autem dicit quem me dicunt eſſe Scribæ, & Phariſæi, ſed quem me dicunt homines, plebis mentē, quę ad mala inflexa nō erat inueſtigans, & ſi enim multo humi-

lior.i.minor, quam oportebat eorum de Christo es- F
set opinio,sed tamen a nequitia libera erat. Pharisæorum aũt opinio de Christo erat plena multa malitia; Secundo, vt alii dicunt dixit quem dicunt homines, ad ostendendum cõditionem responsionis.s.ista,quę responderunt Apostoli ostendebant, ꝙ illi qui ea dicebant erant homines,& nihil aliud,quam homines, quia de Christo,nihil nisi humanum sentiebant, qui autem de Christo deitatem iudicant aliquid supra hominem sunt,quia caro,& sanguis non reuelat eis, sed pr̃ cęlestis. Sic dicit Hier. pulchre interrogat quẽ dñt hoĩes esse filium hoĩs, quia qui de filio hoĩs loquunt̃ hoĩes sunt,qui vero diuinitatem eius intelligunt non hoĩes, sed dii appellantur, iste tamen modus dicendi G
magis est mysticus,quam literalis.

Tertio potest dici,& melius,quòd dixit quem dñt hoĩes.i.oẽs hoĩes. voluit.n.Christus audire a discipulis oẽs opiniones,quæ de ipso erant,& si quæreret specialiter de aliquo statu,vel conditione hominum, qd de eo sentirent referretur solum opinio illorum, & quia opiniones omnes, quæ de Christo habebantur erant in laudem eius, voluit ꝙ oẽs referrentur, & tñ non referrentur omnes si specialiter Christus,quęreret de aliquo statu hoĩum,quid de eo sentiret,iõ quęsiuit de omnibus hominibus,quid de eo sentiret, & hoc consonat literæ,& responsioni Apostolorũ,quia retulerunt varias opiniones. s. alii Ioannem Baptistã, alii Ieremiam,&c. H

Quarto põt dici, & ẽt valde conuenienter, ꝙ dixit quem me dicunt homines. i. quem me dicunt alii eẽ, distinxit.n.omnes hoĩes in duos. s.in discipulos suos, & in extraneos.omnes autem extraneos sub nomine hominum inclusit. discipulos autem per se nominauit,& vt ostendat,ꝙ nunc non quærebat,quid ipsi sentirent de eo, sed quid sentirent extranei dixit, quem dicunt hoĩes, &c.i. quid sentiunt omnes extranei de me. Et patet hoc,quia postquam quæsiuit quẽ dicunt homines, &c. & responsum est,subiunxit dicens,vos autem quem me esse dicitis? & sic nomine hominũ inclusit omnes qui non erant discipuli sui.

Quare dixit quem dicunt filium hominis esse, Quæst. XL.

QVAERETVR, quare dixit quem dicunt filium hominis esse.

Aliqui dicunt, ꝙ hoc dixit ne de se iactanter loqui videretur: nam hic quærebat sententias populi de se in quibus laudandus erat,vt ergo non videretur istam laudem petere:locutus est de se, tãquam de extraneo vocans se,filium hominis. Sic dicit Hieronymus,scilicet non etiam dixit quem me dicunt esse homines, sed quem dicunt esse filium hominis, ne iactanter de se quærere videretur.

Sed hoc nõ multum stat, quia maior laus erat sibi danda in sniã Apostolorum de eo,quam in sniã turba K
rum.Et tamen qñ quęsiuit quid sentirẽt Apostoli ait, vos autem quem me esse dicitis.

Dicendum ergo videtur, quòd magis hoc fecit ex consuetudine sua, quia solet se vocare filium hominis, vt supra 9. vt sciatis, quia filius hominis potestatẽ habet, & supra 11.venit filius hoĩs manducans, & bibens,& supra 12. qui peccauerit, vel dixerit verbum in filium hominis,& ita vt communiter.ita ergo hic, quia tamen turpe est in eodem contextu eandem dictionem sæpe repetere,cum dixisset quem dicunt homines esse filium hominis subdit. vos autem quem me esse dicitis, & tamen si ab eis solis quæreret, aut primo ab eis diceret, vos quem dicitis esse filium hominis,

An conueniens erat accipi hanc confessionem, vel sententiam turbarum de Christo. Et quod totum quod populi de Christo confitebantur erat in laudem eius. Quæst. XLI.

QVAERETVR an conueniens erat accipi hic cõfessionem,vel sententiam turbarũ de Christo.

Aliqui dicunt, ꝙ non, quia non sentiebant aliquid dignum de Christo: nam putabant eum esse solũ hominem,cum tamen esset Deus.

Dicendum, ꝙ conueniens fuit quæri sententiã populi : nam licet populus non sentiret adhuc digna de Christo,tamen sentiebat aliquid, quod ad laudẽ eius pertinebat:nam dicebant eum aliis hominibus excel G
lentiorem,supra 9.nunquam sic apparuit in Israel, & vocabant ipsum prophetam magnũ. Luc.7.propheta magnus surrexit in nobis, & omnes sententiæ populi de eo ad laudem erant. Quod patet in eis, quæ narrantur hic,quia nulla earũ minorem faciebat eũ propheta, qualescunque autem laudes Christi haberi a Iudæis bonum erat, ideo conueniens fuit quæri de omnibus sententiis populi. Sic dicit Chrysost.plebis mentem, quæ ad mala inflexa non erat dominus inuestigat,& si enim multo humilior, quam oportebat eorum erat de Christo opinio,tamen a nequitia libera erat. Secundo fuit, vt ex hoc nos sciremus,qualis erat opinio de Christo, dum viueret. s.quia nemo de H
eo opinabatur, nisi ea, quæ ad laudem pertinerent. & hoc valde confirmat ea, quæ de eo leguntur.s.non est admirãdum,ꝙ Christus egerit ea,quæ de ipso scripta sunt cum talis apud omnes de eo opinio haberetur. Tertio ponuntur ista ad confusionem Iudęorum qui illum occiderunt.nam quæcunque opinio de illo teneretur, faciebat eum prophetam sanctum, sed illicitum erat talem occidi,sed potius assentire ei in omnibus, ideo ex opinionibus suis de eo apparet illos fuisse valde culpabiles. & hoc erat potissimum. Quarto fuit, vt confessio discipulorum verisimilis videretur: nam si sola confessio eorum poneretur, cum esset ad magnam laudem Christi,esset suspecta,quia dicerent quòd hoc illi dixerant in fauorem magistri sui, & nõ I
erant idonei testes: ponitur ergo simul confessio populi,quæ tota erat ad laudem Christi,vt visis laudibus quas totus populus (licet varie) de Christo profitebatur, non esset difficile credi maiora esse, quæ discipuli scire possent, qui magis cum domino conuersabantur. Quinto fuit,vt videatur confessio discipulorum differens a professione plebis : nam si solum discipulorum poneretur confessio, putaretur quòd illã acceperant discipuli ex his, quæ in vulgo audierant, & ita non esse solidam confessionem , ideo posuit vtranque confessionem , vt videatur, quòd vna non pendet ex alia,

Quare Christus prius quæsiuit quid vulgus de eo sentiret, quam discipuli. Et quod ideo Christus prius quæsiuit quid de eo populi sentirent, vt discipuli postea de eo aliquid maius confiterentur. Quæst. XLII.

QVAERETVR quare Christus prius quæsiuit quid vulgus de eo sentiret, quam discipuli. Dicendum, quòd fuit. Primo, quia Christus introduxit interrogationẽ de sententia populi, tanquam occasionem ad petendũ qd sentirent discipuli:preponi ergo debuit. Et fuit occasio in hoc, cum.n.Christus quæsiuisset de sniã populi,si nõderetur vna oĩum sniã non oportuisset vltra peti quid discipuli sentirent, quia verisimile erat eos idem sentire,qd totus populus concorditer sentiebat, qa tñ populi erat tam discors sententia,ipsa res videbat exigere,

gere,vt ab eis peteretur,quid ipsi sentirent, an approbarent aliquam de sententiis populi, vel aliquam aliã A
tenerent.Secundo fuit, quia sententia discipulorum erat futura ad maiorem laudem Christi, quã snia populorum, debuerũt ergo prẽmitti snĩæ populi,in quibus laudabatur Christus,sed minus, vt sic quasi gradatim ad maiorem laudem,quæ verbis Apostolorũ exprimenda erat veniretur, nã si prius peteret̃ snĩa Apostolorum,superuacũ erat postea peti snĩas vulgi,quę aliquid minus exprimerent. Sic dicit Chrys. sciens qdẽ interrogat,quia decebat,vt discipuli, qñque eũ melius laudarent,q̃ turbæ. Tertio fuit,vt confessio discipulorum videretur rationabilis,& verisimilis. s.n.nõ posita expresse turbarum confessione,vel non pręcedente poneretur confessio discipulorum, diceret aliquis,ꝙ ex fauore ad magistrum suum hoc profiteren B
tur,& non quasi res ab eo gestæ talem professionem mererentur: ponitur ergo turbarum confessio: & licet sit varia, tñ in qualibet earũ laudat̃ Chr̃s.nõ ergo erat mirandum, ꝙ discipuli, qui Christum specialius nouerant,hoc de eo profiterentur:cum turbę talia dicerent.Quarto fuit,vt videatur confessio discipulorũ differens a sententijs plebis, & hoc,vt non putet quis sententiam eorum acceptam ex opinione vulgi, sed ex Dei reuelatione : nam licet confessio populi multum iuuet discipulorũ confessionẽ verisimilẽ eã reddens:tñ non consonat ei penitus, ideo fuit conue
niens, vt poneretur vtraque sententia, scilicet plebis, & discipulorũ: nam si sola sententia Apostolorum C
poneretur putaretur,ꝙ illud dixerunt secuti forte opinionem plebis, & ita fertent testimonium ex auditis, & nõ ex expertis,& visis,& tamẽ sententia plebis sępe est fallax, ideo ostendit vtranque opinionem pręponens opinionem populi, vt appareat sententia Apostolorũ nõ esse sumptã ex snia populi, sed ex origine alia : cum multum differat ab illa.Sic dicit Beda.pulchre Dominus fidem discipulorũ exploraturus prius turbarum sententiam interrogauit: ne illorum confessio non veritatis agnitione probata , sed vulgi videatur opinio, nec firmata, nec cõperta credere, sed instar Herodis de auditis hęsitare putẽtur.Quinto fuit quia licet confessio populi fuit ad laudem Christi, D
quia tamen imperfecta erat, reijcienda erat: cõfessio autem discipulorum erat acceptanda, & ob hoc debuerunt prępoñi sententię populi,vt illis exclusis sentẽtia discipulorum,quę vera erat teneretur. Et iste est modus in disciplinis, quia tradẽtes scientiam si enarrare volunt varias positiones,primo ponunt illas,quę reijciendę sunt, & vltimo subiungunt illam, quę tenenda est.Sic dicit Cyrillus : vide interrogationis elegantiam,dirigit enim prius eos ad extrinsecas laudes, vt eis euulsis veram opinionem generet, vnde cum dixissent discipuli.plebis opinionem, eorum sententiam interrogat cum dicitur: vos autem quem me esse dicitis?

Quare discipuli tam varias sententias retulerunt. Tamen nulla opinio,quam populi de Christo habebant faciebat eum minorem propheta. Quæst. XLIII. E

QVAERETVR quare discipuli retulerunt tã varias snĩas.Dicendũ,ꝙ hoc fuit,quia Christus voluit, ꝙ dicerentur omnes sententię, quę de eo erant:nam ait: quem dicunt homines esse filium hominis? & nomine hominum cõprehendit omnes pręter ipsos discipulos, de quibus dicitur:vos autem quem me esse dicitis ? Et conueniens fuit, quòd omnium turbarum sententię ponerentur. Primo quia omnes erant ad laudem Christi: nulla enim eum minorem propheta faciebat, & tamen conueniens erat omnes laudes Christi a populo delatas scribi, ideo debuerunt poni omnes sententię populi, non videbantur autem plures esse, quam istę, ideo non potuerunt plures referri. Secundo, & pręcipue, quia si non ponerentur opiniones omniũ de Christo:diceret aliquis,quòd non erat ista cõfessio sufficiens, quia licet quidam hoc dicerent, aliorum positio erat multum diuersa : ponuntur ergo omniũ positiones, vt videatur, quòd licet particulariter non conuenirent: omnes tamen in hoc conueniebant, quòd Christum valde laudabant, & magna de ipso confitebantur.

Sed dicetur, quare non ponitur hic sententia Pharisęorum, & Scribarum ; & Saducęorum de Christo? non enim tenebant ipsi aliquid eorum, quę dicuntur hic,sed asserebant, ꝙ in Beelzebub dęmonia eijceret supra 9.& 12.c.Dicendum ꝙ illi non poterãt recipi conuenienter in testes,quia manifeste constabat illos esse ęmulos,& malignos:cum aperta Christi miracula detestarentur,& quanto ille maiora faciebat,tanto illi deteriora de eo dicebant, & nitebantur gratius ei nocere.non ergo positum fuit illorum testimoniũ: illi quidem non solum non dicerent eum esse ꝓphetam, sed etiam, nec esse a Deo, vt dicit Ioan.9.nõ est hic homo a Deo, qui sabbatũ non custodit, sed dicebant eum posseideri a dęmonio.Io.5.nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es, & dęmoniũ habes? & Mar.3.dixerunt Beelzebub habet, & in potestate dęmonis dicebãt miracula facere, saltẽ expulsiones dęmonum supra 9.& 12.solius ergo turbę, quę indifferens erat testimonia expressa sunt. Sic dicit Chrysoplebis mentẽ inuestigat,q̃ ad mala inflexa non erat,& si enim multo humilior, quam oportebat eorũ opinio erat de Christo, sed tamen a nequitia libera erat. Pharisęorum autem opinio de Christo erat plena multa malitia.

Quomodo potuerunt de Christo putare, quod erat Ioannes Baptista cum ille mortuus esset. Et quod videtur huiusmodi error ortum ab Herode habuisse. Quæst. XLIIII.

QVAERETVR qũo potuerunt de Christo putare,ꝙ erat Ioã.Baptista, quia ille mortuus erat cum eum decollauerit Herodes supra 14.

Dicendum, ꝙ putabant eum surrexisse a mortuis, & ita nunc miracula facere.Sed hoc qũo poterat credi, quia Io.Baptista, & Christus concurrerunt? nam Ioannes ostẽdit Christum coram populo Io.1.dicẽs: ecce agnus Dei, ecce qui tollit pcta mundi. Etiã ambo eodẽ tẽpore baptizauerunt, ita vt Ioanne baptizãte ante,plures discipulos iam Christus faceret, quam Ioannes.Io.3.& de hoc discipuli ęmularent̃ Christo eo.c.& audito hoc, ꝙ Pharisęi simul murmurarent dicentes,ꝙ plures discipulos faceret Iesus, q̃ Ioannes recessit de Iudęa in Galilęam.Io.4.Et etiam manens Ioannes in carcere misit discipulos ad Iesum interrogans per illos. tu es,qui venturus es? an alium expectamus?supra 11.& factum est coram turbis multis eod. c.& Lucę 7.nõ nõ poterat aliquis credere,ꝙ Iesus esset Ioannes resurgens ; quia ambo simul magno tẽpore superuixerunt pręsentibus eis, qui nunc erant.

Dicendum , ꝙ siquis diligenter Ioannẽ,& Christũ agnouisset:non posset errare circa hoc,sed ista opinio habuit ortum ex errore eorum, qui Ioannẽ,& Christum nõ agnouerunt simul viuentes.Vñ habuit ortũ ab Herode:ille enim audiens famã Iesu dixit:Ioannes Baptista surrexit a mortuis. Et iterum audiens Herodes famam Iesu ait pueris suis : hic est Ioannes Baptista supra decimoquarto , & hoc fuit, quia Hero-

des agnoscebat Ioannem, sed non Iesum, nunquam enim eum viderat, & cupiebat illum videre Lucæ 9. & tamen nunquam vidit illum, vsque ad diem quo occisus est, quia tũc Herodi præsentatus est Luc. vigesimotertio, & dicitur, quòd Herodes erat cupidus videre eum ex multis diebus. Secundo errabat Herodes, quia famam Christi non audiuit, vsque post mortem Ioannis, & ita fuit sibi causa putandi, ꝓ Ioannes surrexisset, qui ẽ cognouerant simul Ioannem, & Iesum viuentes non putabant Iesum esse Ioannem Baptistã, & ita fuit ista opinio Herodis, & aliorũ q̃ ignotum habuerant Iesum ante mortem Ioannis.

Cur potius populi putab ant Iesum esse Ioannem, quam aliquem alium. Quæst. XLV.

QVAERETVR dato, ꝓ potuisset credi Iesum esse Ioannem ab eis qui non nouerant ambos viuẽtes, cur putabant esse Ioannem, & cur potius quã aliquem alium.

Aliqui dicunt, ꝓ fuit hoc propter similitudinẽ officii, s. quia baptizabat, sicut Ioannes. Sic dicit Historia Scholastica.

Sed hoc non stat, nam Christus non baptizabat, sed discipuli eius, vt dicitur Ioan. 4.

Item quia dato, ꝓ putaretur baptizare, non magis crederetur de eo, quòd erat Ioannes Baptista, quam de aliquo discipulorum eius cum illi baptizarẽt. Tertio, & pręcipue patet, quia hoc esset præsupponendo, quòd illi qui putauerunt eum Ioannem Baptistã scirent, quòd baptizabat, & agnoscerent conuersationem eius, sed potius fuit econtrario, nam ista opinio orta est ab Herode, vt dicit Origenes, & colligitur s̃. 14. & Mar. sexto, & tamen ille non agnoscebat eum, sed solum audiuit miracula eius, de quibus expauit, vt colligitur Marc. sexto, non ergo vocauit eum Baptistam, quia baptizabat, quia hoc Herodes nesciebat, sed audierat solum signa, quæ faciebat. nam si audiret, quòd baptizaret de hoc non admiraretur, quia leue erat cuilibet baptizare, & tamen Ioannem Baptistam vocauit eum, quia audiuit illa magnalia de eo. ergo non quia baptizabat.

Dicendum ergo, ꝓ vera causa fuit magnitudo miraculorum Christi, nam talia audierat Herodes de Christo, ꝓ non putauit, ꝓ aliquis hominum illa facere posset, nisi Ioannes, ideo putauit, ꝓ surrexisset Ioannes, sic dicitur Luc. 9. Ioannem ego decollaui, quis est de quo talia audio? q.d. decollato Ioanne ego nescio quis talia facere possit, ideo credo, quod sit ipse, & surrexit a mortuis.

Quomodo Herodes, & cæteri, qui tenebant hanc positionem putabant Christum esse Ioannem Baptistam, cum Ioannes nullum fecisset miraculum. Quæst. XLVI.

QVAERETVR quomodo Herodes, & cęteri qui tenebant hanc positionem putabant Christum esse Ioannem Baptistam. nam admirabantur de multitudine, & magnitudine miraculorũ Christi: tamen Ioannes nullum miraculum fecerat, Io. 10. s. Ioannes quidem nullum signum fecit: melius ergo putarent, quòd esset Elisęus qui multa miracula fecerat, nam præter Moysen videtur Elisęus esse maior omnibus prophetis in miraculis. immo & multi putabant eum fuisse maiorem Moyse in miraculis, quia mortuos suscitauit duos, quod Moyses non fecit, quarto Regũ quarto, & 13.

Dicendum, quòd licet Ioannes viuens nullum miraculum fecerit: tamẽ resurgens putabatur miracula multa facturus, nam putauerunt antiqui, ꝓ oẽs sancti post resurrectionem erunt multo potentiores, quam cum viuerent. Sic dicit Rabanus: bene autẽ de resurrectionis virtute oẽs senserunt, ꝓ maioris potentię sunt sancti futuri cum a mortuis resurrexerint, quam fuere cum adhuc carnis infirmitate grauarentur: potẽtia autem sanctorum futura post resurrectionem accipiebatur ex meritis vitę, & non ex proportione potestatis, quam viuentes habuerunt, & quia inter homines nullus putabatur sanctior Ioanne, credebat ꝓ post resurrectionem nullus faceret tanta miracula, sicut Ioannes, & quia Iesus tanta miracula faciebat, putatum est, ꝓ ille esset Ioannes Baptista resurgens: de hoc dictum est supra 14. c. q. 8. & 9.

Quare ponitur prius de Ioanne, quam de alijs. Quæst. XLVII.

QVAERETVR quare ponitur prius de Ioãne quam de aliis. s. alii Ioannem Baptistam.

Aliqui dicunt, ꝓ in his nõ oportet cãm reddi. Nã de ordine non est magna q̃stio potissime, vbi est ordinatio in rebus per accidens, & ita est hic. Sed dicendum, ꝓ aliqua est causa ordinis hic, & prima videtur, quia forte ista opinio erat communior, & ponebatur, tanq̃ verisimilior, sicut n. Herodes credidit Iesum esse Ioannem resurgentẽ. s̃. 14. & Mar. 6. ita & multi alii crediderunt, & iõ ponit̃ prima. Sic dicit Theophi. multi namque putabant, ꝓ Ioannes a mortuis surrexisset, sicut & Herodes credebat, & post resurrectionẽ suam miracula ꝓpetrasset. Secundo ꝑ dignitatẽ personæ: erat. n. melior Ioãnes oĩbus noãtis, ideo opinio de eo pręposita est. Et hoc ẽt est verisimile, quia talis videtur esse hic ordo in oĩbus nominatis: nam Ioannes erat cęteris melior eo, ꝓ inter natos mulierum non surrexerat maior Ioanne Baptista. s̃. 11. & postea ponitur Elias, & ille pręcedit Ieremiam, quia Elias videbatur excellentior, tam in austeritate vitæ, quia vitam heremiticam tenuerat, & ẽt in operatione miraculorum, quia ipse primũ inter prophetas mortuum suscitauit. 3. Reg. 17. & post Ieremiam ponuntur prophetæ sine nomine, & istud est satis verisimile.

Quare putabant aliqui, quod Iesus esset Elias. Et quod Iudæi eiusmodi opinionem habebant de quocunque homine quem alijs excellere videbant. Quæst. XLVIII.

QVAERETVR quare putabant aliqui, ꝓ Iesus esset Elias.

Aliqui dicunt, ꝓ Christus baptizabat, & ita dicunt per vnum de prophetis significari Elisęum, ac si exprimatur Elias, & Elisęus, & causa est, quia Christus baptizabat, & isti duo pręfiguraueruntbaptismum per transitum Iordanis. nam transierunt Iordanem aperiendo aquas. 4. Reg. 2. c. Sic tenet Historia Scholastica.

Sed non stat. Primo, quia tunc oportebat, quòd Iudęi intelligerent, quod per illum transitum Iordanis pręfigurabatur baptismus Christi, sed falsum est, quia istud pertinet ad sensum mysticum. Iudęi autẽ nihil putabant significari per transitum Iordanis, sed solũ esse rem gestam. Secundo, quia ẽt si aliquid significatet, ille transitus erat leuis assimilatio ad hoc, ꝓ putaretur per hoc Christus eẽ Elias. Tertio, quia ꝑ baptismũ non magis arguebat̃ de Christo, ꝓ esset Elias, q̃ ꝓ esset aliquis de prophetis, quia officiũ baptizãdi omnibus prophetis competere poterat, sic patet Io. 1. qñ nuncii Iudęorum solicite quæsierunt a Ioanne, quare bapti-

baptizaret dicentes, si tu nõ es Christus, neque Elias, neque propheta, cur baptizas? & ita non erat specialis coniectura ad putandum, ꝓ esset Elias per hoc, ꝓ baptizabat.

Alii ergo dicunt, ꝓ vocauerunt eum Eliam propter feruorem zeli, fuit enim feruidus valde Elias cõtra cultores Baal, & occidit quadringentos prophetas Baal. 3. Reg. 18. ita Christus erat feruens: nam funiculo facto, quasi flagello exclusit ementes, & vendẽtes de templo Io. 2. dicens domus mea, domus orationis vocabitur, & vos feciſtis eam speluncam latronum, & hoc tenet Nicolaus.

Sed ista parua similitudo est, ideo dicendum, ꝓ nõ fuit hæc causa, sed quia putabatur Elias venturus, & quotidie expectabatur a Iudæis: dixerat enim Deus, ꝓ mitteret Eliam, vt conuerteret corda patrũ ad filios. Malach. 4. & putabant eum venturũ ad tempus Messię, ideo qñ Christus dixit discipulis transfiguratus añ eos, ꝓ nemini dicerent visionem, quousque filius hominis resurgeret a mortuis, dixerunt illi, quid ergo Scribę dicunt, quia oportet Eliam venire primum, & ob hoc ẽt Iudęi qñ videbant aliquem virum excellẽtem putabant, ꝓ ille esset Elias, aut Messias, quia isti expectabantur quotidie, & ideo Iudęi videntes Ioannem Baptistam, tam excellentis vitę, quæsierũt ab eo, an esset Christus, & cum dixisset, ꝓ non, quæsierũt an esset Elias. Ioã. 1. ita ergo cum Christus faceret tã admiranda, poterat de eo cogitari, ꝓ ipse erat Elias qui venturus erat: immo consideratis operibus suis nihil magis de eo cogitandum erat, q̃ ꝓ esset Messias, aut Elias, potiusquam Ioannes Baptista, licet forte illa positio plures haberet sectatores.

Sed dicetur si Elias crederetur esse Iesus, quomodo poterat hoc putari?

Dicendum, ꝓ Elias raptus est in curru igneo in cęlum. 4. Re. 2. & manet in Paradiso terrestri, nã Enoch manet in Paradiso terrestri. Ecclesiastic. 44. & tamen Enoch, & Elias simul esse feruntur, & reseruatur viuens, vt veniat temporibus suis. Ecclesiast. 48. & ideo iste non resurget, vt veniat. Si tamen quis crederet, ꝓ Elias mortuus erat poterat credere, ꝓ resurgeret, qa ita putauit Herodes, ꝓ Ioannes surrexerat a mortuis, & miracula faceret, supra 14. & Mar. 6. Sic dicit Origenes. s. alii Eliam. s. æstimantes, ꝓ aut secundam natiuitatem suscepit Elias, aut ex eo tempore in corpore viuens in tempore apparuit illo, & magis tñ credetur, ꝓ viuebat, & mittebatur nunc. quia ita scriptura innuit eum viuentem.

Quare putabatur a quibusdam, quòd esset Christus Ieremias. Qui fuit præcipuus intercessor apud Deum pro Iudęis, qui sumunt sanctificationem pro apparatu, & destinatione. Quæst. XLIX.

QVAERETVR, quare putabatur a quibusdam, ꝓ esset Ieremias.

Aliqui dicunt, ꝓ non oportet dari causa in erroribus oĩum, nec ad hoc astringimur. Sic dicit Hier. s. turbę potuerunt errare in Elia, & Ieremia, quẽadmodũ Herodes errauit in Ioanne, vnde miror quosdã interpretes causam errorum inquirere singulorum.

Dicendũ tñ, ꝓ licet errantes nõ habuerunt cãm ad errandum, quia si cãm haberent non esset error: tñ habuerunt saltẽ aliqua motiua colorata, & illa inquirimus. Aliqui aũt dicunt, ꝓ fuit hoc, quia Ieremias sanctificatus creditur in vtero, sicut Christus est sanctus ex vtero. Sic tenet Hist. Scholast.

Dicendum, ꝓ non stat. Primo, quia Iudęi non credunt Ieremiam sanctificatum in vtero, quia quod dr̃ Ierc. 1. antequam exires de vulua sanctificaui te: non accipiunt Iudęi pro sanctificatione, quæ est emundatio a pctõ originali, quod in vtero contrahitur, sed ꝑ apparatu, vel destinatione. s. antequam exires de vulua sanctificaui te. i. apparaui te ad mittendum te, sicut dicitur Iosue 3. sanctificamini in diem tertiũ. i. estote parati. Secundo, quia tunc præsupponeretur, ꝓ Iudæi isti sciebant Christum sanctum ex vtero, & tunc isti cognoscerent eum esse Deum, & hominem, & confessio istorum esset, sicut confessio discipulorũ. Tertio, quia aut isti putarent Christum esse natũ de muliere, aut non: si non putarent eum esse natũ nescirẽt eum sanctificatum, vel sanctum natum ex vtero, & sic nulla rõ esset comparandi eum Ieremiæ, si aũt putarent eum de muliere nunc natum, scirent eum nõ esse Ieremiam, quia Ieremias nõ poterat de nouo nasci, cum semel natus esset, & mortuus, sed resurgeret a mortuis, ideo non stat.

Alii dr̃t, ꝓ putauerunt eum Ieremiam ꝑ patientiam in aduersitatibus: multa. n. iniuste pertulit Ieremias a Iudęis, quia eis vera prædicabat ex parte Dei, vt patet ex discursu libri sui, ita & de Christo erat. Sic tenet Nicolaus.

Sed ista leuis assimilatio est, quia oẽs alii prophetę passi sunt multa, & occidebantur vera prædicantes, & rari sine tali passione euaserunt, vt dixit B. Stephanus. Act. 7. s. quem prophetarum nõ persecuti sunt patres vestri, & occidebant eos qui prenunciabant de aduentu iusti? cuilibet ergo prophetæ quantũ ad hoc Christus poterat comparari.

Alii dicunt, ꝓ putauerũt eum esse Ieremiam, quia Deus constituit illum prophetam in gentibus Iere. 1. scilicet prophetam in gentibus dedi te. Sic dicit Origenes. alii Ieremias quem dominus in gentibus prophetam constituit non intelligentes, quoniam Ieremias typus fuit Christi.

Sed non stat, quia tunc deberet constare, ꝓ Iesus esset propheta datus in gentibus, sed falsum est, qa potius constabat ꝯrium, nam ipse non ꝑdicabat gentilibus, & vetuerat discipulis ire in viam gentium, & introire in ciuitates Samaritanorum, supra 10.

Sed dicendum, ꝓ causa fuit, quia Iudęi spãlem spẽ habebant in Ieremiam, tũ quia erat ꝑcipuus intercessor, & orator apud Deũ, ꝑ Iudęis, & vrbe Ierusalẽ, tũ quia ipse veniebat ad confortandum eos, qñ erant in aduersitate, & dabat arma ꝯ hostes, sic patet, & Mach. 15. vnde Iudę Machabęo pugnaturo ꝯ Nicanorẽ apparuit Onias sacerdos, & Ieremias, & dixit Onias de Ieremia, hic est fratrum amator, & populi, hic est qui multum orat pro populo, & vniuersa ciuitate Ieremias propheta Dei; extendit autem Ieremias dextrã, & dedit gladium aureum Iudę Machabęo dicẽs: accipe sanctum gladium, munus a Deo, in quo deiicies aduersarios populi mei Israel: ita Iudęi poterãt expectare Ieremiam venturum specialiter ad subueniẽdũ eis in aliqua tribulatione.

Quis erat vnus de prophetis quem putabant Iesum esse. Et quod nullus prophetarum veteris testamenti, tot tantaq; miracula patrauit, sicut Elisęus. Quæst. L.

QVAERETVR quis erat vnus de prophetis quẽ putabant esse Iesum.

Aliqui dicunt, ꝓ ille erat Elisęus. Sic tenet Historia Schol. & dicit hoc esse, quia Elias, & Elisęus transierunt Iordanem, in quo designabatur baptismus, & quia Christus baptizabat, putabant eum Elisęum. Sed dicendum, ꝓ istud motiuum nullum est, vt ostẽsum est, supra q. 49. cum de Elia diceretur.

Sed dicendum, ꝙ ſi putaretur eſſe Eliſeus, melius eſſet hoc propter operationem miraculorum, quam propter aliquid aliud, quia nullus prophetarum veteris teſtamenti tot, & tanta miracula patrauit, duos q̃pe mortuos ſuſcitauit. 4. Reg. 4. & 13. & multa alia, de quibus. 4. Reg. 4. c. 2. vſque 13. & Eccle. 48. c. Chriſtus autem iam duos mortuos ſuſcitauerat, ſicut Eliſæus, ſ. filiam archiſynagogi, ſupra 9. cap. & filium viduę in Naym. Luc. 7. Lazarum autem nōdum ſuſcitauerat, quia paucis diebus ante mortēm ſuam illum ſuſcitauit, vt colligitur. Io. 11. in cæteris etiam miraculis magis Chriſtus ſimilabatur Eliſęo, quam cæteris, licet eum incomparabiliter Chriſtus excederet, quia fecit opera, quæ nemo alius fecit. Io. 15. ideo putari poterat Eliſeus.

Sed dicendum, ꝙ non accipitur hic pro Eliſęo, qa tunc exprimeretur ſi de illo diceretur, ſicut cęteri nominatim exprimuntur, ſed accipiť generaliter, ꝙ propheta quocunque. ſ. ꝙ putabant eū eſſe prophetā q̃cunque eſſet ille, & hoc quia opera ſua talia erant, vt eum oſtenderent prophetam, & tamen ipſi eum neſciebant nominare. Sed obiicietur, ꝙ Mar. 8. dr̃ alii vero, quaſi vnum de prophetis, & ſic non putabant eū prophetam, ſed prophetis ſimilem.

Dicendum, ꝙ putabant eum vere eſſe prophetam, & tn̄ dr̃ quaſi vnum de prophetis, quia quaſi nō dicit ſolam ſimilitudinem, ſed interdum dicit identitatē, vt Io. 1. vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a Patre, & tamen ille erat vere vnigenitus, ſed dr̃ quaſi vnigeniti ad oſtendendum, ꝙ totum, quod apparere debebat in vnigenito vero ad hoc, ꝙ putaretur vnigenitus, apparuit in illo, ita Chriſtus putabať, quaſi vnus de prophetis, quia omnia, quę requirebantur ad eſſe prophetam apparebant in eo.

Qui prophetæ erant iſti de quorum numero cenſebatur Chriſtus an viui, vel mortui. Quæſt. LI.

QVAERETVR de iſtis prophetis cum dicitur, aut vnum ex prophetis, qui prophetæ erant iſti, an viuentes, vel mortui.

Dicendum, ꝙ intelligitur de prophetis mortuis. Primo patet ex eis quorum nomina expreſſe ponuntur, quia omnes illi mortui erant, ſiue erant in alio ſęculo, ſcilicet, Ioannes, Elias, Ieremias. Secundo patet, quia dicitur, aut vnum ex prophetis, & ſic ponit vnus de numero exiſtentium, propheta enim exiſtentem nominat, ideo non poteſt vocari vnus de pphetis, niſi qui aliq̃ fuerit propheta, aliter. n. deberet dici, ꝙ erat Ioannes, aut Elias, aut Ieremias, aut propheta, cum aūt dixit, aut vnum de prophetis, loquitur de prophetis redactis ſub certo numero, & tn̄ prophetæ futuri non ſunt ſub certo numero, quia neſciebatur quot, aut qui futuri erant, & an aliqui futuri erant, ideo non p̄t dici vnus de prophetis, niſi vnus de prophetis, qui fuerunt, quia illi ſub certo numero, & noīe ſunt. Tertio patet, & efficacius, quia expreſſe dr̃ Luc. 9. de prophetis mortuis. ſ. a quibuſdam dicebatur, ꝙ Ioannes ſurrexit a mortuis, ab aliis, quia Elias apparuit, ab aliis autem, quia vnus de prophetis antiquis ſurrexit, ideo non p̄t intelligi de viuentibus. Quarto, quia hoc cōpetebat motiuo Iudęorum, ideo namque nominauerāt illos propheras mortuos. ſ. Ioannem, & Ieremiam, quia putabant ſanctos poſt reſurrectionem futuros potentiores (vt ait Rabanus) & quia Chriſtus talia faciebat, qualia nemo viuens fecerat, putauerunt ꝙ nō poſſet ipſe eſſe aliquis propheta nouiter natus, ſed aliquis de mortuis qui reſurrexit. ita ergo illi prophetæ, qui ſine nomine ponuntur, oporter ꝙ intelligantur de mortuis, vt putetur tantas virtutes per aliquē eorum poſſe exerceri.

Quare diſcipuli non dixerunt hic de Chriſto, quod alij dicerent eum Meſſiam. Et quod Chriſtum eſſe Meſſiam, nunquam eo viuente ab aliqua parte populi firmiter creditum eſt. Et quomodo moti fuerunt a Deo pueri, qui clamauerunt, Oſanna. Quæſt. LII.

QVAERETVR, quare diſcipuli non dixerunt hic, ꝙ alij dicerent eum Meſſiam. Nam aliqui hoc dicebant, vt ſupra 12. nunquid hic eſt filius Dauid. Et Io. 7. nunquid hic eſt Chr̃s. Et iam Luc. 7. dr̃ propheta magnus ſurrexit in nobis, & viſitauit dominus plebē ſuam. Et Io. 6. dicitur, ꝙ dixerunt, quādo ſaturauit turbas, hic eſt vere propheta qui venturus eſt in mundū, & tamen ille eſt Meſſias.

Dicendum, ꝙ nō fuit poſita talis ſnīa inter opiniones plebis. Primo, quia opiniones plebis, licet aliquid laudis Chriſti ꝓtinerent, tn̄ verę non erant, iō repulſæ ſunt, & ſola poſitio diſcipulorū accepta eſt, ſi aūt poneretur iſta inter opiniones plebis ēt putaretur repelli, & eſſe parvę auctoritatis, iō non fuit poſita. Secūdo quia diſcipuli poſituri erant ꝓfeſſionē ſuam, q̃ maiorem laudē contineret, & q̃ reciperetur, & tn̄ approbā da erat hæc ſnīa. ſ. ꝙ Ieſus eſſet Meſſias, iō non debuit poni inter ſnīas plebis, quia ēt ſi aliqui de plebe ſentirent, id quod diſcipuli ſentiebant, & credebāt de Chriſto, non erat decens poni inter opiniones plebis ſententiam diſcipulorum, quia tunc putareť, ꝙ talis erat diſcipulorum ſnīa, qualis opinio plebis. i. tam leuis, & incerta, & ſine fundamento, & non ex alia origine, & ita fieret minus veriſimilis: p ſe igitur a ſolis diſcipulis poſita eſt. Tertio, & prępcipue fuit, quia illa nō fuit de opinionibus plebis, nam hic ponunť illę opiniones, q̃ firmiter tenebanť apud populares. quaſi ſnīæ, licet falſę eſſent: Ieſum aūt eſſe Meſſiam, nunq̃ firmiter creditum eſt ab aliqua parte populi, ideo nō meruit, neque potuit poni inter opiniones plebis. Et patet hoc de eo, quod dr̃ ſupra 12. qſi Chriſtus fecit miracula magna: nam dixerunt quidam, nunquid hic eſt filius Dauid. i. Meſſias, & ſic ſub dubio locuti ſunt, & nō dixerunt determinate, hic eſt filius Dauid. i. Meſſias. De eo, quod dr̃. Io. 7. nunquid hic eſt Chriſtus idē eſt, qa non dixerunt determinate, ſed ſub dubio, & mouebā tur ad hoc ex quibuſdā apparentiis. ſ. quia miracula magna faciebat, & non videbať, ꝙ aliquis poſſet venire q̃ maiora faceret. eo. c. ſ. Chriſtus cū venerit, nunqd maiora faciet, q̃ q̃ hic facit? & tn̄ non erat opinio iſta perſeuerans apud aliquos. De eo, quod dr̃ Luc. 7. pōt dici, ꝙ non apparet manifeſte, an loquanť ibi de Meſſia, quia pōt intelligi de Elia, vel quoeunque alio propheta mortuo, qui reſurgeret: nam ſanctos in reſurrectione maioris poteſtatis futuros credebant, vt ſupra dictum eſt, & ideo Ieſum putabāt eſſe aliquē prophetam de mortuis, vt dictum eſt pręced. q.

Alio modo dicendum, ꝙ intelligebant de Meſſia, & tamen non fuit illa confeſſio permanens, ideo non fuit poſita inter ſententias plebis.

De eo autem, quod dicitur. Io. 6. dicendum, ꝙ poſſet intelligi, ꝙ illi accipiebant pro Elia, nam Elias venturus erat, & Iudęi quotidie eum expectabant, ſicut dixerunt diſcipuli Chriſto, ſequen. c. quomodo Scribæ dicunt, ꝙ oportet Eliam venire primum, & ita putabant illum forte eſſe Ieſum, ſicut nunc quidam dixerunt eum eſſe Eliam.

Alio modo pōt dici, & melius, ꝙ de Meſſia loquebantur, & tamen non fuit iſta opinio manens, nā ipſi q̃ dixerūt hoc nihil credebāt ſequēti die circa Ieſum, ſed

ſed potius petebant ſignum ab eo ad hoc, quòd crederent ei, vt patet Io. 6. nam cum venireſſent ſequenti die ad Chriſtum dixit ille: queritis me non, quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis: operamini, ergo non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitā ęternam. Et dixerūt quid faciemus, vt operemur opera Dei? & Chriſtus ait hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quem miſit ille, & illi dixerūt, quod ergo tu facis ſignū, vt videamus, & credamus? & ita licet pręcedenti die dixiſſent eſſe eum vere prophetam venturum in mundum, non manſit eis iſta opinio ſaltem per duos dies, ideo non debuit poni inter opiniones populi, quia iſti non credebant hoc: licet illud dicerent.

Sed obiicietur, quòd ab aliquibus firmiter crederetur: nam mulier Chananæa credidit, & magnam fidem habuit, ſicut Chriſtus laudat eam o mulier magna eſt fides tua pręcedenti cap. & tamen illa dixit miſerere mei fili Dauid, ſed filius Dauid eſt Meſſias.

Dicendum, quòd etiam ſi iſta mulier hoc vere crediderit, & etiam, quòd eſſet Deus, non ponitur hic inter opiniones plebis, quia hic ponuntur opiniones Iudæorum de Chriſto: mulier autem illa Chananæa erat. Secundo quia etiam ſi ponerentur opiniones gētilium non debuit hoc poni pro opinione aliqua, eo quòd mulier illa ſola erat, & non cōſtituebat opinionem narrandam.

Sed obiicietur, quia duo cæci dixerunt Chriſto fili Dauid miſerere noſtri ſupra 9. capitu. & tamen illi Iudæi erant.

Dicendum, ꝙ hoc non cōſtituit opinionem, quia licet illi vere crederent, ſic Chriſtus dixit eis ſecundū fidem veſtram fiat vobis, tamen non fuit confeſſio perſeuerans, quia non audierunt diſcipuli forte talia dici poſtea ab aliis, & tamen id, quod ponitur tanquā plebis opinio oportet, quòd a multis de plene teneretur, & perſeuerantер aſſereretur: iſti autem duo opinionem non conſtituebant.

Sed adhuc obiicietur, quia Chriſtus a tota turba puerorum Iudęorū vocatus eſt filius Dauid die ramis palmarum, quando receptus eſt in Ieruſalem, infra 21. & Mar. 11. & cum ſacerdotes, & ſcribę ſuaderent Ieſu, quòd increparet illos ſic clamantes dixit, quòd non faceret, quia illa erat bona laus, & ita a plurimis dictum eſt hoc.

Dicendum, quòd illud nondum acciderat, quando Chriſtus quæſiuit a diſcipulis quem dicunt eum homines, & ideo etiam ſi poſſet illud conſtituere opinionem vnam plebis, non ponitur hic.

Aliter poſſet dici, quòd etiam illud ſi pręceſſiſſet conſtitueret opinionem populi, quia non erat ſententia manens, ſed Deus mouerat pro tunc corda puerorum Iudæorum ad laudandum Chriſtum, & poſt illud immediate ceſſarent ab illa cōfeſſione, ſicut eſt in propheta quandiu manet actualis illuſtratio, quia tunc tangitur cor eius, & prædicit aliqua: poſtea autem ceſſat. Sic Chriſtus dixit reſpondens ſcribis, & ſacerdotibus ſuadentibus, quòd increparet pueros: non legiſtis, quia ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem. Et apparet magis, quòd a Deo mouerentur pro tunc, quia dixit Chriſtus ſi iſti tacuerint lapides clamabunt, Lucę decimonono, ideſt quia Deus facit hoc non poſſunt iſti tacere, nam ſi iſti tacerent, etiam lapides cogerentur clamare, & ita non erat iſta confeſſio manens ad hoc, quòd conſtitueret vnam de opinionibus plebis, & ſic diſcipuli non poſuerunt iſtam cum cęteris opinionibus plebis, & iſta eſt eauſa propria.

Quare non eſt creditum communiter, vel ſaltem a multis, quòd Chriſtus eſſet Meſſias: cum Ioannes Baptiſta licet nullum miraculum feciſſet, tamen credebatur communiter, quòd eſſet Meſſias. Et quòd Chriſtus omnia fecit, per quæ conſtabat ſufficienter eum eſſe Meſſiam, aliter Iudęi eſſent ſine culpa nō credendo. Quæſt. LIII.

QVAERETVR cum Chriſtus faceret opera tam excellentia, propter quę tales opiniones erant de eo, quare non creditum eſt communiter, vel ſaltem a multis, ꝙ eſſet Meſſias, ita vt vna de opinionibus plebis eſſet eū eſſe Meſſiam, ſicut eſſe Ioannem, vel Eliam, vel Ieremiā. Maxime, quia Ioannes Baptiſta fuit tempore Chriſti, & non fecit miraculum aliquod Io. 10. ſcilicet Ioannes quidem nullum ſignum fecit, & tamen credebatur communiter, quòd eſſet Meſſias Lucę 3. ſcilicet exiſtimante populo, & cogitantibus hominibus in cordibus ſuis de Ioanne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus, & ipſe negauit illud eodem c. & Act. 13. ſcilicet quem me putatis eſſe non ſum ego, & tamen Iudęi miſerūt nuncios ad eum dicentes, an eſſet Chriſtus. Ioan. 1. & ipſe negauit. Ieſus autem e contrario multa miracula faciebat per quę rationabiliter credi poterat eum eſſe Chriſtum, & præter hoc Ioannes teſtimonium perhibebat, quòd ille eſſet Chriſtus Ioan. 1. ſcilicet ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi, & tamē cum his omnibus nunquam populus credidit eo viuente, ꝙ eſſet Meſſias, nec etiam a plurimis firmiter putatum eſt. Dicendum quòd fuit hoc, Primo propter aduerſitatem Phariſæorum, & ſcribarum contra Chriſtum erant enim Phariſæi, & ſcribæ doctores plebis, & ſequebatur eos totus populus in omnibus, quæ docebant, ipſi tamen valde aduerſabantur Chriſto dicentes eum non eſſe a Deo Ioan. 9. ſcilicet non eſt hic homo a Deo, qui ſabbatum non cuſtodit, & operari in poteſtate dęmonum ſupra 9. & 12. ſcilicet in Beelzebub dęmonia eiicit, quod faciebant propter multa de quibus dictum eſt ſupra 9. cap. q. 52. ideo valde populus diſtrahebatur credere id, quod credendum erat de Ieſu. de Ioanne non fuit ſic ſaltem a principio: nam Phariſæi, & ſcribæ non aduerſabantur ei, ſed potius multi Phariſæorum ibant, & audientes doctrinā eius baptizabantur ab eo in Iordane ſupra 3. cap. ideo credebatur de Ioanne, quòd eſſet Meſſias. Secundo fuit, & præcipue, quia Deus non concurrebat cum Iudæis mouens animos eorum ad credendum hoc, & ideo licet viderent ſigna multa manebat cor eorum obtenebratum, & non credebant iſtud factum eſſe, quia ſi Iudæi credidiſſent Ieſum eſſe Meſſiam ante mortē nunquam illum occidiſſent, & tamen mors ſua erat neceſſaria ad ſalutem noſtram, quia ad hoc venerat, ideo non concurrit cum eis, vt hoc crederent. Et patet hoc, quia quando diſcipuli confeſſi ſunt infra in litera Ieſum eſſe Chriſtum: dixit eis, quòd nemini dicerent, quia oportebat eum multa pati, & reprobari a ſenioribus, & idem Mar. 9. & Lucę 9. quaſi diceret ſi iſta publicarentur impediretur paſſio ſua, quam ipſe toleraturus erat conſilio ſeniorum, ideo non erat hoc publicandum, & ob hoc licet Chriſtus faceret omnia per quæ conſtare poſſet eum eſſe Meſſiam, & Ioannes de illo teſtimonium perhibuiſſet, non credebant Iudæi, ſed manebant ſemper ſub dubio, vnde dicebāt ſub dubio, nunquid hic eſt Chriſtus Ioan. 7. & nunquid hic eſt filius Dauid ſupra 12. cap. & etiam interdum ab ipſo Chriſto quærebant, vt Io. 10. quando Iudei in porticu Salomonis circundederunt eum dicēntes quouſque tollis animas noſtras? ſi tu es Chriſtus dic nobis palam, & ille ait loquor vobis, & non creditis, opera quæ ego facio in nomine patris mei teſti-

monium

monium perhibent de me, & tamen cum hęc dice- F
ret adhuc non credebant, sed magis scandalizabātur,
quia filium Dei se faciebat Iesus. Et hoc erat, quia ob
tenebratum erat cor illorum ad Roma. 11. cęcitas cō-
tigit in Israel donec intraret plenitudo gentium, hoc
etiam interdum accidebat discipulis Christi, quòd vi-
dentes miracula Christi nihil crederent, sed potius
turbarentur: sic patet Mar. 6. scilicet, & ascendit ad il-
los in nauim, & cessauit ventus, & plus magis intra se
stupebant: non enim intellexerant de panibus: erat
enim cor eorum obcęcatum, & sic discipuli, qui vide-
rant dominum pauisse turbas non intellexerant quo-
modo miraculum illud fecisset, quia non putabant
in eo esse potestatem ad hoc, & ideo stupebant, quan-
do viderunt, quòd placauerat ventos, & hoc totum G
erat, quia cor eorum obcęcatum erat, ita vt miracula
manifesta non cognoscerent, & hoc quia Deus non
concurrebat cum eis ad hoc. A fortiori ergo in Iu-
dæis esset ista obcęcatio propter causam dictam, & ta-
men Christus omnia faciebat per quę sufficienter
constare posset eum esse Messiam, quia si hæc occul-
taret, essent omnino Iudæi sine culpa si non crederēt,
vel si eum occiderent, sed respectu Ioannis non fue-
runt obcæcati Iudæi, ideo ex leui causa mouebantur
ad credendum, quòd ipse esset Messias, & ista est cau-
sa prę cipua.

Quare Christus quæsiuit ab Apostolis quid de eo sentirent, quia H
ipse hoc sciebat. Et similiter Deus scit quid nos acturi su-
mus, tamen vult, quòd actualiter illud operemur, &
coram eo mereamur. Quæst. LIIII.

QVAERETVR quare Christus quæsiuit ab
Apostolis quid de eo sentirēt, quia ipse no-
uerat quid de eo sentirent, quia vt dicitur
Io. 2. ipse enim sciebat quid esset in homi-
ne, & non erat opus, quòd quis testimonium ei per-
hiberet.

Dicendum, quòd primo fuit propter nos, vt nos
sciremus quid discipuli tunc de Christo credebant,
sic enim de turbis erat: nam Christus etiam nouerat
quid turbę de eo dicerent, sed interrogauit, vt scribē-
tibus hęc euangelistis nos sciremus qualis opinio de
eo tunc haberetur, & ita opus fuit, vt nos sciremus
quid discipuli sui de illo crederent, ideo quęsiuit, vt
sic scriberetur, & sciretur. Secundo fuit, vt per hoc
mererentur Apostoli, & Christus daret eis prę mium.
Quòd patet, quia pro confessione hac, quam fecit Pe-
trus concessit ei Christus bona magna, vt patet in li-
tera, & ita de nobis est, quia Deus scit quid acturi si-
mus, & tamen vult, quòd actualiter aliquid operetur,
vt per illud mereamur coram eo. Sic dicit Rabanus
non autem, quasi nesciens sententiam de se discipu-
lorum interrogat, vel extraneorum, sed ideo discipu-
los quid de se sentiant interrogat, vt confessionem re-
ctę fidei digna mercede remuneret. Tertio fuit, vt ip- K
sos discipulos confirmet in eo, ꝙ credebant, quia for-
te leuiter mentibus quorundam hoc inhęterat, &
Chtistus per collaudationem sententię Petri confir-
maret animos discipulorum, vt hoc firmius crederēt.
Quarto fuit propter nos, vt nos ex sententia Christi
sciamus quid de eo credere debeamus: nam Petrus
cōfessus est hic Iesum esse Christum, idest Messiam,
& filium Dei, & Iesus istam sententiam laudauit, di-
cens eam esse a Deo reuelatam, & non per doctrinā
humanam, neque per aliquam leuitatem introductā,
& ita iam nos scimus ex ore Christi, quòd hoc de eo
credere debemus, tanquam Deo illud reuelante, &
hoc fuit præcipuum.

Quare Christus dixit quem me esse dicitis.
Quæst. LIIII.

QVAERETVR quare Christus dixit quem me
esse dicunt, vel quem me esse dicitis?

Dicendum, quòd Christus ex modo in-
terrogationis suę trahebat discipulos ad id quod re-
spondere deberent, quasi dicat non solum putetis me
esse id quod videtis, quia aliud est præter id, quod vi-
detur, & innuebat, quòd plus de eo credebatur, quam
apparebat, & ita plus credendum erat, & ab omnibus
supponebat aliud credi, quam appareret, & tamē quid
determinate teneri deberet quęrebat: cum peteret,
quem dicunt eum esse. Sic dicit Hilarius, scilicet G
dicendo ergo quem dicunt homines esse filium ho-
minis, significauit prętер id, quod in se videbatur esse
aliud sentiendum, erat enim hominis filius, quod igi-
tur de se opiñandi iudicium desiderabat non illud ar-
bitramur, quod sępe confessus est, sed occultum erat
de quo quęrebatur, in quod se credentium fides de-
bebat extendere.

Quare dicitur vos autem quem me esse dicitis.
Quæst. LV.

QVAERETVR quare dicitur vos autem quem
me esse dicitis.

Dicendum, quòd hoc dixit, vt eos a turbis
traheret, & per hoc innuebat quid respondere debe-
rent, scilicet non eadem, quæ turbæ tenebant, scilicet
vos autem quem me esse dicitis, idest hæc sunt, quæ
populus tenet, & tamen vos non debitis hoc tenere,
sed altiora, cum de me maiora cognoscatis. Sic dicit
Chryso. scilicet, quia vere discipuli opinionem turbæ
recitauerant, euocat eos per secundam interrogatio-
nem ad opinandum aliquid maius de ipso, & ideo di-
cit: vos autem quem me esse dicitis? vos inquam, qui
simul mecum estis semperque maiora signa vidistis,
non oportet vos in opinionem conuenire cum tur-
bis, & propter hoc non a principio prædicationis eos
interrogauit, sed postquam signa multa fecit, & mul-
ta locutus est eis de sua deitate. Sic etiam dicit Cyril- I
lus: vos quem me esse dicitis, o quam præcipuum il-
lud, vos: excepit eos ab aliis, vt eorum vitent opinio-
nes, quasi dicat vos, qui censura mea vocati estis ad
Apostolatum testes miraculorum meorum quem
esse dicitis?

Alij autem dicunt, quòd fuit ad ostendendam di-
gnitatem Apostolorum, quia illi non erant, vt homi-
nes, sed vt dii, qui aliquid de Christi deitate sentiebāt,
& ideo turbas vocauit homines, quia de Christo solū
sentiebant esse hominem, istos autem, quia plus hu-
manitate de Christo sentiebant non vocauit homi-
nes, sed a cęteris segregando dixit vos. Sic dixit Hie-
rony, quia ex textu sermonis Apostoli nequaquam
homines, sed dii appellantur, cum enim dixisset quē
dicunt homines esse filiū hominis subiecit, vos autē
quē me esse dicitis, quasi dicat illi, qui homines sunt
humana opinantur, vos qui dij estis, quem me esse exi
stimatis?

Quare Christo interrogante nunc quem dicerent ipsum Apo-
stoli respondit solus Petrus. In quo ostenditur,
quod vnica est fides Ecclesiæ.
Quæst. LVI.

QVAERETVR quare Christo interrogante nūc
quem dicerent ipsum Apostoli respondit so-
lus Petrus, cum prius interrogante eo quid
turbę crederēt responderint omnes discipuli, vt patet
in

in litera. Dicendum, quòd solus Petrus nunc respon- A
dit, quia ita omnes scribunt manifeste, vt patet hic, &
Mar. 8. & Lucę 9. Et dicunt quidam fuisse, quia cum
Christus ab omnibus quęreret, omnes respondere
volebant: Petrus tamen, qui vbique feruentior est, &
magis affectus ad Christū pręuenit omnes respondē-
do, & sic solus respondit. Sic dicit Cyrillus: pręuenit
autem Petrus cęteros: fitque os totius collegii: eru-
ctatque diuini amoris eloquia, profertque fidei con-
fessionem. Secundo dicunt alii, quòd Petrus respon-
dit solus, quia totius collegii Apostolorum nomine
respondit, & cum ipse esset prę cipuus pertinuit po-
tius ad eum respondere, quam ad cęteros. Sic dicit
Hiero. quando vero dominus de plebis opinione in- B
terrogat omnes respondent, sed omnibus discipulis
interrogatis Petrus, tanquam os Apostolorum, &
caput pro omnibus responder. Tertio potest dici, ꝙ
quęsito de opinione plebis omnes responderunt, eo
quòd nemo dubitabat quid respondendum esset: cū
planum esset quid populus de Christo sentiret: inter-
rogati autem de propria sententia fuerunt tardi re-
spondendo, & forte, quia timuerunt, quòd discorda-
rent in respondendo, & nolebant redargui a Chri-
sto, sicut solitus erat arguere eos in similibus erro-
ribus, vt supra in litera, quando intra se dicebant,
quia panes non accepimus. Etiam quia volebant cau-
te respondere, ideo morabantur, & tunc, quia Petrus
erat cęteris feruentior respondit. Quarto factum est,
quia forte Christus tenuit corda discipulorum cęte- C
rorum, vt non responderent, sed solus Petrus respon-
deret, quia fides catholica vna est vbicunque, & apud
quoscunque sit, ideo conueniens fuit confessionem
eius per vnū fieri: licet esset illa fides multorū. Quin-
to, quia cum Petrus esset futurus pastor, & populus
debet tenere talem fidem qualem pastor confitetur,
& Petrus futurus erat vniuersalis pastor: voluit Chri-
stus, quòd confessio fidei esset per Petrum solum, vt
innuatur, quòd talis fides tenenda est qualem prędi-
cat Romana sedes, quæ est caput, & mater ecclesiarū
cui Petrus prę fuit. Sexto fuit ad ostendendum vnita-
tem ecclesię, quia fides est ecclesię, quæ nunquam
deficit, & illa est vnica, licet sit dispersa per totum or-
bem, ideo ad designandam istam vnitatem debuit cō-
fessio fieri per vnum. Septimo fuit ad prę mium non
diuidendū. Christus enim pro ista confessione datu-
rus erat prę mium, sicut apparet in Petro, cui dixit ista
quæ habentur in litera, si autem omnes confiterentur
hoc, vel nulli Christus daret prę mium, vel daret om-
nibus, & tamen non decebat dari omnibus, quia da-
bat hic claues regni cęlorum, quę a principio non de-
buerunt multis simul promitti, sed vni, ideo debuit
vnus confiteri, vt illi vni posset dari, vel promitti istud
præmium, quod in primo factum est.

An Petrus respondit pro omnibus, vel pro se solo. cum Christus
ad solum Petrum se dirigit eum laudando de confessione.
Quæst. LVII.

QVAERETVR an Petrus respondit pro omnibus
vel pro se solo.

Dicunt quidam, quòd pro se solo: nam si
pro omnibus loqueretur, omnes hoc approbarent,
vel loquerentur, sicut quando interrogati sunt quem
dicerent homines esse filium hominis omnes respō-
derunt. Secundo & efficacius, quia tunc vere dirige-
ret sermonum suum ad omnes laudando responsio-
nem istam tanquam omnium, & tamen ad solum Pe-
trum se dirigit. Et primo quantum ad originem scię-
di. quia dixit caro, & sanguis non reuelauit tibi, & ta-
men si omnium esset responsio diceret Christus ca-
ro, & sanguinis non reuelauit vobis. Secundo, quia
Petrum solum laudat, dicens Beatus es Simon Bario-
na, si tamen omniū esset responsio diceret: beati estis.
Tertio, quia dedit ei soli aliam excellentiam, dicens
tu es Petrus, quod designat principalitatem, & quasi
pastorem eum facit. Quarto, quia ei soli expresse hic
claues promittit.

Alii dicunt, quòd Petrus pro omnibus respondit.
Et patet primo, quia si non respondisset pro omnibus
quilibet responderet postea pro se, cum Christus quę-
siuisset ab omnibus, & sententias omnium vellet ha-
bere, dicens vos autem quem me esse dicitis? Secun-
do, quia ita tenetur communius a doctoribus anti-
quis. Sic enim dicit Chry. Petrus tāquam os Aposto-
lorum, & caput pro omnibus respondet. Cyrillus etiā
dicit: pręuenit Petrus cęteros: fitque os totius colle-
gii, nisi pro omnibus responderet, ergo pro omnibus
respondit.

Dicendum, quòd hic potest dubitari de duobus.
Primum est an id, quod Petrus respondit crederent
cęteri, & illud responsuri essent si oporteret responde-
re. Secundum est dato, quòd esset eadem fides omniū,
an Petrus pro se solo hoc dixerit, vel quasi gerens vi-
cem omnium.

De primo dicendum, quòd necesse est dici omnes
tenuisse eandem confessionem, quam Petrus, & si si-
gillatim Christus vota eorum scrutaretur, vel peteret:
idem singuli responderent. Et patet primo, quia Chri-
stus petiuerat confessionem eorum dicens, vos autē,
&c. si ergo alii viderent, quòd confessio sua non erat
eadem, quę Petri, diceret quilibet pro se, quid senti-
ret, vt si forte Petrus argueretur, tanquam non bene
sentiens, non arguerentur ipsi. Secūdo, quia Christus
sciebat mentes singulorum, & si sciret, quòd sententia
aliorum discordaret a sententia Petri peteret ab eis
quid sentirent, & non perirent, ideo sciuit, quòd idem
tenebant cęteri. Tertio & prę cipue, quia dicitur infra
in litera, & Mat. 8. & Lucę 9. quòd comminatus est
discipulis, ne cui dicerent, quòd ipse esset Christus: er-
go omnes illi credebant, quòd ille erat Christus, &
ista erat confessio Petri, ergo omnium illorum fuit
etiam sententia eadem, quæ Petri, quia aliàs frustra
D esset comminari eis, ne cui dicerent, nam si non cre-
derent, non dicerent alicui. Quarto si non esset con-
fessio Petri eadem, quæ aliorum, argueret Christus il-
los valde, quasi incredulos, quia aliquando valde in-
crepabat eos pro paucitate fidei, sicut fuit in panibus
præcedenti cap. & in mari supra 8. a fortiori autē eos
increparet nunc si circa id, quod erat potissimum, &
in quo tota fides consistebat, essent infideles, & tamen
neminem nunc increpuit, ergo sententia omniū fuit
eadem, quæ Petri.

De secundo dicendum, ꝙ determinate non cōstat
an nomine omnium Petrus responderit, vnde vide-
tur magis conuenire litęrę, quòd Petrus pro se solo
respondit, quia alias oportebat, ꝙ cęteri committerēt
E sibi potestatem loquendi, quod non apparet. Secun-
do, quia tunc saltem in modo loquendi ostenderet, ꝙ
nomine multorum loqueretur, & tamen non facit,
sic enim interdum facit, vt Ioan. 6. quando propter
durum sermonem Christi multi de discipulis eius
abierunt, dixit Christus ad duodecim, nūquid, & vos
vultis abire, & tunc Petrus nomine omnium dixit:
domine ad quem ibimus? verba enim vitę ęternę ha-
bes, & tamen hic non expressit, quòd pro multis
loqueretur, ideo videtur, ꝙ pro se solo locutus est.
Tertio, & prę cipue, quia si Petrus loqueretur nomi-
ne omnium, ista confessio esset omnium, & non ma-
gis Petri, quam cęterorum, & sic non magis merere-
tur Petrus cōfitendo, quam cęteri, immo maius esset
meritum

meritum aliorum simul, quam solius Petri, quia quilibet aliorum mereret ex hac confessione, & tunc premium daretur omnibus, vel nulli, & tamen soli Petro datur, vt patet in litera: nam aliis nihil Christus dicit, vt supra dictum est, ergo pro seipso loquebatur Petrus. Quarto ex origine confessionis, quia quando Christus dixit, ꝙ ista confessio non procedebat ex humana doctrina, dixit Christus Petro, caro & sanguis non reuelabit tibi, sed pater meus, si tamen non esset ista confessio solius Petri, sed nomine omnium, quasi ex commissione, & concordia votorum confiteretur, non diceret Christus, caro & sanguis non reuelauit tibi, sed non reuelauit vobis, ergo pro se solo Petrus locutus est.

Dicendum videtur, ꝙ Petrus pro se solo nunc respondet, nam quia Petrus erat feruentior vbique, & ad Christum magis affectus, quam cæteri, cum Christus quęreret quid illi sentirent de eo, pręuenit Petrus cęteros, & dixit quid sentiebat, cęteri vero videntes, ꝙ Petrus dixerat id, quod illi dicturi erant, tacuerunt, & per taciturnitatem approbauerunt confessionē eius, & id interdū Petrus facere solitus erat, vt patet infra 26. & Mar. 14. cum dixerat Christus omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte, & Petrus ait ante omnes, & si omnes scandalizati fuerint, ego non scandalizabor, ibi enim ante cęteros locutus est, & ꝑ se solo, licet verbum Christi de omnibus prolatum erat, & postea, quando ipse dixit si oportuerit me tecum mori non te negabo, sequitur, similiter & omnes discipuli dixerunt, ita ergo hic ex feruore fidei ante omnes, & pro se solo locutus est.

Cum vero dixit Cyrillus pręuenit Petrus cæteros sitque os totius collegij. Dicendum, quòd fuit os totius collegij non quidem loquendo pro omnibus, sed loquendo id, quod omnes locuturi erant, quia accidit eandem esse sententiam Petri, & cęterorum.

Cum autem dicit Chry. quòd Petrus tanquam os Apostolorum, & caput pro omnibus respondet, accipiendum est, sicut supra, scilicet quòd est os omniū, idest ore suo expressit sententiam, quam omnes expressuri erant, & quam omnes tenebant corde; & quilibet eam proferret si a quolibet de hoc sigillatim peteretur. Dicitur autem, quòd respondet pro omnibus, idest illud, quod omnes responsuri essent si respōderent. Etiam respondet pro omnibus, quia abstulit omnibus necessitatem respondendi, nam si ille hoc non respondisset, oporteret, quòd aliquis aliorum responderet sententiam omnium, vel quilibet sigillatim exprimeret.

Quare dixit Petrus tu es Christus filius Dei viui. Et quòd Christus est vita nata de uita, sicut lumen de lumine.
Quæst. LVIII.

QVAERETVR quare dixit Petrus tu es Christus filius Dei viui.

Dicendum, quòd Petrus in breui sermone voluit colligere quidquid de Christo credendum erat. Duo autem in eo erant in quibus cætera includuntur, scilicet esse Deum, & esse hominem. Quantum ad primum vocauit eū filium Dei, nam filius Dei necessario est Deus, quia generatio vnionem facit in natura. Cum autem dixit eum hominem, voluit eum ostendere excellentissimum omnium, & ad hoc vocauit eum Christum, idest mediatorē Dei, & hominum, siue Messiam per quem omnes homines habent accessum ad Deum, vnde sicut Christus inquantum Deus, vel filius Dei est bonum nostrum, idest finis, ita inquantum est Messias est bonum, quod nos deducit in finem, cum per sanguinem eius solum habeamus accessum ad Deum. Sed cur dicitur filius Dei viui, quia si filius Dei est, necesse est, quòd sit Deus viuus?

Dicendum, quòd hoc dicitur. Primo ad imitandū modum loquendi scripturę, quia Deus dicit de se, viuo ego dicit dominus, & ita etiam iurantes dicebāt, viuit dominus, & viuit anima tua 3. Regum 17. & 4. Regum 4. & iste modus iurandi erat communis in veteri testamento. Et sic Ieremias ponit hoc tanquam formam communem iurandi Iere. 4. iurabunt viuit dominus in iudicio, iustitia, & veritate, & extra de iureiuran. cap. & si Christus. Secūdo dicebatur Deus viuus per excellentiam, quia ipse magis proprie viuit, quam cętera, quia esse est viuere, & tamen Deus solus proprie est, ideo ipse solus proprie viuit, vnde sicut Deus de se solo, vel absolute, & per excellentiam prędicat esse Exo. 3. scilicet, est ꝙ misit me ad vos, & ego sum, qui sum, ita Christus se vitam absolute appellauit Ioan. 14. ego sum via, veritas, & vita, & tamē Christus est vita nata de vita, sicut lumen de lumine. Sic dicit Origenes, filius Dei viui, scilicet qui per prophetas dixerat, viuo ego dicit dominus, & ideo dicebatur viuus secundum superexcellentiam qua supereminet omnibus habentibus vitam, quoniam solus habet immortalitatem, & est fons vitę, quod proprie dicitur Deus pater, vita autem est, quasi de fonte procedens, quę dixit ego sum vita. Tertio & magis proprie dicitur Dei viui ad differentiam deorum gentilium quos ipsi vocabant Deos, tamen illi non erant dii viui, quia aut nunquam vixerant, sicut erat de simulachris, quæ vocant ipsi gentiles deos, vel si vixerunt, vt homines, scilicet Saturnus, & Iuppiter, & Apollo, iam mortui erant, Deus autem verus est semper viuens, & huius est filius Christus. Sic dicit Hiero. Deum etiam viuum appellat ad comparationem eorum deorum, qui putabantur dii, sed mortui sunt. Saturnum dico Iouem, Venerem, & Herculem, & cętera idolorum portenta.

An discipuli ante hoc cognoscerent Iesum esse Christum, & filium Dei. Et quòd quidquid illi de Christo ante resurrectionem crediderunt, totum debiliter crediderunt, cum post mortem etiam perdiderint fidem quā de eo habebant. Quæst. LIX.

QVAERETVR an discipuli ante hoc cognoscerent Iesum esse Christum, & esse filium Dei.

Aliqui dicunt, quòd sic, nam ante Christus, siue Messias a discipulis appellatus est, sic patet Ioan. 1. vbi Andreas, quando recessit a Christo prima vice quā eum vidit, inueniens Petrum fratrem suum dixit ei inuenimus Messiam, sic etiam dixit Philippus ad Nathanael eodem cap. quem scripsit Moyses in lege, & prophetæ inuenimus Iesum filiū Ioseph a Nazareth. Item quia ab aliis agnoscebat, vt Messias, ergo a fortiori discipuli eius crederent eum esse Messiam. Patet de duobus cęcis, qui dixerant miserere nostri fili Dauid supra 9. cap. & tamen filius Dauid, & Messias idem sunt. Et mulier Chananęa dixit, miserere mei fili Dauid præcedenti capi. Item quia turbę confessę fuerunt eum esse Messiam. Ioan. 6. scilicet hic est vere propheta, qui venturus est in mundum, & hoc fuit in prima saturatione, & tamen istud fuit post primā, & secundam saturationem, vt patet ex ordine literę, ideo discipuli iam credebant eum esse prophetam, qui venturus erat in mundum, & iste erat Messias. Itē iam turbę in suscitatione adolescentis filii viduæ in Naym dixerant, propheta magnus surrexit in nobis. Lucę 7. & tamen propheta magnus erat Messias, qui erat simpliciter magnus, ergo discipuli hoc nouerāt.

Item

Item quia Ioan. 2. in primo miraculo, quod Christus fecit coram discipulis conuertendo aquam in vinū: dicitur, ꝙ crediderunt in eum discipuli eius, ergo saltem putarent esse Messiam.

De secundo, scilicet ꝙ crederent esse Deum patet, quia multo ante hoc in ipso principio puersionis discipulorū ad Christum, qū vocauit Philippū, & Nathanael: dixit Nathanael Chro: Rabbi tu es filius Dei tu es rex Israel, Io. 1. vbi vocat eū esse Messiā, & Deū: nam rex Israel erat Messias, cum esset filius Dauid de quo fuerat prenunciatum Iere. 23. ꝙ regnaret in domo Dauid sup thronū eius. Etiā eū filiū Dei vocauit, & sic non erat noua fides ista, q̄ nunc ꝓfessus est Christus in discipulis. Item patet, quia qn̄ Christus pacauit mare, & introiuit in nauem: veniētes, qui in naui erāt dixerunt, vere filius Dei es, & adorauerunt eū. s. 14. c. & discipuli erant ibi, & ostensum est, ꝙ ipsi erant, qui hoc dixerant cum alijs extraneis, qui ibi erant, ergo non cognouerunt nunc nouiter, ꝙ filius Dei esset Christus. Aliqui dūt, ꝙ non habebant discipuli istam fidē ante hoc. Primo patet, quia non peteret Christus ab eis nunc quid sentirent de eo: nā si multo añ hoc crederent appareret ex verbis eorū, & factis, & non esset opus nouā confessionē nunc ab eis expetere. Secundo quia innuitur, ꝙ nunc istud acceperint ꝑ reuelationē, nā dixit Christus Petro Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus, ergo vr̄, ꝙ ante hoc non credebāt, quia nūc nō esset opus nunc reuelari. Dicendū putant aliqui, ꝙ discipuli nūc nouiter cognouerūt Iesum saltē esse filiū Dei, et si añ hoc cognoscerent esse Messiā. Et cū dr̄, ꝙ ante hoc vocauerūt eū filiū Dei, dūt, ꝙ vocāt eū filiū per adoptionem, tanq̄ vnū de multis filijs, & nō, tanq̄ sit de substātia Dei patris. Sic dicit Chrysostomus, nimirum autem si non confessus esset Petrus Christum proprie ex patre natum, non esset hic reuelatione opus, nec ęstimare Christum vnum ex multis filijs adoptius beatitudine dignum esset, nam, & ante hoc, qui erant in naui dixerunt, vere filius Dei est hic, sed & Nathanael dixit, Rabbi tu es filius Dei, non tamen beati dicti sunt, quia non talem confessi sunt filiationem qualem Petrus, sed vnum ex multis eum existimabant, non vere filium, vel, & si principium quidem ex multis, non tamen de substantia patris.

Alii dicunt, quòd discipuli ante hoc credebant Iesum esse Christum, & esse filium Dei, & tn̄ non cognoscebant, nunc autem cognouerunt, & hoc quia cognoscere dicit gradū super credere, quia cognoscere est clare videre, Credere aūt est in ęnigmate. 1. Cor. 13. & ita credere est via ad cognitionem talem, vnde nolenti credere nō permittitur intelligere, Isa. 7. si nō credideritis, non intelligetis.

Vel aliter dicunt, ꝙ discipuli ante hoc de Christo cognoscebant minora, nunc vero maiora receperūt per reuelationem a Deo. Sic dicit Origenes, s. est autē hoc loco, quęrendum vtrum cum prius discipuli mitterentur, iam cognoscebant, ꝙ ipse erat Christus. Et respondit, dicens vide si potes, quoniam credere Iesum esse Christum minus est, q̄ cognoscere, vt discamus, ꝙ qn̄ mittebantur ad prædicandum credebant quidem Iesum esse Christum, postea autem proficiētes cognouerunt etiam. Aut ita est respondendum, vt dicamus, quoniam tunc quidem Apostoli initia cognitionis habebant, & exigua cognoscebant de illo, postea autē profecerūt in agnitione ipsius, vt possent capere scientiam Christi reuelatam a patre, sicut Petrus, qui beatificatur, Dicendum, quòd nisi aliquid obstaret satis teneri posset, quòd discipuli secundum tempora profecerint per gradus cognitionis, ita quòd ante hoc licet cognoscerent aliqua de Christo, nunquam cognouerint vere eum esse filium Dei de substantia patris vsque nunc, sicut tenet Chry. Sed melius videtur dicendum, quòd etiam ante hoc agnouerant eum esse filium Dei verum, & tamen neque fuit illa cognitio permanens, nec ista, sed omnes variatę sunt, quia nullius rei fides mansit firma in discipulis vsque post Christi mortem.

Motiua autem Chrysostomi, & aliorum tenentiū, quòd nunc nouiter crediderint non sunt solida. Primum erat, vt dictum est supra, scilicet quia nunc petiuit ab eis Christus nouam confessionem, & tamen si ante hoc crediderunt, ostenderent factis, & verbis, & non oporteret pandi nouam confessionem.

Dicendum, ꝙ ante hęc credebant ei, tamen fuit necesse, & conueniens, ꝙ peteretur ab eis. Et hoc, vt maneret firmior fides cum ipsi ore proprio confessi essent, nam erubescerent postea variare ab ista confessione. Secundo vt per Christi approbationem confirmaretur, nam Christus dixit Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui est in cęlis, & sic si aliquis scrupulus dubietatis eis de hac re manebat, nunc auferretur, & firmior certiorque maneret cognitio. Tertio fuit propter nos, vt ex verbis Christi constaret nobis quid credere deberemus, etiam cum Christus nō diceret hoc, nisi habita occasione ex confessione discipulorum. Quarto fuit, vt nos determinate videremus quid tenerent de Christo discipuli, nam licet ex præcedentibus quę scripserunt euangelistę aliquid appareret, tamen non ita determinate constabat, nunc vero aperta cōfessio fuit Christo petente ab eis, & sic cognoscimus quid illi crederent, & sic licet multo ante hoc crederent debuit aliquando peti confessio, & non fuit confessio petita a principio, sed multo tempore postquā manebant discipuli cum Christo, & viderant miracula ab eo facta, vt dicit Chry. & hoc quia si a principio ista confiterentur, viderentur ex quadam leuitate confiteri, quasi non prędecessisset sufficiens causa huius confessionis, cum autem viderant multa eius miracula, verisimile erat, ꝙ per longam experientiam tēporum, & multa Christi facta, certificati erāt de hoc, quod confitebantur.

Ad secundum motiuum dicendum, ꝙ Apostolos credere Christum esse filium Dei viui per reuelationem Dei habitum est, & quandocunque illud credere cęperunt habuerunt per reuelationem. Et cum dicitur, quòd nunc reuelatum est, dicendum, quòd falsum est, non enim hoc dicit litera, sed solum, quòd caro, & sanguis non reuelauit hoc Petro, & ita etiam si per biennium ante habuisset istam fidem, non habebat humana traditione, sed diuina reuelatione, qa talia non poterat homo per se cognoscere.

Cum autem dicit Chry. quòd ante hoc, quādo vocabant eum filium Dei, quòd erat accipiendum filiū per adoptionem, non est satis verisimile, nā dixit Nathanael, Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israel, & Christus laudauit hanc confessionem, quasi per miraculū acquisitam dicens, quia dixi tibi, vidi te sub ficu credis, & ita magis videtur hoc, quam dicere Christum esse filium Dei adoptiuum, quia hoc cuilibet credenti competit. Ioan. 1. & ad Roma. 8.

Cum vero dicit Chryso. quòd quando existentes in naui dixerunt, quòd Christus erat filius Dei, acceperunt de filio adoptiuo, non est verisimile. Primo quia dicitur ibi vere filius Dei es, & illa adiectio vere notat, quòd non sit filius Dei solum, sicut cęteri iusti, sed quodam alio modo, scilicet per identitatem substantię. Secundo quia illi venerunt, & adorauerunt eum, quæ adoratio Deo tribuitur, ideo eum Deum fatebantur, si autem dicerent eum filium Dei, & non adorarent,

adorarent, posset intelligi, quòd acciperent de filio adoptiuo, quia tamen eum adorauerunt videtur, ꝙ de naturali senserint filiatione. Tertio, qua alii doctores tenẽt, quòd illud accipiatur de naturali filiatione. Sic dicit Hierony. scilicet si ergo ad vnum signum trãquillitate maris reddita, quę post nimias procellas interdum etiam casu fieri solet, nautę atque vectores vere filium Dei confitentur: cur Arrius ipsum in ecclesia prędicat puram creaturam, & tamen si esset filius Dei per adoptionẽ esset pura creatura, ideo asserit Hiero. quòd nautę filium Dei consubstantialem patri vocauerunt. De confessione Nathanael idẽ est, quòd de confessione Petri: nam sicut Petrus dixit hic Iesum esse Christum, & filium Dei, & ita dixit Nathanael, scilicet tu es filius Dei. tu es rex Israel, i. Messias, vel Christus.

Aliud motiuum esse poterat ad putandum, quòd discipuli ante hęc non agnoscebant Christum esse filium Dei, scilicet quia sępe dubitabant de potestate eius, & errabant circa illam, vt patet supra in litera, & precedenti cap.

Dicendum, ꝙ hoc nihil facit: nam quidquid crediderunt discipuli de Christo ante resurrectionem suã totum fuit debiliter creditum, ideo faciliter mouebantur ab eo, ꝙ crediderant, ita ꝙ apparet in omnibus miraculis, quę videbant, quia statim efficiebantur nõ credẽres, vt cum vidissent saturationem primam turbarum, debuerant credere, ꝙ Christus posset eodem modo facere omnia miracula, quę veliet, sicut, & illud: tamen ipsa die per noctem cum ambulasset super mare, & placasset ventum mirabantur, & intra se stupebant, Mar. 6. & dicitur. nondum enim intellexerant de panibus, & ita post duas saturationes adhuc non credebant, ꝙ Christus ipsos saturare posset sine panibus existentes, supra in litera: pro quo Christus eos ibi valde increpuit, & tamen nunc licet ista confessio fuerit per Dei reuelationem non manserunt in ea firmi, quia per Christi mortem perdiderunt illam. Lucę 24. scilicet nos autem sperabamus, ꝙ ipse redempturus esset Israel, & ita innuunt, ꝙ iam illam spem perdiderant. Etiam ante Christi mortem sępe arguebantur ab eo, tanquam increduli post hoc, vt patet sequenti cap. quando non potuerunt expellere dęmonem, & Christus dixit, ꝙ hoc acciderat propter incredulitatem tuam, & ait: o generatio praua, & incredula quandiu vobiscum ero, & quousque vos patiar? ergo non mansit in eis fides firma, licet habuerint eã per reuelationem, vsque post mortem Christi, & ita licet discipuli faciliter mouerẽtur ab omnibus, quę ante hoc credebant, non sequitur inde, ꝙ non habuerint illã per reuelationem. Et ita videtur, ꝙ istud, quod nunc confessus fuit Petrus, non fuit nunc nouiter reuelatum, sed ante hoc credebant illud discipuli.

Quare Christus dixit bona Petro nunc, & an aliquid meruit, & quare non dixit illud alijs Apostolis, qui idem credebant. Et ꝙ in confessione Christi, ideo me remur, quia in ea quædam est difficultas.
Quæst. LX.

QVAERETVR quare Christus dixit bona Petro nũc post confessionẽ istã. Et an aliquid meruit, & cur non dixit hoc cęteris, qui idem credebant. Dicendũ ad primũ, ꝙ hoc fuit ad oñendum, ꝙ confessio fidei sit laudabilis, & Deus pro illa nobis retribuat, & non solũ dat bonũ aliquod pro fide, sed et maxima bona, scl. beatitudo, iõ dixit Christus Petro. Beatus es Simon Bariona. Secundo vt nos alliciamur ad cõfessionẽ fidei, vt nec timeamus, nec erubescamus Christũ cõfiteri, quia idẽ nobis retribuet, quod Petro, sic dixit supra Christus 10. c. oĩs qui confitebit me corã hominibus: ꝙ fitebor ego eũ corã pre meo, & Lu. 9. dr, qui me erubuerit, & sermones meos hunc filius hoĩs erubescet cũ venerit in maiestate sua, & pris, & sanctorũ angelorũ. Cum aũt quęrit an Petrus meruit ꝑ hanc confessionẽ. dicendũ, ꝙ sic, nã cõfessio fidei est saluaris, i. proficit ad salutẽ aĩę. ad Ro. 10. corde creditur ad iustitiã, ore aũt confessio fit ad salutẽ. Secundo patet, quia Christus retribuit hic Petro pro hac confessione, & tamen non retribueret si non mereretur. Sic dicit Hilarius, dignũ aũt confessio Petri premium consecuta est, quia Dei filiũ in hoĩe vidisset, vnde dicitur respondens Christus dixit: Beatus es. Sic etiã dicit Hiero. reddit enim Christus Apostolo vicem pro testimonio de se. Petrus enim dixit. tu es Christus filius Dei viui. Christus aũt dixit tu es Simon Bariona. Sed dicetur quomodo merebatur Petrus confitendo hoc, cum Deus ei illud reuelaret?

Dicendum, ꝙ reuelatio sufficit ad hoc, ꝙ aliquid credatur, confessio tñ aliquid est vltra fidem, & illa est ex nobis, ideo per illam meremur. maxime quia in confessione Christi est quędam difficultas, scilicet interdum timoris, vt quando timore infidelium non audemus Christum confiteri, interdum verecundię, vt quia aliqua credimus, quæ apud aliquas genres, tanquam stulta reputantur, & potissime a principio, sic patet prima Corin. 1. nos prędicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: confiteri aũt non obstante verecundia, & timore meritorium est, & ideo econtrario, qui erubescit cõfiteri peccat Luc. 9. qui me erubuerit, & sermones meos, hunc filius hominis erubescet.

Cum autem quęritur cur cęteris Apostolis, & discipulis non dicta fuerunt ista, cum ipsi crederent id, quod Petrus.

Dici potest vno modo, ꝙ Petrus meruit aliquid, quod non meruerũt cęteri Apostoli, nam cęteri crediderunt, sed non confessi sunt nunc. Petrus autem credidit, & confessus est, & tamen pro confessione debetur speciale premium vltra premium fidei, sic dr ad Ro. 10. c. corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem, i. sicut per fidem cordis iustificatur homo iustificatione generali, quę est per infusionem omnium virtutum gratuitarum, ita per confessionem fidei factam ore fit salus, idest habetur quidam gradus præmii, quod spectat ad salutem animę. Secundo potest dici, ꝙ cęteri Apostoli meruerunt credendo, sicut & Petrus, & premium eis redditur, quia tamen hic solus Petrus locutus est, respondit ei soli Christus dirigendo verba ad eum, & tamẽ verba, quæ Petro dantur pro hac fide, dantur etiam aliis cũ eadem sit fides omnium. Et potissime, quia quædam hic dicuntur, quę non debuerunt dici a principio in persona multorum, scilicet collatio clauium, sed in vnius persona ad significandum ecclesię vnitatem in qua sola clauium vsus debitus est.

Quare Christus dixit Petro Beatus es, & quomodo erat Beatus cũ adhuc viueret. Et quòd tripliciter vocantur Beati.
Quæst. LXI.

QVAERETVR quare Christus hic dixit Petro Beatus es. Et quomodo est verum, quòd erat beatus, nam videtur, quòd non erat beatus cum adhuc viueret.

Dicendum ad primum, quòd Christus voluit hic laudare Petrum pro hac confessione fidei, & dixit beatus es, idest benedictus, qui talia confessus es.

Alio modo accipiendo proprie beatum, & vocat eum

eum beatũ, quia pro confessione fidei debetur ęterna beatitudo, & quia nunc Petrus confessus fuerat fidem, dicit eum beatum.

Ad secundum dicendum, ꝙ vocat eum beatũ in spe, non enim erat beatus, quia adhuc moriturus erat, & multas toleraturus miserias, sed spem beatitudinis habebat, sicut dicitur ad Ro. 8. spe salui facti sumus, idest non sumus actualiter salui, sed in spe. Et ita vocari possunt beati omnes, qui nituntur venire ad beatitudinem, & expectant illam.

Secundo vocatur aliquis beatus propter proximã appropinquationem ad beatitudinem, & ita vocãtur beatitudines illę septem, de quibus supra 5. eod. c. quia sunt actus donorum, vel perfectissimatũ virtutum, vt ostensum est ibi. q. 82. & ita per eas vocantur beati habentes illos actus, quia proximi sunt beatitudini, idest per nullos actus, magis appropinquant ad beatitudinem, quam per istos, eo quòd isti sunt actus perfectissimi magis abstrahentes hominem a sęculo, & vniẽtes futuro bono. Tertio vocatur aliquis beatus ex certitudine beatitudinis futurę, vt si alicui reuelatum sit, ꝙ habebit vitam ęternam certissime, & isto modo vocatur Petrus Beatus: nam per hoc Christus reuelauit ei, ꝙ habiturus esset beatitudinem, & ita iam de illa dubitare non poterat, & hoc fuit magnum donũ: nam beatum esse aliis duobus modis prędecentibus multis aliis competit, & non erat speciale donum.

Quare vocatur hic Petrus Simon Bariona, & quid sit Bariona.
Quæst. LXII.

QVAERETVR quare vocatur hic Petrus Simon Bariona. Et quid sit Bariona. Dicẽdum ꝙ Petrus habet sex nomina, scilicet Simon, & Petrus, & Cephas, & Simon Ioannis, & Simon Bariona, & Simõ Petrus, de quibus omnibus, & originibus, vel causis eorum dictum est supra 10. c. q. 30. sed de hoc nomine Simon Bariona mansit hic dicendum. Et est nomen compositum ex pluribus, quia Simon est primum nomen Petri, & huic adiungit Bariona.

Dicunt aũt aliqui, ꝙ Bariona dicatur, i. filius colũbę, quia Bar filius est: Iona est columba, & vocatus est Petrus nunc filius columbę, quia a columba, idest a Spiritu Sancto accepit confessionem istam, quam expressit. Sic dicit Hierony. scilicet ergo ex confessione sortitur vocabulum, ꝙ reuelationem ex Spiritu Sancto habeat, cuius, & filius appellandus sit, siquidẽ Bariona in lingua nostra sonat filius columbę.

Sed dicendum, ꝙ hoc nõ multum stat. Primo, quia tunc acciperetur Bariona, vt nomen commune, & non relinqueretur in Hebręo idiomate, sed transferretur in Grecum, & postea in Latinum, & tamẽ trãslatores relinquerunt in Hebręo, ideo acceperũt illud, tanquam nomen proprium. Secundo, quia hoc videtur pertinere ad sensum mysticum, quòd vocetur Petrus filius columbę, idest Spiritus Sancti, & tamẽ Christus non vtitur hic talibus sensibus, sed literalibus: potissime, quia hoc aduersaretur huic loco. nã sicut mystice diceretur Petrus filius columbę, idest Spiritus Sancti, ita & putaretur, ꝙ Christus diceretur metaphorice filius Dei viui, & non secundum substantiã vel naturam.

Dicendum ergo, quòd vocatur hic Petrus Bariona, idest filius Ioannis. nam pater Petri vocabatur Ioãnam, vel Ioanna, & ita Petrus Bariona, idest filius Ioãna dicebatur, sic patet Ioann. 1. quando Christus intuitus Petrũ dixit: tu es Simon filius Ioanna: tu vocaberis Cephas, & propter hoc aliquando vocatur Petrus Simon Ioanna, vel Simon Ioannis, quod idem est, vt patet Ioan. 21. Simon Ioannis diligis me, & ita Christus vocauit hic Petrum in Hebręo Barioanna, idest filius Ioanna, & tamen translator detraxit vnam syllabam, & corrupit nomen, dicens Bariona. Et ista est veritas, & ita refert Hier. scilicet alii accipiunt simpliciter, quòd Simon, idest Petrus filius sit Ioannis iuxta alterius loci interrogationem Simon Ioannis diligis me, & volunt scriptorum vitio depraua tũ, vt pro Barioanna, idest filio Ioannis Bariona scriptum sit vna detracta syllaba. Et hoc valde conuenit in prę senti, scilicet vt sicut Petrus erat realiter, & naturaliter filius Ioannam, ita Christus erat naturaliter filius Dei patris de substantia eius. Ita dicit Chryso. scilicet vanum autem esset dicere tu es filius Ionę, vel Ioãna, nisi vt ostendat, quia ita naturaliter est Christus filius Dei, sicut Petrus filius Ionę, eiusdemque substantiæ cum eo, qui genuit.

Quare dixit caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus. Et cur homo vocetur in scriptura caro, & sanguis.
Quæst. LXIII.

QVAERETVR quare Christus dixit caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus.

Dicẽdum, quòd hoc fuit. Primo ad ostẽdendum certitudinem istius confessionis, quia putaret aliquis, quòd forte hoc non erat verum, sed Petrus ex quadam leuitate, vel doctrina hominum acceperat illud, talia autem possunt decipere, ideo nõ sunt firmę auctoritatis, vt autem apparear, quòd istud erat verum infallibile: dixit Christus, quòd istud habitum fuerat per reuelationem Dei, & non per doctrinam hominum, qui vocantur caro, & sanguis. Et hoc fuit ad hoc, ꝙ nos firmiter huic confessioni adhęreamus. Secundo fuit ad accusationem quandam Phariseorum, & Saduceorum, a quorum fermento, idest doctrina Christus supra in litera dixerat cauendum, & quia aliquis putaret, quòd forte hoc esset de doctrina illa, Christus excludit illud dicens, caro, & sanguis nõ reuelauit tibi, & vocatur homo caro, & sanguis quando in homine non est aliquid diuinum, sed totum pure humanum, quod est a carne, & sanguine, & ita semper caro, & sanguis accipiuntur in mala significatione, sic dicit Apostolus: caro, & sanguis regnũ Dei nõ possidebunt, idest homo, qui solum mouetur per carnem, & sanguinem, nunquam habebit regnum Dei, quia desideria carnis aduersantur spiritui. ad Gala. 5. sic etiam Apostolus innuens, ꝙ non acquieuit desiderio humano, sed diuinę voluntati ait: continuo nõ acquieui carni, & sanguini, idest cognatis meis, vel Iudęis. ad Gala. primo. Sic dicit Hierony. quòd autem dicit caro, & sanguis non reuelauit tibi, apostolicę narrationi comparat, in qua ait, continuo nõ acquieui carni, & sanguini, carnem, & sanguinem Iudæos signans, vt hic quoque sub alio sensu demonstretur, quòd non ei per doctrinam Phariseorum, sed per Dei gratiam Christus Dei filius reuelatus sit. Tertio potest intelligi dictum ad laudem confessionis Christi, quòd fuerit sublimis, scilicet non confessus est Petrus id, quod vidit, sed id, quod pure intelligibile erat: nam in Christo non videbatur, nisi caro, & sanguis, idest aliquid humanum, & tamen Petrus aliquid supra hominem eum esse confessus est. Sic dicit Hilarius: Beatus Petrus hic vltra humanos oculos intendisse, & vidisse laudatus est, non id, quod ex carne, & sanguine est contuens: sed Dei filium cęlestis patris reuelatione conspiciens: dignusque iudicatus est, vt primus agnosceret, quia diuinitas esset in Christo.

Quomodo

Quomodo dicitur hic, quòd Petrus hoc habuit per reuelationem, quia per multa miracula, quæ Christus faciebat poterat cognoscere ipsum esse hominē, & Deum. Vnde quidquid de Deo naturali ingenio cognoscimus dici potest a Deo reuelatum. Quæst. LXIIII.

QVAERETVR qūo dicitur hic, ꝙ Petrus hoc habuit per reuelationem: nam potuit hoc habere per sufficientem probationem, faciebat enim Christus tot, & talia miracula, ꝙ sufficienter ostendebant eum filium Dei, ideo non erat opus, ꝙ reuelatio fieret ad notificandum hoc.

Aliqui dicunt, quòd dicitur hoc habitum reuelationem eo, quòd quidquid de Deo cognoscimus, etiā si naturali ingenio ad illud peruenire possimus, dicitur a Deo nobis reuelatum, vel ostensum, aut manifestatum ad Roma. 1. vbi Apostolus loquitur contra gentiles, qui naturaliter cognoscebant esse Deum vnum, & ęternū, & similia. a fortiori, ergo hoc, quod non erat notum per cognitionem humanam, sed per miracula, diceretur a Deo reuelatum; & hoc modo omnis cognitio, & scientia est a Deo Ecclesiastici 1. omnis sapientia a domino Deo est.

Secundo potest dici, quòd dicitur hoc reuelatum, quia cognitio, quam homo recipit a Deo, & non aliter dicitur esse per reuelationem, & quia cognitio hæc non fuit habita per naturale ingenium, nec per doctrinam ab homine susceptam, sed per miracula diuinitus facta, dicitur esse reuelatum hoc a Deo, & sic dicitur caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, idest non habuisti cognitionem istam per opera hominū, scilicet doctrinā eorū, sed per opus Dei. Tertio potest dici, quòd fuit p̄ reuelationem, quia ex miraculo non deducebatur sufficienter cognitio ad hoc, nam plus hic creditum fuit, quā miracula ostenderent: nam miracula ostendebant Christū esse Deū, quòd tamen esset filius Dei non apparebat ex miraculis, quia potest is eadem est omnium diuinarum personarum, vnde ex miraculis apparet deitas, sed nō trinitas, & ita, quòd filius esse crederetur per reuelationem erat, & propter hoc dixit Christus Petro, ꝙ pater hoc ei reuelauerat, vt per hoc ostenderet patrē a se distinctum, & se esse filiū, sicut credebat Petrus, & confitebatur. Quarto pōt dici, ꝙ pater reuelauit hoc, idest aperuit cor Petri ad credendū: nā licet miracula sufficerent ad oñsionē veritatis huius: tñ sępe corpa humana visis miraculis non mouebant ad credendū, sicut patet in Iudęis, qui videntes oīa miracula Christi non credebant, sed ex his ad eū psequendū incitabant. Io. 11. quid facimus, qa hō iste multa signa facit? si dimittimus eū sic, totus mundus credet in eū, sic ēt, & in discipulis Chri sępe faciebat; nā erat cor eorū obcęcatum, & cū fierent miracula non credebāt, vt cum saturauit turbas coram discipulis non crediderunt pp hoc miraculū, sed sequēti nocte cū vidissent Christū ambulantē sup mare, & placantē aquas, &c. vētū mirati sunt. Mar. 6. l. & ascendit ad illos in nauim, & cessauit ventus, & plus magis intra se stupebāt: nō. n. intellexerant de panibus; erat. n. cor eorū obcęcatū. & sic miracula nihil pderāt ad credendū cū eēnt corda illorū obcęcata. Quòd aūt tolleret illa excęcatio, vt visis miraculis crederēt fuit reuelare, & sic licet p miracula hoc cognosci poterat: tñ p reuelationē habitum est. Et isti duo modi vltimi sunt melius assignati, & magis congruentes literę.

Quomodo dicitur hic, quòd pater reuelauit Christum Petro, & an ista reuelatio ei soli facta sit. Quæ verbo diuino maxime competit. Quæst. LXV.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, ꝙ pater reuelauit Christum Petro, & an ei soli competat ista reuelatio.

Dicendum, ꝙ reuelare aliquid non competit vni personę sine alia: nam actus notionales competunt, & denominant distincte personas: actus autem essentiales omnibus simul competunt, & quia omne, quod ad extra fit pertinet ad actus essentiales: competit simul tribus, sicut enim vna persona non creat, nec iustificat sine alia, ita nec reuelat aliquid sine alia, ideo cum aliquid Petro reuelaretur necesse fuit, ꝙ tota trinitas simul reuelauerit.

Aliqui dicunt, ꝙ licet tribus personis hoc competat: tamen dicitur de patre, quia ei competit specialiūs per attributionem, sicut quędam attribuuntur vni personę, quę non attribuuntur alteri, & hoc attribuitur patri, qa est ipse origo, & fons totius deitatis, idest personarum.

Sed dicendū, ꝙ non stat, quia ex ratione attributi magis competit reuelare aliquid filio, q̄ patri, quia filius est sapientia imago, & ars, & in his aliquid manifestatur, & potissime, quia filius verbum est, & verbū est manifestatiuum, sicut. n. verbum vocale manifestat mentale, & ipsum concipientem, ita & filio, qui est verbum competit tota diuina notificatio, & non patri. Secundo, quia ita dicitur supra 11. nemo nouit patrem, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare, ergo nō solum filius reuelat, vel notificat omnia, quę sunt extra deitatem, sed etiam ipsum patrem manifestat: ei ergo potius conuenit ex attributione reuelare, q̄ patri. Dici ergo potest vno modo, ꝙ accipiatur hic pater essentialiter, & tunc tota deitas est pater, sicut dicimus pater noster, qui es in cęlis: nam non dicit hoc de sola persona patris, sed de omnibus tribus, & licet non sit verum, ꝙ tota deitas sit pater Christi: cū Christus sit persona diuina, quę est filius solius patris: tñ accipiendo Christum solum inquantum est homo: cum sit minor tota deitate, potest dici, ꝙ tota deitas sit quasi pater eius, & ita accipitur Io. 14. vado ad patrē, & pater maior me est, & tamen non solum pater erat maior Christo inquantum homo, sed ēt Spiritus Sāctus, & tunc dicetur pater meus reuelauit tibi, idest tota deitas. Secundo pōt dici, ꝙ accipiatur pater pro persona, & licet omnes tres personę simul aliquid reuelent: tñ dr̄ hic de solo patre, vt ostendatur distinctio patris, & filii: nam si diceret Deus tibi reuelauit: innueret, ꝙ vel ipse non erat Deus, vel reuelabat ipse hoc de seipso, & vtrunque erat inconueniens: nam erat Deus, & volebat credi de seipso, ꝙ erat Deus: secundum etiam, quia notificatio rei non est a seipsa, sed ab alia: cum notificatio fiat semper per notiora. cū aūt dixit pater meus reuelauit: ostendit se esse Deum; cum esset filius Dei, & este distinctum personaliter, quia dixit se filium. Secundo quantum ad hoc, & prę cipue fuit, vt confirmet confessionem Petri. dixerat enim Petrus: tu es Christus filius Dei. Christus aūt, dicens pater meus reuelauit tibi dixit se filium esse: cū a patre reuelaretur Petro, & sic confirmabat cōfessionem Petri. Sed dicetur, quare ergo non nominatur Spiritus Sanctus, quia illę est ēt persona dictincta, & ille est cui magis attribuitur reuelare aliquid? nam Spiritus Sanctus dicitur reuelare aliquid prophetis, sic dicitur, secunda Petri primo, nō enim aliquando volūtate humana allata est pphetia, sed Spiritu Sancto dictante locuti sunt Sancti Dei homines, i. pphetę: etiā de prophetis dicitur. spiritus domini super me,

Dicendum,

Dicendum, ꝙ licet nulla reuelatio fiat sine Spiritusancto, quia est beatus essentialis competens tribus personis: tamen non nominatur Spiritus sanctus, quia hic intendit Christus ostendere se esse filium Dei, & conuenienter vult ostendere patrem in diuinis distinctum esse a se, sed non dicitur pater, nisi ad filium, & filius nisi ad patrem. ideo ad ostendēdum Christum esse filium oportuit nominari patrem tanquam distinctum ab eo: Spiritussanctus quamquam sit distinctus a patre, & filio, tamen non constituitur pater, nec filius per relationes, vel relatiuas proprietates ad Spiritum sanctum: vnde nominando Spiritum sanctum in diuinis non constat ibi esse patrem, aut filium, nominando autem filium constat esse patrem, & filium, aut nominando patrem constat esse filium, & patrem: ideo non fuit conueniens hic nominare, nisi patrem reuelantem, vt ostendatur distinctio patris, & filij quam Christus intendit, de Spiritusancto aliquid dici superuacuum fuit. Nisi forte vellet Christus aperte ostendere totum mysterium Trinitatis. sed nondum erat tempus ad hoc, sed vsq; post resurrectionem Christi, quando mittens discipulos ad prædicandum per orbem in forma baptismi, expressit eis mysterium Trinitatis, & nomina personarum. nunc vero nondum erat tempus: ideo satis fuit patrem nominari, vt de filio constaret: sic patet supra vndecimo, vbi supra Christus de se, & de patre loquitur, subticens de spiritu, scilicet, omnia tradita sunt mihi a patre meo, & nemo nouit filium, nisi pater, nec patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. & ita pater reuelat filiū cui vult, & filius patrem cui vult, & de Spiritu sancto nihil agitur, quia non facit ad distinctionem patris, & filij neque cognitionem ipsorum.

Quomodo Christus dixit tu es Petrus, & an hoc nomen Petrus fuit a Christo Petro impositum. Et qua Christus lingua vtebatur. Quæst. LXVI.

QVAERETVR quomodo Christus dixit hic tu es Petrus. & an primo vocauit hic Petrum dās ei hoc nomen.

Et sunt in hoc duo dubia. Primo an Christus imposuerit ei hoc nomen. Secundum an nunc ei imposuerit, vel ante hoc.

De primo dicendum, quòd Christus non imposuit istud nomen Petro. nec competebat ei antequā veniret ad Christum: nam nomina quibus Iudæi vtebantur erant Hebræa, vel Syra. Hebræa quidem, quia idioma suum precipuum, in quo sunt literę, & Scripturæ sacrę, est Hebręum, & iuxta illud nomina aliqua imponebant. Syra autem nomina imponebant iuxta conditionem vulgaris idiomatis. nam terra Iudæorum est pars Syriæ, & vulgare idioma regionis illius non erat Hebræum, sed Syrum, & iuxta illud imponebant sibi nomina: eum etiam illo vterentur in communi locutione. & tale nomen est Bartholomęus. nam non est Hebræum. Petrus tamen est partim Latinum, & partim Græcum: ideo non fuit hoc nomen Petri, quia in regione sua, scilicet, Galilæa, de qua erat, non erat vsus Grecorum, aut Latinorum nominum, sed solum Hebraicorum, & Syrorum. Sic dicit Remigius, fuerunt nonnulli, qui in hoc nomine Greco, atque Latino quod est Petrus quærentes linguę Hebraicę interpretationem, dixerunt, ꝙ intepretatur agnoscens, vel discalcians, sed qui hæc dicunt duabus detinentur contrarietatibus. & ita concludit, ꝙ non est Hebręum nomen nec Syrum. Apparet etiam ꝙ Christus non imposuerit istud nomen Petro, quia licet Christus nosset omnem linguam, cum ipse omnes condidisset: non tamen vtebatur, nisi Hebręa, vel Syra, eo ꝙ istarum duarum linguarū erat vsus in regione sua, in qua conuertabatur, & ita aliquādo reperimus eum locutum Hebraicę. vt illud, heli heli lamazabatani, infra vigesimoseptimo. & Mar. decimoquinto: & illud, tabitha cumi, idest, puella surge, vel ambula. Mar. quinto: aliquando Syriace, vt illud non potestis seruire mammonę, & Deo, supra sexto: nam mammona nomen Syrum est, & nō Hebręum, vt dicit Hierony. scilicet, mammona sermone Syriaco diuitiæ interpretantur: Petrus autem nec Syrum est, nec Hebręum: ideo non imposuit illud Christus.

Secundo patet, quia Petrus est interpretatio cuiusdam nominis impositi Simoni a Christo. ergo non est nomen a Christo impositum. nam interpretatio, & id quod interpretatur non differunt tamquam diuersa nomina, vel orationes, sed solum, vt in diuersis idiomatibus nomina idem significantia, vt nomen hominis in latino, & vulgari non est diuersum nomen, quia idem omnino significat. Et patet hoc, qa Io. 1. dixit Christus Petro, tu vocaberis Cephas quod est interpretatum Petrus. & ita apparent duo, scilicet, ꝙ Petrus non est aliud nomen quàm Cephas, & ꝙ Petrus sit nomen Latinum. Primum patet, quia vnum est interpretatio alterius. Secundum, quia translator semper interpretatur nomina peregrinæ linguę per linguam, in quā transfert, quia aliàs nihil esset interpretari, sed Euangelia versa sunt in latinum: ideo Petrus quod est interpretatio nomen latinum dst.

Sed obijcietur, ꝙ Christus imposuerit istud nomen Petrus, vel protulerit illud, quia supra in litera dicitur tu es Petrus.

Dicendum, ꝙ Christus nunquam istud nomen Petrus ore suo protulit, sed protulit aliud æquialēs in significando: loco cuius translator Latinus, & Græcus dixit Petrus, & illud est nomen Cephas. quod & patet Ioan. primo: tu vocaberis Cephas, quod est interpretatum Petrus. & ita multa alia nomina interpretatur scriptor eod. cap. s. Rabbi quod dicitur Magister, & Messias, qui dicitur Christus: nunc igitur Christus dixit Petro: tu es Cephas, & super hanc petrā ędificabo Ecclesiam. & ita Matthęus scripsit: translator tamen nolens hic ponere nomen peregrinę linguæ: dixit tu es Petrus. Et ratio huius fuit, vt viderentur sibi alludere nomina, & sententiæ. nam dixit tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo, nam Petrus a petra dicitur, & aliquid simile petræ, idest, lapidi significat. si autem diceretur tu es Cephas, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam. non videretur quomodo alludebat nomen nomini. & ista fuit causa vera, quòd non poneretur Cephas. nam aliqui solent relinquere translatores nomina aliena non exposita, vt quando illa sunt propria, vel quasi propria, scilicet, pro proprijs posita. sicut hic Cephas, est enim Cephas nomen non quidem Hebræum, sed Syrum, & significat firmitatem, vel fortitudinem, aut principalitatem fundamenti, quæ omnia lapidi, vel petræ competunt: ideo non fuit aliquod nomen quod secundum formam Latinam, vel Græcam poneretur loco Cephas, velut proprium quàm hoc nomen Petrus quod a petra deriuatum est. & ita dicitur Ioannis primo: Cephas quod interpretatur Petrus.

Cephas quid significat.

De secundo dicendum erat, ꝙ cessat soluto primo dubio. nam si Christus numquam imposuit istud nomen Petrus, non est quęrendum qñ imposuerit, quia tñ Petrus ponitur in latino loco alterius noīs, s. cum

ſint conſignificantia, vel homonomina. quando impoſitum eſt nomen Cephas dicetur impoſitum nomen Petrus.

Et ideo eſt tunc dubium quando Chriſtus impoſuit Petro hoc nomen Cephas. Aliqui putant, ꝙ nunc, quia dicitur tu es Petrus, ſiue tu es Cephas.

Sed dicendum, quòd non, ſed vocatus fuit Cephas ex prima die, qua venit ad Chriſtum: cum nōdum eſſet diſcipulus Chriſti: Ioan.primo: nam vt ibi dicitur Andreas frater Petri venit prius ad Chriſtum, quàm Petrus, & videns poſtea fratrem ſuum dixit ei inuenimus Meſſiam, & duxit eum ad illum. & Chriſtus eum intuitus dixit: tus es Simon filius Ioanna: tu vocaberis Cephas quod eſt interpretatum Petrus. ex illo ergo tempore vocatus eſt Cephas, & non fuit nunc nouiter impoſitum nomen. Sic dicit Auguſt. lib.de concord.Euang, ſcilicet, nullus tamen arbitretur, quòd Petrus hic nomen acceperit: non enim accepit hoc nomen niſi vbi Ioannes commemorat ei dictum eſſe: tu vocaberis Cephas quod interpretatur Petrus.

Sed dicetur, quòd ante hoc non vocabatur Cephas, quia non inuenimus eum ſic communiter nominari.

Dicendum, quòd verum eſt, & cauſa fuit, quia Cephas ſignificat quandam excellentiam, vel perfectionem, quia dicitur Cephas, ideſt, firmus, vel ſtabilis, & quaſi fundamentum aliorum. & tamen per ea, quæ Petrus vſque nunc egerat, nondum meruerat tali nomine vocari, quia nihil excellens egerat: nunc vero egit aliquid excellens, quia ſolus ante cęteros confeſſus eſt totum quod de Chriſto credendū erat: ideo cum Chriſtus eum laudaret beatum appellans, ita etiam dixit, quòd erat Cephas, ideſt, firmus, vel immobilis, & fundamentum. vnde iſte fuit primus locus, in quo meruit vocari Cephas: nec ante hoc Chriſtus dixit ei aliquando tu es Petrus, vel tu es Cephas, & ita caute dictum eſt. nam quando iſtud nomen fuit a Chriſto impoſitum: Ioan, primo; non dixit Chriſtus tu es Cephas, ſed vocaberis Cephas, ideſt, nunc non vocaris Cephas, ſed aliquando competet tibi, quòd voceris Cephas, quia competit res ſignata per hoc nomen, nunc autem non dicitur, tu vocaberis Petrus, ſed tu es Petrus, ſiue Cephas, quaſi nunc primo meruerit hoc nomine vocari: licet ante hoc ſic vocatus ſit, ideſt, impoſitum fuit nomen, vt aliquando ei competeret, quia tamen nondum competebat, nunquam ſic vocatus eſt ante hoc, ſcilicet, quòd Chriſtus eum ſic vocauerit. nam Euangeliſtæ per anticipationem vocant eum Petrum ante hoc, ſed non inuenitur alicubi ante hoc, ꝙ Chriſtus ad eum loquens vocet eum Petrus, vel Cephas.

Quæ ſit petra iſta ſuper qua Chriſtus ædificabit Eccleſiam ſuam. Et quòd fides Petri dupliciter accipitur. Et in qua ſignificatione conuenientius hic ſumatur petra. Quæſt. LXVII.

QVAERETVR cum Chriſtus dicit ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, quæ ſit petra iſta.

Aliqui dicunt, quòd ſit Petrus, ſcilicet, quòd ſuper illum fuit ædificata Eccleſia, ideſt, ipſe fuerit fundamentum Eccleſiæ, vnde ei datę ſunt claues, quæ ſunt Eccleſiæ. Sic dicit Hieronymus, ſecundum autem metaphoram petrę recte dicitur ei ædificabo Eccleſiam meam ſuper te.

Sed dicendum, ꝙ accipiendo proprie fundari, vel ædificari Eccleſiam, non eſt verum, quòd ſuper Petrum ſit ædificata. nam id ſuper quo ædificatur eſt fundamentum, & ſic Petrus diceret fundamentum Eccleſiæ. ſed falſum eſt: quia ſolus Chriſtus eſt fundamentum 1. Corint.3. ſcilicet, fundamentum enim aliud nemo ponere poteſt præter quod poſitum eſt quod eſt Chriſtus Ieſus. Etiam ipſe ſolus eſt caput Eccleſiæ: nos autem omnes ſumus membra, vt colligitur. 1. Corint. 12. & ad Epheſ.4. Petrus ergo membrum eſt, & non caput Eccleſiæ, nec fundamentum. Secundo patet, quia cum Eccleſia immortalis maneat, quia portæ inferi non præualent aduerſus eam, vt patet in litera, neceſſe eſt, quòd fundamentum ſuum ſit magis immortale, & tamen Petrus non fuit ſimpliciter immortalis in ſe nec in ſucceſſoribus Petri. De Petro patet, quia poſt hæc dicta negauit Dominum ter, in quo ſathanas præualuit contra ipſum, & ſic iam portæ inferi præualerent contra Eccleſiam, cum præualuerint contra fundamentum euertendo illud, & tamen nunquam præualuerunt contra Eccleſiam: ergo non erat fundamentum Petrus Eccleſiæ. De ſucceſſoribus Petri patet, quia multi eorum etiam canonice intrantes prolapſi ſunt in hęreſim. & alij in cultum idolorum, & poſſunt per Eccleſiam deponi, & condemnari quando inueniuntur a fide deuij. vt in Decretis 40.diſtinct.capitu. ſi Papa. ergo Eccleſia non errat, & Papa errat. & tamen ſi Papa eſſet fundamentum Eccleſiæ neceſſe erat illo deficiente interire Eccleſiam, & non deficit, ſed potius errantem Papam corrigit, & punit, vel reducit ad veritatem. ergo non eſt Papa fundamentum Eccleſiæ, ſed Eccleſia eſt fundamentum Papæ, & mater eius.

Papa pōt p Eccleſiam, ideſt, Concilium deponi & cōdemnari, hoc intelligę ſi eſt hęreticus, vel ſi poſt correctionem fraternam ſit ſi corrigibilis aliàs nō: vide in defenſorio Auctoris par.2.

Sed objicietur, quòd Petrus ſit fundamentum, & quòd nunquam deficiat, quia Chriſtus dixit Luc. vigeſimoſecundo: ego orabo pro te ne deficiat fides tua. & tamen Chriſtus exauditus eſt pro ſua reuerentia ad Hebræ.quinto: ergo fides Petri nunquam deficit, pro qua Chriſtus orauit ne deficeret.

Dicendum, quòd fides Petri deficit: nam ipſa nocte, qua Chriſtus hoc dixit: antequam gallus bis cātaret negauit Petrus ter Chriſtum. Mar.decimoquarto.& Luc.21.

Sed dicendum, quòd fides Petri accipitur dupliciter. Vno modo pro fide perſonali, ideſt, quam ipſe tenebat ſpecialiter inquantum erat vna perſona credens, vel vnum membrum Eccleſiæ.

Alio modo pro fide, quam confeſſus eſt Petrus, quæ erat fides communis Eccleſiæ. Primo modo deficit fides Petri: nam in paſſione Chriſti omnes diſcipuli Chriſti perdiderunt fidem quantum ad aliquid. ſic Chriſtus dixit omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. & iſtad erat ſcandalum in corde, ſcilicet, quòd propter ea, quæ videbant eum pati, putauerunt falſum eſſe quod prius de eo crediderant, ſcilicet, quòd eſſet Chriſtus, & filius Dei. & quia Petrus putabat, quòd nunquam perderet iſtam fidem dixit, & ſi omnes ſcandalizati fuerint, ego non ſcandalizabor, infra vigeſimoſexto, ideſt, non perdam fidem. & Chriſtus ait; antequam gallus cantet ter me negabis: vnde vt appareret, quòd Chriſtus non locutus fuiſſet de fide perſonaliter Petri quando dixit orabo ne deficiat fides tua, permiſit, quòd immediate illa deficeret negando eum ipſa nocte.

Alia autem fides Petri, ideſt, quam ipſe confeſſus eſt nunquam deficit, nec deficere poteſt. Petrus enim ante omnes confeſſus fuit Ieſum eſſe Chriſtum, & filium Dei. hæc enim fides nunquam deficit, quia ex die, qua primum plantata eſt ſemper manſit. nam licet Petrus, & cęteri Apoſtoli eam in paſſione perdiderint: nō perijt omnino, quia mānſit fides in Virgi-

ne, quæ nunquam illam perdidit. & tamen fides hæc vocatur fides Petri, quia ipſe eam ante cęteros confeſſus eſt. & iſta fides Petri nunquam deficit, ſed fides pſonalis eius deficit, ideſt, ipſe Petrus deficit in fide. & ita non poteſt Petrus eſſe fundamentum Eccleſiæ, pprie, cum fides eius deficiat. Si autem quis velit accipere fundamentum large pro aliqua eminentia Petri ſuper alios Apoſtolos, non eſt nunc per ſingula diſcutiendum. nam de comparatione eius ad alios Apoſtolos, & partes Eccleſiæ dicetur latius in libro noſtro de origine, & diſtinctione iuriſdictionum.

Alij autem dicunt, & melius, quòd petra ſuper quam fundatur Eccleſia eſt Chriſtus, ſcilicet, ſuper hanc petram, ideſt, ſuper petram quam confeſſus es ædificabitur Eccleſia. nam Petrus non erat petra, ſed Petrus. hic autem dicitur, quòd Eccleſia ædificabitur ſuper petram hanc, ideſt, ſuper iſtam quam vides, quia petra erat Chriſtus. 1. Corin. 10. Et iſtam expoſitionem ſæpe tenet Auguſtinus. & tamen poſtea in libro retract. vtramque ponit: permittens lectori electionem dicens dixi in quodam loco de Apoſtolo Petro, quòd in illo tamquam in petra ædificata ſit Eccleſia, ſed ſcio poſtea me ſępiſſime ſic expoſuiſſe quod a Domino dictum eſt. tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, vt ſuper hanc intelligeretur, quem confeſſus eſt Petrus dicens: tu es Chriſtus filius Dei viui. ac ſi Petrus ab hac petra appellatus perſonam Eccleſiæ figuraret, quæ ſuper hanc petram ædificatur. non enim dictum eſt illi: tu es petra, ſed tu es Petrus. petra autem erat Chriſtus quem confeſſus Simon, ſicut ei tota Eccleſia confitetur dictus eſt Petrus. harum duarum ſentētiarum, quæ ſit probabilior eligat lector. hoc tamen dicit Auguſtinus, vt non videatur ſupra contradicere quaſi vtraque ſit ſuſtentabilis ſententia. & tamen ipſe ſecundam tenet. Quod patet ex propoſitis verbis eius. nam primam dicit ſe tenuiſſe in quodam loco. ſecundam autem dicit ſępiſſime poſuiſſe, & ſic iſtam tenet ipſe. & eſt verior.

Alij dicunt, & adhuc melius, quòd petra non accipitur hic pro Petro, nec pro Chriſto, ſed pro confeſſione fidei quam Petrus fecit: Eccleſia enim in fide fundatur, & fides vocatur petra, quia ſolida manet, nam poſtquam cępit fides ſemper manſit, & hoc, quia Chriſtus orauit, vt nunquam deficeret fides Eccleſiæ. Et ita Chriſtus dixit Petro: ſuper hanc petram, ideſt, ſuper hanc petram confeſſionis tuæ, quia tu dixiſti tu es filius Dei viui, & tu es Chriſtus. & iſta fides manebit ſemper in Eccleſia, & ſuper eam fundatur Eccleſia, quia fundamentum venientium ad Eccleſiam eſt fides. & inde etiam eſt fundamentum & principium totius boni operis, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, ad Hebrę. vndecimo. Et hoc eſt conuenientius dictum quàm quod accipiatur pro ipſo Chriſto: nam tunc ipſe ędificaret ſuper ſeipſum, & non eſt conuenienter dictum, quòd Eccleſiam ſuper ſe ędificaret, quia tunc non ædificaret ipſe, ſed alius ſuper eum. Secundo, quia dicit Eccleſiam meam, & tamen ſi ipſe eſſet fundamentum non diceretur Eccleſia eius: potius ipſe eſſet aliquid Eccleſiæ. cum autem accipitur petra pro fide, quę eſt de Chriſto conuenienter ipſe ſuper illam ædificat tāquam ſuper aliquid ſuum. & etiam Eccleſia ſuper fidem ædificata eſt aliquid Chriſti. Et ita exponit Chryſoſt. dicens. ſuper hanc petram, ideſt, in hac fide, & confeſſione ædificabo Eccleſiam meam. hic enim oſtendit multos iam crediturus, quod Petrus confeſſus fuerat, ſcilicet, Eccleſia eſt multitudo, & quia multitudo, quæ Chriſto ſubiecta fuit, cępit ex confeſſione hac, ſcilicet, crediderunt Ieſum eſſe Chriſtum, & filium Dei, & ob hoc adhæſerunt, & ſe ſponte illi ſubiecerunt. & iſta multitudo accedens ad Chriſtum eſt Eccleſia, quæ non accederet niſi crederet hoc quod nunc Petrus confeſſus eſt: ideo ſuper hanc petram, ideſt, ſuper hanc radicem, vel fundamentum Eccleſia ædificatur. Et iſte eſt verus ſenſus literæ. & eſt metaphora. ſicut enim in ædificijs ad hoc, quòd firma ſint debent eſſe fundata ſupra petram, & non ſuper arenam ſupra ſeptimo, & Luc. ſexto, & tunc quamquam veniant flumina, & venti perflent, manet domus ſtabilis, quia eſt ſupra firmam petram. ita Eccleſia, quæ eſt congregatio, eſt quaſi aliquid ædificatum, & manet ſemper. vt ergo oſtendatur firmiter manſura Eccleſia, vocatur illud ſuper quod fundata eſt petra per metaphoram: licet in veritate ſit fides de Chriſto, quia Eccleſia, quæ eſt ipſi homines, non poteſt ſuper petram ædificari.

Ad quid Petrus vocatur hic Petrus, & Cephas, ſi ſupra eum non ædificatur Eccleſia, ſicut ſupra petram. Quæſt. LXVIII.

QVAERETVR ad quid ergo Petrus vocatur hic Petrus, vel Cephas, ſi ſuper eum velut ſupra petram non ædificatur Eccleſia?

Dicendum ꝙ non fundatur Eccleſia ſupra Petrum, quia tunc diceretur tu es Petrus, & ſuper hanc petram, vel ſuper te ædificabo. & tamen dixit eum Petrum, & non petram. & ędificatio eſt ſupra petram: ideo non eſt ſupra Petrum. Sed dicendum, ꝙ vocatur Petrus propter duo. Primo, vt oſtendatur laus Petri. ſ.ꝙ iſta fides ab eo cœpit publice enunciari. vocatur enim iſta fides petra, quia ſuper eam fundatur Eccleſia, vt dictum eſt præcedenti quęſtione. & quia cœpit a Petro confeſsio eius fuit conueniens ipſum vocari Petrum a petra confeſsionis ſuæ. ſicut ſępe viri clari, qui egerunt aliqua magnifica geſta accipiunt nomina ex illis, vt maneat memoria geſtorum in laudem ex nominibus eorum. ſic enim Scipio Aphricanus dictus eſt, quia Aphricanos pugna ſubiecit. ita & Simon Apoſtolus confeſſus eſt ante omnes fidem, quod fuit magnæ laudis, & excellentiæ. fides tamen iſta vocatur petra ratione ſupraponſita: ideo ex actu confeſsionis ad laudem nomen accepit, vt Petrus diceretur. & iſta eſt prēcipua cauſa. & ita Chriſtus ait: tu es Petrus, ideſt, tu es ille, a quo petra fidei per confeſsionem enunciata, & publicata eſt. Secundo, vt oſtendatur ex hoc, quòd Chriſtus dabat Petro quoddam nomē officij, principatus prēlationis. fuit enim vniuerſalis Epiſcopus, & conuenienter hoc deſignatum eſt vocando eum Petrum. nam in fide quam Chriſtus vocat petrā omnes, qui ſub Chriſto ſunt conueniunt. ille ergo qui præeſt omnibus manentibus ſub hac petra fidei Chriſti conuenienter dicetur Petrus, ſed Simon primus Apoſtolus conſtitutus eſt vniuerſalis Epiſcopus, & maximus oīm Epōrū: iō ipſe ꝓueniēter Petrus dictus eſt. Sic dicit Chry. ſup hāc petrā. i. in fide, & ꝓfeſsione ędificabo Eccleſiā meā. hinc iā oſtēdit multos crediturus, ꝙ Petrꝰ ꝓfeſsus fuerat, & erigit eiꝰ ſenſū, & paſtorē eū facit.

An inferus habeat portas, & quæ ſint iſtæ portæ. Et quomodo intelligantur, quòd ſint æternales, & propter quid. Quæſt. LXIX.

QVAERETVR de portis inferi, de quibus hic dr. an inferus habeat portas, & quæ ſunt iſtę portæ.

Dicendum ad primum ꝙ inferus nullas portas habet. non enim ſunt ei neceſſe, quia infernus eſt aliquid ſub terra, & illic vadunt animæ damnatorū, &

purgandorum. & tamen ad recipiendum animas alicubi non ſunt neceſſe portæ, quia ſpiritus nihil occupat: cum nullius quantitatis ſit, & ideo nec via, nec porta, nec locus eis neceſſarius eſt. aliquando autem damnati in corporibus manebunt apud inferos, ſed nec tunc ſunt neceſſe portę, quia non eſt neceſſe, quòd damnati diſtendantur loco, & detur tanta vacuitas, ideſt, carentia corporis ſolidi in quanta capiantur omnes quotquot damnandi ſunt: poſſunt enim eſſe non occupando locum, nec exiſtente vacuitate aliqua, aut exiſtente valde parua. de quo tamen magis dicetur infra vigeſimoquinto cap. vbi agetur de pœnis inferni. Sed accipiũtur portæ ſecundum modum loquendi vulgarem, quia ſcriptura vult condeſcendere modo intelligendi ſimplicium. non enim poſſent intelligere quomodo animæ intrarent ad inferos, niſi dicerentur inferi habere portas. & ita ſcriptura loqtur vocans portas mortis portas inferni: Pſalm. 9. qui exaltas me de portis mortis: & Pſalm. 23. dicitur, attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. & accipitur de inferno, ad quem Chriſtus intrauit, qui portas habere dicitur, & ita cœlum dicitur habere portas: ſic dicitur Pſalm. 77. ianuas cœli aperuit. & ſic conſueuimus dicere apertam eſſe ianuam vitæ æternæ, vel clauſam eſſe ianuam. & non ſolum ianuas, ſed etiam ſeras, & vectes, & claues habere dicitur cœlum. ſic Chriſtus innuit dicens ſupra in litera. tibi dabo claues regni cęlorum. Sed dicendum, quòd hæc non ſunt ſic vèra, ſed ad condeſcendendũ parũ intelligentibus. ſic dicitur, vt per hæc ea, quæ vera ſunt accipiantur. Portæ inferni dicuntur ea per quę in infernum tenditur quaſi aliquid neceſſe ſit poni ad intrandum in infernum, ſed non eſt neceſſe. & vocantur portæ æternales, ideſt in æternum manentes clauſę ad hoc, quòd nemo exeat. vnde ponuntur ſemper apertę ad hoc, quòd ſit continuus introitus, vt dicit Virgilius ſexto Aeneidos, ſcilicet.

Tros Anchiſiade facilis deſcenſus Auerni.
Noctes atque dies patet atri ianua ditis.

Ideſt, ſemper per diem & noctem eſt aperta ianua inferni. dicitur autem ſemper clauſa ianua ad hoc, quòd nunquam quiſquam exeat, & ideo vocantur æternales portæ, ideſt, quæ in æternum non aperiuntur ad emittendum inde quemquam, & ad deſignandum iſtam difficultatem exeundi. inde vocãtur portę ęreę, vt dicit Eccleſia, qui portas æreas confregiſti, & viſitaſti infernum. ita licet in cœlo non ſint portę: dicitur habere portas, quia animæ illuc introeunt, & aliquando introibunt beati corpora habentes, & dicũtur portę clauſę quando eſt impoſſibilitas illuc introeundi, dicitur aperta ianua, quando eſt facile illuc intrare, & quia ante Chriſti mortem nemo potuit intrare in vitam æternam, dicebatur ianua cœli clauſa: poſt mortem autem Chriſti, quia promptum eſt cuilibet viuẽti ſecundum legem Chriſti illuc intrare, dicitur porta aperta.

Quæ ſunt quæ dicuntur hic portæ inferi. Et quomodo peccatum, paſſiones, & homines mali ſunt portæ inferi. *Quæſt. LXX.*

QVAERETVR de ſecundo, ſcilicet, quæ ſint quæ dicuntur hic portæ inferi, & quomodo non præualent aduerſus Eccleſiam.

Dicendum, quòd non accipitur pro aliquibus portis, quę vere ſint in inferno, quia nullę tales ſunt, vt oſtenſum eſt precedenti quęſt. Secundo, ga dato, ꝙ eſſent aliquæ portæ in inferno non acciperet hic de illis, quia dicitur, quòd portę inferi non præualebunt aduerſus Eccleſiam. ergo ſunt iſtæ portæ aliquid tale, quod aliàs poſſet prealere contra Eccleſiam, niſi ex Chriſti gratia concederetur Eccleſiæ, ꝙ non præualerẽt aduerſus eam. & tamen portis non ineſt aliqua qualitas actiua: ideo neceſſe eſt, ꝙ accipiãtur portę pro aliquo animato quod poſſit pugnare, & prealere.

Dicendum ergo, quòd portę accipiuntur per mephoram, quia ſicut per portam intratur in domum, ita id quod ad inferos ducit porta inferi dicitur. & ga ad infernum trahitur homo immediate per peccatũ, & mediate per paſſiones, quibus ad peccandum allicimur, & magis mediate per homines malos, q nos ad hos mouent: omnia hæc tria portæ inferi appellari poſſunt, & quia mali impellentes nos ad malũ ſunt tam homines mali q̃ dęmones, vtrunq; poſſunt portę inferi appellari. De his dicit Hiero. ego portas inferi vitia reor atque peccata, vel certe hęreticorum dogmata, per quas illecti homines ducuntur ad tartarum.

Sic etiam Origenes dicit: ſed ſingulę ſpirituales neqitię in cęleſtibus portę ſunt inferorum, quibus contrariantur portę iuſtitię. Dicendum tamen ꝙ magis proprie accipitur hic pro prauis hominibus principibus huius ſęculi, qui non præualebunt contra Eccleſiam, vt dicetur ſeq. qõ. Sic dicit Raba. portę quoque inferi, & tormenta ſunt, & blandimenta perſecutorũ.

Quare dicitur, quòd portæ inferi non præualebunt aduerſus Eccleſiam. & quid eſt hoc. Et quomodo verum ſit quòd illa omni tempore ſit ſancta. *Quæſt. LXXI.*

QVAERETVR quid eſt hoc quod dicitur, quòd portæ inferi non præualebunt aduerſus Eccleſiam. & quare hoc dicitur.

Dicendum, quòd hoc fuit propter duo. nam licet portæ inferi accipiantur multipliciter, vt dictum eſt præcedenti quæſtione: tamen in propoſito accipiuntur præcipue pro dæmonibus, & pro tyrannis huius ſęculi. Primum eſt, quia Chriſtus promittit hic, quòd Eccleſia ſua, quæ fundatur ſuper confeſſione fidei nunquam fraude dæmonum deſeret hanc confeſſionem: nec decidet in peccatum aliquod, ſed manebit ſemper munda, & immaculata: licet enim multi de Eccleſia peccent, nunquam tamen tota Eccleſia peccat, ſed manent plurimi, qui non peccant, ita quòd omni tempore ſit verum Eccleſiam eſſe ſanctam. ſi tamen tota Eccleſia peccaret non eſſet ſancta: ideo nunquam tota peccat. & hoc eſt, quòd non præualeant contra eam portæ inferi, ideſt, dæmones, qui deducunt animas ad inferos: nam ſi aliquando tota Eccleſia peccaret, iam portæ inferi præualerent contra eam, & ita hic Chriſtus concedit Eccleſiæ ſuæ ſecuritatem, ſcilicet, quòd nunquam ab eo auertetur per peccatum. Secundum eſt, quòd Chriſtus concedit Eccleſiæ perpetuam in fide permanſionem. & hoc eſt præcipuum quod intendit Chriſtus: nam nũc dixerat, quòd ſuper hanc petram confeſſionis fidei ædificaret Eccleſiam. putaret autẽ aliquis quòd iſta confeſſio pauco tempore duraret, quia principes ſęculi perſequerentur confitentes Ieſum eſſe Deum, ſicut fecerunt, & metu pœnarum ceſſaret confeſſio. Chriſtus autem dicit, quòd nullus poterit facere ceſſare cõfeſſionem iſtã etiã ſi multum perſequatur Eccleſiam, quia in omnibus his perſecutionibus Eccleſia ſuperabit. & hoc eſt, quòd portæ inferi non prealeant aduerſus Eccleſiam, ideſt, tyranni, qui perſecutores erant confitentiũ Chriſtum nunquam poſſent efficere, ꝙ ceſſaret fidei confeſſio, quod erat prealere contra Eccleſiam. & ſunt iſti tyranni portę inferi, quia ꝓſentientes eis deducunt ad

ad inferos. & non ſolum ipſi vadunt, ſed etiam alios ire cogunt. Dici autem, quòd portæ inferi non prealerent contra Eccleſiam proderat ad tria. Primo ad ſciendum, quòd Eccleſia ſemper duratura ſit. eſt enim valde vtile ſcire, q̃ Eccleſia ſemper manebit in vigore ſuo, & pertinet hoc ad magnam laudem Chriſti cuius ipſa eſt. Secundo ad oſtendendum manifeſte, quòd Eccleſia, & fides ſuper quam fundatur ſint a Deo: nam ſi eſſent humano conſilio, & voluntate introducta ceſſaret. ſic etiam dixit Gamaliel Phariſęo ſuadens alijs Phariſęis non perſequi diſcipulos Chriſti prædicantes nomen eius poſt mortem Actuum 5 diſcedite ab hominibus iſtis, & ſinite illos: quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium hoc aut opus diſſoluetur, ſi vero ex Deo eſt, non poteritis diſſoluere eos, ne forte & Deo repugnare videamini. cum ergo confeſſio nominis Chriſti permaneat ſemper inter tot anguſtias non diminuta, ſed creſcens: apparet manifeſte quòd a Deo ſit. Tertio ad confortationem eorũ quos contigerit perſecutionem pati pro confeſſione nominis Chriſti. cum enim ſciant, ꝙ omnes Tyranni huius mundi non poſſunt facere ceſſare confeſſionẽ nominis Chriſti, roborabũtur animo ſuo, vt audeant conſtanter fidem profiteri expectantes ſibi a Chriſto auxilium affuturum. nam aliter non erat poſſibile cõtra voluntatem omnium principum ſęculi manere fidem. Fides ſpecialiter non roboraret confitentes eã. Intelligendum etiam ꝙ promittit hic Chriſtus ſecuritatem contra hęreticos. ſ. ꝙ licet illi multos verſutijs & argumentis conentur fidei ſynceritatem corrumpere, ſemper illa integra manebit. vnde neque fides peribit, neque ipſa Eccleſia, quę ſuper fidem fundata eſt. Sic dicit Glo. portę inferi non præualebunt aduerſus. eam. i. non ſeparabunt eam a charitate mea, & fide

Hom. 1. in c. 16. Matt.

Sic etiam dicit Origenes. Vtrum petræ non præualebunt, in qua ædificat Chriſtus Eccleſiam; aut ei Eccleſiæ non præualebunt quam ædificat ſupra petrã? non exprimit manifeſte. Tamen manifeſtum eſt; ga nec aduerſus petram illam ſuper quam ædificatur Eccleſia: nec aduerſus Eccleſiam, quæ ædificatur ſuper huiuſmodi petram, præualebunt portæ inferorũ, ideſt, tyranni aut hęretici. Sic etiam dicit Cyrillus in libro theſaurorum: ſecundum autem hanc promiſſionem Domini Eccleſia Apoſtolica Petri ab omni ſeductione, & hęretica circunuentione immaculata manet.

An ſint claues aliquæ in Eccleſia & quid ſint. Et quòd tripliciter dicuntur claues regni cœlorum. Et quid præciſe impediat ingreſſum in vitam æternam. Et quis potiſſime illuc introire prohibeatur. Et quòd claues cœlorum, & inferni non ſunt idem. *Quæſt. LXXII.*

QVAERETVR nunc de clauibus regni cœlorũ, de quibus hic dicit. & licet circa hoc ſint multę difficultates, non quęreretur, niſi de eis quãtum ad ſe de clauibus; nam prout ſunt Petri, & an ſit excellentia aliqua eius ad cęteros in clauibus non dicetur nunc. ſed in libro noſtro de origine, & diſtinctione iuriſdictionum latiſſime dictum eſt. Et eſt primũ dubium: an ſint claues aliquę in Eccleſia, & quid ſint.

Aliqui dicunt, quòd non ſunt claues aliquæ: nam claues regni cœlorum eſſent ad aperiendum illud, & tamen ſemper eſt apertum Apo. quarto: vidi, & ecce in cęlo oſtium apertum. ergo nullæ ſunt claues regni cœlorum. Item clauis eſt ad claudendum, & aperiendum, ſed nemo poteſt claudere, & aperire, niſi Chrs: Apo. 3. aperit, & nemo claudit. claudit, & nemo aperit. Item ſi aliquę claues ſunt regni cœlorum haberet etiam claues inferni, quia cuicunque clauditur cęlum aperitur infernus, & cui aperitur cœlum clauditur infernus. Sed Eccleſia non dicitur habere claues inferni: ergo nec habet claues regni cœlorum.

Dicendum, quòd Eccleſia, ideſt, miniſtri eius habent claues regni cœlorum, vt Chriſtus dixit hic. Et ſciendum, quòd regnum cœlorum accipitur quinque modis, vt oſtenſum eſt ſupra decimo cap. quęſt. 52. & hic non dicitur, in quo modo accipitur, & tamen dicendum, quòd non poteſt accipi, niſi in vno duorum modorum, ſcilice, aut pro Eccleſia militãte quam ſcriptura interdum regnum cœlorum vocat, aut pro cœlo ſiue vita æterna: vtroque enim modo ſunt claues. nam dicuntur claues regni cœlorum, ideſt, vitæ æternæ, quia per eas tollitur impedimentum eundi ad vitam æternam quod eſt aperire, vel non tollitur quod eſt claudere.

Dicuntur autem claues regni cœlorum, ideſt, Eccleſiæ militantis. Vno modo, ideſt, quia in ſola Eccleſia militanti ſunt, extra Eccleſiam autem non ſunt claues: infideles enim non habent clauem aliquam. nam neque eſt eis poſſibilitas eundi ad vitam æternam: hæretici autem, & ſchiſmatici quandiu manent pręciſi ab Eccleſia publice: licet habeant claues quantum ad eſſentiam: cum non differant a charactere ordinis, & ordines veri ſunt in hæreticis, & ſchiſmaticis, tamen quantum ad vſum non habent eas, ſed illas de manibus ſuis perdiderunt. non enim poſſunt aliquem ligare, nec ſoluere, quia ſoluere eſt remittere peccata, ſed peccatorum remiſſio non fit ſine gratia, quam tamen non poſſunt habere hęretici cum ſint extra Eccleſiam, ergo non habent vſum clauium. Etiam quia vſus clauium ſemper eſt ſuper determinatam materiam. & tamen hæretici nullam materiam habent, quia nemo eſt ſubiectus hæreticis. eo enim quo ab Eccleſia receſſerunt caruerunt omni iuriſdictione, & ita claues intra Eccleſiam ſolam manent, & ita vocantur claues regni cœlorum, quia ſoli miniſtri iſtius regni illas habent. Secundo, quia vſus harum clauium ſolum manet quandiu manſerit regnum cœlorum, ideſt, Eccleſia militans. nam poſt conſummationem ſęculi, quando erit ſola Eccleſia triumphans non erit vſus clauium, quia nemo abſoluetur, nec ligabitur, ſed qui ligati manent, in æternum erunt ligati, qui vero abſoluti ſunt nunquam amplius ligabuntur, licet claues quantum ad eſſentiam manebunt: nam cum clauis quantum ad eſſentiam coincidat cum charactere, & omnes characteres maneant etiam poſt mortem, quia character eſt impreſſus indeleb iliter in anima: manebunt claues quantum ad eſſentiam, quando non fuerit Eccleſia militans: & tamen non manebunt quantum ad vſum. Tertio dicuntur claues regni cœlorum, ideſt, Eccleſiæ militantis, quia non ſolum proſunt quantum ad ſoluere, & ligare reſpectu vitæ æternæ, ſed etiã quantum ad aliqua, quæ ſunt Eccleſiæ militantis. vt in excommunicatione, cuius effectus eſt priuare communione fidelium, & participatione ſacramentorum: vtrunque tamen eſt reſpectu huius vitæ. nam in futuro nulla erunt ſacramenta, & etiam nulla erit talis communio fidelium quali priuamur hic in pœnam. & ita claues ſunt hic regni cœlorum, ideſt, vitæ æternæ, & etiam regni cœlorum, ideſt, Eccleſiæ militantis. His ſuppoſitis dicendum, quod in Eccleſia ſunt claues accipiendo per metaphoram: nam in corporalibus clauis eſt inſtrumentum, quo ſera clauditur, & aperitur, ita & in ſpiritualibus illud, quo tollitur difficultas intrandi in vitam æternam dicitur clauis: nam cęlum proprie neque portas

habet neque ſeras, ideo neque clauibus indiget, ſed quia ſunt quædam impedimenta peruenienti ad vitam æternam, vocantur illa ſeræ, quibus clauditur vita æterna; illud igitur quo talia impedimenta tolluntur dicitur clauis, & quia nihil aliud impedit ingreſſum ad vitam æternam, niſi peccatum, quia nõ eſt manus Domini abbreuiata, vt ſaluare non poſſit, ſed iniquitates noſtræ diuiſerunt inter nos, & Deum noſtrum Eſa. quinquageſimonono: illud ergo quo ab extra tolluntur peccata dicitur clauis, & dicitur ab extra, quia ex parte hominis requiritur dolor de peccatis, ſine quo non fit remiſſio peccatorum, & illo exiſtente fit remiſſio. & tamen ille dolor, & quęcunque actiones aliæ ſatisfactorię ex parte noſtra non vocantur claues, licet iſtæ agant ad remiſſionem peccati tam ad maculam quàm ad pœnam. Et ratio eſt, quia clauis dicit poteſtatem, & iuriſdictionem: ideo nominat aliquid ab extra, in quo autem ſit iſta clauis dicetur ſequenti quæſt.

Ad primum dicendum, ꝙ oſtium cœli quantum ad ſe ſemper eſt nunc apertum, & tamen dicitur clauſum iſti homini, vel illi inquantum ex ſeipſo impeditur illuc ire. Pro quo ſciendum, ꝙ clauſio oſtij cœli nominat impoſſibilitatem illuc intrandi: iſta difficultas immo impoſſibilitas fuit ſemper ante Chriſti mortem, quia nemo iuſtus, aut iniuſtus potuit illuc ingredi, quia nondum eramus reconciliati toti beatę Trinitati; neque ſatisfactum pro offenſa, quę ei irrogata fuerat, vnde tunc ſimpliciter erat clauſum oſtium cęli. per mortem autem Chriſti fuit apertum oſtium quod iam nunquam clauditur, quia ſoluto precio redemptionis noſtræ quiliber poteſt confeſtim moriẽs illuc euolare, niſi ipſe ſibimet impedimentum tribuat. & hoc eſt per peccatũ per quod homo ſibimet claudit regnum cœlorum, & ſic quantum ad impedimentum totius naturę humanę erat clauſum añ mortem Chriſti; nunc vero eſt apertum ſemper, quia nõ prohibetur homo intrare, niſi qui ſeipſum impedit, & hoc eſt per quodlibet mortale. ſcilicet tam per actuale, quàm per originale: ideo ad tollendum impedimentum iſtud eſt neceſſarium ſacramentum baptiſmi per quod tollitur veniale, & claues per quas tolluntur actualia.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſolus Chriſtus habet claues eminenter: miniſtri tamen Eccleſię habent illas miniſterialiter, vt dicetur ſequenti quæſt.

Aliter poteſt dici, & melius, ꝙ non intelligitur de clauibus ad remiſſionem peccatorum, ſed de clauſione lymbi, & apertione cœli, ante Chriſtum enim lymbus ſanctorum Patrum erat apertus, quia ibant illuc omnes ſancti, qui decedebant nullum ſatisfactionis onus habentes, & manentes in charitate; poſt mortem autem Chriſti clauſus eſt locus ille, quia iam nemo illuc vadit, & hoc eſt, quia locus ille non erat ad manendum, ſed ad detinendos ſanctos eo tempore quo non poterant ire ad vitam ęternam. & quia poſt mortem Chriſti confeſtim põt quilibet euolare illuc qui non ſit ex ſeipſo impeditus: nõ eſt iam locus lymbi ad aliquem vſum. & ita Chrs per mortem clauſit illum, & nemo põt illum aperire. i. faciendo, ꝙ illuc vadant aliqui, & detineantur ibi. aperuit autem Chrs cęlum. ſcilicet tollendo generale impedimentum reſpectu totius naturę humanæ, quia ante mortem eius nemo illuc ibat, & nemo claudit. i. põt claudere, ſcilicet, nemo põt inducere generale impedimentum intrandi in regnum cœlorum, ſicut prius erat: nam licet quilibet poſſet ſeipſum impedire ne illuc eat, tamen reſpectu omnium nemo põt ponere impedimẽtum.

Ad tertium dicendum, vt quidam volunt, ꝙ tam clauem inferni quàm regni cœlorum habet Eccleſia, quia aperiendo vnum claudit aliud, & tamen nominauit Chrs a digniori. Aliter põt dici, ꝙ non habet Eccleſia clauem inferni, ſed ſolum regni cœlorum. nam licet actus clauis ſit aperire, & claudere: tamen claues in Eccleſia ſunt præcipue ad aperiendum. & tamen Eccleſia non aperit infernum, quia non erat actus iſte alicuius excellentiæ, ſed aperit regnum cœlorum: ideo non dicitur habere clauem inferni.

Aliter & melius dicendum, ꝙ Eccleſia non habet clauem inferni, ſed ſolum cœli. Et ratio eſt, quia clauis inferni eſt poteſtas, qua infernus clauditur, & aperitur accipiẽdo in bonum non, ꝙ aperiatur, vt homo illuc introeat, ſed aperitur, vt de illo exeat. & claudit, vt poſtquam exierit non poſſit introire in illum. hoc autem eſt per collationem gratiæ quam Eccleſia nõ confert realiter, & effectiue, ſed ſolus Deus licet ad gratiæ collationem aliquid operetur Eccleſia miniſterialiter: ideo non habet Eccleſia clauem inferni. Patet hoc, quia infernus aperitur homini quando de peccato exit, quo tenebatur obligatus ad infernum, & iſtud exire eſt per collationem gratiæ, & dolorem cordis, quæ præcedunt omnem actum clauis: ideo clauis Eccleſiæ non aperit infernum. claudi autem infernum eſt facere, quòd homo nunquam poſſit in illum introire. & hoc eſt, ꝙ non peccet vltra mortaliter, quia per quodlibet mortale obligatur ſtatim ad infernum: hoc autem non fit ſine gratia ſuſtentante quam ſacerdos non tribuit, & non ſufficit ad hoc q̃dam, vel quælibet gratia, ſed magna, quæ eſt quaſi gratia confirmationis. nam multi in gratia ſunt, qui poſtea incidunt in mortale, per quod eis aperitur infernus, ſed nullam gratiam dat ſacerdos effectiue: ideo claues inferni non habet Eccleſia, ſed ſolus Deus illas ſibi retinuit, qui ſolus gratiam effectiue confert. clauem autem regni cœlorum habet Eccleſia, quia poteſt dimittere peccata quantum ad reatum pœnæ. & tamen manente obligatione ad pœnam etiam ſi ſit ablata macula non eſt introitus in regnum cœlorum: ideo Eccleſia magis poteſt habere clauem regni cœlorum quàm inferni. Item non ſunt idem claues inferni, & regni cœlorum. nam aperire infernum, & regnum cœlorum non eſt idem, eo quòd aperitur infernus quando remittitur homini peccatum quantum ad maculam, & tamen non ſtatim eſt apertum ei cœlum quouſque dimittatur ei pœna.

Quis habet claues regni cœlorum. Et quomodo clauis Chriſti ſit excellentior claue miniſtrorum Eccleſiæ. Quæſt. LXXIII.

QVAERETVR de clauibus, in quo ſunt, id eſt, quis habet eas.

Dicendum, quòd vt dictum eſt præcedẽti quęſtione, clauis nominat poteſtatem quandam, qua tollitur peccatum per quod impeditur intrare in vitam æternam. impedit autem peccatum, ſiue quantum ad maculam, ſiue quantum ad reatum pœnæ. nam quandiu manet macula, non ſolum homo non poteſt intrare in vitam æternam, ſed eſt determinate obligatus ad mortem æternam. per reatum etiam pœnæ impeditur homo, quia licet ille, qui ſoluti reatum pœnæ habet non ſit obligatus ad pœnam æternam: tamen non poteſt habere vitam æternam quandiu ſic manſerit. & ſic eſt impeditus: ille ergo habebit claues iſtas, qui poteſt liberare hominem a macula peccati, vel a reatu pœnæ.

Ex quo ſequitur, quòd poteſtas iſta clauium eſt in Deo, vt eſt Trinitas, & in Chriſto homine, & in miniſtris Eccleſiæ.

De Deo

De Deo patet, quia ipſe tollit maculam, & remittere poteſt reatum pęnę. & hoc directe. & ob hoc clauis iſta eſt in Trinitate beata per auctoritatem, vel (vt quidam dicunt, & idem eſt) eſt clauis auctoritatis in Trinitate, & dicitur per auctoritatem. i. per originẽ. ſcilicet quia eſt iſta poteſtas in Deo, & ille a nullo eam accipit, ſed potius ipſe eam communicat omnibus habẽtibus illam aliquo modo. & hoc eſt habere per auctoritatem. Ratio huius eſt, quia quicquid peccatur cõtra Deum committitur, qui eſt ſuprem⁹, & verus Dominus omnis creaturæ, & tradidit ei legem, in qua quicunque præuaricatur ipſum offendit, & ad ipſum directe pertinet retinere offenſam illam, aut remittere. ſicut ad quemlibet hominem directe pertinet dimittere debitum quod ei debetur.

Eſt autem in Chriſto homine clauis, quia ipſe realiter aperuit regnum cœlorum quod prius toti naturæ humanæ clauſum erat, & nunc eſt ſemper apertum, & ideo dicitur habere clauem excellentiæ. Et dicitur clauis excellentiæ non reſpectu deitatis, ſed reſpectu miniſtrorum Eccleſiæ, quia non habent eã miniſtri Eccleſiæ, ſicut Chriſtus. Eſt autem gradus, quia ſicut perfectius habet tota Trinitas clauẽ quàm Chriſtus inquãtum homo: ita perfectius habet Chriſtus homo clauem quàm miniſtri Eccleſiæ.

Primum patet, quia Trinitas habet clauem quàm libere. poteſt enim donare homini peccata, & ideo ꝑ ſolam liberalitatem poſſet homini remittere tam maculam quàm pęnam debitam nihil faciente homine, neque alio pro eo. Chriſtus autem inquantum homo non habet poteſtatem a ſe, ſed a Deo: ideo clauis ſua non eſt auctoritatis.

Secũdo, quia Chriſtus homo per paſſionem ſuam potuit ſoluere precium redemptionis noſtræ toleranda, & merendo, & ſatisfaciendo pro omnibus peccatis pro quibus nos non poteramus ſatisfacere, & tñ ſine paſſione per ſolam voluntatem humanam non poterat liberare nos a peccatis, quia Chriſtus inquantum homo minor eſt Deo, ſicut ipſe dixit pater maior me eſt. Ioan. 14. hoc enim ſolius Dei eſt. Etiam quia peccata noſtra non ſunt contra Chriſtum inquãtum eſt homo, ſed contra deitatem, eo ꝙ Chriſtus, vt homo non eſt naturaliter dominus noſter, ſed per collationem totius deitatis, infra vigeſimooctauo, data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. & hoc fuit, quia hæc meruit per actus ſuos, ſcilicet, per mortem: Actuum vigeſimo: attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo Spiritus ſanctus poſuit vos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. ſi tamen ſua eſſet naturaliter, non acquireret eam ꝑ ſanguinem, quia quod meum eſt ex vna cauſa, ex altera meum fieri non poteſt, niſi deſierit eſſe meum. extra de fide inſtrumentorum, capitu. inter dilectos. ideo nec peccata committebantur contra Chriſtum, vt eſt homo, neque ad ipſum pertinet directe illa remittere, quaſi contra ſe commiſſa. Et ita clauis Trinitatis, iuxta illa duo vocatur proprie clauis auctoritatis, & clauis poteſtatis. in Chriſto autem homine non eſt clauis auctoritatis, neque poteſtatis proprie, quia non poteſt per ſolam volũtatem peccata remittere, ſed eſt clauis meriti.

Secundum eſt ꝙ clauis Chriſti eſt valde excellentior claue miniſtrorum Eccleſiæ. Primo, quia ſolus Chriſtus aperuit regnum cœlorum quod toti naturæ humanæ clauſum erat. ſacerdotes autem agunt aliqd ad aperiendum regnum cœlorum iſti homini, ſed non ad aperiendum toti naturæ humanæ. & hæc eſt magna excellentia, & quantum ad hoc ipſe ſolus habet clauem Apo. 3. aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit. Secundo, quia remiſſio peccatorum noſtrorum vere dependet a Chriſto per modũ meriti. nam quicquid nobis de peccatis dimittitur, totum & multo amplius meruit Chriſtus nobis remitti. & ſic quando abſoluuntur accipimus realiter aliquid de eo quod eſt Chriſti, ideſt, de meritis paſſionis eius. ſacerdotes autem non communicant nobis quicquam de meritis. nam nec ſufficerent ad hoc, ꝙ remitterentur nobis aliqua peccata, & ita differunt Chriſtus, & ſacerdotes tamquam dans de ſuo, & dãs de alieno. communicantur enim nobis bona Chriſti per ſacerdotes, ſed ipſi de ſuis nihil nobis dant, ſed potius etiam ipſi accipiunt de bonis Chriſti, ſicut & nos, quia indigent illis cum ſint circundati infirmitate, ſicut & nos. & iſta eſt magna excellentia clauis Chriſti ſuper clauem miniſtrorum. Tertio, quia nõ ſolum Chriſtus, vt homo poteſt peccata remittere, ſed etiam potuit ſacramenta inſtituere per quæ remitterentur peccata noſtra, quod pertinet ad ſuperabundantem, & ſuperfluentem gratiam eius: cum datus ſit ei ſpiritus, & non ad menſuram. Ioan. 3. acceperunt ſacramẽta hæc efficaciã a paſſione Chriſti. & ita ſolet dici, quòd de latere Chriſti dormientis in Cruce, ſacramenta fluxerunt, in quibus Eccleſia ædificatur. & hoc eſt, quia fluxit ſanguis, & aqua de latere eius. Ioan. 19. & ſunt ſacramenta hęc inſtituta a Chriſto homine, & in nomine eius conferuntur: nullus autem miniſter Eccleſiæ poteſt ſacramenta inſtituere, immo tota Eccleſia non poteſt de nouo ſacramẽtum aliquod inſtituere, in quo gratia conferatur ex ipſo opere operato, ſed vtendo his ſacramentis faciunt aliquid miniſtri ad remiſſionem peccatorum. & hęc eſt magna excellentia Chriſti ſuper miniſtros. Quarto: quia Chriſtus poterat conferre effectum ſacramenti ſine ſacramento, miniſtri autem nihil poſſunt ſine ſacramento. Primum patet, quia Chriſtus poterat mundare aliquem ſine baptiſmo a peccato, ſicut ſi baptizaretur, & poterat liberare a peccatis ſine ſacramento pœnitentiæ, dum tamen doleret de illis. poterat enim ſibi remittere ſatisfactionem, quia ipſe ſatisfacturus erat pro omnibus, & in ſignum huius quando remittebat peccata non imponebat ei pœnitentiam, vt Ioan. 8. dixit mulieri deprehenſę in adulterio vade, & amplius noli peccare: miniſtri autem non poſſunt. Et hoc eſt ſecundum. nam non eſt maior poteſtas miniſtrorum quàm eſt efficacia ſacramẽtorum: cum autem ipſi applicant ſacramenta, ſequitur effectus tantus quanta eſt virtus quam Deus contulit ſacramentis, & quanta eſt diſpoſitio ſuſcipientis: non collatis autem ſacramentis nihil poſſunt facere miniſtri ad remiſſionem peccatorum inquãtum conferunt ſacramenta. ſcilicet ſacramentum pœnitentię, in quo eſt vſus clauium. eſt autem vere clauis iſta in eis, quia per abſolutionem ſacerdotalem, & totũ ipſum ſacramentum pœnitentiæ remittitur pœna debita ꝑ peccatis, vel tota, vel aliquid eius. & nemo alius poteſt hoc: cum nemo ſit miniſter huius ſacramenti, niſi ipſi: ideo habent claues. & tamen vocantur iſtę claues miniſteriales. i. iſti nihil conferunt de ſuo, neque datur nobis aliquid meritis eorum, ſed inquantum diſpenſant nobis ſacramenta, & conferunt nobis ipſa ſacramenta quantum conferre poſſunt, dicuntur ipſi agere ad remiſſionem peccatorum, ſicut applicans ignem agit ad combuſtionem ligni. De his clauibus nunc quæritur, vt ſunt miniſteriales: non autẽ de claue totius Trinitatis, neque de claue Chriſti, vt homo eſt, & hoc, quia de ſolis iſtis locutus eſt Chriſtus quando dixit, tibi dabo claues regni cœlorum; cum Petrus eſſet miniſter futurus in Eccleſia.

Quid sit clauis Ecclesiæ, & in quo sit velut in subiecto. Et quòd principale agens ad hominis salutem est Deus. Et quid sit proprie character: & quomodo differt a claue. vbi declarantur partes definitionis clauium. Et quis sit earum actus, Item quomodo Ecclesia orat pro peccatoribus.

Quæst. LXXIIII.

QVAERETVR quid sit clauis Ecclesię, & in quo sit velut in subiecto.

Dicendum, ꝙ clauis, vt dicit Hieron. super Mattheum, & habetur 4. Senten. dist. 18. est potestas spiritualis ligandi, & soluendi, qua Ecclesiasticus iudex dignos recipit, & indignos excludere debet a regno. & est diffinitio data de tertia claue. ſ. ministrorũ. nam de claue Trinitatis, & Christi hominis nihil nũc dicitur. Aliqui dicunt, ꝙ non conuenienter diffiniatur, quia potestas spiritualis data in ordinatione est character: clauis tñ videtur distingui a charactere, qa per characterem comparatur homo ad Deum, siue ad corpus Christi verum, per claues autem ad subditos. Item non debet poni in hac diffinitione Ecclesiasticus iudex, quia non est Ecclesiasticus iudex, nisi q iurisdictionem habet, & iurisdictio nõ datur simul cũ ordine: claues tamen conferuntur in collatione ordinis: ergo non debet fieri mentio de Ecclesiastico iudice, sed potius deberet dici de Sacerdote. Item videtur ꝙ non bene dicatur, ꝙ per clauem recipiuntur digni ad regum, quia ad illud quod quis ex seipso habet nõ indiget aliqua potestate actiua, vt reducatur ad illud, & tamẽ eo ipso, quo quis est dignus vita æterna, recipitur ad illam si migrat: huic ergo non est necessaria clauis ad hoc, quòd recipiatur in regno. Item videt non conuenienter poni, quòd indignos excludit a regno, quia Ecclesia orat pro peccatoribns, vt perueniant ad vitam æternam: ergo non excludit illos, sed quantum in se est introducit illos. Item videtur, ꝙ claues non sint ministrorum Ecclesiæ, sed solius Dei, quia in omnibus agentibus ordinatis vltimus finis pertinet ad principalem agentem, & non ad agens instrumentale, & tamen principale agens ad salutem hominis est Deus: ergo ad ipsum solum pertinebit habere claues, quibus homo introducatur ad regnum, qa regnum æternum est finis vltimus, qui intenditur a nobis. vel si homo habet claues tamquam agens instrumentale. non pertinebit ad ipsum recipere ad regnum, sed ad Deum, & ita non debet dici, ꝙ per clauem recipitur homo ad regnum.

Dicendum ꝙ ista diffinitio clauium conuenienter data est, quia ponuntur ibi omnia, quæ requiruntur ad perfectam rationem diffinitiuam alicuius potẽtię, actiuę, vel potestatis. Pro quo sciendum, ꝙ clauis est quædam potestas, quæ datur in ordinatione, & realiter non differt a charactere sacerdotali, sed secundũ rationem. character autem est qualitas impressa animę indelebiliter in ea manens: ideo & claues sunt in anima radicatę, & sicut character sacerdotalis nunquam potest perire etiam in degradato, ita & claues nunquam pereunt, licet vsus earum non sit propter non existere materiam semper. & non sunt character & clauis duę res, sed vna numero. & tamen vocatur character, & clauis ad aliud, & aliud. dicit enim character figuram siue configurationem. vnde non est quę liber figura in corporalibus character, sed illa, qua cõfiguratur recipiens imprimenti, vel conferenti. & ob hoc figura manens in cera ex impressione sigilli vocatur proprie character, quia secundum illam cera est configurata sigillo. & ita character relatiue dicit vt non solum sit figura, sed configuratio; figura autem absoluta, vt qualitas resultans ex terminatione lineamentorum cuiuslibet rei figura quidem dicitur, sed non character, quia non est configuratio. ita character est potestas spiritualis, qua configuratur anima hominis Deo imprimenti, & ideo per illam potestatem refertur ad solum Deum quasi ei configuratus, & ita qui baptizantur recipiunt characterem, quia manet ex baptismo aliquid in anima ipsorum, quo iã configurati sunt Christo. sic dicit Apostolus ad Gala. 3. cap. quotquot in Christo baptizati estis Christum induistis, idest, imaginem eius, vel configurationẽ acceperunt. In confirmatione etiam confertur character, quia ascribimur militiæ Christi, & per hoc specialiter configuramur ei iam portantes eius insignia: sicut ascripti militiæ alicuius principis portãt insignia illius. in omnibus etiam ordinibus conferuntur characteres, quia ordo supremus, idest, sacerdotalis est ad conficiendum corpus Domini. per potestatem ergo conficiendi cum ordinetur Sacerdos solum ad corpus Christi, configuratur ipsi Christo, & quia ipse confert potestatem hanc? est homo vere configuratus ei, & ita ista potestas vocatur character. Et quia cęteri ordines subordinãtur ordini Sacerdotali, quia subministrant ei, sunt subordinati corpori Christi vero, & ita per potestatem in eis datam configuratur homo Christo ad quem ordinatur, & a quo accipit potestatem ordinis, & propter istam causam licet in ordinatione episcopali conferatur Episcopo potestas quædam indelebiliter manens, sicut manent omnes potestates ordinum, non dicitur Episcopalis potestas character, neque vocamus proprie episcopatum ordinem, neque etiam sacramentum, sicut de quolibet alio ordine dicimus. Et ratio est, quia Episcopus ꝑ potestatem quam recipit in consecratione sua nõ cõfiguratur Christo, sed subditis, scilicet, quia potestas episcopalis non est ad corpus Christi verum; cum istam totam iam plene sacerdos habeat, sed ordinatur ad corpus Christi mysticum, idest, ad subditos, vt possit facere aliqua, quæ prosunt Ecclesiæ, & non possunt illa Sacerdotes. per hoc ergo differt character a claue, quia clauis cum sit potestas ligandi, & soluendi est respectu subditorum, qui ligantur, & soluuntur, & tamen per talem potestatem non configuratur homo Deo, quia non est directe ad illum: ideo clauis non vocatur character, quia cum vtrunque dicat relationem ad aliquid, non dicunt ad idem sed ad diuersa. & tamen fundamentaliter idem sunt, quia ista potestas secundum quam configuratur Sacerdos Christo, est eadem realiter cum ea, quæ respicit subditos sibi. Et non est inconuenies, quia per eandem potentiam actiuam, potest quis referri ad diuersa, & competent sibi diuersi actus. sicut apparet de igne eadem virtus numero est per quam calefacit, & per quem liquefacit, scilicet, calor. sed differt ratione, quia calefacere est causa liquefactionis quando talis est materia, quæ potest liquefieri, & per eandem virtutem calefacit, & liquefacit. & ita non est inconueniens, quòd eadẽ sit potestas respectu duorum actuum, quando vnus est causa alterius. ita omnis remissio, & gratia, quæ in nobis est descẽdit a capite nostro quod est Christus, ideo eadem potestas erit, qua Sacerdos poterit conficere, & absoluere, cum vnum sit causa alterius, scilicet, conficere est causa absolutionis cum ambo descendant a capite nostro Christo in nos, & ipsum cõficere fit ad ipsum, & absoluere fit ad membra Christi. etiam quia absoluere, & ligare est dispositiuum ad suscipiendum corpus Christi: relatio autem ad diuersa non impedit identitatem potestatis. & ita character Sacerdotalis, quo potest Sacerdos conficere, & clauis sunt eadem potestas numero secundum essentiã.

Hoc supposito dicendum, quòd ista diffinitio clauis

uis est conuenienter data, quia clauis est potestas quædam absoluendi, & ligandi, & quia potentiæ iuxta Aristotelem 2. de anima diffiniuntur, & cognoscuntur per actus, oportet quòd clauis per actum, vel vsum suum diffiniatur, & quia accipit speciem ab obiecto necesse est etiam, quòd obiectum exprimatur, & quoniam potestas spiritualis a Deo data ordinata est, quia omne quod a Deo est ordinatum est ad Ro. 13. oportet, quòd exprimatur modus agendi per quem constet potentiam esse ordinatam. hæc autem ponuntur in diffinitione hac: & quoniam omnis potestas est in subiecto aliquo, etiam exprimitur subiectũ. Et quia, vt diffinitio sit conueniens debet poni genus rei diffinitę, & genus ad clauem est potestas, cum per clauem sit Sacerdos potens aliquid agere quod aliàs non posset, dicitur primo, quòd clauis est potestas. Et quia ista potestas non est naturaliter insurgens, nec est in aliqua parte corporis, sed in anima, & a Deo impressa dicitur spiritualis. Subiectum tangitur inquantum dicitur iudex Ecclesiasticus, idest, Sacerdos, quia isti soli clauem habent, cum clauis non differat a charactere Sacerdotali, vt dictum est. Actus ponitur inquantum dicitur recipit, & excludit, & hoc est ligare, & soluere. nam recipere ad regnum est soluere, excludere a regno est ligare. & habet istos duos actus clauis spiritualis, sicut clauis corporalis claudit, & aperit. Modus agendi tangitur inquantum dicitur dignus, & indignus. nam potestas clauis non potest absolute aperire cęlum, quia iam illud apertum est per Christi passionem: nec etiam potest claudere, quia postquã Christus aperuit nunquam poterit claudi Aposto. 3. claudit, & nemo aperit: aperit & nemo claudit. ideo non aperit nisi pensata idoneitate eorum quibus aperiendum est, nec claudit nisi secundum idoneitatem eorum quibus claudendum est. & ad hoc dicitur, ꝙ recipit dignos, & excludit indignos. Tangitur etiam obiectum actus inquantum dicitur a regno: nam regnum est quod aperitur, & quod clauditur, & ita in ista diffinitione tanguntur omnia per quæ conueniente r, & sufficienrer notificatur esse clauis, & conditio eius. Ad primum dicendum, ꝙ clauis confertur in ordinatione Sacerdotis, sicut potestas conficiendi, quia vtraque est eadem secundum essentiam. ſ. ipse character. & tamen potestas conficiendi vocatur character, & non potestas ligandi, & soluẽdi propter causam suprapositam, sed differit secundum rationem, quia referuntur ad aliud, & aliud.

Ad secundum dicendum est, ꝙ claues dantur in ordinatione Sacerdotis, quia oĩs potestas spiritualis datur cum quadam consecratione, & consecratio nõ fit nisi in ordinatione. ideo clauis, quæ est potestas spiritualis in ordine datur: iurisdictio aũt non datur in ordinatione, sed tunc qñ datur materia. i. plebs subdita, & ideo si clauis solum diffiniretur per essentiam suã non poneretur iudex in diffinitione, quia cum clauis ordinatur ad actum diffinitur per actum suum, & qa actus requirit materiam, & agens ponitur vtrunque subiectum, agens inquantum dicitur iudex Ecclesiasticus: materia inquantum dicitur dignos, & indignos, ante aũt q̃ habeat Sacerdos materiam subditã claues quidem habet sed nõ potest illas exercere, quia non habet materiam, & ita est Sacerdos simplex, & tą lis non vocatur iudex Ecclesiasticus.

Ad tertium dicendum, ꝙ potest quis esse dupliciter dignus aliqua re. Vno modo, quòd habeat iam ius habendi rem illam.

Alio modo, quòd insit ei quædam ꝓgruitas ad habendum. Primo modo dignus habet cęlum per seipsum: nec indiget aliquo dispositiuo. Secundo modo indignus nondũ habet cęlum, sed per actum clauis disponitur, & perficitur, vt illud habeat.

Aliter potest dici, & quasi redit ad idem, quòd dignus vocatur hic non, qui iam dignus est, sed qui dignus effici vult indignus est, qui nec dignus est, nec dignus effici vult. Et hoc est verum, quia quando quis, est in peccato non est dignus vita ęterna, sed per hoc, quòd se vult subijcere actui clauium vult effici dignus: nam claues efficiunt eum dignum, cum per actum clauium remittantur peccata, quo facto statim est homo dignus, & tamen non prouenit dignitas tãquam aliquis iam sit dignus effectus, & tunc claues aperiant ei vitam ęternam, quia talis apertio non fit per claues, sed facta est per mortem Christi, sed cum cęlum apertum sit, quilibet dignus potest illuc introire. Actus ergo clauis est non quidem dignis aperire regnum, sed dignos facere, vt eis aperiatur regnum, vel vt in regnum, quod iam apertum est, intrare possint: excludere autem indignos est non quidem indignos reddere aliquos, vt recipi non possint, sed non disponere eos, qui clauibus se subdere nolunt, vel ostendere, quòd non possunt tales ingredi in vitã æternam cum nolint se subdere clauibus, per quarum actum solum potest homo disponi hic, vt intret in regnum cęlorum.

Ad quartum dicendum, quòd iudex Ecclesiasticus excludit indignos, & tamen Ecclesia orat pro indignis: Ecclesia enim habet se ad modum Dei, & maxime quantum ad misericordiam, quia dicitur supra quinto: estote misericordes, sicut & pater vester cęlestis misericors est. Deus autem vult omnes homines saluos fieri, & neminem vult perire, primo Timo. secundo, & tamen damnat ęternaliter malos. ita Ecclesia orat pro peccatoribus, & tamen malos excludit a regno, sed Ecclesia directe orat pro peccatoribus, vt boni fiant per actum clauium, & sic possint ad regnũ peruenire. cum autem ipsi boni effici nolunt, neque clauibus subdi, Ecclesia excludit eos a regno per actum clauium, non quidem impedimentum aliquod apponendo ne illuc eant, sed non dando remedium, vt illuc peruenire possint, vel ostendendo, quòd nunquam illuc ibunt, cum noluerint clauibus se subijcere per quas erat via eundi, sicut medicus prænosticat mortem languenti, qui non vult curari. & tunc nihil est ligare nisi ostendere ligatum. Primo modo ligare idem est, quòd non soluere, vel excludere idem est, quòd non adiuuare ad hoc quòd recipiatur. Sicut Deus dicitur obdurare hominem non quidem apponendo aliquam malitiam, sed non tribuendo gratiam per quam auferatur malitia.

Ad quintum concedendum est, quòd aperire regnum proprie Dei est, qui sine meritis confert nobis beatitudinem. nam nemo illam sufficienter mereri potest, & siue accipiatur aperire simpliciter, quod est aperire omnibus hominibus, siue aperire huic homini, a Deo est: nam cœlum simpliciter aperuit Christus per passionem suam, vt dictum est præcedenti quęstione: aperire autem huic homini, quòd realiter illud recipiat, & introeat in illud, solius Dei est: Sacerdos autem per claues non potest immediate super regnum quasi ipse realiter illud peccatori aperiat, sed potest super sacramenta quibus mediantibus peruenit homo ad regnum: nam nemo potest illa tribuere nisi Sacerdos.

An sint tantum duæ claues Ecclesiæ, vel plures aut pauciores. Et quòd duo sunt necessaria ei, qui debet exercere aliquem actum in moralibus, vel spiritualibus. Et qui sint ipsi clauium actus, & potestas. Quæst. LXXV.

QVAERITVR de clauibus quot sunt, & qa solet dici, quòd duæ. s. scientia discernendi, & potestas ligandi, & soluendi, est dubium an sint tot.

Aliqui dicunt, quòd sit vnica. nam clauis est ad aperiendum seram, sed vnica est sera. s. peccatum. ergo est vnica clauis. Si enim multiplicarentur claues aut hoc esset iuxta numerum, aut iuxta species peccatorum. sed vtroque modo essent valde plures quàm duæ, & tamen non sunt: ergo etiam non sunt duæ, qa non erunt nisi ad tollendum peccatum secũdum, ꝙ est peccatum, & tamen ratio omnium peccatorum est vna, ergo clauis debet esse vna ac si esset vnicum peccatum numero.

Item si claues essent duæ hoc esset ponendo scientiam discernendi tamquam clauem, sed non videtur verum, quia claues dantur in ordinatione, & tamen scientia non datur homini in ordinatione, sed qui insipiens prius erat, manet insipiens, ergo non est clauis. Item, quia si esset clauis competeret omnibus ordinatis in Sacerdotium, qui dicuntur habere claues, & tamen non competit, cum plurimi eorum careãt discernendi scientia.

Item, quia soli Sacerdotes habent claues, sicut soli habent characterem Sacerdotalem, & tamen alij nõ Sacerdotes habent scientiam discernendi: ergo non est clauis. & ita erit vnica clauis, scilicet, potestas ligandi, & soluendi.

Item, quia potestas quam habet Sacerdos supra corpus Christi mysticum, pendet a potestate quam habet supra corpus Christi verum, & tũ potestas conficiendi, quę est ad corpus Christi verum, est vnica. ergo clauis, quæ est potestas supra corpus Christi mysticum erit vnica.

Alij dicunt, quòd sint plures quàm duæ claues, qa ad actum hominis, sicut requiritur scientia, & potestas: ita etiam requiritur voluntas, & tamen scientia discernendi, & potestas ponuntur claues. ergo etiam voluntas absoluendi erit clauis. Item tota Trinitas peccata remittit, sed Sacerdos per claues est minister remissionis: ergo debet configurari trinitati, & sic habebit tres claues. Dicendum, quòd claues sunt solæ duę, quæ nominatę sunt. Pro quo sciendum, quòd sicut in naturalibus si solum petatur actus sufficit esse potentiam, a qua sit, & non est necessarium aliud principium. si autem petatur, quòd actus sit bene se habẽs in genere suo, necesse est vltra potentiam poni alterũ principium, scilicet, habitum, vel rectitudinem aliquam naturalem potentię. Ita & in moralibus, vel spiritualibus si solum petatur, quòd fiat actus exigitur sola potestas, si autem exigimus actum esse rectum, requiritur alterum principium, scilicet, scientia dirigẽs, & ideo in moralibus, vel spiritualibus in omni actu, qui requirit idoneitatem ex parte recipientis, duo sunt necessaria ei, qui debet exercere actum, scilicet, iudicium de idoneitate recipientis, & executio actus, & ideo etiam in actu iustitię per quem redditur alicui id quo est dignus, oportet primo esse iudicium quo discernatur an iste sit dignus eo, quod dandum est ei, & deinde sit realis executio iubẽdo, vel dãdo ei quod dandum est. Et ad vtrunque istorum requiritur potestas: nam sicut non potest quis realiter dare nisi quod habet, ita nec potest iudicare, qui potestatem non habet, cum iudicium reddatur in inuitum, & ideo vim coactiuã dicit iudicium; sicut enim in speculatiuis iudicium fit per virtutem primorum principiorum quibus resisti non potest in intelligendo, & ideo iudicium est necessarium, ita & in practicis iudicium fit per vim, vel auctoritatem imperatiuam existentem in iudicãte. De clauibus ita est, cum enim actus clauis præexigat idoneitatẽ in recipiente, quia excludit indignos, & recipit dignos: iudex Ecclesiasticus per clauem indiget auctu discretionis quo idoneitatem, vel indignitatem iudicet, & ipso actu receptionis, vel expulsionis. ad vtrunque autem requiritur auctoritas, vel potestas, quia non poterit discernere adhibendo coactionem, ille qui auctoritatem discernẽdi non habet. Et secundum hoc distinguuntur duæ claues quarum vna pertinet ad iudicandum quis sit dignus, vel indignus, & alia ad absoluendum, vel ligãdum, recipiendum, vel excludendum ipsos dignos, vel indignos, & vtraque est potestas quædam: nam scientia discernendi non nominat solum habitum, sed potestatem, vel auctoritatem discernendi vltra quam est ipsa potestas ligandi, & soluendi. Simile patet in iudicibus foralibus, quia in causa est cognoscere, & est diffinire, & vnum distinguitur ab alio: cum possit delegari vnum sine altero, sicut cum alicui delegatur tota cognitio causæ citra sententiam diffinitiuam, & reseruat sibi delegans diffinitionem negotij, & tamen ista cognitio potestatem, & auctoritatẽ dicit, quia aliàs posset ille, qui aliàs nulli iurisdictioni potest, discutere quamlibet causam citra diffinitionem quod falsum est, quia cõmissione indiget per quam auctoritas conceditur: etiam quia ista cognitio dicit aliquos actus potestatis. nam ille cui sic cognitio causę delegata est, potest citare partes, & cogere eas iudicio sistere. Ita ergo cum in spiritualibus sit quoddam iudicium, erit ibi discretio, vel discussio, quæ dicat potestatem, & diffinitio vltra illam. Et quia actus istarum duarum clauium est in sacramento pęnitentię, apparebit sic distinctio earum, scilicet, quòd sicut in foralibus delegata alicui cognitione causę citra sententiam diffinitiuam, habet potestatem per hoc secundum quam est iudex competens, vt possit partes citare, & compellere iudicio sistere, & discutere, & interloqui. Ita in foro pęnitentię Sacerdos per scientiam discretionis, quæ est auctoritas, vel potestas descernendi, est competens iudex coram quo homo reuelet conscientiam suam, & compellat confitentes venire ad confitendum ea compulsione quã iura curatis Sacerdotibus concedunt, & tamen non sunt alij homines competentes iudices ad audiendum, & discutiendum conscientias peccatorum, & peccarent si intromitterent se de hoc quantumcunque essent sancti, vel sapientes, & tamen sicut ille, qui omnia hæc potest in foralibus per cõmissam sibi auctoritatem adhuc non potest diffinire in causa, sed est necessaria ad hoc alia potestas, ita vltra potestatẽ, qua quis legitime audire conscientiam alterius, & discutere potest, quæ dicitur scientia discernendi, requiritur alia potestas ad absoluendum quos inuenerit ad hoc aptos, quod est diffinire in hoc foro, & istud est potestas ligandi, & soluendi, quæ est secunda clauis, & ita distinguuntur istę duę claues & ambæ sunt potestas. Considerandum tũ ꝙ vere non sunt istę duæ claues tamquam duæ potestates separatę. nam potestas clauis est eadem essentialiter cum charactere Sacerdotali, vt dictum est precedenti quæst. & tamen character Sacerdotalis est vnicus, & nihil aliud dat̃ in ordine Sacerdotali: ideo claues non possunt esse duę potestates separatæ: minus enim differt vna clauis ab altera q̃ clauis a potestate conficiendi, quæ dr̃ character, & tamẽ clauis, & potestas conficiendi sunt eadem potestas, & essentia numero. ergo a fortiori istæ duæ claues sunt

Quo sacerdos in foro pęnitentiæ est cõpetẽs iudex.

eadem

eadem potestas numero in esse, & eadem auctoritas. differunt tamen ex comparatione ad actus, quia sunt duo actus quorum vnus alterum præsupponit. s. soluere præsupponit discernere, & cum ambo competant Sacerdoti ex officio, competent per eandem potestatem.

Ad primum dicendum, quòd claues non multiplicantur iuxta multiplicationem peccatorum in numero neque peccatorum in specie, sed sunt ad peccatum sub ratione peccati. ideo non sunt plures claues pro multis peccatis quàm pro vnico. vnde etiam si esset vnicum peccatum numero requirerentur duę claues, eo quòd actus vnius clauis præsupponit actum alterius. Et cum dicitur, quòd ad vnam seram aperiendam est vnica clauis.

Dicendum, quòd verum est immediate, & tamen non est inconueniens, quòd sit vna clauis immediate, & aliæ mediate, & dispositiue, ita vnica clauis est. s. secunda qua immediate aperitur sera peccati, idest, potestas ligandi, & soluendi. actus tamẽ primæ clauis. s. scientiæ discernendi præsupponitur, quia non poterit quis per clauem potestatis soluere, & ligare idonee, nisi per clauem discretionis iudicauerit discernendo, qui sunt digni, & qui indigni.

Ad secundum dicendum, ꝙ circa clauem scientiæ quidam dicunt, ꝙ non est determinate clauis, sicut clauis potestatis: vnde non datur omnibus Sacerdotibus in ordinatione: clauis autem potestatis datur omnibus. vnde dicit Magister. 4. Senten. distin. 16. quòd Sacerdotes, qui ante ordinationem suam scientiam non habent, neque post ordinationem: non recipiũt clauem scientiæ in ordinatione, sed solam clauem potestatis: qui vero ante Sacerdotium scientia discernendi præditi sunt, licet habeant discretionem nõ est in eis clauis, quia non valent per eam aperire neque claudere. ideo cum promouentur in sacerdotium clauem discretionis recte dicuntur accipere, quia ante habita discretio augetur, & fit in eis clauis, vt ea valeant vti ad aperiendum, & claudendum.

Sed hoc non stat inquantum dr̃, ꝙ ante habita discretio augetur. Primo, quia si hoc fieret augeretur in quolibet, qui aliquam scientiam habet quando promouerẽt, & ita in aliquo saltem appareret illud augmentum, & tũ in nullo apparet, quia neminem videmus discretiorem illico, vt ordinatus est quàm immediate ante hoc. ergo non augetur discretio. Secũdo, quia scientia, vel discretio est gratia gratis data, & est de donis Spiritussancti, quę dãtur libere, quia Spiritussanctus diuidit illa vnicuique prout vult 1. Corint. 12. & tũ si daretur in ordinatione cuicunque habẽti scientiam: esset iam necesse dari scientiam, & tamen non datur nisi pure libere: nec habet eam a Deo quicunque vult, sed qui petit confidenter Iaco. 1. si quis indiget sapientia, petat a Deo. ergo non datur nec augetur in ordinatione. Tertio, quia si in habentibus augeretur daretur non habentibus, quia æquale miraculũ est subito alicui augere scientiam quã habet ei, quod est de nouo dare, & tamen non habentibus non datur in sua consecratione. ergo non augetur in ordinatione, vt supponit Magister. Alij dicunt quasi concorditer cum opinione Magistri. s. ꝙ scientia, vt est habitus acquisitus, vel infusus dr̃ hic clauis, & tũ non est clauis principalis, sed dicitur clauis in ordine ad aliam clauem. s. potestatem, & ideo quando est sine illa nõ dicitur clauis, sicut in viro laico literato, aut qui non est Sacerdos. Et dicunt, quòd quando Sacerdos non habet scientiam infusam neque acquisitam, non habet clauem scientiæ, si tamen habet naturalem industriam qua iudicare possit, dicunt quòd habet clauiculam. Dicunt etiam, quòd vir literatus, qui non est Sacerdos non habet clauem, & quando promouetur licet non accipiat scientiam de nouo, quia illam habebat, tamen scientia illa accipit, quòd sit clauis quod prius non habebat, & hoc etiam dicit Magister dist. 19. Sed hoc etiam non stat. Primo, quia non est conuenienter dictum, quòd scientia infusa, vel prius acquisita sit clauis, quia clauis est aliquid sacramentale, & tamen infusum prius, vel acquisitum non est sacramentale, ideo non pertinet ad claues. Secundo, quia dicunt, quòd quibusdam dantur duæ claues, & quibusdam vnica, & tamen Chrs promisit Petro duas claues, & non illi soli, sed in hoc significata est potestas ministrorum Ecclesię, cuilibet ergo eorum dantur duę claues in ordinatione, siue sit sapiens, siue insipiens, quia aliàs non posset aperire regnum cęlorum cum Chrs præsupposuerit claues esse necessarias ad hoc. Aliter ergo dicendum, quòd clauis scientiæ non est scientia acquisita neque infusa, sed est potestas discutiendi causas in foro conscientiæ audiendo peccata, & quærendo conscientiam pc̃tõris, & ista põt esse sine scientia discernendi. Et interdum scientia discernendi est sine ista potestate. De primo patet, vt in Sacerdote insipiente, qui potestatem habet quidem audiendi confessionem, sed nescit discernere absoluendos, & ligandos. De secundo, vt in laico, vel non Sacerdote, qui scientiam habeat quomodo debeat tractari forus pęnitentię, & sicut in foralibus est potestas audiendi, & discutiendi causam, & est potestas diffiniendi vltra potestatem audiendi, ita in foro conscientiæ est potestas discernendi, idest, audiendi pc̃tã, & quęrendi conscientiam pc̃tõris quam vocamus clauem scientiæ, siue scientiam discernendi, & vltra hoc est potestas absoluendi, & ligandi eos quos per clauem scientię iudicauerit esse ad hoc dignos; quia tamen exercitium clauis discretionis, idest, iudicare quis sit dignus, non potest conuenienter fieri sine scientia acquisita, vel infusa præcedente, ideo clauis scientię non potest accipi sine pc̃tõ in ordinatione, nisi precedat scientia in accipiente. scientia tamen potest haberi sine claue scientię, sicut in foralibus potest habere potestatem cognoscendi, qui scientiam non habet, peccat tamen, qui vult effici iudex non habens iurisperitiam competentem pro discussione causarum, quæ ad eum peruenire possunt aut peruenirent. Hoc supposito tolluntur inconuenientia. Cum enim dicitur, quòd claues dantur in ordinatione, concedatur. & cum sequitur, quòd non datur scientia in ordine.

Dicendum, quòd scientia, quæ est habitus infusus in intellectu non datur in ordine, sed datur scienta, quę est potestas cognoscendi, & inquirendi conscięntiam peccatoris, & ista est clauis, & non habitus scientiæ acquisitus, vel infusus.

Ad aliud dicendum, quòd est clauis, & competit omnibus ordinatis, & cum dicitur, quòd multi ordinati carent scientia discernendi, dicendum quòd verum est accipiendo pro peritia discernendi, quæ est acquisita, vel infusa, secus accipiendo pro potestate discutiendi, quia nullus Sacerdos caret illa sciẽtia discernendi. Ad aliud dicendum, quòd soli Sacerdotes habent claues vt J. dicetur. q. 87. & cum dr̃, ꝙ laici aliqui habent scientiam discernendi. dicendum, ꝙ verum est accipiendo scientiam pro habitu acquisito ad iudicandũ in foro spirituali conscientiæ, & tũ non est illa scientia clauis, sed solam scientia, vt est potestas ad discernendum iudicialiter de pc̃tõris conscientia, quę potestas datur in sola ordinatione, Ad tertium principale dicendũ, ꝙ potestas conficiendi est vnica, quia ordinatur ad vnicum actum. s. ad cõficere, claues autem ordinantur ad duos actus, ideo potestas clauis

multiplicatur,

multiplicatur, vt dicamus esse duas claues, licet quantum ad essentiam sunt vna potestas numero.

Sed dicetur quare ergo non multiplicantur, vt dicantur tres, quia sunt tres actus eiusdem potestatis. ſ. conficere, & discutere, & ligare, vel soluere? Dicendũ, quòd ea, quæ sunt eiusdem generis, & differunt spẽ, vel numero multiplicantur, & connumerantur inter se, quę autem sunt diuersorum generum non connumerantur neque multiplicantur, potestas autem conficiendi, & potestas clauium sunt ad actus diuersorũ generum, ideo non ponit in numerum potestas conficiendi super potestatem clauium, vt dicantur esse tres. potestas autem clauium est eiusdem generis, iõcum differunt actus connumerantur inter se, & ponunt in numerum, vt dicamus esse duas claues, & tñ quantum ad essentiam potestatis eadem potestas numero est ad conficiendum, & ad duos actus clauium. Ad eos, qui dicebant esse tres claues quarum esset vna voluntas soluendi. Dicendum, quòd potestas clauium datur homini in ordinatione, & datur a Deo: Deus autem non dat homini nisi ea, quæ aliàs homo non habet: nec per seipsum habere potest, cum Deus omnia ordinatissime dat, ideo necesse est, quòd det potestatem discutiendi, & potestatem soluendi, & ligandi in spiritualibus, quæ aliàs homo non haberet, velle autem ligare, & soluere liberum est, quia omnis actus voluntatis est liber, ideo non debuit dari aliqua clauis pro voluntate. Ad secundum huius partis dicẽdum, quòd Sacerdos per claues est minister remissionis, quæ fit per totam Trinitatem, & tamen Trinitas vno, & eodem modo pctã remittit: nec sunt tres remissiones peccati, sicut sunt tres persone, sed vnica, quia eadem remissione qua remittit vna persona remittunt cęterę, & omnes tres personæ sunt vnus remissor peccatorum, sicut sunt vnus creator, & vnus Dominus, quia in personis non multiplicantur actus nisi notionales: non autem essentiales qualis est iste: non ergo debent esse tres claues ad representationẽ trium personarum, sed potius ad hoc deberent esse, vel sufficeret vnica clauis, quia vnica remissio fit a tota Trinitate, sicut si esset vnica clauis.

Secundo potest dici, quòd etiam si essent distinctæ remissiones trium personarum, & sumerentur claues in Sacerdote pęnes attributa personalia, non essent nisi duæ claues, quia attributum spiritussancti est voluntas, & tamen ex parte voluntatis nulla clauis poni deberet: ergo solę duæ claues essent, quæ se tenerent ex parte attributorum personalium sed ex parte actuũ, vt ostensum est.

Quid est illud, in quo soluitur quis, & ligatur per claues. Et ad quæ se, extendat actus clauium. Et qui sit ille actus. Et quòd triplex est in sacramento sanctificatio. Et in quo sit tota virtus sacramenti pœnitentiæ. Et quid importent apud doctores culpa pœna, reatus &c. Et in quo conueniant sacramenta baptismi, & pœnitentiæ. Et actus clauium ad quid faciat.

Quæst. LXXVI.

QVAERITVR, nũc de effectu clauium, & quia actus, vel vius earum est soluere aut ligare aut recipere ad regnum, vel excludere, & non soluitur quis nisi ab aliquo, nec ligatur nisi in aliquo, est dubium quid est illud, in quo soluitur quis, & ligatur per claues. Dicendum, quòd actus clauium est super materiam. Et ista est duplex. ſ. mediata, & immediata. materia mediata est ipse homo, qui absoluitur, & ligatur. materia immediata est peccatum, de quo homo absoluitur, vel in quo ligatur. Circa materiam primo modo non est nunc dubium, sed postea dicetur. Sed est dubium circa peccatum, hoc tamen concorditer ab omnibus conceditur, quòd claues super peccatum habeant vsum suum soluendo, & ligando, quia tamẽ peccatum multa dicit, & non est eadem ratio de omnibus illis, est dubium, a quo illorum absoluimur, vel in quo ligamur. Sunt enim hæc in peccato saltem in peccato commissionis. ſ. actus peccati, culpa, macula, offensa, reatus, pronitas ad malum, derelicta ex peccato, tenebra, pęna. de quibus quid sit singulum ipsorũ, & a quo fit absolutio, & a quo non. late diximus in libro nostro, qui dicitur defensorium trium conclusionum parte prima. Nunc autem dicendum, quòd claues non habent vsum suum super primum, idest, actũ peccati, quia ille transit quando fit, ideo cum non maneat non possunt claues aliquid super illum. Nec etiã super culpam, quia licet culpa sit id a quo peccatum denominatur, est tamen aliquid quod transiuit cum actu. nam culpa nominat priuationem, vel carentiam debitę rectitudinis in actu, & carentia, quia est accidens priuatiuum non manet nisi manente subiecto, in quo est priuatio, & illud est actus peccati, sicut cęcitas non manet nisi manente oculo, & homine, iõ actus clauium non se extendit ad culpam stricte acceptam, non quidem ex defectu clauium, sed quando venit vsus clauium iam culpa esse cessauit cum ipso actu: ideo nec macula tollitur, neque remittitur, neque deletur, neque quis ab ea absoluitur per vsus clauium. De pronitate etiam ad malum relicta ex actu peccati, siue sit habitus, siue dispositio.

Dicendum, quòd claues nihil faciunt ad illam tollendam. Quod apparet, quia post actum clauium adhuc manet, sicut siquis assuetus sit ad vnum genus peccati, licet doleat, & confiteatur, adhuc manet sibi inclinatio ad illud peccatum, & tamen claues iam habuerunt effectum suum in isto, & non tollitur illa pronitas per actum clauium, quia sicut naturaliter genita est ex actu, quia quilibet actus est generatiuus habitus sui generis 2. Ethicorum. ita per contrarios actus tolletur sine actu clauium, & tamen claues non sunt datæ a Deo nisi pro eis, quæ homo naturaliter facere non sufficit, ideo ad hoc non oportuit extendi actum clauium.

Manent autem quinque. ſ. macula, reatus, offensa, tenebra, pęna, & de his est dubium an ad ea se extendat actus clauium.

Et dicendum, quòd aut quæritur generaliter de actu clauium, idest, an aliquis actus clauium se extendat ad ista, aut quæritur specialiter de absolutione.

Si primo modo dicendum, quòd super hæc omnia transit aliquis actus clauium. nam pertinet ad clauem remittere, vel dimittere, tellere, mundare, purgare, delere, & similia, & nullum est illorum quinque de quo non prędicetur proprie aliquid istorum. nam de macula proprie dicimus, quòd deletur. de offensa dicimus, quòd remittitur, vel dimittitur. de tenebra dicimus, quòd tollitur, vel purgatur. de pęna, quòd dimittitur. de reatu autem omnia hęc possunt dici proprie qa tollitur remittitur deletur purgatur, & ita de alijs. Si secundo modo. ſ. quantũ ad absolutionem. dicendũ, q̃ licet absoluere quantũ ad rem nihil aliud sit quàm remittere vel delere, tñ quantum ad rõnem differt ab eis, quia absoluere dicit rationem vinculi, idest, obligationem. i. auferre nexũ, vel ligaturam: ideo non dicit nisi de eo quod vinculum importat, & tamen inter omnia, quę peccatũ dicit nihil est quod dicat vinculũ, nisi reatus, q̃ idem est, q̃ obligatio, ideo solus reatus est, a quo homo absoluit. cętera aũt dimittunt, vel tolluntur aut delent, sed non absoluit homo ab eis. Omnia autem quinque prędicta licet tollantur, aut dimittant, vel deleant, non constat adhuc an per clauem Sacerdotalem hoc fiat, vel forte per soluti Deum,

Deum, cum quædam Deus solus faciat in quibus nõ interuenit aliquis actus Sacerdotalis, sicut dare gratiam, & ideo est dubium, super quod, aut quæ illorũ habet vim clauis Sacerdotalis.

Sciendum autem pro hoc, quòd licet hæc quinque sint inter se distincta: tamen doctores, vt communiter omnia reducunt ad duo. ſ. ad maculam, & pęnam, quàmquam interdum distinguant hæc. Et alij loquentes minus proprie accipientes large culpã includunt sub nomine culpę maculam, offensam, tenebram, reatum, & ipsam culpam proprie dictam nõ accipiunt, quia cum illa transierit nullus actus remissionis transit super illam, & ideo quando quæruntur an clauis se extendat ad remissionem culpæ possunt intelligi ista quatuor dicta. nam pęnam nunquam intelligunt sub nomine culpę. Et ita est nunc dubium an actus clauium se extendat ad aliquid istorum, quæ illi culpam vocant.

Aliqui autem dicunt, quòd extendit se clauis ad hæc, quia Christus dixit discipulis Io. 20. quorum remiseritis peccata remissa erunt, & non intelligitur de sola manifestatione remissionis factæ per Deum, sed de aliquali effectu, quia aliàs Sacerdos noui testamenti non haberet maiorem potestatem quàm Sacerdos legalis, qui immundos quidem a lepra non mundabat, sed cum mundati erant illos mundatos ostendebat Leui. 13. & 14. quod falsum est. ergo aliquid facit Sacerdos Euangelicus in remissione peccati realiter, & ita remittit aliquid istorum.

Item in pęnitentijs datur gratia ad remissionem peccati, sed minister pęnitentię est Sacerdos ex vi clauium. ergo agit ad gratiæ collationem, & tamen gratia opponitur peccato non quidem ex parte pęnę, sed ex parte maculę, vel culpę. ergo claues agunt ad maculam, vel ad alia, quæ nomine culpę intelligi solent. Item maiorem virtutem recipit Sacerdos in sua consecratione quàm aqua baptismi in sua sanctificatione, sed aqua baptismi hanc vim accipit, vt corpus tangat, & cor abluat. vt dicit Augu. ergo a fortiori Sacerdos in sua consecratione accipiet hanc potestatem, vt possit mundare cor per claues, & hoc est posse super maculam, vel alia, quæ accipiuntur nomine culpę. ergo claues ad ista agunt.

Alij dicunt, quòd claues non sufficiunt ad hoc, qa sic extenderent se ad interiorem mundationem cum ista sint interiora. & tamen, vt dicit Magister 4. Sentẽ. distin. 5. hanc potestatem nõ contulit Deus ministro, quòd cooperaretur ei ad interiorem emundationẽ, ergo claues non se extendunt ad maculam, vel culpã. Item, quia peccatum non remittitur nisi per Spiritũsanctum. & tamen nullus homo potest dare Spiritũsanctum, vt ostenditur 1. Sen. distin. 14. ergo nemo potest remittere peccata quod est delere maculam, vel culpam, vt isti volunt.

Dicendum, quòd claues Ecclesiæ prosunt aliqualiter ad auferendum maculam, siue vt aliqui dicunt culpam accipiendo eam large, vt supradictum est. Et patet, quia baptismus prodest ad remissionem peccati tollendo maculam, siue culpam originalem, vt isti dicunt, & tamen eadem vis est sacramẽti pęnitentię, & baptismi. ergo etiam pęnitentia proderit ad delendum maculam, & tamen tota vis sacramenti pęnitentię est ex clauibus, ergo claues agunt ad remissionem peccati quantum ad maculam. Vt autem videatur quòd sit eadem virtus pęnitentię, & baptismi.

Sciendum secundum Hugonem li. de sacramẽtis, quòd sacramenta ex sanctificatione inuisibilem gratiam continent, idest, propter sanctificationem, quæ in eis est conferunt gratiam inuisibilem, illud ergo, in quo est sanctificatio sacramenti confert ad gratiam, sanctificatio autem in sacramento est tripliciter: quandoque est ex parte ministri, & materię simul. sicut in confirmatione, & in Eucharistia. nam non est quilibet minister horum sacramentorum, sed solus ille, qui habet specialem sanctificationem. ſ. Episcopus, & Sacerdos. Etiam materia est vtrobique sanctificata aliquando ex parte solius materię, sicut in baptismo cuiuslibet quilibet potest esse minister, & tamen ipsa aqua sanctificatur, sicut dixit Hugo. quòd baptismus est aqua diluendis criminibus sanctificata, aliquando autem est sanctificatio in solo ministro, sicut in sacramento pęnitentię. nam materia non est sanctificata, sed potius mala. ſ. peccatum. Et ideo sicut in baptismo tota virtus sacramẽti est ex parte materię. ſ. quòd immergatur quis in aquam cum verbis consuetis, qa sanctificatio est ex parte solius materię, ita in sacramẽto pęnitentię tota vis consistit ex parte ministri, vnde eodem modo se habet potestas clauium in Sacerdote ad effectum sacramenti pęnitentię, sicut se habet virtus, quæ est in aqua baptismi ad effectum sacramẽti baptismi. Conueniunt etiam sacramentum pęnitẽtię, & baptismi in effectu, quia ambo ordinantur directe contra peccatum, idest, maculam. Vel vt aliqui dicunt contra culpam large sumendo, & hoc non est in alijs sacramentis, & sic sicut baptismalis sanctificatio, quæ tenet se ex parte maculæ sufficit ad delendũ peccatum quantum ad maculam, ita sanctificatio pęnitentialis, quæ se tenet tota ex parte ministri sufficiet ad delendum maculam, & hoc erit per claues, cum nulla sit potestas Sacerdotalis in sacramento pęnitentię nisi per claues: differunt tamen, quia in baptismo, vt communiter non requiritur actus aliquis ex parte suscipientis, ideo putatur tota efficacia remissionis peccati esse ex parte sacramenti. In sacramento autẽ pęnitentię requiritur actus pęnitentis, & sic putatur efficacia esse ex actibus pęnitentis, & non ex virtute clauium, & tamen non est propter hoc minoris efficaciæ sacramentum pęnitentię auferendo peccatum quàm baptismus. Sed differentia stat in hoc, quia sacramentum pęnitentię cum habeat actus pęnitentis tamquam materiales, non potest dari nisi adultis, in quibus semper requiritur præparatio ad suscipiendũ effectum sacramentorum quorũcunque. Et non est putandum, quòd pœnitentia ideo requirit dispositionem in pęnitente, quia est tale sacramentum, & baptismus non requirit illam, quia etiam baptismus requirit præparationem in suscipientibus si sunt adulti, quia tamen pœnitentes semper sunt adulti, semper requiritur in eis præparatio. baptismus autem interdum paruulis, & interdum adultis datur, quando autem datur paruulis aut alijs carentibus vsu rationis per solum sacramentum sine præparatione aliqua datur remissio peccatorum. Si autem detur adultis ratione vtentibus requiritur etiam ad baptismum præparatio quædam, per quam tollatur fictio, quia nemo potest nouam vitam inchoare nisi eum veteris pęnituerit. Sic dicit Augustin. lib. de pęnitentia. omnis qui iam suæ voluntatis arbiter constitutus est, cum accedit ad sacramentum fidelium, idest, baptismum, nisi pęniteat eum veteris vitę nouã non potest inchoare. Hæc autem pręparatio quandoque præcedit sufficiens ad gratiæ perceptionem ante receptionem baptismi, & tamen non est, ideo tunc baptismus minoris est efficaciæ quàm cum cõfertur paruulis in quibus nulla est nec esse potest pręparatio: ita ergo est de pęnitentia, quòd licet ad remissionem maculæ, siue culpę large loquendo pręcedat pręparatio ex parte pęnitentis: non tollitur quin per sacramentum, idest, per virtutem clauium macula tollatur. Pro quo sciendum, quòd baptismus quando confertur

confertur adultis, ita quòd ſit eis vtilis, eſt ſemper eis
neceſſaria præparatio. Sed fit dupliciter. Vno modo,
quòd præcedat realiter diſpoſitio baptiſmum, & tũc
gratia remiſſionis peccatorum recipitur ante baptiſ-
mum, ſed non ante deſiderium recipiendi baptiſmũ.
Alio modo prępparatio, & baptiſmus ſimul ſunt tem-
pore, ſicut cum quis nunquam cogitauerat baptizari:
aut ſaltem nunquam deliberauerat, & aliquis eum
non aduertentem baptizet in forma Eccleſiæ: ſi tunc
quando actualiter baptizatur conſentiat, eſt vtilis ba-
pliſmus, & ille conſenſus eſt præparatio, quia aliàs ac-
cederet ficte ſi non eſſet ibi prępparatio, & tamen tũc
gratia remiſſionis peccatorum datur ſimul cum ba-
pliſmo, & videtur dari per baptiſmum, & non per prę
parationem cum non pręceſſit: ita etiam eſt de pęni-
tentia. nam licet neceſſe ſit, quòd pęnitens ante ſuſce
ptum ſacramentum cogitet de pęnitendo, & delibe-
ret, cum ſit iſtud ſacramentum in actibus pęnitentis,
& ita debeat præcedere tempore præparatio, quod
non fit in baptiſmo, tamen interdum præcedit prępa-
ratio ſufficiens, & interdum præcedit, ſed non ſuffi-
ciens, & fit ſufficiens tunc quando actualiter recipi-
tur ſacramentum, & ita tunc datur remiſſio peccato-
rum per actum clauium, quia non pręcedit illum prę-
paratio. Actus ergo clauium facit ad deletionem ma-
culæ, vel offenſę, aut tenebræ, aut reatus dupliciter, ſ.
vt in voto exiſtens, vel vt in actu ſe exercens. De pri-
mo, vt quando præcedit ſufficiens diſpoſitio, ſiue
præparatio, quia tunc ante ſacramenti ſuſceptionem
actualem remittitur peccatum, ſed non ante propo-
ſitum actuale, vel virtuale recipiendi, & ita deſideriũ
potiendi effectu clauium facit ad remiſſionem pecca
torum, ſicut deſiderium percipiendi baptiſmum in
adulto facit plenam remiſſionem peccatorum ante
ſuſceptum baptiſmum.

De ſecundo, vt quando quis propoſuit confiteri, &
tamen non fuit perfecte diſpoſitus, ſcilicet, quia non
habebat plenam intentionem recedendi de peccatis:
interdum in ipſa confeſſione, & abſolutione ſacramẽ
tali plene diſponitur, quia datur ei plena deteſtatio
peccatorum cum qua infunditur gratia, & hoc fit
merito clauium, & ita claues faciunt hic remiſſio-
nem peccatorum, quam præparatio pręcedens non
ſufficeret facere, & ſemper ita fieret quandocunque
non eſſet perfecta præparatio niſi quis expreſſe ponat
obicem, ideſt, proponat non recedere de peccatis,
quia tunc claues non auferunt peccatum, quia cla-
ues voluntatem non cognunt, ſed perficiunt. quando
igitur fuerit inſufficiens præparatio, ſcilicet, ex negli-
gentia, vel ex inaduertentia, tunc ſemper in ſacramẽ-
ti perceptione virtute clauium perficitur, & fit remiſ-
ſio peccatorum virtute clauium.

Sed dicendum, quòd claues non faciunt ad deletio
nem maculæ, vel aliorum principaliter, ideſt, vt prin-
cipale agens, quia ad hoc non ſufficit aliquod ſacra-
mentum, ſed ſoli Deo competit, qui peccata remit-
tit, ſed agunt claues, vt inſtrumentum, non qui-
dem, vt inſtrumẽtum pertingens ad animam cuius
eſt peccatum, quod deletur, ſicut eſt conditio omniũ
inſtrumentorum proprie ſumendo inſtrumentum,
quia etiam hoc nullum ſacramentum facit, cum
ſolus Deus per actionem ſuam attingat animam no-
ſtram, qui ei illabitur, ſed faciunt claues diſpoſitiue in
virtute Dei, & ita baptiſmus, & cętera ſacramenta,
vnde baptiſmus agit ad remiſſionem peccati, vt or-
ganum inanimatum, Sacerdos autem per virtutem
clauium confert ad remiſſionem peccati, vt orga-
num animatum, ſicut eſt ſeruus, & propter hoc Sacer
dos vocatur miniſter.

Aliqui autem putant, quòd claues ſolum ordinã-
F tur ad remiſſionem pęnę, & non maculæ, ſiue culpæ,
vt alij dicunt large, & motiuum ſuum eſt, quia ſem-
per ad hoc, quòd percipiatur effectus clauium requi-
ritur præcedens præparatio per quam tolluntur pec-
cata. nam per contritionem, quæ pręcedit actum cla-
uium tolluntur ſufficienter peccata.

Dicendum, quòd faciat actus clauium ad deletio-
nem maculæ, & offenſę, & tenebrę, & reatus, ſiue cul-
pæ, large ſumptę. Primo patet, quia ſi nihil faceret
ad delendum maculam, non requireretur propoſi-
tum actuale neque virtuale potiendi effectu clauium,
& tamen requiritur, quia licet ante realem perceptio
nem ſacramenti pęnitentię poſſit deleri peccatum,
nunquam tamen ante deſiderium actuale, vel habi-
tuale confitendi, & habendi Sacerdotalem abſolutio
G nem, & tamen ſi nihil faceret ad remiſſionem pecca-
ti illa abſolutio non requireretur, quòd procederet,
ſicut eſt de alijs ſacramentis. nam licet omnia ſacra-
menta proficiant ad collationem gratię, non exigi-
tur propoſitum recipiendi illa ad hoc, quòd tollatur
peccatum, ſed hoc ſolum requiritur in baptiſmo, &
pęnitenria ſine quorum actuali receptione, vel deſi-
derio recipiendi, non poſſunt tolli pecceta, & hoc
eſt, quia cętera ſacramenta proſunt ad remiſſionem
peccatorum quantum ad maculam, & cętera, quæ
manẽt de peccato. Secundo, quia ſi claues Sacerdo-
tales non facerent ad remiſſionem peccatorum
quantum ad maculam, non magis prodeſſet propo-
H nere cõfiteri ad hoc, quòd peccatum tolleretur poſt-
quam quis doluit, quàm proponere comedere, vel
bibere, ſed falſum eſt, quia iſtud propoſitum eſt ne-
ceſſarium ſaltem virtualiter, ergo claues aliquid fa-
ciunt ad remiſſionem peccati quantum ad macu-
lam. Aliquis forte dicet, quòd nihil faciunt claues
ad tollendum maculam, quia tamen præceptum eſt
confiteri: non poteſt dimitti peccatum quantum ad
maculam, niſi proponat quis confiteri.

Sed dicendum, quòd hoc volumus. nam ſi præce-
ptum eſt iſta fieri ad delendum peccatum, neceſſe
eſt, quòd aliquo modo faciat ſacramentum pęniten-
tię ad delendum peccatum, quia aliàs non pręciperet
ur hoc fieri quàm ſumi alia ſacramenta, vel aliquid
aliud fieri, & tamen ad delendum maculam peccati
I ſolum iubetur accipi baptiſmus, & pęnitentia, ergo
iſta conferunt ad deletionem hanc, quia aliàs hoc
Chriſtus non iuſſiſſet fieri. Cum autem dicitur, quòd
claues non delent maculam peccati, concedendum
eſt, quòd ipſę non delerent realiter quaſi pertingant
ad animam, vt realiter illi gratiam conferant, quod
eſt delere maculam, quia hoc ſolius Dei eſt, vt dictũ
fuit, nec aliqua ſacramenta taliter operantur, ſed ope-
rantur diſpoſitiue, & hoc eſt, quòd non dimittatur
macula ſine actuali vſu clauium, vel deſiderio po-
tiendi effectu clauium. Ita enim eſt de conſecratio-
ne Euchariſtiæ. nam non eſt intelligendum, quòd
illa verba quomodocunque conuertant panem in
corpus Domini verum, ſed quando illa verba profe-
K runtur a Sacerdote cum intentione conſecrandi,
tunc Chriſtus conuertit panem in corpus ſuum, &
quòd hoc ſemper fiat dictis ſic illis verbis, & nun-
quam aliàs eſt virtus ſacramenti, ita ergo, quòd li-
cet claues non deleant realiter pctm̃ ſi ſine illis non
deletur modo aſsignato, dicunt claues facere ad dele
tionem maculæ.

Ad motiuum iſtorum dicendum, quòd præparatio,
quæ exigitur nõ tollit effectum clauium propter
duo. Primo, quia iſta prępparatio non fit ſpeciliter ex
ratione ſacramenti pœnitentiæ, ſed quia datur ſacra-
mentum iſtud adultis, & in omni ſacramento quod
percipitur ab adultis requiritur prępparatio. vnde ſi ba-
ptiſmus

Ad delẽdã maculam peccati ſolum iuſſus eſt accipi baptiſmus & pęniten tia.

In omni ſacramento quod percipitur ab adultis requiritur ꝓparatio.

ptiſmus ſolis adultis daretur, ſicut pęnitentia ſemper
requireretur prępparatio ad ſuſcipiendum baptiſmũ,
vt oſtenſum eſt ſupra. Secundo, quia prępparatio, quę
pręcedit ad pęnitentiam includit ipſum vſum clauiũ,
quia eſt deteſtatio peccati cum actuali, vel habituali
propoſito potiendi effectu clauium, hoc ergo magis
adiuuat effectum, & virtutem clauium, vnde ſi eſſet
præparatio, in qua non eſſet propoſitum actuale ne-
que virtuale, aut habituale potiendi effectu clauium:
illa nihil valet ad remiſſionem peccatorum, aliquid
ergo faciunt claues ad remiſſionem peccati quan-
tum ad maculam, & tenebram, & reatum pęnę ęterne,
ſiue ad culpam large ſumendo.

B Ad primum dicendum, quòd Sacerdotes noui te-
ſtamenti per claues remittunt peccata, ſed hoc varie
accipitur: vnde Magiſter 4. Senten. diſt. 18. poſt multa,
quæ de hoc narrat ait, quòd Sacerdotibus commiſſa
eſt poteſtas remittendi peccata, non vt propria virtu-
te remittant, quia hoc proprie Dei eſt, ſed vt operatio
nem Dei remittentis oſtendant. Sed iſta oſtenſio po-
teſt tripliciter accipi. Vno modo, quòd oſtendant eã
non quidem pręſentem, ſed promittant futuram ſine
hoc, quòd operentur aliquid ad ipſam, & ſic ſacramẽ
ta veteris legis oſtendebant futuram Dei operationẽ,
& Sacerdotes legales oſtendebant, & nihil efficiẽ-
bant. Alio modo, vt oſtendant remiſſionem pecca-
C torim in pręſenti, & tamen ad ea nihil operentur, &
ita quidam dicunt, quòd ſacramenta nouę legis ſigni
ficant collationem gratiæ quam Deus dat quando
ſacramenta miniſtrantur, ſine hoc quod in ſacramen
tis ſit aliqua virtus operans aliquo modo ad gratiam,
& tunc diceretur, quòd poteſtas clauis ſolum oſten-
dit diuinam operationem ſecundum quam remittit
peccatum delendo maculam, vel culpam large dictã,
& nihil faceret ad illam. Tertio modo, quòd oſten-
dant Sacerdotes diuinam operationem præſentem
in remiſſione peccati, & ad illam aliquid diſpoſitiue,
ſiue inſtrumentaliter operentur. Et iſta eſt vera poſi-
tio, quæ communiter tenetur. nam aliter non differ-
rent in poteſtate, & dignitate Sacerdotes noui a lega-
libus, cum vtrique ſolum oſtenderent nihil efficien-
D tes, & quia proportionaliter loqui oportet de clauibus, & de Sacerdotibus, qui ſunt miniſtri clauium, &
operantur per eas, ſicut dicimus, quòd claues agunt
ad tollendum maculam, vel peccatum, ita dicimus,
quòd Sacerdotes tollunt peccatum, vel delent macu-
lam diſpoſitiue.

Si autem dicatur, quòd claues non agunt ad delen-
dum maculam, quia ante vſum clauium deleta eſt
per contritionem.

Dicendum, quòd non impedit hoc, quia in con-
tritione includitur actus clauium. ſ. propoſitum po-
tiendi actu clauium, & ita non eſt verum, quòd ante
vſum clauium ſaltem in propoſito exiſtentem deleatur macula.

E Ad ſecundum dicendum, quòd in ſacramento pę-
nitentiæ datur gratia, non quidem quaſi ipſum ſacra-
mentum gratiã illam cauſet, vel Deus operetur per
ſacramentum tamquam per inſtrumentum motum
conferendo gratiam, quia nullum ſacramentum tale
eſt, vt ſit inſtrumentum Dei, qui inſtrumento nõ vti-
tur: nec etiam inſtrumentum hoĩs ad gratiam confe-
rendã, quia tunc oportebat, ꝓ realiter pertingeret ad
animam quod falſum eſt, ſed diſpoſitiue agit ad col-
lationem gratię, & eo modo agit ad tollendum macu
lam, ſiue remittendum peccatum, quod idem eſt.

Ad tertium dicẽdum, ꝓ maiorem ſanctificationẽ
recipit Sacerdos q̃ aqua baptiſmalis, quia Sacerdos eſt
rationalis, & tñ nęque Sacerdos neque aqua baptiſmi
habet poteſtatem directe conferendi gratiam, vel tol-
A lendi pctm̃, ſed agunt diſpoſitiue ad hoc, vt dictum
eſt. Alię duę rationes in oppoſitum probabant, ꝓ Sa-
cerdos non poſſet per claues tollere maculam con-
cedendum eſt directe. ſ. ꝓ pertingat ad animam
conferendo ei gratiam quod eſt tollere maculam, & ta-
men diſpoſitiue aliquid facit ad hoc Sacerdos per cla
ues, vt fuit dictum.

*An virtus clauium ſe extendat ad pœnam, quæ eſt in pecca-
to. Et quòd per regenerationem baptiſmalem ſuſcipit homo
eſſe ſimpliciter in eſſe ſpirituali. Et quomodo qui confitetur
habet tripliciter remiſſionem pęnæ: vnde meritum eſt du-
plex ſe ſubijci clauibus Eccleſiæ. Et quomodo virtute cla-
uium Sacerdos quid agit ad pœnam æternam. Et quantum
per eas remittatur, & quando. Extremaq; vnctio quando
peiterari non poteſt. Quæſt. LXXVII.*

QVAERETVR circa pęnam, quæ etiam erat in
peccato, ideſt, debebaẽ pro peccato, an vir-
tus clauium ſe extendat ad illam. Aliqui dicũt,
ꝓ non, quia pęna debita pro peccato poteſt eſ-
ſe temporalis, vel æterna, ſed neutrum tollit Sacer-
dos per claues, ergo non tollunt claues aliquam pę-
nam. Patet quia ęterna pęna non tollitur per claues,
ſed per Deum in contritione, temporalis autem non
tollitur, quia poſt abſolutionem Sacerdotalem ma-
C net pctõr obligatus ad pęnam temporalem, ergo nul-
la pęna tollitur. Item quia Sacerdos non poteſt præ-
judicare diuinę iuſtitię, & tñ ſm diuinã iuſtitiam pro
quolibet peccato eſt taxata certa pęna, ergo non po-
teſt Sacerdos diminuere de ea. Item quilibet ſubijciẽs
ſe clauibus, & participans effectu ipſarum, & qui par-
uum pctm̃ commiſit non eſt minus ſuſceptiuus effe-
ctus clauium quàm qui magnum pctm̃ commiſit, ſi
ergo per claues Sacerdotales dimittatur aliquid de
pęna debita pro pctõ, magis poſſibile erit eſſe ali-
quod pctm̃ ita paruum cui nihil plus debeatur de pę-
na quàm quantum remiſſum eſt de illo magno, &
tunc cum iſte, qui commiſit illud pctm̃ paruum ab-
ſolueretur a Sacerdote, remitteretur ſibi tota pęna de
bita pro ſuo pctõ, & ſic maneret aliquod pctm̃ om-
D nino impunitum quod eſt inconueniens. Item tota
temporalis pęna debita pro pctõ eſt vnius rationis, ſi
ergo per primam abſolutionem Sacerdotalem ali-
quid de ea dimittitur, per ſecundam etiam dimitte-
tur aliquid cum non ſit clauis minus efficax ſecundo
quàm primo, & ideo toties poterit multiplicari ab-
ſolutio, ꝓ non manebit aliquid de pęna debita pro
peccato, & ſic manebit peccatum aliquod impunitũ
quod eſt inconueniens.

Dicendum, quòd Sacerdos per claues poteſt dimit
tere aliquid de pęna temporali debita pro peccato;
nam habet Sacerdos clauem ligandi, & ſoluendi, &
tantum poteſt ſoluere quantum ligare, quia vt ait
Ambroſius Dominus par ligandi ius, & ſoluendi eſſe
voluit, poteſt tamen Sacerdos obligare peccatorem
E ad pęnam temporalem determinate ad quam alias
ſpecialiter non erat obligatus: ergo poterit dimittere
ei aliquam pęnam temporalem. Item Sacerdos non
poteſt directe remittere peccatum quantum ad ma-
culã, vel offenſam, tenebram, ſiue culpam large ſum
ptam, vt dictum eſt præcedenti quæſtione nec etiam
quantum ad pęnam mortis æternę quam ſolus Deus
efficienter remittit, non ergo manet de peccato niſi
pęna temporalis, de qua ſi peccatori nihil per Sacer-
dotem dimittitur non remittit vllo modo Sacerdos
pctm̃, & tñ Chriſtus dixit, ꝓ Sacerdotes dimittunt
pctm̃, ergo dimittunt aliquid de pęna temporali. Pro
quo ſciendũ, ꝓ cum pęnię ſacramentũ ſemp prępara-
tionẽ pręcedentẽ exigat, ſi prępparatio illa ſufficiens
ſit;

sit: realiter aufertur macula peccati, siue culpa large sumendo antequam sit vsus clauium. Et ideo regulariter idem iudicium est de effectu clauium, qui actualiter causatur, & qui iam habet contritionem, sicut de effectu baptismi in adulto, qui desiderauerat iam baptizari, & per istud desiderium consecutus fuerat gratiam, & remissionem pctõrum: nam iste licet per desideriũ baptismi a macula peccati fuerit liberatus, per baptismum postea actualiter susceptum augetur in eo gratia, & pęna oĩno tollitur, & fit particeps passionis Christi in sacramento. Similiter, qui ante confessionem habet contritionem de pctõ gratiam accipit, & remissionem pctõrum quantum ad maculam, quæ deletur, & reatum mortis ęternę, qui tollitur. nã ista simul tolluntur: postea vero cum actualiter se subijcit clauibus, merito clauium augetur gratia iam collata in contritione, & reatus pęnę temporalis tollitur, qui manserat post deletionem maculæ. Sed in hoc differt inter baptismum tunc, & penitentiam, qa per baptismum actualiter susceptum tota pęna dimittitur, per effectum autem clauium non tollitur tota pęna temporalis manens. Ratio differentiæ est, quia per baptismum fit homo nouus ita, vt nihil de priori statu in eo maneat, sed non per pęnitentiam. est enim baptismus regeneratio quædam Ioan. 3. oportet nos renasci denuo ex aqua, & Spiritusancto, & configurat̃ homo in baptismo totaliter passioni Christi: ideo totum eius effectum percipit, & quia passio Christi sufficit ad delendum omnem pęnam tollitur tota pęna temporalis, quia non debet alicui imputari ad pęnam nisi quod ipsemet fecit, & tñ baptizatus est penitus alter homo, cum per generationem accipiat esse simpliciter. nam sicut in esse naturali accipit homo esse simpliciter per generationem, & incipit esse, qui ante non erat, ita per regenerationenem baptismalem suscipit homo esse simpliciter in esse spirituali: pctã ergo, quæ præcesserunt ante baptismum non dicũtur esse istius hominis, & consequenter non debet manere reatus aliquis ad pęnam pro illis peccatis, cum censeatur iste homo non egisse illa pctã. Per pęnitentiam autem non mutatur homo in aliam vitam, quia pęnitentia non est regeneratio, sed ęgritudinis curatio, iõ ex virtute clauium, quæ operantur in sacramento pęnitentię, non tollitur tota pęna pctõ debita, sed pars eius pęnę ad quam manserat peccator obligatus post remissionem peccati per contritionem.

Aliqui autem putant, ꝙ ista pęna, quę dimittitur est propter verecundiam, & pęnam quam tolerat cõfitendo pctã. Sed falsum est, quia tunc non esset remittere aliquid de pęna, sed commutare, cum tanta pęna auferatur pro tanta. Item, quia tunc nulla efficacia esset in sacramento pęnitentię ex opere operato. i. ex vi sacramenti, quia etiam per quælibet opera bona non sacramentalia facta in charitate tollitur pars quędam pęnę alias debitę pro peccatis, cum oĩs actus meritorius sit aliquo modo satisfactorius, & tñ differunt sacramenta a non sacramentalibus, quia sacramenta ex opere operato vltra dispositionem suscipientis aliquid conferunt, sacramentalia autem non conferunt nisi ex opere operante. i. tanta est efficacia operis quãta est bonitas dispositionis ex parte operantis, ideo necesse est, ꝙ vltra id quod meretur quis per pęnam verecundiæ quam sponte tolerat in confitendo, sit aliqua remissio pęnę virtute clauium sacramentalium cum tota virtus sacramenti pęnitentiæ sit ex parte clauium, vt dictũ est præcedenti. q. Item quia aliàs sacramentum pęnitentię non esset datum in alleuiationẽ, sed in pęnã, & onus, si per illud ex virtute sua nihil remitteretur de pęna, nec differret in aliquo a sacralibus legis veteris. Dicẽdũ ergo, ꝙ in hoc, ꝙ quis confi-

Qui confitetur tripliciter habet remissionẽ pęnæ.

F tetur tripliciter habet remissionẽ pęnę. primo satisfactorie. secundo meritorie. tertio sacramentaliter. Primũ est, quia confitendo pctã tolerat magnam confusionem, quæ est grauis pęna, & ista satisfacit pro alia pęna saltem commutando pęnam pro pęna. Secũdũ est, quia pctõr sponte subijcit se clauibus Ecclesiæ. & in hoc est duplex meritum. s. fidei, & obedientię. fidei quidem, qa credit, ꝙ sacramentum istud est alicuius efficacię, & si tñ per fidem placemus Deo ad Heb. 11. & ita est meritoria, & consequenter satisfactoria, quia nullum opus potest esse meritorium quin aliqualiter sit satisfactorium. Secundum est obedire, quia Ecclesia iubet confiteri, & Christus hoc prius iussit, obedire autem meritorium est, cum sit melior obedientia

Subijcere se clauib' Ecclesiæ est duplex meritum.

G q̃ victimæ. 1. Reg. 15. & sic ex vtroque erit satisfactio pro aliqua pęna. Tertiũ est, ꝙ sacr̃m pęnitentię cũ sit sacramentũ noui testamenti ex se habet virtutẽ aliq̃, & ideo vltra meritum personale actuũ nostrorum necesse est, ꝙ nobis aliquid conferat, & tñ effectus suus magis est directe ad pęnam q̃ ad maculam. ergo necesse est, ꝙ virtute clauium vltra oĩa prędicta fiat aliqua remissio pęnę, & ista est remissio sacramentalis. Et iõ dicẽdũ, ꝙ siquis de pctõ doluit proponens confiteri, siue realiter, siue virtualiter, & nondum perueniens ad confessionem moriatur. s. quia Sacerdotem habere non potuit, caret illa remissione pęnę, quę fieret sibi in sacramento, si illud actualiter perciperet, & non solum hoc immo etiam siquis dolens de pecca-

H to cęperit confiteri, & expleta confessione ante Sacerdotalem absolutionem moriatur: non percipit remissionem, quæ fit virtute clauium, quæ erat sacramẽtalis, sed solum illam, quæ est meritoria, & satisfactoria, scilicet, propter verecundiam, & obediẽtiam, & fidem. Et non obstat, quòd ex sola impossibilitate vetitus fuerit potiri effectu clauium, & illum nimis desiderauerit, quia aliud est optare sacramentum, & aliud realiter percipere: fructum ergo quendam, qui debetur bene desiderantibus percipiet iste, sed fructũ, qui prouenit ex reali perceptione, non suscipiet, vt dictum est.

Ad primum dicendum, quòd etiam ad pęnam æternam remittendam agit Sacerdos aliquo modo virtute clauium; nam macula, & pęna æterna simul

I dimittuntur, cum impossibile sit manere vnum sine altero, & tamen Sacerdos agit per claues ad tollendam maculam aliquo modo, vt ostensum est præcedenti quæstione: ergo aget etiam ad tollendum pęnam æternam. De pęna tẽporali dicendum, quòd ad tollendam eam magis directe agunt claues, quia per solam virtutem clauium sine merito confitentis, idest vltra meritum illius remittitur aliquid de pęna temporalis. Et cum dicitur, quòd manet post absolutionem ligatus confitens ad pęnam.

Dicendum, quòd manet ligatus ad aliquam sed non ad tantam, quanta manebat post contritionem dimissa pęna ęterna ante realem confessionem, & absolutionẽ. Ad s̃m dicẽdũ, ꝙ pro quolibet pctõ s̃m

K diuinam iustitiam est pęna taxata, quæ illi debeatur absolute, & Sacerdos non potest pręiudicare diuinæ iustitiæ: nã licet remittat̃ aliqd de pęna taxata a Deo virtute clauiũ nõ pręiudicatur diuinę iustitię, qa ipse Deus, qui taxauit cuilibet peccato certam pœnam concessit per claues sacramentales tolli aliquid de pœna debita illis: vtrunque ergo est per legem Dei, & ita non repugnat. secus si voluntate humana, & institutione introducta esset remissio per claues, quia tunc nihil posset tolli de pœna taxata per Deum. Et etiam ista remissio est aliàs iusta, quia non est absoluta remissio, sed commutatio, quia Christus homo offert toti Trinitati pœnam, & merita passionis suæ

prò debito pœnarum nostrarum, & plus est quod ipse pro nobis offert, quàm quòd nobis remittitur. Ad hoc communiter solet dici, quòd nunquàm per absolutionem sacerdotalem remittitur tota pœna debita peccato, siue sit magna, siue parua, sed oportet ꝙ maneat aliqua pœna satisfactoria, per quam præstetur medicina contra peccatum, & ideo quamuis virtute clauium in absolutione dimittatur pœna aliquanta de ea quæ debetur pro quodam magno peccato, non oportet quòd tãta quantitas debeat dimitti de quolibet alio peccato, quia aliter peccatum aliquod maneret sine pęna. Ideo dicunt, ꝙ virtute absolutionis non dimittitur æqualiter de pœna cuiuslibet peccati, sed proportionaliter, vt si alicuius peccati magni pars septima pœnæ temporalis tollatur per absolutionem, tollatur etiam pars septima de pœna parui peccati, & tamen septima, & septima non sunt æquales magnitudine, sed forte est vna centuplo maiora alia. Alij autem dicunt, quòd non est incõueniens interdum alicuius peccati totam pœnam tolli per claues sacerdotales: nam non videtur satisfactum rationi huic, scilicet, quòd non est minus susceptiuus virtutis sacramenti, qui paruum peccatum commisit, quam qui magnum. Et cum dicitur, quòd claues non habent æqualem efficaciam respectu cuiuslibet peccati, sed secundum proportionem magnitudinis peccati. Nõ videtur satis rationabile, quia aut fiet ista remissio secundum aliam virtutem clauium, non cõsiderata dispositione recipientis, aut consideratur dispositio. Si primo modo cum claues absolute maneant semper æquales in quolibet habente eas, æqualiter remittetur per eas vno tempore, sicut & alio, quia tantum remittitur per claues, quantum remitti potest, sicut virtutes naturales, quæ non aguntur imperio nostro, tantum agunt, quantum possunt, vt nutritiua, & vegetatiua, & tamen per claues non remittimus, quantum volumus, nec est in nostra potestate aliquando paucum, & aliquãdo multum remittere, ideo semper per illas remittetur, quantum remitti potest. Si autem respiciatur dispositio recipientis, interdum qui minus peccauit, magis se subijcit clauibus, quàm qui magis peccauit, & ita maior quantitas pœnæ dimittetur de peccato paruo per claues, quàm de peccato magno. Hæc autem vera sunt, nisi forte dicatur, quòd non respicitur potestas clauium in se, neque dispositio subijcientis se eis, sed voluntas Dei, scilicet, quòd tantum remittitur de quolibet peccato, quantum Deus vult. Hoc non habet satis de apparentia: nam cum Deus sit agens per intellectum, teneret eum modum in remissione quem magis consonat rationi, & tunc illi magis remitteret per claues, qui magis esset dispositus, idest, qui magis se subijceret clauibus. Item quia dicere, quòd virtute clauium non remittatur æqualiter de quantitate pœnæ in eis, qui æqualiter sunt dispositi, sed secundum proportionem magnitudinis peccatorum, nullam habet apparentiam, quia in omnibus actibus nostris meritorijs, & satisfactorijs, nunquàm consideratur æqualitas proportionis, sed quantitatis, vnde si duo agant actus æqualiter meritorios, & æqualiter dispositi existentes, & ex æquali voluntate, omnino æqualia merentur, ita ergo videtur dicendum, quòd cum clauis sacerdotalis in eodem sacerdote sit eadem numero, & duo homines æqualiter se subijciant clauibus illis, quòd æqualiter percipiant remissionem peccatorum suorum. Motiuum autem eorum non videtur sufficiens: nam etiam si per claues dimittatur interdum tota pœna alicuius peccati, non manet illud impunitum omnino, quia licet non puniatur iste homo pro illo fuit punitus Christus, qui pro omnibus peccatis nostris pepẽdit, & recom-

A pensat pœnas suas cum pęnis debitis pro peccatis nostris. Item quia non est verum simpliciter, quòd maneat impunitum, etiam quantum ad istum cui remittitur, quia non fit remissio per claues, nisi in absolutione sacerdotali, & tamen ad istam præcedit confessio, sed in confessione cuiuslibet peccati est pœna quædam confitentis, scilicet, verecundia. ergo iam in aliquo punitus est iste pro illo peccato, & nõ erit omnino impunitum. Item cum tota pœna sit eiusdem rationis in peccato, si esset inconueniens tolli interdum totam pœnam alicuius peccati per claues, vt non maneret homo impunitus, esset inconueniens tolli aliquam partem pœnæ, quia quantum ad illam maneret homo impunitus, & tamen non est incon-

B ueniens immo est necesse, cum dicamus per claues dimitti aliquam partem pœnæ peccati, ergo non erit inconueniens interdum dimitti totam pęnam. Item videretur hoc valde militare contra indulgentiarum confessionem: nam communiter tenetur, quòd indulgentiæ tantum valent, quantum sonant, & tamen Ecclesia cõcedit interdum indulgentiam plenariam, siue remissionem omnium peccatorum, ergo si tantum valet, quantum sonat, remittetur tota pœna debita in purgatorio pro quolibet peccato eorum, quæ quis confessus est, & ita non erit inconueniens remitti totam pœnam debitam alicui peccato per claues sacerdotales, licet de valore indulgentiarum alibi certius determinabitur cum communis quæstio Docto-

C rum sit. Dicendum, quòd per claues sacerdotales certum est dimitti aliquam pœnam peccatorum, cum effectus clauium sit præcipue contra pœnam, vt ostensum est, tum quia aliàs daretur sacramentum pœnitentiæ, cuius efficacia consistit in clauibus, quasi inutile, nisi pœna remitteretur aliqua, tum quia tota Ecclesia asserit hoc, cuius assertionibus standum est necessario, quia ad fidem pertinent, sed quanta sit ista pœna quæ remittitur, & quis sit modus remittendi in diuersis hominibus, & quantum ad diuersos ministros non est certum, cum nec ratio hæc sufficienter conuincat, nec Ecclesia vnquàm de hoc doctrinam, aut assertionem aliquam communem tradiderit. Et propter hoc sunt multa dubia circa istud.

D Primum est cum idem homo in eadem confessione confitetur diuersa peccata inæqualia, an de quolibet eorum tollatur aliqua pars pœnæ debitæ, vel fiat quędam accumulatio pœnæ, vt scilicet, ex pœnis particularibus omnium resultet, vel colligatur quædam pœna magna, quæ sit pœna omnium peccatorum, & de illa remittatur quædam pars in absolutione sacerdotali, & tunc illa non erat potius debita isti peccato, quàm illi, sed est pars totius pœnæ debitæ. Secundum est, dato quòd remitteretur pars quædam de pœna cuiuslibet peccati, an remittatur tantum de paruo peccato, sicut de magno. Tertium est in eodem homine, respectu duarum confessionum, & in vna confessus est magna peccata, & alia vice confes-

E sus est parua peccata, an tantum remittatur de pœna in vna absolutione, sicut in alia, cum clauis sit vtrobique eadem. Quartum est in diuersis hominibus, qui confitentur peccata æqualia eidem sacerdoti, & sunt æqualiter dispositi ad suscipiendum effectum clauium, an remittatur æquale de pœna, & ita possunt esse multa alia dubia. Dicendum, quòd ad hæc dubia, & similia nihil certum possumus respõdere, cum Deus non notificauerit nobis quantus, & qualis sit effectus clauium. Et hoc quidem, quia non erat nobis conueniẽs, i. necessariũ, & forte, quia nõ erat possibile tradi doctrinã, vt si forte s̃m cõditionem peccatorũ remittat̃ de quolibet certũ qd, & qa peccata variantur in infinitũ, non posset sciri per certitudinem do-

ctrinæ quantum remittebatur, non ergo fuit nobis de hoc tradita doctrina, nec etiam de effectu determinato cæterorum sacramentorum. De hoc autem dubio quod tangitur in argumento dicendum, quòd ratio ostendit aliqualiter non esse inconueniens, quòd per claues interdum dimittatur tota pœna alicui peccato debita, vt ostendit secunda opinio. Prima tamen opinio videtur magis conuenire ei, quod præsupponit Ecclesia: nam si virtus clauium esset determinata ad certum effectum, & ad illum producendum regulariter se haberet, ita contingeret ad vtrumlibet post sacerdotalem absolutionem, manere peccatorem liberum ab omni pœna, sicut manere obligatum ad aliquam, cum sæpe cõtingeret minorem pœnam debitam esse peccatis, quàm sit illa ad quam tollendam sufficeret virtus clauium, & tamen Ecclesia presupponit, ꝙ post absolutionem sacerdotalẽ manet homo adhuc obligatus ad aliquam pœnam temporalẽ, siue purgatoriam, ergo non est determinatus effectus clauium in quantitate, ita ꝙ semper remittatur æquale per claues. Et hoc satis vr̃ tenendum, licet illud motiuum, s. vt non remaneat aliquod peccatum impunitũ non sit sufficiens ad hoc, sed est aliqd aliud quod ignoramus, cum nesciamus conditionem, vel modum rẽmissionis in actu clauium, & ideo siue cuiuslibet peccati tollatur aliqua pars pœnæ, siue ex omnibus pœnis partialibus collectis, efficiatur vna pœna totalis, & illius tollatur quædam pars. Dicendum vr̃, ꝙ non tollatur semper æquale etiam in dispositis æqualiter, sed tollitur, vel secundum proportionem, vel secundum quendam aliũ modum, quem nos ignoramus. Si tamen quis asserat esse determinatam quantitatem pœnæ, quæ tollatur per effectum clauium, licet illa sit nobis occulta, & existentibus multis, vel paucis, magnis, vel paruis delictis semper tollatur æqualis pœna, & sic ꝙ interdum per claues tollatur tota pœna debita pro peccato, licet nõ sit nobis manifestum, quanta est ista pœna, quę tollitur, non est resistendum, quia rationabilis satis positio est. Ad quartum aliqui dicunt, quòd in prima absolutione, facta virtute clauium dimittitur tota pœna, quæ dimitti potest de peccatis in confessione expressis, & ideo in secunda, & tertia, & cæteris absolutionibus nihil dimittitur de pœna debita peccato. Dicunt tamen, quòd vtiles sunt omnes sequentes absolutiones. Primo ad maiorem certitudinem. Secundo ad instructionem, quia qui confitetur, instruitur a confessore, & quanto pluries confitetur, tanto pluries, & magis instruetur. Tertio ad maiorem humiliationem, quia humiliatur qui turpitudinem suam detegit. Quarto propter intercessionem sacerdotis, quia quoties quis confitetur ei, orat pro confitente. Quinto propter meritum verecundiæ, confitendo vltra hoc quòd se humiliauit, subijciens se clauibus sacerdotalibus. Sed dicendum, quòd non stat, quia omnes istæ causæ, quatuor vltimæ nihil faciunt ad hoc, quia sufficiebat ad hoc quòd quis confiteretur, & non absolueretur: nam ibi potest instrui etiam si non absoluatur, & humiliatur sacerdoti subijciendo se ei, & intercedet pro eo sacerdos, auditis peccatis illius, etiam si non absoluat, & etiam erit meritum verecundiæ in confitendo, & tamen quandocunque iteratur confessio, iteratur propter absolutionem, ergo non fit propter illas causas. Secundo, quia si propter istas causas iteraretur confessio, sufficeret confiteri laico, cum omnia hæc possint concurrere in laico, & tamen nemo iterat confessionem coram laico, sed coram sacerdote: nam confiteri laico non contingit, nisi in necessitate, quando non potest haberi sacerdos, illa autem necessitas est respectu primæ confessionis, quia secunda, & sequentes non sunt necessariæ, sed sola prima: ergo non iteratur confessio propter illam causam. Si autem dicatur, quòd iteratur confessio propter incertitudinem primæ absolutionis, & ideo est ibi necessaria secunda absolutio ad tollendum incertitudinem. Dicendum, quòd interdum nulla est causa dubitandi de prima absolutione, & confitemur sæpe eadem peccata. Secundo, quia si propter incertitudinem fieret, sicut dubitatur de prima absolutione, ita posset dubitari de secunda, & tertia, & reliquis, & ita semper teneremur eadem peccata in confessione repetere propter dubium, quod falsum est, ideo non est ista causa reiterationis, confessionis, & absolutionis. Item fundamentum istorum non videtur stare, scilicet, quòd claues in prima absolutione operatæ sunt quidquid poterant, quia tunc nullo modo iteraretur absolutio eorundem peccatorum, sicut durante eodem morbo, non iteratur sacramentum extremæ vnctionis, quia quidquid operari poterat, semel operatum est in eodem morbo, & tamen iteratur absolutio super eadem peccata, ergo non fuit propter incertitudinem. Alij dicunt, quòd iteratio absolutionis non tollit aliquid de pœna, quia per primam solam aufertur, quod erat auferendum, & præcipue quia postquàm quis confessus semel, absolutus est de peccatis, si confiteatur rursus eadem, non sunt illa iam materia sacramenti pœnitentiæ, quia materia huius est peccatum, & tamen ea quæ quis semel confessus est, iam non sunt peccatum, ergo non sunt materia pœnitentiæ, & ita de illis non erit pœnitentialis absolutio possibilis. Dicendum, quòd non stat, quia adhuc manet aliquid super quod directe cadit absolutio: nam si sacramentum pœnitentiæ directe ordinaretur ad maculam, siue culpam peccati large sumptam, cum penitus deleta sit macula in prima pœnitentia, non posset prodesse secunda pœnitentia, vel absolutio in peccatis, & tamen claues sacramentales magis directe agunt ad pœnam, quàm ad maculam, siue culpam large dictam, & tamen ista pœna manet adhuc post primam absolutionem, ergo conuenienter potest quis absolui secundo, & tertio de eisdem peccatis, & manebit semper aliquid de quo possit absolui. Secundo quia si facta remissione peccatorum, idest, quando non manent peccata, non esset conueniens absolutio sacramentalis, cum per contritionem peccata tollantur, nunquàm esset necessaria confessio, neque absolutio sacramentalis, & ita sacramentum pœnitentiæ penitus euacuaretur, ergo postq̃ cessauerũt esse peccata, dum tamen maneat aliquid de eis, est vtilis sacramentalis absolutio, & tñ post primam absolutionem manet aliquid de peccato, s. aliquid de pœna, ergo adhuc est vtilis absolutio. Alij dicunt, ꝙ per secundam absolutionem, & sequẽtes tollitur aliquid de pœna peccati, quia in secunda absolutione, virtute clauium cõfertur augmentũ gratiæ, & quanto maior gratia recipitur, tanto minus de impuritate peccati manet, & ideo minor pœna purgans debetur, vnde & in prima absolutione plus, vel minus alicui dimittitur vi clauiũ, secundum ꝙ se plus ad gratiam disponit, & potest esse tanta dispositio, ꝙ etiam ex vi contritionis tota pœna tollatur. Et dicunt, ꝙ ideo non est inconueniens si per frequentem confessionem tollatur tota pœna peccati, vt peccatum maneat omnino impunitum, pro quo pœna passionis Christi satisfecit, & ita non manet absolute impunitum, licet quantum ad istum hominem maneat impunitum, & sic tenet Sanctus Tho. 4. Sentent. dist. 18. & ista est rationabilior positio, quia alias non videretur quare iteraretur absolutio in eisdem peccatis. Si tamen quis teneat oppositum, non est nimis insistendum.

An

An possit sacerdos ligare per claues. Et quid sit ligare in culpa. Præterea quòd modi sunt quatuor ligandi, & soluendi. Item quomodo sacerdos virtute clauium habeat ligandi virtutem, & impediat hominem intrare in vitam æternam. Et a quo virtus clauium dependeat. Quæst. LXXVIII.

QVAERETVR vlterius circa actum clauium cũ soluere, & ligare sit actus clauium, an possit sacerdos ligare per claues. Aliqui dicunt, quòd non, quia virtutes sacramentales ordinantur contra peccatum, vt medicina eius, ligare autem non est medicina peccati, sed aggrauatio eius, ergo non potest sacerdos ligare per claues, cum sit clauis vis sacramentalis. Item quia sicut soluere est aperire vitam æternam, tollendo impedimentum, ita ligare est claudere ponendo impedimentum, sed impedimentum est peccatum, quod non potest poni, nisi a peccatore, ergo sacerdos non potest ligare. Item claues, & omnia sacramenta habent efficaciam a passione Christi, & tamen non est effectus passionis Christi ligare nos, sed soluere, ergo non potest sacerdos ligare per claues. Dicendum, quòd clauis ita se habet ad ligandum, sicut ad soluendum. Et patet, quia claues a Christo descenderunt, & tamen ipse in cõcessione earum de vtroque actu mentionem egit, supra in litera, scilicet, quodcunque ligaueris, & quodcunque solueris, & infra 18. cap. Cum iterum de clauibus loquitur dixit, Quemcunque solueritis, & quemcunque ligaueritis. Item potestas rationalis habet se ad opposita, & potentiæ naturales sunt determinatę ad vnum, sed clauis est potestas rationalis, quia habet adiunctam discretionem, idest, vna de clauibus est potestas discernendi, quæ exigit secum habitum scientiæ infusæ, vel acquisitæ, ideo poterit ad opposita, sed potest ad soluere, poterit ergo ad ligare. Pro quo sciendum, quòd cum Deus remittat peccata, & sacerdos per claues remittat peccata, operatio sacerdotis in vsu clauium erit conformis operationi Dei, quia minister illius est: in peccato autem licet sint multa, vt ostendimus supra quæstio. 77. tamen reducuntur omnia ad duo ex modo loquendi communi, quia quidquid est in peccato, vel importatur nomine peccati, vel nomine culpæ, præter ipsam pœnã q̃ vocatur large culpa. Deus autem potest in vtrumque, & tamen in culpam potest directe ad tollendum, vel remittendum, ad ligandum autem indirecte, in pœna autem tam soluere, quàm ligare potest directe. Primum patet de culpa: nam remittere culpam, idest, maculam culpæ, vt dicit Magister 4. Sentent. distinct. 18. Potest Deus directe, quia eius actio pertingit ad animam in collatione gratiæ, tanquàm principalis agentis, & hoc est remittere, vel delere, aut absoluere, ligare autem in culpa non potest directe, sed indirecte: nam directe ligare in culpa non est, nisi ponere culpam, idest, maculam in anima, hoc autem Deus non facit, sed peccator, sed indirecte Deus ligat in culpa, dum gratiam non largitur, per quam auferatur macula, vel tenebra animæ, & hoc est quod vocamus obdurare: nam si Deus vellet dare gratiam, tolleretur macula animæ, & dum ille gratiam nõ dat, manet macula, & tamen Deus non fecit maculam, quia ipse non abstulit gratiam, quæ præexistebat in anima, per quam est maculata, & indirecte ligat in culpa: maxime, quia ꝙ Deus non largiatur gratiam ad tollendum maculã non est quasi nolit gratiã dare, sed quia homo ponit obicem ad recipiendum eam. De secundo, idest, pœna dicendum, ꝙ directe potest tam ad soluendum, quàm ligãdum, quia Deus directe infligit pœnam, cum sit aliqd positiuum, & non sit secundum se malum, & ita dicitur Amos 3. Si est malum in ciuitate, quòd Dominus non fecerit, idest, nullum est, scilicet, malum pœnæ quod a Deo non infligatur. Etiam directe absoluit, vel remittit pœnam, quia parcit interdum homini ne toleret pœnam ad quam tenebatur. Sic etiam sacerdos potest aliquo modo virtute clauium tam in culpam large sumptam, quàm in pœnam. De culpa patet, quia sacerdos nõ vt principale agens, sed vt instrumentum habet aliquam operationem ordinatam ad remissionem culpæ large sumptæ, vt ostensum est supra quęst. 77. Ad ligandum autem in culpa non habet operationem directam, sed multum indirectam, sinquantum non soluunt eos, quos soluere aliàs debebant, vel inquantum ostendunt eos non esse solutos a Deo, sed potius condemnatos, cum in peccato maneant. Quantum ad pœnam habent actionem tam ligando, quàm soluendo, soluit quidem sacerdos, inquantum virtute clauium dimittit aliquid de pœna, quam tenebatur temporaliter tolerare peccator post contritionem, & est ista pure ex virtute sacramenti, & nõ propter verecundiam, quam tolerat pœnitens confitendo, nec propter fidem quam habet de virtute sacramenti, nec propter obedientiam, qua se subijcit clauibus sacerdotalibus, vt ostensum est præcedenti quæstio. Ligare autem ad pœnam potest sacerdos: nam sicut absoluit a quadam parte pœnæ temporalis, ita ligat ad reliquam pęnam remanentem. Et hoc dupliciter. Vno modo considerando quantitatem pęnæ in communi, & tunc non ligat, nisi inquantum non soluit, sed ostendit ligatum ad aliquam pœnam, scilicet, ad totam illam a qua non absoluit, & ista pœna non est nota sacerdoti quanta sit, quia ipse non imponit eam, sed erat aliàs debita pro peccato: & inquãtum sacerdos abstulit aliquid de ea virtute clauium, & non abstulit totam dicitur ligare in tota pœna residua, sed vere non ligat. Alio modo ligat considerando pœnam determinate, scilicet, hanc, vel illam, & ita directe, & vere ligat imponendo pœnitentiam. Sed Magister quarto Sentent. distinct. 18. ponit alios modos ligandi, & soluẽdi, scilicet, soluere, idest, solutum ostendere: ligare, idest, ostendere ligatum. Secundus modus est ligare, idest, obligare ad pœnam, imponendo pœnitentiam: soluere, idest, dimittere aliquid de pœnitentia imposita. Tertius modus est soluere, i. ad sacramentorum communionem purgatos per pœnã admittere: ligare est ad sacramenti perceptionem nõ admittere, tanquàm adhuc in peccato ligatos manentes. Quartus modus ligandi, & soluendi est per excommunicationem, ligare quidem excommunicando, soluere autem ab excommunicatione liberando. Sed dicendum de quarto modo, quòd licet non sit actus clauis dependet tamen a claue. Patet primum, quia excommunicare possunt non habentes clauem, soli autem sacerdotes habent claues, & tamen aliqui non sacerdotes habent potestatem excommunicandi. Secũdum patet, quia extra Ecclesiam nemo potest excommunicare, vnde sæculares potestates non excommunicant quemquam. Item quia excommunicatio est priuatio participationis sacramentorũ, s. collatio sacramentorum pertinet ad solos viros ecclesiasticos directe quorum est clauis, ideo potestas excommunicandi pendet ex claue. Item quia cum data est Petro, vel Ecclesiæ potestas ligandi, & soluendi, simul data est potestas excommunicandi, quia aliàs oportuisset, quòd esset alia collatio potestatis, & tamen non fuit, sed necesse est dici datam esse Ecclesiæ hanc potestatem, quia aliàs non haberet eam Ecclesia specialiter, sed etiam haberent eam principes sæculares, quod falsum est, & tamen non est potestas clauis cum competat non habentibus clauem, ergo data est consequenter ad potestatem clauium,

Potestas excõmunicãdi ex claue pẽdet.

tanquàm aliquid annexum, vel accessorium. Tertius modus modicum differt a quarto, quia admittere ad communicationem sacramentorum non est aliquis actus sacerdotis distinctus ab alijs actibus suis, excludere autem a communione sacramentorum non fit, nisi per excommunicationem, quia nulli alteri denegantur sacramenta, si publice petat. Primus autem, & secundus modus ligandi, & soluẽdi pertinent proprie ad clauem, & sunt in sacramento pęnitentię, vt supra oñdimus. Ad primũ est dicẽdũ, ꝙ ligare ad pęnã quod fit in foro pnię nõ aggrauat, sed potius est medela cõtra peccatũ, qa ꝑ pœnã curatur debitũ peccati, & melius est suscipere hic a sacerdote iniũctã pęnã, ꝑ peccato, q̃ totã relinquere pro futuro sæculo, qa minor pœna satisfacit hic ꝑ maiori, quã ꝗs toleraturus esset in purgatorio, eo ꝙ pęna hic sponte toleratur, iõ non solũ est satisfactoria, sed ẽt meritoria: in purgatorio aũt nõ est mereri, neq; proprie satisfacere, sed solũ soluere, iõ gratia fit homini, ꝙ imponat̃ ei pœna ꝑ peccato in sacramẽto pnię, & quãto maior imponit, tãto maior gratia ei fit, quia tãto magis alleuiat̃ a pęna futura. Ad secundũ dicendũ, ꝙ sacerdos ligat, & ligãdo obstaculũ ponit. Et cũ dr̃, ꝙ solũ peccatũ est obstaculũ. Dicendũ, ꝙ ẽt pęna peccati est obstaculũ, qa quandiu ꝗs manet obligatus ad aliquã pœnã, ẽt si non sit in peccato nõ habebit vitã æternã, & ponit sacerdos istud obstaculũ, i. positũ oñdit, qa absoluendo a quadã parte pœnę, ostẽdit hominẽ manere ligatũ ad aliã pęnam residuam, q̃ pęna impedit cũ intrare in vitã æternam, vel ponit pœnã determinatam peccatori, quam quouſq; soluet hic, vel in futuro non habebit vitam æternam, nõ tñ est ista pęna, quã sacerdos imponit aliqua pęna vltra eam ad quã tenebatur alias peccator ex taxatione diuinæ iustitiæ, qa tunc claues sacramentales nõ alleuiarent, sed aggrauarent, sed ista pęna determinatur a sacerdote, & cõmutatur pro alia parte pœnę eius ad quam tenebatur peccator ex taxatione Dei, & adhuc ista æqualet pęnę maiori propter auctoritatem clauiũ, & qa sponte toleratur. Ad tertium dicendũ vno modo, ꝙ virtus clauium pendet a passione Christi, & ab illa est directe virtus soluẽdi, virtus autem ligandi nõ est ab ea directe, & ideo nec sacerdos per claues directe ligat, sed ligare dicitur, quantum ad pęnam residuam quam non tollit, & hoc etiam a passione Christi prouenit, cuius virtute deriuata per claues, tollitur illa pęna, quæ remittitur confitentibus, & non tota, iõ passio Christi dicitur ligare ad reliquam pęnam, quæ eius virtute nõ remittitur. Aliter potest dici, ꝙ etiam virtus ligandi ad pœnam directe descendit a passione Christi: nam sacerdos directe ligat ad pęnam, inquantum imponit determinatam pœnam confitentibus, ita & passio Christi obligat nos ad pœnam propter imitationem, sic dicitur 1. Petri 2. Christus passus est pro nobis, relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius, scilicet, vt patiamur aliquid, sicut ipse.

An sacerdos habeat facultatem vtendi actu potestatis clauium ad suum arbitrium, vel teneatur ad certum modum. Et quòd in culpam potest indirecte dupliciter. Et quãtum a pœna absoluere censeatur. Et quantum potest relinquere de pœna. Et quod tenetur semper imponere aliquam pœnitentiam, sed non contra voluntatem pœnitentis, in eiusque arbitrio est quantam, & qualem imponat, & quod sit eius arbitrium in pœnitentiæ impositione, & quæ discretio in ligando, & soluendo. Item causæ ob quas Ecclesia pro quolibet mortali septennem instituit pœnitentiam. Quæst. LXXIX.

QVAERETVR vlterius circa modum actus potestatis clauium, s. sacerdos habet potestatem soluendi, & ligandi per claues, an habeat facultatem vtendi ad arbitrium suum, vel teneatur ad certum modum. Aliqui dicunt, ꝙ penitus pro arbitrio potest sacerdos imponere pęnitentiam, & vti clauibus, quia dicit Hierony. & Leo Papa, & habetur de pęnitent. distinct. 1. cap. mensuram, & 26. quæst. 7. cap. tempora pęnitudinis mensuram temporis in agendo pęnitentiam, non satis aperte præfigunt canones pro vnoquoque crimine, vt de singulis dicant qualiter vnumquodque sit emendandum, sed magis arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuerunt. Itẽ quantumcunque aliquis sacerdos remittat de pœna debita peccatori, laudabiliter agit, ergo agendo pro arbitrio remittendo quantumcunque voluerit, bene agit. Patet, quia Lucæ 14. Dominus laudauit villicum iniquitatis, ꝙ prudenter egisset, & illa prudentia fuit, ꝙ de rebus Domini sui multa remisit debitoribus ad voluntatem suam, & tamen Deus est magis misericors, q̃ Dominus temporalis quicunque, ergo laudabit ministros Ecclesiæ, si de pœna quam homo debet pro peccato, multum remittant. Item actio Christi instruit nos, sed ipse quibusdam pęnitentibus nullam pœnam imposuit, sicut mulieri deprehensæ in adulterio cui dixit: Vade & amplius noli peccare, & paralytico dixit: Remittuntur tibi peccata tua, supra 9. cap. & non imposuit ei pœnitentiam vllam, ergo etiam minister Christi poterit pro arbitrio parum, vel multum de pęna relinquere, vel totam pęnam interdum auferre. Alij dicunt, ꝙ non potest agere ad arbitrium, sed tenetur sequi regulam aliquam. Sic dicit Gregor. & habetur de pęnit. distinct. 5. cap. falsas, s. falsas pœnitentias dicimus, quæ non secundũ auctoritatem Sanctorum Patrũ pro qualitate criminum imponuntur, ergo non est in arbitrio sacerdotis, sed debet sequi ista tuta Sanctorum Patrum. Item ad actum clauium requiritur discretio cum sit vna clauis scientia discernẽdi, & tamen si sacerdos sequi posset volũtatem suam, vel imponendo pęnam, vel remittendo non esset necessaria discretio, quia nunq̃ posset accidere indiscretio, vbi solius voluntatis actus requiritur, ergo nõ põt sacerdos pro arbitrio suo agere, sed secundũ aliquam certam formam. Dicendum, ꝙ actus clauium est soluere, & ligare, esset aũt libertas sacerdotum in vsu clauium, si tantum soluerent, & ligarent, quantum vellent. Pro quo sciendum, ꝙ actus clauis se extendit ad culpam, vt dictum est supra quæst. 77. & ad pœnam vt dictum est supra quæst. 78. Ad culpam quidem large sumptam, i. maculam. De primo, s. de culpa. Dicendũ ꝙ non est vllo modo in arbitrio sacerdotis, quantum soluat, & liget. Et ratio est, quia culpa, i. macula, vel tenebra, aut reatus mortis æternæ, aut offensa Dei, aut totaliter manent, aut totaliter tolluntur, manere autem ex parte est impossibile, ideo vel totaliter absoluetur peccator ab his, vel totaliter manebit in eis ligatus, & ita non erit libertas clauis circa culpam large dictam, sed determinatus modus agendi. Secundo patet, quantum ad soluere, vel remittere: nam vt ostẽsum est supra quæst. 77. ꝙ sacerdos per claues non potest directe in culpam, i. maculam cum ipse non pertingat per actum suum ad animam dando gratiam, sed indirecte potest, s. vt disponens. Et hoc est dupliciter. Vno modo, prout actus clauiũ est in proposito, s. ꝙ peccator dolet de peccato, & proponit confiteri, & absolui, & tũc remittitur peccatum, quantum ad maculam, siue culpam large sumptam, & ita clauiũ vsus, vt est in proposito facit ad remissionem culpæ, siue peccati, quod aliàs nõ remitteretur, & quantũ ad hoc planum est, ꝙ sacerdos nullũ habet arbitriũ, qa licet claues hic aliquid agant, non tamen vt earum actus est a sacerdote exercitus, sed vt est a peccatore conceptus, & propositus. Alio modo prosunt claues, vt est earum actus exercitus, scilicet, quando quis ante confessionem non erat sufficienter dispositus, scilicet, quia contritio non præcesserat talis, qualis requiritur ad remissionem peccati, non ponit tamen peccator obicem: nam tunc semper merito sacramenti, scilicet, confessionis, & absolutionis sacerdotalis perficitur illa contritio, ita ꝙ sit talis, vt fiat remissio peccatorum, & tunc claues actualiter agunt ad deletionem maculæ, vel culpæ large sumptæ, sed non est in potestate sacerdotis, quantum agant, immo nec ipse scit quantum agant, sed solum applicat vsum earum, & ille prodest tantum, quantum Deus vult, sicut qui applicat ignem lignis habet in potestate applicare, vel non applicare, quòd tamen ignis postea exurat quantum, non est in potestate sua, immo nescit quantum exuret, non est ergo arbitrium quantum ad hoc. Si autem accipiatur quantum ad ligare in culpa, non habet sacerdos per claues actionem directam, sed solum ligat, i. non absoluit, vel ligat, i. ligatum ostendit, & tamen ad hoc non est arbitrium sacerdotis, quia non potest ipse ligatos ostendere, nisi eos, de quibus constat ꝙ nolunt subijci clauibus, si autem alios ligatos ostenderet, erraret, & nihil faceret. Etiam ligare, i. non absoluere, non competit, nisi pro eis, qui nolunt a sacerdotibus ligari, & absolui nolentes cõfiteri peccata, quia siquis vult confiteri vere, oportet ꝙ sacerdos illum absoluat, quantum ergo ad culpam non habet sacerdos arbitrium ligando, vel soluendo, licet liget, & soluat. De pœna dicendum, ꝙ duplex pœna considerari potest pro peccato, postquàm remissum est peccatum per contritionem. Vna est, quæ taxatur quantum ad diuinam iustitiam pro quolibet peccato, de qua nos nescimus, nec scire possumus quanta sit, cum varietur infinitis modis per magnum, & parum. Alia est quam sacerdos imponit pœnitenti, & hæc est determinata. De prima dicendum, ꝙ sacerdos soluit, & ligat circa illam, & tamen non est in arbitrio eius, quantum soluat, vel liget. Primum patet, quia sacerdos soluit circa hanc pęnam, quia virtute clauium tollitur de pœna illa, quæ manebat secundum Dei taxationem deleto peccato per contritionem, etiam ligat circa hanc pœnam, idest, ligatum ostendit, vel ligat, i. non absoluit: nam soluit a quadam parte pœnæ, & non a tota pœna, & in illa a qua non absoluit, dicitur ligare, vel ligatum ostendere in illa. Secundum est ꝙ non est in potestate sacerdotis, quantum tollat de illa pœna, sed solum sacerdos applicat vsum clauium ad confitentem, & illæ proficiunt ei, quantum prodesse possunt, vel quantum Deus vult, ꝙ prosint. Et hoc apparet primo, quia sacerdos nescit quanta sit illa pęna, secundo & præcipue, quia non nominat quãtitatem determinatam. Et ista est vera causa: nam etiã si sacerdos nesciret quanta esset illa pœna, ad quam manet secundum Dei iustitiam obligatus peccator, posset nominare aliquam partem eius secũdum proportionem, vt ꝙ diceret, absoluo te a quarta, vel quinta parte pœnæ tibi debitæ in purgatorio, secundum diuinam iustitiã, vel nominaret partem aliquam secundum quantitatem, s. absoluo te ab vno anno, vel mense pęnæ purgatoriæ, & tamen nihil nominat, sed simpliciter dicit, absoluo te, iõ innuit Ecclesia, ꝙ non est in potestate sacerdotis absoluere a tanta, vel tanta parte pœnę, sed solum tantum absoluit, quantũ Deus absolui vult per claues, quarũ quantitatem in effectu nos nescimus. Hoc autem intelligendum est de absolutione quotidiana sacramentali, secus autem de concessione indulgentiarum, quia illę nominant certam quantitatem, siue secundum proportionem, siue sm magnitudinem, & tamen hoc an sit de pœnitentijs iniunctis a iure, vel sit de pęnis a Deo taxatis pro purgatorio, & dato ꝙ accipiatur de pęna a Deo taxata, an tanta pars pœnæ tollatur per indulgentias, quanta nominatur, dicet̃ alibi, quando de indulgentijs agemus, & ita non est in arbitrio sacerdotis, quãtum tollat de pœna taxata a Deo, sed tũ tollit, quantum Deus vult tolli, quod ẽt sacerdos ignorat. Quantum ad ligationem ad istã pœnã etiã non habet sacerdos arbitrium: nã ligare quantum ad hãc pęnã nihil est, nisi ligatum ostendere, vel non absoluere ab illa cum absoluat ab aliqua parte pęnæ: cum ergo non sit in arbitrio sacerdotis quantam pęnã per claues tollat, nec erit in arbitrio eius quantam relinquat a qua non absoluit, & in qua liget. Secunda pęna est illa, quam sacerdos imponit pęnitenti, & in hac sunt duo. Vnum est imponere, vel non imponere aliquam pęnitentiam pęnitenti. Aliud est imponere tantam, vel tantam. Quantum ad primum dicendum, ꝙ nõ est in arbitrio sacerdotis imponere, vel non imponere, sed tenetur imponere pęnitentiam aliquam, quia sacerdos operatur in vsu clauium, sicut instrumẽtum, & minister Dei, nullum autem instrumentum habet efficacem actum, nisi secundum ꝙ mouetur ab agente principali. Ideo Dionysius in fine Ecclesiasticæ Hierarchiæ dicit, ꝙ sacerdotibus vtendum est virtutibus hierarchicis, quomodo diuinitas eos mouet, in cuius signum supra in litera ante potestatem Petro datam fit mentio de reuelatione deitatis ei facta, quasi ita clauibus vti deberet quomodo deitas vtendum vellet, & doceret, & Ioan. 20. Ante potestatem datã Apostolis remittendi peccata, & retinendi quod est soluere, & ligare, ponitur de dono Spiritussancti concesso Apostolis, qa dicitur, Accipite Spiritussanctum, & quorum remiseritis peccata, remissa erunt, & quorũ retinueritis, retenta erũt, & tamen Spiritussanctus est quo mouentur homines qui sunt filij Dei, ad Rom. 8. Qui spiritu Dei aguntur hi filij Dei sunt. Si autem sacerdos præsumeret abuti potestate clauium, nolens iniungere pęnitentiam aliquam, peccaret mortaliter, & recederet a diuino ordine, & præter hoc, vt dicit Dionysius non consequeretur effectum. Quod intelligunt quidam, i. non remitteretur pœna aliqua virtute clauium. Dicendum tamen, ꝙ si sacerdos ex obliuione, aut inaduertentia omisit pœnitentiam imponere, nec peccat mortaliter, neq; minuitur effectus clauium. Si autem sciẽter omisit pœnitentiam imponere, & tamen pœnitens erat dispositus subire quancunq; pœnitentiam, quæ imponeretur, putant quidam ꝙ effectus clauium nõ minuatur cum ille se subiecerit, quantum in se fuit, & ille eum absoluerit, ideo consecutus est remissionẽ pœnæ virtute clauium. Verum est tamen, ꝙ non ita plene, sicut si pœnitentia ei imponeretur, & ita sacerdos non habet arbitrium ad imponendum, vel non imponendum, sed tenetur aliquam pęnitentiam imponere. Secũdum erat circa hoc, ꝙ est imponere tantam, vel tantam, aut talem, vel talem. Et dicendum, ꝙ in hoc solo est arbitrium sacerdotis. Pro quo sciendũ, quòd antiqui canones statuerant pœnas pro singulis peccatis, licet non omnino distincte, imposuerunt enim pro quolibet mortali septem annorũ pęnitentiã. Sed interdum q̃ñ alicuius criminis grauitas exposcit, maiorem pęnitentiã imponũt, 33. q. 2. cap. hoc ipsum, & cap. hoc quãquã, & 22. q. 1. cap. prædicãdũ. Sed quare septennis pęnitentia posita sit? Dicunt qdam, ꝙ hoc est, quia tanta pęna debetur homini in purgatorio pro peccato mortali, quod iam deletũ est per contritionem, & manet obligatio quædam ad pęnam. Dicendum, ꝙ non stat, primo qa Ecclesia nescit quãta pęna debeatur in purgatorio pro peccatis, vt ponat septennem pęnitentiã. Secũdo, qa pro quolibet mortali ponit septennem pœnitentiam regulariter, & ta-

Duplex pęna pro peccato, post remissionẽ per cõtritionẽ cõsiderari potest.

men magnitudo peccatorum mortalium non eſt æ-
qualis: nam cum differant ſpecie neceſſe eſt, quòd ſit
differens grauitas eorum magnitudine, vnde etiam ſi
non conſideretur aliqua ſpecialis grauitas in eis, ſed
quodlibet mortale ſolum ſecundum ſpeciem ſuam,
neceſſe eſt quòd vnum ſit maius altero, & tamen pœ-
na, quæ taxatur a Deo eſt commenſurata peccato, id-
eſt, nec plus, neque minus, ideo maior pœna in pur-
gatorio erit pro vno mortali, quàm pro alio ſecundũ
ſpeciem. Tertio, quia conſiderato peccato mortali in
eadem ſpecie non ſunt æqualia duo mortalia, immo
vix poteſt contingere, quòd aliqua duo peccata ſint
omnino æqualia, quia vel ex maiori affectu pecca-
tis, vel ex alijs circunſtantijs erit maior grauitas vnius,
quàm alterius, & ita maior pęna in purgatorio. Quar-
to, quia dato quòd contingat duo mortalia eſſe ęqua-
lia, vel etiam ſi eſſent omnia æqualia, non manet ſem
per æquale debitum pœnæ poſt deletum peccatum
per contritionem, quia tanta poteſt eſſe contritio,
quòd auferatur totum debitum pœnæ, a fortiori er-
go per inæqualitatem contritionis auferretur inter-
dum plus, & interdum minus de pœna debita in pur-
gatorio: non ergo eſt imponenda ſeptennis pœniten
tia propter hoc. Quinto, quia dato, quòd poſſet con-
tritio ſemper eſſe æqualis, & maneret æqualis pœna
poſt deletum peccatum per contritionem, adhuc nõ
erat imponenda omnibus æqualiter pœnitentia ſe-
ptennis, quia vnus homo magis punitur, & magis ſa-
tisfacit in pœnitentia ſeptenni, quàm alius in pœni-
tentia decem annorum, & multa ſunt huiuſmodi mo
tiua: non ergo impoſuit eccleſia ſeptennem pœniten
tiam, pro peccato mortali, quaſi tanta pœna in pur-
gatorio deberetur. Dicendum ergo, quòd non fit
propter hoc, ſed Eccleſia videẽs, quòd fructuoſius hic
pœna toleratur, quàm in futuro, cum hic ſponte tole-
retur, voluit pœnitentibus pro peccatis magnam pę-
nam iniungere, vt modicum agẽdum pro futuro re-
linqueretur, minorem tamẽ imponere voluit, quàm
crederet poſt vitam eſſe futuram, quia maiorem po-
nere ſuperuacuum erat, & ad hoc poſuit ſeptennem
pœnitentiam pro mortali. Quod tamen potius pone-
ret ſeptennem, quàm maiorem, aut minorem non
fuit cauſa quaſi iſta magis accederet ad æqualitatem
pœnæ, quæ debetur in purgatorio, quàm aliqua alia,
ſed fuerunt cauſæ aliquæ myſticæ, vel figurales. Pri-
ma fuit in ſimilitudinem Mariæ ſororis Aaron, quæ
peccauit murmurando contra Moyſem, & percuſſa
eſt lepra, cumque oraſſet pro ea Moyſes, vt ſanaretur
iuſſit Deus, quòd ſeptẽ diebus maneret extra caſtra,
& poſtea reuerteretur, Numeri 12. & iſta eſt expreſſa
pœna peccatis, quæ manet poſt abſolutionem ſacer-
dotalem adhuc a Deo taxata: nam ſicut Moyſes qui
erat quaſi ſacerdos cum eſſet prælatus in ſpiritualibus
orauit, vt dimitteretur pœna data Mariæ pro pecca-
to, & poſt illius orationem relicta eſt a Deo pœna ſe-
ptem dierum, ita poſtquàm ſacerdos in abſolutione
orat pro remiſſione peccatorum pœnitentis, adhuc
relinquitur pro quolibet peccato ſeptem annorum
pœna, quia peccatum Mariæ vnicum fuit, & accipi-
tur annus pro die, ſicut ſolet accipi in ſcriptura, vt
Ezechi. 3. Diem pro anno dabo tibi, & iſtam cauſam
præcipuam aſſignat Iſidorus, & habetur 33. quæſt. 2.
cap. hoc ipſum, vbi dicitur quòd ſit pro quolibet pec-
cato pœnitentia ſeptennis. Secunda eſt, quia Dauid
fuit a Deo increpitus pro adulterio, & homicidio, &
vnius hebdomadę, ideſt, ſeptem dierum ieiunium ex-
plenit ad emundationẽ delicti, vt dicitur eodem cap.
Tertia eſt quantum ad principium emundandi: nam
peccata remittuntur per Spiritum ſanctum, Ioan. 20.
Sed Spiritus ſanctũ ſunt ſeptem dona, Iſaiæ 11. Ideo in

Annus p die ĩ ſcriptura accipi ſolet.

reuerentiam huius ſeptem annis pro quolibet pecca-
to mortali ieiunatur. Et aliæ ſunt ſimiles cauſæ myſti-
cę regulariter, ergo pro quolibet mortali canones an-
tiqui ſeptennẽ pœnitentiam impoſuerunt, & tamen
quia vnum crimen interdum eſt altero grauius, de-
bet imponi aſperior pœnitẽtia in quibuſdam, quàm
in alijs, & ſic patet in periurio, adulterio, & homici-
dio, quia pro quolibet eorum debet imponi ſepten-
nis pœnitentia, vt colligitur 22. quæſt. 1. cap. prædican-
dum, aſperior tamen pro adulterio ponitur, & homi-
cidio, quàm pro periurio, & durior pro homicidio,
quàm pro adulterio, vt patet 23. quæſt. 2. cap. ſi quod,
& in allegato cap. prędicandum, in Glo. Sed ab iſta re-
gula excipiuntur aliqui caſus, in quibus propter pec-
cantis dignitatem, vel criminum enormitatem impo
nitur maior pœnitentia, & aliquando ex varijs cauſis
ponitur minor: nam presbyter ſi fecerit fornicationẽ
debet agere pœnitentiam decem annorum, & eſt
aſpera pœnitentia ſecundum formam, quæ traditur.
82. diſtinct. cap. presbyter, quod magis intelligitur de
adulterio, vel inceſtu, quàm de ſimplici fornicatione,
presbyter autem ſi cognoſcat filiam ſuam ſpiritualẽ,
quam baptizauit, vel de ſacro fonte leuauit, aut in cõ-
firmatione tenuit, vel quæ ſibi confeſſa eſt, ſi fuerit
delictum manifeſtum debet pœnitentiã agere duo-
decim annorum. Si autem fuerit Epiſcopus debet pę-
nitentiam agere quindecim annis: ipſa vero mulier
debet omnia derelinquere, & res ſuas pauperibus tra-
dere, & in monaſterio vſque ad mortem Deo ſeruire,
30. quæſtio. 1. cap. ſiquis ſacerdos. Siquis autem co-
gnouerit monialem agat pœnitentiam decem annor
rum, & ipſa monialis totidem. 27. quæſtio. 1. cap. de-
uotam, & cap. de filia. In coitu autem ſodomitico, vel
pecorali, & ſimilibus, debet eſſe valde grauis pœnit
tentia, 33. quæſt. 1. cap. hoc ipſum: nam ſodomiticum
vitium deterius eſt, quàm matrem cognoſcere, vt ait
Auguſt. lib. de adulterinis coniugijs, immo & cogno-
ſcere ſœminam extra vas debitum, quod ſodomiti-
cum eſt, deterius eſt, quàm matrem cognoſcere, vt
ait Aug. ibidem, & 32. quæſt. 2. cap. adulterij malum.
qui autem matrem occidit, decem annis pœnitet ſa-
tis aſpere iuxta formam datam, 33. quæſt. 2. cap. Iato-
rem. Qui autem occidit vxorem, adhuc grauius pœ-
nitere debet, quàm qui occidit matrem, vt patet 32.
quæſtio. 2. cap. admonere, & ex hoc dixit Lyuguicius,
& aliqui quòd grauius eſt occidere vxorem, quàm
matrem, iuxta illam regulam quis dubitat ſceleratius
eſſe commiſſum, quod eſt grauius vindicatũ, 34. q. 1.
cap. non afferamus. Dicendum tamen, ꝙ multo grau-
ius eſt matrem occidere, iura tamen maiorem pœ-
nitentiam impoſuerunt vxoricidæ, q̃ matricidæ, vt
retrahantur homines a delicto, eo ꝙ facilius quis fle-
ctitur ad occidẽdum vxorem, q̃ matrem. Sic etiam in
multis alijs criminibus poſuerunt iura grauiores pœ-
nitentias ſeptennio quod longum eſſet proſequi. In
quibuſdã aũt peccatis interdum minor ſeptennio pœ
nitentia imponitur, vt eſt qñ ſacerdos aliqd per negli-
gentiam cõmittit circa ſpecies ſacramẽti: nã ſi de ſan-
guine aliqd diſtillauerit ſup tabulã, dẽt lambi tabula,
& radi. Si aũt ſup terrã dẽt ẽt lambi, ſi põt, & terra tota
in circuitu dẽt radi, & cremari, vt cõuertat in cineres,
& recondent cineres iuxta altare, idẽ fiet de raſura ta-
bulę, & ſacerdos pęnitebit 40. diebus. Si aũt ſup altare
ſtilla ſanguinis ſacramẽti ceciderit, i. nõ ſup linteamina,
ſed ſup aliquã partẽ altaris nudã, & maxime ſi ſup
arã nudã forte ſorbeat ſacerdos ſtillã, & tribus diebus
pęniteat, vel ſuper altare, i. ſup linteũ, dũ tñ nõ trãsfuſa
fuerit ſtilla vltra primũ linteũ, erit pnĩa pĕcedẽs. Si autẽ
ſtilla puenerit ad ſecũdũ linteũ, quatuor diebus pęni-
teat, ſi aũt ad tertium linteũ, nouem diebus pęniteat.

Si

Si autem peruenerit vſque ad quartum linteum, vi-
ginti diebus pœniteat, & linteamina tacta a ſtilla
abluantur ter, ſcilicet, in loco vbi cecidit ſtilla ſolum,
& aqua omnium ablutionum ſuſcipiatur in calice, &
iuxta altare recondatur. Et patent omnia hæc de con-
ſecrat. diſtinct. 2. cap. ſi per negligentiam. Idem etiam
circa euomẽtes euchariſtiam: nam ſiquis laicus pro-
pter ebrietatem, aut voracitatem nõ potens contine-
re ſpecies ſacramentales euomuerit eas, quadraginta
diebus debet pęnitere. Si autem clerici, vel monachi
fuerint, ſeu diaconi, & presbyteri, ſeptuaginta die-
bus pęnitere debent, de conſecratio. diſtinctio. 2. cap.
ſiquis per ebrietatem. Hæc autem exemplorum cau-
ſa poſita ſunt, vt videatur quomodo canones anti-
qui impoſuerint quaſi pro ſingulis delictis determi-
natas pœnitentias.

Pœnitentia euomẽtium euchariſtiam.

Dicendũ tamen, ꝙ circa hoc nõ eſt neceſſariũ ſtare
canonibus antiquis, ſed menſura pœnitentiæ agendæ
tam quantum ad tempus pęnitendi, quàm ad aſperi-
tatem pœnitentiæ in arbitrio ſacerdotũ conſtituitur,
vt dicit Leo Papa, & Hierony. Et ratio huius eſt, quia
pęnæ ſatisfactoriæ imponuntur, vt medicinæ, & ſicut
medicinæ determinatæ in arte, non omnibus compe
tunt, ſed variãdæ ſunt pro conditione eorum, quibus
dantur, ita pęnitentiæ moderandæ ſunt, iuxta ſacerdo
tis arbitrium diuino inſtinctu regulatũ. Et ſicut me-
dicus interdum prudenter facit, non dando medicinã
efficacem, quę ad morbi curationem ſufficiat, ne pro-
pter debilitatem naturæ maius periculum oriatur, ita
ſacerdos diuino inſtinctu regulatus nõ ſemper totam
pęnam, quæ ſecundum ius vni peccato debetur iniun
git, ne infirmus aliquid ex magnitudine pœnæ deſpe-
ret, & a pœnitentia totaliter recedat. Et iſtud arbitriũ
poteſt dupliciter intelligi. Vno modo arbitriũ, ideſt,
iudicium, ſcilicet, quòd quãtum iudicauerit ſacerdos
debere imponi pœnitenti de pœna, & quia licet eſſet
regulare imponi ſeptennem pœnitentiam, interdum
tamen propter deuotionem, & contritionis magnitu
dinem meretur quis minorem pęnam, debet iudica-
re ſacerdos arbitrãdo iuxta ſigna, quæ viderit quantũ
cuilibet videatur. Et ita videtur intelligi dictum Leo-
nis Papæ, 26. quæſtio. 7. cap. tempora, ſcilicet, tempora
pœnitudinis, habita moderatione conſtituenda ſunt
tuo iudicio, prout conuerſorum animos proſpexeris
eſſe deuotos. Et idem colligitur de pœnitent. diſtin. 1.
cap. menſuram, ſcilicet, arbitrio ſacerdotis intelligen-
tis relinquendum ſtatuunt, quia apud Dominum nõ
tam valet menſura temporis, quàm doloris, nec abſti-
nentia tantum ciborum quantum mortificatio vitio-
rum: & ſic innuitur, quòd aliquis propter magnitudi-
nem doloris in contritione delet multum de pœna,
& non debet poni ſibi pœnitentia tanti tẽporis quan-
ta erat alteri imponenda, & ad hoc diſcernendum eſt
ipſius ſacerdotis intelligentis arbitrium. Alio modo
poteſt intelligi arbitrium, ideſt, volũtas, ſcilicet, quòd
quantum ſacerdos voluerit, tantum imponet de pœ-
nitentia, ſiue multum, ſiue paucum, dum tamen non
imponat grauiorem pęnam, q̃ a iure ſit impoſita. Ali-
qui dicunt, ꝙ arbitrium non accipitur pro voluntate,
immo ꝙ nec habet ſacerdos poteſtatem imponendi
tantam, vel tantam pœnitentiam moderando illam,
niſi quando iura non exprimunt determinatam pœ-
nitentiam. Sic tenet Glo. de pęnit. diſt. 1. cap. menſurã
ſuper parte arbitrio dicens. hoc verum eſt cum pœna
non eſt expreſſa, quia cum pęna expreſſa eſt illam de-
bet imponere, ar. extra de offic. deleg. cap. de cauſis,
& de pęnit. diſt. 5. cap. falſas. ex cauſa tamen poteſt ag-
grauare, & mitigare, ar. 50. diſt. cap. de his. Dicendum,
ꝙ hoc verum erat ſecundum tempora antiqua, quan
do non erant pœnitentiæ redactæ ad arbitrium: nam

Sacerdotis circa pęnitentes arbitriũ, dupliciter intelligitur.

tunc erat regula, ꝙ quandocunq; inueniretur quan-
titas pęnitentiæ determinata a iure imponeretur illa,
niſi expreſſe appareret aliqua cauſa propter quã debe
ret mitigari, vel aggrauari, qñ autem non erat diffini-
ta pœnitentia a iure, erat in arbitrio, ideſt, iudicio pru-
dentis ſacerdotis, vt conſiderato dolore pęnitentis, &
alijs circunſtantijs imponeret maiorem, vel minorẽ,
ſicut dignum reputaret, & illud tunc non erat arbi-
trium, i. volũtas, ſed arbitrium, i. iudicium procedens
a diſcretione iudicis vbi ius deeſt, & tamen ſeruando
conformitatem ad ius, eo modo quo iudici videatur.
Et hoc expreſſe vult Hierony. in allegato cap. menſu-
ram. nam cauſam arbitrij ſacerdotalis non poſuit, ni-
ſi ꝙ interdum canones non præfigũt pœnitentias pro
ſingulis criminibus, & ꝙ tunc in arbitrio intelligentis
ſacerdotis relinquat, ſed quando a iure eſt expreſſa pę-
nitentia, non dicit eſſe aliquod arbitriũ, cum ait, Men
ſuram autem temporis in agenda pęnitentia, ideo nõ
ſatis aperte præfigũt canones pro vnoquoque crimi-
ne, vt de ſingulis dicatur qualiter vnumquodq; emẽ-
dandum ſit, ſed magis in arbitrio ſacerdotis intelligẽ
tis relinquendum ſtatuitur, quia apud Dominum nõ
tantum valet menſura temporis, q̃ doloris, propter
quod tempora pęnitentiæ pro fide, & conuerſatione
pęnitentiũ abbreuianda præcipiunt, & pro negligen-
tia protelanda exiſtimant, tamen pro quibuſdam cul
pis modi pęnitentiæ ſunt impoſiti, & ſic innuit, ꝙ ca-
nones nõ ſtatuerunt tempora pęnitentiæ in omnibus
culpis, ideo ibi eſt locus arbitrio, in quibuſdam tamẽ
ſunt impoſiti modi, ideſt, quantitates pœnitentiæ, &
ibi nihil eſt arbitrandum, quia tũc iuxta rationem ſu-
pra tactam a Hieronymo in nullo caſu expreſſiſſent
iura quantitatem pœnitentiæ imponendę. Iſta autem
vera ſunt ſecundum tempora antiqua, quando pęni-
tentiæ non erant redactæ ad arbitrium. Nunc autem
omnes ſunt redactæ ad arbitrium, vt colligitur de pę-
niten. & remiſſio. cap. quæſitum, & cap. Deus, & cap.
officij. ideo ſiue in eis quæ a iure ſtatuta ſunt, ſiue quæ
non ſunt ſtatuta, habet locum arbitrium ſacerdotis.
Et dicendum quòd arbitrium accipitur pro voluntа-
te, & tamen non pro voluntate abſoluta, ſed regulata
ratione, iſta autem ratio non reſpicit ad hoc, quòd
confeſſor velit arbitrari, quantum debeatur iſti ho-
mini de pęnitentia, conſiderata contritione eius, &
cæteris circunſtantijs, quia hoc eſſet redire ad anti-
qua tempora, quando locum habebant pęnitentiæ
præfixæ a iure, ſed arbitrium prudentis ſacerdotis de-
bet ad hoc tendere, vt conſideret quantùm expedit
ſaluti pęnitentis imponi, vt dicitur extra de pęnitен-
tia, & remiſſione, cap. Deus qui Eccleſiam. hoc au-
tem eſt, quòd cuilibet pęnitenti melius eſt pęniten-
tiam hic agere, quàm in futuro, quia pęna ſponte
tolerata eſt meritoria, & ſatisfactoria, & non pę-
na futuri ſæculi, & ideo ſi pęnitens eſſet tam deuo-
tus, & conſtans, de quo putaretur, quòd vellet ma-
gnam pœnitentiam agere, & vult eam ſuſcipere, ex-
pedit ſaluti illius, quòd ſibi imponatur. Si tamen
ſacerdos videt peccantem eſſe fragilem, & incon-
ſtantem ad tolerandum magnam pœnitentiam, &
non vult ſuſcipere eam, vel ſi ſubijt eam poſt non
vult manere in eadem, expedit ſaluti pœnitentis par-
uam pœnitentiam iniungi. Et ideo conſilium eſt,
quòd ſacerdos exponat confitenti, quòd pro pecca-
tis ſuis magnam pœnam merebatur. Proponat au-
tem ei aliquam pœnitentiam agendam, & ſi vide-
rit eum promptum ad ſubeundum illam, imponat
eam illi. Si autem non fuerit ad hoc promptus non
imponat, ita quòd ſemper ſacerdos imponat pœ-
nitentiam de voluntate pęnitentis, & nunquàm con-
tra voluntatem eius, & tamen ſecundum antiquos

canones nunquàm erat aſpiciendum ad voluntatem pœnitentis, ſed vbi non erat diſtinctum a iure, reſpiciebatur conditio delicti, & cæteræ circunſtantiæ, vt ſecundum illas videretur quãtum mereretur quiſque ſibi imponi, & ita intelligitur cap. tempora pœnitudinis, 26. quæſt. 7. cum ſex cap. ſequentibus, nunc non reſpicitur ad hoc, ſi tamen ſacerdos nihil conſiderans, imponit pœnitentiam quæcunque ſibi occurrit animo, non bene agit, quia deberet conſiderare quid ſaluti pœnitentis magis expediret, nihilominus tamen pœnitens liberatus eſt, & non peccat recipiens minorem pœnitẽtiam, vel minus vtilem, quàm alias ſuſcipere poſſet. Ad primum dicendum, quòd in arbitrio ſacerdotis, relinquitur impoſitio pœnitentiæ, non ſolum quando canones non præfixerunt pœnitentiam, vt in eodem cap. Menſuram dicit Hieronymus, ſed etiam quando præfixa eſt, & tamen debet habere conſiderationem ſacerdos, quid expediat ſaluti pœnitentis, alias nõ bene agit, non tamen eſt neceſſe quòd ſemper in hoc peccet mortaliter, quia nõ eſt omnis negligentia, aut inconſideratio peccatum mortale. Ad ſecundum dicendum, quòd villicus nõ laudatur ſimpliciter, immo potius vituperabilis erat, quia furatus eſt rem domini ſui, dando eam debitoribus, quia idem erat remittere, quòd donare, cum debitum eſſet liquidum, ſed laudatur quòd prudenter, ideſt, aſtute egerit, quia prouidit ſibi, vt quando egeret, haberet ad quem recurreret. quęlibet autem prudentia, vel aſtutia laudabilis eſt, licet opus factum per aſtutiam ſæpe eſt vituperabile, & ita in ſacerdotibus prudenter agere in remiſſione pœnarum, imponendo pœnitentiam laudabile eſt, agere autem omnino ſecundum voluntatem non eſt agere prudenter, ideo non eſt laudabile. Ad tertium dicendum, quòd non oportet Chriſtum imitari in omnibus operibus ſuis: nam ſicut quædam ſunt in quibus imitari non poſſumus etiam ſi velimus, vt facere miracula quæ ille faciebat, ita quædam ſunt in quibus imitari non licet, quamuis poſſimus, & ita eſt hic: nam ipſe poterat pœnitentem dimittere, non impoſita aliqua pœna, ſacerdotibus autem non licet. Ratio huius eſt, quia Chriſtus habuit clauem excellentiæ, vt oſtenſum eſt ſupra quæſtio. 77. Et ideo poterat conferre effectum ſacramenti ſine ſacramento: ſacerdotes autem habent ſolum clauem ſacramentalem, ideo non poſſunt remittere peccata, nec efficere aliquod opus ſacramenti ſine ſacramento. Et ob hoc Chriſtus non ſolum poterat peccata remittere, nõ imponendo pœnitentiam, ſed etiam non audiendo confeſſionem, ſic patet in muliere deprehenſa in adulterio, Ioan. 8. Quia illa nihil cõfeſſa eſt, & tamen Chriſtus remiſit ei peccatum. Quod magis apparet in paralytico, cuius peccata non erant manifeſta, & tamen antequàm quicquam diceret, dixit Chriſtus ei remittuntur tibi peccata tua, ſupra 9. & ſic nec confeſſus eſt ille, nec quicquam pœnitentiæ agendę ei impoſitum eſt. Sacerdos autem non poteſt abſoluere niſi confitentem, quia aliàs non eſſet ſacramentalis abſolutio, ita non debet abſoluere niſi pœnitentiam imponendo, & peccat ſacerdos qui pœnitentiam non imponit, quando autem peccator nõ confeſſus eſt, non põteſt abſoluere eum, quia confeſſio debet præcedere abſolutionem. Si abſoluat de facto, abſolutio nõ valet, & peccat mortaliter abſoluendo. Si quis autem ſit in articulo neceſſitatis, & voce, confiteri non poſſit, oſtendat autem ſigna contritionis, debet haberi tanquàm ſuſcipiens ſacramentum, & tamen abſolui nõ debet, quia nihil apparet de quo eum ſacerdos abſoluere poſſit, maxime quia eſt contra formam abſolutionis, in qua dicitur de peccatis confeſſis, & oblitis. Ad argumentum etiam in cõtra-

F rium reſpondendum. Ad primum dicunt quidam, q̃ falſa pœnitentia eſt, quando non imponitur ſecundũ taxationem factam a iure, & ita tenet Gloſ. de pœnit. diſtinct. 1. cap. menſuram. Et licendum, q̃ verum eſt, quòd ſecundum antiqua tempora, quando nondum erant pœnitentiæ totaliter redactæ ad arbitrium, non licebat ſacerdoti imponere minorem pœnitentiam, quam eſſet a iure, & tamen adhuc tunc non vocabatur illa falſa pœnitẽtia, ſed dicitur falſa pœnitentia illa, in qua de vno peccato agitur pœnitentia, & non de alio, vel quando ſacerdos abſoluit peccatorem manentem in peccato, in quo prius erat, quaſi vere, & fructuoſe poſſit pœnitere, manendo in illo peccato. Vel quia forte ſacerdotes non iudicant quædam eſſe

G peccata, quæ tamen ſunt peccata, & manentibus in illis imponunt pœnitentiam, quaſi nõ manentibus in peccato: nam tunc quæcunque pœnitentia eſt falſa quam agunt, quia nihil prodeſt. Sic dicit Innocentius Papa, de pœniten. diſtinctio. 5. cap. fratres noſtros, ſcilicet, Fratres noſtros Epiſcopos, & presbyteros admonemus ne falſis pœnitentijs laicorũ animas decipiant, & ſequitur, falſam autem pœnitentiam eſſe conſtat, cum pluribus ſpretis, de vno ſolo pœnitentia agitur, aut cum ſic agitur de vno, vt non diſcedatur ab alio. Falſa eſt etiam pœnitentia cum pœnitens, ab officio curiali, vel negociali non recedit, quod ſine peccatis agi, nullatenus præualet, aut ſi odium in corde geſſerit, aut ſi offenſo cuilibet non ſatisfaciat, aut ſi offen-

H denti offenſus non indulgeat, aut ſi arma quibus contra iuſtitiam gerat. In talibus autem manenti ſi pœnitentia imponitur, eſt pœnitentia falſa, & imponitur cõtra auctoritatem Sanctorum Patrum, quia Sancti Patres declarauerunt, non poſſe agi pœnitentiam ab eo, qui in aliquo peccato manet. Et idem Gregor. intelligit in allegato cap. falſas. nam cum dixit: falſas pœnitẽtias dicimus, quæ non ſecundum auctoritatem Sanctorũ Patrum pro qualitate criminum imponuntur, ſubiũxit, ideoq; miles, vel negociator, vel alicui officio deditus, quòd ſine peccato exerceri non poſſit, ſi culpis grauioribus irretitus ad pœnitentiam venerit, vel qui bona alterius iniuſte detinet, vel qui odium in corde gerat, recognoſcat ſe veram pœnitentiam, niſi negocium relinquat, & officium deſerat, peragere nõ poſſe, & tamen opponitur vera pœnitentia falſæ pœnitentiæ; vnde Gregor. non poſuit ibi exemplum a liquod falſæ pœnitentiæ, eo quòd minor ſit quàm canones ſtatuerint, ſed quia in peccato manet, qui illam agit, iſta ergo eſt ſola falſa pœnitentia: pœnitẽtia autem quę minor eſt, quàm canones ſtatuerint antiquitus, non erat falſa, ſed erat indebite poſita, nunc vero nec eſt falſa, nec indebite poſita cum omnes pœnitentiæ ad arbitrium redactæ ſint. Ad ſecundum dicendum vno modo, quòd licet eſſet prorſus in voluntate ſacerdotis imponere hanc, vel illam pœnitentiam, tamen requirebatur ſemper diſcretio, vt ſciat diſtinguere peccatum a peccato, & ſciat quid eſt peccatum, & quid

K non, cum interdũ ſacerdotes putent aliquid eſſe peccatum quod non eſt, & econtrario. Etiam diſcretio eſt neceſſaria, vt ſciat quos poteſt ligare, & ſoluere, & in quibus caſibus. Etiam vt circa ea, in quibus tenetur vnus proximus alteri, in quibus non eſt arbitrium ſacerdotis, ſciat quando eſt neceſſaria reſtitutio, & quanta, & ita circa multa alia eſt neceſſaria diſcretio præter taxationem pœnitentiarum. Aliter poteſt dici, quòd etiam circa impoſitionem pœnitentiæ requiritur diſcretio ſacerdotis taxando, vt dicit Hierony. de pœniten. diſtinct. 1. cap. menſuram, & de pœnitẽ. & remiſſio. cap. Deus, cap. officij. non tamen quaſi teneatur imponere tantam pœnam arbitrãdo, ad quantam putauerit teneri peccator, ſed diſcretio requiritur, vt

I Ab eo pœnitentia agi non põt, qui in alio quo manet peccato, & ſi agitur falſa eſt.

taxet

A taxet tantam, & talem pœnitentiam, quantam putat expedire ſaluti pœnitentis, vt ſupra declaratum eſt.

Quid remittitur alicui per pœnitentiam minorem quam iura ſtatuunt, & errata peccatoris merentur, & an per talem pœnitentiam iniunctam tollatur tota pœna peccatorum. Et quando ſacerdos non poteſt diſpenſare circa pœnam purgatoriam. *Quæſt. LXXX.*

QVAERETVR occaſione præcedentium de remiſſione pœnę, quæ fit per claues, & impoſitionem pœnitentiæ, ſi interdum imponatur alicui minor pœna q̃ a iure ſtatuta eſt, vel quàm peccata ſua mereantur, qd remittatur per illam pœnitentiã, & an tota pœna peccatorum tollatur per illam pœ-

B nitentiam iniunctam.

Aliqui dicunt, quòd ſiue ſacerdos imponat magnam pœnitentiam ſiue paruam, liberatur peccator a tota pœna futuri ſeculi, expleta pœnitentia, quæ imponitur per ſacerdotem. Et mouet iſtud dubiũ Glo. de pœniten di. 1. cap. menſuram, dicens ſi ſacerdos minorem pœnam arbitratus eſt, quàm debeatur, ſi diſpenſandi animo hoc facit, ſufficit illa licet modica ad delendum peccatum. Si autem ſacerdos per errorem minorem pœnam arbitratus eſt putans eſſe ſufficiẽtem, & pœnitens credebat ſacerdotem eſſe peritũ, ſufficit illa minor pœna ad peccatum delendum, & omnem pœnam alterius vitæ, dummodo pœnitens, qui eam recipit maiorem recipere paratus eſſet ſi ſibi C imponeretur Archidiac. eadem diſtinctione, capitu. quoniam pœnitet. Si autem credebat ſacerdotem eſſe imperitum in culpa eſt, nec releuabitur per hanc ſolam pœnitentiam, & idem iuris eſt, ſi ad alium iuit non ſuum iudicem, cum ſuus ſacerdos eſſet peritus, quia eo caſu in culpa fuit. Si autem ſuus ſacerdos nõ erat peritus, & ideo iuit ad alium, quia hoc ſibi licet, de pœnit. diſtinctione 5. cap. placuit, & ille male eſt arbitratus, idem eſt, vt in proprio ſacerdote faciente animo diſpenſandi.

Dicendum, quòd inquantum dicitur, quòd per pœnam quàm imponit ſacerdos, etiã ſi ſit minor, tollatur tota pœna futuri temporis, falſum dicitur. Et

D preſupponit Glo. illa quòd quando imponitur peccatori tota pœna impoſita a iure pro peccato, liberatur a tota pœna purgatoria. Et etiam dicit, quòd ſacerdos poteſt diſpenſare in pœna illa, vt ſi ſciat, quòd imponit minorem pœnã quàm ſit debita, & faciat hoc animo diſpenſandi, ſufficit illa modica ad delendum peccatum, ideſt, ad delendum totam pœnam debitã pro peccato: nam peccatum quantum ad maculam, vel culpam large ſumptam iam deletum eſt ante abſolutionem, & impoſitionem pœnitentiæ. Etiam dicit, quòd ſi per errorem ſacerdos arbitratus eſt minorem pœnam, quàm eſſet debita, & pœnitens erat paratus ſuſcipere maiorem ſi imponeretur, liberatur a tota pœna futuri ſeculi.

Primum eſt falſum, ſcilicet, quòd pœna a iure impoſita pro peccatis æquiualeat pœnæ purgatoriæ, & E tollat eam: nam Eccleſia neſcit quanta eſt pœna, quę debetur pro peccato in purgatorio: nec eſt illa pœna vna pro omnibus peccatis, ſed pro quolibet alia, & alia, vnde nec Eccleſia impoſuit ſeptennem pœnitentiã pro quolibet mortali, quaſi tãta pręciſe ſit pœna, quæ debetur illi peccato in purgatorio, quia hoc eſt impoſſibile, vt oſtenſum eſt præcedenti quæſtione, nec Eccleſia imponit ſeptennem pœnitentiam quaſi credat iſtam ſufficere præciſe, ſed propter aliquas cauſas myſticas, de quibus dictum eſt præcedenti quæſtione, ſecundum etiam eſt falſum, quia dependet a præcedenti, ſcilicet, quia præſupponitur, quòd ſi tanta pœna poneretur arbitrarie quantã ius arbitraretur, quòd tolleretur tota pœna futura.

Secundo, & irrationabilius dicit, quòd poteſt diſpenſare ſacerdos circa pœnam futuram, ideſt, quòd ponendo ſcienter minorem pœnam quàm debeatur, aufert totam pœnam futuram, ſi fuit intentio ſua diſpenſandi: nam tunc efficacia clauis penderet a volũtate ſacerdotis, & tamen hoc non videtur eſſe verum, quia clauis tantum prodeſt quãtum prodeſſe poteſt, vel quantum prodeſſe illam Deus vult, non autẽ quãtum vult quilibet ſacerdos vtens claue. Item tunc q̃libet abſolutio ſacramentalis eſſet plenaria indulgentia: nam ſacerdotes ſciunt, quòd pœnitentiæ quas imponunt non ſufficiunt pro peccatis, & ideo iuxta dictum Glo. videntur diſpenſare in reliqua parte pœnę, & ita liberabitur pœnitens a tota pœna purgatoria, ſed indulgentia plenaria nihil plus facit ſecundum opinionem illam, quæ latiſſimam efficaciam tribuit indulgentijs, ergo eſſet quelibet abſolutio ſacramentalis plenaria, quod falſum eſt. Item eſſet maior abſolutio ſimplicis ſacerdotis quàm plenaria remiſſio data a ſummo Pontifice: nam in omnibus literis harum remiſſionum dicitur, de omnibus peccatis de quibus fuerit quis corde contritus, & ore confeſſus, & tamen in ſacramentali abſolutione facta a ſimplici ſacerdote dicitur de peccatis confeſſis, & oblitis, ſi ergo ſacerdos habens voluntatem diſpenſandi imponendo paruam pœnam, tolleret totã pœnam futuri ſæculi omnium peccatorum de quibus abſoluit, multo abundãtior erit abſolutio ſimplicis ſacerdotis quàm illa, quæ fit a ſummo Pontifice in conceſſionibus indulgentiæ plenariæ. Item ſi abſolutio ſacerdotis volentis diſpẽſare ad hoc ſufficeret, fruſtra concederetur aliquando indulgentia plenaria, quod hęreticum eſt, cum Eccleſia ſupponat iſtas conceſſiones ad aliquid prodeſſe. Item apparet manifeſte iſtud eſſe cõtra intentionem Eccleſiæ: nam indulgentiæ plenariæ non ordinantur ad maculam ſiue culpam large dictam, quia iſta plene tollitur per confeſſionem, & abſolutionem cuiuslibet ſacerdotis, ſed ordinatur contra pœnam: ideo groſſe loquentes vocant iſtas indulgentias plenarias, vel remiſſiones omnium peccatorum abſolutionem a culpa, & a pœna, qui tamen increpantur a iure in clementina prima de priuil. & in clementina abuſionibus de pœnitentia, & remiſſione, & ita indulgentia plenaria eſt abſolui a toto reatu pœnę purgatoriæ, & tamen in literis harum conceſſionum concedit Papa ei cui datur iſta indulgentia, quòd poſſit eligere confeſſorem, qui poſſit eum plenarię abſoluere, vel concedere remiſſionem omnium peccatorum, ergo videtur, quòd ſacerdos ſimplex non poterat iſtud facere niſi concederetur, quia aliàs fruſtra erat conceſſio quam facit Papa, ergo præſupponit Eccleſia, quòd ſacerdos ſimplex etiam ſi velit imponendo paruam pœnitentiam liberare hominem a tota pœna purgatoria, non poſſit. Item patet, quia hoc dato fere nulli irent ad purgatorium: nam ſacerdotes imponunt paruas pœnitentias cum ſciant maiores eſſe debitas pœnas, & ſic videntur diſpenſare: ideo qui impleuit pœnitentiam ſic a ſacerdote iniunctam, quantũcunque parua ſit non tenebitur ad aliquam pœnam purgatoriam, & ita facile eſſet omnes morientes euolare in cęlum, & tamen falſum eſt, quia communiter ſupponitur, q̃ expleta pœnitentia hic iniuncta a ſacerdote, adhuc manet homini multum expiandum in purgatorio, ergo ſacerdos imponens paruam pœnitentiam non liberat hominem a tota pœna purgatoria neque poteſt diſpenſare in illa.

Dicendum ergo, quòd ſacerdos in abſolutione ſacramentali quotidiana non poteſt diſpenſare circa pœnam

nam purgatoriam, neque est in potestate sua, quòd tanta aut tanta tollatur, sed per claues tollitur quantã Deus vult tolli, & nescit sacerdos quanta tollitur, per pœnitentiam autem impositam tollitur per modum recompensationis pœna æquiualens purgatoria, aut aliquid plus, cum sibi ita sponte tolerata, & illa non: quod autem residuum est, quòd interdum valde multum est, manet in purgatorio expiandum, vel hic per opera satisfactoria sponte facta explendum. Et ijs consonat Hostien. in summa, titulo de pœnitentia, vbi tradit formam absoluendi dicens, quòd sacerdos dicat confitenti, charissime tu commisisti tot, & talia peccata, & pro quolibet deberes sic pœnitere, sed forte vita tua ad hoc agendum non extenderetur, iniungo tamen tibi talem pœnitentiam pro omnibus, & concedo tibi, quòd quocunque ieris remissiones prælatorum tibi factæ prosint, & omnia bona, quæ feceris, & mala, quæ pro Deo toleraueris iniungo tibi in pœnitentiam, & postea dicit, & si quid purgandum remanserit, in purgatorio purgetur iuxta misericordem voluntatem Iesu Christi. Quòd autem dicit Glo allegata de dispensatione, quam facit sacerdos in pœna, potest esse verum in pœna impositra iure, sed non in pœna taxata a Deo: nam si delictum habeat pœnam a iure determinatam, & sacerdos illam sciens ponat minorem, dispensat per hoc in illa, quia sunt redactæ pœnitentiæ ad arbitrium. Si autem non sit pœna a iure præfixa, & tamen sacerdos consideratis circunstantijs delicti scit magnam pœnam debitam, & imponit minorem, hoc ipso dispensat. Et tamen ista dispensatio non se extendit ad aliud, nisi quòd pœnitens non male agat tolerando minorem pœnam pro delicto, quàm de iure teneatur, & quòd non sit obligatus dum viuit tantam pœnitentiam agere, sed non prodest ad hoc, quòd pœna æquiualens pœnæ impositæ a iure in purgatorio tollatur sustinendo paruam, quæ imponitur. Vt siquis commisit homicidium, vel periurium, tenetur de iure ad septẽnem pœnitentiam, si autem sacerdos imponat pœnitentiam vnius diei per hoc dispensat in iure, ita quòd iste pœnitens non tenetur ad pœnitentiam septennem, & tamen si per septennem pœnitentiam tolleretur tota pœna debita in purgatorio pro homicidio, vel periurio, non tolleretur per pœnam vnius diei, quàm imposuit sacerdos, sed solum tantum tolleretur proportionaliter, quantum est vnus dies ad septem annos, & ita quanto minorem pœnitentiam imponit sacerdos confitenti, tanto deterius est confitenti: nisi forte, quia imposita maiori pœnitentia non posset aut nollet illam tolerare. Prædicta vera sunt de vsu clauium in absolutione quotidiana sacerdotali, in qua non exprimitur pars aliqua, aut quantitas determinata remissionis, sed simpliciter sacerdos absoluit, quia ibi non prodest clauis ad voluntatem sacerdotis. Secus autem in concessionibus indulgentiarum in quibus exprimitur quantum prodesse debeant, vt quia dicitur plenaria remissio, vel dicitur quarta aut quinta pars peccatorum, idest, pœnæ debitæ pro peccatis, vel duo aut tres anni, aut septem dies, & ita de alijs concessionibus: nam solet dici, quòd istæ indulgentiæ tantum prosint quantum sonant, & quòd intelligatur quantum ad pœnam purgatoriam, licet de hoc magis dicetur, cum agetur de concessionibus indulgentiarum.

F *An sacerdotes veteris testamenti claues haberent. Atque illæ quem ordinem consequantur, & character quid sit. Quæst. LXXXI.*

QVAERETVR nunc circa habentes claues, & est dubium an sacerdotes veteris testamenti haberent claues. Aliqui dicunt, quòd sic, quia clauis consequitur ordinem sacerdotalem, & tamen in veteri testamento erat ordo: nam dicebantur illi sacerdotes, ergo claues habebant. Item claues sunt duæ, scilicet, scientia discernendi, & potentia iudicandi, & tamen sacerdotes veteri testamenti poterant vtrunque, ergo claues habebant. Patet hoc, quia habebant scientiam discernendi inter sanguinem, & G sanguinem, leprã, & lepram, causam, & causam, Deuteronom. 17. Etiam habebant potestatem iudicandi, quia ipsi iudicabant in causis arduis, scilicet, summus sacerdos, & 70. Seniores eodem cap. & ipsi repellebant immundos, & recipiebant mundos Le. 13. & 14. Quod est recipe dignos, & excludere indignos quod facit minister Ecclesiasticus per claues, vt dicit Hiero. ergo habebant illi claues. Item sacerdotes legales habebãt potestatem aliquam super populum, & non erat illa pure temporalis, quia sic nõ differret potestas sacerdotalis a regali, quod falsum est, & tamẽ potestas spiritualis est potestas clauis, ergo sacerdotes veteres habuerunt claues.

Dicendum, quòd aliqui voluerunt in veteri testa- H mento fuisse claues apud sacerdotes, quia erat eis potestas aliqua super peccata, scilicet, imponere pœnam pro peccatis ad remissionem ipsorum, vt colligitur Leuit. 5. Et hoc pertinet ad clauem: nam per actum clauis soluit sacerdos peccatorem a quadam pœna, & obligat eum ad alterã quam temporaliter imponit, ergo erant claues in illis sacerdotibus. Sed dicunt, quòd fuerunt in sacerdotibus illis incompletæ, nunc autem per Christum completæ sunt in sacerdotibus noui testamenti.

Sed dicendum, quòd non stat: nam Apostolus ad Hebræ. 9. vbi comparat, & præfert sacerdotium Christi, sacerdotio veteris testamenti, dicit quòd Christus est pontifex futurorum bonorum, qui per proprium sanguinẽ introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta, sacerdotium autem vetus solum introducebat in templum manufactum per sanguinem taurorum, & hircorum, & sic innuit Apostolus, quòd potestas sacerdotij legalis non se extendebat ad cœlestia exhibenda, sed solum signanda, vt dicitur ad Hebræ. 10. Vmbram futurorum bonorum lex habet nõ ipsam imaginem, idest, conferre non potuit res quod est habere imaginem, sed significauit illas, quod est vmbram habere, & tamen claues non sunt ad figurãdum, sed ad efficiendum: ideo non fuerunt claues in veteri Testamento. Item claues sunt ad aperiendum regnum cœleste, quia per clauem recipiuntur illuc digni, & tñ ante Christi passionem nemini aperta fuit I ianua vitæ æternę, ergo nec fuit clauis, quia poneretur K omnino superuacua. Item quia sacramentalia veteris legis gratiam non conferebãt, & tamen sine gratia nõ est introitus ad vitam æternam, qui est effectus clauium, ergo sacerdos legalis qui taliũ sacramentorum minister erat, clauem non habebat. Cum autẽ dicebatur, ꝙ habebant potestatem imponendi pœnã pro peccato, ergo habebant potestatem clauium, dicendum, ꝙ si nihil aliud sit, non ostendit clauem: nã legislator, & iudex, qui est minister legis humanæ imponunt pœnam pro peccatis, sed clauem non habent, sed oportet addi, ꝙ per clauem imponitur pœna in remissionem peccatorum, sicut confitemur fieri per sacerdotes nostros in absolutione sacramentali, sacer-

dotes

dotes aũt legales pœnam quidem imponebãt, vel exequebantur super peccantes pœnam a lege impositam, & tamen illa non erat ad remissionem peccatorum: nam istæ pœnæ erant, quòd cogerent laicos peccantes offerre sacrificia. Leui. 5. & Nu. 5. Et tamen sacrificia legalia non poterant tollere peccatum ad Hebræ. 10. Scilicet, impossibile est per sanguinem taurorum, & hircorum auferri peccata: ideo clauis nõ erat ibi. Ad primum in contrarium dicendum, ꝙ clauis consequitur ordinem sacerdotalem proprie sumptum, non est aũt ordo vbi non est character: ideo licet sacerdotium fuerit in veteri testamento, & ẽt inter gentiles, neutrũ fuit proprie dictum sacerdotium, quia in neutro fuit character cũ sit character potestas spiritualis ſm quã configuratur recipiens ei, a quo impressa est potestas, & tñ ista impressio potestatis non fuit in aliquo illorũ sacerdotiorum, cũ neque ibi fuerit actus ad quem requireretur aliqua potestas spiritualis, cũ actus esset pure corporalis. Etiam dato, ꝙ esset ibi potestas aliqua, non configuraretur minister Christo secundum illam, & B hoc propter imperfectionem vmbratilem illius potestatis. Etiam quia non ordinabatur ad Christum: nam in nouo testamẽto potestas Episcopalis acquisita per consecrationem, licet sit indelebilis non est character, eo quòd secundũ illam non configuratur Episcopus Christo, quia non ordinatur ad Christum siue ad corpus eius verum, sed ad plebem, quæ est corpus Christi mysticum, sed multo minus ordinatur sacerdos legalis ad Christum, ergo non habuit characterem. Et ita C licet in veteri testamento essent sacerdotes, tñ nõ fuit ordo sacerdotij, clauis aũt consequitur ordinẽ sacerdotij: ideo non fuerunt claues in sacerdotibus legalibus. Ad secundum dicendum, quòd sacerdotes legales habuerunt potestatem discernendi inter lepram, & lepram, sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, Deute. 17. Et potestatem iudicandi, & exequendi, sed ista potestas non erat nisi, vt arcerent indignos a tabernaculo manufacto, & admitterent dignos ad illud ad quod non requirebatur potestas aliqua spiritualis diuinitus impressa, aut communicata: ideo non erat tunc clauis aliqua, nunc autem est potestas spiritualis in sacerdotibus per quam recipiant hominem ad regnum Ecclesiæ: ideo nunc est clauis. Ad tertiũ D dicendum, quòd habebat sacerdos legalis potestatẽ super populum, quæ non erat pure tẽporalis sicut regia potestas, nec pure spiritualis sicut potestas ministrorum noui testamenti, sed potestas erat quidem ad corporalia ordinata in cultum Dei cęremonialem, scilicet, ad purgandum homines legaliter immundos p legales cæremonias, vt apti essent introire in tabernaculum manufactum, & ad expellendũ eos, qui legaliter immundi erant a sanctuario. Et si essent naturaliter, idest realiter immundi immunditia contagiosa aut fęda, eijciebant a castris, idest, de conuersatione aliorum hominum, sicut excludebant leprosos, & fluentes semine, aut sanguine extra tempora menstruorum. Leui. 13. & non erat regia nec alicuius laici, ad hoc tamen claues non erant necessariæ. E

A configurationem ad ipsum dicitur habere characterem, quia illa potestas spiritualis qua ei configuramur vocatur character, & tamen idem non potest sibiipsi configurari, ergo non habet Christus characterem, & consequenter neque clauem. Item vt ostensum est supra q. 73. Christus habet in sacramentis potestatem excellentiæ, ſ. quia effectum sacramentalem sine sacramẽto conferre potest, sed clauis est potestas sacramentalis, i. id quo sacerdos confert illud quod sacramentaliter conferri potest, ergo non fuit necessaria in Christo, cũ habeat superiorem potestatem, & ita esset superuacua, qa nunq̃ Christus tali potestate vteretur. superuacuum tamen non est ponendum, quia recedit ab ordine; omnia tamẽ, quæ a Deo sunt ordinata sunt, ad Rom. 13. ergo Christus non habet claues. Dicendum, ꝙ Christus habet clauem, quæ est spiritualis potestas ad recipiendum dignos aperiendo eis vitã æternam, & excludendum indignos, & tamen non est ista clauis sacramentalis, sed maior clauis, quæ vocatur clauis excellentiæ, de qua dicitur Apoc. 3. habet clauẽ Dauid, aperit, & nemo claudit, claudit & nemo aperit. Pro quo sciendum, ꝙ qñ agens operatur per instrumentum virtus agendi est in per se agente, & in instrumento, quia non est actio nisi vbi est virtus agendi, & tamen tam instrumentum, quã principale agens dicitur agere, ergo in vtroque est agendi virtus, & tamen sicut per se agens, & instrumentum differunt, quia per se agens non recipit virtutem ab alio, instrumentum autẽ recipit per actualem influxum inquantum mouetur ab agente per se, ita & per se agens dicitur proprie agere, instrumentum autem non dicitur agere, nisi inquãtum agitur, idest, mouetur: vnde perfectius valde est virtus agendi in per se agente, quàm in instrumento. Ita de clauibus est: nam virtus clauiũ, quæ in nobis est, est virtus instrumentalis: nam sacerdos, & sacramenta non agunt per se ad remissionem peccatorum tanquam principale agens, immo nec tanquam instrumentum propter dictum quod attingat ipsum passum, quia neque sacerdos tãquam principale agens aut sacramentum confert gratiam, cum hoc sit solius Dei, neque sacramentũ motum a Deo, vt instrumentum eius attingit animam cui gratia cõ- D fertur: ideo sacramenta sunt potius dispositiua ad gratiam, quã instrumẽta gratiæ proprie loquendo. clauis ergo qua sacerdos operatur in sacramento pœnitentię erit clauis instrumenti, i. virtus instrumentalis, & non principalis agentis, virtus autem ad conferẽdum gratiam, & remittendum peccata, quod est operari nostram salutem, est in Christo, tanquàm in per se agente: nam in eo, vt est Deus, est ista virtus per auctoritatem, vt autem est homo est in eo per meritum, quia meritis passionis suæ aperta est nobis vita æterna, & datur omnis gratia, & quoniam clauis de ratione sua solum dicit potestatem claudendi, & aperiendi, quòd autem quis aperiat, vt per se agens, vel vt instrumentum aut dispositiuum, est extra rationem clauis, ideo E tam in Christo, quàm in nobis oportet poni clauem, immo & in Deo clauis est, sed differt, quia clauis nostra est sacramentalis, clauis autem Christi, aut Dei non est sacramentalis. Dicitur autem clauis sacramẽtalis illa qua quis confert effectum spiritualem per sacramentum, & tamen Christus sine sacramentis confert effectum sacramentalem, ideo non est clauis sua sacramentalis, sed maior sacramentali, & ideo vocatur clauis excellentiæ. In quo autem differat clauis Christi a sacramentali, & in quo excellat eam, & in quo clauis auctoritatis, quæ est in tota trinitate excedat clauem sacramentalem, quæ est Christi, vt est homo, declaratum est supra q. 73. clauis autem nostra sacramentalis est, quia solum possumus conferre spiritualem

An in Christo sit clauis. Et quid sit clauis sacramentalis, & quomodo potestas clauium qualitas quædam est, earumque virtus in nobis est, sicut virtus instrumentalis, item quòd sacramenta potius disponunt ad gratiam, quam causa conferant. Quæst. LXXXII.

QVAERETVR an in Christo sit clauis. Aliqui dicunt, quòd non, quia clauis cõsequitur characterem ordinis, vt dictum est præcedẽti quæstione. Christus tamen characterem non habuit, cum potius ipse imprimat nobis characterem, & per

tualem

tualem effectum mediante ſacramento. Et etiam eſt F
instrumentalis, quia non eſt actio remittendi peccatum a nobis principaliter, ſed a Deo. Ad primum dicendum, ꝙ clauis non ſolum conſequitur characterẽ, immo eſt realiter ipſe character, vt oſtenſum eſt ſupra quæſtione 77. & tamen clauis eſt aliquid abſolutum, cum nominet qualitatem, i. poteſtatem, quæ reducitur ad ſecundam ſpeciem qualitatis, & licet large poſſet dici relatiua, tamen ſ̃m rationẽ ſuam non eſt relatiua: nam eſt virtus actiua, character autẽ quantum ad ſubſtantiam eſt ipſamet virtus actiua, & tn̄ ratio characteris eſt ſuperaddita, & ita eſt ratio relatiua, quia character dicit configurationẽ, & iſta ratio configurationis conſequitur poteſtatẽ illam conficiendi, ſacerdotalem, & illa eadẽ poteſtas numero eſt poteſtas clauiũ, G
vt oſtenſum eſt eadem q. quia tn̄ poteſtas conficiendi eſt prior dignitate, & ratione, cũ ſecundum hanc proprie quis dicatur ſacerdos, dr̄ poteſtas clauiũ ſ̃m quã reſpicit ſacerdos ſubditos conſequi poteſtatẽ characteris tang̃ priorem, quod tn̄ illa poteſtas ſit characteris, i. configurans hominem Chriſto eſt p accidens ad ſubſtantiam, poteſtatis ipſius, quia nõ eſt character niſi inquantum eſt poteſtas ab alio impreſſa configurãs hominem ei a quo impreſſa eſt, in Chriſto aũt eſt ipſa poteſtas non tn̄ tanquã ab alio impreſſa, vel deriuata, ſed tanquã in per ſe agente, & vt principalis forma: iõ ceſſat ibi ratio characteris, & ita in Chriſto poteſtas clauium conſequitur poteſtatẽ quandam, quæ in nobis vocatur character, ſed in ipſo non vocatur nec eſt H
character propter cauſam dictam. Ad ſ̃m dicendum, ꝙ de ratione clauis non eſt eſſe ſacramentalem: nam licet clauis noſtra ſit ſacramentalis, quia eſt inſtrumẽtalis, clauis tamen Chriſti, quia eſt, vt poteſtas per ſe agentis nõ eſt ſacramentalis, ſed principalis, & ita habebit clauem, licet non omnino ſimilem noſtræ, ſed excellentiorem.

An ſoli ſacerdotes habeant claues, vel etiam alij non ordinati. Et quòd ordo de neceſſitate exigit ſexum virilem, fœminæ autem quare non poſſunt ordinem recipere. Nec vnus character eſſe poteſt ſimul in multis. Et quare poteſtas excommunicandi non eſt clauium poteſtas. Eaque poteſtas non poteſt fœminis competere. *Quæſt. LXXXIII.* I

QVAERETVR an ſoli ſacerdotes habeant claues, vel etiã alij non ordinati habeant claues. Aliq dicunt, ꝙ multi præter ſacerdotes clauem habent: nam dicit Iſidorus, ꝙ oſtiarij inter bonos, & malos habent iudiciũ, dignos recipiunt, & indignos reijciunt, ſed iſte eſt actus clauis, vt oſtenſum eſt ſupra q. 73. ergo oſtiarij claues habent. Item videtur, ꝙ reges etiam habeant claues, quia ſacerdotes claues accipiũt, dum p vnctionem ſuam accipiunt diuinitus poteſtatẽ ſuper populum, & tn̄ etiam reges dum per vnctionem ſanctificantur, accipiunt diuinitus poteſtatem ſuper populum fidelem; ergo non habent ſoli ſacerdotes clauem, ſed etiam reges. Item videt̃, ꝙ aliquæ congregationes habeant claues, & ſic non ſoli ſacerdotes, ſacerdotium enim eſt ordo vni perſonæ ſingulari conueniens, ſed clauem aliq̃n̄ videtur habere tota vna cõgregatio, quia capitula poſſunt interdum ferre ſentẽtiam excommunicationis, quod pertinet ad claues; nõ ergo ſoli ſacerdotes habent poteſtatem clauium, ſed etiam aliquæ multitudines. Item mulier non eſt ſuſceptiua ordinis ſacerdotalis, immo nullius ordinis, ga ordo exigit de neceſſitate ſacramenti ſexum virilem, & tn̄ mulieres aliquæ videntur habere clauem, ſicut Abbatiſſæ, quæ ſpiritualem poteſtatem in ſubditos exercent, ergo non habent ſoli ſacerdotes clauem.

Dicendum, ꝙ clauem proprie ſumptam ſoli ſacerdotes habent. Sic enim dicit Ambro. hoc ius ligandi, & ſoluendi ſolis ſacerdotibus conceſſum eſt. Sed dicendum, ꝙ clauis accipitur aliquando proprie, & aliquando large. Primo modo clauis eſt, quæ cœlum aperit, ideſt, quæ immediate eſt ad aperiendum illud, tollendo particularius impedimẽta illuc eundi, quod fit tollendo peccata, etiã ſi hoc fiat inſtrumentaliter, vel diſpoſitiue, & talis clauis cum ſit eadem in ſubſtãtia cum charactere, quæ eſt poteſtas conficiendi, vt oſtenſum eſt ſupra q. 73. & character eſt vnius perſonę, ideſt, nõ poteſt eſſe character aliquis ſimul in multis, ſed in vno, & ille ſolus eſt ſacerdos, ſequitur quòd clauis hoc modo ſolius ſacerdotis eſt, ſoli quippe ſacerdotes in populo conſtituuntur medij inter populũ, & Deum quantum ad ea, quæ Dei ſunt, vt offerant dona, & ſacrificia pro peccatis, ad Hebræ. 5. Secundo modo clauis eſt poteſtas quædam qua homines diriguntur in cœlum, vel in Deum, ſed non immediate, & hæc eſt per quam homines diriguntur immediate ad Eccleſiam militantem; & poſtea mediãte illa diriguntur ad vitam æternã, vnde ſicut clauis primo modo dicta ſe habet ad vitam æternam, ita clauis ſe habet ſecundo modo ad Eccleſiam militantem, vt admittatur homo ad illam, vel excludatur ab ea, & hæc eſt poteſtas excommunicandi, & ab excommunicatione abſoluendi, & poteſtas in foro cauſarum: nam per excommunicationem excluditur quis a participatione ſacramentorum, quæ ſolum ſunt in Eccleſia militanti, & a communicationẽ fidelium, & iſta non eſt proprie clauis, ſed aliquid dependens a claue, vel conſequenter datum cum claue: nam quando Petro collata eſt poteſtas clauium, collata fuit etiam poteſtas excommunicandi, vt oſtenſum eſt ſupra q. 73. Et tamen non eſt actus alicuius illarum duarum clauium, quæ ei datæ ſunt, ſed fuit aliquid quaſi annexum, vel acceſſorium ad poteſtatem pleniſſimam clauium, & vocatur large poteſtas clauium, hanc autem poteſtatem non ſoli ſacerdotes habent, ſed etiam aliqui non ſacerdotes, ſcilicet, illi qui iuriſdictionẽ Eccleſiaſticam habẽt ſiue ordinarie, ſiue ex commiſſione, quorum plurimi non ſunt ſacerdotes. Et etiam non competit omnibus ſacerdotibus iſta clauis, ſi tn̄ eſſet poteſtas clauis proprie dictę, competeret omnibus ſacerdotibus, ſaltem omnibus curatis, quibus competit vſus clauium, ergo large vocatur clauis. Ad primum dicendũ, quòd ſicut officium oſtiariorum eſt corporale, ita clauis ſua eſt materialis, ſcilicet, qua claudunt, & aperiunt templum manufactum, actus autem ſacerdotum eſt ſpiritualis: ideo clauis ſua eſt ſpiritualis qua aperiunt templum non manufactum, i. cęlum. Habent etiã oſtiarij iudicium recipiendi, & excludendi a templo, non quidem a templo cęleſti, ſed ab iſto materiali, & tamẽ adhuc iudicium de ijs, qui ad hoc templum recipiendi ſunt aut excludendi non habent oſtiarij a ſeipſis, ſed a ſacerdotibus, & maioribus miniſtris accipiunt, ſ. vt illos excludant quos iſti excludendos iudicauerint, & K
ita admittunt quos illi recipiendos cenſent, vnde non proprie competet eis iudicium, ſed executio rei iudicatę a ſacerdotibus, & alijs ſuperioribus miniſtris. Ad ſecundum dicendum, ꝙ reges ſiue qui vnguntur, ſiue non vncti nõ habent claues, quia nullam poteſtatem ſpiritualem habent reges, & tamen clauis eſt poteſtas ſpiritualis ad aperiendum regnum cœlorum: ideo in vnctione nõ accipiunt clauem, neque poteſtatem aliquam ſpiritualem, cum in ſolis temporalibus preſint, quia tamen etiam temporalia nõ ſunt niſi a Deo, ſub cuius prouidentia omnia cõſiſtunt, & ob hoc ordinata ſunt, quia omnia quæ a Deo ſunt, ordinata ſunt, ad Ro. 13. ſignatur in vnctione regum, quòd a Deo poteſtatẽ legitime in tẽporalibus accipiunt, ſicut acceperunt

runt ſacerdotes per vnctionem ſuam poteſtatem in A
ſpiritualibus, vt per hoc reges legitime quaſi ex quadam commiſſione ſuper populum fidelem ſub Chriſto regnent.

Ad tertium dicendum, quòd aut loquimur de poteſtate ordinis aut de poteſtate iuriſdictionis, poteſtas ordinis, quæ eſt proprie clauis non eſt niſi vnius, ideſt, ſacerdotis. De poteſtate iuriſdictionis dicẽdum eſt, ſicut de poteſtate in politicis, eſt enim aliquando tota poteſtas in vno, ſicut in principatu monarchico, ſiue regali ſiue tyrannico, quandoque autem eſt poteſtas diuiſa, vt non ſit tota in vno, ſed partita in plurimos conſtitutos in diuerſis officijs, ſicut ariſtocratijs, oligarchijs, democratijs, & chimocratijs, vt patet 8. Ethico. & 3. Politicorum, ſic & iuriſdictio in ſpiritualibus interdum conſiſtit in vno ſicut in Epiſcopo, vel ſacerdote alio, interdum autem vna tota in multis ſicut in capitulo Eccleſiæ, vel aliquo collegio ſimili, & tũc totum capitulum habet clauem iuriſdictionis, licet non ſinguli de capitulo, & tamen non eſſet ille vnus ordo numero, ſed tot eſſent ordines quot eſſent ſuppoſita, vel partes capituli.

Ad quartum dicendum, quòd mulier non poteſt habere clauem proprie dictam neque large. De prima patet, qui illa eſt clauis ordinis, & tamen mulier ordinem recipere non poteſt, qui exigit ſexum virilem, & hoc, quia non poteſt reperiri naturaliter ratio ſignificationis ſacramenti ordinis in fœmina, ſed potius naturaliter ſibi repugnat, ſcilicet præeſſe, cum C
Apoſtolus dicat, mulierem autem docere non permitto, neque dominari in virum 1. Timoth. 2. & 1. Corin. 14. & tamen docere, & præeſſe ſunt neceſſaria ſacramento ordinis, non ergo poteſt mulier habere claues, ita redarguuntur Abbatiſſæ quædam extra de pœnitentia, & remiſſio. capitu. noua quædam, quia benedicebant moniales, & audiebant confeſſiones in criminibus ſacramentaliter, & Euangelium publice prædicabant, & concluditur ibi, quòd claues non traditæ fuerunt bene virgini, ſed Apoſtolis, & ſic nullus actus clauis neque ordinis poteſt competere Abbatiſſæ, nec alicui fœminę.

De claue iuriſdictionis excommunicãdo dicẽdum, quòd etiam non poteſt competere mulieri, quia cui D
non poteſt competere clauis ordinis, etiam non poteſt competere ſpiritualis clauis iuriſdictionis, poteſt autem competere fœminis poteſtas in temporalibus, quia interdum fœmina prudentior eſt viro, & tamen fœminas præeſſe viris etiam temporaliter non eſt regulare, ſed extra ordinarium, & eſt quædam corruptio recti principatus. Sic dicit Ariſtoteles 8. Ethico. quòd corruptio ciuilitatis eſt cum ad fœminam dominium pertinet, interdum tamen propter periculũ, & alias neceſſitates toleratur, quòd fœminæ præſint, & ita eſt de abbatiſſis, quæ habent quandam poteſtatem ſuper alias moniales corripiendo eas circa ſpiritualia, quod eſt ſimile vſui clauium, licet non ſit vſus clauium, & tamen hoc toleratur, & ſtatuitur propter periculum cohabitationis virorum cũ religioſis mulieribus, claues igitur non habent.

An ſancti homines, qui non ſunt ſacerdotes habeant claues. Et quòd in actu clauium principale agens eſt ſolus Deus, qui habet auctoritatem dimittendi peccata. Et quòd Sacerdos, licet non ſit in gratia, tamen poteſt agere ad gratiæ collationem. Et quòd Deus ſolus nobis benedicit, bona conferendo. *Quæſt. LXXXIIII.*

QVAERETVR an ſancti homines, qui non ſunt ſacerdotes habeant claues. Aliqui dicunt, quòd ſic, quia abſoluere, & ligare, quæ habet actus clauium habẽt efficaciã a paſſione Chriſti, & tamen viri ſancti maxime conformantur paſſioni Chriſti, qui per patientiam, & alias virtutes Chriſtum paſſum imitãtur, ergo videtur, ꝙ ſancti viri, licet non ſint ſacerdotes, poſſint ſoluere, & ligare. Item q maior eſt poteſt benedicere minorem ad Hebræ. 7. ſine vlla contradictione quod minus eſt a maiori benedicitur, & tn̄ in ſpiritualibus vt ait Augu. hoc eſt eſſe maius quod eſſe melius, ergo viri ſancti, qui meliores ſunt alijs, poſſunt benedicere alijs abſoluendo, & ligãdo. Dicendum, ꝙ ſoli ſacerdotes ligant, & ſoluunt, quia cuius eſt poteſtas eius eſt actus, vt ait Ariſto. libro de ſomno, & vigilia, & tn̄ poteſtas ligandi, & ſoluendi, quæ eſt clauis, eſt ſolius ſacerdotis, ergo ligare, & ſoluere ſolius ſacerdotis erit. Item patet, quia ſi ſancti B
homines nõ ſacerdotes ligarent, & ſoluerent, aut hoc facerent tanquam agens principale, aut tanquam inſtrumentum, & tamen neutro modo faciunt, ergo nõ ligant, & ſoluunt. Patet hoc, quia principale agens inducit in effectum ſiue in paſſum ſimilitudinem ſuã: agens autem inſtrumentale non inducit ſimilitudinem ſuam, ſed agentis principalis, ex hoc, ergo conſtituitur aliquod principale agens, quia habet formã quam transfundere poſſit, vel imprimere, agens autem inſtrumentale per hoc conſtituitur, quòd non habet formam quam poſſit transfundere, ſed applicatura principali agente ad effectum inducendum in actu, ergo clauium cum effectus quidam vel forma deducatur ponitur principale agens, & inſtrumẽtale: principale agens eſt ſolus Chriſtus, quia ipſe, vt Deus habent auctoritatem remittendi peccata, vt autem eſt homo meruit per actum ſuum, quòd dimitterentur, & ideo ipſe per ſe poteſt in actum clauium, quia habet in ſeipſo aliquid per quod poſſit peccata dimittere, ſcilicet, poteſtatem, & meritum. Nullus autem homo poteſt in actu clauium operari, vt principale agens, quia nec ipſe poteſt gratiam per ſe dare, nec ex actu proprio mereri, vt alteri detur ſufficienter gratia per quam remittantur peccata: ideo ſi aliquis homo agit per claues ad remiſſionem peccatorum, non poteſt agere niſi inſtrumentaliter, & tn̄ inſtrumẽtum non habet formam quã transfundat in paſſum: ideo ille, qui inſtrumentaliter agit ad remiſſionem peccatorum non aſſimilat ſibi recipientem, nec recipiens hunc effectum imitatur in aliquo ipſum vtentẽ clauibus inſtrumentaliter, ſed ſolum Chriſtum. Ideo ſacer- Sacerdos
dos quantumcunque malus poteſt abſoluere, & ligare agendo inſtrumentaliter ad collationem gratiæ. quãtumcũq; malus, põt abſoluere, & ligare peccato.
Viri autem Sancti non ſacerdotes quantumcunque Sancti ſint, nõ poſſunt abſoluere, & ligare agendo ad collationem gratiæ. Primum patet, quia ſi ſacerdos in abſoluendo ageret, vt principale agens non poſſet abſoluere quenquam a peccato ſi ipſe eſſet in peccato, neque poſſet ipſe conferre gratiam ſi non eſſet ipſe in gratia, & tamen agit, vt inſtrumentũ, & inſtrumentum non habet formam quã transfundat, ſed ſolum E
applicatur ab agente principali ad effectum producẽdum, & non oportet, ꝙ effectus aſſimiletur inſtrumẽto: iõ licet ſacerdos non ſit in gratia, põt abſoluendo agere ad collationem gratiæ. Ex hoc apparet error illorũ, qui credunt veritatem ſacramentorũ non poſſe dari niſi ab ijs, qui mundi ſunt, & non fieri abſolutionem a peccatis niſi per eum, qui a peccatis ſit liber. iſti enim non ſolum contra rectam fidem errant, ſed etiã contra rectam, & veram doctrinam naturalem ignorantes quid ſit agere, & quid ſit conditio agentium, Secundum patet, quia viri Sancti ſi agerent abſoluendo ad remiſſionem peccatorũ, & collationem gratiæ aut agerent, vt principale agens, aut vt inſtrumentum, non primo modo, quia hoc ſoli Chriſto competit, vt

oſtenſum

ostensum est, non etiam secundo modo, quia tunc es- F
set aliqua proportio inter viros Sanctos, & Deum se-
cundum quam agerent instrumentaliter, vel dispo-
sitiue, & istud est in sacerdotibus inquantum habent
claues, sed viri Sancti nõ sacerdotes nõ habent claues:
ideo non est ista proportio. Item quia instrumentum
nunquam assimilatur effectui secundum formã, sed
secundum proportionem, & tñ si viri Sancti possent
absoluere agendo ad remissionem peccatorum, hoc
esset inquantum ipsi sanctificarent alios sicut ipsi san-
cti sunt. Et tamẽ iam essent, vt agens principale quod
transfundit formã in passum assimilans illud sibi, ergo
viri Sancti non sacerdotes non possunt absoluere, &
ligare. Ad primum dicendum, ꝙ quãuis viri Sancti
magis conformentur passioni Christi ſm formam, nõ G
tñ imitantur eum ſm proportionem plusquàm sacer-
dotes mali: ideo sacerdos malus est instrumentũ Chri
sti in absoluendo, siue cooperatur Christo, & non vir
Sanctus non sacerdos. Pro quo sciendum, ꝙ vt dictũ
est supra agens principale inducit similitudinẽ in pas-
sum, sed instrumentum non assimilatur passo secun-
dum formam, sed sicut est similitudo inter instrumẽ-
tale agens, & passum secundum proportionem, ita est
similitudo inter agens principale, & instrumentum
secundum proportionem. Primũ patet, quia agens
principale transfundit effectui talem formam qualẽ
habet in natura sua, vt in intellectu est agens per intel-
lectum. De primo patet, vt quando homo gignit ho-
minem, quia est similitudo formæ in natura. De se- H
cundo, vt cum artifex producit domum, quia talem
formam deducit exterius qualem habet in intellectu.
Instrumentum autem non assimilat hic sibi rem fa-
ctam, quia non habent instrumenta quibus fabrica-
tur domus talem formam in substantia, vel natura sua;
qualem domus, nec etiam in intellectu cum nõ sint
agentia per intellectum: ideo non est similitudo eo-
rum ad effectum in forma, quia tamen omnis actio
tendit ad similitudinem, cum in principio actionis
fit dissimilitudo, in fine autem sit similitudo, necessa-
rium est, quòd instrumẽtum cum pertineat ad actio-
nem, & attingat ipsum passum, habeat aliquam simi-
litudinem ad ipsum, ista tamen non est similitudo se-
cundum formam, sed secundum proportionem, ista I
enim similitudo prodest magis ad actionem, & con-
seruationem interdum, quàm similitudo secundum
formam, sicut aer, & cibus, & locus agunt ad cõserua-
tionem hominis, & non assimilantur ei secundum
formam, homo assimilatur alteri homini secundum
formam, & nõ agit aliquid ad conseruationem illius.
Similitudo secũdũ proportionẽ quid sit. Dicitur autem similitudo secundum proportionem
inter instrumentum, & effectum, quòd tale sit instru-
mentum, quòd mediante illo possit produci forma
effectus, sicut instrumenta quibus fabricatur domus,
licet non sint similia domui secundum formam, sunt
ei similia secundum proportionem, idest, talis figuræ
sunt, quòd cum eis fabricando potest produci forma
domus, & sicut inter instrumentum, & effectum est K
similitudo proportionis, scilicet, quòd per illud potest
fieri, ita inter instrumentum, & principale agens est si-
militudo proportionis, scilicet, quòd tale sit instrumẽ-
tum, quòd moueri possit ab agente ad operationem.
Et ad hoc magis prodest similitudo in proportione,
quàm in forma: nam si essent aliqua instrumenta fer-
rea habentia figuram humanam non posset fabricare
homo domum mediantibus illis, sicut mediante do-
labro, & martello. Vel si esset instrumentum parũ
ferreum simile domui in figura non posset mediãte
illo fabricari domus; ideo sicut inter agens, & instru-
mentum non requiritur similitudo ſm formam, sed
potius impedit, & sufficit similitudo in proportione,
ita inter instrumentum, & effectum: ideo licet sacer-
dos malus non sit similis Deo ſm formam, i. non ha-
beat bonitatem, vel sanctitatem aliq̃ sicut Deus habet
omnem bonitatem, est conueniens instrumentum,
vt mediante illo tanq̃ dispositiuo Deus iustificet pec-
catores, & tunc peccator iustificatus efficitur similis
Deo, sacerdos tñ, qui est instrumentũ, nec est similis
Deo, neq; peccatori iam iustificato ſm formam, i. bo-
nitatem, vel gratiam, quæ est forma, quæ deducitur in
ista operatione, vel absolutione, sed est sacerdos simi-
lis Deo, & peccatori iustificato ſm proportionem, &
hoc quantum ad claues sacramentales, quia per illas
est talis, vt dispositiue agere possit in peccatorem, di-
sponendo eũ ad gratiam per sacramẽtum, & est talis,
vt Deus illo mediante operetur, ſ. præsupposito illo
tanq̃ dispositiuo. Et ideo dicendum, ꝙ sacerdotes ma-
li magis imitantur Christum passum q̃ viri Sancti non
sacerdotes, ſ. quia apti sunt, vt sint instrumẽta diffun-
dendi virtutem passionis eius in peccatores absoluẽ-
do a peccatis, ad quod non sunt apti viri Sancti non sa-
cerdotes, licet sint similiores Christo ſm formam, &
tñ talis similitudo nõ prodest ad actionem instrumẽ-
talem. Ad secundum dicendum, ꝙ benedicere acci-
pitur dupliciter, ſ. bona dicere, vel bona dare. Primo
modo quilibet potest benedicere alteri, siue maior
minorem, siue minor maiorẽ, & ita Iacob benedixit
Pharaoni regi. Gene. 47. & nos benedicimus Deo, vt
illud, benedic anima mea domino, & illud, benedicite
dominum oẽs serui Domini, & omnia benedicunt
Deo, vt illud, Benedicite omnia opera Domini Do-
mino. Secundo modo non potest quis benedicere
alteri nisi maior minori, cũ benedicere sit bona præsta-
re, & ita accepit Apostolus, ꝙ minus a maiori benedi-
citur. Et tunc stat dupliciter, quia aut accipitur bene-
dicere pro ipsa collatione boni, aut pro adiutorio ad
suscipiendum illud bonum. Primo solus Deus bene-
dicit, vel Christus homo: nam accipimus hic collatio-
nem boni, ſ. gratiæ, & remissiones peccatorum, & ista
vel dabitur ab aliquo vt eam realiter conferente, aut
vt eam per actum proprium sufficienter illam prome-
rente. Primo modo solus Deus, qui est Trinitas po-
test benedicere dando gratiam, quia infinitæ potesta-
tis est iustificare.

Benedicere dupliciter sumi potest.

Secundo modo solus Christus inquantum homo
benedicit, quia ipse meruit in infinitũ per actus suos
propter spiritum sine mensura quem recepit, & præ-
cipue, quia erat simul Deus, & homo, nullus autẽ ho-
minum potest alteri sufficienter gratiã, vel remissio-
nem peccatorum mereri. Si accipiatur benedicere, i.
adiuuare ad collationem boni, & hoc fit dupliciter,
vno modo merendo per proprium actum, alio modo
benedictionẽ Dei instrumentaliter applicando. Pri-
mo modo quilibet vir iustus põt benedicere alteri p
actum proprium merendo, & hoc non est mereri suf-
ficienter alteri gratiã, quia soli Christo ista excellentia
competit, sed ꝙ per actum meritorium homo flectat
Deum eo modo, quo Deus precibus, vel operibus no-
stris flectitur, vt benefaciat alteri, ſ. mouendo cor ho-
minis, vt disponat̃ ad gratiam de nouo recipiendũ, vel
gratiã habitã augendo, & ita de alijs bonis, & hoc mo-
do requiriẽ semp maioritas in eo, qui p altero mereẽ,
& benedicit ei sic, & licet non exigatur maioritas sim-
pliciter, saltem maioritas quantũ ad illud in quo vnus
obtinet pro alio, sicut interdum vnus homo est perfe-
ctior altero in multis bonis spiritualibus, ita vt absolu-
te possit dici melior eo, & tamen alius est melior isto
in aliquo vno dono spirituali, & licet iste simpliciter
minor sit, tamen potest obtinere pro alio, quantum
ad istud donum in quo maior eo est, scilicet, vt Deus
perficiat illum in isto dono, & ita ista benedictio re-
quirit

quirit semper maioritatem meriti, vel simpliciter, vel A
quantum ad aliquid. Secunda benedictio fit per mi-
nistros Ecclesiæ, qui absoluunt peccatores, & absol-
uunt eis partes pœnæ debitæ, & hoc non est merendo
per proprium actum, cum possit hoc fieri per pecca-
tores, sed benedictionem Christi instrumẽtaliter ap-
plicando: nam Christus pro nobis patiens sufficienter
satisfecit nõ solum ad tollendum omnem maculam
siue culpam large sumptam, sed etiam ad tollendam
omnem pœnam, sed non potest prodesse nobis meri-
tum passionis suæ, nisi quatenus applicatur nobis per
sacramenta, & huiusmodi sunt instrumenta sacerdo-
tes per clauem: ideo ipsi benedicunt, & ad hanc bene-
dictionem requiritur maioritas, non quidem meriti,
vel sanctitatis, cum nihil mereãtur hic per proprium B
actum, sed maioritas ordinis, & ita est in quolibet sa-
cerdote respectu confitentis.

An mali sacerdotes vsum clauium habeant. Et quomodo Sacerdos vtens claue iustus esse debet de necessitate præcepti. Nec Deus potest fraudari propter malos ministros. Et quomodo ecclesia sit vna.
Quæst. LXXXV.

QVAERETVR an mali sacerdotes vsum clauiũ
habeant. Aliqui dicunt, quòd non, quia vsus
clauium non fit nisi ab habentibus spiri-
tum Sanctum: nam Ioan. 20. quando Apostolis data
est potestas ligãdi, & soluendi, permittitur collatio spi C
ritussancti, ſ. accipite spiritum Sanctum, & quorũ re-
miseritis peccata &c. & tñ mali sacerdotes nõ habent
spiritum sanctum, ergo non habent vsum clauium.
Item contra rationem prouidentiæ est, ꝙ quis cõmit-
tat dispositionem rerum suarum hosti suo, & tñ bona
Dei sunt spiritualia, ſ. gratia, & gloria, & hostes Dei
sunt omnes mali, ergo nõ committet eis dispensatio-
nem istorum, & tñ per vsum clauium dispensant̃ ista,
quia aperitur regnum cęlorũ, & gratia confertur, er-
go non habet vsum clauium malus sacerdos. Item di-
cit Augustinus libro de Baptismo paruulorũ, ꝙ sacra-
mentum gratiæ dat Deus etiam per malos, ipsam, ve-
ro gratiam non nisi per seipsum facit, aut per ipsius
membra columbæ, sed vsus clauium est remissio pec- D
catorum, sed mali non sunt membra columbæ, idest,
spiritus sancti, ergo non habent vsum clauium. Item
vsus clauium fit per quandam intercessionem sacer-
dotis, & tñ intercessio mali sacerdotis nullam habet
efficaciam, quia vt ait Greg. & habetur 49. di. §. ecce, a
quibus dum is, qui displicet ad intercedendum mit-
titur, irati animus ad deteriora prouocatur, ergo non
habet sacerdos malus vsum clauium. Dicendum, ꝙ
tam boni, q̃ mali habent vsum clauium: nam si mali
non haberent vsum clauium, tolleretur omnis certi-
tudo, & securitas conscientiæ, cũ enim nemo de alio
sit certus an sit in statu salutis, nesciret ille, qui absoluit-
ur an esset absolutus, & a quocũque absolueretur semp
maneret sibi scrupulus, & ita teneretur iterũ con-
fiteri propter dubium, cum dubitaret an esset absolu-
tus, & in 2. & 3. & in omnibus confessionibus idem
dubium maneret, & sic esset homo perplexus, quia te-
netur homo quærere securitatem conscientiæ, & nũ-
quam posset eam habere, & multa inconuenientia
huiusmodi sequerentur. Item in vsu clauium absol-
uendo a peccatis, & in collatione gratiæ sacerdos nõ
agit, vt per se agens, sed vt instrumentum, & tñ inter
instrumentum, & rem productam, vel ipsum passum
non oportet, ꝙ sit similitudo in forma, immo non est,
sed solum in proportione, & inter agens principale,
& instrumentum etiam est solum similitudo secun-
dum proportionem, vt ostensum est præcedenti quæ-

Si mali sacerdotes non haberent vsum clauiũ, nulla eẽt securitas conscientię.

stione: ideo licet per vsum clauium peccator iustifi-
cetur, non est necesse, quòd sacerdos vtens claue,
qui instrumentaliter agit sit iustus, verum est tamen,
quòd de necessitate præcepti, & honestatis debet esse
iustus ille per quem alij iustificantur, & ideo si in pec-
cato mortali existens sacramentum pęnitentię mini-
strat, vel alia sacramenta, peccat mortaliter prẽter ba-
ptismum in articulo necessitatis.

Ad primum dici potest vno modo, quòd Christus
dicens accipite spiritum sanctum, ostendit, quòd vsus
clauium sine dono spiritussancti debite nõ exercetur,
non quidem, quòd non fiat: nam fit, & tamen inde-
bite fit ex parte vtentis claue, & tamen, qui subijcit se
effectui clauium plene illum suscipit, nõ obstante ini-
quitate ministri. Aliter potest dici, ꝙ quando Chri-
stus dixit accipite spiritum sanctum, non innuit gratiã
gratificantem, nec aliud donum quod pertineret ad
perfectionem vitæ, sed donum gratis datum quod est
potestas ligandi, & soluendi: nam omnia dona attri-
buuntur spirituisancto, quia ipse principale donum in
quo omnia nobis donans, & quia potestas ligandi, &
soluendi est donũ nobis a Deo concessum, sicut Chri-
stus dixit hic Petro, tibi dabo claues regni cœlorũ, qñ
istam potestatẽ dedit Apostolis dixit eis accipite spiri-
tum sanctum, ac si diceret accipite potestatem soluen-
di, & ligandi, & hoc videtur verius, & magis conueni-
re literæ illi: nam dixit accipite spiritum sanctum, &
quorum remiseritis peccata, in quo innuitur, ꝙ remit-
tere peccata sit actus eius quod est spiritum sanctum
suscipere, vel spiritussancti suscepti; ergo accipere spi-
ritum sanctum erat accipere aliquam potestatem, &
illa erat potestas remittendi peccata, quæ est clauis.

Ad secundum dicendum, ꝙ nõ est simile de homi-
ne committente Thesaurum suum hosti, & Deo cõ-
mittente potestatem spiritualium rerum malis, quia
homo quilibet potest defraudari in dispensatione re-
rum suarum: ideo non est tutum, nec prudentię opus
committere ipsas hosti, Deus autem non potest frau-
dari, neque violentiam pati propter malos administ-
ratores, q̃a licet ipsi mali sint, nihil possunt de rebus
Dei dispensare male, & contra Dei beneplacitum, eo
ꝙ in absolutione sacramẽtali per claues Deus est prin-
cipale agens, & sacerdos est minister, vnde non con-
fertur ibi quantum vult minister, sed quantum vult
Deus, & ita non differt quantum ad statum rerũ Dei,
ꝙ administrentur per bonum, vel per malum, quia nihil
de eis male administrari potest nec perire, sed ipse
solus minister male se habet ministrando, & peccat,
permittit tñ Deus quędam mala, quia ex ijs scit, & põt
bona elicere, & sic non effugiunt prouidentiam Dei,
& redeunt in bonum. Ad tertiũ põt dici vno modo,
ꝙ Augu. vocat sacramenta gratiæ omnia sacramenta
gratiam aũt vocat ipsam gratiam, vel remissionẽ pec-
catorũ qñ datur sine actione sacramentali, & tunc est
sensus, ꝙ mali homines possunt esse ministri sacramẽ-
torum gratiæ, i. dare sacramenta in q̃bus gratia cõfer-
tur, & tñ non possunt esse ministri, vel mediatores im-
petrando nobis gratiam p̃ propriũ actũ illã merendo,
& adiuuando nos ad illã habendũ, quia hoc soli boni
possunt, q̃ vocant̃ membra columbæ, & sic accipitur
sacramentum gratiæ non p̃ solo sacramento, sed pro
sacramento cũ effectu suo, quia aliàs solum diceret, ꝙ
sacramentũ dat Deus per malos, dixit tñ sacramentũ
gratiæ, & iõ sacramentũ, & gratiã simul cũ sacramẽto
signauit dari per malos, sed gratiam, quæ est sine sacra
mento dat Deus per se, i. non oratus ab aliquo, vel nul-
lo merẽte, vel per membra columbæ, i. pp̃ merita ali-
quorum bonorũ dat ipsis vel alijs gratiã. Secũdo põt
intelligi, ꝙ sacramentũ accipiatur pro solo sacramẽto
in quo gratia nõ recipitur, & gratia accipiatur pro gra-
tia

tia collata per ſacramentum,& tunc membra columbæ vocantur oẽs,qui intra Eccleſiã manent, ſiue boni ſiue mali:nam Eccleſia eſt vna per vinculum pacis q̃ a ſpiritu Sancto eſt,quæ vocat̃ columba.oẽs ergo,qui in hac veritate Eccleſiæ manent membra colũbæ appellant̃,mali aũt vocantur,q̃ non ſunt membra colũbæ, ſ. hæretici,excommunicati,ſchiſmatici,& cæteri,qui ab Eccleſia præciſi ſunt,& per iſtos dant̃ ſacramenta, ſed non gratia,quia percipiens ab eis ſacramenta non recipit gratiam, ſed potius peccat mortaliter,niſi in ſacramento Baptiſmi, qñ eſt in extrema neceſſitate, ꝑ mẽbra aũt columbæ, i.permanentes intra Eccleſiam ſiue boni ſiue mali ſint, confertur gratia, ſ. ſacramenta cũ gratia,& vtrunq; eſt verũ,ſed primum eſt melius. Ad quartum dicẽdum, ꝙ in abſolutione nõ ſolum eſt interceſſio, ſed ẽt actus poteſtatis clauis: nã ſi ſola interceſſio eſſet,q̃libet poſſet abſoluere,& nõ requireretur clauis ad abſoluendum, licet ergo interceſſio mali ſacerdotis nullo modo proſit,tñ vſus poteſtatis ſuæ, qui eſt vſus clauis prodeſt. Aliter põt dici,ꝙ ẽt interceſſio ſacerdotis mali prodeſt; aliqñ enim intercedit ſacerdos,v t perſona priuata,& aliqñ nomine eccleſiæ,i.gerens perſonam Eccleſiæ. Primo modo interceſſio ſua non eſt efficax,quia ipſe nõ eſt Deo acceptus. Secũdo modo eſt efficax interceſſio,ſicut ſi eſſet a bono miniſtro,ita aũt eſt in abſolutione ſacramentali,q̃a ibi agit, vt Eccleſia auctoritate conceſſa a Chriſto:iõ interceſſio ſua ſemper eſt efficax interceſſio niſi ſuſcipiens ſit ineptus recipere, q̃a interceſſio iſta habet vim ex merito Chriſti,& non ſacerdotis. Dicendum, tñ ꝙ interceſſio mali ſacerdotis qñcunque fit pro populo ſubiecto ſiue nomine Eccleſiæ, ſiue vt perſona priuata intercedat, ſemper prodeſt in aliquo, pro extraneis autem non prodeſt quando ſacerdos malus fuerit.

An hæretici,& ſchiſmatici vſum clauium habeant. Et quomodo in ijsdem tollitur. Quæſt. LXXXVI.

QVAERETVR an hæretici, & ſchiſmatici, excõmunicati,& degradati,depoſiti,& ſuſpenſi vsũ clauium habeant. Aliqui dicunt, ꝙ ſic, ſicut enim poteſtas conficiendi eſt poteſtas ordinis, ita & poteſtas clauium,& tñ nõ poſſunt prædicti priuari vſu conficiendi, quia ſi de facto cõficiant confectum eſt, licet conficiendo peccent, ergo nec poterunt priuari poteſtate nec vſu clauium. Item omnis poteſtas ſpiritualis actiua in eo,qui habet vſum liberi arbitrij, exit in actum quando vult, ſed in prædictis manet poteſtas clauium, quia eſt poteſtas ordinis, & iſti non perdunt ordinem propter prædicta, quia aliàs oporteret reordinari quando redeunt ad Eccleſiam quod falſum eſt, etiam poteſtas clauiũ eſt actiua, & ſpiritualis,vt oſtenſum eſt ſupra q. 78. ergo qñcunque voluerunt prædicti exibunt in actum, & ita habent vſum clauium. Item ſpiritualis gratia magis impeditur per peccatum quàm per pœnam: nam cum peccato non ſtat gratia,cum pœna aũt ſtat gratia, licet non ſtet gloria: ſed excommunicatio, ſuſpenſio, depoſitio, degradatio ſunt quædam pœnæ ſolũ, & ꝑ culpam ſiue maculam peccati non amittit ſacerdos vſum clauium, vt oſtenſum eſt præcedenti q. ergo a fortiori propter iſta non amittet illam. Dicendum,ꝙ in omnibus iſtis manet poteſtas clauiũ quantũ ad eſſentiã. Quod patet,quia ſi aliqñ redeant ad vnitatem Eccleſiæ, nõ datur eis de nouo poteſtas clauiũ, quia hoc eſſet eos rurſus ordinare, vſum tñ clauium iſti non habent, & hoc ex defectu materiæ, cũ enim vſus clauium prælationẽ requirat in vtente reſpectu eius in q̃ vtitur,materia ꝓpria in q̃ exercetur vſus clauium eſt homo ſubditus,& quia ſubiectio,& prælatio iſtorum ad hunc, vel illum non inſurgit naturaliter, neque ex Chriſti ordinatione,ſed ex Eccleſiæ ordinatione,ideo per Eccleſiæ prelatos põt alicui ſubtrahi ille,q̃ erat ei ſubditus, Eccleſia tñ priuat hæreticos,& ſchiſmaticos, ſuſpenſos, depoſitos,& degradatos ſubditis ſimpliciter,vel quantũ ad aliquid in quo ſuſpenditur quis:iõ hæretici, ſchiſmatici, & degradati nullos omnino ſubditos habent, & ideo neminem abſoluere poſſunt. Sed dicetur, ꝙ verum eſt,ꝙ hæretici non habent ſubditos aliquos, q̃ ſint Catholici, & ſchiſmaticus Epiſcopus non habet ſubditos, qui intra Eccleſiã ſint, & tñ hæreticus Epiſcopus poterit habere ſubditos hæreticos, q̃ ei ſubeſſe volunt,& non Catholicos,& ſchiſmaticus Epiſcopus habebit ſubditos ſchiſmaticos,& ſaltem quantum ad illos habebunt vſum clauium cum ſubditos habeant. Dicendum, ꝙ hæretici, & ſchiſmatici a nullo poſſunt abſolui quandiu tales ſunt: nam neque poſſunt abſolui a prælato hæretico, aut ſchiſmatico, neque a Catholico,neque a manente intra vnitatem eccleſiæ.De Catholico prælato patet,quia licet ille poſſet abſoluere quoſcunque, tamen hæretici,& ſchiſmatici quandiu ſic manere volunt,abſolui non poſſunt, quia ſunt in peccato mortali, neque etiam a prælato hæretico, aut ſchiſmatico, tum quia illi abſolui non poſſunt(vt dictũ eſt) tum quia iſti neminem abſoluere poſſunt.

Et cum dicitur, quòd habent ſubditos falſum eſt: nam iſta ſubiectio non eſt de iure naturali, neque ex Chriſti inſtitutione, neque ex propria voluntate, quia ſicut in iure humano conſenſus priuatorum iuriſdictionem non tribuit ei, qui nulli iuriſdictioni preeſt,ita & a fortiori in iure diuino, vel Eccleſiaſtico nõ poteſt quis per voluntatem ſuam facere aliquem prelatum ſuum, ita quòd ex hoc ille legitime ſuſcipiat poteſtatem faciendi ſuper iſtum ea,q̃ facit prælatus ſuper ſubditum, ſed iſta prælatio, & ſubiectio conſtituitur per ſolius Eccleſiæ ordinationem, quæ poteſt ſuper omnia ſicut dixit Apoſtolus 1.Corin.6.an neſcitis, quòd Angelos iudicabimus,quanto magis ſecularia? Eccleſia tamen priuat hæreticos, & ſchiſmaticos, & degradatos,omni prælatione, iõ nemo poteſt manere ſubditus eorum etiam ſi velit. Et cum dicitur, quod hæretici, & ſchiſmatici volunt ſubeſſe talibus prælatis. Dicendum,quòd non conſtituitur inde iuriſdictio, tum quia Eccleſia conſtituit illos ineptos ad prælaturam,vt nemo eis poſſit ſubeſſe,ergo licet velit quis effici,vel manere ſubditus illis non põt,tum quia ſuper oẽs hæreticos, & ſchiſmaticos Eccleſia habet poteſtatem, licet enim de facto ſe ſubtrahant Eccleſiæ,tñ de iure ſubiecti manẽt, & poteſt Eccleſia ſubijcere eos,cui voluerit, & ideo licet hæretici ſint poteſt eos ſubtrahere cui voluerit, & ſubdere cui voluerit, & tamen ſubtrahit eos poteſtati hęreticorum,& ſchiſmaticorum prælatorum,ergo non ſunt illis ſubditi,& ita illi non habebunt vſum clauium propter defectũ materiæ. Ad primum dicendum,quòd tam poteſtas conficiendi, quàm clauis manet in omnibus ijs,& tamen vſus conficiendi non poteſt tolli,vſus autem clauium poteſt tolli non quidem quaſi vſus conficiendi indelebilius adhęreat ordinato quàm clauis vſus, ſed quia vterque exigit materiam, & nõ poteſt priuari ſacerdos materia conficiendi, poteſt autem priuari materia vſus clauium, materia enim conficiendi eſt panis triticeus, qui vbique haberi poteſt, neque Eccleſia hunc poteſt tollere prædictis, ideo illi poſſunt conficere quãdocũque voluerint,materia autem vſus clauium eſt homo ſubditus:& quia licet homo vbiq; haberi poſſit vbiq; tñ hõ ſubditus non põt hr̃i ab iſtis, cũ ſubiectio oĩs,& prælatio in ſpũalibus cõſtituat̃ ꝑ eccleſiã,q̃ priuat iſtos omni prælatione, & ſubditos liberat ſubiectione eorũ, non poſſunt iſti aliquando inuenire

re materiam aliquam, quandiu ſic manent, ergo impoſſibile eſt, quòd ſic manentes aliquem abſoluant, aut ligent.

Ad ſecundum concedendum eſt ſimpliciter,quòd poteſtas actiua ſpiritualis poteſt exire in actum, quandocunque voluerit ſi materiam habeat:vbi tamẽ materia deeſt, impoſſibile eſt exire in actum, & ita eſt in propoſito.

Ad tertium dicendum,ꝙ ſi peccatum, & pœna cõſiderentur quantum ad oppoſitionem, quam habent ad effectum ſpiritualem,magis impedit culpa, quam pœna, quia tamen quædam pœnę ſunt, quibus annexa eſt priuatio materiæ per accidens impedietur ibi effectus poteſtatis ſpiritualis,non enim, quia iſte pœnam habet caret vſu clauium, ſed quia accidit cum illa pœna eſſe carentiam materię, quæ fit per priuationẽ factam ab eccleſia.vñ interdum iſta materię carẽtia magis conſequitur culpam,quam pœnam,ſicut hęretici, & ſchiſmatici carent vſu clauiũ ꝑ hæreſim, & ſchiſma,& tñ hæreſis,& ſchiſma culpę ſunt, & non pœnę, qñ aũt ſunt culpę,aut pœnę, quas non comitatur carẽtia materiæ,non priuatur quis vſu clauiũ propter culpam, nec propter pœnam.

An ſacerdos poſſit extendere vſum clauis quem habet ſuper quemlibet hominem. Et quod duplex eſt poteſtas in abſolutione ſacramentali. Et quare in Eccleſia facta eſt iuriſdictionum diſtinctio.
Quæſt. LXXXVI.

QVAERETVR nunc circa eos ſuper quos exercetur poteſtas clauium. Et eſt dubium an ſacerdos poſſit exercere vſum clauis, quã habet ſuper quemlibet hominem.

Aliqui dicunt,ꝙ ſic,quia poteſtas clauium deſcendit ab illa conceſſione facta Apoſtolis. Io.20.ſ.accipite ſpiritum, & quorum remiſeritis peccata remiſſa erunt,cum ergo non expreſſerit ibi ſpecialiter de aliqbus, ſed generaliter de omnibus.ſ.quorum remiſeritis.i.quorumcunque, vr̃ ꝙ ſupra quemlibet hominẽ poſſit ſacerdos quilibet exercere vſum clauium.Item clauis ſpiritualis dicitur ad ſimilitudinem clauis corporalis,ſed clauis corporalis, quæ aperit vnam ſeram aperit omnes ſimiles, & tamen peccatum in omnibus hominibus eſt eiuſdem rationis,vtpote ſuperbia, vel auaritia,aut fornicatio.ergo quicunque poteſt abſoluere vnum hominem a fornicatione poterit omnes homines a fornicatione abſoluere, & ita de omnibus aliis peccatis, ergo quilibet ſacerdos poterit abſoluere omnes homines. Item ſacerdos noui teſtamenti eſt excellentior ſacerdote veteris teſtamenti, & tamen in veteri teſtamento quilibet ſacerdos poterat diſcernere de lepra,apud quoſcunque homines, vt colligitur Leuitic.decimotertio capitulo,ergo poterit in nouo teſtamento quilibet ſacerdos abſoluere omnes homines.

Dicendum, ꝙ non poteſt, quilibet ſacerdos indiſtincte in omnes homines exercere vſum clauis ſuæ, quia ſequeretur confuſio, iudicium enim ſpirituale debet eſſe ordinatius,quam iudicium temporale, ſed in temporali iudicio non poteſt quilibet iudex iudicare quemliber hominẽ,vt non ſequatur incõueniens, a fortiori ergo in iudicio ſpirituali. Pro quo ſciendũ, ꝙ neceſſe eſt poni aliquem iudicem in ſpiritualibus communem omnibus, & ſub illo poni alios iudices, quorum quilibet non præſit omnibus, ſed aliquibus. Sicut enim eſt in arte medicandi ponuntur pręcepta generalia artis medicinę,quæ ſunt ad omnes hoĩes.& vltra illa ponuntur medici,qui applicent illa particularius ſingulis hominibus,ſicut eis expedierit. Ita & in principatu politico. nam præter illum qui leges condit qui indifferenter ſe habet ad omnes, & ille vnus eſt, ponuntur multi iudices, qui leges conditas applicent variis cauſis, ſicut exegerit conditio cauſarum. In cœleſtibus eodem modo ſub ordine poteſtatum quę præſunt indifferẽter omnibus hominibus, ponũtur principatus qui ſpecialiter præſunt prouinciis ſingulis, & ſub his ponuntur angeli qui ſingulis hominibus ſpecialiter in cuſtodiam deputantur. Ita in eccleſia militanti eſſe debet,cum enim illa ſit vnum corpus,neceſſe eſt poni vnum qui generaliter pręſit omnibus,& ſub illo alii ſint habentes poteſtatem diſtinctam ſuper alios,& nemo illorum omnibus pręſit,& quia vſus clauium exigit materiam ſuper quam exerceatur,& dicit prelationem in exercente,erit materia propria exercentis clauem ille qui ſubditus eſt ei,qui ergo habet in eccleſia vniuerſalem prelationem poteſt vti claue indifferenter in quoſcunque, qui autem non pręeſt omnibus,non poteſt ſuper omnes exercere vſum clauium, ſed ſolum ſuper illos, qui ſibi in partem ſolicitudinis, & ſubiectionis dati ſunt, excepto articulo neceſſitatis,quia tunc quilibet pręeſt toti mundo,quia eccleſia, quę diuiſit principatus dans ſingulis ſacerdotibus,& prælatis diſtinctos ſubditos, voluit indiſtinctos eſſe in illo articulo, & quẽlibet ſacerdotem tunc pręeſſe omnibus hominibus, ideo ſine aliqua noua conceſſione poteſtatis poterit claue vti indifferenter in omnes homines.

Ad primum quidam dicunt, ꝙ in abſolutione ſacramentali duplex poteſtas requiritur.ſ.ordinis, & iuriſdictionis. Prima poteſtas eſt equaliter in omnibus ſacerdotibus,ſed non ſecunda, & ideo dicunt,ꝙ quãdo Chriſtus dedit Apoſtolis omnibus cõiter poteſtatem remittendi peccata,intelligitur de poteſtate,quę cõſequitur ordinem, vnde & ſacerdotibus quãdo ordinantur dñr illa verba, ſed Petro dedit ſingulariter poteſtatem remittendi peccata hic in litera, vt intelligatur,ꝙ ipſe pręaliis habet poteſtatem iuriſdictionis, poteſtas autem ordinis quantum de ſe eſt extendit ſe ad oẽs homines ſoluendos,ideo dixit Chriſtus quorũ remiſeritis peccata.i.quorumcunque,& tamen dicũt, ꝙ hoc Chriſtus innuebat intelligendum pręſuppoſita poteſtate collata Petro,ſecundum cuius ordinationem diſtinguerentur ſubditi præ cęteris.

Dicendum,ꝙ iſta ſolutio ſupponit multa dubia, & difficultates,de quibus hic non eſt dicendum, quia de poteſtate Petri,quę eſt,& qñ data eſt, & qũo ſe habet ad cęteros propoſuimus dicere in libro noſtro de origine,& diſtinctione iuriſdictionum. iſti aũt pręſuppo nunt bis collatam eſſe poteſtatem remittẽdi peccata. Alii tamen dicunt,& forte melius,ꝙ vnica fuit collatio poteſtatis, & quando nunc Chriſtus dixit Petro tibi dabo, &c. ꝙ nihil dederit,ſed ſolum promiſerit dare,ꝙ ipſa verba indicant, quia non dixit accipe claues regni cęlorum, ſicut poſtea dixit accipite Spiritũ ſanctum.Io.20.ſed tibi dabo,ideo dicunt, ꝙ tunc promiſſę fuerunt Petro claues,ſed non datæ fuerunt. poſtea autem datę fuerunt non quidem ei ſoli,ſed communiter cum aliis,quando Chriſtus dixit accipite Spiritum ſanctum, de quo tamen dicetur magis vbi ſupra. Etiam dicunt, ꝙ Chriſtus per hęc verba tibi dabo,&c.voluerit ꝙ Petrus eſſet maior omnibus Apoſtolis iuriſdictione.

Dicendum,ꝙ verum eſt, ꝙ ſucceſſores Petri, ſunt maiores poteſtate oĩbus epiſcopis, & ꝓlatis eccleſię, & tamen an hoc ſignare voluerit Chriſtus in his verbis,& an tempore Petri ſic fuerit, ꝙ ipſe maior eſſet iuriſdictione oĩbus aliis, & diſtingueret eis ſubditos quibus pręeſſe deberent,magnũ dubium eſt, de quo nunc non dicetur,ſed vbi ſupra.

Aliter potest dici, ꝙ Christus nihil tradidit in lege
sua de cæremonialibus, neque de foralibus. in lege.n.
veteri, quia loquebatur populo rudi, qui faciliter erra-
rent, nisi circa oĩa instruerẽtur, dedit Deus leges mul-
tũ particulares, ẽt circa ꝯctus, & omnia foralia. in no-
uo autem testõ cum daretur lex populo perfectiori,
non tradidit Christus aliquid de istis particularibus,
distinguere autem populos per subiectionem, & prę-
lationem pertinebat ad particularia, ideo Christus nõ
curabat de illo, & ita hic non distinxit iurisdictionem
Apostolorum, sed omnibus tradidit eandem potesta
tem remittendi peccata, & vbicunque esset quilibet
eorum posset remittere peccata. Quod autem postea
distinctæ fuerint iurisdictiones ab ipsis Apostolis, &
successoribus Apostolorum, factum est dictante Spi
ritu sancto, vt ecclesia melius, & ordinatius regeret.
Christus tamen inter eos dr̃iam iurisdictionum non
fecit, sed potestatem remittendi peccata omnibus tri
buit, sicut & nunc quilibet sacerdos in articulo neces-
sitatis habet iurisdictionem super omnes homines,
& quantum ad omnes casus.

Ad secundum dicendum, ꝙ sic est de clauĩ spũali,
sicut de corporali, clauis enim corporalis non potest
aperire, nisi propriam seram. i. eam quæ habet simili-
tudinem ad ipsam, ita clauis spiritualis propriam serã
aperit, & illa est materia propria, quæ subiicitur clau-
ibus. s. subditus in quem est iurisdictio, ideo solum il-
lum potest quis absoluere auctoritate clauium q̃ sub-
ditus sibi est.

Ad tertium dicendum, ꝙ in ecclesia est distincta
iurisdictio, vt tollatur confusio, & omnia aptius gubet
nentur. alias enim sicut potestas ordinis est eadem in
omnibus sacerdotibus, ita vsus clauium esset idem, &
indistincta iurisdictio, quia tamen sunt variæ regiones
& populi, conueniens fuit distingui iurisdictiones, &
ita non haberet quilibet vsum clauium super omnes.
in veteri autem testamento non erat necessaria iuris-
dictionum distinctio, quia erat vnicus populus, & gẽs,
& vnicum templum, in quo conueniebant omnes Iu
dęi, ideo eum possent conuenienter gubernari existẽ-
te vnitate iurisdictionis, non debuit dari distinctio: im
mo fuit valde conueniens esse identitatẽ iurisdictio-
nũ, vt sic crederetur esse vnus, & idem Deus cui om-
nes illi ministrabant. eadem enim fuit causa de tem-
plo. voluit enim esse Deus vnicum locum in quo sa-
crificia sibi fierent, ne si in pluribus locis hoc fieret
plures dii esse putarentur.

An sacerdos semper possit exercere vsum clauium super subditos eius. Et quòd materia actus clauium duplex est. Et ꝙ potestas ordinis datur immediate a Deo. Et quomodo episcopus est immediatus prælatus omnium de suo episcopatu. Papa autem quare non omnium hominum. Et quinque casus exponuntur, in quibus curator animarum debet remittere subditum ad superiorem. Item in quibus casibus irregularitas committatur. Denique agitur de absolutione excommunicati, & de Eucharistiæ susceptione in comparatione absolutionis. *Quæst.* *LXXXVII.*

QVAERETVR an sacerdos semper possit exerce-
re vsum clauium super subditos suos.

Aliqui dicunt, ꝙ non, quia vt ait August. nullus de-
bet sacerdotis officio vti, nisi immunis sit ab eis, quę ĩ
aliis iudicat, & tamen interdum sacerdos est in pecca-
to, sicut subditi. etiam in eodem genere peccati: im-
mo & interdum est particeps in eodem vitio nume-
ro, sicut quando sacerdos cognouit carnaliter subdi-
tam sibi mulierem, ergo videtur, quòd nõ possit sem-
per vti in subditos clauibus. Item per vsum clauium
purgatur homo ab omnibus defectibus, sed interdũ
peccatis est annexa excommunicatio, vel irregulari-
tas a quibus non potest absoluere simplex sacerdos.
ergo non potest semper vti clauibus super subditos,
saltem quando tales defectus habuerint. Item sacer-
dotium noui testamenti fuit figuratum per sacerdo-
tium veteris testamenti, sed ibi non poterant mino-
res sacerdotes de omnibus iudicare, sed fiebat recur-
sus ad superiorem sacerdotem, & seniores in arduis
negociis. Deut. 17. ergo quando grauia peccata occur
rerint in subditis, non poterit sacerdos simplex absol-
uere illos.

Alii dicunt, ꝙ possit sacerdos vti clauibus in subdi-
tos semper, & quantum ad omnia. Quia cui committ-
itur, quod maius est, committitur quod minus est,
potissime quando vnum subordinatur alteri, & tamẽ
absolutio a peccatis omnibus ordinatur ad eucharis-
tiam, vt digne possit sumi. 1. Cor. 11. probet seipsum
homo, & sic de pane illo edat, & probatio ista erat p̃
hoc, ꝙ conscientia purgetur ab omni crimine p̃ absol-
utionem sacerdotalem, & tñ cuilibet sacerdoti com
missum est dare oĩbus subditis suis eucharistiam. er-
go competit ei quod minus est, s. absoluere eos ab oĩ-
bus peccatis. Item gratia quantumcunque parua sit
tollit oĩa peccata, quia nulla gratia stat cum pctõ ali-
quo. & tñ sacerdos ministrat sacra in quibus cõfertur
gratia. ergo sacerdos potest absoluere ab omnibus
peccatis, quia alias gratia non dabitur.

Dicendum, ꝙ cum potestas ordinis in oĩbus sacer-
dotibus sit eadem, quantum est de potestate ordinis,
quilibet sacerdos posset absoluere quoscũque hoĩes,
& de quibuscunque peccatis: actus tñ clauiũ requirit
materiam. Et ista materia est duplex, s. hõ & peccatũ
hoĩs. est.n. hõ qui absoluitur, & ligatur, pctm̃ aũt est
in quo hõ ligatur, vel de quo absoluitur, materia tñ
propria clauium non hr̃, nisi p̃ iurisdictionem, cũ re-
quirat prelationem in exercente vsum clauium: po-
testas autem ordinis datur homini immediate a Deo,
potestas autem iurisdictionis vr̃ descendere a superio-
ribus in inferiores, & quia iurisdictio est respectu ma-
teriæ, sicut superior determinat inferiori materiam,
quæ est homo. s. quos hoĩes habeat subditos, ita deter
minat ei materiam, quæ est peccatum. s. de quibus pec
catis absoluat. Et quoniam istæ sunt duæ materiæ di-
stinctæ, respectu eiusdem actus concurrentes, põt su-
perior arctare inferiores circa vnam non arctando cir
ca aliam, & quia cum potestas ordinis sit ęqualis in
oĩbus sacerdotibus, sicut si superior non distingueret
iurisdictiones dando quosdam subditos vni, & alios
alteri, posset quilibet exercere actum clauis super om
nes homines, ita si non arctauerit superior inferiores
retinendo sibi absolutionem quorundam peccato-
rum, pertinebat ad quemlibet sacerdotem absoluere
in omnibus peccatis, & propter hoc in quibusdã re-
gionibus sacerdotes simplices sunt minoris potestatis
quam in aliis, quia prelati illarum terrarum plura cõ-
sueuerunt sibi retinere.

Potestas ordinis datur immediate a Deo.

Sed obiicietur, ꝙ tunc quando quis ordinaretur in
sacerdotem, cum detur sibi potestas ordinis, nisi ex ip-
se inhiberetur vsus clauium, vel arctaretur quantum
ad determinatam materiam, posset absoluere oẽs, &
quantum ad omnia peccata, & tamẽ falsum est, quia
ordinatus in sacerdotem neminem potest absoluere,
& de nullo peccato, nisi sibi expresse committatur: er-
go non limitatur iurisdictio per hoc, quia superiores
arctant inferiores.

Dicendũ, ꝙ quilibet eps̃ habet immediatã iurisdic-
tionem super omnes de episcopatu suo in spiritualib-
us, & quando ordinat aliquos in sacerdotes, accip-
it eos in adiutores, quia ipse solus non potest suffi-
cere omnibus subditis: ipse autem cum sit prælatus
immediatus oĩum de ep̃atu suo, iurisdictionem totã
sibi retinet, tam quantum ad subditos, ita ꝙ illi sunt
subditi eius, & non alterius, quã ẽt ad peccata. s. ꝙ ipse
absoluere possit de peccatis eorum, & non alius, nisi
ergo expresse committat semper sibi retinet. Et ideo
licet ordinet aliquem in sacerdotem non habet ille
aliquam iurisdictionem, nec quantum ad subditos,
neque quantum ad peccata, & ideo non est opus, ꝙ
inhibeat ei exercere iurisdictionem, quia hoc esset si
actualiter consequeretur iurisdictionem, nã tunc pos-
set illa vti quoutque inhiberetur, & tñ nullam conse-
quitur cum totam sibi retineat episcopus eo, ꝙ est p̃-
latus immediatus omnium de suo episcopatu, ideo
ad hoc, ꝙ aliquam iurisdictionem, & vsum clauiũ ha-
beat ordinatus necesse est, ꝙ committatur sibi p̃ epi-
scopum cuius est tota iurisdictio, & qui illam sibi totã
retinet, & ideo sicut quot subditos ei commiserit eps̃
tot habet, ita in quot peccatis concesserit ei absoluere,
in tot absoluet, & non plus. Et propter hoc quan-
do committitur alicui sacerdoti cura animarum danẽ
ei casus, in quibus possit absoluere. i. dicitur ei, ꝙ pos-
sit absoluere in omnibus, præterquam in tali, & tali,
& tunc potest episcopus reseruare quos voluerit, &
respectu cuiusdam sacerdoti s potest reseruare mul-
tos, & respectu alterius pauciores, sicut ei placuerit, &
viderit expedire, & hoc totum est, quia eps̃ est prælat-
us immediatus omnium de suo episcopatu, nam si
non esset immediatus prælatus, sed esset alia iurisdi-
ctio sub sua, ille qui assumeretur ad illam iurisdictio-
nem ordinariam eo ipso, ꝙ assumeretur posset vti clau-
e, etiam si non fieret sibi expressa concessio, dum ta-
men non fieret sibi expressa inhibitio vsus clauium.
Sic est de episcopis respectu Papæ, nam licet Papa sit
vniuersalis prælatus non tamen est prælatus proprie
immediatus omnium hominum, accipiendo imme-
diatum prælatum. i. ꝙ non habeat sub se alios prelatos
directe subiectos, licet sit immediatus prælatus. i. po-
tens vti claue immediate super quemlibet hominẽ,
ideo non se hẽt oĩno Papa ad oẽs hoĩes fideles, sicut
episcopus ad omnes de suo episcopatu, quia episco-
pus sub se nullos habet habentes ordinariam iurisdi-
ctionem. sed curati omnes sunt commissarii, & sic to-
ta iurisdictio est episcopi immediate, & si nollet pone
re curatos, sed ipse administraret licite faceret, si suffi-
ceret ad hoc. Papa autem habet sub se alios habentes
iurisdictionem ordinariam, ideo eps̃ eo ipso, ꝙ conse-
cratur hẽt vsum clauis plenũ, & non indiget episco-
pali commissione aliqua, sed ipso iure hẽt vsum cla-
uis plenum, nisi expresse sibi interdicat, vel arctetur a
Papa: qui aũt ordinantur in sacerdotiũ ab eo nõ sor-
tiuntur illico iurisdictionẽ aliquam, vñ si non cõmit-
tatur eis specialiter non poterunt vti claue, immo ẽt si
detur alicui cura aĩarũ ab eo. i. determinent sibi cer-
ti subditi, si non daẽ ei potestas vtendi claue in tali, &
tali casu, non poterit vti, eo ꝙ totũ hoc venit ex com-
missione, & nihil est ordinariũ, si tñ committatur ali-
cui cura aĩarum, & dicat ꝙ cõmittuntur ei oĩa, quę so
lent cõmitti aliis curatis, quantũ ad vsum clauium po
terit generaliter absoluere in oĩbus, nisi in quinq; ca-
sibus, in quibus debet remittere subditum ad superio
rem, & sunt isti casus multũ generales, quia sub quo-
liber eorũ cõprehenduntur multi alii. Primus est, qũ
est aliquod delictum p̃ quod imponenda est pęnitẽ-
tia solennis, nam illam pęnitentiam imponere ad so-
lum episcopum pertinet: non enim imponitur, nisi p̃
delictis horrendis, & scandalosis nimium, & publicis
vt dicunt Aug. & Ambrosius, & Origenes, & de hoc
Magister. 4. sen. distin. 14. Scire enim pro quo peccato
sit imponenda pœnitentia solennis ad quẽlibet sacer-
dotem pertinet: illam tñ imponere pertinet ad solũ

ep̃m, eo ꝙ pnĩa solennis non est sacralis, sed magis,
quasi fori contentiosi, ideo dicit Ambr. solennis pnĩa
est, quæ fit extra ecclesiam in manifesto in cilicio, &
cinere. sacerdotes autem simplices non habent iuris-
dictionem fori exterioris, vel contentiosi, ideo ipsi nõ
imponunt solennem pęnitentiam, sed remittere de-
bent pęnitentem ad ep̃m qui illam imponit, & pro ar
bitrio terminum præfigit.

Secundus casus est in excõicatis a quocunque iudi
ce, vel a iure. Nã sicut excõicatus non p̃t exercere vsũ
clauium, ita nec super eum exerceri potest, sed remit-
tendus est ad superiorem, vt infra dicetur.

Tertius est qñcunq; inueniẽt ꝯcta irregularitas. nam
non p̃t ab illa absoluere sacerdos simplex, sunt autem
multa pctã in quibus committitur irregularitas, cũ ẽt
sępissime sine pctõ committatur, & in illis, qui vult
absolui, debet remitti ad superiorem.

Quartus est quantum ad incendiarios ecclesiarum.

Quintus est propter consuetudinem, s. quando in
aliquo episcopatu est consuetudo remitti maiora cri
mina ad superiorẽ, non poterit simplex sacerdos absol
uere ab illis, quia consuetudo in istis multum iuris tri-
buit, vel aufert.

Ad primum dicendum, ꝙ auctoritas Augu. intelli-
gitur de congruitate. i. ꝙ ad hoc, ꝙ digne sacerdos vta
tur claue absoluendo non debet esse in peccatis illis,
de quib⁹ alios absoluit, quia peccat ministrãdo sacr̃m
istud in pctõ mortali, & tñ effectus clauium non est
minor ab eo qui est in pctõ mortali, quam ab eo qui
est in charitate, dum tamen non sit alias suspensus, vel
priuatus iurisdictione.

Sciendum tñ, ꝙ qñ sacerdos absoluens est in pctõ,
aut est in tali peccato, in quali subditus, aut non. si in
dissimili, licet sit increpabilis, & peccet ministrando,
non tamen est maxime increpabilis, si autem sit in si-
mili peccato, est magis increpabilis, & tamen neutro
modo impeditur absoluere, nec est inconueniens ali-
quod absoluendo, nisi ex parte ipsiusmet sacerdotis,
qui indigne vtitur claue, ex parte autem absoluti, nec
est inconueniens, neque scandalum. Si autem sit in
eodem peccato, sicut in casu dato, s. ꝙ cognouit sub-
ditam suam. Dicendum, ꝙ non debet ipse audire con
fessionem illius, sed remittere eam ad alium. & ipsa
non deberet confiteri ei, etiam si ipse vellet, sed confi-
teri alteri si posset de iure, vel petere licentiam ab eo
confitendi alteri, & si ille licentiam denegaret, debe-
ret recurrere ad superiorem, & non confiteri illi, quia
nec est honestum, neque tutum. Primo propter pe-
riculum incidendi, iterum in simile peccatum, scili-
cet, quòd sacerdos solicitabit mulierem. Secundo,
quia erit occasio minus merendi, nam cum ambo
sint conscii minus verecundabitur mulier confiteri il
li, quam confiteri alteri. & tamen verecundia est ma-
gna pars satisfactionis, cum sit valde pœnalis. quan-
tum ergo detrahitur magnitudini verecundiæ tãtum
tollitur de fructu pnĩę. Tertio, quia apud eos qui talia
scirent videret sacr̃m pnĩę delusorium. s. ꝙ idẽ pecca
bat, & a pctõ absoluebat. si tñ absolueret sacerdos in
tali casu, absolutio vera est, quia non est ille suspensus
ab vsu clauium quantum ad illam mulierem. Ad se-
cundum dicendum, ꝙ in sacro pnĩę purgatur homo
ab omnibus defectibus culpę, idest ab omnibus ma-
culis pctõrum, non tñ ab omni reatu pęnę, siue pęnę
futurę, siue pęnę pnĩis sęculi, & hmõi est pęna irre-
gularitatis, & pęna excommunicationis. Sed non est
idem iudiciũ de vtroque. irregularitas enim in mul-
tis casibus committitur, scilicet in homicidio, in biga-
mia, in celebratione quando quis est excommunica-
tus, vel suspensus, & in similibus: & interdum tamen
committitur irregularitas sine pctõ, vt in bigamia, qa

poteſt quis tranſire ad ſecundas nuptias, vel accipere corruptam in vxorem, & non eſt peccatum, cũ tamẽ ſit in bigamia: idem in iudice occidente malefactorẽ, & in aduocato in criminali, & in tabellione conſcribente ſententiam. nam irregulares ſunt, & tamen nõ peccãt. interdum irregularitas ꝯhitur cum pctõ, ſicut in homicida voluntario iniuſto, & in eo qui excommunicatus ſcienter celebrauit. De irregularitate primo mõ non eſt ad propoſitum, quia in confeſſione materia eſt pctm̃. vbi autem nullum pctm̃ eſt, nullo mõ pertinet ad ſacrm̃ pniæ. Si autem conſequaẽ irregularitas pctm̃. dicendum ꝙ non ſunt neceſſario connexa. vnde põt quis abſolui ab vno non abſolutus ab alio, vt ſiquis committens homicidium voluntarium incurrit irregularitatem, poteſt abſolui ab homicidio non abſolutus ab irregularitate, quod fiet per minores ſacerdotes, aut ſaltem per epiſcopos: poteſt tamen liberari ab irregularitate hic non abſolutus ab homicidio, vt ſi non doluit de peccato, neque confeſſus eſt, & tamen obtinuit a Papa diſpenſationem ſuper homicidio.

Dicendum ergo, ꝙ cum vnum poſſit tolli ſine altero, aut ille qui per pctm̃ incidit in irregularitatem, aut vult abſolui ab vtroque, aut non curat de irregularitate, vtpote ſi vult manere in ſtatu laicali. Si ſecundo modo abſoluet eum ſacerdos ab homicidio, & nõ remittet eum ad aliquem pro diſpenſatione ſuper irregularitate, neque oportet, ꝙ ipſe vadat pro diſpenſatione, quia manere in irregularitate non eſt eſſe in peccato mortali. Si autem vult primo modo:

Dicendum, ꝙ ſacerdos abſoluet eum a pctõ, non oportet, ꝙ eum remittat ad ſuperiorẽ, quia ſacerdos nunquam remittit ad ſuperiorem, niſi qñ ipſe non p̃t abſoluere a pctõ, & tñ hic põt abſoluere ſupponẽdo, ꝙ poſſit abſoluere in homicidio, ideo non eſt neceſſe ꝙ remittat peccatorem ad ſuperiorem, ſed ipſe ſi vult diſpenſationem circa irregularitatem adibit ſuperiorem. In excommunicatione autem ſecus eſt, quia ſemper debet remitti. Et ratio eſt, quia ſicut excommunicatus non habet vſum clauium, eo ꝙ eſt priuatus oĩ vſu iuriſdictionis. i. ſuſpenſus ab illa, quandiu manet excommunicatus, ita ſuper excõicatum nemo poteſt exercere vſum clauium, quandiu ſic manſerit, eo ꝙ p excommunicationem eiicitur de eccleſia, & priuaẽ participatione ſacrorum, ideo abſolutio ſacralis non poteſt fieri ſuper ipſum, ſed oportet prius abſolui ab excõicatione per quam reducitur ad eccleſiã, & tunc confitebitur, & abſoluetur. pro abſolutione aũt ab excõmunicatione debet ſemper ſacerdos ſimplex remittere confitentem ad ſuperiorem. i. ad eum qui abſoluere poſſit, nã ad ſimplicem ſacerdotem non ptinet abſoluere ab aliqua excõicatione, nam excõicatio aut eſt lata ab hoĩe, aut a iure. ſi a iure nunquam poteſt ſacerdos ſimplex abſoluere, ſed Papa, vel epiſcopus. ſi ab homine: non poteſt abſoluere, niſi qui tulit eã, vel ſuperior, ideo ſemper pro abſolutione ab excommunicatione remittendus eſt.

Et tunc ſciendum, ꝙ aut ſacerdos ſciuit illum excõmunicatum antequam confiteretur, aut poſt. Si ante: debet eum remittere ad iudicẽ pro abſolutione, antequam audiat confeſſionem eius, & poſtea audiet confitentem. Si vero ſciuit poſt confeſſionem. i. in ipſa confeſſione, nõ debet eum abſoluere, ſed remittere ad abſoluendum ab excommunicatione, & cũ redierit iterum confitebitur, quia confeſſio prior nõ eſt pars ſacri, cum fuerit facta ab excõicato. Si vero contingat, ꝙ poſt confeſſionem, & abſolutionem ſacralẽ comperiat illum eſſe excõicatum, remittet eum abſoluendum ab excõicatione, & tunc iterabitur confeſſio, & abſolutio ex cauſa dicta.

F Ad tertium dicendum, ꝙ illud intelligitur de cauſis foralibus, quia inter Iudæos nullum erat iudicium fori conſcientiæ, & in illis foralibus, ſiue eſſent cauſæ ciuiles, ſiue criminales, ſi dubitaretur a iudicibus minoribus qui Leuitæ erant, vel ſacerdotes, vel alii de populo, remittebatur cauſa ad ſummum ſacerdotem & ſeniores qui præerant domui iudicii, & quantum ad hoc eſt aliqua ſimilitudo prælatorum ad ſimplices ſacerdotes, quia illi reſeruant ſibi abſolutionẽ in cauſis arduis, in quibus ad eos recurritur, vt ſupra dictum eſt, & ideo in talibus ſacerdos ſimplex remittet confitentem ad ſuperiorem.

Ad primum argumentum alterius partis dici põt vno modo, ꝙ non eſt maius dare euchariſtiam, quam G abſoluere ab oĩbus peccatis, quia licet res ſacri in euchariſtia. i. Chriſtus ſit melior, quam abſolutio ſacralis, nobis tñ melius, & fructuoſius eſt abſolui a peccatis, ꝙ̃ ſuſcipere euchariſtiam, ſicut maioris efficaciæ eſt ſacrm̃ baptiſmi, quam ſacrm̃ euchariſtiæ, ideo non eſt inconueniens, ꝙ alicui committatur dare euchariſtiam alteri, cui non committatur abſoluere illum ab omnibus peccatis.

Item qđ preſupponitur falſum eſt. ſ. ꝙ abſolutio a peccatis ordinetur ad euchariſtię ſuſceptionem, nam licet verum ſit, ꝙ ad hoc, ꝙ quis digne ſumat euchariſtiam debet eſſe mũdus ab omni pctõ per abſolutionem ſacerdotalem, tamen abſolutio a peccatis præcipue ordinatur ad vitam æternam habendam. nam nõ peruenitur illuc, niſi puris mentibus, quę purę fieri H non poſſunt, niſi per ſacramentum pęnitentiæ.

Aliter poteſt dici, & planius, ꝙ licet melius, & maius ſit id quod datur in euchariſtia, quã in abſolutione a peccatis, tamen maiorem diſcretionem requirit abſolutio, quam diſpenſatio ſacramenti euchariſtiæ, & maiora inconuenientia ſequerentur, ſi cuilibet cõmitteret collatio eius abſoluendo, quam diſpenſatio euchariſtię, ideo licet cuilibet curato competat diſpẽſare ſubditis euchariſtiam, non competit ei abſoluere eos ab omnibus peccatis.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ in oĩbus ſacris gr̃a cõfertur. ſ. in quibuſdã de nouo, vt in baptiſmo, & pnĩa. In aliis vero preexiſtẽs augetur, ſicut in cæteris ſacramentis. Et cum dr̃, ꝙ per quamlibet gratiam tollũtur I oĩa peccata, verum eſt, & tñ nulla gratia datur manente pctõ aliquo, & quia quandiu quis non abſoluitur a peccatis manet in illis, non eſt inconueniens, ꝙ ſacerdos ſimplex nõn poſſit abſoluere a quibuſdam peccatis, & tamen per ſacramenta ab eo miniſtrata gratia conferatur, ſed non conferretur, quandiu iſte non fuerit abſolutus de peccatis ab eo, a quo de iure abſolui poteſt.

An ſacerdos minor poſſit vti claue in ſuperiorem ſuum. Et quod Pontifex non poteſt ſeipſum abſoluere, ſed abſoluitur a ſubdito.
Quæſt. LXXXVIII.

K QVAERETVR an ſacerdos minor poſſit vti claue in ſuperiorem ſuum.

Dicunt quidam ꝙ non, quia vſus clauium exigit iuriſdictionem in vtente, & propriam materiã in quam exerceatur, ſed materia propria eſt ſubditus, præced. q. & q. 88. ergo in ſuperiorem non poterit inferior vti claue, quia ille non eſt ei ſubditus, nec habet iuriſdictionem in eum.

Item eccleſia militans imitatur triumphantem in ordine, & gubernatione, & tamen in angelica hierarchia, nunquam inferior angelus purgat, perficit, aut illuminat ſuperiorem, ergo in eccleſiaſtica hierarchia, nunquam inferior vtet claue ſacrali in ſuperiorẽ, quia

clauis

clauis purgar, & illuminat. nam purgat a peccato, & illuminat inſtruendo qualiter cauenda ſint de cętero.

Item iudicium eccleſiæ eſt magis ordinatum, quã ſeculare, & magis forus conſcientiæ, quam forus exterior eccleſiæ, & tñ in exteriori foro inferior nunꝗ̃ poteſt excommunicare, neque abſoluere ſuperiorẽ, ergo neque in foro conſcientiæ.

Dicendum, ꝙ proprie accipiendo inferiorẽ, nunꝗ̃ inferior abſoluit ſuperiorem, & tñ ille qui alias erat inferior factus ſuperior in aliquo caſu abſoluit ſuperiorem. i. eũ qui alias eſt ſuperior, & in illo efficiẽ inferior, & hoc neceſſe eſt fieri, quia illi qui ſunt ſuperiores in eccleſia, ſunt circundati infirmitate, & peccare pñt, non pñt tñ liberari a peccatis, niſi per ſacrm̃ pnĩę, cuius efficacia conſiſtit in abſolutione, & tñ idem nõ p̃t abſoluere ſeipſum: ergo neceſſe eſt, ꝙ abſoluaẽ ab alio, & ſic a minori abſoluetur.

Item quia ſimile eſt de ſuſceptione euchariſtiæ, & abſolutione ſacrali, & tñ prælatus ſuſcipit euchariſtiã de manu inferioris. ergo etiam ab inferiori poterit abſolui ſacraliter, nam remiſſio peccatorum eſt, quędam diſpoſitio, vel præparatio conueniens ad ſuſcipiendum euchariſtiam digne. Cauſa prædictorum eſt, quia clauis eſt poteſtas quædam, quæ de ſe indifferens eſt ad omnes, & quilibet poteſt per eam abſolui, nec deficit aliquid, niſi iuriſdictio. ſ. vt ſit ſubditus ille, qui debet ſuſcipere effectum clauium, & tñ prælatus poteſt effici ſubditus: ergo poterit clauis inferioris ſuper eum, nam prælatio, & ſubiectio per ordinationẽ eccleſiæ introducta eſt. ipſa ergo eccleſia, quæ conſtituit iſtum prælatum, & illos ſubditos, conſtituit iſtum pp neceſſitatem ſubditum inferiorũ in caſu. ſ. inquantum ipſe peccator eſt indigens effectu clauium, ideo ſicut auctoritate eccleſiæ prelatus exercet ordinarie iuriſdictionem ſuper inferiores in foro pnĩæ, ita & inferior, quem prelatus elegerit, exercet in eum vſum clauium, tanquam in ſubditum.

Ad primum ꝯcedendũ, ꝙ vſus clauium, nunquam eſt, niſi ſuper propriam materiam, quę eſt homo ſubditus, & tñ prælatus efficitur ſubditus, nam licet ep̃s inquantum ep̃s ſit maior ſimplici ſacerdote, tamẽ inquantum peccator indigens effectu ſacri, eſt minor quocunque ſacerdote potente exercere vſum clauiũ. Sicut eſt de medico peritiſſimo ſi ægrotat, & inualeſcente ægritudine ſeipſum curare, neque conſiderare poteſt, & curatur per alium medicum minus peritũ, nam ille inquantum medicus maior eſt eo qui curat ipſum, tamen inquantum ęger indigens aliena curatione minor eſt quocunque medico quantumcũque imperito, & ſic a quocunque curari poteſt, tanquam a maiori.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ non eſt omnino ſimile de angelica hierarchia, & eccleſiaſtica, quia ſtatus angelorum non poteſt peruerti, neque poteſt accidere aliquis defectus in eis, ideo ille qui ſemel eſt ſuperior in angelis ſemper eſt ſuperior, quia nullus defect⁹ ei accidere poteſt, ſm̃ quem efficiatur inferior, & ſic maiores, nunquam purgantur, perficiuntur, & illuminantur ab inferioribus. In hoĩbus autem in quibus cõſiſtit eccleſiaſtica hierarchia accidit defectus ſm̃ quẽ ſuperiores interdum indigeant adiuuari ab inferioribus, ideo qui prelatus eſt poteſt effici ſubditus, & exercebitur ſuper eum effectus clauium.

Ad tertium dicendum, ꝙ verum eſt. ꝙ iudiciũ fori conſcientiæ eſt magis ordinatum, quam iudiciũ exterius, & tñ iudicium exterius eſt quantum ad hoĩes, iudicium autem fori conſcientiæ, quantum ad Deum, apud Deum aũt quilibet redditur minor per peccatũ quocunque non peccante, vel conſiderato, vt non eſt peccans, & ideo in foro conſcientiæ efficitur quilibet

A prælatus, vt eſt peccator minor quocunque ſacerdote qui conſideratur, vt ſacerdos, & non vt peccator, & p illum iudicabitur. Apud hoĩes aũt non redditur hõ per peccatum minor quocunque non peccante, quãdocunque peccauerit, ideo non ſubiicitur p̃latus peccator ſubditis ſuis. Et eſt cauſa, quia abſolutio a peccatis non eſt neceſſaria in foro hoĩum, ſed in foro Dei, & quia idem non poteſt ſeipſum abſoluere, & prælatus maximus nõ habet aliquem ſuperiorem, neceſſe eſt, ꝙ abſoluatur per ſubditos quibus in caſu illo ſubiicitur, quia minor oĩbus illis eſt inquantum peccator eſt. Et ob hoc ſicut in exteriori iudicio, nemo p̃t ſeipſum excõicare, ita non põt committere alicui, ꝙ ip-B ſum excõicet, cum non ſit ibi neceſſitas ſe ſubiiciẽdi alteri. in foro aũt pniæ, quia prælatus peccãs efficitur minor quolibet ſacerdote, vt eſt ſacerdos: põt illi committere poteſtatem abſoluendi ipſum, quia ipſe non poſſet ſeipſum abſoluere. Alia etiam cauſa eſt, quare poteſt ſuperior committere inferiori poteſtatem abſoluendi ipſum, & non poteſtatem excommunicãdi ipſum, quia poteſtas clauis in abſoluendo dicit ordinẽ & iuriſdictionem, dicit tamen principaliter ordinem poteſtas autem excõicandi dicit ſolam iuriſdictionẽ. poteſtas autem ordinis eſt ęqualis in omnibus, ideo interdum inferior poteſt abſoluere ſuperiorem cui eſt ęqualis in ordinis poteſtate. iuriſdictio autem non eſt ęqualis, ideo inferior nunquam poteſt excommunicare ſuperiorem.

C

An vſus clauis poſſit exerceri ſuper mortuos, tam beatos, quam damnatos, & in purgatorio exiſtentes. Item quomodo vnius bonum opus alteri prodeſſe poteſt.
Quæſt. LXXXIX.

QVAERETVR an vſus clauis poſſit exerceri ſuper mortuos.

Dicendum, quòd vſus clauis poteſt conſiderari in duobus, ſcilicet in abſoluendo a peccatis, & ligando, & in concedendo indulgentias ad alleuiationem pęnarum.

Quantum ad primum dicendum, ꝙ non prodeſt mortuis vſus clauium, neque poteſt quis de viuenti-D bus exercere ſuper eos vſum clauium, quia aut eſt de mortuis exiſtentibus apud inferos, aut in vita æterna, aut in purgatorio, ſed ſuper nullos eorum poteſt exerceri vſus clauium. De exiſtentibus apud inferos, patet quia effectus clauium eſt remittere peccata. Ioan. 20. quorum remiſeritis peccata remittuntur eis. remiſſio autem peccatorum efficit liberationem a pęnis, & tamen q in inferno ſunt, nũquam liberabuntur a pœna, quia in inferno redemptio non eſt. ergo vſus clauium non prodeſt eis. De exiſtentibus in vita æterna, patet quia vſus clauium eſt abſoluere, & ligare, neutrum tamen poteſt fieri ſuper iſtos. nam abſoluere, aut erit a peccato. i. a macula ſine culpa, large ſumpta, aut erit a reatu pęnę: neutrum tamen iſtorum eſt in vita æter-E na, quia decedẽtes in macula peccati in inferno ſunt, cum moriantur in mortali pęnę. Etiam reatus non manet, quia quandiu quis reus eſt alicuius pęnę non recipitur ad vitam ęternam, ideo non poſſunt abſolui. Ligari etiam non poſſunt, quia ligat ſacerdos per claues ad pœnam, ſiue ad pęnam quam imponit, ſiue ad pœnam a qua non abſoluit, vt declaratum eſt ſupra quæſtion. 81. & tamen illis nulla pœna manet, vt dictum eſt. Etiam ad nullam obligari poſſunt cum iam fęlices ſint, ergo non poteſt quis ſuper eos exercere vſum clauium.

Alia ratio cõis eſt, tam damnatis, quàm beatis. quia vſus clauium eſt aliquid ſacrale, & poteſtas clauiũ eſt poteſtas ſacralis, vt oſtenſum eſt ſupra 77. ſacramẽta,

tamen

tamen solum dantur existētibus in via, & ideo eucharist a ad quam ordinantur cætera sacramenta vocatur viaticum, extra de pœnitentia, & remissione, capitulo quòd in te. a fortiori ergo cætera sacramenta non dabuntur, nisi existentibus in via. damnati tamen & beati sunt extra viam. s. in termino, ideo claues non possunt eis proficere.

De existentibus in purgatorio dicendum ēt ꝙ non possunt eis prodesse claues absoluendo, & ligando. Primo, quia claues habent exercitium super viatores: existentes tñ in purgatorio licet non sint proprie in termino: magis tñ sunt in termino, quam in via. nam ad viam pertinet currere. est autem currere proficere quoddam, sed manentes in purgatorio iam non proficiunt, quia non possunt mereri, quod tamen habēt omnes maculas hic. Secunda conditio viæ est incertitudo de exitu, & sine sine termino. existentes tamen in purgatorio determinati sunt ad vitam ęternā, quā infallibiliter habebunt, ideo non exercetur super eos clauis. Secundo, & pręcipue, quia vsus clauium solū exercetur super viuentes, quandiu manent apud nos, ita enim expressit Christus in collatione clauium de signis efficaciam earum. s. quodcunque solueris sup terram erit solutum, & in cęlis, & quodcunque ligaueris super terrā &c. existentes tamen in purgatorio nō sunt super terram, sed sub terra qui non pertinent ad cōicationem nostram, ideo non pōt super eos exerceri vsus clauium. Tertio, quia vsus clauium est in absoluendo a peccatis eos qui confitentē, qui tñ sunt in purgatorio iam non confitentur, ideo neque pñt absolui. Quarto, quia absolutis imponitur aliqua pnīa agēda, & tenetur semper confessor imponere pnīam aliquā, vt ostensum est. s. q. 81. & tñ existentibus in purgatorio nulla pnīa imponi pōt, nec illi possunt eam pagere, ergo nec pōt super eos exerceri vsus clauiū. Quinto, quia absolutis imponitur satisfactio, quæ fit p opera meritoria, neque pōt quis satisfacere, nisi merēdo, & ideo qui in pctō mortali sunt, qui mereri non pñt, etiam non possunt satisfacere, & tamen existentes in purgatorio non possunt mereri, sed solum penā tolerare, ergo neque proderit clauis quidquam absoluendo eos. Sexto, quia sacrm pnīæ introductum fuit pp peccata mortalia: ista. n. tenemur ꝯfiteri, eo ꝙ venialia non separant nos a Deo; existentes tamen in purgatorio constat nō esse in mortali, sed in charitate, ergo non est vsus clauium super eos in absoluendo a peccatis.

Sed obiicietur quid si aliquis mortuus apparet in corpore assumpto, & confiteri vellet sacerdoti, an absoluere deberet eum, & an prodesset ei vsus clauium.

Dicendum, ꝙ hoc non est faciliter cōcedendum: mortui, n. non desiderant confiteri, neque petunt vnquam cōfessorem. Et ratio est, quia aut mortuus erit in vita æterna, aut in inferno, aut in purgatorio. Si primo modo non est eis necessaria. Si secundo mō non est eis vtilis, quia non possunt liberari de pena, etiam quia confessio non prodest, nisi ei qui dolet de pctō, & tamen damnati non possunt dolere de pctō, inquātum per illud offenderunt Deum, quia iste esset actus formatus gratia, & esset meritorius. Si tertio mō non est confessio necessaria, quia confessio tunc est necessaria, quando aliter non potest peccatū deleri, & hoc est quantum ad peccata mortalia, & tamen existētes in purgatorio non sunt in mortali, ideo non est eis cōfessio necessaria. Etiam quia non pōt esse eis meritoria, nam post vitam nemo potest mereri. Et huius signum est, quia interdum apparent animæ defunctorum, quæ igne purgatorio detinentur, & manifestant aliqua onera in quibus decesserunt. s. quia detinebant aliena, vel quia offenderunt proximos in aliquo, pro

F quo est necessaria restitutio, vel satisfactio actualis, & iubent, vel petunt, vt in his satisfiat, & tamen non petunt aliquando cōfessores, quia licet ista onera eis manebant quando decesserunt, tamen in peccato nullo decesserunt, quia de omnibus mortalibus doluerunt, siue in generali, siue in particulari, sicut eis occurrit, & ita iam non manebat peccatum aliquod, licet manerent onera satisfactionis, confessio ergo sacramentalis istis non est vtilis.

Si autem dicatur, ꝙ interdum animę solutæ corporibus petiuerint absolui, & confiteri, non est verisimile, sed magis erit fabula, quam quisquā sibi cōfingat. Si tñ hoc concedere vellimus: dicemus ꝙ nō petunt confessionem, aut sacramentalem absolutionem, tan G quam necessaria sit, aut aliqualiter vtilis eis, sed ad vtilitatem nostram: multa. n. Deus concedit fieri in morientibus, quæ ad solam vtilitatem nostram sunt, aut saltem præcipue ad hoc, vt ꝙ nobis appareāt, & ꝙ notificent magnitudinem cruciatus sui, vt per hos nos timore emendemur. Sic esse poterat, ꝙ quis de mortuis peteret absolutionem, & confessionem, vt nos agnoscamus quantæ vtilitatis sit confessio, & sacramē talis absolutio. Sic enim factum refert dialogorum lib. 2. Gregor. de moniali, quam excōmunicauit beatus Benedictus, & contigit eam excommunicatam decedere, cum autem in missarum quotidiana celebratione nutrix monialis defunctæ offerret pro ea mu H nera ad altare: clamante diacono omnes excommunicati exeant foris, videbat de sepulchro dictę monialis eam egredientem exire ecclesiam. Quod cum pluries factum esset, consultus pater Benedictus dixit factum esse, quia excommunicata decesserat, quam cū absoluisset, nunquam de cætero egredi visa est clamāte diacono, vt excommunicati foris exeant. Manifestum est tamen, ꝙ huic moniali absolutio ab excommunicatione non erat necessaria, nam ipsa licet excōmunicata decesserat, erat in purgatorio, quia forte immemor excommunicationis erat, vel decedens de ea doluit, & absolutionem petere nequiuit, & ideo non obstante excommunicatione illa itura erat ad vitam æternam, cum esset in purgatorio, ideo non proderat I sibi absolutio ad habendum vitam æternam. Etiam nō poterat prodesse ad aliquid aliud, nam excommunicatio est sententia qua priuatur quis participatione sacramentorum, & cōione fidelium, sed mortui non pñt participare in sacris, quia nullum sacrm recipiūt. Etiam quia non sunt eis vtilia, vt dictum est. Etiā non cōicant cum fidelibus in eis, quæ homines cōicant: cum non sint inter nos, ideo non obest eis excōicatio, neque habet locum quantum ad eos, sed solum proprie quantum ad viuentes. Et si obiiciatur, ꝙ aliq post mortem excommunicantur, vt illi qui comperiuntur decessisse in hæresi. Dicendum, ꝙ non sit, tanquam possit obesse talis excōicatio, quia tales damnati sunt: damnatis aūt nihil potest nocere amplius ex K cōicatio, neque aliquid factum ab ecclesia, cum ipsi iam recipiant pęnam suam taxatam, sed fit hoc ad terrorem, vt videatur, quam graue fuerit delictum illud, pro quo ēt defuncti excōicantur. Etiam fit, vt nemo perdat orationē, quam pro illis facit. nā cum quis defunctus ab ecclesia excōicatur interdicitur oībus orare pro illo. Si autem dicatur, ꝙ obest excōicatio mortuis ēt manentibus in purgatorio, quia orationes ecclesiæ non prosunt eis per quas alias poterant adiuuari ad faciliorem liberationem de pęna.

Dicendum, ꝙ idem est de iuste excōicatis, manentibus tamen in purgatorio, quod de iniuste excōicatis viuentibus, nam viuentes excommunicati iniuste cū sint in charitate non priuantur fructu bonorum operum totius ecclesiæ. Potest autem bonum opus vnius dupli-

dupliciter prodesse alteri. vno modo ex colligantia, A quę est per charitatem. alio mō ex intentione facientis, qui vult, ꝙ opus suum bonum prosit alteri. Primo modo opera bona cuiuscunque hominis boni prosunt cuicunque alteri manenti in charitate, ēt si iste non intendat hoc, neque agnoscat illum, & quia iniuste excommunicatus non est in pctō mortali prosunt ei oīa suffragia ecclesię. Secundo mō opa bona ecclesię non prosunt iniuste excommunicatis inquātum ecclesia orationes suas dirigens in Deū nō intēdit participare fructum earum excommunicatis, & ideo licet suffragia ecclesię prosint iniuste excoicato: magis tñ prodessent si non esset excōicatus, & idē est de excōicatis iuste manentibus in purgatorio: nā illi in charitate manent: licet excommunicati decesserīt, quia forte immemores erant excōicationis, vel non potuerunt absolutionem obtinere, aut petere morte B preoccupati. de excōicatione tñ doluerunt, & ideo omnia suffragia ecclesię proderunt eis primo modo: licet magis prodessent si non essent excōicati. Et tñ dicendum, ꝙ non ideo mulier ista excōicata apparuit egrediēs de sepulchro, vt absolueretur, & prodessent sibi suffragia, quia tunc fuisset facta aliqua ostensio ex verbis, aut factis eius ad hoc, sed nihil fuit.

Dicendum ergo, ꝙ non fuit illud pp ipsam mulierem, vt aliquid ei prodesset absolui, sed ad ostendendum quantę sit efficacię sententia excōicationis, & vt nō contemnatā a nobis, cū & ipsi mortui excōicati cogantur exire de ecclesia. Et apparet, ꝙ hoc fiebat solum ad ostendendum nobis aliquid, & non, ꝙ in veritate sic esset: nam etiam si excommunicatio vires teneat super defunctos, tamen non cogeret eos exire de sepulchris: nam anima defuncti non erat in sepulchro, ideo non egrederetur de sepulchro. Secūdo, quia si excommunicatio posset mortuos de ecclesia abiicere, postquam abiiceret non possent redire quandiu manerent excommunicati, & tamen monialis ista sępe visa est egredi de sepulchro, ergo non fiebat hoc in veritate, sed ad ostēsionem. Tertio, quia si excommunicatio posset abijcere defunctos de ecclesia semper teneret eos foris, & nunquam intrassent in illam post mortem: cū excommunicati decesse- D rint, & sic, nunquam ista monialis posset egredi de ecclesia, quia non potuisset post mortem intrare in illā; & tamen sępe intrauit, & exiuit, & manebat diu in ea, ergo non erat in veritate, sed ad ostensionem pro nobis. Quarto, quia sententia excommunicationis, nunquam incipit hr̄e vires de nouo, nisi qñ ꝓfert, & ita non compelleretur mulier defuncta egredi de sepulchro tunc, qñ diaconus, vel minister dicebant, ꝙ excōicati exirent, quia tunc non proferebatur excōicatio, ideo vel semper prius foris staret, vel non exiret tunc, quia non resumebat tunc vires aliquas excōicatio quibus cogeretur mulier tunc exire, & prius non.

Dicendum ergo, quòd omnia hęc ad manifestationem facta sunt, & ideo primum fuit, ꝙ illa mulier excommunicata erat, quę de ecclesia exibat: nā si non E videretur egredi de sepulcho nesciretur an erat mulier illa, quæ excommunicata decesserat, ideo oportuit, ꝙ videretur inde exire. Secundum fuit, vt posset sępe egredi: nam si semel tantum egrederetur, non esset forte causa dubitandi, & inquirendi patrem Benedictum, quia tamen totiens exire visa est, fuit sufficiens causa inquirendi de hoc quid esset, & inueniendi veritatem. Tertium fuit, quia si non esset aliquando similitudo illa mulieris defunctę intra ecclesiam, nunquam videretur exire, & sic non posset ostendi, quod Deus ostendere volebat, scilicet quòd propter excommunicationem abiiciantur homines de ecclesię cōsortio. Quartum fuit, quia si alio tempore egre-

deretur: nesciretur cur hoc fieret, cum autem clamāte ministro illa exiret, apparebat, quòd egrediebatur propter excommunicationem, & ita non fuit ista apparitio, vt ista mulier absolueretur, quasi ei esset vtilis absolutio, sed vt ostenderetur nobis quantum excommunicatio timenda foret, quę apud plurimos contemnitur. (Nota historiam.) Sic etiam diebus nostris visum est, quidam enim excommunicatus decesserat dolens tamen de peccatis, sed rapiente morte neque absolui potuit neque absolutionem petere, hic enim quendam de cognatione sua superstitem habebat, qui ei viuente, sicut, & sanguine propinquus, ita & affectione, & familiaritate charus erat, vir quidem hominibus simplex, sed Deo charus pecoris custos. Huic sępe cognatus defunctus de caligine aeris propinqui alloqui solitus erat: crebro eum admonens dięcesanum petere, & ei iam defuncto a vinculo excommunicationis quo tenebatur absolutionem obtinere, quem licet viuens non videret, alloquio tamen, & ceteris ostensionibus erat sibi notissimus, tandem vir ille simplex dięcesanum clamans adiit, vt cognatum suum absolueret, & cartam obtulit in qua ei absolutionem de scriptura traderet, quod prælatus simplicitati suę condescendens egit, quo facto defunctus laudauit cognati sui opus, neque cętero eū allocutus, quem prius crebris, & importunis petitionibus infestabat. quę omnia manifestum est propter nos solos fieri, vt discamus ecclesię potestatem timere, & vene- C rari: quam multi contemnunt. claues igitur sacerdotales super defunctos in purgatorio manentes nullum vsum habent soluendo, & ligando.

An concessio indulgentiarum existentibus in purgatorio prosit, & plura de eis differuntur. Et quod ecclesia vniuersalis non fallit, neque fallitur circa ea, quæ sunt fidei.

Quæst. XC.

SI autem quęratur de secundo, scilicet de concessione indulgentiarum, quæ a potestate clauis descendunt an existentibus in purgatorio prosit.

Dicendum, ꝙ aut quęritur an mortuis possint directe concedi indulgentię: aut an indulgentię concessę viuentibus possint mortuis prodesse.

Circa primum dicendum, quòd defunctis directe nullæ indulgentiæ concedi possunt, & dicuntur directe concedi, quando eis conceduntur non facta mentione de viuentibus, neque pro aliquo opere facto a viuentibus, & ita non possunt concedi. Primo ex defectu iurisdictionis, concessio indulgentiarum est actus iurisdictionis: & iurisdictio ecclesię non se extendit directe ad mortuos, & dixi directe, quia indirecte bene se extendit, sicut aliquos excommunicat ecclesia post mortem, tamen excommunicare pure est actus iurisdictionis, sed indirecte exercetur iurisdictio super illos, quia per istam excōicationē non priuantur ipsi cōsortio nostro quo priuati sunt, quia damnati sunt, sed priuant nos consortio eorū. s. quia interdicit nobis orare pro illis, sicut ecclesia excōicat Iudęos: non quidem, quòd hęc sententia directe teneat, & alliget Iudęos, & paganos, qui extra ecclesiā sunt, sed alligat nos quòd non communicemus cum eis. Quòd autem non se extendant claues ecclesię ad defunctos, patet in concessione, vel promissione earum: vbi ipsarum efficacia ostenditur, scilicet quodcunq; ligaueris super terrā, &c. defuncti tñ non sunt sup terrā. Secūdo qa ꝯcessio indulgētiarū nō fit sine aliqua cā, vñ semp imponit aliquod opus ei cui ꝯcedit indulgētia, & debet eē tale opus, ꝙ redūdet in honorē,

& cultum Dei, aut in vtilitatem ecclesiæ.mortuis tamen nullum opus imponitur,neque imponi potest, ideo non potest eis concedi directe indulgentia.

Si autem queratur an indulgentię viuis concessæ prosint mortuis.

Dicendum,quòd aut queritur quantum ad ipsum, quod conceditur per indulgentias, s. quòd illud proueniat mortuis, aut quantum ad fructum operis eius qui exequitur,quod iubetur, vel imponitur per concedentem indulgentias.

Si quantum ad secundum non est dubium quin prosint mortuis indulgentiæ, sed non proprie dicitur illis indulgentia prodesse, sed opus bonum obtinentis indulgentiam.

Vt si sit indulgentię forma, quòd vadens peregri- G
nando ad talem ecclesiam habeat centum dies indulgentiæ, & aliquis vadit illuc pro anima alicuius defuncti: non obtinebit defunctus illos centum dies indulgentiæ,sed viuens,qui vadit. defunctus tamen habebit aliquam alleuiationē ex opere bono istius, inquantum iste voluit transferre in eum opus suum bonum. Sicut siquis det eleemosinam pro defuncto, aut oret, vel ieiunet, non est dubium quin prosit eis, licet pro his actibus non sit concessa aliqua indulgentia, ita igitur peregrinando ad ecclesiam, in qua sunt indulgētiæ,alleuiabitur in aliquo defunctus pro quo fit. sicut alleuiaretur etiam si peregrinantibus ad
illam ecclesiam nulla esset indulgentia, quia non po- H
terat tolli, quin esset actus meritorius, & satisfactorius.

Si quantum ad primum dicendum, quòd attendenda est forma concessionis indulgentiarum, quandoque enim taliter conceditur indulgentia, quòd mortuis proficere non potest, quia repugnant eis conditiones concessionis; interdum autem non repugnant. Primo modo non prosunt indulgentię defunctis, scilicet, quòd applicetur eis id quod per indulgentias conceditur, vt si concedatur, quòd visitans limina alicuius ecclesiæ habeat centum dies indulgentiæ, visitare limina non potest mortuus, quia non competit ei peregrinari, ideo illos centum dies indulgentiæ non potest habere defunctus,quia per se non potest acquirere. Etiam viuens,qui visitat limi- I
na illius ecclesiæ non potest transferre in mortuum istam indulgentiam. nam cum indulgentia ista sit concessa ab ecclesia, non potest prodesse alicui, nisi secundum intentionem ecclesiæ,& tamen iuxta conditiones appositas non prodest talis indulgentia, nisi viuenti: ergo non potest viuens transferre vtilitatem illius in defunctos.

Ex hoc autem patet falli eos, qui morientes statuunt, quòd aliquis pro eis eat ad sanctum Iacobum tempore indulgentiæ, quasi per hoc ipsis proueniat illa remissio plenaria peccatorum. nam illa concessio fit eis qui visitant limina beati Iacobi, vt absoluantur plenarie de omnibus peccatis, de quibus corde contriri,& ore cōfessi fuerint. mortui autem neque pos- K
sunt visitare limina beati Iacobi, vt absoluantur plenarie de omnibus peccatis,neque confiteri, ideo non potest quis in eos transferre illam indulgentiam. Verum est tamen, quòd prodest eis illud opus nō quasi ibi sint indulgentiæ, sed quia pro animabus suis iubēt fieri aliquod opus bonum, sed remissionem plenariā obtinebit ille qui pro alio iuerit si confiteatur, & doleat de peccatis. Vnde circa tales peregrinationes melius erat morientibus, aut quibuscunque aliis largiri expensas illas in alia opera pia, quam mittere peregrinantes ad loca vbi sunt indulgentiæ,cum fraudentur circa intentionem suam principalem. s.quia non obtinent indulgentiam concessam euntibus ad loca il-

F la. Si autem forma talis sit, vt possit extendi ad mortuos: obtinebunt ipsi indulgentias (vt plurimi asserunt)per actus viuentium,vt si concedatur sic. quicūque fecerit tale opus, ipse vel pater eius, aut quicunque cognatorum suorum in purgatorio detentorū, quem ipse elegerit, habebit tantum de indulgentia. Et dicunt, quòd causa huius est, quia nulla ratio est, quare ecclesia possit transferre merita communia, quibus innituntur indulgentiæ in viuos, & non in mortuos,& sic tenet Albertus, & beatus Thom. de Aquino,& quidam alii.

Aliqui dicunt,quòd non possit hoc stare. Primo, quia tunc Papa posset liberare omnes qui sunt in purgatorio,quod non videtur conueniens, quia sic euacuaret ordinem punitionis a Deo instituę.Secundo, quia sic dirigerentur indulgentię ad defunctos, & tamen ecclesia non exercet super defunctos opus aliquod iurisdictionis.

Dici potest,quòd in casu dato possint indulgentię prodesse defunctis, quamquā aliqua difficultas subapparęat,& tamen propter ecclesię consuetudinem, quæ non errat,videtur hoc concedendum:nam ecclesia quando facit prędicare crucem, consueuit dicere, quòd quilibet cruce signatus indulgentiam habeat pro seipso,& pro duobus aliis, vel tribus, & quandoque pro decem animabus, tam viuorum,quā defunctorum: ecclesia tamen falleret hic nos, vel falleretur,& vtrunque est inconueniens, falleretur enim ipsa si crederet, quòd proderant mortuis indulgentię, & non prodessent: falleret autem nos si ipsa sciret, ꝙ non prodessent mortuis indulgentię, & prędicaretur nobis,quod proderant:ecclesia tamē vniuersalis, nec fallit,neque fallitur circa ea,quę sunt fidei, licet eccle sia,idest iudex particularis ecclesiæ sæpe fallat, & fallatur,vt extra de senten.excommunic.c.a nobis. ergo mortuis prodest indulgentia concessa in cruce signatis,& tamen indulgentiæ istæ nō dantur mortuis, sed viuentibus,& pro actibus viuentium, quia ille qui cruce signatur obtinet indulgentiam pro se, & aliis, tam mortuis,quam viuis.

Ad primum dicendum, quòd Papa non potest liberare pro suo arbitrio omnes existentes in purgatorio, quia hoc esset si super illos directam iurisdictionē exerceret, & tamen non exercet iurisdictionem sup eos directe,sed super viuos,& ideo nō concedit mortuis illas indulgentias, sed viuis, & etiam pro actibus virorum, facit tamen hanc gratiam viuis, ꝙ ipsi possint transferre has indulgentias in quos voluerint, tā in viuos,quam in defunctos, Etiam tales indulgentiæ,nunquam possunt concedi sine causa rationabili, vt oēs doctores fatentur, & tñ non occurrit in promptum talis causa,ſm quam fructus indulgentiarū concessarum viuentibus possit extendi ad omnes existētes in purgatorio,cum quotidie tot animæ defunctorum illuc descendant, ideo non est in arbitrio Papæ euacuare purgatorium,

Ad secundum dicendum, quòd indulgentiam nō dirigit ecclesia in defunctum, ita quòd Papa dicat volo, quòd talis aīa, quæ est in purgatorio liberetur inde, vel quatuor animæ exeant nunc de purgatorio, quia iste esset directus vsus iurisdictionis, hoc autem dicunt non posse facere ecclesiam,tum quia non habet iurisdictionem, nisi super viuentes, tum quia necesse est ad obtinendum indulgentias facere illud,ꝙ quo dantur indulgentiæ,quia nunquam indulgentię concedi possunt sine aliqua iusta causa. & tamen defuncti non possunt facere id quod imponitur in concessione indulgentiarum.Etiam quia eis directe nihil potest ecclesia imponere agendum, ideo non potest eis concedi indulgentia, sed conceditur viuis a quibus inter-

interdum redundat in eos, si forma concessionis hoc A
exprimat.de indulgentiis hoc per accidens occasione absolutionis sacramentalis tactum est:de eis alibi.s.in libro nostro de indulgentiis,& potestate Papæ latissime dictum est.

Tunc pręcepit discipulis suis, vt nemini dicerent, quia ipse esset Iesus. Exinde cępit Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Hierosolymam, & multa pati a senioribus, & scribis, & principibus sacerdotum,& occidi, & tertia die resurgere. B

Tunc præcepit. Suprapositа est confessio verę fidei: hic autem imponitur occultatio illius ad tempus occasione Iudaicæ perfidię,& dicitur.

Tunc præcepit. Scilicet quando Petrus dixit Christo. tu es Christus filius Dei viui. *Discipulis suis.* Scilicet omnibus, qui aderant: nam Petrus coram omnibus illis hoc confessus est, ideo oportuit, quòd omnibus silētium imponeretur:ne quis hoc publicaret.Ex hoc apparet, quòd licet solus Petrus hanc confessionem protulerit:tamen ista erat omnium discipulorum,scilicet quòd omnes idem confiterentur si a quolibet eorum sigillatim peteretur confessio, vel expectasset illam Christus, quia aliàs si alii discipuli non crederēt C
hoc,sed solus Petrus, non esset necessarium imponere illis, quòd tacerent: nam non dicerent illum esse Christum si non crederent, & tamen imposuit,ergo omnes confitebantur id, quod Petrus,licet non expressissent ore.

Vt nemini dicerent. Voluit hoc manere occultum aliquanto tempore, ideo interim tacere debebant.

Quia ipse est Iesus Christus. Idest quod tacerent eum esse Christum: nam quòd esset Iesus non oportebat taceri, quia hoc erat nomē eius apud omnes notum, ita enim eum vocabant, quòd tamen esset Christus erat ignotum, & hoc taceri pręcepit. Iesus enim nomen personale ex quo multi vocabantur. Christus autem nomen dignitatis erat, scilicet Messias,& hoc D
ignotum erat.

Et exinde cępit. Scilicet postquam confessi sunt eū esse Christum: cępit ostendere, quòd passurus erat pro nobis.

Ostendere discipulis suis. Idest prędicare eis,vel docere. *Quòd oporteret eum ire in Hierosolynam.* Ibi.n.passurus erat. nam nunc non erat in Ierusalem, & ideo passio sua erat expectanda quousque iret in Ierusalem.

Et multa pati. Scilicet condemnari: flagellari: conspui:nudari:crucifigi,& occidi. *A senioribus.* Ponuntur isti omnes, quia isti fuerunt actores, & iudices,& consiliatores in morte eius. & vocantur seniores illi 70.qui constituti erant,vt iudices summi in domo cōsilii,& iudicii. & isti sunt, qui per successiones descenderunt semper ab illis senioribus,quos elegit Moyses in adiutores regiminis, & Deus constituit illos super totum populum simul cum Moyse. & mortuo aliquo istorum subrogabatur alius, & ita semper factū est,& durabat iurisdictio ista seniorum vsque ad Christum, vt dictum est supra 15.cap.q.8.& erant isti cum summo sacerdote in Ierusalem, & ad istos deuoluebantur omnes magnę causę, quę erant inter Iudæos, nec licebat declinare ad dextram,neque ad sinistram a sententia eorum, & isti seniores fuerunt in condēnatione Christi. Luc.22.scilicet cum factus esset dies seniores plebis conuenerunt, & principes sacerdotū, & scribę,& duxerunt Christum in concilium suum, dicentes,si tu es Christus dic nobis, & omnes condēnauerunt eum esse reum mortis. Marc.14.

Et scribis. Isti erant doctores legis, qui etiam valde insistebant contra Christum, quasi ipse esset euersor legis, cum ipse illos acriter argueret de hypocrisi, & rapacitate,auaritia, & multis vitiis infra 23.

Et principibus sacerdotum. Proprie loquendo vnus erat princeps sacerdotum, idest summus sacerdos, & tamen multi vocantur summi sacerdotes, vel principes sacerdotum apud euangelistas. vt dictum est supra 2.c.q.26.& dicetur Lucę 3.c.isti erant pręcipui, qui fuerunt in morte domini. nam ipsi fuerunt maiores principatu inter Iudęos,& maxime persequebā- B
tur Christum, nam quando primum diffinitum est debere Christum occidi, Caiphas, qui erat princeps sacerdotum hoc consilium dedit.Io.11.& ipsi principes tradiderunt Christum Pilato. Ioan.18.gens tua,& pontifices tui tradiderunt te mihi.

Et occidi. Scilicet postquam multa pateretur. *Et tertia die resurgere.* Scilicet tertia die a morte sua, quod ad consolationem discipulorum dictum est.

Quomodo Christus iussit discipulis tacere, quòd ipse esset Christus,cum iussisset eis, quòd prædicarent ipsum esse Christum. Quæst. XCI.

QVAERETVR quomodo Christus iussit nūc discipulis tacere, quòd ipse esset Christus, cum ante hoc mississet eos ad prædicandum, & sic diuulgare debebant eum.

Aliqui dicunt, quòd ante hoc nunciauerunt eum esse Christum,idest Messiam, sed non nunciauerunt esse Iesum Christum, idest Messiam, & saluatorem, nam esse Christum dicit dignitatem, esse Iesum dicit saluatorem, ipse autem non vetuit nunc dici, quòd erat Christus, sed quòd erat Iesus Christus. Sic dicit Hierony.scilicet cum supra mittens discipulos ad prędicandum iusserit eis, quòd annunciarent aduentum suum, videtur esse contrarium, quod hic pręcipit ne se dicant Iesum esse Christum, & respondit dicens, mihi videtur aliud esse Christum prædicare aliud Iesum Christum, & Christus commune dignitatis est D
nomen, Iesus proprium vocabulum saluatoris.

Sed dicendum,quòd non stat, quia Christus vetuit annunciari id, quod nunc Petrus confessus fuerat de eo, & tamen Petrus confessus est eum Christum esse filium Dei viui, & non dixit aliquid de Iesu.ergo non vetuit taceri, nisi ipsum esse Christum filium Dei viui. Quòd autem Iesus esset,non erat aliquid speciale, quia plurimi apud Iudæos hoc nomine vocabantur. Etiam non erat aliquid, quod occultari posset, quia istud erat commune nomen eius, ideo non iussit hoc occultari, cum sic communiter ab omnibus vocaretur.Quòd autem dicitur,quòd iussit tacere,quòd ipse esset Iesus Christus.non est sensus,quòd tacere iusserit eum esse Iesum,sed tacere,quòd ipse,qui Iesus vo- E
cabatur,esset Christus.

Alii dicūt, quòd quādo discipuli a principio missi sunt ad prędicandum, non missi sunt dicere, quòd ipse erat Messias, sed ꝙ erat quidam Sanctus Propheta,& hoc non iussi sunt,nunc tacere discipuli, sed iussi sunt tacere ipsum esse Christum, idest Messiā, quod ante hoc non prędicauerant. sic tenet Origenes, & Nicolaus.

Alii dicunt, quòd a principio prędicatum fuit de illo, ꝙ Messias esset,& tamē cito ab illa prędicatione Apostoli tacuerunt,& sic mā sit occultum vsque post Christi mortem.

Alii dicunt, quòd Christus mandauit discipulis, quando misit eos ad prædicandum, ꝙ annunciarent eum

eum esse Christum, non quidem tunc, sed post mortem suam, nunc autem ante mortem taceri iussit, & sic intelligenda est ibi recapitulatio. Sic dicit Origenes de his tribus, scilicet tunc quidem de eo leuiter annunciabant, quasi de magno, & mirabili viro, Christum autem esse eum nondum annunciabant. Qui autem vult Christum, etiam prius prędicatum esse ab Apostolis: dicit quoniam leuiter prępmittere voluit eos mentionem nominis sui, vt interim facto silentio prędicationis huius, hoc ipsum, quod leuiter de Christo auditum fuerat, digeratur in sensibus auditorum. Aut ita soluenda est quęstio, vt videantur ea, quę superius de annunciando Christo sunt dicta, non ad tempus pertinere, quod fuit ante Christi resurrectionem, sed ad tempora post futura.

Dicendum, ꝙ quęstio ista fundatur super falsa existimatione, nam Christus non misit discipulos ad annunciandum se esse Christum, neque vt annunciarēt Messiam venisse, quia hoc nullus locus euangelicus asserit, sed solum annunciabant regnum cœlorum, sic enim Christus dixit supra 10. euntes dicite appropinquauit regnum cœlorum, & consequenter annūciabant quis miserat illos, scilicet Iesus Nazarenus propheta magnus, vir potens opere, & sermone Lucæ 24. non tamen dicebant eum esse Messiam, quia necdum ipsi plene hoc nouerant. Cum autem dicit Hierony. quòd annunciabant aduentum eius, non est intelligendū, quòd annunciarent venisse Messiā, sed annunciabant venturum Iesum ad loca, ad quæ ipsi ibant, & hoc faciebant 72. discipuli quos Christus mittebat binos ante faciem suam in omnem locum, & ciuitatem quo ipse esset venturus. Lucę 10. quantum ad hoc prima trium positionum quas ponit Origenes, satis consonat veritati, & illam tenet Nicolaus.

Tertia non stat. primo, quia non est verisimile, ꝙ Christus a principio iusserit discipulis prędicare, quòd erat Christus, quia si hoc prędicassent conuenissent ad eum Iudæorum plurimi, & cum tot miracula faceret facile crederetur, & ita impediretur passio sua, & ita innuitur hic, quia cum dixit, quòd tacerent hoc addidit cām, scilicet Christus multa passurus erat, & supplendum est, quòd si diceretur, ꝙ erat Christus impediretur passio sua. Secundo, quia si istud prędicassent discipuli Iudęis, multi eorum crederent illum esse Messiam, & quando Christus quæsiuit a discipulis quem dicerent eum turbę, & ponerentur opiniones omnium, poneretur, quòd aliqui dicerent eum Christum, & tamen non ponitur hic inter ea, quę populus credebat de Christo, ergo populus non audierat prędicari illum esse Christum. Tertio, quia si Christus misisset discipulos ad prędicandum hoc, saltem ipsi certi essent, quia ille esset Christus, & tunc non quęreret ab eis Christus nunc quid crederent de eo, nam multo tempore postquam miserat eos ad prædicandum quęsiuit ab eis, vos autem quem me esse dicitis? & Petrus confessus est eum esse Christum, si tamen ille misisset eos ad prędicandum esse Christū, certum est, quòd non quęreret ab eis quid crederent de illo, quia ipse dixisset quid crediturі essent, ergo non miserat eos ad prædicandum hoc. Quarto patet, quia si Christus iussisset prius prædicari se esse Christum, nulla causa esset, quare nunc taceri iuberet, & tamen iussit, ergo non fuerat prius hoc prædicatum de eo.

Sed dicendum, quòd ante hoc ignotum erat apud discipulos per omnimodam certitudinem eum esse Christum, licet aliquo modo forte scirent, ideo tacebant, nunc autem, quia hoc sciuerunt, oportuit, quòd iuberetur eis tacere, quia alias publicarent illud.

Quarta opinio non est conueniens. Primo, quia fal-

F sum supponit, scilicet quòd Christus dixerit discipulis, quòd prædicarēt Christum eum esse, vt ostensum est. Secundo, quia si illis diceret se esse Christum, quādo misit eos ad prędicandum, diceret eis hoc pro illo tempore quo mittebat ipsos ad prędicādum instruēs quid prædicare deberent, nam non erat satis verisimile, quòd quando misit eos ad prędicādum ante mortem suā a principio diceret eis quid prędicaturі essent post resurrectionem, sed solum ea, quæ pro eo tempore prędicaturі essent, sic patet supra 10. vbi primo misit eos ad prędicandum, & docuit eos vbi deberent prædicare, scilicet non in vrbibus Samaritanorum neque gentilium, & quid deberent prædicare, scilicet appropinquabit regnum cœlorum, sed infra 28. vbi

G ponitur, quòd miserit eos ad prædicandum post resurrectionem dicitur, quòd miserit ad prędicandum ad omnes gentes, scilicet docete omnes gentes. Etiā dixit quid deberent prædicare, scilicet quòd baptizarentur in nomine patris, &c. & idem Mar. 16. ergo nō diceret nunc quid prędicaturі essent secūda vice post mortem suam. Tertio, quia tunc supponeretur, quòd Christus iam reuelasset eis se esse passurum, & quod ipsi post mortem eius prædicaturі essent, sed falsum est, quia tunc non increparet Petrus Christum, quādo dixit, ꝙ passurus esset, sicut nunc fecit infra in litera, ergo nesciebant hoc. Quarto, quia si hoc eis prius reuelasset, non ignorarent quid esset Christū esse passurum, & tamen ignorabant hoc, erat enim verbū absconditum, & velatum ab eis. Lucę 9. ergo non reue-

H lauerat hoc Christus discipulis ante hoc, nec miserat eos ad prædicandum, dicens eis, ꝙ esset Christus, sed nunc nouiter cognitum fuit per certitudinē Christo loquente ad eos. dicendum est ergo, sicut supra.

Quare Christus dixit discipulis, quòd tacerent nunc ipsum esse Christum. Quæst. XCII.

QVAERETVR quare Christus dixit discipulis, quòd tacerent ipsum esse Christum, & quare nunc dixit hoc.

Dicendum, quòd primo fuit, quia nunc nouiter occurrebat causa dicendi hoc, nā ante istud, etiam si discipuli suspicarentur Iesum esse Christum,

I tamen non cognouerant per omnimodam certitudinem, quia nunquam Christus hoc asseruerat, nunc autem Petro confitente hoc, Christus illud verum esse asseruit dicens, quòd pater suus illud reuelauerat ei, & ita certificati vellent prædicare ipsum esse Christum, quia ad magnam laudem eius pertinebat, ideo nunc inhibuit, & non ante hoc. Secundo, quia dato, ꝙ discipuli ante hoc crederent Iesum esse Christum, & essent de hoc certificati, cum Christus non dixisset eis neque petiuisset ab illis confessionem, forte putarent, quòd vellent rem tacitam manere, nunc vero cum quęsiuisset ab eis quid crederent de ipso, & ipse approbasset eorum fidem, putarent, quòd volebat rē istam publicare, & prędicarent illud, ideo nunc iussit,

K quòd tacerent, & hoc est quare nunc potius, quam aliàs taceri iussit.

Cum autem quæritur quare iussit taceri. Dicendū, quòd fuit primo, vt non impediretur passio sua. Christus enim venerat nos redimere per mortem suam, & tamen si agnosceretur esse Messias, nunquam regem glorię crucifixissent, ideo debuit occultari hoc, & ita iussit taceri, quia tamen si penitus Christus subtraheret cognitionem suam Iudæis, non multum peccarent occidentes eum, & nihil peccarent non recipiendo eum, de quo non poterat constare an esset Messias, debuit se talem ostendere eis, vt agnoscere possent eum Messiam, & ideo talia, & tanta miracula

fecit

fecit qualia ante eum nemo fecerat, & per quędam A verba circumloquendo ostendebat se esse Messiam, licet aperte non diceret, vt patet Ioan. 5. & 10. & propter hoc non erant excusabiles iudęi non recipiendo eum. Ioan. 5. si non venissem, & opera non fecissem in eis, quę nemo alius fecit, peccatum non haberent. Et ista fuit causa prępcipua, quod apparet, quia mox, vt dixit eis, quòd nemini dicerent, subiunxit causam, scilicet cępit eis ostendere, quòd oporteret eum ire Ierosolymam, & multa pati. Secundo fuit propter scandalum, & periculum in fide: nam si Christus semel prędicaretur esse Messias, & a quibusdam crederetur, & postea occideretur: cum oporteret eum occidi pro nobis infirmi scandalizarentur, qui putabant Messiā non moriturum, sed temporaliter regnaturū, & ideo quando rursus prędicaretur eum esse Messiam difficulter crederetur, melius ergo fuit, quòd nunquam B prędicaretur eum esse Messiam vsque post mortem & resurrectionem, quia iam cum nihil ignominiosum passurus esset, poterat conuenienter prędicari de eo, quòd Messias esset, & Deus. Sic dicit Hiero. nō prodest Christum publice prędicare, & eius populis vulgare maiestatem, quem post paululum flagellatū visuri sunt, & crucifixum. Sic etiā dicit Chryso. quod enim semel radicatum est, & deinde euulsum: si iterū plantetur difficile retinebitur apud multos, quod autem, postquam infixum est semel mansit immortale facile prouehitur ad augmentum. istud scandalum esset apud infirmos, qui veritatem scripturarum non C sciebant: nam ita fuit de discipulis Christi duobus. Lu. 24. scilicet nos autem sperabamus, quòd ipse redempturus esset Israel, scilicet dum viuebat: nunc autem, quia mortuus est non speramus hoc. a fortiori autem Iudęi hoc putarent, & ita scandalizarentur valde de morte eius, essentque nimis difficiles ad reducendū in fidem, quam semel perdidissent.

Quare Christus dixit, quòd nemini dicerent eum esse Christum, & subticuit se esse filium Dei. Quæst. XCIII.

QVAERETVR quare Christus dixit, quòd D nemini dicerēt eum esse Christum, & subticuit de alio, scilicet se esse filium Dei,

Aliqui dicunt, quòd Christus concessit Apostolis, quòd dicerent eum esse filium Dei viui, sed non esse Christum, ideo dixit, quòd nemini dicerent, quòd ipse erat Iesus Christus.

Dicendum, quòd non stat: nam Christus vetuit se prędicari Christum esse ab Apostolis propter scandalum, & inconueniens, quod inde sequebatur, & tamē maius inconueniens, & scandalum erat si dicerent eū esse filium Dei, quia esse Messiam non erat incredibile: nam Messias futurus erat verus homo, & ideo si Iesus, vel aliquis alius vocaret se Messiam, non admirarentur Iudęi neque turbarentur, sed inquirerent an E verum erat. Si autem vocaret se Deū, vel filium Dei putabant Iudęi esse blasphemiam. Io. 10. & Mar. 14. scilicet ecce nunc audistis blasphemiam, & illud, de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu homo cum sis, filium Dei te facis. non ergo concederet hoc Christus illis prędicare.

Dicendum igitur, quòd totum, quod Petrus nunc confessus est iussit taceri Christus. voluit enim totaliter manere nunc ignotus, idest, ꝙ nec verbo suo neque Apostolorum voluit illud manifestari, licet opera sua illud ostenderent, vt colligitur Mar. 8. scilicet, & comminatus est eis ne cui dicerent de illo, & tamen dicere eum filium Dei erat manifestare ipsum, ideo hoc etiam taceri voluit.

Et potest dici primo, ꝙ Christus, sicut dixit discipulis ne cui dicerent eum esse Christum, ita dixit eis ne cui dicerent eum esse filium Dei, & tamen Matth. illud tacuit, sicut multa alia tacet. Sic etiam patet, quia Mar. in hoc breuius locutus est. Mar. 8. & Lucę. adhuc breuius Lucę 9. Tertio potest dici, ꝙ Christus non expressit, ꝙ tacerent eum esse filium Dei, eo ꝙ satis innuebatur ex verbis suis, ꝙ hoc vellet: nam si taceri iubebat se esse Christum, quod minus erat, a fortiori iuberet taceri se esse Deum, ꝙ erat maius, & magis scandalosum erat illud audiri, & ita vtrunque tacuerunt discipuli.

Quomodo Christus vetuit hic discipulis dicere se esse Christum, & filium Dei, quando autem ipsemet hoc dixit. Quæst. XCIIII.

QVAERETVR quomodo Christus vetuit hoc discipulis dicere se esse Christum, & filiū Dei: nam vtrunque ipse de se dixit: nam ipse vocauit se Messiam. Ioan. 4. quando Samaritana mulier dixit scio, quia Messias venit, qui dicitur Christus. dixit ille, ego sum, qui loquor tecum. Etiam vocauit se filium Dei. Ioan. 9. quando cęco sanato dixit: tu credis in filium Dei? & ille ait: quis est domine, vt credam in eū? & Christus ait, vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est, & tunc ille credidit, & adorauit eum. Etiā vtrū- que simul de se confessus est coram Iudęis Marc. 14. nā summus sacerdos interrogauit eum, dicens: tu es Christus filius Dei benedicti? & ille dixit: ego sum.

Aliqui dicunt, ꝙ non est inconueniens, ꝙ Christus aliqua de se diceret, quę dicere discipulis vetaret, sic enim multa illis facere vetabat, quę ipse faciebat, sicut vetuit illis portare peram, aut sacculum, & panem, & cibos in via supra 10. & Mar. 6. & tamen discipuli semper portabant, quando erant cum Christo panes: immo si quando obliuiscerentur portare illos, credebāt se arguendos ab eo, sicut supra in litera. Sic etiam vetabat illis portare aurum, & argentum, & pecuniam quamcunque supra 10. & Mar. 6. & Lucę 9. & 10. & tamen ipse portabat pecuniam, quia Iudas, qui erat dispensator eius portabat loculos ipsius Ioan. capitulo duodecimo, & de pecuniis quas ibi recondebat, emebat omnia necessaria ad cibos pro Christo, & discipulis. Ioan. 13.

Dicendum, ꝙ hoc verum est, sed non sufficit: nam licet non sit inconueniens fieri: tamen non apparet causa aliqua quare fiat: Christus tamen hoc fieri iussit qui nihil frustra iubet, ideo necesse erat propter aliquam fieri causam. Secundo, & prępcipue non stat, qa eadem causa est nunc in Christo, & discipulis: nam Christus vetuit discipulis dicere hoc propter scandalum, quod sequeretur audito hoc, vt ostensum est supra. q. 92. & tamen si Christus illud diceret, esset idem scandalum, ideo nec ipse dicere debuit. oportet ergo assignari aliquam causam quare Christus hoc dixerit, & discipulis dicere vetuerit: nam ita est causa magna diuersitatis de illis, quę Christus prępcepit discipulis ne facerent, & ipse faciebat illa.

Dicendum ergo, ꝙ Christus aliquando dixit quādo non prejudicabat intentioni suę qua illud taceri iusserat: nam principaliter iusserat taceri, vt non impediretur passio sua si hoc audiretur, dixit autem ipse talibus, ꝙ ipsis scientibus nihil impediretur, sicut fuit de Samaritana: nam illa non erat de populo Israel, neque conuersabatur cum Israelitis, vt dicitur Ioan. 4. Samaritani non coutuntur Iudęis, & ita ipsa mirata est de Christo, ꝙ cum esset Iudæus peteret ab illa bibere eodem cap. & ita etiam si multi Samaritani hæc scirent, non impediretur passio Christi, quæ per Iudæos

dæos tractanda, & concludenda erat: cum Samaritani non conuersarentur cum Iudeis. De cęco sanato dicendum, ꝙ ille erat deuotus Christo, quia eum sanauerat, & taceret quidquid videret illum velle taceri, & ideo cum secrete ei dixerit se filium Dei, tacuit ille, & nihil erat periculi.

Sed obiicietur, quia interdum Christus dixit hoc manifeste, & coram Iudeis, vt quando summus sacerdos quesiuit, dicens. tu es Christus filius Dei benedicti, & ille ait: ego sum. Mar. 14.

Dicendum, quòd Christus dixit hoc, quando sciebat, quòd non impediebatur passio sua dicendo hoc, sciebat enim tunc taliter dispositos Iudęos efferatos mente sitientes sanguinem eius, quod etiã si se Deũ diceret, & miraculis ostenderet: non crederent neque cessarent, sed potius irritarentur ad nocendum ei, sic patet Lucę 22. vbi est eadem sententia, scilicet quòd quęrentibus Iudęis à Christo. si tu es Christus dic nobis ait. si vobis dixero non credetis mihi, & si interrogauero vos non respondetis mihi, neq; dimitteris me, & ita factum est, ideo potuit tunc conuenienter, & sine periculo dici, immo fuit valde opportunũ, quòd tunc Christus manifeste diceret, vt essent Iudęi increpabiles, qui eum publice clamantem se esse Messiã, & filium Dei, & ante hoc facientem miracula per quę sufficienter hoc constaret, occiderũt. ante passionem tamen suam instantem, Christus nunquam hoc manifeste dixit, quia nondum erant Iudæi, ita male dispositi contra eum, & forte si audirent verbũ hoc, & auditretur a populo, impediretur passio Christi: & hoc, quia nõdum esset diffinita apud illos passio Christi: nam ipsa diffinita fuit post suscitationem Lazari. videntes enim Pharisęi, & pontifices, quod fecerat, congregato consilio dixerunt. quid facimus, quia homo iste multa signa facit? & tunc diffinierunt occidere eum. Ioan. 11. & dicitur ibi, quòd ex die illo cogitauerunt, vt interficerent eum. post illum, ergo diẽ etiam si Christus hoc diceret Iudęis, non cessarent ab iniqua cogitatione. Si autem prius diceret forte cessarent eum persequi, ideo instante passione dixit, & non ante.

An discipuli possent dicere alicui Christum esse Christum, & esse Deum. Quæst. XCV.

QVAERETVR cum Christus dixit se esse Christum, & esse Deum aliquibus post istã prohibitionem: an discipuli possent hoc dicere alicui.

Aliqui dicunt, quòd sic: nam hoc vetitum fuerat, vt non impediretur passio Christi. impediretur autẽ si publice hoc prędicaretur, vel multis diceretur, quod tamen aliquibus paucis in secreto diceretur nõ impediebat passionẽ, & ideo posset illis dici, sic enim Christus non prędicabat istud, & tamen quibusdam in secreto dicebat.

Dicendum, quòd non licebat discipulis alicui dicere istud, neque publice, neque in secreto. Quod patet, quia dicitur in litera, prącepit discipulis, vt nemini dicerent, & Mar. 8. dicitur, & comminatus est eis ne cui dicerent de illo. Ratio huius est, quia Christus sciebat omnia, sicut dicitur Ioan. 18. Iesus autẽ sciens omnia, quę ventura erant super eum, &c. & ideo sciebat cui reuelatum hoc poterat pręstare impedimentum, & cui non, & ita poterat reuelare hoc secure quibus vellet, quia certum erat, quòd illi quibus diceret, non impedirent passionem illius per se, neque per alios occasione huius, neque peruenirent istud verbum ab eis ad alios, qui impedirent illam. Discipuli autem nesciebant quibus reuelando nocerent, vel prodesset, & ideo vetitum est eis absolute nemini dicere, quia forte dicere poterant alicui in secreto apud quem putarent manere tacitum, & ille diuulgaret, vel ab eo proueniret ad tales, qui passionem impedirent, ideo nemini dicere eis licuit publice, neque secrete.

Quanto tempore hoc tacere Apostoli debebant ne dicerent eum esse Christum. Quæst. XCVI.

QVAERETVR quanto tempore hoc tacere debebant.

Aliqui dicunt, ꝙ hic fuit facta prohibitio absolute non limitato tẽpore, ideo extendebatur ad semper, scilicet, quòd nunquam hoc reuelarent.

Dicendum, ꝙ non stat, quia tunc non publicarent illud per orbem postea, & tamen prædicauerunt per totum mundum eum esse Christum filium Dei, ergo non extendebatur ad semper.

Dici potest vno modo, quòd ista prohibitio ex forma sua cum esset data absolute sine prędfinitione temporis extendabatur ad omne tempus, ita ꝙ nunquam discipulis liceret illud publicare, nisi postea prohibitio ista reuocaretur, & tamen, quando post resurrectionem suam Christus misit eos prędicare in omnẽ terram, dixit eis quid prædicarent infra 28. & Mar. 16. & tunc ostendit, quòd prædicarent eũ Christum, & filium Dei, & quòd oporteret credi in eum.

Aliter potest dici, & melius, quòd ex ista prohibitione non fuit eis perpetuum silentium impositum, sed solum vsque post mortem Christi, & hoc Christus expressit pręfigens eis terminum illum, & tamẽ Matth. subticuit, sicut alia tacet breuitatis causa. simile patet sequenti cap. vbi de transfiguratione taceri iussit, dicens. nemini dixeritis visionem quousque filius hominis a mortuis resurgat. Secundo, quòd forte non expressit Christus aliquod tempus, & tamen ex re ipsa intelligebatur quanto tempore taceri deberet: nam tacebatur propter periculum, scilicet vt non impediretur passio Christi, & tamen eo iã passo non poterat passio impediri, ideo liceret postea dicere illud, sicut transfiguratio vsque ad illud tempus tacita est, vt non impediret passionem, & mox licuit reuelari. Sic dicit Hierony. tunc me prædicate cum ista passus fuero. quia non prodest Christum publice prædicare, & maiestatem eius populis vulgare quem post paululum crucifixum visuri sunt, & flagellatũ.

Quare Christus nunc cępit ostendere discipulis, quòd oportebat eum pati. Quæst. XCVII.

QVAERETVR quare Christus nunc cępit ostẽdere discipulis, quòd oportebat eum pati, & quia dicitur, quòd exinde cępit, quare potius nunc cępit, quam alio tempore.

Ad primum dicendum, quòd Christus hoc noluit prędicere ad ostendendum, quòd sciebat omnia, quę futura erant super eum, sicut dicitur Ioan. 18. nã si non prædixisset de passione putaretur, quòd ipse nesciebat malũ, quod euenturum erat, & hoc valde derogaret fidei, quæ habetur de eo. nam appareret non esse Deum eum, qui nesciret futura, & potissime futura, quæ ventura erant super eum, sic dicitur Isa. 41. annunciate nobis, quæ ventura sunt in futurum, & dicemus, quia dii estis vos, & talem experientiã de seipso dabat Christus ad hoc, ꝙ crederet in eũ, s. ꝙ futura reuelabat. & maxime illa, q̃ euentura erant discipulis suis. Io. 14. hoc dico vobis, anteq̃ fiat, vt cũ factũ fuerit credatis. Secundo fuit ad oñendum, ꝙ sponte patiebatur:

patiebatur: nam si eo nesciẽte accideret mors ipsius nõ posset prouidere, vt illam euitaret, si tñ multo tpe prius illam sciret, & prędiceret, posset illam euitare: maxime, quia sciebat, & prędixerat locũ, in quo passurus erat, s. Ierusalem, vt patet hic, & seq. c. & extra illũ, nunq̃ occideretur. posset aũt recedere de terra Iudęorum, vel nunq̃ intrare in Ierusalem, & ita non occideretur, ergo sponte occisus est, quod ad maximam eius laudem pertinebat, vt dr̃ Isa. 52. oblatus est, quia ipse voluit. Tertio fuit pp discipulos: ipse. n. debuit docere eos de passione sua, vt auferret eorũ errorem: nam crederent, ꝙ Messias non passurus esset, sed in magna gloria temporali mansurus, ideo instruxit eos de passione sua. Quarto, vt disponeret animos suos ad ęquanimiter tolerandum mortem magistri sui, nam si non prędixisset eis, frangerentur corda eorũ tam tristi, & insperato euentu, & penitus discederent, nam & nunc cum crebro ante mortem suam prędixisset illis de morte, & passione, perdiderunt spẽ de resurrectione, & de omnibus, quę de ipso audierant. a fortiori, ergo perderent si non prenunciaretur eis de morte, & resurrectione. patet Lucę 24. de illis duobus discipulis, qui dixerũt, nos aũt sperabamus, ꝙ ipse redempturus esset Israel. Quinto, quia forte discipuli non crederent eum passurum, nisi ipse prędiceret. Sic dicit Ambro. super Luc. fortasse aũt, quia sciebat dñs difficile mysterium passionis, & resurrectionis ẽt discipulos credituros, ipse voluit suę passionis esse, & resurrectionis assertor. Et sciendum, ꝙ nõ solum dixit se passurum, sed ẽt qualiter passurus erat, vt dr̃ in Isa. Ad secundum dicendum, ꝙ nunc potius, q̃ aliàs Christus cępit hoc dicere, nam ante mortẽ suã sępe hoc dixit, vt patet seq. c. & Mar. 9. & Luc. 9. & etiã sępe post hoc, ita vt, & ipsi Iudęi audirent interdum, quod dicęret se occidendum, & surrectuum, sicut dixerunt Iudęi Pilato: recordati sumus, quia seductor iste adhuc viuens, dixit post tres dies resurgam infra 27. & tñ ante hoc, nunq̃ dixerat quidq̃ de passione, neque de resurrectione, nam dr̃ hic. exinde cępit Iesus ostendere discipulis suis. Etiam dicendum, ꝙ hoc fuit, quia nunc certificauerat eos se esse Messiam, & esse filium Dei, & iõ fuit conuenientius nunc, q̃ alio tpe dici. Primo, quia tolleret errorem ipsorum: nam ex eo, ꝙ erat filius Dei crederent discipuli, ꝙ non solũ non esset occidendus, immo ꝙ nunquam esset moriturus, ẽt ex eo, ꝙ Messias erat, putarent, ꝙ nunquam occideretur. reputabant. n. tanquam inconueniens, ꝙ Messias occideretur, vñ sic arguerũt Iudęi ꝯ Christũ, qñ dixit, oportet exaltari filium hoĩs. s. nos audiuimus ex lege, ꝙ Christus manet in ęternum, & qũo tu dicis oportet exaltari filium hoĩs, quis est iste filius hoĩs? Io. 12. c. ita, & discipuli crederent, ideo oportuit nunc auferri eis istum errorem oñendo, ꝙ filius Dei, qui Messias erat, occidendus esset. Secundo, vt oñderet fructum mortis suę. nam Christus cum sponte moreretur non permitteret se occidi, neque subiret mortem, nisi magna vtilitas sequeretur ex morte eius, hęc autem erat redemptio omnium peccatorum, & tamen non poterat pro peccatis hominum satisfacere, nisi qui Deus esset, sicut nemo illa remittere posset, nisi esset Deus, vt dixerunt Iudęi supra capitulo secundo, & Marcus secundo capitulo, ideo cum ostendisset supra se esse Messiam, & filium Dei, quod sufficiebat ad posse redimere, subdidit immediate de morte per quam redempturus esset nos, & ita fuit locus conueniens ad dicendum: nam si ante hoc dixisset se moriturum, nesciretur quis fructus mortis suę esset, ideo vsque nunc tacere de illa debuit.

Quomodo Christus dixit hic, quòd oportebat eum multa pati, & occidi. cum eius passio ex parte sui fuit voluntaria. Quæst. XCVIII.

QVAERETVR quomodo dixit hic Christus ꝙ oportebat eũ ire Ierosolymam, & multa pati, & occidi, quia oportet importat necessitatem, & tñ solemus dicere, ꝙ Christus sponte passus est. Aliqui dñt, ꝙ sponte passus est, & tamen hic accipitur oportet pro expedit, vel conuenit, aut decet, sicut interdum in locutione nostra fit. Dicendum, ꝙ nõ stat, sed accipitur oportet, vt importat necessitatem, vnde quandocunque de passione sua Christus loquitur, ponit oportet, sic patet Luc. 24. nonne oportuit hęc Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? & apparet apertius eo. c. nam dr̃ hęc sunt verba, quę locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & Psalmis de me, & subditur, aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas, & dixit quoniam sic scriptum est, sic oportebat Christũ pati, & resurgere. accipitur ergo oportet, idest necesse est.

Dicendum, ꝙ passio Christi fuit voluntaria, & non necessaria tam ex parte Christi patientis, quã ex parte Iudæorum occidentium eum. De ipso patet, quia sciebat mortem suam in Ierusalem agendam, & non alibi. sic enim ipse dixit Luc. 13. non capit prophetam perire extra Ierusalem, i. non est possibile principem propheratum, idest Messiam extra Ierusalem occidi. poterat autem ipse, nunquam ire in Ierusalem, aut recedere de tota terra Iudæorum, & ita posset mortem effugere, versũ scriptura de eo prædixerat Isa. 53. oblatus est, quia ipse voluit, ergo non coactus. Etiam eod. ca. dicitur, si posuerit pro peccato animam suam videbit semen longęuum, & sic ponitur conditionalis ad oñendum, ꝙ poterat non ponere. Etiam, quia ponere libertatem dicit, ipse quoque Christus hoc de se testatus est. Io. 10. c. ego pono animam meam, & iterum sumo eam, nemo tollit eam a me, sed ego pono a meipso eam. ergo penitus voluntarium fuit ei mori. Sic ẽt testatur Apostolus, dicens Christum passum esse ex humilitate, & obediẽtia, ad Phi. 2. Christus factus est pro nobis obediens patri vsque ad mortem, quod tñ ex obediẽtia fit liberum est, ideo mors Christi quantum ad ipsum fuit prorsus libera. Ex parte etiã Iudæorum fuit libera, nam ipsi consiliati sunt de morte, & diffinierunt de ea. Io. 11. & poterant non diffinire, sed credere Christo si voluissent, sed sola inuidia stimulabat eos, & honoris desiderium, videntes se ꝙtemni Christo facientę tot miracula: sed inuidia, & odium, & ambitio, & similia voluntaria sunt cũ sint vitia, ergo non fuit necessaria illatio mortis.

Item si cogerentur Christum occidere nihil peccarent, & tamen grauiter peccauerunt, cum propter hoc destructa fuerit Ierusalem, sicut eam Christus defleuit. Luc. 19. ergo non fuit necessaria, sed voluntaria, maxime, quia ipsi Iudæi, qui mortem hanc procurabant, instabant, vt non impedirentur in executione eius infra 26. & 27. fuit ergo voluntaria.

Dicendum, ꝙ passio Christi potest vocari voluntaria, & ẽt necessaria, voluntaria quidem mõ iam dicto, necessaria aũt inquantũ Deus volebat illam, & statuebat sic fieri, fuerat. n. prænunciatum per ꝓphetas, & in lege, ꝙ Christus pateretur, & tamen sacra Scriptura nõ ꝓt eẽ falsa, iõ oportebat, ꝙ sic fieret, sicut in scriptura erat prenunciatum, & tamen Christus, qui passus est, non passus est ex necessitate, sed ex volũtate, quia ipse, q̃ passus est, fecit prædici a ꝓphetis, ꝙ ipse passurus erat, neque iõ patiebat ipse, qa sic prenũciatũ erat,

erat,ſed potius e ꝯrio, ideo ſic prænunciatũ erat,qa ſic ipſe voluerat prænunciari, qui ſtatuerat ab æterno ſic mori,qui hoc voluit prænunciari, quia tamen ſcriptũ erat,& non poterat eſſe verum, niſi ſic fieret, oportebat ſic fieri ad hoc,ꝙ verum eſſet. Et iſta erat neceſſitas inuariabilitatis, ſed non neceſſitas coactionis, & ita omnia diuina ſunt neceſſaria,quia apud Deũ nulla eſt variatio,neque vertibilitas, & tamen apud Deum eſt maxima libertas.

Quare Chriſtus dixit, quòd oportebat eum ire Ieroſolymam. Et quõ quandoque dum fugimus mortem incurrimus in eam. Quæſt. XCIX.

QVAERETVR quare Chriſtus dixit,ꝙ oportebat eum ire Ieroſolymam, & multa pati. Dicendum, ꝙ dixit Ieroſolyma, qa erat ille locus paſſionis: ibi.n.paſſus eſt, & ſicut diffinitum erat eũ debere pati,ita erat diffinitũ,ꝙ pateretur in Ieruſalem, vñ non erat poſſibile,ꝙ extra locũ illum occideretur Chriſtus. ſic dicitur Luc.13.non capit prophetam perire extra Ieruſalẽ,i.non eſt poſſibile,ꝙ Meſſias,qui eſt propheta per excellentiã occidatur extra Ieruſalem. Et voluit hoc dicere, primo ad tollendum timorem diſcipulis: nam cum nunc prænunciaret mortem illis, putarent,ꝙ immediate iſtud conſummandum eſſet, & timerent: hunc timorem eis abſtulit dicens, ꝙ non occideretur extra Ieruſalẽ, & ſic quandiu erant extra Ieruſalem liberi ab omni timore eſſe poterant, & hoc bene aduerterunt diſcipuli Chriſti; nam quandiu manebant poſt hoc extra Ieruſalẽ non timebant, qñ vero appropinquabãt loco illi timebant. Sic patet Io.11.qñ vocatus eſt Ieſus ad Lazarum languentem: nam erat tunc extra Iordanem diſtans a Ieruſalem. Si aũt iret ad ſanandum,vel ſuſcitandum Lazarum appropinquaret Ieroſolymis, ſcilicet vadens in Bethaniam, quę eſt iuxta Ieruſalem vbi erat Lazarus,& ideo dixerunt diſcipuli,ꝙ non iret illuc,& cum ipſe ire vellet dixit Thomas: eamus nos, & moriamur cum illo.

Secundo fuit, quia Chriſtus non ſolum dixit diſcipulis mortem ſuam, ſed etiam voluit exponere particulariter omnia, ſcilicet vbi pateretur, & a quibus, & ideo dixit,quòd in Ieruſalem hoc fieret. Et hoc patet, quia etiam tetigit in litera a quibus hoc pateretur.

Tertio fuit ad oſtendendum,quòd ipſe ſciebat omnia, cum non ſolum ſciret ſe occidendum, ſed etiam vbi occidendus eſſet, ſcilicet in Ieruſalem.

Quarto fuit, vt oſtenderet iſtam mortem eſſe magis voluntariam,nam ſi ſciret,quòd occidendus erat, & tamen neſciret vbi, non poſſet cauere mortem fugiendo,quia neſciret a quo loco fugiendum eſſet,ſed forte volens fugere ab vno loco vbi mortem ſibi veriſimilius timeret, incideret in illum in quo mors vere ſibi euentura erat. Sic dicit Seneca tragędia quarta, quę dicitur Oedipus Metro quinto, quod incipit fatis agimur credite fatis, ſcilicet, Et multis ipſum timuiſſe nocet, multi ad fatum venere ſuum, dum fata timent. cum autem Chriſtus ſciret locũ in quo paſſurus eſſet, & non alibi,poterat fugere longe a regione illa, & ita non occideretur, & tamen ipſe ibat ad locum illum ſpõte,ideo apparebat, quòd ſponte occidi voluit, & ad hoc magis oſtendendum non ſolum illuc ire voluit, ſed etiam dixit, quòd ad moriendum ibat, vt Lucę 18.ecce aſcendimus Ieroſolymam, & conſummabuntur omnia, quę dicta ſunt de filio hominis per prophetas. Chriſtus autem valde voluit oſtendere mortem ſuam eſſe ſpontaneam,tum vt ſibi nimis teneremur, tum vt oſtenderet ſe eſſe Deum, qui a nullo cogi poterat,iõ dixit de loco mortis ſuæ.

E *Quare dixit, quòd oportebat multa pati a ſenioribus, & ſcribis, & principibus ſacerdotum.* Quæſt. C.

QVAERETVR quare dixit, ꝙ oportebat multa pati a ſenioribus, & ſcribis, & principibus ſacerdotum.

Dicendum,ꝙ hoc fuit.primo,quia voluit Chriſtus oſtendere omnes circunſtantias mortis ſuę,& ad hoc non ſolum dixit, ꝙ occidendus erat, ſed ẽt a quibus tractanda, & concludenda erat mors ſua, & nominauit ſcribas,& ſeniores, & principes ſacerdotum, quia iſti fuerunt, qui conſilium egerunt de morte Chriſti, & tractauerunt eam,& duxerunt Chriſtum ad Pilatũ, G & ſuaſerunt plebi,vt peteret liberari Barrabam Ieſum vero crucifigi.Ioan.18.& 19.nihil autem particularius dici poterat, quam nominare omnia genera perſonarum,quę in hoc operam darẽt. Secundo fuit ad oſtẽdendum ſe omnia ſcire, cum & perſonas a quibus occidendus erat,prędiceret. Tertio fuit ad oſtendendum ſe valde ſpontaneum ſubiiſſe mortẽ, cũ ſciret a quibus occidendus eſſet, nam poterat taliter ſe habere ad iſtos,ꝙ diligerent eum,& non procurarẽt mortem eius, & tamen noluit. Quarto fuit ad oſtẽdẽdũ magnitudinem virtutis ſuę, ſciebat enim ſe occidendum ab iſtis, & tñ non ſolum non placabat,& conciliabat eos ſibi,vt eum non perſequerentur, ſed etiam H pũgebat eos valde arguens vitia eorum. nullos enim acrius arguebat, quam iſtos, & non curabat ẽt ſi ſcandalizarentur ꝯ ipſum, ſicut pręce.c.qñ Chriſtus multa ꝯ Phariſęos, & ſcribas locutus eſt, dixerunt diſcipuli, ſcis quia Phariſęi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt, & Chriſtus non curauit de ſcandalo eorum, dicens.ſinite illos,quia cęci ſunt,& duces cęcorũ. Quinto fuit ad nos inſtruendum non tacere veritatem neceſſariam, ẽt ſi ſciamus mortem nobis inferendam, cum Chriſtus,qui prædicator erat noluerit tacere vitia Phariſæorum, & Scribarum, & Pontificum,licet ſciret ſe ab eis occidendum, & poſſet eos placare tacendo ſi vellet.

I *Quare non ſit hic mentio de Phariſæis cum ipſi fuerint in obitu Chriſti præcipui. Et quos ſoleant Euangeliſtæ intelligere nomine Phariſæorum, & Scribarum.* Quæſt. CI.

QVAERETVR quare non ſit hic mentio de Phariſæis cũ ipſi fuerint pręcipui in morte Chriſti. Aliqui dñt, ꝙ non interuenerunt ipſi in hoc, quia non expreſſit hic Chriſtus de illis.

Dicendum, ꝙ Phariſæi tractauerunt mortẽ Chriſti cum cęteris, qui nominantur hic, immo ipſi fuerũt de pręcipuis, quia in cõſilio quo diffinita eſt mors Chriſti ſoli Pontifices,& Phariſæi nominantur,Ioan. 11.ſcilicet collegerunt Pontifices, & Phariſęi conſi- K lium aduerſus Ieſum.

Aliqui ergo dñt,ꝙ Chriſtus loquens nunc diſcipulis nominauit ẽt Phariſęos, & tñ Matth.ſubticuit de eis,ſicut multa alia tacent Euangeliſtę,Dicendum,ꝙ non eſt veriſimile, ꝙ licet ſępe multa taceant, tñ in pręſenti non eſt veriſimile, ꝙ tacuerit, quia vt communiter,qñ multi Euangeliſtę eandem rem enarrãt, ſi vnus omiſit aliquid ĩ ea, alius ſupplet quod huic defuit, & tñ hoc enarratur a tribus, & oẽs ponunt eadẽ verba nihil addendo, neque minuendo,ergo non eſt veriſimile,ꝙ Chriſtus aliquid dixerit hic, quod tacuerit Matth.patet hoc Mar.8.& Luc.9.Dicẽdũ ergo, ꝙ licet Phariſæi tractauerunt mortem Chriſti ipſe nõ nominauit eos hic, eo ꝙ intelliguntur noĩe Scribarũ. Primo pp ſimilitudinem officii, nam Scribę dñr, qui

ſunt

ſunt in lege doctiſſimi, & quibus interpretandi legẽ, A & prædicandi competebat officium, & ita Scribæ vocãt legis doctores, nam illi qui ſupra 9. vocant Scribę,vocantur Luc.5.legis doctores. Phariſæi tamẽ habebant officium eorum, quia ſicut Scribæ interpretabãtur legem,& prædicabant,ita & Phariſæi infra 23.ſ. ſuper cathedram Moyſi ſederunt Scribæ,& Phariſæi, quæcunque dixerint vobis ſeruate,& facite.

Item Phariſæi, & Scribæ valde cõcordabant inter ſe,& ideo ipſi ſimul ſępe arguebant ꝯ Chriſtum,ſicut pręceden.c.Phariſæi, & Scribæ accuſabant diſcipulos Chriſti,ꝙ non lotis manibus manducarent,& ob hoc nomine Scribarũ ſolent intelligi Phariſæi apud Euãgeliſtas,& noĩe Phariſæorũ intelliguntur Scribæ: ſic B patet.ſ.9.vbi in curatione paralytici, dr̃ ꝙ Scribæ murmurabant intra ſe,& tñ nõ ſoli Scribæ murmurabãt, ſed ẽt Phariſęi. Luc.5.econtrario autem noĩe Phariſæorum intelliguntur Scribæ,ſicut ſupra 9. dr̃ ꝙ Phariſæi accuſabant Chriſtum dicentes, quare cũ publicanis manducat magiſter veſter, & tñ tam Phariſæi, quàm Scribæ hoc dixerunt,vt patet Mar.2.& ita nũc licet ſoli Scribæ nominentur, intelliguntur etiam Phariſæi,qui & ipſi vocantur Scribæ,quia multi eorũ erãt in lege docti,& prædicabant.

Quare Chriſtus dixit hic,quod tertia die reſurgeret. Quæſt. CII.

QVAERETVR quare Chriſtus dixit hic, ꝙ C tertia die reſurgeret.

Dicendum,ꝙ primo fuit ad lętificandos animos diſcipulorum,nam prænunciando illis mortem ſuam nimis contriſtabat eos,& qa mors omnia finit,vt non viderentur omnino perdidiſſe eũ per mortem,dixit ꝙ tertia die reſurgeret,& ita dolor de morte pauco tempore duraret. Secundo fuit,quia magis oportuit prænunciari de reſurrectione, quã de morte. nam mors ab omnibus nota fuit, cum omnibus videntibus paſſus fuerit, reſurrectio tñ non fuit omnibus nota,ſed ſolum quibuſdam. Act.10.c.hunc Deus ſuſcitauit tertia die, & dedit eum manifeſtũ fieri non oĩ populo,ſed teſtibus præordinatis a Deo nobis qui manducauimus, & bibimus cum illo poſt reſurrectionem ſuam, & ideo magis reſurrectio pnuncianda fuit,q̃ mors: immo non vr̃ mors præcipue prænunciata,niſi pp reſurrectionem, quia volebat Chriſtus prænunciare reſurrectionem ſuam, & tñ non poterat reſurgere,niſi moreretur, ideo prædixit ſe moriturum,& deinde reſurrecturum die tertia. Tertio, quia mori Chriſtum non erat miraculum,immo erat naturale,& lex erat,ſicut innuitur ad Hebr. 9. ꝙ mortuus eſt, ſm ꝙ ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, reſurgere aũt erat miraculũ,ſicut dicit Apl's, ꝙ Chriſtus mortuus eſt ex infirmitate nr̃a, ꝙ autẽ viuit,viuit Deo.i.ex ptãte Dei, debuit ergo reſurrectio pdici, & ob hoc qñcunque Chriſtus de morte ſua loquebat̃,ẽt addebat reſurrectionem, ſic dr̃ Luc. 18. ecce aſcendimus Ieroſolymam, &c. & concluditur poſtq̃ flagellauerint occident eum,& tertia die reſurget.

Et aſſumens eum Petrus cępit increpare illũ dicens: Abſit a te dñe,non erit tibi hoc. Mar.8. Qui conuerſus dixit Petro: Vade poſt me Sathanas ſcandalum es mihi, quia nõ ſapis ea, quæ Dei ſunt,ſed ea quæ hominum.

Increpatio ſubſecuta poſt pnunciationem mortis, & reſurrectionis Chriſti.

Et aſſumens eum Petrus. Supra poſita eſt mortis, & reſurrectionis Chriſti prænunciatio,hic aũt ſubdit ſubſecuta ex hoc increpatio. nam Petrus increpuit Chriſtum,quia dicebat ſe occidendũ,& dr̃. *Et aſſumens eum.* Ideſt ſeorſum,vel ad partem ſumens,hoc dr̃,qa Chriſtus locutus fuerat oĩa prædicta coram oĩbus diſcipulis: Petrus aũt volens eũ increpare non increpuit corã tota turba diſcipulorum,ſed ſeorſum. *Cœpit increpare.* Verba increpatoria ſunt ea,q̃ ſequunt̃. & licet in eis loquatur,tanq̃ minor ad maiorem,tñ repugnauit verbis Chriſti,tanquam non bene dictis,& ꝙ nõ eẽt hoc audiendum. *Abſit a te domine.* i. nũquam hoc tibi eueniat,ꝙ tu occidaris, ſicut dixiſti. *Non erit tibi hoc.* i. non eueniet tibi hoc malũ,quod pnũciaſti. *Qui conuerſus.* ſ. ad Petrum.hoc dr̃,quia Chriſtus volens efficacius arguere Petrum de ſua temeritate conuertit ſe ad eũ,vt directe ipſum reſpiceret, & durius increparet, & per hoc,ꝙ Chriſtus ad eũ ſe conuertebat videret Petrus, ꝙ dure arguere eũ vellet. *Dixit Petro.* Ei ſoli locutus eſt,quia ipſe ſolus eũ arguerat. Etiam quia tunc ſolus Petrus cum eo erat, nã qñ Petrus voluit Chriſtũ arguere accepit eum ſeorſum, & ita ſeorſum Chr̃s rñdit nunc Petro,vt aliqui volunt,vt.ĵ.q.115,dicetur qd ſit verum in hoc. *Vade poſt me Sathanas.* i. nõ increpes, quaſi male agentem,quia ego ſcio quid dico, & tu es inſipiens,iõ nõ arguas me,ſed ſequere me in eis,q̃ dico,& facio.& vocat eũ Sathanã.i.aduerſariũ, quia aduerſabatur ei in hoc,quod dixerat. *Scandalum mihi es.* i. impedimentũ pſtas ad faciendum ea, q̃ ego facturus ſum,cum vis,ꝙ nõ moriar. *Quia non ſapis,quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum.* i.tu aduerſaris mihi, qa inſipiens es. nam non ſapis ea,q̃ Dei ſunt.i.q̃ Deus ſtatuit,& hoc qdẽ nõ eſt mirandum,nec iõ inſipiens es, ſed qa cum ſis talis vis emendare ea, q̃ diuinitus ſunt dicta, tãquã maledicta ſint,& hoc ſm humanã ſapĩam.i.iudicãdo bonũ eſſe id qd̃ hoĩes bonũ iudicant, & nõ qd̃ Deus.

Quare Petrus nunc Chriſtum increpabat. Quæſt. CIII.

QVAERETVR, quare Petrus nunc increpabat Chr̃m. Dicẽdũ,ꝙ pt̃ vno mõ intelligi, ꝙ Petrus crederet eẽ incõueniens,ꝙ Chr̃s moreret̃, nã ipſe cõfeſſus fuerat ſupra eũ eẽ Chr̃m,& filiũ Dei,& ex vtra- D que parte repugnabat ſibi mors. nã Deus immortalis eſt,ẽt inquantum Meſſias,quia Iudęi putabãt,ꝙ Meſſias non moreretur. Io.11.cum ergo Chriſtus dixit, oportet exaltari filium hoĩs, dixit turba. nos audiuimus ex lege,quia Chriſtus in ęternũ manet,quõ tu dicis,quia oportet exaltari filium hoĩs? quis eſt iſte filiꝰ hoĩs? ſic dicit Orig. adhuc initia eorũ, q̃ oñdebant̃ dicens Petrus indigna hoc filio Dei viui arbitrabatur, Sic ẽt dicit Hiero. quia poſt confeſſionem ſuam, & pmium ſaluatoris,quod audierat non vult deſtrui confeſſionem ſuam,nec putat poſſe fieri, vt filius Dei occidatur,aſſumit eum,& increpat. Secundo pt̃ dici,ꝙ Petrus putauit, ꝙ forte Chriſtus dicebat hoc ex cõiectura aliqua, videbat.n.ꝙ ſeniores, & pontifices Pha- E riſæi,& Scribæ perſequebantur eum,& ipſe non deſinebat eos arguere,veriſimile ergo erat, ꝙ eum occidere vellent, & ita Chriſtus mõ humano poterat cõiectura vtens dicere ſe ab iſtis occidendum,& tũc Petrus vult auertere timorem iſtum dicens, abſit nõ erit tibi hoc.i.non timeas,quia nihil tale tibi accidet quale formidas. Tertio poteſt intelligi,ꝙ Petrus putaret Chriſtum iſta dicere, ſicut virum ſapientem per aliquam artem, vel genus cogitationis inuenientem, quid ſibi futurum ſit,ſicut ſolent aſtrologi dicere, & quoniam talia ſæpiſſime falſa ſunt,& qui his animum applicant affliguntur ſuperuacuo timore eorum forte, quæ non euenient, voluit Petrus hunc timorem Chriſto tollere dicens,non erit tibi hoc,ideſt non cogites

gites

gites talia, quia non est verum, quòd talia eueniant, F neque debes hoc cogitare.

Quomodo ausus est Petrus increpare Christum quem Dei filiũ confessus erat. Quæst. CIIII.

QVAERETVR qũo ausus est Petrus increpare Christum quẽ Dei filiũ esse ꝓfessus erat. Dicendum, ꝙ quędã increpatio est qua quis acriter alterum verbis pungit, & hoc est semper maioris ad minorẽ, eo ꝙ talis increpatio aufert reuerentiam, q̃ inferiores debent maioribus: tali aũt non est vsus Petrus. Alia est, q̃ reuerentiã seruat, & magis obsecratio, q̃ increpatio est, & ita minores se hũt ad maiores, qñ maiores volunt aliquid mali facere, aut faciunt, quia non vtuntur aduersus eos mordacibus verbis, sed solũ indicant eis, ꝙ malũ faciunt, & orant ne faciant, sic accipitur. 1. Tim. 5. seniorem ne increpueris, sed obsecra, vt patrem. s. ẽt si malefecerit, vel facturus videatur. Et ita ẽt dr̃ 1. Eth. c. vlt. s. ꝙ aũt suadetur aliqualiter a rõne irrationabile nunciat, & suasio, & oĩs increpatio, & deꝑcatio, & sic ponit tres modos, quibus mali admonent a malo desistere, qd̃ fecerunt, vel vt non faciant. nam vocat̃ ibi irrõnale pars passionalis, q̃ ad malũ flectit, & qñ rõ admonet eã non agere illud malũ in qd̃ tendit dr̃ vti ad eã suasione, aut increpatione, vel deꝑcatione. Suasio. n. est ęqualis ad ęqualem. Deprecatio minoris ad maiorem. Increpatio est maioris ad minorẽ, & ponuntur ista tria, quia aliqñ quis recedit a malo suasus ab ęquali, aliqñ increpitus a maiori, aliqñ autẽ rogatus a minore, & illa deprecatio vocatur large increpatio, nam non potest tunc etiam minor suaderi maiori, nisi dicat ei, ꝙ malum agit, & postea rogat, ꝙ ab illo desistat, inquantum tñ dicit ei malum, qd̃ agit increpat, & ita Petrus voluit hic increpare Christum, nam putabat non bene dictum esse, ꝙ ipse esset occidendus, & tñ vsus est ad eum talibus verbis, qualibus ad dñm dicens: absit a te dñe, non erit tibi hoc. Aliqui autem dicunt: ꝙ Petrus ausus est increpare, quia non solum reuerentialiter, quasi non offendendo, sed etiã acriter interdum increpabant discipuli Christũ, sicut Marc. 3. qñ volente eo sedere ad mensam superuenit turba, & ipse exiuit loqui turbę, & non comedebat, nam discipuli tunc exierunt tenere eum, & dixerunt, ꝙ in furorem versus erat: ista tñ erat dura increpatio, immo extrema, ꝙ vocaretur furiosus qui doctor veritatis erat, & ꝙ exirent, & inijcerent manus in eũ, tanquam in furiosum actu furentem.

Dicendum, ꝙ verum est illam fuisse duram increpationem, sed illam fecerunt discipuli, qñ adhuc erãt rudes, & ignorabant Christum, nunc autem cognouerant eum, nam Petrus confessus fuerat eum esse filiũ Dei viui, & eadem erat confessio omnium si Christ⁹ ab eis quæsiuisset, vt ostensum est supra q. 59. ideo nõ auderent eum nunc sic increpare. Quod satis apparet in Petro, qui paucis verbis vsurus contra eum, noluit coram aliis discipulis hoc dicere, sed seorsum eũ accepit, & tñ Mar. 3. publice arguerunt discipuli Christũ videntibus Iudæis, vnde ex hoc occasionem præstiterunt aliis murmurandi etiam de Christo, nam cũ dixissent discipuli, ꝙ in furorem versus erat, dixerũt Scribæ, qui ibi erant, Beelzebub habet. i. diabolum habet in corpore qui cogit eum furere.

Dicendum ergo, vt supra, ꝙ Petrus ausus est increpare Chr̃m, quia putauit istam increpationẽ eẽ leuissimã quali poterat seruus ad dñm vti, qñ aliquid indebite ageret, & quia Petrus supponebat, ꝙ Christus non bene diceret, ꝙ moriturus erat affirmans, ideo putauit iustum esse eum increpare,

An Petrus peccauerit nunc increpando Christum. Cum scandalizans alium peccet. Quæst. CV.

QVAERETVR an Petrus peccauit nunc increpãdo Christum. Aliqui dicunt, ꝙ peccauit, & grauiter quidem, & hoc, quia Christus eum versa vice valde increpuit, sed non fecisset, nisi ille peccaret, & increpuit vocando Sathan, & tñ Sathan est dęmon pessimus, valde ergo peccabat, qui Sathan dici merebat̃. Secundo, quia qui scandalizat alium peccat, infra 18. quia melius est, ꝙ suspendatur ei mola asinaria, & demergatur in mari, quam ꝙ proximum scandalizet, & tamen Petrus scandalizabat Christum, nam dixit ei G Christus scandalum mihi es. ergo peccauit.

Dicendum, ꝙ Petrus peccauit scandalizando Christum, quia alias non fuisset ipse increpitus, neque iuberetur desistere ab increpatione, & sequi Christũ. Primo, quia putauit Petrus Christum posse errare, vt increpari eum opus esset, Petrus. n. putauit, ꝙ vere nunc Christus errauerat istud dicendo. s. vel quia falsum dicebat, vel quia non prudenter loqueretur, vtrunque aũt nefas erat sentire de eo, qui verus Deus erat qualẽ Petrus esse Christum, confessus erat. Secundo peccauit, quia aliqualiter irreuerenter se habuit ad Christũ resistendo verbis eius. s. non erit tibi hoc, & licet non esset hic talis irreuerentia, qualem commiserãt discipuli ꝗ Christum, qñ exiuerunt tenere eum. Mar. 3. tñ aliqualis erat irreuerentia, & tñ magis fuit pc̃tm Pe- H tri in insipientia, q̃ in irreuerentia. Quod patet, quia Christus increpans Petrum dixit non sapis ea, q̃ Dei sunt, sed q̃ hoĩum. i. iõ facis hoc, quia insipiens es circa diuina, & insipienter agis arguendo ea, quæ ignoras. Cum aũt dr̃, ꝙ fuit magnum pc̃tm Petri negandum est, quia istud pc̃tm insurrexit ex amore. & ignorãtia. Ex amore quidem, quia valde diligebat Christum, & doluit, ꝙ Christus talia de seipso diceret. Ex ignorantia autem, quia putabat Petrus, ꝙ Christus non diceret ista, quasi a Deo statuta quòd fieri oporterent, sed alio modo, ita vt erraret dicendo.

Ad primum dicendum. ꝙ non vocatur Petrus Sathan, quasi esset graue pc̃tm suum, sicut Sathanæ, sed quia aliquo modo aduersabatur Christo, & nõ est ista I mala significatio, vt dicetur infra q. 116.

Ad secundum dicendum, ꝙ scandalizare aliquem est peccatum, & hoc quando fit ex industria, vel contemptu. Petrus tamen nihil mali voluit sponte facere, sed bonum respiciens arguebat Christum. i. desiderãs honorem Christi, vt dictum est supra, etiam nõ scandalizauit Christum, vt dicetur infra q. 118.

Quare Petrus increpuit Christum potius, quam alius de discipulis. Quæst. CVI.

QVAERETVR quare Petrus increpuit Christũ, potius quam alius de discipulis. Dicendũ, ꝙ fuit primo, quia Petrus erat audacior cæteris erga Christum, cæteri enim doluerũt de eo, quod K Christus dixerat se moriturum, & tamen nemo eum increpare ausus est, neque inquirere cur hoc diceret. Petrus autem confidentia quadam qua erga Christũ vtebatur, ausus est eum increpare. Secundo potest dici, ꝙ forte cæteri Apostoli id facturi erant, & tamẽ Petrus præuenit eos. Si tamen Petrus aliquantulum moraretur non increpans Christum aliquis forte de aliis eũm increparet, fuit tamen Petrus præuolans. Sic. n. fuit in confessione de illo, nam quæsiuit Christus ab oĩbus discipulis vos autem quem me esse dicitis? & cũ omnes responsuri essent præoccupauit Petrus respõdere, ꝑ seipso, id quod cæteri responsuri erant, vt dicit

Chry.

Chry. & Ciril. & ostensum est sup. q. 59. Tertio potest A dici, ꝙ fuit hoc ex nimio amore, quia inter omnes discipulos Petrus Christum amabat ardentius, & ideo magis dolebat de malo eius, & quoniam hoc, quod Christus dicebat de morte sua, Petro, & cęteris incõueniens videbatur, Petrus cum magis amaret magis doluit, & ita ipse solus increpuit eum. Sic dicit Hier. scilicet sępe enim diximus nimij ardoris, amorisq́ue, quàm maximi fuisse Petrum in Dominum Saluatorem. Quarto potest dici, quòd fuit hoc propter confessionem, quam Petrus fecerat propter quam magis ad ipsum, quã ad cęteros pertinebat arguere Christum: ipse enim Petrus confessus fuerat Iesum esse Christum filium Dei viui alijs tacentibus, & promissum fuerat ei præmium pro hac confessione, & tamẽ B hoc, quod Christus nunc de morte sua dixit, videbatur illi repugnare: nam Deus non moritur neque filius Dei, cum verus Deus sit, etiã si moreretur, putabat Petrus, quòd non posset ei præmium, quod prędixerat tribuere, ꝗa mortui nihil possunt nobis tribuere iuxta vulgarium, & rudium existimationem, ideo restitit increpando eum, quasi non essent hæc bene dicta. Aliqui dicunt, quòd Petrus Christum increpuit nõ quidem, quasi solus ageret, sed nomine omnium: nam de confessione Petri idem factum asserit Ciril. & Chrys. quòd Petrus responderet Christo pro omnibus, ita nunc forte increpuit Christum pro omnibus. Dicendum, quòd non stat, quia si vice omnium increparet Christum faceret hoc coram omnibus, vt omnes illud facere viderentur, & tamen volens eum increpare assumpsit seorsum volẽs hanc increpationem occultam esse alijs: ergo non arguebat nomine aliorum, sed suiipsius. Secundo quia si Petrus ab ombus suggestus Christum argueret, Christus increpans denuo Petrum pro hac imprudẽti redargutione omnes increparet, & tamen ad solum Petrũ direxit verba vocando eum sathan, & insipientem: ergo solus Petrus eum arguit, & non egit nomine aliorum. Dicendum ergo est, sicut supra.

Quare dicitur, quòd Petrus assumpsit eum, quando sumpsit increpare. Quæst. CVII.

D

QVAERETVR quare dicitur, quòd Petrus assũpsit eum, quando sumpsit increpare. Aliqui dicunt, quòd dicitur assumpsit, scilicet in affectum, vt exponit Hier. & hoc, quia ex nimio affectu quem ad Christum gerebat increpuit eum. Aliter & melius dicendum, quòd assumpsit eum, idest seorsum accepit, & hoc magis tenet Hier. quam præcedentem expositionem, & hoc magis expressit Marc. dicens, & apprehẽdens eum Petrus cępit increpare eum Marc. 8. quòd tamen apprehenderet eum Petrus erat, quòd solus ille eum acciperet, & hoc verum est. Et tunc dicunt aliqui, quòd hoc fuit, vt Petrus teneret formam correctionis euangelicę, scilicet si peccauerit in te frater tuus corripe eũ inter te, & ipsum E solum, & quia nunc Petrus incipiebat Christum increpare, vt dicitur in litera, quòd cępit eum increpare, non debuit eum coram alijs arguere, sed solum manentem. Dicendum, quòd non stat, quia ista forma euangelicę correctionis nondum data fuerat discipulis à Christo, sed post aliquanto tempore data est infra 18. c. Est ergo dicendum, ꝙ egit Petrus ex reuerentia, quam hẽbat ad Christum: erat. n. magister, & ideo putauit inhonestum esse eum prę̃sentibus illis arguere, quia sic apud cęteros contemneret magister qui à discipulo arguebat, & hoc, quia Petrus putabat se iustissime Christum arguere, & notum esse, ꝙ esset iusta redargutio, & ita ꝙ Christus valde appareret de-

spicabilis, si coram discipulis suis arguereť, ideo seorsum eum arguit, sic dicit Hier. separatim eũ ducit, ne prę̃sentibus cęteris condiscipulis magr̃m videatur arguere.

Secundo fuit, quia iterum discipuli publice Chr̃m arguerant qñ exierunt tenere eum dicentes, qm̃ furorem versus est Marc. 3. & agnouerunt postea illud indebite factum, ideo nunc Petrus seorsum arguit. Aliqui dicũt, ꝙ hoc fuit, quia Petrus timuit, quòd forte Christus eum redargueret, quia sic eum increpabat, & vt cęteri non viderent, ꝙ ipse argueretur à Christo voluit absentibus illis increpare Chr̃m. Sed dicendũ ꝙ non stat, quia hoc esset si Petrus non confideret se fouere iustam cãm Chr̃m arguendo, & tñ credebat B iustissimam esse redargutionem: nã non auderet aliter magr̃m suum increpare nisi iustissime ad hoc moueretur, & putaret manifestum esse, ꝙ increpatione dignus erat, & tunc non crederet, ꝙ Christus ei increpationem pro increpatione redderet, sed aut se excusaret, aut taceret, ideo dicendum est, vt sup. dictũ fuit.

Quomodo Petrus potuit nunc errare. Quæst. CVIII.

QVAERETVR quomodo Petrus potuit nunc errare: nam increpatio Petri processit ex quodam errore: putauit enim, quòd Christus er- C raret in verbis, quæ dixerat, scilicet, vel quia illa vera non erant, vel quia imprudenter dicta essent, & tamẽ Christus non poterat errare, quia Deus erat verus potissime cum immediate ante hoc confessus fuerit eum esse filium Dei, & tamen filius Dei non errat.

Dici potest vno modo, quòd Petrus errauit, quia hæc sibi reuelata non erant: nam si erraret circa hoc, quod confessus fuerat, scilicet rursus negans esse Christum, vel filium Dei eum quem ante hoc talem confessus fuerat, mirandum esset, & tamen errauit circa passionem Christi, & mortem de qua reuelatum ei non fuerat.

Sic dicit Chrysostomus, scilicet, quid est autem hoc, quòd Petrus, qui reuelatione patris potitus erat, sic velociter cecidit, & instabilis est effectus? sed dicimus non esse mirum, si hoc ignorauit, qui de passione reuelationem non acceperat: quod enim Christus filius Dei viui esset reuelatione didicerat, mysterium vero crucis, & resurrectionis nondum fuerat ei reuelatum.

Sed obijcietur quia dato, quòd non reuelata esset mors Christi illi, non debuit putare Christum esse dignum redargutione: nam & si mortem Christi nesciret, quia non fuerat ei reuelata, hoc saltem nescire non poterat Christum esse vnquam redargutione dignum, cum reuelatione didicisset eum filium Dei esse, qui errare non potest.

Dicendum, quòd verum est, & ideo Petrus fuit valde imprudens Christum arguendo, & fuit quædam temeritas, non quæ insurgeret ex contemptu, sed ex turbatione, & indeliberatione: cum enim audiuit ea, quæ sibi displicebant, & inconuenientia videbantur, non consideratiť, an errare posset ille quẽ filium Dei credebat, sed turbato, & feruenti animo eum redarguit.

Sic dicit Chrysostomus, vt enim discas, quòd nec illa, quæ de Christo confessus fuerat ex se locutus est, vide qualiter in eis, quæ non sunt reuelata ei turbationem patiatur: humana enim & terrestri cogitatione, quæ sunt Christi considerans, æstimabat turpe, & indignum esse ei, quod pateretur. Alij dicunt, quòd dixit hoc Petrus,

quia oblitus erat Iesum esse filium Dei: nam licet aliqua sciamus habitualiter, quia non occurrit nobis actualiter illa cogitare, erramus ex defectu eorum, sicut fit in incontinentibus qui secundùm habitum q̃dem sciunt turpe esse fornicari, & tñ actualiter non considerant, sed considerantes delectabile bonum iudicant, vt dr̃ 7. Eth. c. 5. ita licet Petrus immediate ante hoc confessus fuisset Iesum esse Christum, & filiũ Dei, tamen nunc oblitus erat, i. nõ cogitabat de hoc, & ex defectu huius cogitationis errauit: sic. n. fuit sup. in litera, quando Christus dixit discipulis de fermento Pharisæorum, & illi putauerunt, q̃ de panibus loqueretur, angustiabantur intra se, quia panes non acceperant, & hoc erat, quia non considerabant de duabus saturationibus turbarum, quas Christus pauloante hoc egerat: nam si considerassent actualiter nõ turbarent̃ credentes, quòd non habendo panes possent saturari: sic enim Christus arguit eos ibi dicens, non intelligitis, neque recordamini quinque panum in quinque millia hominum, & quot cophinos sumpsistis? &c. Sic dicit Orig. adhuc initia eorum, quæ ostendebantur dicens Petrus indigna hæc filio Dei arbitrabatur, & quasi oblitus, quòd filius Dei viui, nihil dignum increpatione facit, cępit eum increpare. Sed dicetur quomodo Petrus erat oblitus Christum esse filium Dei, cum ex hoc potius, quòd cogitabat eum filium Dei esse, putabat inconueniens, immo impossibile esse, quòd moreretur, sic dicit Hier. quia non putat posse fieri, vt filius Dei occidatur, assumit eum, & cępit increpare. Dicendum, quòd non erat Petrus vere oblitus huius, vnde nec habitualiter, neq. actualiter desierat cogitare de hoc, sed veritas est, quòd Petrus cogitabat nunc Iesum esse filium Dei, ex quo sequebatur, quòd non poterat dignus effici redargutione, Petrus autem nesciuit vti hoc medio arguendi, quod & nobis pauca scientibus circa singulas artes quotidie accidit, quòd oblatis mediis nesciamus ex illis syllogizare, & ita nunc Petrus ex hoc medio, quod erat Iesum esse filium Dei sciuit arguere, quòd non posset mori, sed nesciuit concludere, quòd nõ posset esse dignus reprehensione, & ideo licet non esset Petrus oblitus Christum esse filium Dei, erat quasi oblitus, scilicet, quòd sicut si vere oblitus esset eum esse filium Dei, siue secundùm habitum, siue actualiter, non posset aliquid inferre ex illo medio, ita cum nũc Petrus nesciret concludere id, quod concludendum erat dicebatur oblitus, q̃a nihil plus ei proderat aliud medium, quam si vere illud oblitus esset, & ideo Orige non dicit Petrum oblitum huius, sed quasi oblitum, & ista est veritas.

Quid voluit Petrus dicere cum ait, absit à te Domine non erit tibi hoc. Quæst. CIX.

QVAERETVR quid voluit Petrus dicere cum ait, absit à te Domine non erit tibi hoc? Dici potest vno modo, quòd Petrus solum negauit per hæc possibilitatem eorum, quæ Christus dixerat: nam Petrus credens Christum esse filium Dei putabat, quòd non poterat mori, & tunc est sensus, absit à te Domine, idest absit talia putare, quia nõ est hoc possibile fieri: non erit tibi hoc, idest non est possibile, quòd eueniat id, quod dixisti. Aliter & melius dici potest, quòd Petrus sciebat Christum esse hominem, quod manifeste ostendebatur, & credebat esse Deũ, quod interius latebat, & ideo licet sciret, quòd ipse quantum ad diuinam naturam non poterat mori, sciebat quòd quantum ad infirmitatem assumptæ carnis mori poterat, & ideo non asseruit falsum, & impossibile esse, quòd Christus dixerat, sed putauit non esse bonum, quòd illud fieret, & ob hoc rogabat Christum, quòd nõ faceret illud, idest nollet ista subire, ostendebatur quippe ex verbis eius, quòd istã mortem sponte subiret, & ita posset eam euitare, ideo Petrus rogauit, vt eam euitaret dicens, absit à te Domine, idest Domine rogo te, quòd absit à te, idest non permittas tibi tanta mala euenire, non erit tibi hoc, idest fac, quòd nõ eueniat tibi hoc, & istud magis innuitur Marc. 8. scilicet propitius esto tibi, idest miserere tibi, vt non eueniat tibi hoc, ita dicit Hier. absit à te Domine, vel vt melius habet in Greco propitius sis tibi Domine, non erit tibi hoc, quasi necessariam haberet propitiationem. & potest intelligi, quòd Petrus respondeat ad fundamentum verborum Christi: dixerat enim, quòd oportebat eum multa pati à senioribus, &c. in quo innuebat ista præordinata à Deo, & ideo deberi compleri, Petrus autem dicit propitius esto tibi, idest licet ista statueris vt Deus, potes mutare, quia Deus es: sis ergo propitius tibi, idest misereris tibi, vt non patiaris talia mala, & dicitur non erit tibi hoc, quod Petrus dixit ex quadam confidentia, sicut quando quis incipit rogare alterum, & deinde confidens, quòd ille faciet quicquid ipse vult, loquit̃ per modum imperij, cum à principio loqueretur rogando, & ita nunc Petrus primo dixit propitius sis tibi, idest rogo te, quòd non subeas istam mortem, sed misereris tibi, cum possis te liberare ab ista morte, & deinde sumpta confidentia dicit, non erit tibi hoc, i. non credas, quòd sic fiet, quia non permittam ego & socij mei, quòd hoc patiaris, ideo non erit tibi hoc. Tertio potest intelligi, quòd Petrus dissuaderet Christo timere hæc, scilicet, quòd Petrus crederet Christum prænunciasse ista mala, quasi ex quadam coniectura humana, vel quia per aliquam scientiam iudicabat hoc futurum, & quia talia iudicia sæpe solent falsa esse, & timor eorum est inanis, dixit Petrus dissuadẽdo Christo timere, scilicet absit à te Domine, idest tu times hæc, sed absit, quòd talia mala tibi eueniant, ideo non timeas, deinde vt magis confortet eum ait, non erit tibi hoc, idest non timeas, quia certe non euenient talia qualia prænosticas, & hoc aliqualiter consonat literæ Marc. 8. propitius esto tibi: nam non erit hoc. & ita ponitur tanquam affirmatiuum, & reditiuum causæ, quòd non debeat timere, quia timor est vanus, cum hoc non sit ita futurum.

Quare dicitur, conuersus dixit Petro. Quæst. CX.

QVAERETVR quare dicitur, conuersus dixit Petro. Dicendum, quòd in hoc designatur habitudo Christi redarguentis Petrum: nam quãdo Petrus increpabat Christum, nõ aduertebat Christus Petrum, quasi parum curaret de verbis Petri, quando autem voluit Petrum increpare conuertit vultum ad Petrum, & circa hoc aliqui dicunt, quòd fuit ad innuendum, quòd Petrum solum redarguit non videntibus alijs, scilicet conuersus dixit Petro, idest conuersus est ad Petrum. Sed dicẽdum videtur quòd Christus non arguit Petrum seorsum, sed præsentibus alijs, vt colligitur Marc. 8. scilicet qui conuersus videns discipulos suos comminatus est Petro dicens, vade retro me: cum ergo dicat, quòd videns discipulos locutus est Petro innuit, quòd præsentibus illis locutus est Petro, scilicet, quia quando illi simul erant: nam præsentes erant, sed tunc quando illos vidit locutus est Petro: alias enim superuacuum erat dici, quòd videns discipulos locutus est Petro, sed diceretur, quòd videns Petrum locutus est ei: redarguit ergo eum coram discipulis. Sed dicitur, quòd conuersus est, Primo ad innuendum, quòd non statim, vt Petrus locutus est respondit ei Christus, sed sustinuit aliquantulum, & postea locutus, & hoc forte egit, vt non putaret Petrus se redargui a Christo quasi reddẽte vicem pro redargutione, quod ad iratos pertinet. nam si hæc faceret non sustineret aliquantulum, sed statim responderet, quia ira nõ sustinet moram, quia est acuta, & est sicut ministri veloces, & prẽuolantes, vt dicitur 7. Ethi. ca. 8. vnde peccatum suum est in velocitate, quia aliàs plene auscultaret rationẽ, & in nullo peccaret. sed q̃ crederet se redargui, quia redargutione dignus erat cum temerarie magistrum suũ increpasset loquentem veritatem. Secundo fuit ad ostẽdendum Petro acrimoniam redargutionis, vt ita Petrus intelligeret se dure redargui cũ Christus conuerteretur ad eum, idest totus intenderet in ipsum. Tertio fuit, & prẽcipue ad ostendendum, q̃ solum Petrũ arguebat. nam licet coram omnibus discipulis Christus redargutionem istam faceret, non redarguebat aliquem, nisi Petrum, & ideo ipsum solum directius respiciebat: cẽteri enim non peccauerant in hoc, cum solus Petrus eum redarguisset. ipse ergo solus redarguẽdus erat. Sed dicetur, quare solus Petrus, idest solitarie manens non redarguitur, sed postea coram alijs cum ipse Christum seorsum arguisset.

Dicendum, q̃ vterque seruauit, q̃ iustum videbat̃: Petrus enim vere putabat Christum dignum redargutione, quia tamen magister suus erat propter reuerentiam eius voluit eũ seorsum arguẽre, Christus autem Petrum increpuit, vt doceret, & non vindicando redargutionem in se factam, & quia ista doctrina erat etiam alijs discipulis conueniens voluit eum corã alijs arguere, vt vnum increpando omnes doceret, ne de cẽtero aliquis auderet ipsum arguere nesciens quid diceret.

Quare Christus vocauit hic Petrum Sathanam. Et in Hebræo quid ea vox notet. Quæst. CXI.

QVAERETVR, quare Christus vocauit hic Petrum Sathanam. Aliqui dicũt, q̃ fuit hoc, quia peccatum Petri fuit magnum, sicut Sathanę. Dicendum, q̃ non stat, quia peccatum Petri non fuit valde magnum: fuit enim ex ignorantia, Sathanas autem, & Angeli eius peccauerunt ex præsumptione, & superbia, & apparet hoc, quia Christus redarguit Petrum, & mox destitit neq; respondit verbum dure increpitus, si tñ malo aĩo Petrus arguisset Christum, cum ab illo postea grauiter redargueretur responderet aliqd durum, & tñ prorsus tacuit velut ignorantiam, & temeritatem priorem confessus. Alij dicunt, q̃ vocauit eum Sathanam, idest a Sathana deceptum: nam Sathan impellit hominem ad peccandum in quocunq; genere peccati, licet accidat peccata aliqua fieri particularia quæ non fiant impellente dęmone, vt ostensum est supra 4. c. q. 67. & quia nunc peccauit Petrus, videtur q̃ a Sathan instigatus est, ideo & eius nomen accepit, sic dicit Hila. sciens enim dominus diabolicæ artis instructum ait, vade retro me Sathana. Alij dicunt, q̃ vocatur Sathanas, quia volebat eadem quæ Sathanas. nã quiliber vocatur filius eius cuius opera imitatur, sic Christus dixit Iudæis Io. 8. si filij Abrahę estis opera Abrahę facite, nunc autẽ quęritis me interficere hoĩem qui veritatem locutus sum vobis quam audiui a Deo, hoc Abraham non fecit, & subdit, vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere, ille homicida erat. Sathanas autem volebat, q̃ Christus non moreret̃, vt non redimeretur genus humanum, hoc autẽ Petrus suadebat, licet diuersa intentione, ideo Sathanas dictus est ex similitudine operũ, sic dicit Theo. dominus namque volens ostendere, q̃ propter salutem hominũ debebat eius passio fieri, & q̃ solus Sathanas Christum pati nolebat, vt genus nõ saluaretur humanum. Petrum Sathanam vocauit eo, q̃ saperet ea quę sunt Sathanę nolens Christum pati, sed aduersans eidem. Sed dicendum, & melius, q̃ Petrus non vocatur hic Sathanas, vt Sathanas est nomẽ dęmonis, sed nomen commune aduersatoris. Sathan in Hebręo proprie designat aduersariũ, & quia dęmones aduersantur nobis ad omne bonum, vocantur Sathan. vnde Sathanas, vel Sathan non est, vt aliqui putant nomen propriũ vnius dęmonis, sicut Beelzebub, sed est nomen appellatiuum, sicut diabolus, sic patet Mat. 3. qũo potest Sathanas Sathan eijcere? idest vnus dęmon eijcere alium de corpore humano. & aliquando accipitur Sathan pro tota congregatione dæmonum Mat. 3. & Luc. 11. si Sathanas in seipsum diuisus est quomodo stabit regnum eius? idest si tota congregatio dæmonum est inter se diuisa: ita Sathan accipitur, vt nomen commune dæmonum, interdum tamẽ pro cõsuetudine nostra accipitur pro vno speciale dęmone quem cęterorum principẽ putamus, & ita diabolus est nomen commune pro omnibus dęmonibus, & tamen interdum accipitur pro vno speciali dęmone qui est princeps omnium sic patet infra 25. ite maledicti in ignem ęternum cum diabolo, & Angelis eius, idest principe dęmonum, & omnibus dæmonibus ei subiectis. Nunc autem dicendum, quòd Petrus non vocatur Sathan inquantum Sathan accipitur pro dæmone, scilicet, quòd nec ipse est sathan secundum essentiam, neque ab eo nomen accipit propter aliquam causam, vel similitudinem, sed dicitur Sathan, idest aduersarius iuxta illud 3. Reg. 5. c. nõ est nunc Sathan neque occursus malus, idest non habemus aliquem aduersarium neque aliquam calamitatem, aut angustiam: non erat enim conueniens, quòd Petrus post tantas laudes quantas a Christo susceperat, vocaretur immediate Sathan. Sic dicit Hilarius. non enim conuenit existimare Petro Sathanę nomẽ, & offensionem scandali deputari post illa indulтę beatitudinis, & potestatis tanta prẽconia, & confirmatur hoc, quia Petrus non dixit hoc malo animo, sed affectu amantis. nam Petrus nunc Christum redarguens bonum ei volebat, scilicet, vt non moreretur, quod quilibet debet de fiderare amico. nam amici desiderant sibi inuicem maxima bonorum, scilicet esse, & viuere 8. Ethic. sed solum errauit, quia putauit bonum esse Christo, qd̃ non erat, & hoc fuit, q̃a iudicio humano iudicauit, & non diuino. Sic Christus innuit cũ ait non sapis ea quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Si tamen Petrus prorsus malo animo loqueretur non diceret Christus eum insipientem, & tamen de insipiẽtia increpuit dicens, non sapis: sed malitia opponitur insipientiæ, quia qui peccat ex malitia non peccat ex insipientia, ideo non peccauit ex malitia, & rursus nõ fuit prorsus insipiens, quia tunc quantum ad omne iudicium erraret, & tamen Christus innuit, quòd quantum ad aliquod iudicium recte dicebat, cũ inquit nõ sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominum, quasi dicat, quantum ad iudicium hominis bene suades, & tamẽ Deus aliud longe distans sapit, & iudicat bonum esse. Amabat ergo Petrus, & errauit, quia non facta erat reuelatio sibi, de hoc etiam, quia nondum erat confirmatus qui errare non posset. Si enim beatitudo illa quam Christus Petro promisit ei tradita esset, non potuisset errare, nondum tamen tradita erat. Sic dicit Hieronymus, sed mihi error apostolicus de pietatis affectu veniens, nunquam incentiuum videbitur diaboli. prudens ergo lector consideret Petro illam beatitudinem atque potestatem in futuro promissam non in prẽsenti datã, quã si statim dedisset

dedisset ei nunquam in eo prauę confessionis error inuenisset locum. De secundo patet,quia sathan accipitur, vt nomen commune pro aduersario, vt dictũ est, non est sathan, neque occursus malus, & Petrus dicitur hic sathan, idest aduersans Christo, quia verbis eius resistebat: ille enim dixerat se moriturum, Petrus autem suadebat, quòd non moreretur, sic dicit Chrysost. ideo quia contraria loqueris voluntati meę debes aduersarius appellari: Sathanas enim debet interpretari aduersarius, siue contrarius, non tamen vt plerique putant eadem Sathanas, & Petrus sententia condemnantur.

Quare Christus dixit Petro vade post me, Quæst. CXII.

QVAERETVR quare dixit vade post me. Dici potest vno modo, quòd est modus increpandi contemnendo, scilicet tu intromittis te de his,quæ nescis, & quæ ad te nõ pertinent,non cures de his, sed vade post me, idest non sit tibi curę de alio nisi quòd vadas post me, & non cogites quid mihi expediat, quia de hoc tu nihil scire potes. Aliter & melius, dicitur vade post me, idest sequere me per exemplum, scilicet tu resistis mihi, vt non moriar: ego dico tibi, quòd non facias hoc, sed potius sequere me concedendo, & acquiescendo dictis meis, & me exemplo operum sequendo, quia sicut ego morior, ita & te mori oportet,& ita accipitur Ioan.21. quando Christus dixit Petro sequere me:nã intelligitur de sequela per mortis imitationem, vt ibi exponitur, & ita etiam Petrus accepit, vnde cum Petrus dixisset ibi Christo ostendens Ioannem,hic autẽ quid? idest nunquid iste sequitur te, & Christus dicit, quid ad te, tu me sequere, exijt sermo inter fratres, quòd discipulus ille non moritur, & hoc non fuit nisi quia per sequelam accipiebant mortem, & in hoc est differentia locutionis Christi ad Petrum,& ad dæmonem, licet vtrunque vocauerit sathan: nam dæmoni dixit vade Sathanas, Petro autem dixit vade retro me,idest sequere me, sic dicit Chrysost. dæmoni autem ipsum tentanti non ait vade post me, sed Petro dicit vade post me, & sequere me:voluntarię passionis meę consilio non resistas, & ita apparet, quòd non est eadem sententia sathanę, & Petri, quia cum dixit dæmoni vade sathan, & nihil addidit, subintelligendum est, quòd in infernum eum miserit, quia ille est locus quem dęmones timent, & ad quẽ orãt se non mitti, vt dicitur Luc. 8. quòd dæmonia rogauerunt Christum,ne imperaret eis ire in abyssum,Petro autem cum dicit vade post aperte notat,quòd debeat eum imitari, sic ait Chrysost. non tamen vt plerique putant eadem Sathanas, & Petrus sententia cõdemnantur: Petro enim dicitur vade retro me Sathanas, idest sequere me, qui contrarius es volũtati meę, ille audit vade Sathanas, & non dicitur retro ei, vt subaudiatur in ignem æternum.

Quomodo Christus dixit Petro, scandalum enim mihi es. Quæst. CXIII.

QVAERETVR quomodo Petro dixit Christus,scandalum enim mihi es: nàm non videtur qũomodo Petrus posset scandalum facere Christo. Dicendum, quòd nullum scandalum poterat esse Christo, & non solum illi,sed etiam nec viris bonis perfectis Psal. 18. pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum, & apparet hoc, quia scandalum est duplex, scilicet actiuum, & passiuum. Scandalum actiuum est dictum aut factum alicuius minus rectum prębens alteri occasionem ruinæ, idest occasionem peccandi male agendo,loquendo vel cogitando. Scandalum passiuũ est ruina secuta in aliquo ex scandalo actiuo, sed in Christo neutrum esse poterat:nam primo modo scãdalum esset in Christo, si ipse scandalizaret aliquem præstando ei occasionem peccandi, quam Christus nulli prestitit, & maxime nunc scandalum passiuum in Christo esse nõ potuit,quia tunc peccaret ipse prębente ei occasionem, sed nunquam peccauit, neque peccare potuit: ergo non accipitur hic proprie scandalum,sed large pro impedimento, scilicet quia etiã si Christus multa diceret,& totus mundus in contrarium ageret,non posset Christus flecti à sentẽtia quã tenebat de sponte moriendo, quia tñ Petrus quantũ in se erat impediebat mortem Christi occasionem ei tribuens non moriendi, & recedendi à bono, dicitur esse scandalũ Christo. sic dicit Orig.quare dixit Christus ad Petrum scandalum mihi es cum in Psal. dicatur,pax multa diligentibus legem tuam,& non est illis scandalum? sed ñdendum est, quoniam non solũ Iesus non scandalizatur, sed neque omnis homo qui in dilectione Dei perfectus est,sed quantum ad se qui tale aliquid agit, vel loquitur scandalum est alteri, licet ille inscandalizabilis sit.

Quare Christus dixit Petro non sapis,quæ Dei sunt sed quæ hominum: Cum homo iudicat bonum esse viuere,& mortem esse malum. Quæst. CXIIII.

QVAERETVR quare Christus dixit Petro non sapis,quę Dei sunt,sed quę hominum. Dicendum,ꝙ Christus in hoc voluit alleuiare peccatum Petri,& ad hoc ostendit in quo peccauerat: putarent.n. aliqui peccatum Petri valde magnum, tum quia prę-sumpsit magistrum suum redarguere,tum quia Christus vocauit eum sathanam,tum quia scandalum sibi esse ex illo dixit: vt ergo non culparetur Petrus plus debito,voluit ostendere quale fuit peccatum eius, & quia grauissimum genus peccatorum est ex malitia facere, ostendit Christus, ꝙ Petrus non peccasset ex malitia,sed ex ignorantia dicens, non sapis,i. insipientia mouit te, & insipienter loqueris, & quia insipientẽ esse in eo qui vertex erat Apostolorum, & potissime cui tantam laudem Christus ascripserat promittens beatitudinem,& claues regni cęlorum, erat magnum vitium,& nimis vituperabile,oñdit Christus,ꝙ Petrus non fuit valde insipiens, sed solum ignorauit diuinam dispositionem,& ob hoc errauit, nõ erat aũt admirandum ignorare dispositionẽ diuinã, qñ nõ reuelat̃, & ideo dixit non sapis, q̃ Dei sunt, sed quę hominũ,i.quia ignoras diuinã dispõnem, & iudicas,ſm humanum iudicium erras. sapere,q̃ Dei sunt, erat sapere, ꝙ Deus pro salute nr̃a disposuerat, ꝙ Christus moreret̃,& hoc non sapiebat Petrus,sed sapiebat,quę sunt hoĩum,i. iudicabat, ſm, ꝙ homo: iudicat.n. homo bonum esse viuere,& mortem esse malam,iõ absolute mortẽ fugit, sic dr̃ 8. Eth. ꝙ amicus optat amico maxima bonorum, vt esse, & viuere: Petrus ergo volendo pro Christo, quòd non moreretur,volebat bonum,& recte sapiebat,quia hõ non põt aliud bonũ maius iudicare, si autem sit aliud maius bonum, quã viuere,hoc non est secundùm hoĩem,sed ſm Deum, vel dr̃ sapere,quę homo,i.habere affectum carnalem, qa caro fugit oẽm laborem in sensu, sic dicit Chrys. non sapis,quę Dei sunt,i.meę voluntatis,& pr̃is est,vt pro hominum salute moriar, tu tuam tm̃ consideras voluntatem, non vis granum tritici in terram cadere, vt multum afferat fructum: sic etiam dicit Theophilus, quæ hominum sunt dicit Petrum sapere, quia

quia secundùm affectiones carnales quodãmodo sapiebat: volebat enim Petrus, quòd sibi ipli Christus præstaret requiem, & non crucifigeretur.

Marc. 8. Luc. 9. Sap. 10. Tunc Iesus dixit discipulis suis. Siquis vult post me venire abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animã suam saluam facere, perdet eam. Qui aũt perdiderit animam suam propter me,inueniet eã. Quid enim prodest homini si mundũ vniuersum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationẽ pro anima sua? Filius enim hominis vẽturus est in gloria patris sui,cum Angelis suis,& tunc reddet vnicuique,secundùm opera eius. Amen dico vobis, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filiũ hominis venientem in regno suo.

Luc.17 De fini c. Matthęus.

Rom. 2. Marc 9. Luc. 9.

Exemplũ imitationis Chr̃i.

Tunc Iesus. Hic ponit Christus suę imitationis exemplum, & diuiditur in duo, quia primo facit,quod dictum est proponendo exemplum suę imitationis. Secundo promittit ex hoc gloriã suæ resurrectionis ibi. *Filius enim hominis.* Circa primum dicitur. *Tunc Iesus dixit.* .i. finita increpatione Petri subdit ista, non solum oñdens, ꝙ non debemus eum impedire circa suam passionem, sed etiam, ꝙ eum in hoc imitari deberemus. *Discipulis suis.* Non dixit solis discipulis,sed turbis, & discipulis Marc.8. *Siquis vult post me venire.* i. sequi: nã non est ire post illum sequi eum gressu pedum, quia hoc nihil erat, sed sequi eum quadam morum imitatione, & ad hoc exposuit quid facturus esset,qui vellet eum sequi. *Abneget semetipsum.* i. desideria sua non sequendo illa,quia hęc abnegare, est seipsum abnegare,& quasi contra naturam viuere. *Et tollat crucem suã.* i. portet quotidie secum mortificationem carnis suæ mortificando in se vitia,siue carnem peccati,vt Apostolus loquitur: vel tollat crucem, i. sit paratus subire crucem si oportuerit. *Et sequatur me.* i. & tunc sequetur me,vel & sequatur me,i. imitetur sic me, quia ego ẽt crucem meam porto. *Qui enim voluerit animam suam saluam facere.* Dat causam prędictorum: erat enim durũ crucem ferre, & seipsum abnegare, & ideo rari hoc facere vellent,ponit aũ, ꝙ sit hoc necessarium ad salutem, quia non potest quis animam suam saluare, nisi hoc fecerit,& dr̃ saluare animã, qui habet illam in vita æterna. *Perdet eam.* i. oportet, ꝙ exponat perditioni subijciendo vitam suam multis laboribus. *Qui autem perdiderit animam suam.* i. qui sponte illam laboribus pro Christo subiecerit, quod est perdere eam quãtum ad præsentem vitam. *Propter me.* Recte subditur pp me, quia aliqui vitam perdunt,i.labores tota vita sustinẽt, non tñ propter Deum,sed pro criminibus,quæ commiserunt puniuntur legaliter:nam hoc non est ad laudem,sic dr̃ 1.Pet.4. nemo vestrum patiatur, quasi homicida,aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor.si aũt vt Christianus non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine.aliqui ẽt vt diuitias,aut honores,vel cętera huius sęculi assequantur,laboriosam semper vitam hñtes perdunt eam,& tñ non inueniẽt aĩam,nec saluam facient illam. *Inueniet eam.* ſ. in vita ęterna,vbi dr̃ inueniri,quia res nõ inuenitur nisi prius perdita fuerit, & quia qui habituri sunt gloriam prius moriuntur, dñr postea vitam inuenire: vel perdunt hic prius vitam dum eam laboribus subijciunt, quia hoc est viuere ac si non vitam,& post talem vitã perditam veram vitam inueniunt. *Quid prodest homini.* Hic ñdetur ad aliud dubium, quod oritur ex ſnia prędcedenti: diceret.n. aliquis dato, ꝙ verum sit, ꝙ qui vult perdere hic vitam ducẽdo eam in laboribus, inueniat postea aliam vitam,tñ magis volo vitam, quã habeo, quam vitam,quam spero, quia modicum differt vitã dare pro vita, & quia istud dubium fundatur in hoc, quasi puret̃ vita prędsens esse similis futurę,& ideo modicum differre habere vnã, vel aliam,dicit Christus, ꝙ nulla comparatio est vitę prędsentis,q̃ est vita corporis ad futuram vitam,quę est aĩę,quia magis valet vita aĩæ futura,q̃ iste mundus totus,sic dr̃ hic. *Quid prodest homini.* q.d. nihil prodest. quia ea,quæ habentur hic cito pereunt,& non sęnificant animam. *Si vniuersum mundum lucretur.* Accipitur mundus pro tota terra habitabili in qua homines sunt: nam de mundo, vt est rerũ vniuersitas non loquitur,quia hõ non põt lucrari mũdum hunc,sed mundum hunc terrenum põt quis lucrari,vt fit efficiat monarcha, & posuit hoc Christus, quia ista est maxima felicitas,quam terreni existimãt: nam potentem esse iudicant felicem esse, nulla tamẽ est maior potestas, neq; diuitiarũ copia, q̃ lucrari vniuersum mundum, hoc tñ dicit non prodesse si anima pereat,sicut.n. mortuo homini nihil prodest quidqd possederit etiam si monarcha extiterit, ita perdendo animã nihil prodest cętera lucrari. *Animæ vero suæ detrimentum patiatur.* i. patiatur dãnum aĩæ suæ. vocatur detrimentum diminutio: cum.n. quis perdit aliquid dr̃pati detrimentum, quia res eius diminuũtur, & ita si quis perdat animam dr̃pati detrimentum aĩæ, i. dãnũ, vel diminutionem, quasi anima sit vna de rebus, quæ ab homine possidentur. *Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua.* i. non põt dari aliqua commutatio, q. d. homo interdum sponte sustinet perditionẽ vniꝰ rei, quia per hoc lucratur aliamęquiualẽtem, vel maiorem,qñ tñ res non recipit æstimationẽ, neque ęquiualentiam non põt habere ęstimationem,& ita est de anima, siue accipiatur pro spiritu, siue pro vita nihil æquale est eis,& tamen magis proprie dicitur accipiẽdo pro spiritu, quia adhuc vita prędsens potest pro futura commutari, & ista perdita potest illa haberi, anima tamen si perit nihil est,quod habere possimus.

Quare Christus ista dixit hic, & nunc. Quæst. CXV.

QVAERETVR quare Christus ista dixit hic, & nunc. Dicendum, quòd potest triplicitẽr introduci litera ista pro nunc. Primo vt abundanter Christus Petrum increpet.Nã Petrus desuadebat ei mortem tolerare,quę pro nobis erat,Christus autem dicit, quòd ad hoc, quòd animã saluam faciamus, non solum nõ debemus Christum impedire à morte, quam tolerare pro nobis vult, sed etiam debemus eum imitari,vt similiter moriamur si oporteat pro eo mori. Sic dicit Chrys.postquam Petrus dixerat propitius esto tibi, & auduit vade retro me Sathanas, non fuit Dominus hac sola increpatione contentus, sed ex superabundantia voluit ostendere inconuenientiam dictorum à Petro, & fructum suæ passionis, scilicet siquis vult post me venire, ac si diceret tu mihi dicis propitius esto tibi: ego autem dico tibi, quoniam non solum me prohibere a passione nocumentum est, sed nec saluari poteris, nisi patiaris, & moriaris, & vitæ abrenuncies semper.

Secundo potest intelligi, quòd sit doctrina tollens dubium prędcedentium, quia supra Christus increpãs Petrũ dixit, vade post me Sathanas in quo admone-

bat desistere ab increpatione Christi, & magis sequi eũ, siue ire post ipsum, & quia nesciremus quid erat ire post Christum, ipse aperit hoc quõ fiat dicens. siqs vult post me venire abneget, &c. & hoc valde est cõueniẽs. Tertio põt intelligi, ꝙ Christus positurus erat aliqñ doctrinam istam de sequendo eum, & de modo sequendi, & vtilitate sequentium, quia erat necessaria doctrina, & quia in præsenti fuit magis conueniens, q̃ alibi ꝑꝑ similitudinem pręcedentium, & sequentiũ posuit eã hic: nam supra posuerat dictum Petro vade post me, & huic simile est quõ nos post Christum eamus: ẽt consonat sequẽti literę, vbi ponĩt transfiguratio, quę fuit ostẽsio futurę gloriæ, q̃ dabitur sequentibꝰ Chrm: nam ibi inuenient aĩas quas dicit hic Christus, ꝙ inuenient. Sed obijcietur, ꝙ superuacue istud ponatur hic: nam sup. 10. c. ponitur, s. qui non accipit crucẽ suam, &c. Dicendũ putant quidam, ꝙ Chrs sępe hoc dixit, ideo Matthęus, & cęteri sępe ponunt. Dicendũ, ꝙ non stat: nam verũ est, ꝙ multa erant, q̃ sępe Chrs dicebat: nã Chrs ꝑdicabat in varijs locis, & multo tpe, non est aũt verisile, ꝙ semper noua pręcicaret, quia ꝑdicabat in diuersis locis, & illi qui nunquam audierãt eum prędicantem, indigebant sententijs eis quas alibi prędicauerat, & ita opus erat, ꝙ repeteret ẽt quantum ad illos, qui continue eum audiebant, sicut erant discipuli sui, quia non poterant sufficienter oĩa capere semel tñ audientes, & tñ licet Christus sępe repeteret, quę dixerat: Euangelistæ nunquam repetunt, sed postquam Euangelista semel vnam descripsit sententiam, nunquam illam repetit, hic aũt vr̃ repetita sñia, quia ibi tacta est, quia non explicuit eam Chrs ad plenum, aut Euangelista non extendit eam hic, aut latius eam describit. Secundo & pręcipue, quia ibi fuit necesse poni, vt esset confirmatio superiorũ, q̃ dicebant, s. ꝙ Apostoli, non deberent timere prędicare ꝑꝑ labores temporales: nam oportebat crucem suam portare. hic aũt ponitur, vt conclusio ex pręcedentibus velut declarans illa quõ debeamus Christum sequi, & etiam occasione subsequentium, vt introducantur ea quę dicuntur de trãsfiguratione: nam hæc dicta sunt tunc, vt Chrs ostenderet se transfiguratum discipulis.

Quarę dicitur hic tunc dixit Iesus discipulis suis. Quæst. CXVI.

QVAERETVR quare dicitur hic, tunc dixit Iesus discipulis suis. Aliqui dicunt, ꝙ hoc est, quia pręcedentia dixerat Christus contra Petrum, & ei soli loquebatur, quia eũ redarguebat, nunc autẽ finita increpatione Petri loquitur oĩbus discipulis, & ideo supra dicebatur conuersus dixit Petro, quasi ei soli loqueretur, hic autem dicitur tunc dixit discipulis. Dicendum, ꝙ falsum est, quia ea, quæ supra habẽtur dixit Christus coram oĩbus discipulis, vt ostẽsum est sup. q. 115. & tñ verum est, ꝙ soli Petro loquebatur, quia illa erant verba redargutionis, & tñ solus Petrus peccauerat increpando Christum, ideo solus ipse redarguitur, coram discipulis tamen redarguitur, nunc autem Christus dirigit verba sua ad omnes, quia ista verba licet possit esse superabundans redargutio, vt ostensum est pręced. quæst. tamen etiam sunt doctrina quædam de sequendo Christũ per exẽplum, & ideo hic direxit verbum ad discipulos, & nõ solis discipulis, sed etiã turbis loquitur, vt patet Marc. 8. s. & conuocata turba, cum discipulis eius dixit eis, siquis vult post me sequi abneget, & cęt. & dixit Christus, hoc etiam coram turbis, quia ista doctrina erat omnibus necessaria: dicitur enim quomodo anima saluanda sit, & tamen cuilibet est necessarium saluare animam: turbis etiam proposuit, cum autem Pe-

F trum increparet fecit hoc coram solis discipulis, quia in hoc ostendebatur verecundia Petri, & tamen Christus seruabat hunc honorem discipulis suis, ꝙ non increpabat eos coram turbis, sed seorsum, vt non contemnerentur à turbis, nisi forte arguere publice esset ad Christi honorem, sicut quando publice peccabãt discipuli, vt sequenti cap. quando non potuerunt saluare arreptitium, quod ex paucitate fidei proueniebat, & de hoc quæsierunt ipsi à Christo coram turba, & ne quis putaret, quòd forte defectus aliquis esset in doctrina Christi, ꝙ discipuli sui non potuissent illud facere increpuit eos publice, ꝙ acciderat hoc propter infidelitatem eorum, idest quia non confidebãt se impetraturos quando petebant. coram discipulis tamen Petrum increpuit, quia hoc fuit conueniens ad G eruditionem aliorum discipulorum, vt ostensum est supra quæst. 115. Matthęus tamen tacuit hic de turba.

Quomodo quis potest se abnegare. Quæst. CXVII.

QVAERETVR cum dicatur hic, ꝙ abneget seipsum, qui Christum sequitur, quõ potest quis se abnegare? Dicendum, ꝙ abnegare est quãdo quis negat se quicquam alteri debere, illum quippe abnegamus cui profitemur nos nihil debere sic accipit Arist. 8. Ethic. c. vlt. s. quòd debens non potest abnegare, sed qui nihil debet, & subdit, ꝙ ideo non est possibile filio abnegare patrem, patri autem possibile est abnegare H filium, quia filius semper est debitor patri, pater autẽ non est debitor filio adulto ad aliquid. Et ita si accipiatur strictè abnegare seipsum, est quòd nihil homo debeat sibiipsi, & hoc non licet, quia tunc nihil procuraret homo pro seipso, & periret, sed homo abnegat seipsum, quando desiderijs suis, non teneri ad satisfaciendum profitetur, & realiter non prouidet illis: nã pręcipuum quod est in homine est voluntas. sicut in vrbe pręcipuum est imperans, qui autem voluntati suæ, idest desiderijs ex carne, & omnibus, quę contra Christi legem sunt, resistit, abnegat voluntatem dicens, non debere illam impleri, & tunc homo seipsum abnegat, quia non desinit adiuuare alterum, sed seipsum, & rectè seipsum negat, quia id, quod ipse I est negat: talis enim homo est per conditionem naturæ lapsę, quòd necesse sit hęc carnalia, & temporalia immoderate concupiscere, in his autem cum possit quis non satisfacere sibiipsi est se abnegare, idest dicere, quòd non habet aliqua talia desideria, vel non tenetur ad aliquid illis tanquam non essent sua, sed aliena. sic dicit Greg. in Homel. abneget semetipsum, qa nisi quis à semetipso deficiat ad eum, qui supra se est non appropinquat, sed si nosipsos relinquimus quo ibimus extra nos? vel quis est qui vadit si se deserit? sed aliud sumus per peccatum lapsi, aliud per naturam conditi: tunc ergo nosmetipsos relinquimus, & abnegamus, cum vitamus, quod per vetustatem fuimus, & ad hoc nitimur, quod per nouitatem vo- K camur.

Filius semper est debitor patri.

Et idem Gregor. super Ezech. ait semetipsum etiam abnegat quicunque mutatur ad meliora, & incipit esse, quod non erat, & desinit esse, quod erat, per hoc etiam Christus hortatur ad tolerandum omnia mala verbera, scilicet, & carceres, & mortis quęcunque genera, & ita hæc sustinere, quasi non sustineamus, nec nobis talia mala infligantur, sed extraneis à nobis: nam qui negat alium, etiam si videat eum pati non curat, ita ille seipsum abnegat qui, licet pati oporteat pro Christo, non vult liberare se ab his passionibus, quasi non teneatur sibi ad aliquid, nisi seipsum agnoscat. sic dicit Chrys.

Chrys. qui negat alium, vel fratrem, vel famulum, vel A quęcunque, & si flagellatum viderit, & quodcunque patientem non assistit nõ adiuuat, ita vult corpori nr̃o nos non ignoscere, vt & si flagellauerint, vel quodcũque aliud fecerint corpori nostro non parcamus: hoc enim est parcere, sicut patres non ignoscunt filijs, cũ magistris eos tradentes iusserint, vt non parcant.

Quid sit tollere crucem, & qualiter crucem ferre iubeamur. Et quis erat modus puniendi malefactores apud Iudæos. Quæst. CXVIII.

QVAERETVR quid sit tollere crucem, & qualiter crucem ferre iubeamur. Dicẽdum, quòd crux proprie significat lignum in quo affige- B bãtur latrones ad mortem, quę crux à cruciatu dr̃, & ita in opprobrium Dñs noster cruci adiudicatus est. hic aũt non debet accipi portare crucem, i. lignum illud, quia nullius vtilitatis est illud portare. Sic Greg. ait non hoc dicit, vt trabem super humeros apponamus.

Item quia dicitur, & tollat crucem suam, & sic innuitur, ꝙ ista crux aliquid nostrum est, quod non ꝑtinet ad trabem ligneam. Sed est dicendum, ꝙ est locutio per metaphoram: crux. n. hic crucem ligneam significat, sed ex modo locutionis metaphorice oñditur, ꝙ non pro ea, sed pro aliquo, quod toleramus accipiendum sit, & designat Christus, ꝙ si volumus vi- C tam ęternam habere, debemus crucẽ nobiscum portare, i. esse parati ad mortem vbique, & quocunque tpe tolerandam, si expediat pro Christi honore. Et posuit Christus conueniens exemplum de cruce: solebant. n. apud antiquos criminosi crucibus affigi, cruces aũt istę non erant fixę in aliquo loco, sicut furcas affixas videmus, & cuilibet occidendo crux parabãt, & consuetudo erat, ꝙ ipse cruci adiudicatùs crucẽ humeris tolleret vsque ad locum supplicij, & ibi in ea configebatur.

Sic enim de Christo factum est, quia exijt baiulans sibi crucem in eum, qui dicitur Caluarię locus Ioan. 19. sed postea cum prę lassitudine impotens ferre es- D set, angariauerunt Simonem quendam cireneum, vt tolleret crucem Iesũ Luc. 23. non erat aũt aliquis magis propinquus morti, quam cum ipsemet crucẽ suã portabat, & ad designandum istam magnam promptitudinem ad moriendum, q̃ pro Christo in animo nr̃o habere debemus, dixit, ꝙ tolleremus cruces, i. ita essemus animo dispositi ad mortem subeundũ, sicut si iam actualiter crucem portaremus in qua deberemus configi, & non potuit poni exemplum conueniẽtius iuxta conditionem illius tpis. Et hoc magis innuitur Luc. 14. cum dr̃ qui non baiulat crucem suam, & tñ baiulare motum localem portationis designat, & ideo de illa loquebatur, erat tñ metaph. & intelligenda erat pręparatio ad mortem per crucis baiulationẽ, põt aũt accipi quinque modis tollere crucem nr̃am, & omnes nobis conueniunt, quos exposuimus supra decimo. cap. quęst. 142. & tamen iste est omnibus melior, & magis consonans literę. E

Quomodo sit verum, quòd qui vult animam suam saluam facere perdet eam. Quæst. CXIX.

QVAERETVR quõ sit verum, ꝙ qui vult animã suam saluã facere perdet eam, quia vr̃ potius econtrario. Dicendum, ꝙ anima accipĩt vno modo pro ipso homine toto, iuxta vulgarem consuetudinem, vt dicimus duas animas duos hoĩes, sic Leu. 2. anima, quę obtulerit sacrificium, i. homo qui obtulerit, & septuaginta animę dñr egressę de fe-

more Iacob intrasse ĩ Aegyptum Gen. 46. & Exod. 1. sic & Gen. 12. animas quas fecerant in Aran, i. seruos, & ancillas quos emerant dum manerent in Aran. Secundo accipitur pro vita Psal. 118. anima mea in manibus meis semper, idest vita mea semper est in periculo, quia habeo eam in manibus, & 1. Reg. 22. siquis quęsierit animam meam, quęret & animam tuam, idest qui voluerit me occidere volet occidere te. Tertio pro spiritu, & ita vulgariter, & in communi vsu accipimus, & ita Leuit. 17. anima carnis in sanguine est, Non potest hic accipi anima primo modo, quia tunc perdere animam esset perdere seipsum, & tamen non est proprie dictum, quòd quis seipsum perdat, vel inueniat, quia aliud est, quod perditur aliud inuenitur, quam ipse inueniens, ideo anima debet accipi, vt aliquid hominis, non autem pro ipso homine, & tunc poterit accipi, aut pro vita, aut pro spiritu. Dicendum tamen quòd melius pro vita, quam pro spiritu accipitur, vt ostensum est supra 10. cap. quæst. 143. Et tunc dicendum, quòd perdere accipitur dupliciter. vno modo pro amittere, alio modo pro destruere, & secundùm hoc est duplex sensus. Primo modo qui animam, idest vitam saluat hic, idest conseruat nolens pati malum aliquod, sed frui voluptatibus, perdet eam, scilicet in futuro amittet, quia non inueniet eam pro gloria, sed pro gehenna. Secundo modo qui vult animam suam saluam facere, idest saluare in futuro, perdet eam, idest necesse est, quòd perdat eam in presenti: qui enim sponte labores tolerant, dicuntur animã destruere, idest vitam, quia moriuntur in laboribus, & vterque sensus redit ad idem, scilicet, quòd non potest haberi vtrobique iocunditas, sed necesse est, aut hic, aut ibi iocunditate carere.

Sic dicit Origenes, qui voluerit, &c. quod dupliciter intelligi potest. primum sic siquis amator vitæ præsentis parcit animæ suæ timens mori, & putans animam suam per hanc mortem perire. iste volens animam suam saluare perdet illam, alienam eam faciens à vita æterna.

Siquis autem contemnens vitam præsentem vsque ad mortem pro veritate certauerit, perdet quidem animam suam quantum ad vitam præsentem, sed quoniam propter Christum perdidit eam magis eam saluam faciet in vitam æternam. alio modo sic siquis intelligit, quæ sit vera salus, & acquirere eam vult ad salutem animę suę, iste abnegans semetipsum perdit quantum ad voluptates carnales animam suã propter Christum, & perdens animam suam hoc modo saluat eam per opera pietatis, de his dictum est supra 10. cap. q. 143.

Quare Christus dixit: quid enim prodest homini si vniuersum mundum lucretur. Quæst. CXX.

QVAERETVR, quare Christus dixit: quid enim prodest homini si vniuersum mundum lucretur, &c.

Dicendum, quòd hoc ad tollendum argumentum, quod posset suboriri ex præcedentibus: nam dixerat, quòd qui perdit animam suam in hac vita, vel mundo inuenit aliam vitam in futuro, & econtrario, & ita videbatur dari commutatio vitæ pro vita, & quia magis mouent pręsentia, quam futura, tum quia certiora sunt, tum quia ista habent esse, & ideo mouent: futura autem parum habent de esse, cum non habeant esse nisi in intellectu, vel in causis, quod ad nos nihil pertinet, quę autem exterius sunt fortiter mouent, quæ autem solum cogitantur parũ mouẽt, sicut est dr̃ia magna videre bella, & cala-

mitates principum, & vrbium, vel audire illa recitari in tragedijs, vt dicit Arist. primo Ethic. capitulo, 15. & ideo magis vellent homines perdere vitam in futuro, & habere in præsenti, quam perdere in præsenti, & habere in futuro, si solum commutaretur vita pro vita: ad hoc ergo ostendit, quòd non datur vita p vita, sed bonum illud, quod in futuro expectatur est valde maius, quam quod in præsenti est. Et etiam in futuro simpliciter perditur vita, nisi perdatur hic, & tamen hic non perditur vita, quando quis ponit vitã pro Christo, vel tollit crucem suam, sed solum abdicat à se bona temporalia, vel voluptates huius sęculi, & inuenit postea vitam, & tamẽ omnia, quæ hic perduntur, parua sunt collata ad animã, ideo potius perdere debemus hic bona hęc, quam animam in futuro, quia nullũ æquiualẽs pro anima dari potest, & hoc
G est, qd Christus dicit qd prodest homini. Et potest accipi anima tam pro spiritu, quam pro vita, si pro vita est sensus quid prodest homini lucrari totum mundum, si vitam perdat? quia ei mortuo nihil prodest totus mundus, quem lucratus fuerit, ita non prodest aliquid, quod homo acquirat hic multa bona, & voluptatibus fruatur, si in futuro non viuet, cum hęc parua sint. Si autem accipiatur pro spiritu manifestius est, quia nihil prodest omnia lucrari, si animam perdiderimus, cum illa sit preciosior omnibus rebus, & vtroque modo verum est, de commutatione: nam pro vita non potest dari aliqua commutatio: melior est enim vita temporalis, quam omnia temporalia, etiã quam totus mundus, cum mortuo nihil ista prosint,
H & tamen vita sine his est aliquid valde delectabile, & desiderabile: accipiendo pro anima manifestius est, quia nihil, nec temporale, neque spirituale potest cõmutari pro anima: nam pro vita nostra, licet non possit commutari aliquid temporale, commutatur tamen bonum æternum, & ideo bene exponitur ista vita pro æterna, & tamen animę nulla commutatio est, quia si anima pereat nihil prodest homini, immo etiã Deus nõ prodest ei qui animam perdidit, sed melius esset ei si natus non fuisset infra vigesimosexto. Sic dicit Chrysost. diuitias si perdideris poteris dare diuitias alias ad eas redimendas, animam autem perdens non poteris animam aliquam dare, sed neque aliquid aliud. quid autem mirabile & si in anima hoc contingit, etenim in corpore hoc videtur contingere: & si enim decem millia diademata corpori insanabiliter ęgroto circumposueris non curatur. Aliter potest intelligi, quod dicitur quid prodest homini, &c. scilicet quòd non putet quis temporalem vitam tantum valere, sicut futuram: nam non solum hęc, sed etiam totus mundus si addatur ei non ęquiualet saluti animæ. Sic dicit Chrysostom. quia dixerat. Qui vult animam suam saluam facere, perdet eam, & quicunque perdet saluabit, & salutem, & perditionem in vtroque collocauit; ne quis, & hanc perditionem illi æqualem putet, & salutem saluti similem, &c. subiũgit, quid prodest homini, &cęt. Vides salutem hanc indecenter
K comparatam perditionem esse, immo perditione omni peiorem, quia nullo remedio sanari, nullo premio amplius redimi potest: non ergo dicas, animam suam eum seruasse, qui hæc pericula euasit. Nam si orbem quoque terrarum lucratus fuerit, quid hinc illa perdita lucrabitur? Dic oro, quid lucraberis, si dum seruos tuos magnificis dapibus deliciose viuere videas, tu extremo inediæ malo debilitatus iaceas? An forte quia Dominus es, lucrari te quicquam dices? Nequaquam, &c. *Filius enim hominis*. Hic ponitur secundum in quo promittit gloriam futuræ resurrectionis per similitudinem ad gloriam, quam ostendit in sua transfiguratione, & dicitur. *Filius enim ho-*

F *minis*, Idest ego: sic enim solet se vocare, vt patet supra nono, & duodecimo. *Venturus est in gloria*. Idest in apparatu glorioso: hoc enim erit in die iudicij infra vigesimoquinto, *Patris sui*. Idest in gloria Dei, siue qualem habet Deus, qui est pater eius, cum Angelis suis, idest comitantibus eum Angelis: nam præcedẽt eum Angeli, & stabunt sibi velut ministrantes. *Et tunc reddet vnicuique*. Idest retribuet ex quo innuitur, quòd omnes iudicabuntur, & cuilibet retribuetur bonum, vel malum. *Secundùm opera eius*. Idest sicut opera eius promeruerint. Ex quo apparet, quòd non erit fauor. & secundùm opera quantum ad qualitatem, & non quantitatem: nam qualia opera erunt talis erit retributio: vnde pro bonis bonum, pro malis vero pęna retribuetur, in quantitate tamen non erit sic, quia bonis plus datur, quam meruerint, quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, ad Rom. octauo. malis autem iuxta quantitatem demeriti datur. *Amen dico vobis*. Idest in veritate, & est modus certificandi, ponit autem Christus hoc, vt innuat, quòd non solum in futuro videbunt gloriam, quam in se habebunt singuli boni, sed etiam in præsenti ostenderent eam aliquibus. *Sunt quidam de hic stantibus*, Idest non omnes, sed aliqui videbunt gloriam, quam nunc ostendere volo, scilicet Petrus, Ioannes, & Iacobus. *Qui non gustabunt mortem*. Idest antequam moriantur, dicitur quis gustare mortem, idest tolerare, quasi eã bibat, & sic Christus loquitur infra vigesimosexto. ad
H Petrum. calicem quem dedit mihi pater non vis, vt bibam illum? idest non vis, quòd tolerem mortem, quam pater diffiniuit, quòd tolerarem? & sic dicimur bibere panes inquantum origines earum sunt ab extra, sic dicit Virg. primo Aeneid.

Infelix Dido longum bibebat amorem.

Idest recipiebat, quasi biberet illum. *Donec videant filium hominis*. Idest me. *Venientem in regno suo*. Idest venientem, vel stantem in tali apparatu in quali futurus est in regno suo post resurrectionem suam.

Promissio gloriæ futuræ resurrectionis Christi.

Ad quid introduxit Christus hic istud, scilicet filius hominis, &c. Quæst. CXXI.

I QVAERETVR ad quid introduxit Christus hic istud, scilicet filius hominis, &cęt. Dicendum, quòd primo fuit ad consolandum discipulos, & alios auditores suos: proposuerat enim Christus dura, scilicet, quòd animam suam homo perderet hic, & quia nemo sponte mala subit, nisi bona expectet, cum omnis operans intendat bonum primo Ethic. posuit bona, quæ expectanda erant, scilicet, quòd filius hominis retribueret vnicuique iuxta opera sua, & sic, qui posuissent hic animã suam, inuenirent postea retributionem sufficientẽ, & ita confortarentur ad hæc subeundum. Secundo fuit hoc ad tollendum dubium pręcedentiũ: dixerat enim Christus supra, quòd qui perderet hic animam inueniret eam, & qui vellet eã saluam facere perderet eam, dubitaretur autem quãdo illud esset aut qũo fieret, ideo Christus declarat, quando fieret, & quomodo dicens, filius autem hominis venturus est, idest ipse veniet ad iudicandum, & retribuet vnicuique iuxta opera sua, & illa retributio erit, quòd mali perdant animas, boni autem inueniant eas, & ita modus faciendi hoc erit per iudiciariam retributionem, quam Christus faciet, tempus autem faciendi hoc erit, quando iudicabitur sęculum. Et ista est causa magis ad literam apta, & patet quia dicitur, & tunc reddet vnicuique, secundùm opera sua, idest tunc erit tempus inueniendi animam, vel perdendi pro eis, quæ hic gessimus.

Quare vocatur hic Christus filius hominis. Quæst. CXXII.

QVAERETVR quare vocatur hic Christus filius hominis. Dicendum, quòd sic sępe vocare se solet, quia vere erat filius hominis, scilicet virginis naturam humanam veram assumẽs, & interdum quasi sine vlla causa speciali vocat se filium hominis solũ, quia verum erat, interdum autem solet hoc facere ad reddendam ambiguam locutionem: nam si diceret ego, manifestum est, de quo loqueretur: cum autem dicit filius hominis, videtur loqui de alio, & fit oratio ambigua, & hoc facit interdum quando vult, quòd sit locus dubitandi ex verbis eius, sic patet Io. 12. nam
B Christus iam dixerat oportet exaltari filium hominis, & dicit ibi, quòd turba dixit, nos audiuimus ex lege, quòd Christus in ęternum manet, quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis, quis est iste filius hominis? Secundo fiebat hoc ad humiliandum se: nã si diceret ego faciam tale, vel tale, videretur se laudare, cum autem dicat filius hominis faciet talia euitat inanem gloriam, tum quia videtur loqui de alio, & non de seipso cum loquatur in tertia persona, tum quia etiam si loquatur de seipso, cum vocet se filium hominis, non vult sibi maiorem gloriam ascribere, quam esse filium hominis, cum non dicat de se maiora, & ob hoc, quando Christus aliqua magna dictu-
C rus est de se, vocat se filium hominis, vt tunc manem gloriam vitare videatur: nam circa parua non est gloriari, sed circa magna, & ita dicit Greg. super Ezech. quòd quando Deus reuelabat magna Ezechieli vocabat eum filium hominis, vt patet Ezech. primo, & secundo, scilicet, vt magnitudo reuelationum non extolleret eum primo Corinth. duodecimo. capitulo. Tertio fiebat ad tollendum dubium: nam quando Christus faciebat magnalia putarent aliqui, quòd nõ erat verus homo, sed erat Deus apparens in humana effigie, sicut dixerunt turbæ viso miraculo curationis claudi facto per Paulum, & Barnabam: nam clamauerunt lycaonice dicentes, dij similes facti hominum venerunt ad nos Actu. decimoquarto, ideo quando Christus faciebat magna vocabat se filium hominis,
D vt non putaretur solus spiritus esse. Quarto fiebat ad honorem naturæ humanę: nam erat magnus honor naturæ humanæ, quòd talia fierent per eam, vel ab eo qui homo erat: nam licet natura humana non haberet vires ad hoc, erat tamen eadem persona, quæ erat homo faciens hæc, & ideo etiam hominem vocabat se in istis magnis, vt supra nono, vt sciatis, quòd filius hominis potestatem habet in terra dimittendi peccata, & infra vigesimosexto. videbitis filium hominis venientem in nubibus cęli, & sedentem à dextris virtutis Dei. & ita hic cum ageret de iudicio in quo in magna gloria appariturus erat, vocat se filium hominis, & ita etiam vocat se infra vigesimoquarto, vbi idem ponitur de aduentu ad iudicium, videbunt filium hominis venientem in nubibus cęli, cum vir-
E tute magna, omnes autem istæ causæ competunt hic præter primam: nam nunc Christus noluit reddere locutionem ambiguam, cum potius ista dixerit, vt declararet ea, quæ supra dubia erant.

Quare dixit venturus est in gloria patris sui. Quæst. CXXIII.

QVAERETVR quare dixit venturus est in gloria patris sui.

Dicendum, quòd primo dicitur sic ad reddendum verisimile id, quod dicitur: nam dare vnicuique iuxta opera sua, erat opus magnæ potestatis, & verisimi-
A lius erat, quòd illud faceret ille qui magnam potestatem haberet, quam qui esset infirmus, licut nos: nam Christus quando dixit hæc apparebat in infirmitate nostra, & videbatur, quòd non posset hoc facere, ideo dixit venturus est in gloria, quasi dicat, non est admirandum, quòd tunc istũd posset, quia veniet tũc in gloria magna, & potestate, & ita dicitur infra 24. videbunt filium hominis venientem in nubibus cęli, cum virtute magna, & maiestate.

Secundo ad tollendum dubium, quia diceret aliquis, si tu hoc facturus es, quare non facis nunc cum iam veneris ad nos? & videtur respõdere ad hoc, quòd non est nunc tempus faciendi istud, quia tunc est tem
B pus apparendi in infirmitate, & paupertate ad patiendum magis, quam ad retribuendum, erit autem magis aliud tempus in quo erit locus glorię, & potestatis, & tunc fiet istud, & sic iudicat, quòd duo sunt aduentus eius vnus in humilitate, vt iudicetur, & alius in potestate, vt iudicet, & retribuat, quasi dicat, nunc non est tempus faciendi hoc, sed aliud erit tempus. Sic dicit Origenes nunc quidem filius hominis venit, sed non in gloria: non enim decebat eum in gloria constitutum peccata nostra portare, sed tunc veniet in gloria.

Tertio & quasi ad idem, quia diceret aliquis, quomodo iste dabit nobis vitam pro vita, quam perdiderimus, & felicitatem, cum ipse talis nũc sit qualis nos?
C & ideo dicit, cum venerit in gloria, scilicet tũc veniet in gloria, & ideo poterit gloriosos reddere eos, qui digni fuerint.

Dicitur autem in gloria patris sui, ad ostendẽdum hoc verisimile, quia aliquis diceret, quomodo poterit iste talis apparere, vt gloriam alijs dare possit, quia homo est sicut nos, & non videtur vnde talem gloriam habere possit? dicitur ergo in gloria patris sui, idest non habeat istam gloriam suam, idest inquantum homo est, habebit tamen eam à patre suo, idest à Deo qui est pater eius, & potest talem gloriam dare ei.

Secundo vt per hoc innuat se habere patrem Deũ: nam si homo solum esse putaretur, non posset pater suus aliquid tam excellens ei dare, vt posset glorificare homines reddens eis iuxta opera sua, quia tamen Dominus est pater suus, potest dare hoc illi.

Tertio vt ostendat se esse eiusdem substantię, cum patre: nam non dicit hic venturus est in tali gloria, sicut pater, sed in gloria patris, scilicet in gloria eadem in qua est pater, sed non potest esse eadem gloria, nisi sit eadem maiestas, bonitas, & essentia, & cętera sint vnum, ideo eadem est essentia patris, & filij. Sic dicit Chrysostom. non dixit in tali gloria in qua est pater, ne alteritatem gloriæ suspiceris, sed ait in gloria patris, vt eadem gloria ostendatur. Si autem gloria vna est, manifestum est, quòd substantia vna est, & gloriã patris vocat hic Christus gloriam Deitatis, sed quandocunque Deum nominare vult patrem appellat: nam totius Deitatis eadem gloria est, & natura, vocatur autem gloria quidam excellens apparatus, qui reddit notum eum cuius est, & excelsum esse manifestat, & ideo gloria, quasi clara à claritate dicitur, & hanc solemus vocare maiestatem, sicut reges dicuntur habere maiestatem, quia in magno apparatu ostenduntur, vnde Christus pro eodem accipit maiestatem, & gloriam. Quod patet, quia sicut hic se venturum ad iudicium dicit in gloria, ita infra 24. vbi de aduentu ad iudicium agit, dicit se venturum in maiestate, scilicet videbunt filium hominis venientem in nubibus cęli, cum virtute magna, & maiestate.

Quare dicitur venturus cum Angelis suis. Quæst. CXXIIII.

QVAERETVR quare dicitur venturus cum Angelis suis. Dicendum, quòd hoc est. Primo ad ostendendum potestatem suã: manifeste.n. se Deum dicit, cum dicat se habere Angelos: nam Angeli, nõ sunt subditi, nisi Deo, homini aũt non subduntur Angeli, sed potius homo Angelis Psal.8. minuisti eum paulominus ab Angelis gloria. & vt istam potestatem aperte oñdat non dixit solum venturus est, cum Angelis, sed cum Angelis suis, i. qui ei subditi sunt. Secundo fuit ad ostendendũ verisimilius id, quod supra dixerat de redditione vnicuique iuxta opera sua: nam non videretur qũo ipse facere posset, & ipse ostendit, ꝙ poterit, quia tantæ potestatis est, ꝙ Angelos habet subiectos: ergo à fortiori de hominibus faciet, quod volet. Tertio ponitur ad declarandum id, quod immediate dixerat, ſ. venturus est in gloria patris sui, & quia nesciretur, quę gloria esset ista aperit quid sit: est enim gloria apparatus excellens, quem maiestatem appellamus qualis est in principibus terrenis, sed in illis prĕcipuum, quod ad gloriam eorum facit, est multitudo comitantium, & assistentium, vt dicitur Prou. 14. in multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia est principis, ideo oñdit, ꝙ gloria sua erat, quia habebat multitudinem Angelorum assistentium: nam si gloria principis est multitudinem populi assistentis habere, quanto fuerint subditi excellentiores tanto princeps erit dignior, & tñ nulla creatura maior est spiritibus Angelicis: Christus ergo qui habebat Angelos assistentes sibi erit excelsior omnibus principibus: ita enim Deus oñdit maiestatem suam, quia habet Angelos assistentes, & ministrantes ei Dan. 7. Quarto ponitur propter executionẽ iudicij: nam dixerat, quòd reddet vnicuique iuxta opera sua, ista autem retributio erit in gloria, & in pœna, & vtrunque erit à Christo diffinitiue, executio tñ non fiet ab eo saltem quantum ad pœnalia, sed habet ministros, ideo propter multa ministeria, quę Angeli exhibebunt Christo in iudicio dicitur, ꝙ Christus veniet cum Angelis suis. Erũt enim quędam ministeria ad iudicium conuocando, quia Angeli canent tuba vocando ad iudicium infra 24. ſ. & mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos à quatuor ventis, & à summis cĕlorum, alia ministeria erunt expleto iudicio tradendo sententiam executioni quantum ad dãnatos mittendo eos in gehennã sup. 13. exibunt Angeli, & congregabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. quid tamẽ facient Angeli in iudicio magis dicetur infra 24. Quinto ponitur propter testimoniũ de bonis, & malis nostris, vt gloriemur de bonis nostris, vel confundamur de malis: tanto enim laus alicuius maior est, quanto coram excellentioribus turpia nostra pandũtur, sed nulla creatura est excellentior Angelis, ideo illi inducuntur tãquam testes bonorum, vel malorum nostrorum in die iudicij, vt sic magis, vel gloriemur, vel confundamur, sic dicit Luc. 9. qui me erubuerint, & sermones meos hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum Angelorum, & conuenienter ponuntur hic Angeli, cum agatur de aduentu ad iudicium, quia vbicunque agitur de iudicio introducuntur Angeli, sic patet infra 24. & primo Thess. 4. & ita Dan. 7. cum describatur apparatus iudicij, subditur de Angelis, millia millium ministrabant, & decies centena millia assistebant ei.

Quare Christus dixit sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, &c. Quæst. CXXV.

QVAERETVR quare Christ⁹ dixit sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, &c. Dicendum, quòd primo fuit ad ostendendum gloriam suam in carne: nã in futuro sęculo apparitura erat gloria eius in carne glorificata, quę iam videretur caro diuina, sed ibi non erit admirandum aliquid tale ostendere, quia totum, quod in illo sęculo erit, diuinum, & gloriosum erit, nunc autem dum erat in vita mortali voluit ostẽdere aliquid illius gloriæ, vt non putaretur omnino infirmus, & hoc fuit transfigurando se, vt autem esset occasio ad illud faciendum dixit hæc verba, scilicet sunt quidam. Secundo & prĕcipue fuit ad certificandum de eis, quæ dixerat: nam supra dixerat, quòd animam perdere deberemus pro eo, & vt hoc vellemus facere dixit, quòd ipse redderet vnicuique iuxta opera sua, vt vero hoc fieret verisimilius dixit, quòd istud esset quando ipse veniret ad iudicandum in gloria patris sui, & cum multitudine Angelorum, hoc autem forte non crederetur, quia videntes Christum pauperem, & infirmum non putarent, quòd ipse talia posset, ideo voluit ostendere, quòd talis poterat ostendendo hic in corpore suo talem gloriam qualem dicebat se habiturum cum veniret ad iudicandum, & quoniam illi qui mentiri volunt poll cendo aliquid differunt rem in longinquum, dixit Christus, quòd istam gloriam non solum viderent post mortẽ, quando regulariter datur hominibus, sed etiam viderent eam viuentes. Sic dicit Hieronym. poterat autem Apostolorum tacita cogitatio istius modi scãdalum sustinere occisionem, & mortem nunc dicis esse venturam, quòd autem promittis te affuturum in gloria differs in tempora longa: prĕuidens ergo occultorũ cognitor quid possent obijcere prĕsentem timorem prĕsenti compensat prĕmio dicens: sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem. Tertio põt dici, ꝙ fuit ad satisfaciendum eorum desiderio: nam dato, ꝙ crederent Christum posse venire in tali gloria qualem dixerat, cum alia magna fecisset ex quib⁹ hoc ostendi poterat posse facere, tñ desiderarent nimium experiri qualis illa esset. hoc autẽ desiderium Christus compleuit in eis ostendens illis hic aliquã degustationem huius glorię. sic dicit Chrys. volẽs ergo monstrare qualis est illa gloria in qua postea venturus est, eis in prĕsenti vita reuelauit, sicut eis possibile erat discere, vt nec in Dñi morte iam doleant. Quarto fuit ad valde confortandum, & alliciendum: nam bonum prout est in intellectu parum mouet eo, ꝙ solũ habet esse spirituale, & intelligibile, vt aũt est in sensu valde mouet, & est prĕsens, & habet plenum esse reale, ita nunc licet crederent firmiter discipuli talẽ gloriam futurã esse bonis qualem Christus prĕdicebat, parum tñ mouerentur ad cupiendum illam, si aũt semel degustassent aliquid eius nihil posset eos turbare à prosecutione eius. hoc enim est, quod nobis valde obest, credimus quidem firmiter magnum esse bonũ post mortem quale scriptura refert, & maius quidẽ, quam ingenio aliquo comprehendi possit, & tñ quia nihil tale videmus parum afficimur ad illud, & debiliter mouemur, ideo quęcunque bona transitoria oblata in sensu faciliter nobis desiderium illius boni excutiunt, & in se toto sibi conuertunt, quod nequaquam fieret, si aliquid degustassemus illius beatitudinis, & pp hoc Paulus, qui raptus viderat arcana verba, quæ non licet homini loqui, degustans exordia quędam cĕlestis beatitudinis 2. Corinth. 12. nullo modo mori poterat à desiderio eius, qd̃ viderat dicens, ad Ro. 8.

Certus

Certus sum, quòd neque mors, neq; vita, neque Angeli, neque principatus, neque potestates, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neq; fortitudo, neque altitudo, neque sublimitas, neque profundũ, neque creatura aliqua poterit nos separare à charitate Dei. discipuli autẽ Christi multa passuri erant ad fundandum Christi doctrinam per totum orbem, ideo oportet valde radicatos esse in amore illius beatitudinis, vt neque metus, neque amor posset eos diuellere, ideo fuit conueniens ostendi eis imaginem gloriæ futurę, & degustationem quandam eius, vt sic solidati nullis possent aduersitatibus superari.

Quod regnum erat istud in quod Christus venturus erat, &c. Quæst. CXXVI.

QVAERETVR, quod regnum erat istud in quod Christus venturus erat, & viderent eum venientem discipuli sui. Aliqui dicũt, ꝙ est Ecclesia, quia prĕsentis temporis Ecclesia regnum cĕlorũ dr̃, vt dicit Greg. in Homel. & in isto regno Christus venit, cum dedit pacem, & firmitudinem Ecclesię suæ iam multiplicatę, & hoc viderunt quidam de discipulis Christi, quia aliqui eorũ tãdiu vixerunt, ꝙ Ecclesia erat iam valde multiplicata qñ ipsi obierunt, ita fuit de Ioanne Euangelista, qui longo tpe vixit. sic etiam fuit de Simone Chananęo Episcopo Ierusalẽ, qui cẽtum, & viginti annorũ erat cum in Ierusalem crucifixus est. sic dicit Greg. regnũ Dei prĕsens Ecclesia vocatur, & quia nonnulli ex discipulis eius vsque adeo in corpore victuri erãt, vt Ecclesiam Dei constructam conspicerent, & ꝗ mundi huius gloriam erectam consolatio promissione, nũc dr̃ sunt quidam, &c. Sed dicendum, ꝙ hoc non stat. Primo quia tunc non esset hoc ad propositum prĕcedẽtium scriptura faciat cum ad hoc Christus locutus fuerat: nam sup. dixerat, ꝙ venturus erat in gloria patris cum Angelis suis. hic autem dicit in regno suo, qd̃ idem vr̃, & sic vnum inducitur in confirmationem alterius, & tamen sic accipiendo nihil facit ad prĕcedẽtia. Secundo quia in prĕdictis vr̃ promittere consolationem aliquam discipulis, quibus hic mala pati suadebat, & tamen videre aliquando Ecclesiam multiplicatam non erat aliquod notabile gaudium, maxime, quia nemo Apostolorum vidit Ecclesiam, nisi in magnis angustijs, quia tempore omnium ipsorũ fuerunt persecutiones graues in Ecclesia, vt apparet de Ioãne, qui lõgęuus fuit: nam in insulam relegatus est, de Simone Chananęo idem fuit: nam crucifixus fuit. Tertio quia dicitur videbunt filium hominis venientem in regno suo, & tamen videre multiplicationem Ecclesiæ, non fuit videre Christum venientem in regno suo, quia Christum non viderũt, sed poterat melius dici, ꝙ videbant venire regnũ filij hominis. Quarto quia ante hoc viderent alia, quę magis pertinerent ad regnum Christi, & gloriam eius, q̃ multiplicari credentes, ſ. videre Christum resurgentẽ, & videre ascendentem in cĕlum: ergo non intelligitur de his. Alij dicunt, ꝙ intelligitur de Ioanne Euangelista: nam ipse vidit filium hominis venientem in regno suo, idest venit Christus ad eum, sicut dicitur Io. 21. sic eum volo manere donec veniam: sed hoc minus videtur, q̃ prĕcedens. Primo quia Ioannes, vnicus fuit, & tñ qui visuri erant, quod hic dicitur multi erant, ſ. sunt quidã de hic stantibus. Secundo quia nihil erat hoc ad propositum, vt ostendunt rationes positę contra prĕcedentem positionem. Alij dicunt, ꝙ intelligitur de resurrectione Christi, & ascensione: nam post resurrectionem eum viderunt, & ascendere etiam intuebantur ascendentẽ, quia tunc Christus erat in gloria sua, idest apparens in forma gloriosa, & hoc erat venire in regno suo. Sed non stat, quia Christus promisit hoc specialiter quibusdam, & non oĩbus, quia dr̃ sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, & tñ Christum resurgentem, i. post resurrectionem, & ascendentem oẽs Apostoli viderunt, ideo non intelligitur de hoc. Sed dicendũ, ꝙ intelligitur hoc de trãsfiguratione, q̃ facta est post paucos dies, & hoc conuenit valde literę. Primo quia hoc satisfacit dubio, quod aliquis hr̃e poterat: nam cũ Christus diceret, ꝙ venturus erat in gloria, cum Angelis, & redderet vnicuiq; iuxta opera sua, dubitaretur, an posset illud facere. hoc autem oñdit Christus nunc in transfiguratione ostẽdendo imaginem futurę glorię, vt manifeste videret, ꝙ qui talia in corpore suo faciebat, posset in gloria venire qñ vellet, & corporibus nostris similem dare gloriam. Secundo quia hoc factũ est, paucis diebus postquam dixit, ſ. sex diebus, vt dr̃ seq. c. & ita vr̃ esse ad ꝓpositum prĕcedentium. Tertio quia Euangelistę subiungunt trãsfigurationem immediate post ista dicta, vt patet hic, & seq. c. & Marc. 8. & 9. & Luc. 9. in quo innuitur, ꝙ id, quod ibi ꝓmittitur, est id, quod ibi subiungitur. Quarto quia sicut Christus dixit sunt quidã, &c. ita fuerunt: nam tres discipuli eius interfuerũt, vt patet seq. c. sic dicit Remigius, & Theoph. ſ. ꝙ hic dr̃ impletum est in tribus discipulis, quibus Dñs transfiguratus in monte gaudia ęterna repromissionis oñdit, qui viderunt eum in regno suo venientem, i. in ea claritate fulgentem in qua peracto iudicio videbitur ab oĩbus sanctis. Sciendum autem, ꝙ idem est hic regnum Christi, & gloria eius: nam vtrunq; pro eodem se accepisse innuit: dixerat enim sup. filius hominis venturus est in gloria patris sui. hic autem dicit donec videant filium hominis venientem in regno suo, & tñ istud est oñsio illius, ideo debet esse tale hoc quale illud, quia aliàs non sufficienter probaretur vnum per alterum, vt dictum est, & dr̃ Christus venire in regno suo, i. in tali apparatu in quali erit in regno suo: nam licet Christus nunc regnet, quia Ecclesia est regnum eius, tñ ostensio regni eius, non est in hoc mundo, sed in futuro, sic ipse dixit corã Pilato, Io. 18. regnũ meũ non est de hoc mundo, i. licet nunc manens hic rex sim, & regnum habeam, tñ manens hic non ostendã hoĩbus statum, vel habitum regalem, sed ista ostensio erit in futuro, vbi in æternum regnabitur. Et istud regnum Christi cępit immediate post resurrectionem glorificato corpore eius, sed magis apparebit post diẽ iudicij qñ oĩa erunt subdita Christo quantum ad effectum, vt oñsum est sup. 11. c. q. 61. nam tunc dicẽ regnare, & tradere regnum Deo patri 1. Corinth. 15. & quoniam in tali apparatu quantum ad habitudinẽ corporis sui, Christus nunc transfiguratus apparuit, in quali tunc erit, dicitur venire in regno, idest in apparatu regni sui, sed Marc. 8. dicitur donec videant regnum Dei venientis in virtute, idest donec videant gloriam resurgentium quantum ad imaginem, & illa gloria erit regnum Dei, quia quando surrexerint beati in tali effigie dicetur regnare Deus in illis, & dicitur in virtute, idest potestate, quia talis ostensio glorię in corpore non fit sine infinita potestate, quia nemo mortalium talem habitum corporis sui facere potest, sed Luc. nono. dicitur donec videant regnũ Dei, & idem est, quia videndo gloriam corporis Christi videbant regnum Dei. Aliqua alia dubia erant circa ista verba Christi hic dicta, & tamen ponentur sequenti capitulo. cum ibi agatur de transfiguratione ad quam prĕdicta verba pertinent.

Regnum Christi. & gloria ei⁹ sunt idem.

CAP.

C A P. XVII.

ET post dies sex assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in mon-
Marc. 9. Luc. 9. tem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius, sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.

ET *post dies.* Posita est in precedentibus à Matheo Ecclesie in fide gentium fundatio. hic consequenter subditur fundationis cõfirmatio. Et in duo diuiditur. Primo.n. declarat regulam future resurrectionis. Secundo ponit efficaciã sue passionis. Est aũt ordo mutatus quantum ad tempus, sed non quantum ad rõnem: nam licet sit prior tpe passio, quam resurrectio futura in nobis, non tñ ordinatur passio Christi, nisi ad nostram resurrectionem, i. vt resurgentes gloriam habeamus, immo preponi debet, sicut sermo de fine precedit sermonẽ de his, que ad finem, & hoc ibi. *Conuenientibus autem.* Prima in duas, quia primo ostenditur gloria future resurrectionis. Secundo ex hoc inducitur solutio duplicis questionis ibi. *Interrogauerunt discipuli.* Prima in tres, quia primo ad declarationem future resurrectionis describitur Christi transfiguratio. Secundo subditur huius transfigurationis testificatio ibi. *Et ecce apparuerunt.* Tertio circa hoc ponitur discipulorum instructio ibi. *Descendentibus illis.*

An ea, quæ habentur hic sint continuata ad præcedentia.
Quæst. I.

QVAERETVR an ea, que habentur hic sint continuata ad precedẽtia. Et an sint immediate facta, vel interposito aliquanto tpe. Dicendum ad primum, ꝙ continuatio est. Quod patet primo quia supra, ꝙ miserat Christus glorie sue oñsionem per transfigurationem, hic aũt illã presentem exhibet, ideo ordo est continuus. Secũdo quia oẽs Euangelistę concordant in hoc: nam sicut Matthęus nihil interposuit inter hęc & promissionẽ, que habetur preced. c. ita & Mar. 8. ponitur in fine ista promissio, & Marc. 9. in principio ponitur transfiguratio.

Idem apparet Luc. 9. vbi vtrunque ponitur, & nihil interponitur: nam soli tres hoc scripserunt. Ad secundum dicẽdum, ꝙ paruum tps intercidit inter hęc, & precedentia, s. dies sex, vt dr̃ hic in litera, s. & post dies sex, & idem dr̃ Marc. 9. tempore aũt intermedio non scribunt Euangelistę aliquid, quod Christus egerit, licet verum est, ꝙ predicaret, quia istud erat officiũ suum continuum, tñ Euangelistę non describunt oĩa que Christus prædicauit, & ideo inter precedentia, & hęc nihil interposuerunt, sed est ordo continuus, vnde dicitur. *Et post dies sex.* s. computando à die promissionis exclusiue, s. ꝙ infer promissionem, que habet̃ preced. c. & transfigurationem, que hic ponitur interciderunt dies sex. *Assumpsit Iesus.* i. accepit secum, & non est talis significatio, cum dicitur. filius Dei assumpsit naturam humanam: nam illam assumpsit, idest ad se sumpsit ad vnitatem personæ, & suppositi, vt nõ sit per aliam subsistentiam, quam per subsistentiam filij Dei, istos autem discipulos non assumpsit sic, sed vocauit, vt cum eo venirent, ideo primo modo est assumere, i. ad se sumere, secũdo modo assumere, idest secum sumere. *Petrum* Primum Apostolum. *Et Iacobum.* s. filium Zebedei. *Ioannem fratrem eius.* s. Ioannem Euangelistã: ambo enim fratres erant, & simul erant cum patre suo Zebedeo in naui, quando à Christo vocati sunt ad discipulatum sup. 4. & Marc. 1. c. *Et duxit illos.* Quia ipsi sequebantur eum euntem quocunq; veller nihil querentes quo irent. *In montem excelsum.* iste est mons Tabor. *Seorsum.* Idest non erãt presentes alij discipuli, neque quisquam hominum. *Et transfiguratus est.* s. mutatam ostendendo claritatem corporis eius. Vel talem ostendendo qualis non solebat esse. *Ante eos.* i. eis videntibus, vt consolarentur talia videndo, & in hoc complebat promissionem, quã fecerat preced. c. *Et resplenduit facies eius.* Ibi ostensa fuit precipua gloria in fulgore illo beatitudinis celestis. *Sicut Sol.* Fuit enim excellens valde fulgor ille, ita vt nõ posset quis maiorem existimare aliquem fulgorem corporum quorumcunq;. *Vestimenta autem eius.* s. superiora: nam de inferioribus, an fuerint immutata ad hãc imaginem glorie non apparet, & forte non factum est. *Facta sunt alba sicut nix.* Idest etiã apparuit magnus fulgor in vestibus, sicut est albedo niuis, idest candor quia non solum est alba, sed etiam candens, & nitens.

Quomodo dicitur hic, & post sex dies assumpsit eos, quia Luc. dicit post dies octo.
Quæst. II.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, & post sex dies assumpsit eos, cum Luc. 9. capit. dicatur, quòd erat post dies 8. Dicendum primo quòd ista diuersitas prouenit ex modo computandi inclusiue, & exclusiue: nã Matthęus, & Marcus computant exclusiue, ideo ambo dicunt post sex dies, vt patet hic, & Marc. 9. Lucas autem cõputat inclusiue, ideo ponit dies octo. veritas autẽ est, quòd computãdo diem in quo Christus dixit ea, quæ habentur præcedenti cap. promittendo transfigurationem suam, & illum diem, quo transfiguratus est sunt dies octo, & omnes hos dies inclusit Lucas, ideo dixit dies octo. Matthęus autem, & Marc. non computant diem promissionis, neque transfigurationis, ideo dixerunt post dies sex computando solum dies intermedios. Sic dicit Hieronym. queritur quomodo post dies sex assumpserit eos, cum Lucas Euangelista octonarium numerum ponat. Sed facilis est responsio, quia hic medij ponuntur dies, ibi primus additur, & extremus. Et idem dicit Chrysostom. & Damas. & hoc tenetur communiter.

Secundo potest dici, quòd fuerint solum dies sex sicut Matthęus, & Marcus consonant, qui precisum numerum affirmando posuerunt. Quòd autem Lucas 8. dies dicit, non ponit eos precise, quasi tot determinate fuerint, sed sine taxatione, & præcisione: nam dicitur Lucæ nono. factum est autem post hæc verba fere dies octo. & ita satis hoc modo stat, & tamen præcedens solutio communiter assignatur, & tamen ista videtur forte solidior: nam si dies octo essent precise computando primum, & extremum, cur Lucas diceret fere dies octo? quia fere non præscindit numerum, sed incertam rem dimittit, & quia sex sunt iuxta octo, satis videtur, quòd fuerint sex solum, & ideo Matthæus, & Marcus ponunt determinate, quòd fuerint sex: Lucas autem posuit fere, quia ostendit se non expressisse precisum numerum.

Quare potius post sex dies, vel octo Christus voluit transfigurari. In quo sit omnium ætatum descriptio siue computatio: & post quas decursas ætates erit generalis mortuorum resurrectio.
Quæst. III.

QVAERETVR quare potiꝰ post sex dies, vel octo quam alio tpe hoc fecit. Dicunt quidam, quòd fuit propter conuenientiam rei, quę ostendebatur: nã Christus nunc ostendit gloriam resurrectionis, s. qualiter resurgent hoĩes die iudicij, & quia resurrectionis gloria erit in octaua ętate, vel post sextam, vt alij computant, factum est post sex dies, vel in octauo die. Sic dicit Rabanus: merito post sex dies gloriam illam oñdit, quia post sex ętates futura est resurrectio. Aetates autem sic computantur, prima ab orbe condito vsq; ad Noe intrantem in arcam, vel exeuntem de ea. Secunda à diluuio vsq; ad Abraham. Tertia ab Abrahã vsq; ad Dauid. Quarta à Dauid vsq; ad transmigrationem Babylonis. Quinta à transmigratione vsque ad Christum. Sexta à Christo nato vsq; ad finem ęculi. Et hęc est descriptio sex ætatum, quę currunt per tpa viuentium, & vocantur proprie ætates. Qui aũt octo ętates assignant, dant alias duas quantum ad statum mortuorum, & dicunt septimam ætatem totum tps quo aĩæ manent solutę corporibus, & tunc durat septima ętas à die quo occisus est Abel, qui fuit primus homo moriens, vsq; ad diem iudicij, qñ erit generalis resurrectio, quia oẽs tũc resurgent, & erit octaua ętas. Alij dicunt incipere septimam ætatem ab ascensione Dñi, quia ponunt septimam ætatem non quidem statum omnium animarum à corporibus solutarum, sed quietem animarum beatarum solutarum à corporibus, & ideo nõ potuit incipere ista ætas ante Christi passionem, quia ante eam nulli erat aditus ad vitã æternam, vbi est felicitas. Et dicunt aliqui incipere ab ascensione Dñi eo, ꝙ oẽs animę beatorum tunc cum Christo ascenderunt. Et tñ melius dr̃, ꝙ à die passionis Dñi ęperit, quia mox vt Christus passus est ępit beatitudo aĩarum descendente aĩa eius ad inferos vñ dixit ipse latroni pendenti, hodie mecum eris in Paradiso Luc. 23. Octaua aũt ætas est post resurrectionem generalem, & illa nullum finem habet. sed magis ꝓprie dicimus sex ætates, q̃ octo. Primo quia ętates sũt tpa in quibus discurrit, & mensuratur vita, & successio viuentium, ideo pro statu defunctorum ætas non ponitur, sed perpetuitas. Secundo quia ętates inter se differunt, quia alias non connumerarentur, & tamen septima ętas coincidit cum oĩbus ętatibus, accipiendo eam pro statu omnium aĩarum à corporibus solutarum quandiu sic manent: nam in qualibet ætate est mori, & viuere, accipiendo pro statu beatarum aĩarũ à corporibus solutarũ currit septima cum sexta, quia simul quasi ęperunt. Tertio quia ætas dicit discursum quendam, & tñ octaua ætas dicit quandam ęternitatem, quia non erit ibi aliqua alteritas, neque variatio, sed idem ſp̃ esse totum simul ad modum æternitatis cui nihil nouitatis aduenit, neque discedit aliquid eius, quod semel prę̃sens est. De ętatibus viuentium magis diximꝰ sup. 2. c. q. 3. suppposito tñ ꝙ sint sex ętates, vel octo, dicemus, ꝙ fuit transfiguratio post sex dies à promissione, quia post sex ętates decursas erit generalis resurrectio, quam prę̃figurauit transfiguratio, & verum est, ꝙ immediate post sex ætates erit resurrectio: nam sexta ætas extenditur vsq; ad finem ęculi ad mortem vltimi hoĩs, & tñ semper erunt aliqui hoĩes super terram vsq; ad ipsum diem iudicij: in quo erit generalis resurrectio: ergo immediate post sextã ætatem decursam erit gloria in corporibus, quã trãsfiguratio prę̃figurat. Si aũt accipiamus octo dies, ſ̃m Lucam, est transfiguratio in octauo qui est extremus, vt dicit Hier. & innuit, ꝙ in ipsa octaua ætate erit resurrectio, & gloria beatorum, immo in hoc incipiet octaua ætas. Secundo vt aliqui dicunt fuit post sex dies, quia in sex diebus creatus est totus mundus sensibilis, & septimo die quieuit Deus ab omni opere, ꝑ quod designatur quies beatorum, talis aũt erit quies resurgentium. Sic dicit Origines, in sex diebus perfecti numeri factus est visibilis mundus, qui transcendit oẽs mundi res, põt ascendere super montem excelsũ, & gloriam aspicere verbi Dei. Sed dicendum, ꝙ istæ causę sunt mysticę assumptę ex rõnibus numerorũ, & non pertinent talia ad veritatem historicam, sunt aũt hic duo, s. ꝙ non statim post promissionem Christus fuerit transfiguratus, sed aliquanto tpe post, ſ̃m ꝙ fuerit illud tps sex diorum. De primo est causa, vt dicetur seq. quæst. De secundo dicendum, ꝙ non est aliqua cã determinata quare potius fuerunt sex dies, q̃ plures, vel pauciores, quia taxationes numerorum non habent cãm, sed sunt ad placitũ: forte enim diebus intermedijs Christus occupatus erat circa alia, ita vt non vacaret sibi discedere ab alijs discipulis, & turba, vt se ostenderet istis secrete transfiguratum.

Sex ætates potius, q̃ octo poni debent.

Quare Christus non transfigurauit se statim, vt dixit præcedentia verba.
Quæst. IIII.

QVAERETVR quare Christus non trãsfigurauit se statim, vt dixit precedentia verba, cum facere posset quandocunque veller. Dicendum vt aliqui volunt, ꝙ fuit, quia promissio Christi oñdebat, ꝙ non statim hoc futurum erat, sed post aliquot dies, quia dixit sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem, donec videant: ergo non statim transfigurãdus erat. Sed dicendum, ꝙ hoc est petere principium, ꝙ tunc dicetur quare Christus dixit verba ostendentia, ꝙ post aliquantum tps hoc fieret, & non statim, cum posset illud facere statim. Secundo põt dici, ꝙ fuit, vt hoc tpe intermedio pararent se illi qui visuri erãt hãc rem altissimã, vt deuotius viderent: erat paratio, quòd maiori desiderio afficerentur expectantes. Tertio põt dici, ꝙ fuit ad tollendum inuidiam: nam si hoc faceret statim separaret istos tres discipulos quibus oñsio facta est, à ęteris, & ideo ęteri putarent se despici, & inuiderent. Sic dicit Chrysost. de his duobus, ideo autem non confestim facta promissione sursum eos ducit, sed post dies sex, vt reliqui discipuli nihil patiantur humanum, idest aliquem inuidię motum, vel vt horum dierum spacio vehementiori concupiscentia repleti qui assumẽdi erant solicita mente accederent. Quarto fuit ad ostendendum magnitudinem rei huius: solet enim Deus nobis orantibus differre concessionem eorum, quæ petimus, ne paruo quæsita labore Dei dona vilescant, ita nunc cum valde magnũ esset hoc, quod ostendendum erat, noluit Christus illico, vt promisit ostendere, vt videretur res maior, & in magna reuerentia esset, & hoc per desiderium, quia interim cum non ostendebatur desideraretur, & tunc cum desiderata occurreret esset in maiori reuerentia, quod non accideret si illico ostenderetur. Quinto & præcipue fuit, quia Christus nolebat ostendere hoc omnibus quibus nunc loquebatur, sed paucis, cum dixerit sunt quidam de hic stantibus. Si autem statim, vt dixit vellet ostendere, aut recederet de loco in quo dixerat, aut non, si non recederet videret̃ hoc omnes discipuli, & etiam turbæ, quia nunc erant discipuli, & turba cum Christo, quando hæc locutus est, vt patet Marc. octauo. si autem recederet inde, dicens, quòd ibat ad ostendendum gloriam regni sui quibusdam quos secum assumeret, inuiderent ęteri putantes se despici, & vtrunque erat inconueniens,

ideo ad vitandum vtrunque debuit nõ ſtatim, ſed poſt aliquot dies hoc oſtendere, & ita fuit poſt ſex dies, ſine octauo die.

Quare Chriſtus non determinauit certum tempus, quo transfiguraretur. Quæſt. V.

QVAERETVR, quare Chriſtus non determinauit certum tempus quo hoc faceret: quia magis ſic certificaret. nam Chriſtus dicebat hęc, vt oſtenderet ſe habere poteſtatem qua poſſet reddere vnicuique iuxta opera ſua: oſtendens in ſe gloriam quã daturus erat electis, & tamen quanto magis certificaret de hoc, magis procederet probatio ſua: ideo debuit, vt videtur deſignare certum diem ad faciendum hoc.

Dicendum, quòd ſi Chriſtus vellet oſtendere ſe G
tranſfiguratum omnibus, aut quibuſcũque videre volentibus, deſignaſſet certum diem quo conuenirent ad videndum qui vellent, & tamen voluit paucis oſtẽdere hoc quos nondum deſignauerat, ſed ipſe aſſumpturus erat eos ſecum, quando ſe transfigurare vellet, ſicut poſtea fecit, ideo non oportuit deſignare, nam ſi deſignaret ſequeretur inconueniens.

Primo, quia omnes expectarent illum diem putantes quòd forte oſtenderetur eis illa res mirabilis, nam cum Chriſtus non deſignaſſet, qui erant qui viſuri erant hoc, quiliber putaret, quòd forte ipſe eſſet de illis qui hoc viſuri erant: maxime quia omnes Apoſtoli Domini putarent veriſimiliter, quòd eis hoc oſtenderetur, non obſtãte, quòd diceretur ſunt quidam: nam H
hoc dixit Chriſtus turbis, & diſcipulis ſimul Mar. 8. & ita crederent diſcipuli, quòd turbas excluderet Chriſtus ab hac viſione, ſed non aliquem eorum. eſſent ergo omnes expectantes vſque ad illum diem, & ſi tunc non oſtenderetur omnibus, ſed aliquos eorum ſepararet Chriſtus a cæteris, illi putarent ſe deſpici qui hoc non viderent, & cęteris eſſe minores, & ita inuiderent illis, quod Chriſtus voluit euitare.

Secundo, quia ſi aſſignaretur certus dies, & omnes illi qui hanc promiſſionem audierant, non viderent eum tranſfiguratum putarent, quòd non oſtendiſſet aliquid, & ita verba ſua haberentur, vt non impleta, & vacua, nunc autem cum nõ deſignaſſet tempus, poterat ſemper expectari iſtud, & nunquam crederentur verba Chriſti falſa, licet nõ appareret illud, quod promiſerat.

Cum Chriſtus eſſet in breui tranſfigurandus, quare dixit qui non guſtabunt mortem. Quæſt. VI.

QVAERETVR cum Chriſtus oſtenſurus eſſet iſtud in breui, ſcilicet poſt ſex dies cur dixit qui non guſtabunt mortem, in quo videbatur longi temporis dare inducias.

Dicendum, quòd ſi Chriſtus oſtendiſſet poſt paucum tempus iſtud eſſe futurum, etiam ſi non diffiniret diem ſequerentur inconueniẽtia, vt ſi diceret antequam tranſeant duo anni hoc fiet, vel ſimilia. nam K
tunc ſequeretur inuidia, quia elapſo illo tempore illi qui non vidiſſent hoc, putarent forte aliis eſſe oſtenſum, & non ſibi, & per hoc ſe contemni credentes inuiderent, vel ſi neſcirent quibus inuidere deberẽt, ſaltem indignarentur contra Chriſtum qui alijs oſtendiſſet illud, & non eis.

Secundo, quia alij qui elapſo tempore non viderẽt illud, neque audirent impletum eſſe, putarent quòd non factum fuerat, & ita verba Chriſti haberentur, vt inania.

Tertio & prẽcipue, quia quando Chriſtus dixit, ꝓ viderent eum venientem in regno ſuo, non explicuit F
quid illud eſſet, vel quomodo veniret, & forte aliqui crederent, quòd eſſet ſtatus regalis quem Chriſtus habiturus eſſet temporaliter, nam putabant Iudæi, quòd Meſſias temporaliter regnaturus eſſet in terra iudęorum, & reducturus iudęos de omnibus gentibus in quibus erant diſperſi, vt eſſet regnum eorum glorioſum, ſicut aliquando fuerat. Quod pater, quia etiã poſt Chriſti reſurrectionem cum aſcenſurus eſſet in cęlis, aliqui de diſcipulis ſuis credebant hoc, vnde quæſierũt ab eo, Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnũ Iſrael: Actu. 1. a fortiori ergo nunc crederẽt ipſi, & poſtiſſime turbę quę aderant, quando hoc promiſit, & tamẽ ſi inciperet ſemel Chriſtus regnare temporaliter, non debebat ceſſare regnum eius, ſed regnare in ęternum, ideo maneret ſemper idem ſtatus, & tũ quãdiu G
Chriſtus vixit, nunquam hoc in eo apparuit, quia non regnauit temporaliter, ideo ſi conſtitueret certum tẽpus ſiue moreretur ante illud, ſiue non, putarent aſtantes, ꝓ non impleuiſſet promiſſum, quia nunquam apparuit in eo tale regnum, vt ita videntur ſenſiſſe illi duo diſcipuli eũtes in Emaus die reſurrectionis Chriſti: dixerunt enim nos ſperabamus, ꝓ ipſe redempturus eſſet Iſrael, & forte acceperant hanc ſpem ex hoc verbo, ſcilicet, donec videãt filium hominis venientẽ in regno ſuo. Si autem non aſſignaretur tempus in propinquo, non poſſet hoc putari, ideo debuit aſſignare quaſi in longinquum.

Quarto, quia etiam ſi nõ putarent Chriſtum taliter regnaturum, intelligerent ſaltem de aliqua excellẽtia ſpirituali, quam poſtquam acciperet veriſimile erat, ꝓ non depoueret eam, & tamen nullum talem ſtatũ Chriſtus habuit dum viueret. nam in tranſfiguratione ſolum apparuit illa imago gloriæ ad breue tẽpus quaſi ad punctum, & poſtea apparuit Chriſtus in infirmitate carnis in qua ſemper apparuerat, ideo putaretur ab his qui non vidiſſent hoc, quòd non fuiſſet impletum verbum eius. Taliter ergo debuit loqui, quòd nũ quam ſciretur, an impletum eſſet verbum vel non, & poſſet ſemper ſperari, ita fuit dicendo qui non guſtabunt, nam ſemper hoc expectari poterat quandiu ſuperſtites erant aliqui eorum qui nunc aderant, & ita nunquam poterat quis iſtorum putare verbum Chriſti falſum eſſe, licet impletum non videret, caute er- I
go ſic locutus eſt.

Ad quid Chriſtus dixit iſtam promiſſionem de tranſfiguratione coram omnibus ſi non eſſet completurus eam omnibus videntibus. Quæſt. VII.

QVAERETVR ad quid dixit iſtam promiſſionem coram omnibus cum nõ eſſet completurus eã omnibus videntibus: ſufficiebat enim, ꝓ diceret illis quibus hoc oſtenturus erat.

Dicendũ, quòd fuit primo, quia licet Chriſtus non eſſet hoc oſtenturus omnibus, tamẽ quilibet poterat de ſeipſo credere, quòd ei oſtenderetur eo, ꝓ ipſe dixit, ſunt quidam de hic ſtantibus, & quilibet poterat credere ſe futurum eſſe de illis quibuſdam: & ita omnes ſub expectatione huius viſionis interim confortarentur ad tolerandum fortia, & dura: nam dixerat ſupra Chriſtus, quòd ponerent animam ſuam, & perderent eam hic, vt inuenirent in futuro, quia ipſe retributurus erat eis. & ad oſtendendum, quòd poſſet retribuere, dixit quòd antequam morerentur viderent eum venientem in regno ſuo. volebat tamen omnibus qui aderant perdere hic animas ſuas, vt ſaluarent eas, perſuadere. ideo erat neceſſe, vt omnibus notificaretur iſta oſtenſio eius venientis in regno ſuo, ſcilicet, quòd vel omnibus realiter oſtenderetur, vel oĩbus notificaretur futura, & hic taliter factũ eſt, vt quibet

bet putaret, ꝓ viſurus eſſet iſtud, & ita quilibet cõfortaretur ad ponendũ aĩam ſuã, quod non fieret niſi oĩbus prędicereẽt iſtud oñendum. Scdo & prẽcipue, vt iſta transfiguratio qñ prædicareẽt eſſet veriſimilis: nã occultata eſt tranſfiguratio qñ facta eſt, & poſtea vſq; ad reſurrectionẽ eius inf. in litera, & tũc prędicata eſt: nã ſicut Chriſtus iuſſit eã prius taceri, ita iuſſit poſtea diuulgari. Si tñ Chriſtus non prædixiſſet hoc anteq̃ fieret, & prædicareẽt poſt eius mortem, putareẽt ꝓ confictum eſſet ab his qui illud prædicabant, cum Chrs illud nunq̃ dixiſſet, nec eo viuente annunciatũ fuiſſet: voluit ergo publice hoc dicere corã diſcipulis, & turbis, vt licet non viderent illud oẽs qui audiebant qñ audirent illud prædicari, poſtea crederent veriſimile eſſe, aut ſaltem non putarent confictum, cum ipſe viuens dixiſſet: ſic fuit de reſurrectione Chrĩ: nã hãc nemo fieri vidit, & poſtq̃ facta eſt pauci viderunt Chrm ſurrexiſſe conferendo ad totã multitudinẽ Iudæorũ, & tñ Chrs publice dixerat, ꝓ ſurrecturus erat à mortuis, ſicut Iudęi dixerunt Pilato, recordati ſumus, quia ſeductor iſte adhuc viuens dixit poſt tres dies reſurgã: iube ergo cuſtodiri ſepulchrum inf. 27. & qñ poſtea auditum eſt, ꝓ ſurrexiſſet, fuit credibilius verbum, ſi aũt nunq̃ illud viuens dixiſſet, licet poſtea reſurgeret, nunquam crederetur, niſi omni populo manifeſtaretur, & iſta fuit prẽcipua cauſa: ſic enim Chriſtus quædam alia prædicebat, vt quando facta eſſent crederentur, Ioan. 14. hoc dixi vobis antequam fiat, vt cum factum fuerit credatis.

Quare Chriſtus non oſtendit transfigurationem ſuam omnibus diſcipulis. Quæſt. VIII.

QVAERETVR quare Chrs non oñdit transfigurationem ſuam omnibus diſcipulis. Aliqui dnt, ꝓ non erant oẽs digni videre eam: nã inter eos erat Iudas, qui ſaltem erat indignus. Dicit enim Damaſc. ꝓ oẽs Apoſtoli erant digni videre illã præter Iudam. Sed tunc dicetur, ꝓ Dñs oñderet eam omnibus, & non Iudæ. Rñdet Damaſc. ꝓ eſſet occaſio, vt Iudas efficeretur deterior, cum videret cęteris oſtẽdi viſionem hanc, & ſe ſolum excludi, & ita eſſet ei ferventior aĩus ad tradendum Chrm cum ait, cur non oẽs, ſed aliqui vocati ſunt ad hanc viſionem? vnus quidẽ erat qui ſolus indignus erat hac viſione Deitatis, ſ. Iudas, ſm illud, tollatur impius, ne videat gloriã Dei: ſi ſolus ergo fuiſſet omiſſus, tanquam inuidus ad maiorẽ eſſet malitiam prouocatus, proinde Dñs proditori tollit proditionis occaſionem, cum dimiſit inferius reliquam Apoſtolorum congregationem. Sed dicendum, ꝓ non ſtat, quia poterat ſine ſcandalo oſtendi hoc cęteris Apoſtolis excluſo Iuda: erat enim Iudas diſpenſator Chriſti, qui loculos eius habebat, hunc autem ſolitus erat ipſe mittere ante ſe ad aliqua loca, vt emeret neceſſaria, manebatq. tunc ipſe cum cęteris Apoſtolis, vt Io. 13. quando dixit Chriſtus Iudæ ſe- E
denti ad menſam, quod facis fac citius, & ſurrexit ipſe de menſa vadens ad principes ſacerdotum acceptu- A
rus ab eis cohortem, vt caperet Ieſum, & tamen nemo ſciuit ad quid Iudas iret, ſed dr̃ eo. c. ꝓ putauerũt, quòd Chrs diceret ei vade, & eme, quæ nobis neceſſaria ſunt ad diem feſtum. Sic ergo tunc receſſit Iudas relinquens Chrm, cum omnibus diſcipulis, quaſi iret ad opa officij ſui, ita alias ſolitus erat facere, & ſic poſſet Chriſtus ſe omnibus oſtendere trãſfiguratum abſente Iuda, & non putaret ille ſe excludi, cum ipſe recederet ad opera officij ſui. Secũdo quia ſi ex hac cauſa ceſſaſſet omnibus oſtendere ſe, non eſſet neceſſe, quòd ſolos tres reciperet ſecum, ſed poſſet medietatem eorum, aut plures aſſumere relictis cęteris, & cũ eis Iuda, & tunc non ſcandalizaretur, quia non putaret ſe deſpici, cum multi idem parerentur: non ergo fuit iſta cauſa. Dicendum ergo quòd hoc fuit. Primo quia iſta erat res altiſſima, ſ. deguſtare primordia quędã futuræ beatitudinis, ad hoc autem non erant omnes Apoſtoli diſpoſiti, ideo eos ſolos qui magis diſpoſiti erant, aſſumpſit. Secundo quia, licet Chriſtus ea, quæ neceſſaria erant ad fidem, & rectam cõuerſationem, & perfectionem vitæ ſpiritualis omnibus æqualiter, & ſufficienter in communi traderet, ea tamen quæ pertinebant ad dona gratis data, non erãt in omnibus eadem, ſed quilibet habet à Deo proprium donum, vt dicitur 1. Corinth. 7. oſtendere autem homini imaginem futurę gloriæ pertinet ad dona gratis B
data, ideo eis hoc oſtendit quos capaciores donorum ſuorum effecerat, ęceteris relictis. Tertio fuit, quia Chriſtus voluit, quòd iſta viſio taceretur eo viuente: nam dixit infra in litera, nemini dixeritis hanc viſionem, donec filius hominis à mortuis reſurgat, ſi tamẽ hoc oſtenderetur omnibus diſcipulis forte non maneret occultum, quia ſciebat multos eorum adhuc imperfectos eſſe, & difficiles ad ſeruandum ſecretum, vt ſecurius maneret verbum in abſconditò reuelauit illud paucis. Sed obijcietur, quòd debuiſſet iſtud omnibus oſtendi, quia transfiguratio fiebat ad dandam quandam certitudinem de ſtatu reſurgentium, & oſtendendam gloriam corporis Chriſti, & poteſtatẽ eius, ad reddendum vnicuique iuxta opera ſua, certificatio C
tamen de omnibus his erat neceſſaria omnibus diſcipulis, ideo cum Chriſtus non eſſet perſonarum acceptor infra 22. ſcilicet nõ reſpicis perſonam hominis, omnibus Apoſtolis debuerat hoc oſtendere. Dicendum, quòd non debuit oſtendere omnibus propter cauſas datas, & potiſſime, vt res maneret occulta: nã ſi reſpiciatur ad vtilitatem, quæ prouenire poterat ex oſtenſione transfigurationis, non ſolum diſcipulis, ſed etiam turbis omnibus debuerat hoc oſtendi, vt omnes eſſent certi de futura gloria, & deſiderarent illam, eſſet tamen inconueniens omnibus oſtendere, cum deberet tacitum eſſe, & hoc ex cauſis, quæ dicẽtur infra 106. ideo non fuit oſtenſa transfiguratio turbis, neque etiam omnibus diſcipulis, ſed voluit Chriſtus, quòd omnes diſcipuli, & turbæ audirent futurã D
eſſe hanc oſtenſionem, ſed non omnes viderẽt, ſicut quædam ſciri volumus, quæ videri tamen non volumus, ſicut Tullius dixit de actu coniugali, quòd omnia honeſta videri volunt, hoc ſolum honeſtum, cũ ſciri velit, videri non vult. & profuit hoc, quia poſtea quando prædicatum eſt, quod factum eſſet, omnes crediderunt eſſe factum, cum audiſſent à Chriſto illud eſſe futurum.

Quare Chriſtus nunc oſtendens tranſfiguratum ſe noluit præſentes eſſe omnes diſcipulos. Et quòd duplex bonum tres Apoſtoli ſenſerunt in transfiguratione. Quæſt. IX.

QVAERETVR quare Chriſtus nunc oſtendens transfiguratum ſe noluit præſentes eſſe omnes diſcipulos, cum quando ambulauit ſuper aquas fuerunt omnes præſentes in naui ſupra 14. & Marc. 6. immo etiam alij præter diſcipulos eius, ſcilicet illi quorum nauis erat, & tamen eadem ratio eſt hic, & ibi, quia transfigurari Chriſtum fuit vti dote claritatis, quæ eſt vna de dotibus corporis beati: nam nihil aliud extraneum apparuit hic in corpore Chriſti, niſi claritas. eſt autẽ alia dos agilitas qua ipſe vſus eſt ambulando ſuper aquas, & tamen oſtendit ſe ambulantem ſuper aquas omnibus diſcipulis: ergo etiã transfiguratum ſe debuiſſet omnibus oſtendere. Dicendum, quòd non eſt ſimile, primo, quia licet ambæ

ſint

sint dotes, tamen vna est excellentior alia, & quidam sunt digni videre actum vnius, qui non sunt digni videre actum alterius. Secundo & præcipue, quia ostendere claritatem qualis fuit in transfiguratione, erat ostendere aliqua degustamenta futuræ beatitudinis, ostendere autem actum agilitatis non pertinebat ad aliquid gloriæ. Quod patet: nam quando Christus ambulauit super aquas, discipuli non delectati sunt, sed potius timuerunt, & clamauerunt supra 14. non erat aliud videre Christum ambulãtem super aquas, quam videre eum facientem, quodlibet aliud miraculum, immo minus hoc erat, quia non putauerunt hoc esse miraculum, sed credebant Christum esse phantasma supra 14. capit. & Marc. sexto, & dato, quòd agnoscerent eum esse Christum, qui ambulabat super aquas, non experirentur in hoc aliquid gaudij, quia non erat hoc aliquid delectabile, sed solum aliquid admirandum: videre autem Christum transfiguratum erat summum delectabile eorum, quæ homo concipere potest, immo maius erat, quam possit quisquam concipere, quia pertinet ad delectationem beatitudinis futuræ. sic patet ex verbis Petri dicentis infra in litera, Domine bonum est nos hic esse: nunquam enim in hac mortali angustia talem dulcedinem senserat rudis ille piscator, neque talem aliquam posse esse putabat: desiderauit ergo nimiũ ibi manere.

Erat enim ibi duplex bonum. Vnum quòd in præsenti fruebantur quodam bono futuræ vitæ admirati, & gaudentes de corporis Christi excellentia. Secundum erat, quòd immensam spem, & ardentissimum desiderium de habendo aliquando illud, quod tam delectabile semel viderant, vtrunque autem in se excellens erat, & maxime ipsa maiestas corporis Christi, & vocis auditæ, sicut magnificat ea beatus Petrus secunda Petr. primo, scilicet non enim indoctas fabulas secuti notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem, sed speculatores facti illius magnitudinis: accipiens enim à Deo patre honorem, & gloriam, voce lapsa ad eum à magnifica gloria, hic est filius meus, &c. valde ergo excellentius erat istud, quam ambulare super aquas, ideo illud omnibus ostendi poterat, etiam quibusdam de turba, istud autem neque omnibus discipulis ostensum est. Tertio fuit, quia quando Christus ambulauit super aquas, venit ad liberandum discipulos, qui iactabantur in mari, erant autem omnes simul in nauicula, ideo necesse erat, quòd omnes eum viderent ambulantem super aquas, vel nemo videret, nunc autem potuit ostendi transfiguratio quibusdam, & non omnibus cum non esset illa ad liberandum eos de aliquo periculo, ideo non fuit simile. Et tamen præcedens ratio est efficacior, quia etiam si potuisset Christus ostendere se ambulantem super aquas, quibusdam discipulis, & non omnibus, ostendisset se omnibus, cum nihil periculi, vel inconuenientis erat ostendendo hoc omnibus, sicut erat de transfiguratione.

Quare Christus priusquam se transfiguratum ostenderet tribus discipulis dixit sunt quidam de hic stantibus, qui mortem non gustabunt. Et quòd ad futuram beatitudinem duo pertinent, scilicet perfectio animæ, & corporis.
Quæst. X.

QVAERETVR quando Christus voluit ostendere, quòd quibusdam se transfiguratum manifestaret, quare dixit sunt quidam, de hic stantibus, qui non gustabunt mortem.

Dicendum, quòd primo fuit ad dandum spem in longinquum, vt nemo de illis, qui audierunt promissionem istam, posset putare verbum Christi esse inane, licet non videret illud impletum, vt dictum est supra quæst. 6.

Secundo fuit ad ostendendum conditionem visionis huius: nam id, quod Christus ostensurus erat est tale, quod non cernitur nisi ab eis, qui semel mortem gustauerunt, in istis tamen ex priuilegio factum est, quòd non gustata morte hoc viderent, ostendebat nunc Christus imaginem futuræ gloriæ. Ad futuram autem beatitudinem duo pertinent, scilicet perfectio animæ, quæ est in Dei visione, & quædam perfectio corporis, quæ est per redundantiam animæ in corpus.

Primum non ostenditur homini in vita: Exodi trigesimotertio. non videbit me homo, & viuet, idest quandiu homo vixerit, non poterit me videre clare, quod est videre, quid ego sum, siue videre Deũ per essentiam, licet aliquas similitudines Dei possit homo hic videre, idest aliquas species creatas representantes Deum, sed non representant illæ sic Deũ, sicut species lapidis significat lapidem, quia sic clare cognosceretur Deus, cum species talis exprimat cõditionem rei cuius est, quia est species vniuoca, Deus autem species non habet, sed creare potest varias similitudines, quæ æquiuoce eum representent, sicut effectus causam: nam tales non ostendũt dere quid est, sed quòd sit, sicut fumus manifestat ignem non quidem, quòd per fumum cognoscamus qualis sit ignis, sed cognoscimus, quòd sit ignis, cum non possit esse fumus sine igne, & tales sunt omnes similitudines per quas Deum agnoscere possumus quandiu viuimus, siue naturaliter, siue per reuelationem, ideo nunquam scimus quid Deus sit, aut qualis sit, sed scimus, quòd est, & ita dicit Dionysius, quòd cum aliquis Deum vidisse putauerit non vidit Deum, sed aliquid Dei, idest similitudines istas æquiuocas.

Secundum est gloria corporis, quam vocamus dotes, non videtur ab homine in præsenti, sed in futuro, quia tempus habendi gloriam non est dum manemus hic, sed in futuro, & ideo sicut quandiu quis viuit non videt ea, quæ pertinent ad gloriam animę nec licet contemplari Deum clare, ita nec gloriam corporis, sed oportet prius mori, & ideo Christus, quando ostensurus erat discipulis istam gloriam corporis sui, innuit se fecisse contra status huius vitæ cõditionem dicens, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo, in quo ostendit duo.

Primum est, quòd visio huius claritatis pertinet ad gloriam futuram, vnde dixit venientem in regno suo, quasi dicat, ostendenda claritas ista erat in regno cœlorum, quod erat regnum suum: nam regnum Christi, non est de hac vita, sed de futura, sicut ipse dixit Pilato, Ioan. decimooctauo. regnum meũ, non est de hoc mundo.

Secundum est, quòd videre talem claritatem est contra conditionem viuentis hic, sed quòd pertinet ad eos, qui semel mortui sunt cum dixit, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, &cæt. quasi dicat ad hoc, quòd viderent istud oportebat, quòd gustarent prius mortem, & tamen ego faciam, quòd non gustata morte possint illud videre, & hoc erat priuilegium specialissimum, & ideo etiam non debuit multis concedi.

Quare Christus assumpsit tres discipulos ad transfigurationem, & non plures, neque pauciores.
Quæst. XI.

QVAERETVR, quare Christus assumpsit tres discipulos ad ostendendum eis transfigurationem, & non plures neque pauciores.

Dicunt aliqui, quòd hoc fuit. Primo ad ostendẽdum gentes eligendas ad videndum gloriam futurã, quę per hanc transfigurationem monstrabatur: nam de origine omnium trium filiorum Noe fuerunt aliqui, qui ad beatitudinem reciperentur, quia non est acceptor personarum Deus, sed in omni gente, qui facit iustitiam acceptus est illi, Actuum decimo. Sic dicit Hilarius, in tribus autem assumptis de triũ origine, Sem, Cham, & Iaphet, futura electio populi ostenditur. Secundo (vt alij putant) fuit ad ostendum, quòd multi sunt vocati pauci tamẽ de multis eliguntur. Tertio, quia dicunt designari per tres fidem Trinitatis, sine qua non potest, quis recipi ad videndum gloriam beatorũ q̃ in hac transfiguratione ostẽditur. Sic dicit Rabanus tres solum secum discipulos duxit, quia multi sunt vocati, pauci vero electi. Vel quia qui nunc fidem Trinitatis incorrupta mente seruant, tunc æterna eius visione lætantur.

Sed dicendum, quòd istæ sunt causæ mysticæ, & non literales, & si velimus assumere causas congruẽtes ex materijs ita poteramus dicere, quòd deberent esse quatuor, vel quinque, aut in quocunque numero alio, quia rari numeri sunt, in quibus non possumus assignare aliquas causas applicationum.

Dicẽdum igitur, quòd tres solum Christus voluit adesse, quia Christus volebat istud negocium taceri, & aliquando publicari. nam tunc taceri volebat, cum dixerit infra in litera, nemini dixeritis visionem quousque filius hominis a mortuis resurgat. volebat etiam aliquando sciri, scilicet, postquam resurgeret, quia nihil Christus egit vnquam coram aliquibus eo animo, vt prorsus taceretur, sed vt publicaretur, vel tunc, vel aliquando. tot ergo, & talibus Christus hoc ostendere debebat, vt occultari posset, & publicari: si enim absolute voluisset sciri, fecisset coram omnibus discipulis, & forte coram tota turba. Si autem taceri prorsus vellet nulli, vel vni tantum ostenderet, vt autem vtrunque commode fieri posset, accepit solum tres, nam tres pauci erant, ita vt eis scientibus non videretur scire multitudo, & possent faciliter secreto seruare. Rursus autem tres sufficiebant ad testimonium: nam post resurrectionem prædicandum hoc erat, sicut Christus iussit: si tamen vnus tantum se vidisse testaretur, fortassis non crederetur ei: cum autem tres hoc testabantur erat plenum testimonium, quia Deuterono. decimonono: dicitur, quòd in ore duorum, vel trium testium stat omne verbum, idest, testificatio de quocunque facto: poterant autem duo soli hoc testificari, & tamen cum lex dixerit in ore duorum, vel trium, innuit, quòd licet regulare esset duos sufficere, tamen interdum ꝓpter causarum magnitudinem tres exigebantur, vt plenissimum, & sine suspitione testimonium redderetur. Erat autem ista causa valde ardua, scilicet, testimonium reddere de his, quæ naturam excedunt, & conditionem status huius vitæ: ideo debuit maximus numerus testium a lege datus adhiberi, scilicet, vt essent tres. & ista fuit causa vera literalis. Sic dicit Damascenus, assumit autem tres, vt in duobus, vel tribus stet omne verbum.

Quare Christus potius assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannem, quàm alios de Apostolis. Et quale esset priuilegium Petri inter cæteros Apostolos. Et quæ excellentia inter Apostolos fuerit Ioannis Euang. & Iacobi.
Quæst. XII.

QVAERETVR dato, quòd deberent esse tres, quare potius fuerunt isti, qui nominantur in litera, quàm alij de Apostolis Christi.

Dicendum, quòd ista erat res altissima ad quam videndam Christus nunc istos assumpsit, cum esset quædam degustatio futuræ beatitudinis: illos ergo solos assumere voluit, qui meritis maiores forte erant, hoc autem Christus nouerat: ideo istos elegit. Sic dicit Chrysostom. ideo autem hos tres assũpsit, quoniam alijs potiores erant. Secundo fuit, quia volebat occultam manere rem istam: cum dixerit nemini dixeritis visionem, infra in litera. ideo debuerunt assumi illi, qui constantiores essent ad seruandum secretum. Si enim Spiritussanctus iam datus esset Apostolis: cum ille compleuisset eos omni perfectione spiritualium charismatum, poterat ad hoc accipi quicunque illorum, quia nemo eorum peccare poterat, & omnes erant constantes non solum ad secretum seruandum, sed etiam ad mortem subeundam: nunc autem nondum dato Spiritusancto erant adhuc imperfecti, & quidam eorum erant aptiores ad secreti commissionem quàm alij, hos autem Christus sciebat esse istos tres: ideo istos elegit. Sic dicit Theophilus solos tres istos assumpsit tamquam discipulorum vertices, & potentes miraculum occultare: non enim volebat ipsum ante tempus pluribus reuelare. Tertio fuit, quia Christus elegerat istos tres quasi tres Apostolorum vertices, & volebat eos sic haberi post mortem suã: ideo viuens ostẽdit in eis aliquam excellentiam, vt post mortem eius velut præcipui tenerentur, cum tales eos Christus haberi voluisset. Et ita Theophilus vbi supra, vocat eos tres Apostolorum vertices, idest, capita, vel prę-cipuos. Quarto fuit, vt per hoc cęteros, qui minus perfecti erant alliceret anhelare ad maiorem perfectionem, vt mererentur tales reputari quales isti tres: vnde non solum hic, sed & quandocunq; Christus aliquid specialiter facturus erat, ꝓ nolebat ab omnibus sciri, istos tres secũ adhibebat in testes, sic patet in suscitatione puellę, supra 9. sic etiam fuit in passione. nã assumptis his tribus recessit a cęteris, & cępit corã eis pauere, & tedere, & męstus esse, dicẽs tristis est anima mea, Mar. 14. ita ergo hic fuit. Quinto fuit propter specialia merita ipsorum: nam in excellentijs personalibus, & priuilegijs cęteros anteibant. De Petro patet: nam data est ei prę-cipua cura Dominici gregis. Ioan. 21. s. pasce oues meas. Secundo, quia ei soli facta est promissio clauium regni cœlorum præcedenti cap. tibi dabo claues regni cœlorum, licet non ei soli, sed omnibus datæ fuerint, & tamen promitti potius in persona eius quàm alicuius aliorum excellentia quędam fuit. Tertio, quia Petrus cęteros in amore Christi excedebat, vt enim dicit Hiero. Petrus vbique cęteris ardentior est: & ideo ipse præuenit cęteros confitendo quis esset Iesus prę-cedenti cap. ipse etiam solus ad eum veniens super aquas, supra 14. & iterum cum apparuisset Christus in litore post resurrectionẽ suã, & discipuli essent in mari in nauicula, solus Petrus moras non sustinens natando venit ad eum, vt citius perueniret, cęteri vero nauigio vecti venerunt. Ioannis vigesimoprimo: vnde Christus signauit, ꝓ Petrus eum inter cęteros specialiter amaret. eod. cap. dicens

Petre amas me? & ille tu scis Domine, quia amo te, & animam meam pono pro te.

De Ioanne dicēdum, ꝙ cęteros priuilegio hoc excessit, ꝙ ei Christus matrem commendauit faciens eum filium Virginis: Ioan.19. Mulier ecce filius tuus, & ad illum dixit, ecce mater tua. & non fuit hoc, vt aliqui volunt propter solum gradum propinquę cognationis: nam eodem gradu attinebat Iacobus Virgini, quo Ioannes: cum ambo fratres essent; prætulit ergo Christus Ioannē cęteris quantum ad hoc. Secundo quantū ad amorem spālem, quia nullū discipulorum Christus tantum amauit quantum Ioannem: vnde de eo per excellentiam dicitur: Ioan.21. videns autem Petrus discipulum quem diligebat Iesus, ac si hunc solum amaret: omnes tamen amabat, sed quia hunc specialius diligebat dicitur absolute, ꝙ diligebat eum. Tertio fuit priuilegium Virginitatis, nam Ioannem constat fuisse virginem: de cęteris autem Apostolis Christi creditur, quòd vxores habuerint, vel saltem non apparet de virginitate seruata: & ideo huic dicunt matrem virginem custodiendam traditam. Quarto fuit magnitudo reuelationū: nam cęteris Euangelistis Ioannes altius intonuit, velut is cui altiora reuelata erant.

De Iacobo dicendum, quòd excessit cęteros priuilegio martyrij: ipse enim ante omnes martyrio laureatus est: cum adhuc manerent Apostoli in Iudęa nondum dispersi per orbem, Actuum 12. De his dicit Theophilus assumit autem tres vertices Apostolorū Petrum tamquam confitentem, & diligentem: Ioannem tamquam dilectum, Iacobum tamquam alciuotum, & Theologum. in tantum enim grauis erat Iudæis, vt Herodes volens Iudęis placere ipsum occideret. De his etiam Damascenus ait: Petrum quidem assumit volens testimonium quod testatus fuerat ei ostendere per patris testimonium confirmari, & quasi præsidem futurum totius Ecclesiæ, sed Iacobum assumpsit tamquam moriturum pro Christo ante omnes discipulos: Ioannem vero tamquam Theologię purissimum organum, vt visa gloria filij, quæ non subiacet tempori, resonet illud in principio erat verbum, &c.

Aliqui volunt hoc fuisse propter affectum cognationis, scilicet, quia Iacobus, & Ioannes erant cognati Christi: ideo hos assumpsit.

Sed non est causa hęc: nam tunc de Petro nihil dici posset cum non esset de cognatione Christi. Et si dicatur ꝙ accepit Petrum cum his duobus, quia nullum alium cognatum ibi habebat quem acciperet. falsum est, quia tunc acciperet Petrum quasi minorē illis, & in defectum, & tamen accepit, vt primum, & maiorem: nam Petrus vbique maior, & primus est, & ita scriptura eum primum nominauit. Secundo, quia habebat Christus hic alios cognatos: nam Iacobus Alphei erat ei cognatus in eodem gradu, in quo Iacobus Zebedei, & Ioannes: nam iste vocatur frater Domini ad Galat.1. & supra decimotertio: Nazareni vocauetunt hunc fratrem Christi, vt ostensum est ibidem, & tamen illum non vocauit nunc, nec solitus erat vocare ad secreta quando vocabat istos tres, supra nono, & Lucæ vigesimosecundo: ergo non fecit propter cognationem, sed propter causas supradictas.

Alij dicunt, & sexto, quòd hoc fuit propter ordinem vocationis ad discipulatum, quia dicunt, quòd isti ante cęteros vocati sunt a Christo.

Sed falsum est, quia tunc Andreas frater Petri vocatus fuisset ante omnes ad hoc, quia ipse fuit cum Christo ante omnes discipulos: Ioan.1. & deinde venit Petrus, quia ipse duxit Petrum ad Christum eo. F cap. Si autem intelligas non de illo aduentu, sed de vocatione, qua Christus vocauit discipulos ad se. Adhuc dicendum, ꝙ Andreas præcedere debuisset Iacobum, & Ioannem, quia Petrus, & Andreas simul vocati sunt manentes in eadem nauicula, & eadem hora Christum secuti sunt supra quarto, & Mar. primo cap. postea autem vocati sunt Iacobus, & Ioānes, qui erant in alia nauicula in eodem litore eodem cap. & tamen non ponitur Andreas: ergo non fuit ista causa, sed illæ, quæ supra ponuntur. Sciendum autem quòd sicut Christus istos tres habebat pręcipuos separando a cęteris, vt viderent, & audirent secreta eiꝰ, ita ostendebat eis maiora amoris signa, & ipsi quoque ex his facti erant cofidentiores erga Iesum.

G De Petro patet, qui vt ait Hieronymus vbiq; feruēntior est, & super aquas cum Christo solus ambulauit, & iterum ad eum solus natando venit, vt dictum est supra. & quando sanauit Christus mulierem fluentem sanguine, & quæ fuit a turba, quis me tetigit? Petrus ante omnes respondit, præceptor turbæ te comprimunt Luc. octauo, & in passione quando Christus dixit, omnes vos scandalum, patiemini in me: Petrus confidentius cęteris locutus est dicens, & si omnes scandalizati fuerint, ego nunquam scandalizabor. & si oportuerit me mori tecum non te negabo. etiam ipse pro Christo exemit gladium, & amputauit auriculam seruo Pontificis, infra vigesimosexto, & parum ante hoc cum Christus dicereꝛ ipse passurum in Ierusalem, solus Petrus ex quadam confidentia ausus est eum increpare dicens absit ad te Domine præcedenti cap. De Ioanne, & Iacobo patet, quia propter hoc, & iura propinquę cognationis ausi sunt ipsi cum matre sua petere a Christo, vt concederetur eis sedere vni ad dexteram, & alteri ad sinistram, infra vigesimo, de quo cęteri decē indignati sunt, si tamen non sentirent aliqua signa magnæ familiaritatis in Christo, non petiuissent ista, quia crederent se repellendos, Christus tamen ostendebat magna signa familiaritatis, ita vt cęteri interdum scandalizarentur, sicut quando misit Petrum ad mare, vt educto auro de ventre piscis solueret tributum pro se, & Christo. infra in litera. nam sequēti cap. in principio statim sequitur quomodo discipuli inter se conquirebant quis eorum maior esset, & licet istis tribus maiorem fauorem familiaritatis ostenderet, quàm cęteris: tamen adhuc inter eos erat differentia, quia non æqualiter ostendebat omnibus familiaritatem, vt dicetur infra q.84.

Quis fuit iste Iacobus, qui cum Christo fuit in transfiguratione. Quæst. XIII.

QVAERETVR cum dicatur hic, quòd Petrus, Ioannes, & Iacobus, assumpti sunt ad hoc, quis fuit iste Iacobus: nam duo Iacobi erāt inter Apostolos Christi, scilicet, K filius Zebedęi, & filius Alphei, qui aliter dicuntur Iacobus maior, & minor.

Aliqui dicunt, quòd iste fuit Iacobus Alphei, quia isti tres, scilicet, Petrus, Ioannes, & Iacobus Alphei erant præcipui inter Apostolos, & velut columnæ eorum. ad Galat. primo capi. cum cognouissent gratiam, quæ data est mihi inter gentes, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse: dexteras dederunt mihi, & Barnabę societatis: constat tamen, quòd iste Iacobus erat Alphei, scilicet, ille qui constitutus est primus Episcopus Ierusalem post mortem Christi, vt colligitur ibi, & Act. 15. & ita testantur omnes Doctores, & historię, vt expresse vult Hieronymus in libro de illustribus viris, ergo

ergo ille fuit, qui nunc vocatus est, quia tres præcipuos, vel vertices Apostolorum vocauit nunc Christus, vt dicit Chrysosto. & Theophilus. Secundo patet, quia Ambrosius super Lucam, & Augustinus super Epistolam ad Gala. videntur dicere, ꝙ Iacobus, qui nunc fuit in transfiguratione fuit Iacobus, qui primus post Christum rexit Ecclesiam Ierosolimitanam, & ille non fuit Iacobus Zebedei, sed Iacobus Alphei.

Sed dicendum, ꝙ non stat, sed iste Iacobus, qui fuit in transfiguratione fuit filius Zebedei, idest, Iacobus maior. iste enim est, qui vocatus est a Christo quandocunque tres segregabantur: ter enim fuerunt (vt legitur) isti tres segregati a cęteris, scilicet, in suscitatione puellæ, & transfiguratione, & in passione, & omnibus his vicibus vocatus est Iacobus Zebedei frater Ioannis ad secretum, & nunquam Iacobus Alphei. De prima vice patet Mat. 5. c. & non admisit quē quam sequi se nisi Petrum, & Iacobum, & Ioan. fratrē Iacobi, & tamen Iacobus, qui erat frater Ioannis erat Iacobus Zebedei, supra 4. & 10. cap. ideo Iacobus Zebedei fuit ibi assumptus. De assumptione trium in passione patet, infra 26. c. assumpto Petro, & duobus filijs Zebedei cœpit contristari, & męstus esse. & Mar. 14. vbi ponitur eadem sententia dicitur, assumpsit Petrum, & Ioannem, & Iacobum secum. & sic Iacobus, & Ioannes erant hic filij Zebedei, & non Alphei: ideo non est dubitandum quin iste Iacobus fuerit Iacobus Zebedei, & non est ille, qui rexit Eccle siam Ierosolimitanam post Christum, sed ille, qui occisus est ab Herode Actuum 12. c. occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio. & ille est, qui venit prædicaturus in Hispaniam, vbi & sepultus manet. Idem tenet Theophilus dicens, quòd iste Iacobus, qui nunc assumptus est ad videndum transfigurationem in tantum grauis erat Iudæis, vt Herodes volens Iudæis placere ipsum occiderit. Sic etiam dicit Damascenus reddens causam istorum trium assumptorum ad videndum transfigurationem, scilicet, Iacobum assūpsit tamquam moriturum pro Christo ante omnes discipulos. & tamen ille, qui mortus est ante omnes fuit Iacobus Zebedei. vt dicitur Actuum 12. c. occidit Iacobum fratrem Ioannis gladio. ideo non erat Iacobus Alphei.

Ad primum dicendum, quòd præcipui Apostoli assumpti sunt ad videndum transfigurationem, & iste Iacobus erat Iacobus Zebedei: ille autem Iacobus, de quo ad Gala. 2. erat Iacobus Alphei. vt dictum est, ille erat columna simul cum Petro, & Ioanne.

Dicendum ergo quòd viuente Christo isti tres erant præcipui, scilicet, Petrus, & duo filij Zebedei: & ideo istos quasi præcipuos accepit. mortuo autem Christo Iacobus Alphei factus est de præcipuis: non quidem simpliciter, sed inquantum factus est Episcopus Ierusalem, & quia manebant omnes Apostoli in regione illa, erant quodammodo subditi ei. vnde non solum erat vnus de præcipuis, qui videbantur esse columnæ, sed erat maior omnibus, & maior Petro. non quidem inquātum Apostolus, sed inquantum Episcopus Ierusalem. vnde in Cōcilio Ierosolimitano quod fecerunt Apostoli, & tota Ecclesia, non protulit Petrus diffinitionem Ecclesię, sed Iacobus solus locutus est diffinitiue velut totius Ecclesiæ organum. & quolibet de assistentibus maior Actuum 15. sed hoc nondum sortitus fuerat Iacobus Alphei quando facta est transfiguratio, neque Christo viuente: ideo non assumptus est ipse ad hanc transfigurationem, sed alius Iacobus. c. Zebedei, qui nunc de tribus præcipuis vnus habebatur.

Ad secundum dicendum, quòd Ambrosius, & Augustinus non loquuntur asserendo, sed aliorum opinionem referendo. & tamen si loquerentur asserendo non esset curandum de eorum dictis: cum expresse dicerent contra textum sacrę scripturæ: cuius est sacra, & inuiolabilis auctoritas. cęteris autem credimus inquantum aliquid probant. Siquis autem melius dicere inuenitur, illum sequimur. Sic dicit Augustinus in Epistola contra Vincentium Donatistam, & habetur in Decretis dist. 9. cap. ego solis. & ita tenet hic Nicolaus.

Quare Christus promittens discipulis, & turbæ quòd aliqui viderent eum venientem in regno suo, non expressit nomina illorum. Quæst. XIIII.

QVAERETVR, quare Christus promittens discipulis, & turbę, ꝙ aliqui viderent eum venientem in regno suo. & dixit sunt quidam, cur non expressit nomina illorum, & numerum.

Dicendum, quòd fuit ad auferendam omnem prauam cogitationem, & passionem iniquam de cordibus discipulorum. si enim nominasset aliquos cęteri viderēt se despici, & malo animo respicerent Christum. Secundo, quia recedere vellent ab eo. nam videntes, quòd illos tres accipiebat ad secreta, & gloriam regni sui illis ostendebat, & non cęteris, putarent, quòd cęteri nullam partem in eo habebant, & ideo recederent ab ipso. Sic etiam vndecim tribus Israel videntes, quòd Dauid plus honorabat tribum Iuda quàm cęteras, recesserunt ab eo. dixerunt enim quæ pars nobis in Dauid, & quæ hæreditas in filio Isai. reuertere Israel in Tabernacula tua, secundo Regum decimonono: & vigesimo: & sic multi discipulorum recesserunt a Christo, solum quia verba eius videbantur eis difficilia, quando dixit, quòd daret eis carnem suam ad manducandum: Ioannis sexto; a fortiori recederent videntes, quòd despiceret eos, & nullam partem in eo fauoris, aut familiaritatis habebant. Tertio, quia dato, quòd manerent, saltem inuiderent alijs, quos Christus ad tantam familiaritatem vocabat, sicut indignati sunt cōtra duos fratres, quos viderunt petere sedere ad dexteram, & sinistram, infra vigesimo: omnes autem hos scrupulos, qui contra charitatem sunt, Christus voluit eliminare de medio tollens occasiones eorum: ideo non nominauit aliquos. Sic dicit Chrysostom. propter hoc autem non prædicit nomina eorum, qui ascensuri erant in montem, quia reliqui valde concupiscerent sequi exemplum illius gloriæ, & grauiter tulissent velut despecti. Quarto fuit, quia cęteri quos Christus non nominaret ascensuros ad videndum gloriam regni sui cupientes nimis hanc rem videre, importune orarent ad Christum, quòd eos quoque permitteret hoc videre, sicut Moyses valde rogabat Deum, vt permitteret ei intrare in terram Chanaan vltra Iordanem: Deuteronom. 4. & Christus non haberet colorem repellendi eos, & si repelleret grauarentur nimis. ne ergo orarent, non nominauit aliquos, vt sic tolleretur inconueniens.

Quare Christus saltem non expressit numerum istorum, qui hoc visuri erant. Quæst. XV.

QVAERETVR, quare saltem non expressit numerum istorum, qui hoc visuri erant: nam expresso numero, vt dicerē tres de hic manentib⁹, &c. non sequeretur inconuenies, quia non esset locus inuidendi, cum non nominarentur personæ.

Dicendum, ꝙ erat inconueniens. Primo, quia si diceretur, quòd tres soli hoc viderent, poterat argui satis verisimiliter, qui essent illi tres, scilicet, illi, qui iterum soli cum eo intrauerant ad suscitationem puellæ: Mar. quinto, & Luc. octauo, & quos familiarius tractabat, qui erant isti tres, qui nominantur hic. Secundo, quia dato, quòd non argueretur specialiter de istis tribus: saltem putaretur verisimiliter, quòd illi, qui erant familiariores Christo assumerentur ad hoc, & ita cęteri inuiderent eis, & maneret id quod prius si nominarentur personæ. Tertio, quia dato, quòd non haberet Christus aliquos specialiter familiares sibi, de quibus tribus putaretur, quòd essent assumendi: tamen cum multi adessent quando hoc dictum est, scirent, quòd non G essent recipiendi ad hoc omnes, & illi, qui minus familiares Christo essent, manifeste putarent de seipsis ꝙ non essent assumendi, quia in tam paruo numero non assumerentur ipsi, qui ad Christum parum pertinebant, & tunc dato quòd non inuiderent aliquibus quia nescirent, qui eligendi erant, tamen saltem indignarentur contra Christum, qui omnibus despectis ad solos tres se determinabat, & illi, qui putarent se non pertinere ad istos tres, recederent a Christo tanquam nullam partem in eo habentes: ideo sicut non nominauit personas, ita neque numerum expressit.

Sed dicetur, quòd etiam manet inconueniens in H dicto Christi, dixit enim. sunt quidam de hic stantibus, & ita innuebat, quòd non omnes viderent hoc.

Dicendum, ꝙ non est inconueniens. Primo, quia licet dicat sunt quidam, non negauit, ꝙ omnes hoc videre possent: interdum enim vtimur figura liptote, cum pauca dicimus, & maiora significamus, & ita poterant omnes assistentes illud forte videre, quia per verba Christi non excludebantur. Secundo & melius, quia dicendo sunt quidam de hic stantibus, sub hoc sermone putaretur, ꝙ omnes Apostoli, & discipuli includerentur, & sic tollerentur inconuenientia. Patet hoc, quia quando Christus dixit hoc, I astabant discipuli, & turbæ Mar. octauo, & quia in comparatione turbæ erant discipuli pauci, putaretur, ꝙ omnes discipuli intelligerentur dicendo sunt quidam: nam ipsi erant familiares Christo respectu turbarum, cum dedisset eis omnibus potestatem prędicandi, & miracula faciendi, supra decimo, & Luc. nono, & decimo. Si autem soli discipuli astarent quando Christus ista dixit, appareret quòd non assumendi essent omnes, & tunc esset occasio inuidiæ, & recessus, quia tamen turbæ simul aderant putarent omnes discipulos se assumendos ad hoc, quòd autem turbæ putarent se non assumendas, non erat inconueniens aliquod, quia illę non solebant assumi ad aliquam familiaritatem Christi. Et etiam, quòd recederent, non erat inconueniens: nam etiam non K solebant assidue sequi Christum, sed soli discipuli eum continue sequebantur. Tertio, & adhuc magis præcipue, quia verba ista Christi erant ita caute dicta, quia nemo de astantibus, siue de populo, siue de discipulis putare poterat se repelli per hoc. nam putabant, ꝙ ista ostensio regni esset aduentus Christi ad regnandum temporaliter, sicut credebant futurum esse de Messia, & quia dixit Christus, qui non gustabunt mortem, signauit ex modo loquendi promissionem differri in longinquum, licet hoc nō intenderet, cum post sex dies impleuerit, & quia regnum temporale Messiæ quale Iudæi futurum esse putabant, oportebat esse palam, & omnes tunc viuentes inter Iudæos illud viderent, crediderunt, ꝙ F omnes, qui vsque ad illud tempus viuerent, illud viderent, & tamen quia putabant promissionem differri in longinquum, cum dixerit non gustabunt mortem, putabant ꝙ multi eorum interim morerentur, & illi non viderent Christum venientem in regno suo. cęteri tamen qui residui essent vsque ad tempus illud, viderent eum venientem in regno suo, & ita nullus putaret hoc modo se repelli ab ista promissione, vnde nec quisquam alteri inuideret, nec contra Christum indignaretur. & ita non sequebatur inconueniens ex verbis suis, quia fuerunt valde caute dicta.

Quomodo discipuli potuerunt inconuenientia euitare, quòd ipsi non inuiderent alijs assumptis cum Christo.
Quæst. XVI.

QVAERETVR cum Christus assumpserit tres discipulos post sex dies, & transfiguratus fuerit ante eos. quomodo potuerunt euitari inconuenientia. nam sic cęteri inuiderent eis tamquam constitutis in maiori gradu a Christo quàm cęteri. etiam indignarentur cęteri Christo tamquam despecti ab eo.

Dicendum, quòd non fuit aliquod inconueniens, eo quòd cęteri discipuli nescierunt quando Christus transfigurauit se coram his tribus, neque an se transfigurauerit, sed mansit hoc ignotum illis. si enim cęteri agnouissent, quòd Christus transfiguratus esset coram istis, sequerentur omnia inconuenientia supra assignata, & tamen nescierunt. Modus autem fuit, quia Christus in verbis promissionis suæ non ostendit aliquid per quod agnoscerent tempus, quo res deberet fieri, qui audiebant, sed potius ex modo loquendi dedit eis spem in longinquum dicens; sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem. & ita nemo suspicari poterat, quòd ita in breui compleretur promissio. Et rursus quando discipuli tres iuerunt cum Christo in montem post dies sex, non sciuerunt cęteri, quòd iret ad transfigurandum se. Etiam postquam venerunt, non reuelauerunt illi alijs hoc esse factum. nam Christus hoc vetuit dicens in litera, nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurgat. & ita alij nescierunt vnquam hoc factum esse quandiu Christus vixit, & ita neque fuit occasio inuidendi illis tribus, neque indignandi contra Christum quasi eos despexisset.

Sed dicetur quomodo non scierunt rem factam esse, cum Christus iuisset cum tribus solis in montem exelsum post promissionem istam factam, vt patet in litera?

Dici potest vno modo, ꝙ alij non viderunt quando Christus iuerit, neque quādo redierit, & hoc quia Christus solebat mittere discipulos ad prædicandum aliquando paucos, & aliquando multos, quia ad hoc dederat eis potestatem supra decimo, & Luc. 9. & ita interdum manebant pauci cum eo: forte ergo nunc miserat omnes alios præter istos tres, & tunc ascendit cum illis in montem, & transfiguratus est. cęteri autē quando redierunt nullam causam suspicandi habuerunt, quia sic solebat mittere omnes, & interdum mittebat illos tres, & manebant aliqui de alijs cū eo. sicut Petrum, & Ioannem misit Ierosolimam pro asina, Luc. 19. & manebant tunc cęteri cum eo.

Dicendum, ꝙ quamuis hoc est verisimile non est verum, quia necesse est dici, ꝙ qn̄ nunc Chr̄s cum tribus Apostolis ascendit in montē, alij manerēt simul, sed

sed non iuerunt cum eo: immo omnes ipsos cum A turba simul dimisit. Quod patet, quia Marc. 9. dicitur, quòd quando Christus descēdit de mōte, inuenit turbas conquerentes cum discipulis suis, & quòd obtulerant eis arreptitium, & curare non potuerant.

Sed dicetur quomodo ergo non suspicati sunt aliquid cęteri discipuli videntes, quòd Christus recederet cum illis tribus, vt putarent, ꝙ ibat ad ostendendum eis quod promiserat?

Dicendum, quòd non suspicati sunt, quia solebat Christus se a turbis, & discipulis suis interdum sequestrare orationis causa. sicut Lucæ nono dicitur, ꝙ ascendit in montem, & erat pernoctans in oratione Dei, & cum factum est mane vocauit ad se discipu- B los suos, & ita supra decimoquarto: manebat ipse solus orans in monte per totam noctem, & partem diei præcedentis, dum discipuli nauigabant. sic discipuli nunc cęteri crederent, ꝙ Christus ibat ad orandum in monte aliquo, & licet viderent eum ascendere in montem cum discipulis, non curarent neque suspicarentur quicquam, quasi illos acciperet ad comitandum eum vsque ad locum orationis.

Quomodo cęteri discipuli post Christi reditum de transfiguratione non quæsierunt, an facta esset transfiguratio. *Quæst. XVII.*

SED quæretur quomodo cęteri discipuli post C reditum Christi, & istorum de transfiguratione facta non quæsierunt de illa an facta esset, aut non suspicati sunt quicquam.

Dicendum, ꝙ nihil quæsierunt, & ita mansit eis ista res occulta, ita vt non solum nescierint, quę fuit illa gloria, quam Christus illis tribus ostendit, sed etiā an aliquid eis ostenderit. Et hoc fuit. Primo, quia promissio Christi videbatur facta ad longum temp⁹: cum dixerit sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, & ideo non putabant hoc accidere vsque ad longum tempus, vnde non fuit eis aliqua causa suspicandi tam in breui, scilicet, post sex dies: nam tanto tempore post promissionem facta est D transfiguratio, vt dicitur in litera. Etiam inde vsque ad mortem Christi non transiuit, nisi quasi annus, & dimidius, vel minus: ideo non fuit causa suspicandi, & q̄rendi aliquid de his. Secundo, quia non putabant, ꝙ illa ostensio regni Christi talis futura esset, sed credebat, quòd erat aliquid quod omnibus palam esset tunc viuentibus: nam credebatur, vt communiter, ꝙ loqueretur de regno temporali Messiæ, sicut Iudæi putabant colligendo totam dispersionem Iudęorum in terram suam, & regnando ibi in magna potestate temporali, & hoc quando fieret non poterat latere eos, qui superstites essent, & tale adhuc expectabant discipuli sui. quod apparet, quia duo eorum. i. Iacobus, & Ioannes cum matre rogauerunt Christum, vt permitteret eis sedere vni quidem ad dexteram, alteri vero ad sinistram in regno suo, infra vige- E simo capit. & vsque ad passionem eius semper hanc tenuerunt spem: moriente autem illo desperauerunt: Lu. vigesimoquarto, s. nos autem sperabamus, ꝙ ipse redempturus esset Israel, idest, dum viueret sperabamus. non ergo putabant posse fieri rem hanc in abscondito, sed ꝙ omnes tunc viuentes illam viderent: ideo nihil suspicabantur de eis, quæ Christus occulte faciebat. Tertio, quia dato, ꝙ aliqui rectius iudicātes putarent istud regnum Christi esse aliquid spirituale, tamen crederent saltem, quòd non erat raptim transiens, & occulte ostendendum, sed aliquid diu manens quandiu Christus maneret, postquam regnare inciperet. nam iste modus loquendi ostendebat, ꝙ Christus nondum acceperat regnum, sed aliquando regnaturus esset, & tamen regnum quod acciperet qualecunque esset, non erat cito terminandum, sed regnaturus esset quandiu viueret, potissime, quia Messias putabatur semper mansurus: Ioannis duodecimo: ideo postquam inciperet regnum Messiæ non posset occultari, & ita nulla ratio suspicandi erat an aliquibus ostenderetur, & alijs non, & sic nihil quęsierūt discipuli alij ab illis, qui fuerant cum Christo de transfiguratione quasi nihil suspicati.

Quis fuit iste mons Tabor vbi transfiguratus est Christus, & quare in monte facta fuit transfiguratio.
Quæst. XVIII.

QVAERETVR de monte isto, in quo Christus transfiguratus est, quis fuerit, & cur in monte. Dici solet, quòd in monte Tabor transfiguratus est: ille est enim talis mons qualem Scriptura hic dicit, scilicet, mons excelsus, & ille est in terra Galilæę, in qua nunc Christus manebat, quando transfiguratus est, & vocat eum montem sanctum Petrus dicens, hanc vocem nos audiuimus cum essemus cum eo in monte sancto. 2. Pet. 1. De hoc monte dicit frater Brocardus Theutonicus in libro suo de situ terræ sanctæ, quòd de Nazareth ad duas leucas versus Orientem est mons Tabor vbi transfiguratus est Dominus: vbi ostenduntur hodie ruinæ trium tabernaculorum, siue claustrorum secundum desiderium beati Petri construendorum. sunt ibi maximę ruinæ palatiorum, & turrium, & ædificiorum regalium, in quibus nunc latitant Leones, & bestiæ aliæ syluestres. difficilē ascensum habet mons iste, & est altus valde, & est aptus pro castro construendo.

Cum autem quæritur, quare in monte transfiguratus est: dicunt quidam, quòd fuit ad ostendēdum ꝙ illi quibus ostenderetur vera gloria cuius ibi imago monstrata est, debent eleuari a terrenis desiderijs, & totaliter ascendere in altitudinem spiritus, quia caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Sic dicit Remigius, ostensurus Dominus gloriam suæ claritatis discipulis duxit eos in montem, in quo docet, ꝙ necesse est omnibus, qui Deum contemplari desiderant, vt non in infimis voluptatibus iaceant, sed amore supernorum semper ad cœlestia erigantur. Secundo fuit ad ostendendum locum gloriæ, qui nunc ostendebatur. nam transfiguratio fuit ostensio quædam gloriæ futurorum, & quia gloria non erit quādiu homines manebunt in terra, sed cum gustata morte erunt in cœlo: ideo in montem ascendit, vt in excelsis ostendat esse locum gloriæ. Sic dicit Chrysostom. non autem in domo suam gloriam demonstrat, sed in montem excelsum illos assumit: quoniam montis sublimitas conueniens erat ad gloriæ sublimitatem ostendendam. Sic etiam dicit Remigius, scilicet, & ostendat discipulis quatenus gloriam diuinæ claritatis non in huius sęculi profundo quærant, sed in cœlestis beatitudinis regno.

Tertio fuit, & præcipue, quia nunc Christus orabat quando transfiguratus est, & cum in oratione aliquandiu mansisset immutatus est vultus eius sic dicitur: Lucæ nono: ascendit in montem, vt oraret, & facta est dum oraret species vultus eius altera. & ita ibat præcipue ad orandum, & ex consequenti volebat ostendere se transfiguratum. Secūdum patet, quia Christus in montibus orare solebat, supra decimoquarto: ascendit solus in montem orare, & Luc. sexto: exijt in montem orare, & erat pernoctās in oratione Dei. Quarto fuit ad hoc, quòd oc-

culte istud fieret. dixerat enim Christus, quòd quidam hoc viderẽt. idest, non omnes facta visione iussit tacere, infra in litera; ideo debuit fieri in loco vbi nemo videret, nisi illi, quos Christus elegerat, & talis erat mõs iste excelsus, in quem ascendit Christus. & sunt istæ duę causæ vltimæ literales. aliæ vero sunt morales.

Quare dicitur, quòd duxit eos seorsum. Quæst. XIX.

QVAERETVR, quare dicitur, quòd duxit eos seorsum.

Dicendum, quòd hoc dicitur, vt innuatur, quòd his solis ostensa est visio: nam non erant cum alijs, sed soli.

Sed obijcietur, quia ad hoc sufficiebat dici, quòd assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannem. nam nominando istos expresse intelligebatur, quòd non fuerunt alij assumpti ad istam visionem. Secundo, quia dicitur, quòd assumpsit eos in montem, per quod innuitur, quòd a cęteris separabantur, qui manebãt cum turbis, vt colligitur in litera. Tertio, quia dicitur Marc. nono, quòd duxit illos in montem excelsum solos. & ita aliud est seorsum ire, aliud solos ire, ergo cum dicitur seorsum non innuitur, quòd isti iuerint sine cęteris, sed aliquid aliud, ne ista coincidant.

Dicendum, quòd Euangelista voluit ostendere, quòd trãsfiguratio valde occulte facta est: nam Christus dixit, nemini dixeritis visionem, & ad hoc excludi debebant tam discipuli Christi, quàm cęteri extranei. Propter primum dicitur, quòd assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannem in montem. & Marc. adiecit solos. Propter secundum dicitur seorsum: nam in monte illo poterant esse aliqui, scilicet, pastores, qui viderent transfigurationem, vt autem nemo illam videre posset, dicitur, quòd accepit eos seorsum, idest, in loco secreto montis illius, in quo nemo erat. Ita dicit Theophilus seorsum autem eos ducit, quia debebat eis mysteria reuelare.

An Christus transfiguratus est. Et quomodo Sathanas se transfigurat; Et quare anima humana requirit corpus determinatæ quantitatis, & determinatæ figuræ. Quæst. XX.

QVAERETVR an Christus transfiguratus est.

Aliqui dicunt, quòd non: quia in Christo non est aliqua falsitas; cum ipse sit pura veritas Ioan. decimoquarto, ego sum via, veritas, & vita. transfiguratio autem dicit aliquid falsum, vt secunda Corint. vndecimo; Sathanas transfigurat se in Angelum lucis, idest, ostendit se Angelum lucis, & non est, ergo non transfiguratus est. Item transfigurari est in diuersas figuras mutari, quod non conuenit vero corpori, sed phantastico. corpus tamen Christi verum erat, & non phantasticum. ergo non fuit Christus transfiguratus. Item aut Christus vere trãsfiguratus est, aut falsè. non vere, quia tunc mutaret lineamenta, & quantitatem: cum figura sit terminatio quantitatis, & mutaretur aliquid de veritate corporis Christi. non etiam falsè, quia in Christo non est falsitas. ergo non transfiguratus est.

Dicendum, quòd transfiguratus fuit. nam hoc Matthęus testatur hic, scilicet, transfiguratus est ante eos. & Mar. nono: dicitur transfiguratus est coram ipsis. & Lucæ nono: dicitur facta est species vultus eius altera. Dicendum etiam, quòd vere transfiguratus est, quia si non vere transfiguratus est, non fuit transfiguratus, quia esse, & vere esse idem sunt, sicut non est homo, qui non est verus homo, & tamen Euangelistæ dicunt Christum transfiguratum. ergo vere transfiguratus est.

Ad primum dici potest, quòd transfigurari dicit aliquam veritatem, non quidem oportet, quòd dicat veritatem rei, sed veritatem figuræ. & ita Sathanas transfigurat se in Angelum lucis, idest, accipit figuram, siue similitudinem Angeli lucis licet non sit Angelus lucis, & illam figuram accipere pertinet ad veritatem transfigurationis, licet non ad veritatem entitatis illius rei, in quam se transfigurat.

Aliter potest dici, quòd transfigurari contingit vere, & falsè. sicut circa quæcunque alia contingit verum, & falsum. Sathanas autem falsè transfigurat se, quia aliud se vult ostendere quàm sit. Christus autem vere se transfigurauit, quia id quod per transfigurationem ostendebat, scilicet, claritatem illam, tale quid erat quale ille ostendebat.

Ad secundum dicendum, quòd mutari secundum figuram, quę est de quarta specie qualitatis competitit corpori phantastico, quia illud cum sit de substantia molli non terminata naturaliter, vel faciliter ad alterum permutabili, potest mutare figuras: vt si aliquando sit quadratum statim fiat sphęricum, vel piramidale: corpora autem vera, quæ solida sunt habent naturalem terminationem, a qua non sunt faciliter permutabilia. corpus autem Christi erat verum: ideo non fuit transfiguratum quantum ad figuram istam, sed alio modo, vt dicetur sequenti qõ, & solutione.

Ad tertium dicendum, quòd Christus vere transfiguratus est: non tamen, quòd vere mutaretur figura, quæ est terminatio lineamentorum, quia tunc mutaretur conditio speciei humanæ: nam non maneret corpus Christi sub figura corporis humani, sed alterius corporis: anima humana non potest esse in corpore cuiusliber quantitatis magnæ, aut paruę, neque cuiuslibet conditionis, vel quantitatis. non enim potest manere in corpore cuiuslibet quantitatis propter magnitudinem eius. sicut si esset corpus magnum, sicut vna magna turris: non enim posset anima humana illud mouere, neque vegetare propter paruitatem potentiæ operatiuę. & ita illud cum non vegetaretur non viueret, & consequenter non esset humanum. Etiam non potest manere anima sub quantitate quantumcunque parua, vt si esset quantitas vnius pulicis, vel formicæ, quia multitudo organorum necessariorum ad vegetationem, & operationem humanam non posset figurari in tam parua quantitate. & dato, quòd posset figurari in quantitate aliquanto maiori, non posset anima operari per illa organa propter defectum organorum parvorum, & paruas vires habentium. sicut autem non manet anima humana sub corpore cuiuslibet quantitatis, ita nec sub corpore cuiuscunque figuræ, sed solum determinatæ qualem habet homo, fit enim operatio humana per organa, & illa sunt figuræ determinatæ. & si fuerint alterius figuræ non fiet operatio per illa, sicut manifeste apparet in instrumentis artificum, & apparet in manibus, quæ sunt organa operatiua per excellentiam. nam si essent quadratæ, vel rotundæ non habentes digitos diuisos, non prodessent ad aliquam de operationibus humanis, & ita est de mutatione figuræ cęterorum organorum. Si autem mutetur figura corporis mutabuntur figuræ organorum; cum illa sint partes corporis. & tunc anima non poterit operari. & consequẽter non manebit in illo corpore; cũ anima non possit esse

esse vbi non potest operari. non ergo poterat Christus transfigurari mutando figuram, q̃ est terminatio quantitatis, sed transfiguratur per mutationem splẽdoris, vt dicetur sequenti cap.

Quid sit transfigurari. Et quomodo figura sumitur multiplicitер. Et quomodo Christus transfiguratus est. Quæst. XXI.

QVAERETVR quid sit transfigurari. Dicendum, quòd trãsfigurari est figuram mutare, secundum ergo, quòd figura multipliciter accipitur, ita transfigurari accipitur multipliciter. Primo modo accipitur figura ꝑ qualitate resultante ex terminatione lineamentorum, vel cõcursu linearum, aut clausione superficierum. & ita figura consideratur in superficie corporis, & est de quarta specie qualitatis, quæ vocatur forma, vel circa aliquid constans figura. & isto modo non potest aliquid figurari, nisi multa lineamenta. vt si erat quadratum, ꝙ fiat rotundum, aut alterius lineamenti. vel si erat planum, fiat curuum. aut si erat concauum, fiat conuexum. Secundo modo figura accipitur ꝑ habitudine eorum, quæ exterius apparent in homine, siue sit dispositio in corpore, siue in vestibus, siue in vtroque. & hoc modo dicitur aliquid transfigurari quando mutatur color eius, vel aliquę qualitates de his, quæ apparere possunt, non facta mutatione aliqua in quantitate, neque in lineamentis. sic etiam trãsfiguratur aliquis quando mutat vestes, & accipit aliquas distantes omnino in figura, & colore, & tota dispositione a prioribus, quia tunc homo non cognoscitur, sed putatur esse alius, sicut si vere figuram mutasset. Tertio modo figura accipitur pro quacunque dispositione, vel habitudine, non quidem in corpore neque in vestibus, sed in actibus exterioribus, secundum quos homo agnoscitur esse talis, vel talis, quia sicut corporis figura manifestat hominem faciens ad eius cognitionem, ita & modus operationum quantum ad exteriora manifestat hominem, & ideo vocatur figura, & tunc transfiguratur ille, qui imitatur operationes alterius, vt videatur esse ille, vel similis ei. 2. Corint. vndecimo. Sathanas transfigurat se in angelum lucis, idest, tales exercet foris operationes quales angelus bonus, vt putetur angelus bonus. Primo modo Christus non transfiguratus est, quia tem per tenuit quantitatem corporis sui, & figuram corporis humani, ita vt ex figura sua solita agnosci posset, quòd ipsemet erat, nisi aliud nouiter accidens impedisset. Tertio etiam modo non fuit mutatus, quia ipse non mutauit quicquam de operationibus suis prioribus imitando aliquem. Sed secundo modo transfiguratus est, quia fuit facta quædam mutatio in eo tam ex parte corporis quàm ex parte vestiũ, nam color vultus eius apparuit nitidior, & videbantur exire radij de facie eius, sicut de corpore Solis, vestes quoque eius immutatę sunt, non quidem in figura sua, sed in colore, sicut vultus eius, vt dicitur infra in litera resplenduit facies eius, sicut Sol, & vestimenta eius facta sunt alba, sicut nix. & istud dicitur transfigurari quasi aliam haberet figuram; Luc. nono: scilicet, facta est dum oraret species vultus eius altera, & vestitus eius albus refulgens. & tamen non fuit vere mutatus vultus eius ad aliam figuram, sed ad aliam quantitatem lucis, vel fulgoris. & vocauit Lucas istam mutationem alterationem speciei, scilicet, facta est dum oraret species vultus eius altera: tales etiam mutationes quantumcunque leues vocantur in scriptura mutationes figurarum, vel speciei, siue effigierum: sic dicitur Mar. decimosexto: scilicet, posthæc duobus ex eis ambulantibus apparuit, & ostensus est in alia effigie euntibus in villam: & tamen non fuit ibi mutatio aliqua vultus, sed solum, quia videbatur Christus discipulis esse quidam peregrinus, & ita loquebantur cum eo quasi cũ quodam peregrino.

Ad quid Christus transfiguratus est. Et quòd transfiguratus est, vt alliceret sequentes se ad dura sustinendum. nam per tribulationes, & crucem peruenitur ad regnum cœlorum. Et quomodo Christi deitas ostendebatur in transfiguratione sua. Quæst. XXII.

QVAERETVR ad quid Christus transfiguratus est.

Dicunt aliqui, quòd fuit hic primo ad ostendendum, quòd ipse poterat reddere vnicuique mercedem, vel pœnam pro opere suo. dixerat enim pręcedenti capituli, quòd filius hominis venturus est in gloria patris sui, & tunc reddet vnicuique iuxta opera sua. vt ergo videretur, quòd poterat hoc facere, ostendit se mutatum ad imaginem gloriæ. Secundo, & præcipue fuit ad ostendendum qualem gloriam dabit bonis. nam ipse dixerat, quòd daret vnicuique iuxta opera sua, & quia nesciebatur quale bonum erat quod in præmium dandum erat bonis: voluit ostendere illud in corpore suo, vt per gloriam quam in ipso viderent, agnoscerent qualis futura erat gloria ipsorum, & ostenderet Christus qualis esset status resurgentium. Tertio, & quantum ad idem fuit ad alliciendum homines ad tolerandum dura pro seipso. dixerat enim, quòd deberet homo perdere animam suam, vt inueniret eam, præcedenti capitulo: talia autem, quæ dura sunt nemo sponte subit, nisi exinde maiora bona futura credat, quàm fuerint mala, quæ pertulit, aut perferre debet: ideo voluit Christus ostendere quantum gaudium erat in statu beatorum, & ita cognosci hoc debebat a discipulis, quia erat finis, & cum propter finem omnia agantur, debet ille notior esse eis, quæ ad finem, quia illo ignorato errabitur in omnibus, quæ ad viam pertinent, sicut sagittator non poterit recte iacere, nisi signum habuerit quod respiciat: vnde Thomas dixit Christo: Ioannis decimoquarto: Domine nescimus quo vadis, & quomodo possumus viam scire? & hoc maxime est, quando via difficilis, & laboriosa est, & est finis iocundus. Christus autem per labores peruenit ad gloriam suam: non quidem ad gloriam animæ, quia illam semper habuit ab instanti conceptionis suæ, sed ad gloriam corporis quam ex merito habuit. Luc. vigesimoquarto: oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. ad hanc gloriam docet Christus discipulos venire per viam tribulationum, per quam ipse venit: Actuum decimoquarto; per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum: & ideo vt ad gloriam illam perueniendi sufficienter viam ostenderet, & incitatiuum veniendi daret, conueniens fuit, vt discipulis suis gloriam claritatis suæ ostenderet, & hoc est Christum transfigurari: cum nos sibi configurare debeat; ad Philippen. tertio; reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Sic etiam Beda dicit, pia prouisione factum est, vt per contemplationem semper manentis gaudij ad breue tempus demonstratam fortius aduersa toleraret. Quarto fuit ad ostendendam potestatem dandi gloriam pro bonis, & hoc est de præcipuis: nam dixerat ponendam esse animam, & quia hoc durum erat, vt vellent homines illud subire promisit, quòd daret eis iuxta opera sua, &

ſua, & quia dubitarent an hoc facere poſſet oſtendit illud in ſeipſo: talem gloriam in corpore ſuo apparere faciens, qualis in omnibus electis futura eſt: nam in ſeipſo poterat oſtendere talem gloriam corporis, cum prius non habuiſſet illam: poſſet eodem modo in alijs oſtendere, & ita facere promiſit, quia dicitur ad Phi.3. quòd reformabit corpus humilitatis noſtrę configuratū corpori claritatis ſuæ. i. corpus noſtrū eſt nunc humile, ideſt, ſubiectum, vel humiliatum ſub paſſionibus, & in reſurrectione configurabit illud prius corpori claritatis ſuæ, ideſt, ſicut corpus ſuum habet claritatem gloriæ, ita communicabit corporibus noſtris. Et iſtæ cauſæ quaſi venientes ex eadem radice tanguntur pręcedenti capitu. cum dixit Chriſtus, qui voluerit animam ſuam ſaluam facere perdet illam, & qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet illam, & ſequitur: filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui, & reddet vnicuique iuxta opera ſua. & deinde dicitur ſunt quidam de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videāt filium hominis venientem in regno ſuo. & ideo poſt ſex dies. (vt dicitur hic in litera) oſtendit gloriam iſtam transfigurando ſe. Quinto fuit ad oſtendendum gloriam humanitatis ſuæ: nam pertinebat ad gloriam eius, quòd fulgeret vultus eius, ſicut Sol: nam non poterat eſſe maior corporis pulchritudo, & honor. Sexto fuit ad conſolationem iſtorum trium diſcipulorum, quos Chriſtus ſingulariter diligebat: voluit enim eis oſtendere quandam parte glorię ſuę, ſicut amicis pandimus ſecreta noſtra, & in hoc valde conſolati ſunt, nam Petrus dixit Domine bonum eſt nos hic eſſe, infra in litera. Septimo fuit ad maiorē actoritatem dandam verbis ſuis, & geſtis. nam cum iſti diſcipuli viderent eum transfiguratum ad imaginem gloriæ venerarentur eum magis de cętero, tanquam eſſet in eo aliquid maius quàm prius crediderant. Quod autem ad iſtam intentionem facta fuerit transfiguratio patet, quia vox patris, quæ audita eſt dixit, hic eſt filius meus dilectus ipſum audite, ideſt, ad hoc transfigurabatur, vt diſcipuli eum ſic videntes magis crederent, & audirent, ideſt, obedirēt ei in omnibus, quæ diceret. Octauo fuit ad probandum deitatem ſuam. Nam Chriſtus multis modis vſus eſt ad probandum deitatem, ſicut multa alia genera miraculorum ad hoc fecit. ita & iſtud voluit facere ex quo tripliciter oſtendebatur Chriſti deitas, Primo, quia potuit corpus ſuum transfigurare ad ſtatum beatorum quod nullus homo facere poteſt. Secundo ex teſtimonio Dei. nam vox patris audita eſt in nube dicens, hic eſt filius meus dilectus. Tertio ex præſentia Moyſi, & Elię, qui apparuerunt loquētes cum ipſo in litera, & Mar. nono: & tamen nemo potuiſſet eos adducere, niſi eſſet Deus. maxime quia aſtiterunt ei tamquam Domino, & ita diſcipuli pręſentes agnouerunt illum eſſe Dominum eorum ex modis loquendi eorum ad Chriſtum, & ideo dixit faciamus hic tria Tabernacula tibi vnum, Moyſi vnum, & tamen ſi agnouiſſet, vel putaſſet aliquem illorum maiorem Chriſto, præponeret eum in locutione dicens, Moyſi vnum, tibi vnum. Omnes iſtę rationes ſunt conuenientes: & tamen pręcipua eſt, quòd fecerit ad oſtendendum qualis futura erat gloria reſurgentium, & quòd ipſe talem gloriam dare poſſet, pro qua homines deberent ſponte hic animas ſuas ponere.

F *Ad quid Chriſtus transfiguratus eſt, vt oſtenderet, quòd habebat poteſtatem dandi vnicuique gloriam pro bonis operibus cum per quodlibet aliud miraculum hoc facere poſſet ſine transfiguratione. Et quòd Chriſtus voluit per transfigurationem oſtendere ſe habere poteſtatem dandi gloriam. Quæſt. XXIII.*

QVAERETVR etiam ad quid Chriſtus tranſfiguratus eſt, vt oſtenderet, quod poteſtatem habebat dandi gloriam vnicuique pro operibus bonis. nam per quodcunq; aliud miraculum quod faceret, oſtenderetur iſtud, eo ꝙ quodlibet miraculum oſtendebat infinitam poteſtatem, & diuinam operationem, & per quodlibet inducitur G Deus in teſtimonium, ſi miraculum ad hoc fiat, vt per illud aliquid probetur, ſicut Deuterono. decimotertio, & decimooctauo, quando Propheta aliquid prædicebat ad hoc, quòd crederetur ei, quòd verum diceret, oſtendebat aliquod miraculum, & tunc certum erat, quòd dixerat, & ita tunc.

Dicendum, quòd verum eſt, quòd ſi Chriſtus diceret, quòd ipſe venturus erat in gloria patris ſui, & daret vnicuique iuxta opera ſua, & in teſtimonium horum faceret aliquod miraculum, vt ſuſcitare mortuum, vel ſanare cęcum, ſufficienter probatum erat ꝙ hoc facturus eſſet, quia operatio miraculi eſt diuina, & ſic quando miraculum inducitur in teſtimonium H alicuius rei: Deus eſt teſtis illius rei. ipſe tamen non poteſt eſſe teſtis falſitatis, quia fidelis eſt, & ipſum negare non poteſt, ſecunda Timot. ſecundo. ergo neceſſe eſt taliter ſe habere rem, qualiter dictum de ea eſt. ſine transfiguratione igitur Chriſtus potuiſſet oſtendere, ꝙ daturus erat gloriam bonis: voluit tamen hoc facere propter duo. Primo, quia non fuit ſola cauſa transfigurationis oſtenſio poteſtatis, ſed & multæ aliæ, vt oſtenſum eſt præcedenti quæſt. & licet ad oſtenſionem poteſtatis ſufficeret quodlibet aliud miraculum ſine transfiguratione: tamen p alijs motiuis non ſufficeret aliquid, niſi transfiguraretur, ſcilicet, non poſſet oſtendere imaginem gloriæ, niſi ſe transfigurando, nec etiam alliceret ad toleran- I dum labores, niſi ſic, & ita de alijs mortuis. Secundo, & præcipue, quia quando demonſtratur quælibet veritas per miraculum, eſt oſtenſio æquiuoca, quia eſt probatio alterius generis, & indirecta, licet ſit neceſſaria, ſicut ſi quælibet veritas probaretur per Dei auctoritatem, vt quando quæreretur de qualibet re dubia an taliter, vel taliter ſe haberet, & Deus diceret hoc eſt verum, vel illud, nihil vltra oſtendendo, iſta eſt probatio indirecta, & per medium quod eſt extra genus rei. & dicitur probatio indirecta, quia non proceditur directe ad oſtendendum qualiter ſe res habeat, ſed ſolum ex accidenti, ſcilicet, Deus dicit taliter ſe habere iſtam rem, & Deus non poteſt mentiri: ergo res taliter ſe habet, dicitur probatio extra genus rei, quia eadē probatio eſt, ſic pro omni re K de qua dubitatur, & tamen non ſunt omnia dubitabilia eiuſdem generis conſiderationis: ergo probantur res per medium extra genus, & propter hoc licet iſta probatio ſit neceſſaria, tamen non eſt aperta, quia per eādem non notificatur aliquid intellectui de modo rei: ideo licet iſtam probationem accipiat per modum fidei: tamen deſiderat pleniorem probationem, & illa eſt probatio per medium eiuſdem generis, & quia nunc agebatur de probatione finis, qui debet eſſe notiſſimus, oportuit, quòd non daretur probatio alterius generis, ſcilicet, miraculum quodcunque, ſed probatio eiuſdem generis; ideſt, oſtenſio rei. Hoc apparet, quia finis omnium operationum eſt fœlicitas, primo Ethicorum. hanc

enim

enim ponimus in ſtatu futuri ſœculi: nam ſi aliqua bona ſunt poſt mortem, neceſſe eſt, quòd illa maiora ſint quàm bona huius vitę, cum iam in illis non ſit alteratio, ſed perpetua manſio, iſta autem quotidie pereunt, & per mortem terminantur. ſolum ergo manet dubium an ſint bona aliqua poſt mortem, & quia nulla bona erunt hominum poſt mortem niſi reſurgant, oportet præſupponi, quòd reſurgant, & tunc, quòd oſtendatur quales erunt poſt reſurrectionum, & quia iſtud eſt finis omnium actionum in moralibus, debet eſſe notiſſimum, ſicut principia in ſpeculatius ſunt notiora concluſionibus, quia ita ſe habet finis in actionibus, ſicut principium in ſpeculatiuis ſeptimo Ethico. ideo ſicut principia in ſpeculatiuis. ſunt maxime nota, & per ſe nota euidentiſſima cognitione, quæ vocatur viſio, ideſt, ſimplex intuitus intellectus ſine aliqua deductione, ita iſte articulus de ſtatu, & qualitate reſurgentium, qui ponitur, vt finis, debuit eſſe notus certiſſima cognitione, & iſta non eſt per auditum, ſed per viſum, quia viſus maxime certificat, ideo debuit oſtendere Chriſtus veritatem huius rei ad oculum, quod fuit in transfiguratione. nam iſta eſt probatio eiuſdem generis, quæ ſatisfacit omnino intellectui, & non fuit ſufficiens probatio per aliud miraculum quodcunque, licet pro oſtenſione quarunlibet aliarum veritatum, quæ non ſunt de ipſo fine ſufficeret quodcunque miraculum, eo quòd pro talibus veritatibus non erat neceſſaria tam aperta probatio, ſed ſufficeret, quòd eſſet qualiſcunque, ideſt, etiam indirecta, dum tamen eſſet neceſſaria.

Quomodo verum eſt, quod hic dicitur, ſcilicet, quòd transfiguratio facta eſt ad oſtendendam gloriam reſurgentium, cū quòd articulus reſurrectionis apud Iudæos problematicus erat. Quæſt. XXIIII.

QVAERETVR occaſione præcedentium, cum dictum ſit, quòd transfiguratio facta eſt precipue ad oſtendendum gloriam reſurgentium, & veritatem articuli de reſurrectione, quomodo ſit verum; quia videtur, quòd ſine transfiguratione iſta poterat patere veritas reſurrectionis per ſuſcitationes mortuorum, quas Chriſtus egerat.

Dicendum, quòd fuit valde neceſſarium haberi certitudinem de reſurrectione mortuorum, & conditione reſurgentium, eo quòd iſtud erat tamquam finis omnium actionum moralium, vt dictum eſt præcedenti quæſtione, & talia debent eſſe notiſſima. Rurſus autem inter Iudæos erat magna dubitatio de hoc: ideo propter vtrunque, ſcilicet, vt eſſet res multum certa, & vt tolleretur ambiguitas Iudæorum, Chriſtus valde debuit inſtare ad probandum gloriam reſurgentium quod fecit oſtenſiue per transfigurationem. Patet aſſumptum. nam non erat articulus reſurrectionis determinatus apud Iudæos, licet ex lege, & Propheris ſequi poterat, & ob hoc inter Iudæos erant duæ ſectę contrariæ, ſcilicet, quædam Phariſęorum, quæ aſſerebant generalem reſurrectionem, & gloriam, & aliam Saducęorum, qui negabant reſurrectionem, & Angelos, & ſpiritus infra vigeſimoſecundo, & Actuum vigeſimotertio, ſcilicet, Saducęi dicunt non eſſe reſurrectionem, neque Angelum, neque ſpiritum. Phariſęi autem vtrunque confitentur. ſi tamen articulus de reſurrectione fuiſſet determinatus apud Iudæos, non permitterent viuere Saducęi tamquam manifeſti hæretici, & tamen licebat cuique eſſe de opinione Saducęorum, ſicut de opinione Phariſęorum, & populus non condemnabat magis iſtos quàm illos, ergo non erat deter- A minatus iſte articulus, ſed erat problema neutrum, vt ponit Ioſephus lib. ſecundo de bello Iudaico, & decimotertio, & decimooctauo. Antiqui. oportebat ergo nimis manifeſtari veritatem reſurrectionis.

Dicunt tamen aliqui, quòd etiam hoc ſuppoſito non oportebat eſſe transfigurationem, quia poterat ſufficienter probari reſurrectio per eos quos Chriſtus ſuſcitabat.

Aliqui dicunt, quòd neminem adhuc Chriſtus ſuſcitauerat, ſed poſtea ſuſcitauit.

Dicendum, quòd falſum eſt. quia Chriſtus ſuſcitauerat iam ſaltem duos mortuos. ſ. puellam Archiſynagogi, B & filium viduæ in vrbe Naim. Et patet hoc ex ordine quem tenent omnes Euangeliſtæ referendo hæc. nam ſupra 9. ponitur de ſuſcitatione puellæ, & tamen pręcedenti cap. & hic ponitur de transfiguratione. & Mar. 5. ponitur de puella ſuſcitata. & Mar. 9. de transfiguratione. idem Luc. 8. ponitur de puella, & Luc. 9. de transfiguratione. de filio viduæ ponitur Luc. 7. & de transfiguratione Luc. 9. & per hos poterat patere articulus reſurrectionis ſufficienter probatus. Item dato, quòd Chriſtus ante hoc nullum mortuum ſuſcitaſſet, erat ſuſcitaturus tres, quia tot legimus ab eo ſuſcitatos antequam pateretur, & per iſtos poterat ſufficienter probari articulus reſurrectionis.

C Dicendum, quòd non probabatur articulus reſurrectionis per ſuſcitationes mortuorum a Chriſto factas, quia dubitatio erat de reſurrectione generali, ſicut aſſerebatur. ſ. an futura eſſet aliquando reſurrectio generalis. Et ratio dubitandi eſt propter ſtatum reſurgentium, quia ſi eſſet reſurrectio generalis aſſeritur, quòd ſuſcitati nunquam morientur, & quòd habebunt aliquam ſpecialem gloriam pro bonis operibus, vel pęnā pro demeritis. illi tamen, qui ſuſcitabātur a Chriſto nihil plus habebant de bono, vel de malo quàm cęteri homines, ſed reſurgebant iterum morituri, ideo per ſuſcitationes iſtas non conſtabat de reſurrectione generali, neque de ſtatu reſurgentium.

Patet autem, quòd nihil conſtaret per iſtas ſuſcitationes quas Chriſtus faciebat, quia ſi per eas probaretur generalis reſurrectio, & ſtatus reſurgentium quātum D ad gloriam, vel pęnam, cum Chriſtus coram toto populo, ideſt, ſciente toto populo Iudæorum ſuſcitaſſet tres mortuos, ceſſaret omnino opinio Saducęorum negantium reſurrectionem. ſed non ceſſauit, nec etiam alij Iudæi increpabant eos tamquam perfidos, quia poſt Chriſti mortem durabat adhuc Saducęorum opinio, Actu. 23. & Chriſto viuente poſtquam ipſe duos mortuos ſuſcitauerat, arguebāt contra eum Saducęi, quòd non eſſet poſſibilis reſurrectio deducendo ad inconueniens infra 22. ergo nō conſtabat ex ſuſcitationibus factis. Item, quia Chriſtus reſpondens Saducęis arguentibus ad tollendum reſurrectionem, non probat reſurrectionem eſſe per ſuſcitationes ab eo factas, ſed per quaſdam rationes, & argumenta. Argumentum tamen maximum, & E euidentiſſimum eſt ab experientia in rebus, quę cadunt ſub experientia, & tamen non arguebat de iſta experientia: ergo videtur, quòd iſta experientia nihil concludebat de eo de quo dubitabatur circa reſurrectionem, ideo Chriſtus ad oſtēdendum ſtatum reſurgentium aſſumpſit probationem ex transfiguratione, quia in illa oſtendit in corpore ſuo dotes quaſdam gloriæ quas beati habituri ſunt in reſurrectione. Et apparet, quòd hoc intenderit, quia cum dixit præcedenti cap. filius hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum Angelis ſuis, & reddet vnicuique iuxta opera ſua. ſubdidit: ſunt quidam de hic ſtātibus, qui non guſtabunt mortem donec videant filium hominis venientem in regno ſuo: & ſic innuit, quòd illa

gloria

gloria in qua apparuit in transfiguratione, est talis qualis illa in qua veniet cum Angelis, & qualis illa quam dabit bonis pro operibus suis.

An Christus transfiguratus fuit sæpe, vel semel tantum. sicut sæpe miracula faciebat. Et an transfiguratus dicatur apparens discipulis euntibus in Emaus. Et quare eum non cognouerunt. Quæst. XXV.

QVAERETVR an Christus trnsfiguratus fuit sępe, vel semel tantum.

Aliqui dicunt, quòd sępe, quia ita faciebat Christus circa alia miracula. Christus enim miracula faciebat ad ostensionem potestatis suæ, & cum vnum miraculum sufficienter ostenderet potestatem, non erat contentus vno miraculo, sed multa faciebat, sicut multos mortuos suscitabat, & sępe arreptitios sanabat, & ita de cęteris, de transfiguratione ergo ita esset, quia erat ad ostendendum futuram gloriam resurgentium, ideo vt apertius ostenderetur sæpe fieret.

Dicendum, quòd transfiguratus est Christus semel tantum, neque sunt ponendæ multę transfigurationes. Primo, quia vna sufficit, quia tam potestas facientis quàm similitudo gloriæ, quæ ostenditur sufficienter manifestatur per vnam transfigurationem, ideo non oportet poni multas. Secundo, quia non est ponenda pluralitas sine necessitate, sed scriptura non cogit nos ponere multas transfigurationes, cum de vnica legatur solum: ergo non debent poni multæ.

Ad rationem in contratium dicendum, quòd de alijs miraculis Christi cogimur ponere ea multiplicata, eo quòd scriptura ponit multa, & tamen transfigurationem vnicam ponit, ideo non oportet poni multas. Ratio etiam non vrget, quia circa alia miracula fuit conueniens multiplicationes fieri: non autē circa transfigurationem. Primo, quia alia miracula non solum fiebant ad ostensionem potestatis Christi, sed etiam ad vtilitatem populi, quia miserebatur Christus afflictis, & sanabat eos Mar. sexto, ideo licet Christus suscitando vnum mortuum, vel vnum cęcum illuminando sufficienter probasset suam potestatem, postea tamen occurrentibus alijs, qui deuote supplicarent talia miracula fieri, misertus Christus illorum faciebat ea. transfiguratio autem non erat miraculum quod fieret ad vtilitatem alicuius directe, sed ad ostensionem potestatis Christi, & glorię resugentium, sed hæc sufficienter ostendebantur semel facto miraculo transfigurationis, ideo non oportebat multiplicari. Secundo, quia fiebant miracula ad magis manifestandum, interdū vt populus per plura manuduceretur ad credendum, qui non crederet per vnū, licet ita probet vnum, sicut multa, & potissime, quia semper veniebant aliqui nouiter ad audiendum doctrinam Christi, & egebant confirmari per miracula, vt ergo etiam isti miracula viderent, repetebat Christus talia miracula sua qualia prius fecerat. de transfiguratione autem non fuit sic, quia non fuit ostensa alicui de populo, sed solis tribus Apostolis, & pręceptum est eis ne cuiquam dicerent quousque Christus resurgeret, ergo non erat opus multiplicari, quia tunc deberet coram eis solis multiplicari, & hoc superuacuum esset, cum per vnicam transfigurationem sufficienter ostensa esset eis gloria resurgentium, ad hoc, quòd post Christi mortem testarentur eum fuisse transfiguratum ad imaginem gloriæ, & sic Christus semel tantum transfiguratus est.

Sed objicietur, quòd Christus transfiguratus fuerit saltem bis, quia transfigurari est mutare figuram, vel effigiem. & tamen Christus iterum post hoc mutauit effigiem, quia dicitur Marc. decimosexto, post hoc duobus ex eis ambulantibus apparuit, & ostensus est in alia effigie euntibus in villam, ergo saltem bis transfiguratus est.

Dicendum, quòd Christus semel tantum transfiguratus est, nec concedit Ecclesia plures transfigurationes. Et cum dicitur Christus post resurrectionem apparuisse in alia effigie. dicendum, quòd non transfiguratus est: neque scriptura hoc dicit, sicut nunc asserit eum transfiguratum hic, & Marc. nono.

Ratio differentię est, quia ista transfiguratio, id est, figuræ mutatio facta nunc coram tribus Apostolis fuit vera. Mutatio autem facta coram duobus discipulis post resurrectionem non fuit vera mutatio. Primum patet, quia licet in ista transfiguratione non fuerit mutata figura prout figura dicit lineamentorum terminationem, fuit tamen aliquid vere mutatum in eo quod nos figuram vocamus vulgariter loquentes, sicut scriptura solet loqui. nam vere mutatus est color eius in vultu, quia apparuit color eius nitidius, & exibant radij de vultu eius, sicut de corpore Solis, quod nunquam prius in Christo fuerat, neque postea vnquam fuit ante mortem eius. Et quod dicitur mutatus color non est intelligendum quasi vere ablatus esset color, qui præexistebat, sed quòd aduenerit quidam nitor, qui nunquam prius fuerat manente colore suo, qui erat in superficie, sicut prius. in vestibus quoque fuit candor quidam, ita in Moyse fuerat, qui cornutam radijs faciem habuit ex consortio sermonis Domini: Exo. trigesimoquarto. Secundum apparet, scilicet, quòd non fuit vera transfiguratio aut mutatio effigiei coram duobus discipulis facta, quia tunc non fuit mutatio aliqua facta in Christo, sed in oculis discipulorum, quia videbatur eis, quòd homo quem videbant, erat peregrinus, & extraneus quem nunquam vidissent, nihil tamen amplius erat in Christo quàm semper esse consueuerat, ita quòd si ipsi per visum recte iudicarent, sicut consueuerant, non dubitassent quin ille esset Christus, sed Deus non permittebat eis recte cognoscere, sicut patet Luc. vigesimoquarto, scilicet, dum fabularentur, & secum quęrerent, ipse Iesus appropinquans ibat cum illis, oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoscerent. istud autem fiebat a Deo, qui oculos eorum tenebat, non permittendo, quòd recte iudicarent per visum, sicut aliàs recte iudicare consueuerant. Et hoc erat propter demerita eorum, scilicet, quia erant aliquo modo increduli, vel tardi ad credendum, & hoc, quia non crediderant illis, qui testabantur se vidisse Dominum resurgentem, potissime cum ipse ante mortem prędixisset se tertia die surrecturum, prędecenti capitu. & Marc. octauo. Quòd autem ista esset causa patet Luc. vigesimoquarto, quia Christus adhuc eis incognitus dicebat illis, o stulti & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt Prophetę, & ob hanc causam increpuit Christus vndecim Apostolos, quia non crediderant eum surrexisse testantibus alijs Marc. decimosexto, scilicet, nouissime recumbentibus vndecim apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia his, qui viderant eum resurrexisse non crediderant. Et hoc tenet Gregorij in Homelia Paschali, scilicet, nihil simplex veritas per duplicitatem fecit, sed talis in eorum oculis apparuit qualis in eorum mentibus fuit idest, nihil egit dupliciter, idest, falsè: sed quia in

in mentibus istorum discipulorum Christus non erat secundum fidem, in oculis eorum noluit apparere tamquam Christus, sed tamquam peregrinus, idest, homo extraneus, & incognitus? vt sicut fides resurrectionis erat peregrina, idest, extranea a mentibus eorum, ita ipse appareret in oculis eorum extraneus a Iesu, licet Iesus nihil mutasset de corpore suo, neque de habitu. Et patet hoc manifeste, quia quando Christus voluit, quòd cognoscerent eum isti duo discipuli nihil mutatum est in corpore Iesu, neque in habitu eius, sed in oculis eorum, qui prius tenebantur, ne eum agnoscerent, & tunc Deus abstulit impedimenta de oculis eorum, & agnouerunt illum Luc. vigesimoquarto, scilicet, factum est dum recumberet cum illis accepit panem, & benedixit, & fregit, & porrigebat illis, & aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum: nihil proderat, quòd aperirentur oculi eorum ad cognoscendum ipsum, sed quòd mutaretur, vel desineret esse id quod mutatum fuerat in eis per quod non cognoscebant eum, & tamen non fuit mutatio nisi in oculis eorum cum dicatur, quòd aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. ergo non erat aliqua transfiguratio neque mutatio effigiei per quā eum non cognoscerent, sed solum erat mutatio in oculis eorum, qui nouiter teneri cęperant ne eum agnoscerent, cum prius non tenerentur, & sic ista non fuit transfiguratio nec vocatur sic, cum transfiguratio dicat aliquid in ipso trāsfigurato. & ibi nihil erat in Christo. Sic enim fuit de exercitu Syriorum quos miserat Benadab rex Syriæ ad tenendum Elisęum, & cum venerunt in vrbem Dothaim, in qua ipse erat, posuit Deus impedimenta in oculis eorum ne agnoscerent Elisęum quem prius agnoscebant, neque agnoscerent terram, & vrbes, quæ prius erant sibi notissimæ. exiuit autem Elisęus ad eos dicens, ego ostendam vobis virum, & deduxit eos in vrbem Samariæ vbi erat rex Israel hostis eorum, & ipsi nesciebant quo ibant, aut quis duceret eos, nec tamen timebant aliquid, quia putabant se ire per aliam regionem quam cognoscebant, cum autem fuerunt in medio vrbis Samarię, dicitur quòd aperti sunt oculi eorum, & viderunt se esse in platea Samariæ, & timuerunt, quarto Regum sexto: constat autem, quòd ibi nihil erat exterius aut in regione aut in Elisęo quod falleret eos, sed in oculis eorum erat quod eos fallebat cum dicatur, quòd aperti sunt oculi eorum. ita autem hic dicitur, quòd aperti sunt oculi eorum, & agnouerunt illum. ergo nulla mutatio erat exterius, sed solum in oculis istorum duorum discipulorum, nunc autem quando Christus transfiguratus dicitur coram tribus Apostolis, fuit vere aliqua mutatio in Christo tam in vestibus quàm in facie, ideo dicitur nunc vere transfiguratus, & non alio tempore.

Quare Christus non dedit nunc alicui discipulo suo vti dote claritatis, sicut dedit vni eorum, quòd super aquas ambularet. Quæst. XXVI.

QVAERETVR cum Christus nunc transfiguratus vsus sit dote gloriæ, scilicet, claritate, & ambulans super aquas vsus fuerit dote agilitatis, quare non dedit nunc alicui discipulo suo vti dote ista claritatis, sicut tunc dedit vni eorum, quòd ambularet super aquas supra decimoquarto cap.

Dicendum, quòd fuit. Primo, quia istam transfigurationem Christus ostendit discipulis ad complendum promissum quod supra fecerat, scilicet, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo, & ita non promiserat eis nisi, q̄ ostenderet eis gloriam regni sui, sed hoc faciebat ostendendo se eis transfiguratum, ideo solum se transfigurauit. Secundo fuit, quia Petrus petiuit a Christo, quòd concederet ei ambulare super aquas veniendo ad se supra decimoquarto, & illa fuit causa potissima concedendi ei, quòd ambularet super aquas, hic autem nihil petiuit horum, ideo non datum est ei, neque alteri transfigurari. Tertio fuit, quia quòd Christus transfiguraretur fuit coram tribus discipulis, qui nihil de eius transfiguratione dubitabant cum manifeste eum conspicerent transfiguratum. ambulare autem super aquas fuit coram discipulis dubitantibus an ipse esset. nam timuerunt, & dicebant, quòd phantasma erat supra decimoquarto capitu. & Marc. sexto. Et Petrus etiam dubitans dixit: Domine si tu es iube me venire ad te super aquas. ideo vt tolleretur istud dubium voluit Christus, quòd ambularet Petrus cum eo super aquas: nam de Petro non poterat credi, quòd esset phantasma, ideo cum eum super aquas ambulantem viderent crederent, quòd Christus verus homo existens poterat super aquas ambulare. Quarto fuit, & præcipue ambulare super aquas Petri non fuit actus dotis alicuius, & tamen transfigurari actus dotis erat, sed Petro nondum competebat actus alicuius dotis cum dotes non haberet, ideo nec debuit transfigurari. Patet hoc, quia Petrus non ambulauit super aquas tamquam habens dotem agilitatis, sed quia subleuabatur diuina virtute super aquas, vt ostensum est supra decimoquarto capitu. quæstione 174 claritas autem transfigurationis Christi fuit dos gloriæ, & ita si esset in Petro haberet actum dotis. Petrus tamen nunquam viuens dotes habuit, quia dotes sunt quædam beatitudo corporis causata per resluentiam ex beatitudine animæ, ideo non sunt dotes corporis nisi vbi est beatitudo animæ, anima autem Christi fuit beata ab instanti creationis suæ, ideo poterat ipse in corpore suo habere actus dotium quandocunque vellet. Petrus autem non fuit beatus dum viueret, ideo non habuit dotem claritatis nec actum alicuius dotis. Quinto fuit, quia magis fuit conueniens Petro, quòd videret Christum transfiguratum, & ipse non transfiguraretur, neque aliquis de alijs, quàm quòd transfiguraretur. nam si aliquis eorum deberet transfigurari, aut hoc esset dando ei veram dotem claritatis procedente a beatitudine animæ, aut quòd daretur quidam nitor ei in vultu, & vestibus diuinitus, qui non esset actus dotis, neque prodiret a beatitudine animæ. Primo modo non erat danda claritas, cum Petrus, & alij discipuli nondum essent beati, sed post mortem futuri erant, etiam quia transfiguratio non erat ad dandum gloriam discipulis, sed ad ostendendum eis imaginem gloriæ futuræ: ideo non debebant ipsi transfigurari, vt haberent dotes beatitudinis, sed vt viderent Christum eas habere.

Quid dotes corporis, & vbi sint.

Secundo modo non debebat dari claritas, quia illa tunc esset in solo corpore, & non præstaret aliquam beatitudinem animæ, & ita non multum gauderent talem claritatem habendo, cum animam suam sentirent in eo statu, in quo prius, & sic non bene iudicarent de gloria, quia putarent illam talem solum futuram qualem nunc habebant, & tamen illa erat futura multo incomparabiliter maior, ideo non debuit aliquis eorum transfigurari. videntes autem Christum transfiguratum melius iudicabant

bant de gloria futura, & magis alliciebantur ad eam. nam ex sola visione claritatis eius tam intense letificati sunt, sed inter habere in se, & videre in alio est differentia immensa, ideo putaret Petrus, & alij discipuli, quòd esset gloria infinita quando ipsi talem gloriam in se haberent qualem nunc Christum habere videbant, & ita melius iudicarent, ideo conuenientius erat, quòd viderent Christum transfiguratum, quàm quòd ipsi transfigurarentur. Sexto erat, quia Christus nolebat deponere discipulos de aliquo gradu honoris quem eis semel daret, si igitur semel daret eis vere in corpore suo nitorem gloriæ, erat inconueniens eis illum auferre reddendo eos inglorios, secus autem de seipso, quia ipse beatitudinem semper tenebat in anima licet foris eam non ostenderet. de ambulatione super aquas secus erat, quia non fuit illud aliquod accidens, vel perfectio vere existens in corpore Petri, sed solum supportabatur a Deo ne ambulando mergeretur, finita autem ambulatione nihil perdidit quod habuisset, perderet tamen aliquid si semel haberet nitorem glorię, qui esset vere aliqua qualitas inexistens Petro, vel alijs, ideo non debuerunt transfigurari.

An conuenienter fuit ostensa imago gloriæ in transfiguratione. Et quare corpori beatitudo dari non potest: & quomodo animæ discipulorum gloria poterat ostendi. Quæst. XXVII.

QVAERETVR an conuenienter ostensa fuit imago gloriæ in transfiguratione.

Aliqui dicunt, quòd non, quia oportebat ostendere gloriam interiorem. nam maior est gloria animæ quàm corporis, & tamen de gloria animę nihil ostensum est.

Dicendum, quòd beatitudo vere est in anima, quia ipsum obiectum beatitudinis Deus est, qui est spiritus Io. quarto, ideo in spiritu erit beatitudo, qui conuenit cum Deo. Etiam quia cum beatitudo sit maxima perfectio hominis, erit in parte perfectissima eius, quæ est anima.

Et dicendum, quòd ista beatitudo consistit in clara Dei visione, cum id quo anima perfectius Deo vniri possit est ipsum clare videre, idest, cognoscere non argumentando, sed intuendo eo modo quo prima principia speculatiua cognoscuntur, & quia ista beatitudo est spiritualis, non potest communicari vniuoce corpori, quia tunc, sicut anima videt Deum, ita & homo oculis corporeis Deum videret quod nõ est possibile. nam oculus non intelligit quod est Deum videre, quia aliter ipse videri non potest, cum non sit corpus, quia tamen corpus est vnitum animę tamquam pars speciei ex vnione naturali fit quędam redundantia bonorum animę in corpus, quia tamen non est talis modus naturæ corporis, sicut animæ, non possunt deriuari bona animę in corpus vniuoce, sed equiuocè, & ista redundantia vocatur gloria corporis, & vocamus eam dotes corporis de quibus infra dicetur, quæ sunt quatuor, scilicet, claritas, agilitas, subtilitas, impassibilitas, nunc autem ostendit Christus in transfiguratione sua dotem claritatis, quæ pertinet ad gloriam corporis, & fuit sufficienter hoc ostendisse. nam hoc letificauit animos discipulorum ita, vt cuperent ibi semper manere, cum Petrus dixerit Domine bonum est nos hic esse.

Cum autem dicitur, quòd debuit ostendi gloria animæ.

Dicendum, quòd incomparabiliter est illa maior quàm gloria corporis, cum gloria corporis equiuocè

F deriuetur a gloria animæ, & tamen non ostensa est gloria animæ, quia non poterat ostendi, quia id quod anima in se habet, vel patitur, non cadit sub sensu. nam Christus semper fuit beatus, & continue erat beatus quantum ad animam, & tamen discipuli nõ videbant illam beatitudinem, ideo quando promisit eis, quòd viderent filium hominis venientem in regno suo, promisit quòd ostenderet corporalem aliquam gloriam, & ista fuit claritas corporis Christi, gloriam autem animæ Christi non poterant videre nisi intelligendo. Et hoc poterat dupliciter fieri.

Vno modo, quòd eis daretur beatitudo animæ videndo Deum clare, per quam beatitudinem iudicarent qualis esset beatitudo Christi, quia talis esset
G beatitudo Christi qualis sua. Alio modo, quòd reuelaretur eis, quòd anima Christi beata erat videndo diuinam essentiam. Primum non poterat stare, quia homo non est beatus dum viuit Exo. trigesimotertio non videbit me homo, & viuet. maxime, quia per beatitudinem liberarentur ab omni miseria, & sic iam non essent mortales. Christus tamen hortabatur eos ponere animam pro eo, ideo non poterat hoc modo ostendi eis beatitudo animæ Christi. Secundum eis notificari non poderat, quia sic non lętificarent mentem eorum: nam nos scimus animam Christi fuisse beatam quandiu in mundo fuit, & tamen hoc non pręstat nobis aliquam iocunditatem, videre autem claritatem corporis Christi in
H transfiguratione, lętificauit valde animam discipulorum, ideo conuenientius fuit sic ostendere claritatem corporis quàm modo præcedenti ostendere gloriam animæ, & ita Christus volens ostendere discipulis imaginem gloriæ beatorum solam corporis sui gloriam ostendit.

Quare Christus nunc volens ostendere imaginem futuræ gloriæ non ostendit omnes in se dotes, vel quare potius ostendit claritatem quàm alias dotes. Et quòd quandiu vixit omnibus dotibus corporis glorificati vsus est. Et quòd dotium nulla est, quæ afferat in sui contemplatione aliquod gaudium nisi claritas. Quæst. XXVIII.

I QVAERETVR cum ad gloriam corporis pertineant quatuor dotes quare Christus nunc volens ostendere imaginem futuræ gloriæ non ostendit omnes in se, vel quare potius claritatem quàm alias dotes.

Dicendum, quòd quandiu vixit inter homines semper fuit viator, & comprehensor Christus, ideo sicut semper habebat beatitudinem animę poterat semper habere beatitudinem corporis, siue dotes eius, quæ vt dictum est præcedenti quæstione causantur ex quadam redundantia beatitudinis animæ in corpus, vt dicit Augu. in Epistola ad Dioscorum, quòd tam potentis naturę est anima in vita æterna, quòd ex eius excellenti beatitudine immortalitas resultabit in corpore. poterat ergo Christus quandiu
K viuebat habere istas dotes, non quasi ex miraculo, sed quia consequebantur eum quasi naturaliter existente beatitudine animæ suæ, sed noluit eas semper habere, quia non conueniebat. ipse enim venerat, vt nos redimeret per mortem, & dolores, & tamen vna de dotibus est impassibilitas, quam si semper habuisset, non potuisset nos redimere modo quo redemit, ideo quandiu Christus fuit inter nos regulariter non habuit dotem aliquam corporis, & tamẽ assumebat eam, vel aliquam earum quando volebat. vnde dicit Hugo de san. Victo. quòd Christus omnibus dotibus vsus est, scilicet, subtilitate in exitu de vtero, & quando transiuit per ianuas clausas. agilitate

litate ambulando super aquas supra decimoquarto: A claritate in transfiguratione: impassibilitate in confectione. nam asserit corpus Christi traditum fuisse impassibile discipulis in sacramento, & tamen, vt omnes doctores tenent verum est, quòd corpus Christi sub sacramento existens erat passibile, quia erat illud idem quod extra sacramentum erat, & tamen in sacramento erat impassibile, extra sacramentum erat passibiliter: cum ergo omnibus alijs tribus dotibus vsus fuerit aliàs, volebat nunc vti quarta dote, scilicet claritate, vt sic compleret vsum omnium dotium. Hoc autem concedendum est, quòd omnibus quatuor dotibus vsus fuerit viuens, & tamen nõ
B proprie vsus fuit impassibilitate in confectione, sed potius (vt alij volunt) quando ieiunauit quadraginta diebus, nam non affligebatur ieiunans, neque alterabatur aliquid de corpore eius quasi esset immortalis. Alij autem dicunt, quòd impassibilitate vsus est quãdo Iudęi voluerunt eum præcipitare, & exiuit de manibus eorum, Luc. quarto, & quando lapidare voluerunt Ioan. octauo. Secundo fuit, quia Christus nõ transfiguratus est ad habendum in se veritatem gloriæ corporis, sed ad ostendendum imaginem glorię, ad ostensionem autem istam sufficiebat claritas, licet ad veram corporis gloriam non sufficiebat claritas, cum manere possint cum illa multi defectus
C corporis: ideo satis fuit nunc ostendere claritatem. Tertio fuit, & prępcipue, quia aliæ dotes, licet sint qualitates quædam corporis, tamen non percipiuntur ex seipsis, sed solum ex actu, vel passione secundum eas. claritas autem secundum seipsam percipitur sine aliquo actu, vel passione, cum sit aliquid foris manens extensum in superficie corporis, quod secundum visum percipi potest. Impassibilitas enim est quædam qualitas similis naturali potentię, de secunda specie qualitatis, & non potest sentiri aliquo sensu, actus etiam eius non sentitur, sed argumentatiue percipitur. Subtilitas etiam apparere non poterat, quia quędam qualitas quasi naturalis potentia est: etiam actus eius non sentitur, quia consistit actus eius in penetrãdo, ita quòd corpora densa nõ obuiẽt sibi, & istum actum non poterant videre Apostoli, D sed colligere ipsum argumẽtatiue, quia corpus quod penetrat non videtur quando penetrat, sed antequã penetret, & postquam penetrauerit, & ita potest argui, quòd penetrauerit si transiuerit ad aliam partem: non põt, tamen videri qũo penetrauerit. Agilitas etiã quantum ad seipsam ostendi non poterat, quia est qualitas quędam quasi naturalis potentia, & actus suus est transire subito de loco ad locum, & ambulare per aerem, vel aquam non obstante grauitate corporis. Si autem Christus se subito transferre vellet de loco illo, in quo nunc erat cum Apostolis ad aliũ locum, non viderent quomodo se transtulisset neque ad quem locum, cum subito se subtraheret ab oculis eorum. Claritas autem erat dos, quæ per se
E ipsam videri poterat, cum sit visibile notissimum quod non solum videtur, sed facit etiam cętera videri: ideo non fuit dos, quę ita posset videri, sicut claritas. Verum est autem, quòd actus agilitatis quantũ ad aliquid videri poterat, vt si vellet ambulare super aquas, vel per aerem, quia lente ambulando ita, vt videretur, adhuc esset manifestus actus agilitatis, idest, leuitatis cuiusdam corporis, ita quòd pondere non premitur, vt descendere, sed sustinetur etiam in leuissimis elementis, & tamen non fuit nunc conueniens iste actus propter sequentia, & præcedentia.

Quarto fuit, quia volebat Christus nunc certificare discipulos de gloria resurgentium: ideo debuit hoc ostendere per aliquid, de quo non dubitaretur, quia probatio rei debet esse per se nota, quia aliàs ibitur in infinitum in probationibus, & tamen si Christus voluisset ostendere gloriam corporis sui per alias dotes potuisset dubitari de hoc, sic patet, quia ostendit in corpore suo dotem agilitatis ambulando super aquas, nam dicitur, quòd discipuli videntes eum ambulantem super aquas turbati sunt, & clamore magno dixerunt phantasma est supra decimoquarto, & licet Christus diceret eis nolite timere ego sum, adhuc non credebant. nam Petrus dixit post hoc Christo: Domine si tu es iube me venire ad te super aquas eodem capitu. Ita etiam quando Christus ostendit in
B se actum dotis agilitatis transeundo per quęcunque obstantia, scilicet, intrando per ianuas clausas post resurrectionem, turbati sunt discipuli existimantes se spiritũ videre, & licet dixisset eis, videte manus mea, & pedes meos, dicitur ꝙ adhuc non credebant: Lucæ vigesimoquarto. Similiter est de immortalitate. non ergo fuit conueniens, ꝙ per aliquam istarum Christus ostenderet nunc gloriam corporis sui, cum autem ostenderet eis claritatem corporis sui non erat aliquid, de quo possent dubitare, quia clare eum videbant sibi esse præsentem, & non euanescebat ab oculis eorum, neque subito adueniebat, sed quietus manebat, ita vt possent contemplari quid erat, id ꝙ Christus habebat, & an ista res vere fieret, vel ficte:
C ideo iste modus erat conueniens, Quinto fuit, & etiam præcipue, quia licet omnes dotes pertineant ad beatitudinẽ, nulla earum est, quę afferat aliquod gaudium in sui contemplatione nisi claritatem. nam impassibilem esse est aliquid excellens in se, & tamẽ, quòd aliquis videat actum impassibilitatis alterius, scilicet, quòd non lędatur a corporibus nociuis, non est aliquid multum iocundum, potest autem intellectus arguere hoc esse aliquid magnum, & tamen in videndo hoc non poterit esse aliquod magnum gaudium. idem de agilitate. videre enim ꝙ aliquis ambulet super aquas, vel volet per aerem non est aliquid lętum, licet sit aliquid mirabile, & idem est de actu subtilitatis in penetrando obstantia corpora. Christus nõ voluit reddere solum discipulos admiratos de gloria corporis sui, sed potius voluit eos cõsolari, & tamen videndo corpus humanum in tanta claritate, sicut Sol, vel in maiori, ita tamen, quòd illa non offenderet intuentium oculos, esset inextimabile gaudium: istam ergo solam nunc Christus ostendere debuit, & fuit causa potissima. Sexto fuit, & etiam præcipue, quia Christus volebat nunc ostendere imaginem glorię futurę, gloria autem futura est aliquid magnum: ideo debuit ostendi per id quod maximum erat, si autem omnes actus dotium potuissent simul manifestari in corpore Christi: fuisset istud excellentius, & tamen non poterat hoc fieri, vt ostensum est supra: ideo debuit ostendi dos illa, quæ maior erat, & excellentius ostendebat, de qua admirarentur nimium, & gauderent, essetque omnino supra conditionem corporis humani, vt possint ipsi reputare esse aliquam beatitudinem in hoc. tale autem erat videre claritatem tam excellentem in corpore Christi; ideo debuit nunc ostendere eis dotem claritatis: nam si actum alicuius alterius ostẽderet: non reputarent ex hoc esse in gloria patris sui, quæ pertinet ad aliud sęculum nam Christus ostenderat eis dotem agilitatis quando ambulauit super aquas, & licet a principio putarent eum esse phantasma, postea cognouerunt eum esse verum Iesum supra decimoquarto, & Marc. sexto, & tamen non putauerunt per hoc se vidisse aliquam gloriam futuri sęculi: Christus etiam non innuit, quòd vidissent tunc aliquid de gloria futura, & tamen nunc antequam

antequam transfiguraretur, dixit quòd aliqui de aſtãtibus viderent eum venientem in gloria patris ſui antequam guſtarent mortem: ergo innuit, quòd per dotem agilitatis, & per alias dotes non poterat oſtendi gloria reſurgentium, ſed ſolum per claritatem: iõ neceſſe fuit, quòd in transfiguratione vteretur dote claritatis potius quàm alijs ad oſtendendum imaginem futurę glorię, & iſta eſt cauſa cęteris efficacior.

Quare cum Chriſtus vſus eſt alijs dotibus, & non claritate, non dicitur transfiguratus, & an tunc debet ſic dici. Quæſt. XXIX.

QVAERETVR cum nunc Chriſtus vtens dote claritatis dicitur transfiguratus, quare cum aliàs vteretur alijs dotibus non dicitur transfiguratus, vel an debet dici transfiguratus.

Dicendum, quòd Chriſtus non eſt concedendus transfiguratus niſi ſemel, quia ſcriptura non concedit niſi ſemel transfigurationem. De alijs autem vicibus quibus vſus eſt dotibus: dicendum quòd non fuit tunc transfiguratus. Ratio eſt, quia transfigurari eſt figuram mutare: ideo ſolum dicetur quis transfigurari ſecundum ea quæ ad figuram pertinent. figura autem proprie eſt ipſa terminatio quantitatis, ſiue lineamentorum per quam maxime cognoſcitur res, & inde dicitur figura omne accidens inexiſtens rei quantum ad ſuperficiem per quod cognoſci poteſt, ſic autem eſt color, qui ſuperficiei coextenſus eſt, & quia in vſu claritatis mutatus eſt color, ideſt, ſuperfuſa eſt cuti eius noua lux, quæ nunquam prius inextiterat. dicitur tunc transfiguratus cum color, vel nitor ille figura large vocetur, cętere autem dotes, & vſus earum non ſunt figuræ, quia non dicunt aliquid abſolute manens in homine quod in eo videri poſſit, & per quod diſtingui poſſit ab alijs quantum ad cognitionem ſenſitiuam: ſed ipſę dotes ſunt quædam qualitates inuiſibiles, & vſus earum eſt actus, vel paſſio, & non eſt aliquid manens in ſuperficie rei, nec aliquid per quod res cognoſcatur: ideo non pertinent ad figuram, & conſequenter per actus illos non dicitur quis transfigurari, ſicut non transfiguratur ille, qui currere incipit, & prius non currebat. claritas autem pertinet ad figuram, ſiue ſpeciem, ideſt, per vſum huius dotis dictus fuit Chriſtus transfigurari quaſi nouam vultus habitudinem accepiſſet, ſic dicitur Luc. 9. facta eſt ſpecies vultus eius altera.

Alię dotes gloriæ præter claritatem figuræ dici nõ poſſũt.

An lux illa per quam fuit Chriſti transfiguratio, fuit vera, vel imaginaria. Et quòd in ſacra Scriptura nullum ſit mendacium. Quæſt. XXX.

QVAERETVR cum transfiguratio Chriſti fuerit per quandam lucem nouam in eo apparentem, quæ prius non fuerat: an illa lux fuit vera, vel imaginaria, quæ non eſſet realiter in corpore Chriſti.

Aliqui dicunt, quòd non fuit vera, quia dicitur aliquid transfigurari in illud quod vere non eſt aut vere non habet ſecunda Corin. vndecimo: nam & Iathanas transfigurat ſe in Angelum lucis, & tamen Chriſtus dicitur transfiguratus quantum ad lucem. ergo non habuit illam vere. Item ſuper illo verbo ſunt quidam de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem. dicit Glo. Luc. nono, & eſt Bedę, quòd regnum Dei vocat glorificationem corporis in imaginaria repreſentatione futuræ beatitudinis, ſed quod eſt imaginarium non eſt verum, ergo Chriſtus non habebat vere illã claritatem. Item opacũ, & lucidum repugnãt, ſed corpus Chriſti erat vere opacum, quandiu inter nos vixit. ergo impoſſibile erat, quòd eſſet lucidum, & ita non habuit vere lucem. Item claritas ſenſibilis maxima corrumpit ſenſum, quia eſt excellens ſenſibile, & tamen claritas Chriſti in transfiguratione dicitur fuiſſe maxime, quia dicitur in litera, quòd reſplẽduit facies eius, ſicut Sol. Et Hieron. dicit; Deus non potuit in hac vita aliquid tam clarum facere, & tamẽ oculi Apoſtolorum non lęſi fuerunt videndo claritatem illam, ſed potius gaudebant: ergo videtur, quòd non fuit vera claritas, ſed imaginaria.

Dicendum, quòd claritas transfigurationis fuit claritas vera ſenſu perceptibilis in corpore Chriſti vere exiſtens ad oſtenſionem claritatis quam promiſerat in ſanctis poſt reſurrectionem eſſe futuram. nam dicitur, tunc fulgebunt iuſti ſicut Sol in regno patris mei ſupra decimotertio capitu. Et patet, quòd vere fuit claritas, quia non eſt claritas ſi non ſit vera claritas, ſicut non eſt homo, qui non eſt vere homo, & tamen Euangeliſtę dicunt fuiſſe vultum Chriſti fulgẽtem, ſicut Sol: ergo vere fuit in corpore Chriſti aliquis talis fulgor, alioquin tolleretur omnis veritas ſacrę Scripturę, & certitudo: nam ſicut dicitur hic, ꝓ reſplenduit vultus Chriſti, ita dicitur, quòd natus eſt, & paſſus eſt, & reſurrexit: ſi igitur dicimus, quòd nõ habuit verum fulgorem, ſed imaginarium, ita dicetur, quòd non vere paſſus eſt, neque reſurrexit: neque ambulauit ſuper aquas, ſed omnia imaginarie facta ſunt, & ita tolletur tota fides. nam vt dicit Augu. in Epiſtola ad Hieronymum. & in Decretis diſtinct. nona cap. ſi ad ſacras. ſi in ſacra Scriptura concedimus eſſe aliqua mendacia ſaltem officioſa, non manebit aliqua auctoritas in tota ſacra Scriptura, quia de reliquis partibus eius idem iudicari poterit, vel in dubiũ verti: ita ſi aliquid dicamus factum eſſe non vere, ſed imaginarie quod ſacra Scriptura teſtatur eſſe factum, de cęteris, quæ ipſa teſtatur idem dici poterit, & ita euacuabitur tota auctoritas ſacræ ſcripturę: quo nihil periculoſius: ergo cum ſimpliciter teſtetur Scriptura reſplenduiſſe vultum Chriſti, ſicut Sol, concedendum eſt, quòd fuit in vultu eius aliqua magna claritas, quæ erat, ſicut ſolaris.

Ad primum dici poteſt vnomodo, quòd quidquid ſe transfigurat vere ſe transfigurat, quia transfigurare eſt figuram mutare, & non ſubſtantiam, & ita ſathanas vere ſe transfigurat in Angelum lucis, quia licet non tranſeat in ſubſtantiam Angeli lucis neque in totalem operationem, oſtendit tamen eius ſimilitudinem, quia ceſſat agere talia qualia dęmon, & agit talia qualia Angelus lucis ſaltem ad tempus, & illud eſt mutare figuram ſuam, & acccipere figuram alterius.

Alio modo poteſt dici, quòd transfigurare contingit verè, & falsè. vere transfigurari eſt quando res talis eſt qualis oſtenditur eſſe per exteriorem diſpoſitionem quam figuram vocamus, & ita ſiquis oſtẽdat ſe candentem, & ſic transfigurauit ſe vere ad candorem. Falſa trãsfiguratio eſt quando non eſt talis res qualem eam eſſe oſtendit exterior diſpoſitio, & ita ſathanas falsè ſe transfigurat in Angelum lucis, quia diſpoſitio ſua oſtendit eum eſſe Angelum lucis, & non eſt. Chriſtus autem transfiguratus eſt, quia apparuit nunc habens alium colorem quàm habere ſolitus erat, & ita vere fuit cum iſte fulgor ad tempus ſibi aduenerit, & prius nunquam eum habuit, neque poſtea quandiu vixit.

Ad ſecundum dicendum, quòd lux transfigurationis Chriſti fuit imaginaria, quia imaginarium dicitur ab imagine, vel ab imaginatione. Secundo modo imaginarium eſt quod per ſolam imaginationem ſubſiſtit, ſicut ſunt ficta, vel actus rationis, & ita diſtinguitur

ſtinguitur imaginarium contra verum. Primo modo imaginarium dicitur, ideſt, repręſentatiuum. ſ. qa vna res eſt imago alterius, & ita res vera eſt imaginaria, quia eſt imago, ideſt, expreſſe aliud ſignificans. ſic enim filius in diuinis eſt imago patris, qui tamen vere eſt, & ſic lux transfigurationis Chriſti fuit imaginaria, ideſt, repręſentatiua, ſiue imago lucis futuræ beatitudinis.

Ad tertium dicendum, quòd corpus Chriſti vere fuit in ſe opacum, ideſt, non diaphanum, vel tranſparens, nec etiam ſolidum emittens radios, ſicut ſunt corpora ſtellarum, ſed fuit, ſicut opaca, quæ ſupficiẽ politam habent, & ideo lucem quandam habent, & iſta lux corporis Chriſti fuit aliquid diuinitus communicatum ei, vt infra dicetur.

Ad quartum dicendum, ꝓ claritas transfigurationis fuit excellentiſſimum ſenſibile, & tũ non corrupit oculos Apoſtolorum, quia erat illa ſimilis claritati corporis glorioſi, quæ viſum non corrumpit, ſed demulcet. vnde Apoca. 21. claritas gloriæ comparatur claritati iaſpidis, quæ viſum non lędit, ſed mulcet, & delectat. hoc autem fit, quia illa claritas eſt alterius generis quàm iſta claritas naturalis. peruenit enim ex claritate ſpirituali animæ, quæ quidem non corrumpit proportionem oculi animę, ſed magis confortat. Cum autem dicit Hieron. ꝓ non poſſet Deus in hac vita facere aliquid tam clarum intelligendum eſt, ꝓ nullum corpus poterat naturaliter eſſe tale, & quantumcunque concurreret Deus cum cauſis naturalib' ad productionẽ alicuius corporis tam lucidi non poterat tam clarum produci, & hoc, quia repugnat conditioni rerũ. nã in eis, quæ ſpecie differunt impoſſibile eſt, ꝓ indiuiduũ ſpeciei minoris (quantũcunque perficiatur) accedat ad perfectionem indiuidui ſpeciei ſuperioris, ita aũt naturale, & ſupernaturale differunt pluſquam ſpecie. claritas huius vitæ eſt naturalis. claritas autem beatorum eſt ſupernaturalis: ideo impoſſibile eſt æqualem eſſe aliquam naturalem lucem illi luci beatorum, talis autem erat lux, quæ apparuit in corpore Chriſti: ideo recte dixit Hierony. ꝓ non poterat Deus facere aliquid tam clarum in hac vita, ideſt in corporibus naturalibus, quæ videmus dum hic viuimus, poterat tamen maiorem lucem facere quàm eam, quę erat in corpore Chriſti. ſ. aliam ſupernaturalem lucem maiorem illa, quia illa non erat effectus infinitus, & forte maior eſt illa, quę nunc apparet in vita æterna in corpore Chriſti.

An lux transfigurationis fuerit glorioſa. Et quomodo Chriſtus viuens habuit dotes corporis glorioſi. Et quomodo fuit claritas in transfiguratione Chriſti, & quomodo erit in beatis glorificatis. Quæſt. XXXI.

QVAERETVR an lux transfigurationis fuit glorioſa. Aliqui dicunt, quòd non, quia dicit Beda ſuper illo verbo ſupra in litera ſi transfiguratus eſt in corpore mortali oſtendit non quidem immortalitatem, ſed claritatem ſimilẽ futurę immortalitati, ſed claritas glorioſa, eſt claritas corporis immortalis, cum corpus Chriſti non fuerit immortale. ergo claritas illa transfigurationis non fuit glorioſa. Item idem non poteſt eſſe ſubiectum pęnalitatis, & gloriæ, ſed corpus Chriſti erat ſubiectũ pęnalitatibus: ergo non poterat in eo eſſe claritas glorioſa. Item conditio corporis glorioſi non ſolum eſt etiam agilitas, & impaſſibilitas, ſed & ſubtilitas. Si ergo aſſumpſiſſet claritatem glorioſam, aſſumpſiſſet omnes alias conditiones glorię, ſed non aſſumpſit pro tunc. ergo non fuit illa claritas glorię. Item claritas glorioſa non percipitur ab oculo non glorificato: quia ſicut claritas naturalis ab oculo naturali percipitur, ita claritas glorioſa ab oculo glorificato, & oculus non glorificatus non habet proportionem, vt pati poſſit a claritate glorioſa: Apoſtoli enim nondũ erant glorificati, & viderunt claritatẽ transfigurationis. ergo non fuit illa glorioſa. Item claritas glorioſa non eſt naturalis corporis, ſicut gloria non eſt alicui naturalis, ſed collata. & tamen claritas transfigurationis fuit naturalis corpori Chriſti, vt innuit Hilarius, & Glo. hic in litera dicit: ſpeciem quam habebat per naturam oſtendit, non amittens carnem quam aſſumpſerat voluntate: ergo claritas illa non fuit glorioſa. Item claritas transfigurationis non ſolum fuit in corpore Chriſti, ſed etiam in veſtibus, & tamen veſtes nõ poſſunt glorificari: ergo non fuit illa claritas glorioſa, quę fuit in corpore Chriſti transfigurati.

Dicẽdũ, ꝓ vt dicit Hugo de ſan. Victo. Chriſtus adhuc viuens in corpore paſſibili omnes dotes corporis glorificati habuit. ſ. ſubtilitatem naſcendo exeundo de vtero virginis illęſis clauſtris, agilitatem ambulando ſuper aquas, claritatem in trãsfiguratione. impaſſibilitatem in cęna quando corpus ſuum viuens ad cõmedendum diſcipulis dedit ſine hoc, quòd videretur, & lęderetur. non tamen eſt intelligendum, ꝓ Chriſtus habuit dotes in corpore ſuo realiter tãquã qualitates inhærentes, & immanentes ei abſolute, qa tunc cũ impaſſibilitas realiter eſſet in corpore Chriſti, eſſet ipſe vere immortalis, & non potens lędi aut dolere. ſed falſum eſt, quia patiebatur, & mortuus eſt. Ideo dicendum, ꝓ habuit Chriſtus dotes virtualiter, vel potentialiter, ſed non realiter. nam dotes dicunt gloriam corporis, & gloria corporis reſultat ex gloria animę per quandam redundantiam, ſed Chriſtus habebat perfectam gloriam animę: ideo habebat illud ex quo reſultaret gloria corporis, ſiue dotes, quia non requirebatur aliquod aliud principium ad cauſandum iſtam gloriam corporis niſi gloria animi, & hoc eſt potentialiter, vel virtualiter habere dotes, realiter tamen non habebat Chriſtus dotes, quia illę ſunt quędam qualitates corpori immanentes, quę deriuatę fuerunt ex gloria animę, & ſi illę vere fuiſſent in corpore Chriſti, fuiſſet Chriſtus vere immortalis, & impaſſibilis, & ita non poſſet vnquam pati niſi deponeret dotem illam, & eſſet miraculum in Chriſto poſſe pati, & lędi: non pati autem eſſet naturale quod falſum eſt: quia omnes doctores concedunt corpus Chriſti mortale, & paſſibile fuiſſe.

Sed tunc eſt dubium, cum Chriſtus haberet veram gloriam animę ex qua reſultat gloria corporis, ideſt, dotes, quomodo non habebat dotes.

Dici poteſt vno modo, quòd anima Chriſti inquantum erat aliquid non alligatum quantum ad ea ſecundum quæ anima rationalis excedit materiam, erit glorificata plene: inquantum tamen erat alligata organis, & erat forma corporis, erat adhuc paſſibilis, cum eſſet paſſibile corpus cuius erat forma. nam ſi anima Chriſti inquantum erat forma corporis eſſet impaſſibilis, neceſſe eſt, quòd corpus eius eſſet impaſſibile, & tamen erat paſſibile, & quia immediata redundantia animæ in corpus fit ex hoc, quòd anima eſt forma corporis, cum anima, vt forma corporis adhuc eſſet paſſibilis non poterat refundere impaſſibilitatem in corpus, & ita de alijs dotibus, & ſic erat tunc naturale Chriſto poſſe pati, & lędi, & fatigari: non lędi autem a nociuis oportebat, quòd accideret ei ex miraculo, & non per qualitatem abſolutam immanentem corpori, vel per aliquid quod anima talis manens poſſet refundere in corpus, & hoc ſentit beatus Tho. de Aquino. 3. Sen. diſtinct. 16.

Alij dicunt, quòd gloria animę non redundauit in

in corpus Christi a principio conceptionis ex quadã
dispensatione diuina, idest, ex quodam miraculo,
vt per hoc in corpore passibili redemptionis nostræ
expleret mysterium: nec tamen per hoc ablata est po-
testas animę Christi deriuandi gloriam suam ad cor-
pus, & hoc fecit quantum ad claritatem in transfigu-
ratione. sic dicit idem beatus Tho. 3. parte sue sum-
mę. Sed tunc obijcietur, ꝙ tota vita Christi fuit quod
dam miraculum continuum. nam si naturale erat
animę Christi vt sic glorificatę, deriuare gloriam sua
in corpus ex dispositione diuina, idest, miraculo quo-
dam fiebat, vt non deriuaretur cum tota vita manse-
rit non deriuando, fuit tota vita Christi miraculum
quoddam, & suspensa erat anima Christi ab actione
sua naturali: quod non est satis conuenienter dictum,
cum nemo tale miraculum asserat. Dicendum igitur,
ꝙ corpus Christi non habebat dotem aliquam realiter immanentem sibi dum vixit: nec etiam anima po
terat deriuare quasi naturaliter dotes in corpus, sicut
deriuatur gloria beatorum in corpus. Ratio dr̃ię est,
quia in beatis est anima ſm oẽm modum impassibi-
lis. s. quantũ ad id, in quo non est alligata organis, id-
est, quantũ ad partẽ rationalẽ, & quantũ ad id, in quo
est alligata, vt quantũ ad vires vegetatiuas, & sensiti-
uas, & tunc ſm oẽm modũ est impassibilis, & conue-
nienter inquãtũ est forma corporis est impassibilis, &
tunc sequitur, ꝙ corpus sit impassibile, ꝗa accipit na-
turaliter influxum perfectionis a forma, & ita in bea-
tis posse aliquid pati esset miraculum: non pati autẽ
est naturale quantũ ad conditionẽ animę, vt sic glo-
rificatę; anima aũt Christi viuentis inter nos erat glo-
rificata, & consequenter impassibilis inquantũ non
est alligata corpori. s. quãtũ ad partẽ rationalem, erat
tm̃ passibilis quantum ad id, in quo corpori erat alli-
gata. s. quantum ad vegetatiuum, & sensitiuum, & cõ
sequenter inquantum erat forma corporis erat passi-
bilis: ideo naturale erat corpori Christi posse lędi, ꝗa
non erat beatificatum, sicut corpora beatorum, & ita
non solum Christus patiebatur naturaliter, sed etiam
anima sua ex sola voluntate non poterat deriuare im
passibilitatem in corpus quasi ex redundantia eius,
sed requirebatur operatio Dei, quia anima Christi
non poterat facere miracula, quia erat pura creatura,
& tamen, quòd viuens dotibus vteretur miraculum
fuit: ideo non erat quasi ex voluntate animę volentis
redundare in corpus dotem suam, sed quia diuinitus
fiebat, & ita fuit quandocunque aliquo actu doris
Christus vsus est, vt quando de vtero exiuit, vel su per
aquas ambulauit, & ita de cęteris. Sic dicit Diony-
sius Epistola 4. ad Gaium. s. super hominem operaba-
tur ea, quæ sunt hominis, & hoc monstrat virgo su-
pernaturaliter concipiens, & aqua instabilis materia-
lium, & terrenorum pedum sustinens grauitatem,
& tamen post resurrectionem omnibus his vsus est
sine miraculo aliquo, sicut intrare per clausas portas:
nam si ante mortem intrasset per clausas portas mi-
raculum esset: post resurrectionem autem non erat
miraculum, sed naturale, quòd dotibus vteretur, quia
anima Christi erat penitus glorificata: ideo iam natu-
raliter refundebat dotes in corpus.

Cum autem dicit beatus Tho. vult, quòd ex mira-
culo fieret quod a principio conceptionis Christi nõ
redundauerit gloria animæ in corpus: non est intelli-
gendum, ꝙ poterat semper refluere, & refluere nisi
miraculosè suspenderetur ab actione illa, sed est sen-
sus, quòd cum Deus creans animam Christi beatifi-
cauit eam, & ipsa sit indiuisibilis, totam beatificatu-
rus erat, quòd tamen beatificauerit eam quantum
ad partem rationalem secundum quam est absoluta
de corpore, & organis, & non inquantum est alligata

F secundum vegetatiuum, & sensitiuum, & inquan-
tum est forma corporis, fuit dispensatio Dei, idest,
specialis voluntas eius, & hoc, vt anima Christi secun
dum aliquid esset semper beata, & impassibilis, & se-
cundum aliud posset pati, & corpus quod informa-
bat, esset passibile, vt sic expleret mysterium nostræ
redemptionis: & sic eam beatificare quantum ad ali-
quid, & non quantum ad totum, fuit dispẽsatio, idest,
specialis voluntas, vel miraculum, aut operatio Dei.
Quòd tamen anima Christi sic disposita in sua infu-
sione non refunderet gloriam in corpus, non erat
miraculum, immo esset miraculum, quòd posset re-
fundere: licet constituere eam talem, quòd non pos-
set refundere, vel quòd non refunderet forte fuerit
G miraculum, sicut anima miraculosè creatur, & tamẽ
operationes suas non exercet postea supernaturali-
ter aut miraculosè, sed pure naturaliter. Et ista est
intentio eiusdem beati Tho. sic patet ibidem ex ver-
bis suis cum ait, quòd in corpore glorioso non est mi
raculosum fulgere, & tm̃ in corpore Christi in trans-
figuratione fuit deriuatus fulgor a deitate, & ille ful-
gor fuit miraculosus, sicut hoc ipsum, quòd super
vndas ambulauit. Est ergo veritas, quòd in corpore
Christi quandiu vixit, non fuerunt dotes, vt dos no-
minat quandam qualitatem manentem, & formali-
ter inhærentem corpori, sed quandocuque habebat
actum alicuius dotis miraculosè hoc faciebat. Quan-
do autem dicimus, quòd Christus habuit dotes vi-
H uens, sicut dicit Hugo de San. Vict. licet non semper
habuit actum earum, intelligendum est, quòd habuit
eas virtualiter cum haberet gloriam animę ex qua
dotes resultant: nunquam tamen fuerunt realiter illę
qualitates in corpore vsque post resurrectionẽ eius.
Et quando dicimus, quòd vti dotibus in Christo non
erat miraculosum, intelligitur quia fiebat hoc ad vo-
luntatem suam, non quidem iuxta humanam, sed iux
ta diuinam, & quia ipsemet Christus, qui erat homo
erat Deus, & inquantum Deus poterat omnia natu-
raliter facere cum nihil excedat potestatem eius: ni-
hil quod in eo fieret dicimus miraculosè factum, ꝗa
ipse facere volebat, qui sine alterius adiutorio facere
poterat, & ita dicimus interdum, quòd Christus am-
bulauerit super aquas miraculum erat, quia Petrus
I non poterat hoc facere, sed a Christo illud recipiebat,
quòd super aquas sustentaretur. Et sic etiã dicimus,
quòd ambulare Christum super aquas fuit actus do-
tis, quia licet non haberet realiter dotem agilitatis, ha-
bebat eam virtualiter, & poterat miraculosè habere
actum illius. Petrus autem ambulando super aquas
non habuit actum dotis, quia neque habebat dotem
realiter neque virtualiter.

De claritate transfigurationis. Dicendum, quòd
non fuit dos in Christo, neque refluxit naturaliter ex
gloria animę; sed cum anima Christi inquantum erat
forma corporis erat passibilis, & ideo non poterat in-
fluere impassibilitatem in corpus, ita cum non esset
glorio sa non poterat refundere cęteras dotes: nam
K dos non refluit nisi ab anima glorificata, & tm̃ inquã-
tum est forma corporis nullo modo est glorificata: iõ
nullam dotem corporis influere potest, quia si posset
vnam influere oẽs influeret: in beatis aũt, quia animã
habent ex omni parte glorificatã fulgor deriuatur na-
turaliter ab anima in corpus, & est claritas, sicut quæ-
dam qualitas, siue forma manens, & afficiens, idest, in
formans corpus quantum ad superficiem suam: ideo
fulgere corporaliter non est miraculosum in cor-
pore glorioso, sed ad corpus Christi in transfigura-
tione claritas deriuata est a diuinitate, & anima eius;
non quidem per modum qualitatis manentis, & affi-
cientis corpus, sed magis per modum passionis tran-
seuntis,

seuntis, sicut quando aer illuminatur a Sole, & ita ful-
gor corporis Christi fuit tunc miraculosus, & talis
fulgor (etiam si semper fuisset in corpore Christi)
nunquàm diceretur habuisse dotem, eo quòd nun-
quàm erat, vt aliquid immanens corpori, & ipsum af-
ficiens, sed vt quædam passio, quæ consistebat in fie-
ri. Dicendum tamen, quòd claritas corporis Christi
transfigurati, fuit claritas gloriosa, vel claritas gloriæ,
non tamen fuit claritas corporis gloriosi, vel glorifi-
cati, & ob hoc erat miraculum talem claritatem es-
se tunc in corpore Christi: nam si esset corpus glo-
rificatum, haberet iam dotes, & non esset miracu-
lum. Quòd tamen non esset glorificatum, & habe-
ret claritatem gloriæ, erat miraculum: fuit autem
B iste fulgor eiusdem generis, cum illo fulgore, qui est
in corporibus beatorum, licet aliqualiter minus per-
fectus, sicut charitas viæ est eiusdem rationis cum
charitate patriæ, sed non est ita perfecta. Sed dice-
tur cum ista claritas esset gloriæ, quomodo non red-
debat corpus gloriosum, vel glorificatum? Dici po-
test vno modo, quòd ad glorificationem corporis
non requirebatur sola claritas, sed etiam aliæ dotes:
Christus autem non habebat nunc nisi claritatem,
ideo non erat corpus eius glorificatum. Secundo di-
cendum, & melius, quòd claritas ista non erat in eo
dos, & ideo etiam si omnes aliæ dotes essent nunc
in Christo eo modo quo claritas, non esset corpus
eius glorificatum, quia dotes sunt gloria corporis,
& ipsum glorificatum reddunt per hoc, quòd ipsum
C informant, & tamen non erant istæ dotes in corpo-
re, cum dos nominet qualitatem quandam imma-
nentem corpori, & informantem ipsum, nunc au-
tem claritas non erat qualitas immanens corpori
Christi, sed per modum passionis erat in corpore
Deo actualiter influente in corpus, sicut lux aeris,
quando illuminatur a Sole non est aliqua qualitas,
vel forma inhærens aeri, sed est aliquid receptum in
eo dum Sol actualiter illustrat illum, & hoc non fa-
cit corpus gloriosum, sed reddit illud simile glorio-
so, post resurrectionem autem fuit corpus Christi
vere gloriosum, quia fuerunt in eo vere dotes im-
manentes, eo quòd anima eius totaliter glorificata
refundebat in corpus istas perfectiones, tanquàm D
formas immanentes, quæ reddebant corpus vere glo-
riosum.

Ad primum dicendum, quòd ex illo verbo Glo.
non negatur fuisse claritatem Christi claritatem glo-
riæ, sed fuisse claritatem corporis gloriosi, cum dicit:
in corpore mortali ostendit non immortalitatem,
sed claritatem similem futuræ immortalitati, dicitur
similis claritas futuræ immortalitati, idest, claritas
eiusdem generis, & ita erat claritas gloriæ. Quod au-
tem dicitur, quòd non ostendit immortalitatem, est
sensus, quòd non habuit corpus Christi pro tunc im-
mortalitatem, sed talem claritatem qualem corpora
immortalia, sed corpora immortalia habent clarita-
tem gloriæ, ideo gloriosam claritatem habuit cor-
E pus Christi, non tamen fuit corpus gloriosum, quia
tunc haberet veram immortalitatem cum gloriosa
sint immortalia, & ista claritas a Deo erat miraculo-
se, & partim ab anima, quæ gloriosa erat, licet non
penitus gloriosa. Posset tamen dici, vt quidam vo-
lunt, quòd sicut dispensatiue, idest, Deo specialiter
volente factum est, vt anima Christi esset gloriosa, &
non refluereret anima eius in corpus, ita fieri poterat,
quòd refluereret quantum ad claritatem, & non quan
tum ad impassibilitatem, & hoc verum est, & tamen
tunc non esset miraculum, quòd Christus nunc ha-
buerit claritatem gloriosam, cum anima naturaliter
refluereret illam; nam sicut anima inquantum est ab-

A soluta a corpore erat glorificata, & inquantum erat
forma corporis, non erat glorificata, ita poterat com-
municari animæ, inquantum erat forma corporis, ꝙ
esset gloriosa, quantum ad aliquid, & non quantum
ad omnia, & ita influeret in corpus naturaliter clari-
tatem gloriosam, & non posset refundere impassi-
bilitatem, & alias dotes, esset tamen tunc illa claritas
transfigurationis sine miraculo, immo potius esset
miraculum, quòd anima non semper refunderet cla
ritatem, quod falsum est, cum Dionysius dicat istum
fulgorem fuisse miraculosum, ergo dicendum, ꝙ a
deitate causatus fuit iste fulgor miraculose, & anima
nõ sufficiebat ad illum influendum in corpus. Ad se-
cundum concedendum, ꝙ corpus Christi non fuit si-
mul gloriosum, & pœnalitatibus subiectum, & sic qñ
trãsfiguratus est Christus, subiectum erat corpus eius
pœnalitatibus, & nõ erat gloriosum: fuit tamen in eo
claritas gloriæ miraculose, licet ipsum non esset glo-
riosum, ꝗa hoc nõ est incõueniens, vt supra ostẽsum
est. Ad tertiũ dicendũ, ꝙ si corpus Christi debuisset eẽ
gloriosum in trãsfiguratione, nõ solũ debebat habere
dotem claritatis, sed ẽt oẽs alias, nõ fuit tm̃ gloriosum,
sed cõmunicata est sibi talis claritas, qualis est in bea-
tis ꝑ modũ actus, vel passionis, & nõ ꝑ modũ habitus,
& ita poterat cõicari actus cuiuslibet dotis ꝑ se, cũ ip-
sam dotem nõ haberet, vel actum omniũ dotiũ, & tm̃
neq; per hoc esset glorificatum corpus illud, ideo nõ
fuit necesse nunc esse nisi claritatẽ, sicut quando am-
bulauit super vndas, non habuit nisi actum agilitatis.
C Ad quartum dicendum, ꝙ claritas beatorum cum sit
vera claritas sensibilis, licet nõ sit naturalis, potest sen-
tiri, & videri ab oculo nõ glorificato, sicut claritas na-
turalis. Ad quintum potest dici. Vno modo claritas
illa naturalis corpori, quia illud corpus erat ordinatũ
ad illam habendam. Vel melius vocatur naturalis
propter animam, quia anima huius corporis erat glo
rificata, & ex gloria animæ prouenit gloria corporis
in beatis. Aliter tamen, & melius adhuc dicebatur
naturalis propter deitatem: nã homo iste Deus erat,
& poterat facere quidquid vellet, & quia id quod
prouenit rei a seipsa non vocatur miraculosum, sed
naturale, vocatur lux illa naturalis, & tamen magis
proprie dicitur, quòd erat miraculosa. Ad sextum di-
cendum, quòd iste fulgor erat gloriæ, & tamen pote-
rat esse in vestibus: nam si fulgor iste esset glorificans
id in quo esset, non posset esse in vestibus, quæ non
possunt esse glorificatæ, & tamen licet esset fulgor
gloriæ, non reddebat corpus gloriosum, ideo non
erat inconueniens, quòd esset etiam in vestibus. Ali-
ter potest dici, quòd iste fulgor proprie erat in corpo-
re, & tamen inde redundabat in vestes illustrans eas.

Quale fuit corpus Christi in transfiguratione, an fuit corpus materiale, vel spirituale. Et an eius claritas fuit eiusdem rationis cum claritate gloriæ. Quæst. XXXII.

E QVAERETVR de corpore Christi, quale fuit
in transfiguratione. Aliqui dicunt, quòd fuit
corpus spirituale, quia corpus materiale
non poterat talem claritatem habere.

Dicendum, quòd non stat, quia si accipiatur spi-
rituale, idest, de naturali spirituali includit contra-
dictionem: nam si corpus erat, spirituale non erat,
cum spirituale idem sit, quòd spiritus, & corpus,
& spiritus condistinguuntur. Si autem accipiatur
spirituale, idest, habens aliquid de conditione spi-
ritus, scilicet, ablatis passionibus, & imperfectioni-
bus materialibus, est verum, quòd corpora beatorum
erunt spiritualia, 1. Cor. 15. Seminatur corpus anima-
le, surget corpus spirituale, & tamẽ etiam hoc modo

non erat corpus Christi in transfiguratione spirituale, quia fuit ibi mortale, sicut prius fuerat, & tale postea mansit, cum in illo corpore Christus passus sit, erat etiã graue, & habebat alias imperfectiones materiales, ideo nullo modo fuit spirituale in transfiguratione. Alii dicunt, quòd fuit corpus Christi aereum in transfiguratione, & hoc dicunt, quòd talia corpora possunt multum illustrari, vt fulgeant, sicut sunt corpora nubium, corpus autem humanum, quod opacum est, talem fulgorem non habet. Dicendum, quòd isti valde desipiunt: nam corpus Christi ante transfigurationem erat verum corpus humanum sumptum de Virgine, si autem in transfiguratione esset aereum, iam non esset corpus, quod prius habuerat, & sic non esset verus Christus, sed quidam alius. Secundo, quia tunc Christus non esset verus homo: nam requiritur verum corpus ad veritatem humanitatis, corpus autem aereum non potest esse pars hominis, ideo non habuit aereum corpus, sed carneum. Dicendum igitur, ꝙ corpus Christi fuit tale in transfiguratione, quale prius, & idem in substantia. vera enim caro sumpta de Virgine fuit ibi, & non aliquid aliud nouum, etiam nihil mutatum est, quantum ad accidentia corporis: nam eadem magnitudo fuit, & eadem figura, & fuit mortale, & passibile, sicut prius, & graue, & obtusum, & cæteræ eius qualitates, color quoque idem mãsit, & etiam corporis opacitas, quia non fuit factum transparens corpus Christi in transfiguratione: solus enim splendor superadditus est, qui prius non erat in corpore, sed de eo quod prius fuerat, nihil mutatum est. Hoc autem fuit, vt per istam claritatem corporis ostẽderet imaginem futuræ gloriæ. Sic dicit Hieronymus. qualis enim futurus est tempore iudicandi, talis apparuit Apostolis. nemo autem putet cum pristinam formam, & faciem perdidisse, vel amisisse corporis veritatem, & assumpsisse corpus spirituale, vel aereum, sed quomodo transfiguratus sit Euangelista demonstrans, ait: Resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt sicut nix. vbi autem splendor faciei ostenditur, & candor describitur vestium, non substantia tollitur, sed gloria commutatur. certe transformatus est Dominus in eã gloriã, qua venturus est postea in regno suo. Et transformatio splendorem addidit, faciem non subtraxit: esto, corpus spirituale fuerit, num & vestimenta mutata sunt? quæ intantum fuere candida, vt alius Euangelista dixerit, qualia fullo super terram non potest facere: huiusmodi autem corporale est, & tactui subiacet, non spirituale, & aereum, quod illudat oculis, & tantum in phantasmate aspiciatur. Sic etiam dicit Theophilus, transfigurationem autem oportet intelligere non figuræ immutationem, sed quia manente, vt prius erat figura appositio facta est cuiusdã inenarrabilis claritatis. Idem Beda dicit, transfiguratus Saluator non substantiam verę carnis, sed gloriam futuræ, vel suæ, vel nostræ resurrectionis ostendit, qui qualis tunc discipulis apparuit, talis post iudicium cũctis apparebit electis. Et ratio huius est, quia Christus nunc transfiguratus est, vt ostenderet imaginem gloriæ futuræ in nobis, & tamen in electis non mutabitur aliquid de veritate corporis, sed solum addentur perfectiones gloriæ, ideo ita nunc in Christo nihil ablatum est, sed solus splendor appositus est. Sic dicit Chrysost. scilicet, neque ergo decet aliquam figuræ transmutationem in regno Dei esse futuram, aut circa ipsum Saluatorem, aut circa ipsos, qui assimilabuntur ei, sed appositionem claritatis, & ista claritas non fuit data corpori Christi, tanquam ei immanens, sed solum, vt immutaret illud ad horam, sicut passio, & ideo vt dictum est præceden. quæst. non fuit dos, quia

F illa non fuit qualitas habitualiter manens, fuit tamen claritas gloriæ, idest, eiusdem rationis cum claritate gloriæ, scilicet, eadem in essentia, sed non in modo: nam non erit alterius naturæ claritas beatorum, erit tamen alterius modi, quia illa manebit habitualiter velut forma afficiens, ista autem fuit solum, vt passio transiens, vel illustratio quædam. Talis est differentia huius claritatis ad claritatem beatorum, qualis est visionis beatorum ad visionem Pauli in raptu, fuit enim visio eiusdem rationis, quia vtraque fuit clara visio diuinæ essentiæ, visio tamen beatorum fuit habitualiter manens, visio autem Pauli fuit raptim transiens, & ideo non fuit beatificatus per illam visionem, sicut beatificantur electi per visionem
G immanentem,

De comparatione fulgoris, qui apparuit in vultu Moysi ad Christi claritatem transfigurati & quomodo hi fulgores conueniant, & differunt. Quæst. XXXIII.

QVAERITVR de comparatione fulgoris, qui apparuit in vultu Moysi ad claritatem Christi transfigurati. Dicendum, quòd in facie Moysi apparuit magnus fulgor, quando descendit de monte secunda vice portans secundas tabulas legis, & fuit splendor ad modum radiorum exeuntium de vultu, & ideo dicebatur facies eius cornuta, Exodi 34. Idest, cornua lucis egrediebantur de ea, &
H tantus fuit fulgor, quòd non poterant Iudæi sustinere, sed operiebat Moyses vultum suum, si quando locuturus esset ad eos, eodem cap. Ex hoc aliqui dicunt, quòd maior fuit fulgor vultus Moysi, quàm vultus Christi: nam fulgorem Moysi non poterant intueri Iudæi, claritatem autem vultus Christi intuebãtur discipuli sine aliqua offensione oculorum, vt patet hic. Dicendũ, ꝙ fulgor vultus Christi fuit valde maior; q̃ Moysi, quia manifestũ est, ꝙ oĩa debuerunt esse excellentiora in Christo, q̃ in Moyse. Item claritas Christi transfigurati fuit claritas gloriæ, claritas Moysi non fuit gloriæ: nam Christus iam erat beatus in anima, ideo conuenienter poterat accidere ei aliquis actus beatitudinis corporalis, quæ ab anima deriuatur, Moyses aũt non erat beatus in anima, iõ non debuit beatitudo corporis pũenire beatitudinẽ animæ, vnde claritas vultus Moysi habuit aliquam similitudinem cũ
I claritate gloriæ, sed equiuocam, sicut fides habet similitudinem quandam cum visione patriæ, sed nõ sunt eiusdem generis, claritas aũt trãsfigurationis Christi fuit eiusdem generis cũ claritate beatorũ, & ob hoc claritas Christi licet esset valde maior claritate Moysi, non offendebat oculos, sed demulcebat, quia non erat claritas naturalis, quæ quando est excellens corrumpit sensum, claritas autem vultus Moysi non erat gloriosa, sed erat de conditione claritatis naturalis, idest, multum cum ea conueniens, & ob hoc cum esset magna, offendebat vultum aspicientium: claritas
K enim transfigurationis Christi, quanto maior esset, tanto magis delectaret aspicientes, claritas aũt Moysi, quanto maior esset, tanto magis terreret, & minus videri posset, quia vna fuit gloriosa, & alia non. Tertio fuit propter significationem, vel finem repræsentationis, quia claritas Moysi repræsentabat magnitudinem Dei, qui erat terribilis, & volebat se Iudæis, vt terribilem ostendere. fuerat enim causata ex consortio sermonis Dei, Exodi 34. Ideo debuit esse fulgor ille terribilis, vt sic non auderent Israelitæ accedere ad Moysen, & timerent Deum putantes eum valde terribilem, ex cuius colloquij consortio Moyses fulgorem talem induerat. Christus autem per fulgorem suum figurabat claritatem beatorum, quæ erit

tota

tota iocunda, & nihil terroris ibi erit, ideo debuit esse
A illa valde demulcens. Sed dicetur, quare data non fuit Moysi claritas gloriæ, sicut Christo. Dicendum, quòd fuit. Primo, quia non erat conueniens: nam licet ista claritas non glorificaret corpus, erat tamen claritas qualis est illa, qua glorificantur corpora beatorum, beatitudo autem corporis prouenit ex beatitudine animæ, ideo in Christo cuius erat iam anima beata ab instanti suæ infusionis conuenienter esse poterat aliqua conditio, vel passio corporis beati: Moyses autem nondum habebat animam beatam, ideo inconueniens erat, quòd ea quæ pertinent ad corporis beatitudinem, præcederent beatitudinem animæ, & ita claritas sua non fuit gloriæ. Secundo fuit, quia claritas Christi fuit ad ostendendum imaginem glo-
B riæ beatorum, imago autem valde expresse repræsentat, iõ debet eiusdem generis esse cũ re cuius est imago, & sic claritas illa debuit esse eiusdem naturæ cum claritate gloriæ, quia aliàs nõ repræsentaret eam perfecte, sed multum confuse, sicut fides repræsentat claram visionem, quæ est repræsentatio in æquiuoco, claritas autem vultus Moysi non fuit ad ostẽdendum imaginem futuræ gloriæ, ideo non oportuit, quòd esset claritas gloriosa, sed esset similis naturali, & sic est maior claritas Christi transfigurati, quàm Moysi, & ista est prima differentia.

De alijs differentijs, quæ inter Christi, & Moysi fulgorem erant. Quæst. XXXIIII.

QVAERITVR de alijs differentijs. Et dicendum quòd fuit alia, quantum ad originem: nam Moyses accepit claritatem ex consortio diuini sermonis, Exodi 34. Christus autem non habuit ex consortio sermonis Dei, sed ex miraculo, ipse enim Deus erat, & nunquam cum Deo loquebatur, nisi ad seipsum loqueretur, sed ex voluntate sua miraculose fulgorem illum induit ad tempus. Deus enim istum fulgorem Moysi dederat ad ostendendum excellentiam sui ipsius, vt Iudæi non videntes Deum, cogitarent qualis ille esset, cum Moyses qui cum eo loquebatur talem fulgorem induerat. Secundo ad reueren
D tiam legis, quia nunc ferebat Moyses tabulas legis ad populum, & multa alia mandata, vt autem crederetur lex illa valde excellens, & ita obseruaretur, dedit Deus tantum honorem latori, & ministro eius, vt fulgeret vultus illius, claritas autem Christi quare fuerit supra dictum est. Tertia differentia est, quia claritas Christi mansit solum ad horam, claritas autem Moysi mansit (vt quidam volunt) vsque ad mortem, vel saltem aliquanto tempore. Quid autem horum fuerit, declaratum fuit Exodi 34. & tamen saltem necesse est dici, ꝙ aliquanto tempore manserit: nam dicitur eodem cap. ꝙ videntes filij Israel faciem Moysi esse cornutam, timuerunt accedere, ille autem posuit velamen super faciem suam, quod ingressus ad Do-
E minum, & loquens cum eo auferebat, donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Israel, omnia quæ fuerãt imperata, qui videbant faciem egredientis Moysi esse cornutam, sed operiebat ille rursus faciem suam, si quando loquebatur ad eos, & ita innuitur, ꝙ sæpe videbant Israelitæ faciem Moysi cornutam, & ideo sæpe operiebat eam loquẽs ad illos, Christus autem solum habuit claritatem istam, quãdo ad horam transfiguratus est, ante hoc enim nunquàm illam habuerat, neque postea habuit. Ratio differentiæ fuit, quia Iudæi, quibus Deus per fulgorem vultus Moysi ostendebat excellentiam suam, & reuerentiam legis, erant valde increduli, indigentes crebris admonitionibus, & signis, si autem semel tantum apparuisset claritas

A in vultu Moysi, putasset euenisse ab aliquo accidenti, & non a Deo, ostensa fuit ergo sæpe, vt appareret manifeste, quòd a Deo fieret claritas illa, vnde quandocunque egrediebatur de tabernaculo vbi locutus fuerat cum Deo, videbant eum Israelitæ egredientem facie cornuta, quasi Deus dedisset cornua illa lucis in colloquio cum eo. Christus autem accepit nunc claritatem in trãsfiguratione ad ostendendum istis tribus discipulis imaginem futuræ gloriæ, & tamen illa sufficienter ostendebatur semel ostendendo claritatem hanc, ideo semel tantum transfiguratus est. Dicet aliquis, quòd fuerit maioris dignitatis fulgor Moysi, quàm Christi, quia maiori tempore duraui t. Dicendum, quòd non est verum, quia
B diuturnitas durationis non pertinet ad perfectionem rei, cum sit aliquid extrinsecum, ita dicitur 1. Ethicorum, cap. 8. quod non est melius, quod est diuturnius, eo quod est vnius diei, idest, quod durat per vnam diem, vnde manifestum est, quòd homo durans per annum, perfectior est, quàm lapides, & omnia elementa, quæ in æternum durant, cum igitur claritas Christi fuerit claritas gloriæ, & non claritas Moysi, licet claritas Moysi fuerit diuturnior, non fuit perfectior, quia eadem ratione argueretur, quòd quælibet naturalis claritas fuerit perfectior claritate Christi transfigurati, quod falsum est. Quarta differentia est, quia Moyses quando accepit fulgorem illum non sensit, neque sciuit se recepisse, Christus autem sci-
C uit: nam ideo recepit fulgorem, quia ipse illum fecit. Primum patet, quia quando Moyses descendit de monte, dicitur quòd nesciebat quòd cornuta esset facies eius ex consortio sermonis Domini. Secundum patet, quia Christus ex industria tulit secum discipulos in montem, vt ostenderet eis claritatem vultus sui, transfigurando se. Ratio differentiæ fuit, quia Christus ipsemet erat, qui fulgorem in vultu recipiebat, & qui illum miraculose causabat, ideo non poterat ignorare, quod recipiebat. Moyses autem recepit fulgorem, & non petiuit eum, neque Deus dixit ei quòd daret illum, ideo ignorare potuit, an illum haberet. Causa autem quare Deus permisit, quòd ignoraret, fuit primo propter populum:
D nam si Moyses sciret cornutam esse faciem suam, & quòd non posset populus sustinere lucem illam, poneret velamen antequàm accederet ad eos, & hoc erat inconueniens, quia esset aliqua suspicio contra Moysem, si a principio descensus viderent vultum eius velatum. cum autem viderunt prius fulgentem, & postea posuit velamen propter populum, iam non erat suspicio. Item, quia si a principio poneret velamen, nunquàm viderent aperte fulgorem vultus eius, & ita non timerent, & mirarentur: hoc tamen erat, quod Deus volebat, scilicet, Iudæis se ostendere terribilem, & legem esse reuerendam per magnitudinem fulgoris: ergo non debuit ponere velamen, & consequenter non debuit prius scire vul-
E tum suum esse cornutum radijs. Secundo, & præcipue fuit ad ostendendum, quòd illud lumen non erat gloriosum, neque tribuebat aliquam iocunditatem animæ, aut excellentiam supra id, quod prius habebat: nam si lumen istud superueniens tribuisset aliquam iocunditatem animæ Moysi, aut saltem aliquam permutationem ad meliora fecisset in ea, sentiret illud Moyses, quia paruum bonum est, quod adueniens non sentitur, & maxime de bonis pertinentibus ad fœlicitatem, quæ maiora sunt, & non permittunt secum ignorantiam: nam vt ait Boetius de Consolatione, libro secundo, prosa 41. Fœlicitas non potest stare cum ignorantiæ cæcitate, & ita Moyses sentiret tantum bonum sibi adueniens,

& ſciret quæ claritas erat in vultu eius,& tamen Moy
ſes potuit ignorare claritatem vultus ſui. ergo non
lætificabat animum, neque conferebat ei aliquam
aliam perfectionem, & ita non erit claritas gloriæ,
claritas autem Chriſti fuit claritas gloriæ, vnde ipſos
videntes intantum lætificauit, quòd nunquàm inde
recedere voluiſſent,vnde dixit Petrus, Domine bonũ
eſt nos hic eſſe,faciamus hic tria tabernacula,infra in
litera. Quinta differentia fuit, quia Chriſti vultus ful-
ſit, & etiam veſtes. in Moyſe autem non fulſit, niſi
vultus, & ideo quando loquebatur ad populum, ſo-
lum vultum operiebat, Exodi 34. Ratio differentiæ
eſt,quia Chriſtus volebat oſtendere,quòd totum cor
pus ſuum erat fulgidum, & quia non apparebat niſi
vultus, voluit quòd veſtes fulgerent quaſi ille fulgor
prodiret a carne, quæ latebat, in Moyſe autem non
erat neceſſe hoc oſtendi, quia ipſe non oſtendebat fi-
guram gloriæ futuræ, quando totum corpus lucebit,
ſed ſolum reuerentiam quandam legis, quam fere-
bat,& excellentiam Dei ex conſortio ſermonis cuius
vultus eius fulgorem acceperat, ad quod ſufficiebat,
quòd in facie fulgeret. Sexta differentia eſt, quia ex
modo loquendi ſcripturæ, oſtenditur quòd fuerit
maior fulgor Chriſti: nam de eo dicitur, quòd reſplẽ-
duit facies eius ſicut Sol, & veſtimenta eius ſicut nix;
De Moyſe autem ſolum dicitur, quòd erat cornuta
facies eius radijs, ſed non dicitur quantum fulgebat
ex quo oſtenditur, quòd non fuerit magnus colla-
tus ad fulgorem Chriſti.

In quo differebat claritas, quæ fuit in vultu Virginis a conceptu vſque ad partum, ab hac claritate Chriſti transfigurati. *Quæſt.* XXXV.

QVAERVNT aliqui de claritate, quæ fuit in vul-
tu Virginis a conceptu vſque ad partum,qualiter differebat ab hac claritate Chriſti transfigurati. Dicendum, quòd iſti præſupponunt rem dubiam, volunt enim, ꝙ extempore quo Virgo concepit Chriſtum, tantus fuit fulgor in vultu eius vſq; ad partum,ꝙ vix poterat videri vultus illius,& ita dicunt ꝙ etiam Ioſeph,qui morabatur cum ea domeſtice,nõ
poterat agnoſcere vultum illius,& ita exponunt illud I
ſupra 1.cap.Ioſeph accepit Mariam coniugem ſuam,
& nõ cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum
primogenitum, i. non agnoſcebat eam in vultu acci-
piendo cognoſcere pro agnoſcere, & ita exponit ibi
quædam Glo.ordinaria.Sed dicendum,ꝙ hoc an fue-
rit dubium eſt, quia non conſtat ex aliquo loco auten
tico, cui neceſſe ſit fidem adhiberi, conſtat enim, ꝙ
textus ille ſupra 1.cap.nõ intelligitur, vt ipſi exponũt,
quia ibi accipitur cognoſcere pro carnali tactu, & ta-
lis eſt conſuetudo ſcripturę,maxime quando de viro,
& fœmina dicitur. vnde Matthæus voluit ibi oſten-
dere Mariam ſemper fuiſſe Virginem vſque ad diem
quo Chriſtum peperit.Quod patet ex auctoritate Iſa-
iæ 7 ſ.Ecce Virgo,&c. quam ibi inducit, & ſic dicit,ꝙ
Ioſeph non cognoſcebat, i. non tangebat eam carna-
liter,licet habuiſſet, & haberet eam ſemper in domo
ſecum,& tamen dato,ꝙ ex illo loco non probetur po
terat eſſe verum,ſed non conſtat ideo eadem facili-
tę contemnitur qua recipitur, immo veriſimilius eſt
non fuiſſe, q̃ fuiſſe, de quo magis dictum eſt ſupra 1.
cap.in expoſitione literæ ſtatim poſt quæſtio.44.Si ta-
men daretur, ꝙ talis claritas fuiſſet in vultu Virginis.
Dicendum, ꝙ illa fuiſſet de cõditione clarjtatis Moy-
ſi,ideſt, non eſſet claritas gloriæ, quia gloria corporis
nunquàm datur ante gloriam animæ,cum gloria cor
poris cauſetur per refluxum ab anima in corpus, & ta
men Virgo viuens nõ habuit animam glorificatam,
F hoc enim ſola anima Chriſti habuit, ideo nõ daretur
ei claritas glorioſa,ſed eſſet claritas de conditione na-
turalis claritatis. Et apparet,quia vt iſti ſupponunt Io-
ſeph non poterat intueri vultum illius, & ideo non
agnoſcebat eam, ita autem erat de claritate Moyſi,
quia non poterant Iudæi intueri vultum eius,niſi po-
ſito velamine,Exodi 34.& 2.Corinth.3.& tamen illa
erat naturalis, & ideo cum eſſet excellens inferebat
paſſionem oculis, claritas autem transfigurati Chri-
ſti demulcebat animos, & oculos intuentium diſci-
pulorum,quia erat claritas glorioſa. Si autem claritas
talis eſſet in Virgine, cauſa eſſet ad oſtendendum di-
gnitatem eius,quem in vtero geſtabat, & ideo ſolum
dararet a conceptione eius vſque ad partum: non eſt
G ſatis veriſimile ſic accidiſſe.

Quare lux magna apparuit in facie Chriſti transfigurati. *Quæſt.* XXXVI.

QVAERETVR cum in Chriſto transfigurato ap
paruerit lux magna, quare illa apparuit in fa-
cie: nam dicitur in litera, reſplenduit facies
eius. Dicendum,ꝙ hoc fuit. Primo,quia Chriſtus vo-
luit oſtendere hic imaginem futuræ gloriæ, & non
poterat oſtendi gloria animę,quæ erat præcipua cum
illa non ſit ſenſibilis; voluit ergo Chriſtus oſtendere
imaginem gloriæ corporis, & tamen in corpore pars
præcipua eſt facies, quæ magis oſtendit omnia officia
H animæ, cum ibi ſint omnes ſenſus, ideo maxime de-
buit oſtendi in facie. Secundo,& præcipue fuit,quia
oſtendenda erat gloria corporis Chriſti, & tamen de
corpore Chriſti nihil nudum apparebat niſi facies,
ideo dicitur de gloria faciei in luce. iuſti autem in vita
æterna, quia veſtes nullas habebunt, ſed erunt nu-
di, non dicuntur ſpecialiter fulgere in vultu, ſed to-
tum corpus eorum fulgebit, ideo dicuntur abſolute
fulgere non expreſſa aliqua parte corporis, ſic Chri-
ſtus dixit ſupra 13. tunc fulgebunt iuſti, ſicut Sol in
regno patris eorum. Et apparet, quòd iſta fuerit in-
tentio Euangeliſtæ: nam poſt lucem vultus dixit de
luce cæterarum partium, & quia illæ velatæ erant
non nominauit eas, ſed veſtimenta, ſcilicet, reſplen-
duit facies eius ſicut Sol, veſtimenta autem eius fa-
cta ſunt ſicut nix.

Quare Marcus de ſolo veſtium candore expreſſit, cum Matthæus tam de faciei luce, quàm veſtium dixerit. *Quæſt.* XXXVII.

SED quæretur cum expreſſerit hic Matthæus tam
de luce faciei, quàm veſtium, quare Marcus de
ſolo candore veſtimentorum expreſſit dicens,
transfiguratus eſt coram ipſis, & veſtimenta eius fa-
cta ſunt ſplendentia,& candida. Aliqui dicunt,quòd
Marcus expreſſit quod maius erat omittens, quod
erat minus. Sed dicendum,quòd non ſtat, quia cer-
K tum eſt, quòd maior eſſet ſplendor vultus, quàm ve-
ſtimentorum, quia vultus dignior erat, quàm veſti-
menta, & veſtimenta non haberent fulgorem, niſi
propter corpus, & facies erat pars melior corporis,
iõ ibi præcipuus fulgor appareret, quam in veſtibus.
Secundo,& efficacius,quia litera hoc indicat, dicitur
enim hic,quòd reſplenduit facies eius,ſicut Sol,veſti-
mẽta autem eius facta ſunt ſicut nix,& tamen maior
eſt claritas Solis, quàm niuis: nõ ergo omiſit propter
hoc, quia tunc potius tacuiſſet de candore veſtium,
& exprimeret de claritate vultus. Sed dicendum,
ꝙ Marcus tacuit de claritate vultus, quia ſufficien-
ter videbatur exprimi fulgor vultus, per transfigu-
rationem: nam cum transfiguratio iſta nihil aliud
fuerit,

fuerit,niſi mutatio lucis,ſcilicet,quia addita eſt Chri-
ſto quædam lux inſolita, ſufficienter oſtendebatur ꝙ
vultus eius fulgorem habuit per hoc quod dicitur, ꝙ
Chriſtus trãsfiguratus eſt, & ita dicitur Mar. 9. Trans-
figuratus eſt coram ipſis, & veſtimẽta eius facta ſunt
ſplendẽtia candida. Et ſi dicatur quare ergo expreſſit
Marcus de candore veſtimẽtorum? Dicendum, quòd
factum eſt ad tollendum dubium:nam ſi Chriſtus nu
dus fuiſſet, quando transfiguratus eſt ad indicandum
iſtam claritatem, non diceretur niſi quòd transfigu-
ratus eſt,ideſt, mutauit lucem vultus, ſcilicet, aſſum-
pto nouo fulgore, quem prius nunquàm habuerat,
quia tamen habuit veſtes, & eſſet dubium an fuit ful-
gor aliquis in veſtibus,vel fuit in ſolo corpore,dicitur
quòd veſtimenta facta ſunt candida, crederet eine
quis veriſimiliter quòd in veſtibus nullus fulgor ap-
pariturus eſſet, cum hic oſtenderetur imago futu-
ræ gloriæ beatorum, ipſi tamen in vita æterna non
habituri ſunt veſtes, exprimitur ergo de veſtibus,
quòd erant candentia. De vultu autem etiam ſi non
exprimeretur, manifeſtum erat, quòd ſi veſtimenta
fulgebant, quòd vultus magis fulgeret, & iſtum
modum loquendi tenuit Luc. quia per transfigura-
tionem ſignificauit fulgorem vultus: nam dicitur
Lucæ 9. Facta eſt dum oraret ſpecies vultus eius alte-
ra, & veſtitus eius albus refulgens, fieri tamen ſpe-
ciem alteram eſt transfigurari, & ita tam Marcus,
quàm Lucas dixerunt transfigurationem pro immu-
tatione claritatis in vultu. Matthæus autem voluit
hic magis exprimere, & dixit transfiguratus eſt an-
te eos,& reſplenduit facies eius, ſicut Sol: nam tranſ-
figurationem accepit pro tota immutatione facta in
Chriſto, ſiue in vultu, ſiue in veſtibus, & vt expo-
neret magis quomodo facta eſt iſta immutatio, vel
transfiguratio dixit, reſplenduit facies eius ſicut Sol,
veſtimenta autem eius facta ſunt,ſicut nix.

Quare lux quæ apparuit in facie Chriſti transfigurati, non comparatur luci aliarum rerum non cœleſtium. Et cur Deus igni comparatur. Et quare Angeli vocantur ignes. *Quæſt.* XXXVIII.

QVAERETVR cum in vultu Chriſti fuerit quæ-
dam magna lux in transfiguratione, quæ dici-
tur fuiſſe ſicut Sol, & ita comparatur il-
la lux luci corporum cœleſtium, quare non compa-
ratur luci aliarum rerum non cœleſtium, cum mul-
ta non cœleſtia ſint nimis lucida. Dicendum, quòd
claritas corporis Chriſti transfigurati, non fuit clari-
tas naturalis, ſed glorioſa, licet non fuerit corporis
glorificati, vt dictum eſt ſupra quæſtio. 32. Ideo non
erat eiuſdem generis, cum aliqua claritate corpo-
rum cœleſtium, vel elementorum, aut elementato-
rum, ſed alterius generis, quia tamen nobis, quibus
iſta referuntur non poſſumus intelligere, niſi per ſi-
mile eorum, quæ vidimus, cum media cognoſcendi
debeant ſemper eſſe notioria, & quia ea quæ ſimilio-
ra ſunt, conuenientius oſtendunt eo quòd fit proba-
tio per cauſam magis vniuocam, debuit ponere lu-
cem alicuius corporis, quod valde ſimilaretur luci
gloriæ. Sed tunc dicunt quidam,quòd debuerat po-
ni de fulgore ignis. Primo, quia ignis habet lucem
maximam inter elementa, & inde participatur lux in
elementatis.Secundo,quia gloria iſta corporum,quæ
in quadam luce conſiſtit a Deo donabitur,ille tamen
igni comparatur, Deuteron.4. Deus tuus ignis con-
ſumens. Tertio, quia etiam Angeli, qui beati ſunt,
& conciues beatorum aſſimilantur igni,Pſal.103.Qui
facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ign em
vrentem,& idem ad Hebr.1.Dicendum tamen,quòd
A non debuit dici, quòd fulgeret facies Chriſti, ſicut
ignis. Primo,quia claritas eſt dos corporis beatorum,
ignis autem licet ſit fulgens, non tamen eſt clarus
cum habeat ſemper quandam fumoſitatem admi-
xtam,quę reddit ipſum cuiuſdam coloris rufi,vel de-
clinantis ad medios colores, in Sole autem eſt vere
claritas,ideo non debuit dici de igne. Secundo,quia
claritas quæ eſt dos beatorum, non ſolum eſt fulgor,
ſed etiam eſt valde lætificans cum ad gloriam perti-
neat, & magnitudo ſua ſemper inducit maiorem io-
cunditatem, qualis nunc fuit in fulgore vultus Chri-
ſti, quia diſcipuli gauiſi ſunt valde, & voluerant ibi
ſemper manere, vt Petrus dixit: hoc autem non eſt in
igne cum potius ſplendor magnus ignis inducat tre-
B morem quendam, & horrorem, ideo non debuit
dici de igne, lux autem Solis horrorem non habet,
ſed delectationem: nam licet lux Solis propter ma-
gnitudinem turbet oculos, & non poſſit directe aſpi-
ci,tamen delectabile eſt videre illam.Eccleſiaſtes 11.
ſcilicet, Dulce lumen, & delectabile eſt oculis homi-
num videre Solem. Tertio, quia corpora beatorum
habebunt bonum non permixtum malo, quia iam
non erit ibi luctus,neque clamor, neque vllus dolor,
neque affliget eos æſtus, Apocal.7. Solis autem clari-
tas eſt huiuſmodi,q̃a non eſt nociua nocumento ſen-
ſibili: ignis aũt, & ſi multas vtilitates habeat, tñ habet
magnam vim nocẽdi, ideo melius cõparatur claritas
beatorũ claritati corporũ cœleſtũ,q̃ habẽt vim profi-
C ciendi,& non nocendi,& ita non debuit dici de igne.
Aliqui ergo dicũt, ꝙ licet nõ debuit cõparari illa cla-
ritas igni, debuit ſaltem cõparari alicui corpori luci-
do elementato, q̃a multa ſunt valde lucida, ſicut cor-
pora gemmarũ,& nitor harũ rerũ non eſt nociuus, ſi-
cut ignis.Dicendum,ꝙ non cõuenit. Primo,quia lux
iſtorum corporum eſt valde deficiens,cum non aufe-
rat tenebras,claritas autẽ beatorum eſt valde magna,
ideo non debuit comparari,niſi corpori magnę lucis.
Secundo, q̃a beatitudo æterna eſt maximũ omnium
bonorũ,& omnia bona,quæ ſunt ibi, ſunt in ſummo,
ideo oportet, ꝙ illa ſint quaſi principiũ omniũ bono-
rũ,,q̃a in quolibet genere id quod principiũ eſt maxi-
mũ eſt, debuit ergo claritas gloriæ, q̃ excellentiſſima
D eſt aſſimilari ei, quod eſt principiũ luminis, & nõ illi
quod recipit lumen ab altero: cũ ergo mixta non ha-
beant lumen a ſe,ſed inquantũ participãt aliqd de na-
tura ignis,non debuit claritas gloriæ illis cõparari,ſed
magis corpori,ꝙ hẽat claritatẽ a ſeipſo,& ex hac par-
te poterat ille fulgor cõparari igni, quia ignis a ſeipſo
fulgorẽ hẽt, & tñ non conuenit propter cauſas ſupra
poſitas, & ſic nulli elemento, aut elementato debuit
cõparari iſta claritas corporis Chriſti. Tertio,quia cũ
iſta claritas ſit corporum beatorum,quę in cœlo ma-
nebunt, debuit comparari claritati corporũ cœleſtiũ
potius,q̃ aliorum,& iſta fuit cauſa potiſſima,ſic enim
ſcriptura ſemper comparat claritatem beatorum cla-
ritati corporum cęleſtium,& nunquàm elementorũ,
E neque elementatorum, ſic dixit Chriſtus, ſupra 13.
tunc fulgebunt iuſti,ſicut Sol in regno patris eorum,
& 1. Corinth. 15. Sicut ſtella differt a ſtella in clarita-
te,ſic & reſurrectio mortuorum, & ad oſtendendum
differentiam claritatis beatorum,ſecundum differen
tiã gloriæ eorum dĩ eodem cap. ꝙ alia eſt claritas So-
lis,alia Lunæ,alia claritas ſtellarũ,ſic ẽt Daniel.12.cap.
cũ ponitur de beatitudine æterna dicitur, qui docti
fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui
ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpe-
tuas æternitates. Ad primum dicendum, quod li-
cet lux ignis ſit maior inter elementa, & ſit origo
lucis in corporibus elementatis,tamen minor eſt lux
eius luce corporum cœleſtiũ. Secundo,q̃a lux corpo-
rum

rum cœlestium nullum incommodum habet tam sensibile, sicut ignis. Tertio, quia lux ista cui comparatur lux beatorum debet esse excellētissima, & ideo debet habere rationem originis, ignis autem etsi respectu elementorum corporum, habēat rationem originis in luce, tamen simpliciter non habet rationem originis, sed lux habet originem a cœlestibus, vnde & lux ignis a cœlesti luce principium habet, ideo magis debuit comparari luci corporum cœlestium. Ad secundum dicendum, quòd Deus comparatur ibi igni, non quantum ad virtutem illuminandi, sed quantum ad vim comburendi, & destruendi, vnde dicitur, Deus tuus ignis consumens, idest, incinerans, & deuastans, & quantum ad hoc magis conueniebat, quòd Deus vocaretur ignis, quam ꝙ Deus vocaretur Sol, quia volebat Deus se ostendere terribilem, vt semper eum timerent, vt apparet ex effectu ibi secuto: nam cum audirentur voces magnæ Dei, quas populus tolerare non poterat, clamauerunt magno terrore concussi, quòd Deus non loqueretur eis, Deuteronom. quinto, & Exodi vigesimo, & omnia, quæ ibi erant, scilicet, ignis ardens vsque ad cœlum, & caligo, & fumus erant ad incutiendum terrorem Iudæis, ad Hebræ. 12. Sol autem, & corpora cœlestia non incutiunt pauorem, sed potius lumine suo demulcent, & delectant, Ecclesiastes vndecimo. Ideo pro tunc conueniebat Deum vocari ignem, & non Solem, claritas autem beatorum est delectans, & non turbans, neque nocens, ideo debuit vocari claritas quasi Sol. Ad tertium dicendum, quòd Angeli vocantur ignis vrens, & non Sol, vel stellæ, & hoc ad designandum facilitatem motus, in corporibus enim nullum est velocius ad motum, quàm ignis, eo quòd est leuissimum. Etiam quia est magis spirituale, cum habeat minus de materia, in Angelis autem debuit ostendi facilitas motus, idest, operationis, eo quòd ponuntur esse ministri Dei. perfectio autem ministri est velociter exequi, quod imperatur, ideo dicti sunt ignis, idest, veloces, sicut ignis, & hoc valde conuenit, quia non vocauit eos scriptura ignem, quādo dixit eos Angelos, sed quando vocauit ministros, scilicet, qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem, & tamen idem sunt Angeli, & I ministri. Sol autem, & cætera corpora cœlestia, licet quantum ad veritatem sint multum velocia in motu, tamen quantum ad sensum sunt tardi motus, & ideo quantum ad velocitatem motus debuerunt Angeli comparari igni. Alia causa, & forte potissima fuit, quia scriptura comparans spiritualia corporalibus, tenet talem ordinem in corporibus ad quæ fit comparatio, qualis est inter spiritualia, quæ comparantur, & quia sunt aliqua spiritualia meliora Angelis, scilicet, personæ diuinæ noluit scriptura comparare Angelos optimis corporibus naturæ, scilicet, Soli, & stellis, sed comparauit alijs minoribus corporibus, perfectis tamen, scilicet, igni, quia si Angeli comparentur Soli, putaretur forte, quòd sicut nullum corpus erat Sole excellentius, ita neque spiritus aliquis K esset Angelis melior. Et istam rationem tangit Apostolus, ad Hebræ. 1. cap. vbi inducit istum versum, & comparat ibi filium Dei ad Angelos, ostēdens quòd valde melior illis sit, & hoc probat ex meliori nominatione, quam facit scriptura de illo, quàm de Angelis, cum ait, tanto melior Angelis effectus, quanto differentius, idest, melius præ illis nomen hæreditauit, & postea applicat quid scriptura dicat de vtrisque, scilicet, ad Angelos quidem dicit, qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Ad filium autem thronus tuus Deus, &c. & tamen si vocasset Angelos solum, nō maneret aliquid in corporibus excellentius, quod nominari posset, ideo ad ostendendum magnam differentiam filij, & Angelorum caute scriptura vocauit Angelos ignem, & non Solem, de gloria hominum ad gloriam Dei non est vlla dubitatio comparationis, ideo potuit vocari fulgor Solis, vel corporum cœlestium, & non est vllum inconueniens.

Quare lux corporum glorificatorum potius Soli, quàm luci alterius corporis comparatur. Et quare beatorum gloria inæqualis erit. Et quomodo claritas Christi corporis alios beatos glorificabit.
Quæst. XXXIX.

G QVAERETVR dato quòd deberet comparari lux corporum glorificatorum luce cœlesti, & non elementali, quare potius Soli, quàm luci alterius corporis, cum ibi omnia corpora habeāt lucem. Aliqui dicunt, quòd non debuerunt comparari in claritate Soli, sed stellis beati, & consequenter Christus transfiguratus, qui per transfigurationē ostēdit gloriam beatorum, debuit dici habuisse fulgentem faciem, sicut stellæ, & non sicut Sol. Patet, quia Daniel. 12. vbi ponitur de præmio beatorum dicitur, qui docti fuerint, fulgebunt sicut splendor firmamenti, qui aūt erudierint multos ad iustitiam, quasi stellæ in perpetuas æternitates: vocatur aūt firmamentū ipsum cœlum, quod minus fulget, q̄ stellæ, & maxime H beatis datur ibi fulgere, vt stellæ: nam dicitur, qui erudierint multos, & tamen gradus superior est ibi erudire, q̄ solum esse doctum, & datur istis solum fulgor firmamenti, ergo nulli dabitur fulgor Solis. Item patet, quia 1. Corinth. 15. vbi ponitur gloria resurgentium, de fulgore stellarum fit mentio, & nō de Sole, scilicet, sicut stella differt a stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Dicendum, ꝙ dictum fuit, ꝙ fulgor faciei Christi fuit sicut Sol, & non stellarum, vel Lunæ. Primo ad significandum magnitudinem claritatis beatorum, quia illa claritas beatorum erit tanta, ꝙ non possit aliquis mortalis sufficienter illam admirari, ideo comparatur illi rei, quam nos in claritate maximam possumus inuenire, scilicet, Solis. Secundo, quia cætera corpora cœlestia, licet lumen habeant, est illud tamen defectuosum respectu Solis, & sine illo non sufficienter excludunt tenebras, & tamē in corporibus beatorum non permittetur aliqua obscuritas, quia iam nullus defectus erit, ideo non comparantur alijs corporibus, sed Soli. Tertio, & præcipue, quia licet significetur in transfiguratione imago gloriæ futuræ in beatis, ostensio tamen ista fuit facta in corpore Christi, quod etiam beatificandum erat, & quia gloria corporis Christi erat futura valde excellens, debuit comparari claritas eius in transfigurationе claritati Solis, & si quid esset lucidius, & ita Deus dicitur habere oculos clariores Sole, Ecclesiastici 23. Oculi Domini multo lucidiores Sole. Quarto, quia non solum claritas, & decor corporis Christi erit ad gloriam corporis eius, sed etiam ad glorificandum quodammodo alios beatos, quia sicut beatitudo animæ omnium beatorum erit in visione deitatis, ita aliqua pars beatitudinis corporalis erit in videndo claritatem, & decorem corporis Christi, vt sicut eius deitas nos beatificat, ita & humanitas quodammodo beatificet, & tñ ad hoc requiritur valde ꝑfecta claritas, sicut in qualibet forma requritur valde maior perfectio ad agendum, q̄ ad informandum, sicut aliqua caliditas sufficit ad reddēdum subiectum calidum, quæ non sufficit ad calefaciendū, idest, vt habens illam possit alterum calefacere: ergo debuit esse valde perfecta claritas corporis Christi, & sic debuit comparari

comparari corpori clarissimo, idest, Soli. De hoc patet, quia dicit August. super Ioannem super illud Ioā. 10. scilicet, Ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet, quòd beatitudo sanctorum, quantum ad animā erit interius ingrediendo, i. in Christi deitate, & quædam beatitudo sua, quantum ad corpus erit egrediendo exterius, i. videndo Christi humanitatem. Quinto, quia in resurrectione corpora oīum beatorum erunt clara, & non manebit in eis aliqua obscuritas, & tamē secundum differentiam meriti in beatis erit differentia tam in gloria animæ, q̄ corporis, ideo claritas erit inæqualis, & ob hoc corpora quorundam comparantur claritati Solis, alia Lunæ, alia stellarum, 1. Cor. 15. f. Sicut differt stella a stella in claritate, ita & in resurrectione mortuorum, quia alia erit claritas Solis, alia B Lunæ, alia claritas stellarum, ergo ille beatus, qui habuerit maximam claritatem, comparabitur claritati Solis: cōstat tamen quòd maxima claritas erit in corpore Christi, ergo comparabitur claritati Solis, & tamen in transfiguratione fuit claritas in Christi corpore, quæ ostendebat claritatem postea in eo futuram, ergo non debuit comparari alteri corpori, nisi Soli. Sexto, quia dato quòd claritas corporis Christi non ostenderet nunc claritatem, quæ futura est in Christi corpore, sed in beatis, non debuit comparari, nisi claritati Solis, quia ipse Christus dixit, quòd corpora beatorum fulgerent, sicut Sol, & dixit hoc generaliter de omnibus beatis, supra 13. scilicet, tunc fulgebunt iusti, sicut Sol in regno patris eorum. Causa ta C men præcipua fuit, quia ista claritas ostendebat gloriam corporis futuram in vita æterna, quando ipse esset in regno suo, & maiestate: nam dixit ipse supra precedenti cap. sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo, & tamen iste aduentus in regno suo fuit ostensio claritatis, in transfiguratione ergo debuit comparari Soli, vt exprimeretur magnitudo gloriæ corporis Christi. Ad primum dicendum, quòd omnes beati habebunt magnam claritatem in vita æterna, inęqualem tamen, quia sicut erit inęqualis gloria animarum, ita & gloria corporum, quæ consistit in claritate, & alijs dotibus, minima tamen claritas beati cuiuscunque erit maior claritate omnium D corporum naturalium, scriptura autem vtrumque ostendit circa claritatem beatorum. Et ideo cum vult ostendere primum, scilicet, claritatis eorum magnitudinem, vocat omnes absolute fulgentes, sicut Sol, vt dixit Christus supra 13. Fulgebunt iusti, sicut Sol in regno patris eorum, non sicut Sol, idest, præcise tantum quantum Sol, sed quia nihil lucidius Sole inuentum est cui comparentur, & tamen magis fulgebūt, quàm Sol. Quando vult ostendere secundum, nominat diuersa corpora lucentia inæqualiter, vt secundum differentiam eorum cognoscatur aliqua proportio differentiæ claritatis beatorum, & tunc nō differt, quòd nominentur corpora parū lucida, vel multum lucida, dum tamen inęqualiter luceant, quia nō est sensus, ꝙ sit æqualitas proportionis arithmeticæ beatorum ad beatos, sicut corporum ad corpora, nec ita dicitur Dani. 12. quòd quidam fulgebunt, sicut firmamentum, & alij sicut stellæ: nam sicut quælibet stella lucet plus quàm firmamentum, ita illi qui docti sunt, & erudiunt alios fulgebunt plus q̄ illi qui solum docti sunt, & tamen nō determinatur certa magnitudo excessus istorum ad illos, potissime qa nō fulgent oēs stellæ æqualiter, & tñ ponūtur omnes in vno gradu, quia solum intendit scriptura ostēdere excessum. Ad secundum dicendum, ꝙ claritas beatorum nō solum comparatur claritati stellarū, sed ēt claritati Solis, sicut Christus cōparauit, supra 13. cap. Sed quando vult scriptura ostendere inæqualitatem claritatis huius, comparat beatos Stellis, quia inter eas est differētia, prima Cor. 15. sicut differt Stella a Stella in claritate, sic erit in resurrectione, & tamen etiam ibi comparantur beati Soli, quia dicitur eodē cap. alia est claritas Solis, alia Lunæ, alia claritas stellarum: ita ergo aliqui beati ponuntur fulgere sicut Sol, nec dicuntur fulgere sicut Stellæ, quasi splendor eorum non perueniat ad æqualitatem Solis, sed quia intenditur assignari differentia claritatis, quæ assignari non poterit, si omnes comparentur Soli.

Quomodo dicitur, quòd resplenduit facies Christi sicut Sol, cum incomparabiliter eam excesserit. Et quòd scriptura non potest assignare determinate qualis futura sit claritas corporis Christi, & Beatorum. *Quæst. XL.*

QVAERETVR quomodo dicitur, quòd resplenduit facies Christi, sicut Sol: videtur enim inconueniēter dictum: nā gloria, corporis Christi erit incomparabiliter maior quàm gloria cuiuslibet beati, & tamē beati habebunt fulgorem Solis supra 13. Scilicet, fulgebunt iusti sicut Sol. ergo non debuit dici de Christo, quòd fulserit sicut Sol cum diceretur hoc de beatis, vel si de Christo hoc concedendū erat, non erat concedendum de beatis. Dici pōt vno modo, ꝙ licet sit inæqualis claritas Christi, & beatorum, tamen conueniens fuit, ꝙ diceretur hic claritas Christi claritas Solis, quia Christus transfiguratus voluit ostendere imaginem gloriæ beatorum potius, q̄ propriam gloriam, cum dixisset præcedenti cap. quòd daret vnicuique secundum opera sua, & voluit ostendere quid illud esset, & fuit gloria illa designata ꝑ claritatem Solis, quæ competit beatis, Christo aūt quantum ad seipsum competit aliquid excellētius, & lucidius Sole, Ecclesiastici 23. Oculi Domini multo lucidiores Sole. Secundo dicendū, & melius, ꝙ scriptura intendit nobis ostendere conditionem gloriæ beatorum, quantum ad claritatem corporum. Illa aūt claritas nō erit eiusdem generis cū claritate alicuius corporis eorum, quæ videmus, quia ista est claritas naturalis, illa autem erit gloriosa, & supernaturalis, & ideo cum non sit similitudo vniuocationis, non pōt determinate dici claritas beatorū erit talis, sicut istius corporis, vel illius, sed est comparatio, & ostensio quædam in æquiuoco, sed vtrunque potest fieri. Scriptura tamen vult ostendere nobis duo de claritate beatorum, scilicet, magnitudinem, & differentiam, hoc enim generale est, quòd omnium beatorum est magna claritas, & ad hoc ostēdendum dicitur, quòd omnes beati fulgebunt, sicut Sol in regno patris eorum, supra 13. quia secundū veritatem quilibet beatus habebit maiorem claritatem, q̄ Sol, quia differunt genere, & quæ differūt genere, vel specie nunq̄ possunt esse æqualia in ꝑfectione, & quia gloriosa excellentiora sunt naturalibus, sicut spiritualia corporalibus, sicut E quilibet equus est ꝑfectior oībus capris, & arietibus, ita claritas cuiuslibet beati erit ꝑfectior claritate omnium corporum naturalium, & consequenter maior claritate Solis, ideo Christus volens ostēdere magnitudinem claritatis beatorū, dixit generaliter de omnibus, ꝙ fulgebunt sicut Sol, supra 13. cap. Interdū aūt vult designare scriptura inęqualitatem claritatis beatorum, & tunc comparat diuersos beatos diuersis corporibus luminosis, & ita dicitur 1. Corinth. 15. Sicut differt stella a stella in claritate, sic erit in resurrectione mortuorum, quia alia erit claritas Solis, alia Lunæ, alia claritas stellarum. Sciendum tamen, quòd neque magnitudo, neque inæqualitas claritatis ostenditur perfecte per comparationes quas facit scriptura,

ſcriptura, & hocpropter duo, ſcilicet, propter æquiuocationem claritatis beatorum, & claritatis corporum naturalium, ſecundo propter paucitatem corporum differentium in claritate, quibus comparantur beati. De primo patet, quia ſcire poſſumus, quòd claritas beatorum erit maior Solis, ſed neſcimus quãtum excedet eam ex ratione generis ſui, ſicut ſcimus quòd intellectus eſt perfectior ſenſu, neſcimus tamẽ determinate dicere, quantum excedit intellectus ſenſum, quia perfectio habet ſe æquiuoce ad perfectionẽ intellectus, & ſenſus. De ſecundo patet, quia inter beatos erit magna, & multiplex differentia claritatis, ſecundum differentiam meritorum, & tamen Apoſtolus non poſuit, niſi triplicem ſtatum differentiæ, vnde nominauit tria corpora, ſcilicet, Solem, & Lunam, & Stellas. Et Dani. 12. ponitur duplex ſtatus differentiæ, quia ſolum dicuntur quidam fulgere, vt ſtellæ, alij vero vt firmamentum, & hoc fuit quia paucæ differentiæ corporum inueniuntur, quibus comparentur beati in claritate. Cum autem dicitur, quòd gloria corporis Chriſti eſt maior, quàm beatorum, ideo quòd non debuerant omnes comparari claritati Solis. Dicendum vt ſupra, quòd ſcriptura non poteſt aſſignare determinate qualis futura erit claritas corporis Chriſti, neque qualis claritas beatorum, poterat tamen aliquo modo oſtendere, vel magnitudinem claritatis vtrorumque, vel inæqualitatem, voluit autem oſtendere magnitudinem, & quia corpus Chriſti, & beatorum ſunt inæqualia in claritate, tamen quia vtraque excedunt claritatem Solis, dixit ſcriptura de vtriſque, quòd fulgebunt, ſicut Sol. De corporibus beatorum ſupra 13. & de corpore Chriſti hic in litera, ideſt, quòd ſaltem fulgebunt, ſicut Sol, licet plus fulgeant, & magnitudinem gloriæ beatorum, quia tunc cum non ſint æquales omnes beati, non diximſſet, quòd fulgebunt omnes, ſicut Sol, & tamen de omnibus hoc dixit generaliter: ergo non voluit aſſignare inæqualitatem, vel præciſam magnitudinem communem, qua omnes excedunt fulgorem Solis: nam aliàs diſtingueret, ſicut Apoſtolus diſtinxit, prima Corinth. 15. Voluit autem potius hic oſtendere ſcriptura magnitudinem claritatis omnium beatorum, quàm differentiam eorum, quia magis erat occultum de magnitudine: nam nemo dubitare poteſt quin maior ſit claritas corporis Chriſti, quàm beatorum, & tamen an futura ſit claritas beatorum maior claritate Solis eſſet dubium, niſi illud ſcriptura diffiniret, ideo dictum eſt de omnibus beatis, quòd fulgebunt, ſicut Sol. Item ſcriptura voluit illud dicere, quia certius dici poterat: nam ſi vellet ponere differentiam inter claritatem corporis Chriſti, & beatorum, diceret, quòd ſe habent, ſicut claritas Solis, & Lunæ, & ſtellarum, ſicut dicitur 1. Corin. 15. Vel ſicut fulgor ſtellarum ad fulgorem firmamenti, Daniel. 12. Et tamen magis excedit claritas corporis Chriſti claritatem beatorum, quàm ſolis claritas excedat, vel Lunam, vel aſtra, aut ſtellæ excedant firmamenti fulgorem, & ita non poterat hic dicere rem omnino veram, ſed ſimilitudinem quandam, dicendo tamen, quòd omnia corpora beatorum tam Chriſti, quàm aliorum fulgebunt ſicut Sol, ideſt, plus quàm Sol, verum dicitur abſolute, quia licet non poſſit a nobis determinari quantitas exceſſus, tamen verum eſt, quòd omnia excedunt Solem, ideo conuenientius fuit dici, quòd omnia fulgebunt, ſicut Sol, quàm aliquid aliud dici. Sic dicit Remigius. Si autem facies Domini reſplenduit ſicut Sol, & Sancti ſicut Sol fulgebunt, nunquid erit æqualis claritas Domini, & ſeruorum? nequaquam, ſed nihil lucidius inuenitur Sole, idcirco ad manifeſtandum exemplum

F futuræ reſurrectionis, & facies Domini reſplenduit, & iuſti fulgere dicuntur ſicut Sol.

Quare veſtimenta Chriſti apparuerunt candentia in transfiguratione. Et quòd in æterna vita corpora hominum nullis veſtibus operientur. Quæſt. XLI.

QVAERETVR quare veſtimenta Chriſti apparuerunt candentia in transfiguratione. Aliqui dicunt, quòd hoc fuit ad deſignandum gloriam Sanctorum, quia ſicut claritas faciei Chriſti repræſentat gloriam futuram corporis Chriſti, ita ſplendor veſtimentorum ſignat gloriam corporum Sanctorum. Vnde dicit Gregorius 32. Moralium,
G quòd veſtimenta Chriſti facta ſunt ſplendentia, quia in ſupernæ claritatis culmine Sancti omnes ei luce iuſtitiæ fulgentes adhærebunt, veſtium enim nomine iuſtos quos ſibi adiunget, ſignat ſecundum illud Iſaiæ 49. His omnibus velut ornamento veſtieris. Sed dicendum, quòd iſta eſt cauſa myſtica, & non literalis. Et patet, quia tunc claritas beatorum diceretur claritas niuis, & claritas Chriſti Solis, & tamen Chriſtus dixerat, quòd fulgebunt iuſti ſicut Sol, ſupra 13. cap. Ergo non comparãtur iuſti candori veſtium, ſed ſplendori faciei, per quem tam Chriſti claritas, quàm beatorum futura deſignatur, licet illa inæqualis ſit, vt dictum eſt præcedenti quæſt. Dicendum ergo, quòd ponitur hic de eandore veſtium ad oſtẽdendum glo-
H riam corporis Chriſti. Et primo, quia cum totum corpus eius eſſet velatum, & veſtitum præter faciem, ſi non appareret fulgor in veſtibus in ſola facie apparuiſſet, & iſta non eſſet imago perfectæ gloriæ: nam gloria vndique perficit hominem, ſi autem in ſola facie apparuiſſet, putaretur futura eſſe gloria in facie ſola, ideo in veſtibus fuit, vt oſtenderetur, quòd non ſola facies, quæ nuda erat, ſed etiam totum corpus, quod tegebatur lumine ſplendens erat. Et hoc conueniens erat ad ſignificationem, quia in vita æterna corpora beatorum nullis veſtibus operientur, ſed tota erunt nuda, ideo ſicut nunc facies Chriſti fulgens erat, ita oportebat, quòd cæteræ corporis partes fulgerent, quia magis erat in illis neceſſarius fulgor ad
I decorandum faciem, ideo totum corpus lumine tegendum erat quaſi quodam veſtimento, ſic dicitur Pſal. 133. Amictus lumine, ſicut veſtimento, & quia ſi in veſtibus non eſſet candor, non deſignaretur fulgorem eſſe futurum, niſi in facie, debuit quoque in veſtibus apparere. Secundo fuit ad oſtendendum magnitudinem illius fulgoris, ſ. quia non ſolum corpus in ſe lucidum erat, ſed tanta erat lucis fortitudo, quòd partes corporis luminoſi, quæ veſtibus tegebantur, non obſtantibus veſtibus fulgorem ſuum mittebant. Tertio fiebat ad oſtendendum quandam redundantiam gloriæ, ſicut enim ſe habet anima ad corpus, ita ſe habet corpus ad veſtes, gloria enim, ideſt, beatitudo directe eſt in anima, cum beatitudo ſit in viden-
K do, & ſola anima videat Deum, & tamen de bono animæ refluit aliquid in corpus, per quod ipſum corpus glorificatur, ita ex corpore aliquid refluebat in veſtes, vt haberent veſtes quendam candorem, qualem nullæ veſtes habere poſſunt naturaliter, & quantum ad hoc fuit ſpeciale in Chriſto: nam in beatis non erunt veſtes, in quas corporibus refluat fulgor aliquis, ſi tamen aliquas veſtes haberent fieret ſimilis redundantia, vt nihil in eis appareret, quod non videretur glorioſum, & quia Chriſtus nunc transfiguratus veſtes habuit, fuit conueniens, quòd etiam ad illas redundaret aliquid de gloria corporis.

Qualis erat iſta redundantia fulgoris in corpus Chriſti transfigurati. & in veſtes eius. Et quæ ſint illa quæ redundant in corpus animæ glorificatæ. Et quomodo claritas Chriſti transfigurati in veſtes refluebat. Quæſt. XLII.

QVAERETVR qualis erat iſta redundantia. Dicendum tamen, ꝙ non erat propria redundantia, vel refluxio, quia redundantia fit per quandam naturalem deriuationem inter ea, quæ cõtinuantur, vel faciant vnũ, ſicut enim in corpore naturali virtus vnius partis deriuatur ad alteram propter continuitatem, & vbi tollitur continuitas non fit deriuatio, ita inter animam, & corpus, licet enim ambo non faciant aliquid continuum, quia non ſunt partes quantatiuę cum anima ſit ſpiritus, ſunt tamen partes eſſentiales eiuſdem rei, & faciunt vnum ſecundum ſpeciem, vt ergo eſt in corpore, ꝙ ex virtute cordis, & cerebri totum corpus recipit influentiam propter continuitatem, & vnitatẽ corporis cuius iſtæ ſunt partes, ita inter corpus, & animam, quia efficiunt vnũ per ſe fit refluentia de vno in alterum, ſ. de anima in corpus, immo hoc modo corpora animalium vegetãtur, quia vegetatio corporũ actus animæ eſt, & virtus animæ deriuatur in corpus, ita circa beatitudinẽ cum anima beata eſt, plena eſt omni bono vſq; ad ſuperabundantiam, & ideo naturaliter redũdat aliquid illius in corpus, licet non vniuoce, eo ꝙ anima habet bonum ſuum per modum intelligendi, & volendi cũ iſtæ ſolæ ſint duæ potentiæ eius ſ̃m quas perficitur, &
C operatur, corpus autem non intelligit neq; vult: ideo neceſſe eſt, ꝙ alio modo participet illo bono ſi participare debet, vnde beatitudo animæ eſt videre Deum, ſecundum quam viſionem eſt anima ſimpliciter perfecta, & non redundat in corpus iſta viſio Dei ab anima, quia corpus non eſt capax, ſed recipit perfectionẽ iſtam ſecundum analogiam, vel proportionem, ſ. ꝙ ſecundum, quòd anima eſt maxime perfecta videndo Deum, ita ab ea redundat in corpus non quidem viſio Dei, ſed aliquid ſecũdum, ꝙ ipſa ſit maxime perfectũ, & iſtæ ſunt dotes, ſ. impaſſibilitas, claritas, agilitas, ſubtilitas, nulla enim maior perfectio poteſt eſſe in corpore, quàm iſtæ. De veſtibus dicendum, ꝙ non eſt ſic, quia veſtes non ſunt eiuſdem generis cũ corpore, nec
D etiam cõſtituunt aliquid vnum cũ corpore ſicut corpus conſtituit aliquid vnum cum anima: ideo non fit refluxio a corpore, vel ab homine in veſtibus, ſicut ab anima in corpus. Sed dicendum, ꝙ poterat fieri hoc dupliciter. Vno modo non per redundantiã, ſed per influentiã: nam iufluẽtia fit inter ea, quę ſunt omnino diſtincta, ſicut corpora cęleſtia influunt in inferiora, & non eſt redundãtia, quia non conſtituunt aliquid vnũ ſuperiora cum inferioribus.

Secundo modo, quòd fieret per miraculum, dãdo cãdorem quendam veſtibus, qui non cauſaretur a corpore. Primo modo eſſet deriuatio luminis ſicut a ſole illuſtrantur iſta inferiora, & nõ eſſet candor, ſed fulgor. Accipiendo ſecundo modo poterat eſſe candor,
E vel fulgor, quia ita eſſet ille fulgor cauſatus a Deo in veſtibus, quòd non dependeret vllo modo a corpore. Dicendum tamen, ꝙ licet vterq; modus ſtare poſſet, tamen ſecundus eſt verus. Primo quia ſi deberet eſſe deriuatio lucis præſupponendũ erat, ꝙ oẽs partes corporis, quæ tegerentur ſub veſtibus eſſent lucentes, & tamen non eſt verum, vt dicetur 49. q. Secundo, quia dato, ꝙ eſſent lucentes actu nõ emitterent fulgorem ſuum exterius, quia nulla lux poteſt tranſire per ſolidum opacum. Tertio, & efficacius patet, quia ſi deriuaretur iſta lux a corpore, eſſet ſplendor quidam, vel fulgor, & non color magnus manens, ſicut in illuſtratione qua aer a Sole illuſtrat̃ nõ cauſatur aliqua quali-
A tas manẽs in aere, quæ ſit color, ſed eſt illuſtratio quædam quæ eſt paſſio tranſiens, & ita etiã in corporibus denſis percuſſis a Sole cauſatur ex reflexione fulgor quidam, ſecundum quem illa corpora actualiter ſplẽdent, & tamen ille ſplendor neque eſt color corporũ, neque lux eorum, ſed paſſio ipſorum facta a corpore luminoſo reflectente radios ad ſolidum, quæ paſſio illuſtratio nominatur, & tamen tunc veſtes Chriſti non habuerunt illuſtrationem, ſed verum colorem, vt eſt qualitas manens, ſcilicet, albedinem, vel candorem: nam dicitur hic veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix, & Mar. 9. Dicitur veſtimenta eius facta ſunt candida nimis, & idem Luc. 9. cum dicitur veſtitus eius albus refulgens: ideo dicendum, quòd non prouenie-
B bat hoc ex aliqua deriuatione facta a corpore, ſed ex miraculo, ſcilicet, quia Deus voluit dare pro tunc talẽ nitorem veſtibus Chriſti qualem ante nunquam dederat, neque poſtea dedit.

Quarto patet, quia ſi fieret redundantia a corpore in veſtes, hoc eſſet, quia fieret redundantia a corpore in corpus, & tamen lux corporis Chriſti nõ fuit nunc deriuata ab anima in corpus, quia non fuit nunc dos, vt oſtẽſum eſt ſupra q. 31. ſed fuit miraculoſe cauſata in corpore Chriſti: ideo neque corpus effluereet in veſtes, quia veriſimilius erat, ꝙ anima refunderet lucem in corpus, quàm corpus in veſtes, & tamen anima non refundebat quicquam in corpus, ergo a fortiori non refundebat corpus in veſtes. Quinto quia
C ſi a corpore in veſtes refluereet claritas, eſſet claritas veſtium glorioſa ſicut erat claritas corporis, & tamen non eſt hoc ſatis conueniens, quia veſtes non ſunt glorificabiles: ideo non haberent claritatẽ glorioſam, & conſequenter non eſſet per refluentiam, ſed per cauſationem illius lucis in veſtibus ſicut miraculoſe cauſata eſt in corpore.

Quare dicitur, quòd veſtimenta Chriſti facta ſunt alba ſicut nix. Et quòd Angeli quando nobis apparent veſtibus albis induti cernuntur. Quæſt. XLIII.

QVAERETVR quare dicitur, quòd veſtimenta Chriſti facta ſunt alba ſicut nix. Aliqui dicũt,
D quòd fuit ad oſtendendum differentiam claritatis Chriſti, & Sanctorum: nam dicunt, quòd claritas Chriſti futura in regno ſuo ſignificatur p claritatem, quæ apparuit in vultu ſuo in transfiguratione, claritas autem Sanctorum per claritatem veſtium, & quia claritas Chriſti valde excedet claritatem Sanctorum: ideo illa fuit ſoli comparata, iſta autem niui, ſic dicit Beatus Tho. de Aquino 3. parte ſummæ.

Dicendum tamen, quòd hoc ad cauſam myſticam pertinet potius quàm ad literalem, & maxime, quia non ſignificantur hic ſancti per veſtes Chriſti, vt dictum eſt ſupra quæſtione 43.

Alij dicunt, quòd candor niuis conuenit veſtibus, eo quòd Sancti ſignificantur per veſtes, quibus magis
E conuenit candor niuis quã aliquid aliud, nix enim habet lucem, & frigus, ita Sancti habebunt candorẽ virtutum, & refrigerationem a concupiſcentijs noxijs. Sic dicit Glo. Sancti niui comparantur, quia candidi erunt virtutibus, & omnis vitiorũ æſtus ab eis remotus erit. Sed dicendum, ꝙ etiam hoc pertinet ad cauſam myſticam, & non ad literalem. Item quia ſupponitur Sanctos ſignatos fuiſſe per fulgorem veſtium Chriſti, & tamen non eſt verum in præſenti. Dicendum ergo primo, ꝙ hoc fuit ad deſignandum inęqualem gloriam veſtimentorum, & corporis Chriſti, gloria enim transfigurationis directe pertinebat ad corpus, quia illam volebat Chriſtus oſtendere, gloriã aũt veſtium non volebat oſtendere, quia veſtes non ſunt

futuræ vnquã gloriosæ, sicut erunt corpora gloriosa, quia post resurrectionem nullæ vestes erunt, apparuit tamen nunc aliqua excellentia in vestibus propter corpus cui adhęrebant: ideo debuit minor esse quàm corporis gloria. Secundo quia licet non esset lux vestium per redundantiam a corpore Christi, vt ostensum est præcedẽti q. sed per quoddam miraculum, tñ ostendebatur quasi esset redundantia, ſ. q̃ partes, quæ vestibus tegebantur communicarent lucẽ suam vestibus per deriuationem quandam, & tñ semper id quod deriuatur est perfectius in causato q̃ in causa, sicut apparet de beatitudine animæ sanctorum in vita æterna, quia beatitudo animæ refluet in corpus, & tñ perfectior est beatitudo animæ q̃ dotes corporis, quę refluẽt ex beatitudine animæ, ita & in vestibus debebat esse imperfectior lux quàm in corpore: ideo dictum est, q̃ vultus Christi fulgebat sicut Sol, & q̃ vestimenta erãt candida sicut nix. Tertio fuit, quia vt ostenderetur veritas rei manere, & non penitus esse phãtasma, debuit vestis Christi apparere coloris albi. Si autem indueret Solis fulgorem, & non appareret color determinatus aliqs qualis solet esse in vestibus, eẽt occasio suspicãdi de phantasmate: iõ vestibus datum est, q̃ haberent colorem album, & non fulgorem Solis, vnde habuerunt albedinem niuis. Quarto fuit, quia Christus ostendit imaginem gloriæ beatorum, illi autẽ quãquã vestibus non vtantur tamen quando nobis apparent, videntur vt communiter vestiti propter honestatem corporũ, conformando se consuetudini nostræ, vnde & Angeli, qui corpora non habent, qñ nobis apparent veniũt quasi vestiti, & vestitus eorum est communiter albus: ideo Christus, qui in transfiguratione ostendit se pertinere ad statum beatorum, ostendit vestes valde albas iuxta albedinem niuis, sic patet in Christi resurrectione de Angelis, qui apparuerunt: nam dicitur Mar. 16. introeuntes in monumentum viderunt iuuenem sedentem in dextris opertum stola candida, & Ioan. 20. de duobus Angelis, qui fuerunt in monumẽto Christi dicitur, q̃ vidit duos Angelos in albis sedentes, idẽ fuit in Ascensione Christi ad cœlos: nam dicitur Actuum 1. quòd duo viri astiterunt iuxta discipulos in vestibus albis, illi autem erant Angeli, talis autẽ est conditio omnium beatorum spirituum apparẽtium, quòd vestes candidas videantur habere.

Quare specialiter apparuit albedo vestium Christi sicut niuis, cum sint multi modi albedinis.
Quæst. XLIIII.

SED quæretur quare specialiter apparuit albedo vestium Christi sicut niuis, cum sint multi alij modi albedinis. Dicendum, q̃ fuit primo propter excellentiam beatitudinis: nam licet omnia, quæ habẽt beati non sint inter se æqualia, quia maior est beatitudo animæ quàm corporis, tamen quidquid habebunt erit excellentius quàm ea, quæ nos haberemus, quia omnia illa pertinent ad immortalitatem, nostra vero ad mortalitatem: ideo licet gloria vestium Christi nõ apparuit tanta quanta corporis, vt ostensum est præcedenti quæstione, tamen debuerunt vestes suæ apparere excellentiores vestibus omnium hominum, sic dicitur Mar. 9. vestimenta eius facta sunt candida nimis, qualia fullo super terram non potest candida facere, & quia nulla est in corporibus mixtis magis albedo quàm niuis, magis habens de luce, dicitur quòd Christus habuerit in vestibus albedinem sicut nix.

Secundo fuit, quia talis est habitudo beatorũ spirituum, qui nobis apparent: nam non solum videntur vestimenta eorum alba, sed etiã alba sicut nix. sic patet de Angelis, qui fuerunt in monumento Christi infra

F 28. ſ. erat autem aspectus eius sicut fulgur, vestimenta autem eius sicut nix. & hoc ẽt facit ad id quod quærebatur præcedenti q. ſ. q̃ non debuerunt taliter fulgere vestes Christi sicut vultus Christi, quia in spiritibus beatis, qui nobis apparent nunquã est idem fulgor vestium, & faciei, & ita dr̃ de illo Angelo, q̃ aspectus eius fuit sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix.

An in vestibus Christi apparuit fulgor quidam, vel color fixus. Et qualis sint niuis candor.
Quæst. XLV.

QVAERETVR an in vestibus Christi apparuit fulgor quidam, vel color fixus, Aliqui dicunt, q̃ G fuit color purus manens, ſ. albedo, quia dicitur in litera vestimenta eius facta sunt alba. Alii dicunt, q̃ non fuit color manens, sed splendor quidam: nam dicitur Mar. 9. vestimenta eius facta sunt splendẽtia. Dicendum, q̃ data fuit vestibus Christi quædam qualitas ad modum coloris veri manentis, ſ. albedo, quædam vera, nõ quidem naturaliter, sed miraculose, & cum isto colore fuit quidam fulgor, vt esset ille color quasi radios quosdam nitoris mittens: nam colores participant lucẽ, & quanto fuerit color perfectior, participat magis de luce quousque veniat ad emissionem quandam radiorum, in hoc autem nix habet excellentiam quandam, quia non solum habet albedinẽ intensam quãdam, sed etiam propter magnitudinem H lucis participatæ radios aliquos emittit, & ideo oculos offendit, & ob hoc nix non solum dicitur alba, sed etiã splendens, vel fulgens, alia autem sunt pure alba, quæ non habẽt nitorem, sicut gemmæ, & aliæ res candidæ, & ob hoc dicitur, quòd fuerunt vestimenta Christi alba sicut nix, vtrũque autem nõtauerunt Euangelistę: nam Matthæus colorem tetigit dicens vestimẽta eius facta sunt alba, splendorem etiam expressit inquãtum dixit, sicut nix, cum nix quendam fulgorem, vel radiositatem habeat. Marcus etiam vtrunque dixit: nam Mar. 9. dicitur, vestimenta eius facta sunt splendentia, & candida nimis velut nix: nam colorem tetigit dicẽs candida, lucem autem cũ dixit splendentia, & in hoc apertius dixit quàm Matthæus. Lucas etiam vtrunq; posuit dicens, vestitus eius albus refulgens. Luc. 9. albus enim color est, refulgens enim radios splendoris dicit, istud etiam fuit, quia in spiritibus beatis quando apparẽt tales vestes cernuntur, ſ. quæ albæ sint, & fulgorem quendam habeant, vt in Angelis, qui apparuerunt in resurrectione Christi: nam erant vestes eorum albæ, & fulgentes: Marcus enim, & Ioannes eas albas dicunt, quia Mar. 16. dicitur, iuuenem sedentem in dextris opertũ stola candida, & Ioan. 20. dicitur duos iuuenes stantes in albis. Matthæus, & Lucas ostendũt fuisse vestes fulgentes, quia infra 28. dicitur erat autẽ aspectus eius sicut fulgur, vestimenta eius sicut nix, & tamen nix dicit splendorem, vel radios, & Luc. 24. dicitur duo viri steterunt iuxta eas in veste fulgenti: ideo K Christus voluit, quòd vestes eius haberent nunc albedinem, quæ est color fixus, & insuper splendorẽ quendam, vt oculos radijs percuterent.

An vestes Christi ante transfigurationem erant albæ, & si non, quomodo fuerunt in transfiguratione albæ. Quæst. XLVI.

QVAERETVR de vestibus Christi cum dicatur de eis, q̃ factæ sunt albæ sicut nix: an ante hoc erant albæ, & si non erant albæ, quomodo nũc fuerunt albæ, vel alterius coloris. Dicendum, q̃ magis credendum est, q̃ essent albæ, quàm alterius coloris, & tunc dicendum, q̃ in transfiguratione non perdiderunt

diderunt colorem, sed intensus fuit color pręexistens, A in gradu intensionis, ita vt nemo sciret an esset alius, erat enim albedo remissa, & non fulgens in vestibus, sed putaretur idem numero esse, qui semper fuerat, & tunc datum est, q̃ esset albedo intensa super omnẽ vt non argueretur fuisse aliquam mutationem gloriosam in Christo. albedinem, quæ posset esse in aliqua veste siue pure naturaliter siue per adiutorium artis, sic dicitur Mar. 9. vestimenta eius facta sunt candida nimis velut nix qualia fullo super terram non potest candida facere. Si autem vestes Christi fuerunt alterius coloris, quidam dubitant quomodo potuerint esse albæ in transfiguratione. Et dicunt quidam, q̃ non fuit illis data vero albedo, quia non poterat manere simul nigredo præcedens, & albedo miraculose introducta, cũ duo colores oppositi, vel disparati non possint idem subiectum numero simul afficere, & tamen constat, quòd post transfigurationem mansit in vestibus Christi color, qui prius fuerat, & non ille, qui fuit in transfiguratione si mutatus esset: ideo non fuit albedo data, quæ vere esset in vestibus Christi, sed vere dicunt, q̃ esset quędam illustratio, secundum quam nullus color manens imprimeretur vestibus illis, sed desuper illustrarentur, ita vt absorpto quocũque colore vestium propter multitudinem superuenientis lucis videretur sola albedo refulgens, quæ non esset vera albedo, sed passio illustrationis ex multitudine lucis incidentis, vel congregatæ super vestes Christi, & tunc cessante transfiguratione maneret color naturalis non facto miraculo aliquo de nouo.

Dicendum, quòd hoc aliqualiter poterat stare, sed non est concedendum, quia in operibus Christi nihil C erat falsum, vel duplex, vt dicit Gregorius in Homelia Paschali, nihil simplex veritas per duplicitatem egit, cum ergo apparuerint in Christi transfiguratione vestes eius albæ, dicendum est, q̃ vere albæ fuerint. Secundo quia modus loquendi Euangelistarum significare videtur, q̃ fuerit vera albedo in vestibus Christi: nam dicitur hic vestimenta eius facta sunt alba sicut nix, & Mar. 9. dicitur, q̃ facta sunt candida nimis, qualia fullo non potest facere super terram, & Luc. 9. dicitur, q̃ vestitus eius factus est albus refulgens. Tertio quia si dicatur, q̃ non fuit iste color verus, sed quædã ostensio per illustrationem, dicetur quòd non fuit vestis Christi alba, licet Euangelista dicat eam fuisse albam, & eadem ratione in omnibus, quæ Euangelistę D referunt dici poterit, quòd non acciderunt sic, sed aliter, & hoc est tollere formam auctoritatis scripturæ. Est igitur dicendum, quòd in transfiguratione Christi fuit vera albedo radiosa propter multitudinẽ lucis participantem in vestibus Christi, & illa non mansit post transfigurationem, & tamen non sequitur incõueniens: nam verisimile est, quòd vestes Christi erant albæ, & tunc dicetur, quòd non fuit mutatus color, neque fuerunt simul duo colores in vestibus, sed illa albedo, quæ præexistebat, intensa fuit tantum, quòd in nullo vestimento siue naturaliter siue per artificium poterat esse tam intensa albedo, vel candor, sic dicitur Mar. 9. quòd facta sunt candida nimis, qualia super terram non potest facere candida fullo, post transfigurationem voluit Christus, quòd desineret esse illud augmentum, vel intensio coloris, quæ miraculose fuerat, & mansit vestibus albedo pristina. Si autem diceretur, quòd vestes Christi non fuerunt albæ ante transfigurationem, sed nigræ, vel alterius coloris: Dicetur quòd in transfiguratione perijt ille color miraculose, & datus fuit candor, vel albedo vestibus, & manebat in eis in transformando eas, & potuisset semper talis postea manere sine nouo miraculo, cum esset qualitas radicata, & non passio transiens, Christus tamen abstulit illum candorem, & introduxit colorem præcedentem in vestibus, non quidem eundem numero, sed in specie, & per omnia similem

An caro Christi, quæ latebat sub vestibus fuerit fulgens sicut facies, vel manserit in naturali statu.
Quæst. XLVII.

QVAERETVR de carne Christi, quæ latebat sub vestibus: an fuerit fulgens sicut facies, vel mãserit in suo naturali statu. Aliqui dicũt, quòd tota fuerit fulgida, sed erat ista immutatio transfigurationis ad ostendendum gloriam corporum in futuro, & tamen ibi non solum vultus, sed totum corpus B fulgebit, ergo etiam tota Christi caro fulsit. Item patet hoc in resurrectione Christi: nam fuit tunc tota caro eius: nam apparuit Christus nudus cum ostenderit vulnus lateris, & tamen si non haberet fulgorem decorantem omnes partes corporis, esset turpe apparere corpus Christi nudum: ideo fuit totum fulgidũ, sic dicitur in hymno Paschali, scilicet, ostensa sibi vulnera, in carne Christi fulgida, resurrexisse Dominum, voce fatentur publica: nunc igitur totum corpus esset fulgens.

Dicendum, quòd nunc non fuit splendor in aliqua parte corporis Christi nisi in vultu, & candor in vestibus, in partibus autem, quæ tegebantur nullus erat C candor, sed manebat status naturalis.

Primo patet, quia nõ est asserendum aliquid quod scriptura non asseruit, aut ratio non conuincit, sed scriptura solum asserit hic fuisse fulgorem in vultu, & vestibus, scilicet, resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem facta sunt sicut nix: ideo non oportet asseri, quòd partes aliæ corporis fulgebant: nam si totum corpus fulgeret, qui expressit solam faciẽ, aptius poterat totum corpus fulgens exprimere, ratio etiam non conuincit illud.

Secundo patet, quia Deus, q̃ omnia ordinate agit, sicut nihil diminute agit, ita neque quicquam facit superfluum, & tamẽ superuacuum esset facere, quòd partes corporis Christi opertæ vestibus fulgerẽt: ideo non fulserunt. Patet quia fulgor iste corporis Christi non fuit ad glorificandum corpus Christi, sed ad ostendendam gloriam futuram tam in eo, quàm in omnibus beatis, vnde licet ista fuerit claritas gloriosa, non fuit in corpore glorioso, vt ostensum est supra q. 32. ideo non erat tunc glorificatum corpus Christi, neque ista claritas faciebat in eo gaudium aliquod speciale, quia licet esset gloriosa, non fluebat ab anima in corpus, vt illud glorificaret, sed supernaturaliter data est corpori ad ostensionem futuræ gloriæ; sed partes velatæ non poterant cooperari ad hanc ostensionem cum non posset apparere lux earum: ideo essent inutiliter lucidæ, & sic miraculum fieret frustra, solus ergo vultus, qui non erat opertus fulsit, vt Euã- E gelistæ expresserunt, & loco reliquarum partium corporis, quæ videri non poterant, apparuit miraculosus candor in vestibus, quasi ille esse videretur deriuatus a partibus, quæ tegebantur.

Ad primum dicendum, quòd totum corpus erit gloriosum, & fulgens in resurrectione, & ideo fulgor fuit nunc in Christo per totum, non quidem per totum corpus, sed per vultum, & superficiem vestimentorum, quæ ostendebant fulgorem corporis, licet nullus esset in partibus, quæ latebant, ne superuacue poneretur. Si autem corpus Christi nunc vere cæpisset glorificari dato, quòd vestibus tegeretur, haberet fulgorẽ in omnibus partibus corporis, quia tñ nõ erat gloriosum, sed solum ad ostendendã gloriã futuram,

non

non habuit fulgorem nisi in partibus,quæ apparebãt.
Ad secundum dicendum,quòd Christus resurgens habuit fulgorem per totum corpus, & hoc propter duo. Primo quia apparuit nudus coram discipulis, qui adhuc mortales erant,cum ostenderit eis vulnera, & si non operiretur aliquo decore gloriæ, turpe esset videre corpus omnino nudum: ideo fuit quidam fulgor totum corpus operiens, sicut dicitur Psalm. 103. amictus lumine sicut vestimento,& ille fulgor honestabat ea,quæ nobis pudor est nuda ostendere.
Secundo fuit, quia corpus Christi tunc post resurrectionem iam erat vere glorificatum: ideo habebat dotem claritatis, & ideo iam non haberet claritatem ad ostendendum gloriam, sed essendum glorificatũ, & si gloriosa corpora sunt totaliter gloriosa cum non maneat in eis aliquis defectus, necesse est, quòd per totum sint fulgentia,vnde tunc etiam si corpus Christi esset vestibus velatum, haberet fulgorem tam in partibus apparentibus quàm in opertis, quia operimentum nihil tolleret de gloria corporum. secus autem nunc cum solum esset claritas ad ostensionem.

An omnes Christi vestes fuerint candidæ factæ. Quæst. XLVIII.

QVAERETVR cum vestimẽta Christi facta fuerint candida miraculose, an omnes vestes eius fuerint candidæ factæ. Aliqui dicunt,q̃ sola vestis superior,quia illa ostenderet claritatem sufficienter. Alij dicunt, quòd omnes vestes Christi candorem miraculosum acceperunt, quia dicitur hic vestimenta autem eius facta sunt sicut nix alba, ergo non sola vestis superior,sed multa vestimenta eius, & consequenter dicetur,quòd omnia, quia si multa,nõ esset maior causa, quòd duo fulgerent, quàm quòd omnia. Dicendum, quòd quidam putauerunt fulgorem vestium Christi prouenisse a fulgore corporis, scilicet,quòd partes tectæ vestibus erant fulgidæ, & ille cogebant fulgere vestes deriuando in eas fulgorẽ. Et tunc diceretur, quòd omnes vestes fulgerent, & quãto essent vestes magis propinquę carni magis fulgerent, cum perfectius acciperent deriuatum fulgorem. Sed hoc falsum est,quia caro Christi operta vestibus non fulgebat in transfiguratione, sed solus vultus, vt ostensum est præcedenti quæstione: vestis autẽ fulgebat miraculose dato ei candore,vt ostensum est, supra quæstione 44.
Ideo dicendum, quòd solum fulsit vestis superior Christi,vel si multę vestes erant quarum partes aliquę exterius apparerent, omnes illæ fulgerent, cætere autem partes vestium,quę exterius non videbantur,sine fulgore manerent in suo naturali colore, & gradu intensionis. Ratio huius est,quia fulgor vestium solum erat ad ostendendum corporis Christi claritatem, vt non putaretur, quòd solus vultus fulgebat, sed etiam quòd totũ corpus quod vestibus tegebatur fulgeret, & quia ad ostensionem sufficiebat candor superioris vestis, & superuacuus erat cuiuscunque inferioris vestis fulgor, non esset candens nisi sola vestis, quæ foris appareret, sic enim fuit in corpore, quia solæ partes,quæ apparebant fulgebant,scilicet,vultus, reliqua autem manebant in suo colore, vt dictum est præcedenti quæstione, & hoc a fortiori, quia caro Christi erat glorificabilis: ideo etiam si non appareret,poterat recipere claritatem gloriæ, vestes autem non sunt susceptiuæ gloriæ, ideo solum esset in eis fulgor ad ostẽsionem, & tamen sola vestis exterior videbatur: ideo illa sola fulgeret.
Cum autem dicitur, quòd multa vestimenta fulgebant, quia dicitur vestimenta autem eius. Dicendum,quòd in nominibus vestiũ varie accipitur, quia aliquando accipitur singulare pro plurali, & aliquando plurale pro singulari,& hoc ex modo loquendi, vt ille qui habet vnicam vestẽ dicitur habere pauca vestimenta,& sic vestimenta habet, & ille,qui habet multas vestes dicitur habere sufficientem vestitum, & ita vestitum habet, qui habet omnia necessaria ad vestiẽdum: Christus autem multas vestes simul habuit quibus induebatur secundum consuetudinem regionis suæ. Ioannis 19. Scilicet, vnicuique militi dederunt partem, & tunicam, & tamen quatuor partes fecerunt.
Sed dicendum, quòd hic non vocantur vestimenta omnes vestes Christi,sed sola vestis superior totum corpus tegens, quæ fulsit cæteris manentibus in suo colore. Posset etiam dici, quòd multæ Christi vestes fulserunt, & tamen nihil de illis fulsit nisi quod exterius apparebat, quia forte multarum vestium aliquæ partes foris apparebant, licet non totæ ipsæ vestes, & illæ partes,quæ apparebant fulgerent.

Et ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus dixit ad Iesum: Domine bonum est nos hic esse, si vis faciamus hic tria tabernacula. Tibi vnum, Moysi vnum, & Eliæ vnum.

Et ecce apparuerunt. Posita est supra transfiguratio, hic ponitur transfigurationis testificatio. Et primo ponitur testificatio humana. Secundo testificatio diuina ibi. Trãsfigurationis Christi testificatio ac eiusdem diuisio.
Adhuc eo loquente. Prima in duas, quia primo ponitur testificatio eminentium virorum in veteri.Secũdo testificatio excellẽtiũ virorum in nouo testamẽto ibi.
Respondens autem Petrus. Circa primum dicitur. *Et ecce apparuerunt illis.* Idest, Dum discipuli tres essent intenti videre gloriosam corporis Christi claritatem, subito apparuerunt Elias, & Moyses, & ideo dicitur ecce, quia ecce interdum ponitur ad demonstrandum, interdum vero ad ostendendum rem subito factam cuius non præcedunt aliquę dispositiones.
Moyses, & Elias. Duo patres sunt veteris Testamẽti, & ambo Prophetæ. *Cum eo loquentes.* Idest, cum Christo.quid autem loquerentur dicitur. Luc.9.quòd loquebantur de excessũ quem completurus erat in Ierusalem.
Respondens autem. Hic ponitur testificatio virorum eminentium in nouo testamento, scilicet, trium discipulorum, qui astiterunt Christi transfigurationi, & dicitur.
Respondens autem Petrus. Idest, loquens: nam non respondebat cum nihil fuisset sibi quisquam locutus, sed more loquendi scripturæ accipitur interdum respondere pro incipere ad loquendum, & ita accipitur Mar. 11. cum enim dicitur, quòd Christus vidit ficulneam non habentem ficus, sed folia tantum, & esuriret dicitur, respondens dixit ei, idest, ficulneæ iam in æternum non amplius quisquam ex te fructũ manducet, & tamen, ficulnea non poterat loqui Christo ad hoc, quòd dicatur Christus respondere ficulneæ, sed dicitur,respondens,idest,loqui incipiens. *Dixit ad Iesum.* Licet enim esset Moyses,& Elias cum Christo, non locutus est ad illos,sed ad Christum,quia illũ Dominum eorũ cognoscebat, vnde præsentibus eis vocauit eum Dominũ,quia indecens erat, q̃ aliquis aliorum maior esset quàm Iesus. *Domine bonum est nos hic esse.* Idest, Melius est, quòd maneamus hic quàm alibi, non enim senserat vnquàm Petrus tantam dulcedinis suauitatem, neque putabat posse experiri. *Si vis.* Idest,Si iubes. *Faciamus hic.* Idest,In monte isto Tabor.

Tabor. *Tria tabernacula.* Ad semper ibi habitandum. *Tibi vnum.* Hoc erat præcipuum tabernaculum, & de quo primo mentio facta est. *Moysi vnum.* Pro se solo. *Eliæ vnum.* Pro solo Elia.

Ad quid fuit conueniens, quòd astarent aliqui Christo transfigurato. Quæst. XLIX.

QVAERETVR ad quid fuit conueniens, quòd astarent aliqui Christo transfigurato, & qũo astiterũt ad testificandum transfigurationem. Dicendum,q̃ necesse fuit,q̃ aliqui astarent trãsfigurationi: nam transfiguratio fuit ad ostensionem gloriæ beatorum: ideo oportuit,q̃ alicui ostẽderetur, quia non esset ostensio si non esset aliquis cui ostenderetur:nam Christus solus existens non transfiguraretur,quia frustra hoc esset, cum sic non ostenderetur gloria illa beatorum alicui, pro seipso autem frustra erat transfigurari, cum ipse iam sciret qualis erat illa gloria quam ostensurus erat,ad hoc autem debuerunt astare aliqui de viuentibus,qui nondum scirent qualis esset gloria beatorum,& ita ipse dixit præcedenti cap. sunt quidam de hic stantibus,qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo, & isti erant tres discipuli quos assumpsit, de quibus quare eos assumpserit potius quàm alios dictũ est supra quæstione 12. de Elia, & Moyse an ad videndum transfigurationem venerunt, dicetur sequenti quæstione. Secundum ad quod astiterunt aliqui, fuit ad testificandum: ideo enim Christus transfiguratus est, vt probaret potestatem, & gloriam suam, sed hæc non posset ostendere nisi aliqui adessent, qui attestarentur prædictis: ideo oportuit aliquos astare. Et dicendum de tribus discipulis,quòd illi conuenienter astiterunt ad testificandum de transfiguratione, quia isti fuerunt,qui postea reuelarunt toti mundo Christũ transfiguratum post eius resurrectionem. Sed dicetur tunc, quòd Moyses, & Elias etiam non profuerũt ad hoc, quia isti nõ prædicauerunt transfigurationem Christi: cum nunquam redierint isti post illud tempus ad conuersandum inter homines, vt eis possent annunciare transfigurationem. Dicendum, quòd aliquo modo profuerunt ad attestandum transfigurationem, vt seq. q. dicetur.

Quare Moyses, & Elias astiterunt in transfiguratione Christi. Quæst. L.

QVAERETVR quare Moyses,& Elias nunc astiterunt,idest, aliqui de hominibus,q̃ non viuũt in hoc seculo. Aliqui dicunt,q̃ assumpti fuerunt, vt viderent transfigurationis claritatem, & agnoscerent quod non agnoscebant,& delectarentur in hoc sicut tres discipuli in hoc delectabantur.
Dicendum,quòd non videtur ista fuisse causa, quia Moyses, & Elias non veniebant ad videndum gloriã corporis Christi, quia ipsi veniebant quasi in simili gloria: nam dicitur Luc. 9. de Moyse, & Elia, q̃ visi sunt in maiestate, idest,habentes fulgorem,& apparatum aliquem gloriosum sicut Christus habuit, nõ ergo veniebant, vt gauderent de ostẽsione gloriæ Christi in transfiguratione. Item quia licet Elias, qui adhuc viuebat, poterat gaudere claritate vultus Christi: tamen Moyses non poterat gaudere videndo, quia Moyses defunctus erat,& ibi non erat nisi anima eius, quia tamen organicis operationibus non vtitur cum a corpore soluta sit,ideo non poterat anima Moysi videre claritatem vultus Christi, & consequenter neq; gaudere in ea nisi accipiatur videre pro intelligere,q̃ tunc magis gauderet assistens Christo transfigurato in monte Tabor, quã manens in lymbo sanctorum.
Dicendum igitur, quòd propter aliud venerant. Primo ad loquendum cum Christo:nam Luc.9. dicitur, q̃ loquebantur isti cum Christo de excessu quem facturus erat in Ierusalem, idest, de passione sua. Et hoc erat conueniens, quia discipuli ante hoc audierant a Christo,quòd passurus erat,& tamen non bene accipiebant verbum, vt patet præcedenti cap cum Petrus increpuerit Christum, quia dicebat se occidẽdum: ideo conueniens fuit, quòd isti duo assistentes Christo confirmarent sermonem eius loquendo de passione eius quam toleraturus erat in Ierusalem præsentibus discipulis illis tribus. Secundo fuit ad honorem Christi transfigurati, scilicet, vt non solum ipse transfiguraretur, sed etiam faceret præsentes sibi esse aliquos qui in simili gloria apparerent: nam dicitur Luc.9. quòd visi sunt in maiestate,& quicũque essent dum tamen essent viri excellentes de illis, qui non erant iam in hoc seculo,erat magnus honor Christo, quòd faceret illos ibi adesse. Tertio fuit ad testificationem transfigurationis, vt dicit Damascenus.
Sed dicetur quomodo isti testificati sunt de transfiguratione,cũ nunquam postea apparuerint in mundo ad testificandum de transfiguratione? Dicendum, quòd hic fuit duplex testificatio de transfiguratione, vel circa illam. Prima fuit, vt sciretur facta esse transfiguratio,scilicet, quòd illi, qui non viderant scirent, & quantum ad hoc soli tres discipuli testificati sunt; nam ante Christi resurrectionem tacuerunt,& postea illud annunciauerunt, sicut Christus eis dixit nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurgat infra in litera, Moyses, & Elias non testificati sunt ad hoc, quia non conuersati fuerunt postea in mundo prædicando aut apparendo alicui cui hoc annunciarent. Alia erat testificatio quantum ad personam Christi, qui transfigurabatur: nam voluit Christus ostendere,quòd ipse erat Deus, & Dominus cum sibi transfigurato faceret astare viros venerabiles de his,qui non erant in hoc seculo,& ista testificatio proderat immediate ad discipulos tres,qui astabant: nam videntes eum transfiguratum, & Moysen, & Eliam tanquam obsequentes ei, agnoscerent, quòd iste erat Dominus illorum, & sicut ipsa transfiguratio directe conferebat ad hoc, quòd discipuli tres agnoscerent potestatem,& magnitudinem Christi,qui talem gloriam in corpore suo ostendere poterat, ita & præsentia Moysi, & Eliæ quasi obsequentiam ei, ostendebat magnitudinem,& deitatem Christi, cũ tam venerabiles viri eo iubente astitissent ad ministrandum ei, qui erat princeps veteris testamenti. Patet etiam simile, quia q̃ũ Christus transfiguratus est, audita est vox patris,s. hic est filius meus dilectus, ipsũm audite,& hoc fuit ad ostendendũ,quis & quantus esset ille,qui transfigurabatur. Simile autẽ ostendebatur per præsentiã Moysi,& Eliæ:ideo attestabantur isti transfigurationi quantũ ad discipulos,qui aderant,proderat ẽt pro alijs qui non aderant:nã si isti tres discipuli annunciarent postea Christũ solum transfiguratũ, esset quidem aliquantæ gloriæ,& tã valde maioris glorię eũ arbitrarẽtur audientes hoc si annunciaretur eis, quòd Moyses, & Elias astiterant ei transfigurato quasi ministrantes ei, & ista testificatio fuit causa potissima.

Quare Christus in sua transfiguratione potius voluit habere Eliam, & Moysen quàm alios, & an esset conueniens, quòd isti adessent. Et quæ sit conuenientia Eliæ, ad Moysem. Quæst. LI.

QVAERETVR dato, quòd Christus vellet habere aliquos viros de illis,qui non erant in hoc seculo testes,

testes, vel attestãtes transfigurationi suæ, quare potius voluit habere Eliam, & Moysen quàm alios, & an fuit conueniens, quòd isti adessent.

Aliqui dicunt, quòd non debuerunt isti astare, sed omnes Prophetæ simul, quia isti astiterunt tanquam testes transfigurationis, & tamen de Christo non soli isti testimonium perhibent, sed etiam omnes Prophetæ. Actu. 10. Scilicet, cui omnes Prophetæ testimonium perhibent: ideo omnes debuerunt interesse, & non specialiter Moyses, & Elias.

Dicendum, quòd conueniens fuit istos duos interesse potius quàm alios. Et hoc primo propter excellentiam personalem, quia isti videntur fuisse excellentiores inter patres veteris testamenti: nam Moyses fecit multa miracula, quia dicitur Deuteronom. 34. quòd non surrexit vltra Propheta in Israel sicut Moyses in omnibus signis, & prodigijs. Elias etiam fuit potens in miraculis, ipse enim primus fuit, qui mortuum suscitauit, 3. Regum 17. ipse a coruis diuinitus quotidie longo tempore pastus est, eodem capitu. ipse ignem de cœlo descendere fecit super sacrificia, 3. Regum 18. Et super duos quinquagenarios, quarto Regum primo, & multa alia: ideo isti duo tanquam præcipui habiti sunt in veteri testamento, vt ergo ostenderetur magna Christi potestas, & dignitas, isti duo, qui maximi fuerunt in veteri testamento, astiterunt ei familiares in transfiguratione.

Secundo propter similitudinem istorum: nam nulli duo magis interesse conuenerunt, quàm Moyses, & Elias. Moyses enim quadraginta diebus sine cibo mansit. Exodi 32. & Deuteronom. 9. Et totidem diebus Elias: nam sumpto in cibo pane subcineritio ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, 3. Reg. decimonono: nulli autem alij in veteri testamento ieiunauerunt sic longo tempore sicut isti duo, & in hoc imitati sunt Christum, qui etiam quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit, supra quarto capitu. ideo potius isti assumpti sunt nunc quàm alij.

Tertio, & præcipue, quia ad transfigurationem testificandam nulli magis apti erant, quàm isti duo, eo quòd in transfiguratione apparuit claritas vultus Christi, & vestium, & tamen in istis apparuerat aliquid simile, & non in alijs patribus veteris testamenti: nam Moyses habuit aliquando faciem fulgentem sicut nunc Christus, scilicet, quando descendit de monte: nam erat facies eius cornuta ex consortio sermonis Domini. Exodi trigesimoquarto, Moyses etiam vidit sępe gloriam Domini: nam de nube, & nebula in qua ostendebatur gloria Domini, loquebatur Deus Moysi. Exodi trigesimotertio, & trigesimoquarto, & Numeri 12. Elias etiam vidit gloriam Dei in igne, & commotione, & spiritu auræ leuis, tertio Regum decimonono, quod aliquo modo pertinebat ad gloriam claritatis transfigurationis: ideo isti potius quàm alij assumpti sunt ad transfigurationem.

Quarto fuit, vt adduceret Christus secum principes totius status Iudæorum: nam fuit in veteri testamento lex, & prophetia: princeps legis fuit Moyses, princeps autem Prophetarum fuit Elias, & ob hoc Iudæi putabant Iesum esse Eliam præcedenti capitu. vt ergo ostendatur, quòd Iesus non sit aliquis horum, sed maior his adduxit eos tanquam ministrantes sibi. Sic dicit Chrysostomus, quia enim turbæ dicebant Iesum esse Eliam, aut Ieremiam, aut vnum ex Prophetis; capita Prophetarum secum ducit, vt saltem hinc videatur differẽtia seruorum, & Domini.

Quinto quia Christus vult tollere per hoc calumniam Iudæorum dicentium, quòd ipse soluebat legem, & Prophetas, ipse autem dicebat, quòd non soluebat, sed implere venerat: ideo assumpsit secum istos, qui legis, & Prophetarum capita erant. Sic dicit Chrysosto. scilicet, alia ratio est, quia continue Iudæi tanquam transgressorem legis, & blasphemum patris sibi gloriam vsurpantem, vt ostenderetur ab vtraque accusatione innoxius, eos qui in vtroque fulserunt in medium ducit, etenim Moyses legem dedit: Elias autem pro gloria Dei æmulator fuit.

Sexto quia Christus voluit se ostendere Dominum vitæ, & mortis: nam est princeps viuorum, & mortuorum, Apo. 1. Ideo deduxit testes transfigurationis suæ aliquem de mortuis, scilicet, Moysen, & aliquem de viuentibus, qui tamen non manebat inter homines, scilicet, Eliam. Sic dicit Chrysosto. alia ratio est, vt discant quoniam mortis, & vitæ potestatem habet; & propter hoc Moysen, qui morte defecerat, & Eliam, qui nondum mortem passus fuerat in medium ducit.

Septimo quia isti, qui astiterunt Christo transfigurato loquebantur, cum eo de passione sua in Ierusalem, Luc. 9. ideo inducti fuerunt illi, qui pro Deo ad mortem se exposuerunt, nihil formidantes Moyses enim Pharaoni se opposuit: Elias autem regi Acab. etiam Moyses Deo se opposuit, vt eum deleret de libro viuentium, ne vastaret populum. Erodi 32. isti enim conuenientes suadere poterant Christo de passione sua, cum ipsi se pro Deo exposuissent, quia tunc quis docendi, & admonendi auctoritatem habet, quando in se ostenderit exemplum virtutis, ad quam alios inducere nititur.

Octauo fuit, quia Christus dixerat Petro, & alijs discipulis, quòd ponerent animam suam pro eo, præcedenti capitu. vt autem magis suaderet, introduxit loquentes de passione eius illos, qui animam ponere non dubitauerant, vt eorum exempla, & gloriam sequi cuperent discipuli. Sic dicit Chrysosto. scilicet, aliam causam ipse euangelista reuelat, scilicet, monstrare crucis gloriam, & mitigare pœnam, & alios discipulos passionem timentes, loquebantur enim (vt alius Euangelista dicit) de excessu quem completurus erat in Ierusalem: vnde eos in medium ducit, qui se morti exposuerunt pro his, quæ Deo placebant, & pro plebe credentium, etenim tyrannis vterque se libere præsentauit. Moyses quidem Pharaoni: Elias autem Achab, ergo duxit propter hoc eos in medium: volebat enim, quòd discipuli priuilegia illorum zelarent, vt scilicet, fierent mansueti sicut Moyses, & zelantes sicut Elias. Nono fuit, vt Christus ostẽderet tam in lege quàm in Prophetis se prædicatum, & testimonia de eo haberi, & ideo assumpsit duos, qui in lege, & Prophetis duces erant. Sic dicit Hilarius, quòd Moyses, & Elias ex omnium Sanctorum numero assistunt, medium inter legem, & Prophetas Christus in regno est, cum his enim quibus testibus prædicatus est, iudicabit. Et idem dicit Origenes: siquis intelligit spiritualem legem conuenientem sermonibus Iesu, & in Prophetis absconditam Christi sapientiam, ille videt Moysen, & Eliam in gloria vna cum Iesu. Decimo (vt aliqui dicunt) fuit hoc, quia Scribis, & Pharisæis petentibus signum de cœlo dare noluit supra 12. & præcedenti capitu. voluit, vt ostenderetur non negasse hoc ex impotentia ostendere nunc signum de cœlo ducendo Eliam, & signum de profundo ducendo Moysen. Sic dicit Hieronymus considerandum est, quòd Scribis, & Pharisæis de cœlo signa poscentibus dare noluit, hic vero, vt Apostolorum augeat fidem, dat signum de cœlo Elia descendente quo conscenderat, & Moyse ab inferis resurgente, quòd & Achaz per Isaiam

præcipitur,

præcipitur, vt petat signum de inferno, vel de excelso. Sciendum etiam, quòd Moyses, & Elias valde conueniunt, quia Moyses ponitur, vt legislator: Elias autem, vt confirmator, scilicet, vt conuertat corda patrum ad filios, vt Deum secundum legem suam colant, vnde ambo simul ponuntur Malac. 4. Scilicet, mementote legis Moysi serui mei, & statim sequitur, ego mittam vobis Eliam Prophetam, qui conuertet corda patrum ad filios, &c. quasi ambo ad idem cooperentur, ipsi ergo potius simul quàm aliqui alij positi sunt assistere transfigurato Domino.

An vere astiterunt Moyses, & Elias Christo transfigurato. Quæst. LII.

QVAERETVR quomodo nunc astiterunt Moyses, & Elias Christo transfigurato. Aliqui dicunt, quòd non vere affuerunt, quia non fuit ibi corpus, vel anima alicuius eorum, sed fuit imago, vel effigies ipsorum. Sic dicit glossa quędam Lucæ 9. super illo verbo (Erant autem Moyses, & Elias) scilicet, sciendum inquit non corpus, vel animã Moysi, vel Eliæ sibi apparuisse, sed in subiecta creatura illa corpora fuisse formata. Potest etiam credi, vt Angelico mysterio hoc factum esset, quòd Angeli eorum personam assumerent.

Dicendum, quòd non stat, sed oportet dici, quòd vere fuerit hic Elias, & Moyses: nam si intelligatur solum per repræsentationem in subiecta creatura, sic in multis alijs dicetur, quòd non vere facta fuerint, sed per apparentiam quandam, sic tolleretur auctoritas, & certitudo sacræ scripturæ, hoc enim vult Hieronymus dicens, quòd Scribis, & Pharisæis signa poscentibus dare noluit, hic autem, vt Apostolorum augeat fidem, dat signum de cœlo Elia descendente quo conscenderat, & Moyse ab inferis resurgente, & tamen si esset sola effigies istorum non diceretur Elias descendere de cœlo, neque Moyses resurgere de inferis, ergo vere ipsi nunc astiterunt, & non sola effigies eorum.

Ad dictum Glossæ dicendum, quòd non est auctenticum, quia illa Glossa sumpta est ex libro, qui intitulatur de mirabilibus sacræ scripturæ, qui non est liber auctenticus, sed falso ascribitur Augustino.

Quomodo nunc Elias venit ad locum transfigurationis Christi. Et quare Elias in curru igneo raptus est. Quæst. LIII.

QVAERETVR quomodo nunc Elias venit ad locum transfigurationis. Dicendum, quòd Elias viuit adhuc, cum adhuc maneat, & venturus asseratur in vltimis diebus, & ideo viuens sicut solebat esse inter homines ductus est. Dicit autem Hieronymus, quòd de cœlo descendit, cum dicat in descensu Eliæ ostensum esse signum de cœlo, non ostenderetur tamen signum de cœlo, nisi ipse descenderet de cœlo.

Est tamen dicendum, quòd Elias non descendit de cœlo, quia non erat in cœlo: nam nihil mortale est in cœlo: Elias tamen adhuc mortalis est: ergo non erat in cœlo. Etiam scriptura non testatur eum esse in cœlo, licèt dicat eum raptum in cœlum, 4. Regum 2. quia cœlum vocatur regio excelsa aeris, creditur autem, quòd erat in Paradiso terrestri, qui est excelsus locus, & hoc est verisimile: nam Elias, & Enoch reseruantur simul viuentes ad prædicandum ante finem sæculi: Enoch tamen est in Paradiso terrestri. Ecclesiastici 44. Scilicet, Enoch placui Deo, & translatus est in Paradisum, ergo ibi credendum est fuisse Eliam, & de illo loco duceretur.

De modo veniendi credendum videtur, quòd ab aliquo Angelo portatus sit, sic enim Abacuc Propheta, qui adhuc mortalis erat, portatus est quasi subito ab Angelo de Iudæa in Chaldeam super lacum leonum, & iterum reductus est. Dani. 14.

Alij dicunt, quòd Elias ductus est nunc sicut prius ductus est, quando raptus est de terra: nam currus igneus, & equi ignei rapuerunt eum, 4. Regum 2.

Dicendum videtur, quòd non ductus sit in curru igneo, sed per Angelum: nam si venisset talis currus, & equi, vidissent eos discipuli, & tamen non viderunt quando venerint, neque quando recesserint, sed subito viderunt Eliam, & Moysen loquentes cum Christo, vt innuitur in litera, quia dicitur, & ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias, ergo nõ venit Elias in curru, sed ab Angelo portatus est, & quia Angelus est inuisibilis secundum substantiam suam non viderent eũ discipuli, sed subito viderent Eliam astantem Christo.

Cum autem dicitur de curru igneo. Dicendum, quòd nunc non fuit currus igneus, sed a principio fuit quando portatus est hinc, & hoc, vt videret Elisæus quomodo portabatur: nam petiuerat Elisæus duplicẽ spiritum Eliæ, & dixit Elias, rem difficilem postulasti, sed obtinebis, si videris me quãdo tollar a te, & vt Elisæus sciret, quòd obtinuerat spiritum duplicem concessum est ei, quòd videret Eliam quando rapiebatur, & ad hoc venit currus igneus, & equi ignei, qui tollerent eum, quia illos videre poterat Elisæus, & non videret Angelum, si tolleretur Elias ab Angelo. Etiam non erat modus tam honorabilis ad hoc, quòd tolleretur sicut in curru igneo, si videri deberet, nunc autem non erat opus, quòd videretur Elias veniens neq; recedens: ideo non venit in curru igneo, sed magis est probabile ab Angelo aliquo eum fuisse portatum.

Quomodo Moyses venerit, & qualiter ibi erat. Quæst. LIIII.

QVAERETVR de Moyse quomodo venerit, & qualiter ibi erat. Aliqui dicunt, quòd Moyses surrexit a mortuis: nam Moyses mortuus erat a longo tempore, ad hoc autem, quòd nunc adesset Christo, necesse erat quòd resurgeret. Et ita videtur dicere Hieronymus, ꝙ in transfiguratione Christus ostendit signum de cœlo descendente Elia quo conscenderat, & Moyse ab inferno resurgente.

Dicendum, quòd non surrexit Moyses, ita quòd anima eius resumeret corpus quod viuens habuerat, quia ista resurrectio non erat tunc necessaria, quia hic nihil facturus erat Moyses, nisi ꝙ appareret loquens cum Christo in monte Tabor, ad hoc autem sufficiebat, quòd appareret anima sua. Item quia si tunc resurgeret Moyses, cum nondum esset tempus resurrectionis, oporteret, quòd moreretur rursus, quia non erat rediturus ad viuẽdum inter homines, etiam non futurus erat viuens in lymbo sanctorum, quia ibi solę animæ sunt; ideo rursus moriturus esset, superuacuum ergo erat, quòd resurgeret statim moriturus cum ea, quæ facturus erat hic, ita poterat facere anima sola, sicut si ipse resurgeret.

Ideo dicendum, quòd non resumpsit corpus proprium quod erat resurgere, sed accepit animam Moysi aliquod corpus de aere in quo appareret, & loqueretur sicut faciunt Angeli quando apparent nobis, & hoc sufficiebat.

Sed obijcietur, quia si Moyses non surrexit, non fuisset hic Moyses cum Christo transfigurato, & tamen scriptura dicit, quòd ibi fuerit, ideo resurrexit. Nisi dicatur, quòd non fuit vere ibi, sed apparuit ibi

esse,

esse, & tunc erit inconueniens, quia de omnibus alijs, quæ scriptura asserit, poterimus dicere, quòd non vere acciderunt, sed videbatur, quòd acciderint, & hoc esset tollere omnem certitudinem scripturæ sacræ.

Secundo quia dato, quòd Moyses nunc resurgeret, & statim moreretur, non erat inconueniens, quia sic fuit de multis corporibus Sanctorum, quæ Christo resurgente surrexerunt, & apparuerunt multis infra 27. Et tamen illi Sancti illico mortui sunt: nam non manet nunc quisquam viuens in cœlo nisi Christus, & virgo mater eius (vt pie dici potest) cęteri autem resurgentium iterum mortui sunt, & tamen iterum surrexerunt: ideo sic Moyses nunc resurgeret, licet statim finita transfiguratione morituru[G] esset.

Dicendum, quòd non surrexit Moyses, sed solum accepit corpus de aere in quo anima sua loquebatur, sicut tenetur communiter.

Et ad primum dicendum, quòd licet non surrexerit, dicitur vere fuisse Moyses in transfiguratione, quia ibi fuit vere anima sua quam platonici vocant totum hominem: nam completam rationem speciei humanæ ponunt in anima, corpus autem aptant ei sicut organum adiunctum ad operationes, & ideo dicunt animam esse in corpore sicut est nauta in naui. Tenendo etiam secundum veritatem peripateticorum, quòd anima non sit totum, est tamen præcipuum hominis, vt dicitur 9. Ethi. & sic vbi anima est dicimus esse hominem, & ita consueuimus nunc vocare Petrum, & Paulum quando nominamus eos, & tamen non sunt Petrus, & Paulus, cum nondum surrexerint, sed vocamus Petrum, & Paulum ipsas animas Petri, & Pauli, ita igitur adueniente anima Moysi, dicebatur venire vere Moyses, & non erat apparentia sola, & sic manet scriptura in veritate.

Ad secundum dicendum, quòd poterat Moyses resurgere ad hanc transfigurationem, & illico mori, sed non est conueniens illud concedere sic factum. Et non est simile de corporibus Sanctorum, quæ surrexerunt. Primo quia de illis asserit scriptura, quòd surrexerint: ideo necesse est poni, quòd surrexerint, non tamen asserit de Moyse, quòd surrexit, sed quòd [I] fuit in transfiguratione, & tamen poterat astare Christo non resurgens: ideo non oportet asseri, quòd surrexerit.

Secundo quia est causa diuersitatis, quia illi sancti surrexerunt ad ostendendum veritatem resurrectionis Christi: ideo resurrecturi vere erant, vt sic ostenderetur potestas Christi resurgentis, qui non solus surrexit, sed etiã resurgens alios secum suscitabat: Moyses autem non veniebat ad ostendendum veritatem resurrectionis, sed solum, vt loqueretur Christo transfigurato, & attestaretur ei, vt ostensum est supra quod fieri poterat conuenienter etiam si non resurgeret: ideo non oportuit, quòd resurgeret.

Ad dictum Hieronymi asserentis surrexisse Moy- [K] sen de inferis. Dicendum, quòd non innuit Hieronymus, quòd Moyses surrexit resumpto proprio corpore, & ideo non dicit absolute, quòd resurrexit, sed quòd resurrexit ab inferis, & hoc est, quòd anima Moysi, quæ apud inferos tenebatur, scilicet, in sinu Abrahæ inde exierit, & venerit ad locũ in quo Christus transfiguratus est, Etiam patet, quòd ista sit intentio eius, quia dicit, quòd Christus fecit nunc signũ de excelso supra, & de profundo inferni, sicut Isaias dixerat ad Achaz, & tamen educendo animam Moysi de inferis apud quos erat, faciebat signum de profundo inferni: ideo nõ intendit Hieronymus aliquid plus innuere.

F Quomodo Moyses ad locum transfigurationis portatus fuerit aut venerit. Quæst. LV.

QVAERETVR tunc quomodo Moyses ad locũ transfigurationis portatus fuerit, aut venerit.

Dicendum, quòd anima Moysi manebat apud sinum Abraæ, & erat ibi spiritus purus, quia non habebat corpus aliquod adiunctum nec propriũ neq; extraneum, & quia non poterat apparere anima, quæ est spiritus, oculis mortalium nisi in corpore quanto, & colorato, accepit corpus de aere, quod an ipsa anima formare potuerit proprijs viribus, vel an Deo dante illud induerit non differt, & in illo corpore apparuit coram Christo, & tribus discipulis in monte Ta- [G] bor. De aduentu dicendum, quòd non oportuit, ꝙ ab aliquo portaretur, non enim erat sic de Moyse sicut de Elia, quia Elias homo erat viuens, & adhuc mortalis, vnde cum nondum haberet dotes glorię, vt posset subito per dotem agilitatis ire quo vellet, oportuit, quòd ab aliquo portaretur, scilicet, portaret eum aliquis Angelus sicut portauit Abacuc de Iudæa in Chaldæam, Dani. 14. & ita in prima vice portatus fuerat in curru igneo, 4. Regum 2. anima autem Moysi erat purus spiritus, & nullius grauitatis erat: ideo poterat subito ire quo vellet nisi impediretur a maiori potentia, vnde non egebat curru igneo aut equis, neque Angelo portitore, & ita est de qualibet anima, sicut dicit Gregor. dialogorum libro 4. anima vehi- [H] culo non indiget, & idem fuit de reditu postquam desierunt esse Moyse, & Elias cum Christo, quia Elias reduceretur ab aliquo Angelo in Paradisum terrestrem: anima autem Moysi nullo portitore egebat, vt rediret in sinum Abraæ. Et dicendum, quòd mox, vt desineret Moyses assistere Christo transfigurato dimitteret corpus aereũ, quod assumpsisset, & sola anima rediret ad lymbum sanctorum, quia corpus non erat sibi necessarium, sed solum ad apparendum coram Christo, & discipulis.

Quomodo sciuerunt discipuli Christi, quòd isti duo, qui venerant erant Moyses, & Elias. Quæst. LVI.

QVAERETVR quomodo sciuerũt discipuli Christi, quòd isti duo, qui venerant erant Moyses, & [I] Elias: nam nunquam viderant eos viuentes. Aliqui dicunt, ꝙ viderant sępe eorum effigies pictas, sicut nunc pinguntur sanctorum imagines, & inde agnouerunt fuisse illos, sicut Constantinus agnouit esse Petrum, & Paulum illos, qui sibi apparuerant per noctem, per imagines eorũ quas Siluester ei ostẽdit. Sed dicendum, quòd non stat. Primo quia apud Hebręos non erat vsus statuarum, & simulachrorum, cum Deus ista valde vetuisset, vt non esset Iudęis causa idolatrandi. Secundo & præcipue, quia etiam si tales essent pictæ imagines, non caperetur inde sufficiẽs cognitio defunctorum, ita vt Petrus indubitate au- [K] dere vocare illos Moysen, & Eliam, maxime quia adhuc temporibus illis non erat prouecta ars pictoria, vt plene vultum alicuius quisquã effigiare sciret, & inde erat quodlibet simulachrũ multum dissimile rei cuius erat, ita vt ex eo solo non posset sufficienter, & distincte agnosci res cuius erat. Dicendum ergo, quòd aliter cognitũ fuit, distincte enim discipuli tres cognouerunt Moysen, & Eliam esse illos, qui nunc astabant Christo, & hoc necessarium erat, quia isti conuenerant ad hoc, quòd attestarẽtur Christo transfigurato, & tamen testificatio sua nulla esset nisi agnoscerent, cum certitudo testificationis proueniat ex dignitate personarũ: ideo distincte cognoscere debuerũt illos discipuli, & ita fuit cũ Petrus vocauerit eos nominibus

suis

suis dicẽs faciamus tria tabernacula, Moysi vnum, [A] Eliæ vnum. Poterat autem vno modo ista cognitio esse ex reuelatione, quia forte Christus reuelauit discipulis, qui erant isti, quos videbant. Secundo, & melius poterat esse ex colloquiis, nam loquebanẽ Moyses, & Elias cum Christo, vt patet in litera, & ita forte Christus nominaret eos nominibus suis, quia cõditio alicuius locutionis forte hoc exigeret, vt vnus alterum nominaret, quia vnus alteri loqueretur, vel vnus de altero loqueretur Christo, & ita non dubitarent discipuli de eorum nominibus.

Quid loquebantur Moyses, & Elias cum Christo, & quare loquebantur cum eo. Quæst. LVII. [B]

QVAERETVR quid loquebãtur Moyses, & Elias cum Christo, nam hic & Marc. 9. dicitur, quòd loquebantur, & non dicitur quid loquerentur.

Dicendum, quòd forte multa loquebãtur per quæ ostenderent excellentiam Christi, nam ad hoc venerant, vt testificarentur de Christo coram discipulis, ideo tam in verbo, quam in opere multa ostenderẽt, per quæ appareret excellentia Christi, pręcipuum tamen quod loquebantur erat de passione Christi, nã dicitur Luc. 9. dicebant excessum eius quem completurus erat in Ierusalem, & iste excessus erat passio, qa ex excessu charitatis voluit pati pro nobis, vel vocatur excessus. i. recessus, quia de hoc mũdo recessurus erat per mortem, quam pateretur in Ierusalem.

Quare locuti sunt Moyses, & Elias. Et quod verba magis exprimunt, quam sola rerum ostensio. Quæst. LVIII.

QVAERETVR, quare locuti sunt Moyses, & Elias.

Dicendum, quòd locutio eorum erat valde conueniens, nam ad hoc præcipue erat eorum assistentia ad Christum transfiguratum, vt loquerẽtur, nã si nõ loquerẽtur nõ appareret quid testificarentur de Christo, nam sicut vox patris, quæ audita est fuit ad hoc, vt agnosceretur Christi excellentia, ita & assistẽtia Moysi, & Eliæ. & tamen nesciretur quid testifica- [D] bantur Moyses, & Elias de illo si non loquerentur, iõ debuerunt loqui. Primo, quia forte non agnoscerentur, nisi loquerentur, & tamen auctoritas testificationis erat ex personarum dignitate, ideo debuerunt agnosci a discipulis, & sic debuerunt loqui, vt sic agnoscerentur. Secundo, quia dato, quòd agnoscerentur personæ eorum, & assisterent Christo honorando eum, non esset tam determinatum testimonium, nisi aliquid loquerẽtur, quia verba magis exprimunt, quã sola rerum ostensio, nam si non loquentes assisterent Christo, & ex habitu corporis, & inclinatione aliqua agnoscerentur venerantes eum, nesciretur tamen quid aut quantum testificabantur de eo, ideo loqui debuerunt, vt sic determinate appareret quid de Christo dicerent. Tertio fuit, & specialiter, vt loquerentur Christo de passione sua. nam hoc Luc. 9. capitulo, exprimitur quòd loquerentur ei, conueniens enim erat hoc saltem propter discipulos, quia Christus dixerat eis, quòd passurus erat in Ierusalem, & illi non recipiebant hoc, ita vt Petrus increparet Christum dicentem hęc, præcedenti capitulo, ideo vt saltem nunc crederent, & non putarent, quòd Christus loquebatur alia intentione, apparuerunt nunc isti duo prophetæ loquentes de Christi passione, nam illis crederent discipuli, quia prophetis, & legi adhibebatur fides necessaria apud Iudęos. Quarto fuit, quia forte isti duo prophetæ loquebantur hęc, quasi consolantes Chri- [C] stum, quòd licet hęc dura forent, dignaretur illa pati pro redemptione humana, sic dicitur Lucę, capitulo vigesimosecundo, quòd instante tempore passionis cum oraret Christus factus est in agonia, & cum prolixius oraret, factus est sudor eius tanquam guttę sanguinis decurrentis in terram, & apparuit angelus de cœlo confortans eum. Quinto fuit, vt ostenderetur, quòd ad gloriam beatorum non peruenietur, nisi per varias passiones, hoc conueniens erat, nam nunc Christus in corpore suo ostendebat imaginẽ gloriæ beatorum, & quia ad illam non peruenitur, nisi per passiones, fuit conueniens, quòd tunc sibi diceretur de passione, quando ista gloria in corpore eius apparebat, tam enim Christus, quam nos non peruenimus ad gloriam sine angustiis. De Christo patet Lucę vigesimoquarto capitulo, cũ ipse dixit discipulis, oportebat Christũ pati, & sic intrare in gloriam suam. De nobis patet Actu. decimoquarto, per multas tribulationes, oportet nos intrare in regnum Dei. Sexto fuit vt per hoc ostenderentur discipuli ad ponendũ animam suam pro Christo. dixerat enim Christus eis pcedenti capitulo, quòd qui perderet animam suã inueniret eam, & qui saluam facere vellet hic, perderet eam in vita ęterna, vt autem ipsi viderent, ꝙ oportebat hoc fieri, apparuerunt Moyses, & Elias dicentes nunc de passione Christi, vt sic discipuli intelligant, quòd si Christus qui erat naturalis filius Dei patris vnigenitus non erat assecuturus gloriam corporis sui, cu- [C] ius effigiem, nunc ostendebat, nisi per passionẽ, a fortiori ipsi qui serui erant non attingerent illam, nisi ponerent hic animas suas, iuxta illud Lucę vigesimotertio capitulo, si in viridi ligno hoc faciunt, in arido qd fiet? idest si ille qui innocens est talia patitur, quid patientur qui peccatores sunt? & hoc innuitur, quia verba ista de passione magis dirigebant Elias, & Moyses ad discipulos, quam ad Christum, quia dicitur Lucæ nono, Moyses, & Elias visi sunt in maiestate, & dicebant excessum eius quem completurus erat in Ierusalem, & sic non dicitur, ꝙ dicebant ei excessum, sed dicebant excessum eius, quasi illum excessum coram discipulis referrent Moyses, & Elias.

Quare Petrus locutus est nunc ad Christum. Quæst. LIX. [D]

QVAERETVR quare Petrus locutus est nunc ad Christum.

Aliqui dicunt, quòd Christus quæsiuerat aliquid ab eo, & ad illud Petrus debuit loqui, & patet, quia dr̃ & respondens Petrus ait.

Dicendum, quòd Christus nihil dixerat hic Petro, vt colligitur ex locutione omnium euangelistarum, & etiam ex modo verborum Petri, nam non erant verba sua talia, quæ possent esse responsio ad aliqua verba Christi, sed potius locutus est hoc ex aliquo pauore mentis, vt innuitur. Mar. 9. nam dicitur ibi, quòd [E] nesciebat quid diceret, dicitur tamen hic, & Mar. 9. ꝙ Petrus respondit hoc. i. dixit, quia accipitur rn̄dere, ꝙ dicere, vt patet Marc. 11. qñ dr̃, ꝙ Christus rn̄dit ficulneę, & tn̄ non poterat rn̄dere ei cum ficulnea non potuisset prius loqui. Et hoc patet, quia licet Matthęus, & Marcus dicãt, ꝙ respondit Petrus, Lucas nõ dicit, ꝙ respondit, sed ꝙ locutus est, quasi nulli rn̄deret.

Dicendum igitur, ꝙ Petrus nunc voluit peterea Christo, ꝙ manerent hic, eo ꝙ locus iste, & visio hęc delectabilis erat, vel ex aliis causis, vt dicet infra, ideo locutus est petens hoc, & patet, quia dixit: domine bonum est nos hic esse.

Quare potius Petrus, quam alius locutus est. Quæst. LX.

QVAERETVR quare potius Petrus, quam alius locutus est.

Dici potest. Primo, quòd Petrus locutus est hic exprimens desiderium suum de manendo in loco illo. forte autem desiderium illud non inciderat animo Iacobi, & Ioannis, ideo Petrus solus locutus est. Secũdo, quia Petrus erat feruentior, & confidentior apud Christum, & sic licet oẽs tres concepissent desideriũ de manendo ibi, illi non ausi sunt petere hoc nunc a Chrõ quem in tanta maiestate videbant: Petrus autẽ ausus est. Sic dicit Hiero. ꝙ Petrus vbique feruentior inuenitur. Et Chry. dicit hic, quid aũt feruidus Petrus dixerit subditur. si ñ dens aũt Petrus dixit, &c. & hoc verisimilius est, quia non est satis putandũ, ꝙ Iacobus, & Ioannes non desiderauerint manere in tanta dulcedine, quantam nunquam experti fuerant in hac vita, nec putabant se posse experiri, sed non ausi fuerint petere, sicut Petrus. Tertio, quia illi petere volebant, ꝙ ibi manerent, Petrus tñ erat prẽuolans nimis, & præoccupauit loqui, & ideo non locuti fuerunt postea Iacobus, & Ioannes. quia sũfficiebat vnum fuisse locutum. Quarto, quia forte oẽs tres desiderantes hoc petere volebant illud, & tamen conuenerunt inter se ꝙ vnus loqueretur pro omnibus, & ita Petrus locutus est. Sed istud minus est verisimile, q̃ præcedentia, quia conuenire, ꝙ vnus pro oĩbus loqueretur erat eorum qui fuę mentis erant, & sciebant quid peterent, & tñ isti tres erant simul timore conterriti Marc. 9. & Petrus loquebatur hoc nesciens quid diceret. eo. c. iõ non conuenerant simul, ꝙ Petrus loqueretur pro oĩbus, sed occurrit Petro hęc dicere, siue ex timore, siue ex desiderio, aut ex alis causis.

Quare dixit Petrus bonum est nos hic esse. Quæst. LXI.

QVAERETVR quare dixit Petrus bonum est nos hic esse.

Dicendum, ꝙ primo fuit, quia Petrus degustauerat ibi tantam dulcedinẽ in visione claritatis gloriosę Christi. ꝙ cupiebat nunquam deficere illam visionem, nunq̃. n. putabat, ꝙ posset in hac vita aliquid iocundius videre, & quia si inde recederent forte non continuaretur illa delectatio, vel saltẽ ad modicum tp̃s interrumperetur dum illinc se trãsferrent, optauit, ꝙ nunquam inde recederent. Sic dicit Beda. si. n. transfigurata Christi humanitate duorumque sanctorum ad pũctum visa societas delectat, vt eos ne discedant in obsequia Petrus sistere velit, quanta erit felicitas visionis deitatis inter choros angelorum adesse perpetuo? Secundo fuit, quia dixerat Christus pręce. c. ꝙ aliqui non gustata morte viderẽt filium hoĩs venientem in regno suo, cum autẽ Petrus vidisset Christum transfiguratum, putauit ibi cępisse regnum eius, ideo nolebat, ꝙ de loco illo descenderent arbitratus montem illum esse conuenientem locum ad regnandum. Sic dicit Cyrillus, extimabat, n. forsan Petrus imminere tempus regni Dei, & iõ approbabat montis incolatum. Tertio fuit, quia Petrus audierat a Christo, ꝙ passurus esset in Ierusalẽ pręc. c. & nunc quoque Moyses, & Elias loquebantur de excessu quem completurus erat in Ierusalem. Luc. 9. Petrus autem desiderans, ꝙ non occideretur Christus volebat eum detinere ne iret in Ierusalem, & ad hoc volebat, ꝙ manerent semper in monte illo, & ita indirecte dicebat Christo ne iret in Ierusalem, nã aperte dicere non audebat, ne increparetur, sicut pręced. cap.

F Sic dicit Chry. quia. n. audiuit, ꝙ oportet eum Ierosolymam ire, adhuc timet pro Christo, sed post increpationẽ non audet rursus dicere propitius esto tibi dñe: sed idem occulte per alia signa insinuat dicens: domine bonum est nos hic esse, cogitauit. n. ꝙ si hoc fieret non ascenderet Ierosolymam, & si non ascẽderet nõ moreretur, ibi. n. sciebat scribas insidiari ei. Quarto (vt aliqui dicũt) Petrus dixit hoc sine causa vlla, sed quia occurrit sibi turbato aĩo talia dicere, sic dr̃ Marc. 9. & Luc. 9 ꝙ nesciebat quid diceret.

Dicendum tamen, ꝙ non dixit hoc prorsus turbato animo Petrus, & nihil considerans, neque hoc desiderans, quod petebat, sed vere hoc desiderabat. & tñ hoc petendo errauit in multis, quia non debuisset taliter petere. Sic dicit Beda, & si enim præ stupore humanæ fragilitatis, nesciat quid dicat. insiti tamen sibi dat affectus indicium, in quo autem errauerit Petrus dicetur infra.

Quare Petrus dixit, quòd facerent tabernacula. Quæst. LXII.

QVAERETVR quare dixit Petrus, ꝙ facerẽt tabernacula.

Dicendum, ꝙ Petrus volebat, ꝙ manerent in monte illo semper, nam tanta erat delectatio visionis, ꝙ in ęternum voluerat manere in ea, etiam vt nunquam esset locus Christo eundi in Ierusalem, ne aliq̃s occideret, & ad hoc conueniens ei videbatur, ꝙ essent tabernacula in quibus manerent, quia non erat mansio pauci temporis, sed diuturna. Sed dicetur quomodo Petrus hoc dixit, quia videtur esse inconueniens, quia si in tali gloria mansuri erant. non egebant domibus, quia gloria aufert omnem miseriam, & inopiam.

Item si domibus egerent in illa gloriosa visione, ẽt egerent cibis, & potibus, quæ magis sunt necessaria ad vitam, q̃ domus, Eccl. 29. & tñ de cibis Petrus nihil loquebatur, quorum procuratio nimiæ occupationis, & laboris plena erat. Item cum Petrus veller, ꝙ fabricarentur tabernacula, aut volebat diuino opere fieri, aut humano. Si diuino non erat opus fieri, quia Deus qui domos illas miraculose fabricaturus esset, posset sine domibus defendere ab omni importunitate temporis, ita vt domibus non egerent, sicut nec in paradiso terrestri domus aliquæ fuerunt. Si aũt opere humano fabricandę erant domus, requirebatur nimius labor, & expensæ, & non poterat latere hoc bonum, q̃d Petrus latere volebat, & etiam interrumperetur sępe propter labores corporales.

Aliqui dicunt ad secundum horum, ꝙ Petrus nihil de cibis locutus est, eo ꝙ Christus miraculose, puidere poterat, sicut bis saturauerat turbas 14. & 15. c. & spem iusserat discipulos habere ne affligerentur ꝓ defectu ciborum, cum ipse posset prouidere pręce. c. vbi arguit eos, quia dixerunt, panes non habemus, ẽt erat ibi Moyses, cuius tempore toti populo Iudæorũ manna per 40. annos datum est in deserto. Exo. 16. & Deute. 8. poterat nunc sic dare pręsente Moyse. Sed non stat, quia si Petrus ad diuinum opus circa ciborũ prouisionem recurreret, idem faceret circa domorũ fabricationem in quibus esset nimia difficultas, & tamen non recurrit ad opus diuinum, ideo neque etiã in cibis expectabat a Deo prouisionem. Sed dicendũ, ꝙ Petrus dixit hoc inconuenienter, & tamen non respiciebat quid diceret, & ita non est mirum multa inconuenientia sequi ad dictum eius, quia imprudenter loquebatur, sic dicitur Marc. 9. quòd nesciebat quid diceret.

An

An Petrus volebat illa tabernacula fieri miraculose, vel labore humano. Quæst. LXIII.

QVAERETVR cum desiderium Petri esset, quòd fierẽt tabernacula, an volebat illa fieri miraculose, vel labore humano.

Dicendum, quòd voluit, quòd fabricarẽtur opere humano, nam dixit faciamus hic tria tabernacula. Si autem petereet, quòd Deus illa faceret, petereet a Christo, quòd illa faceret dicẽs: domine fac hic tabernacula. putabat ergo Petrus, quòd ipse, & socii sui labores subirent ędificationis huius. Sic dicit Ambro. super Lucam, Petrus autem nõ solũ affectu, sed etiam factorum deuotione pręstantior ad ędificãda tabernacula tria impiger operarius communis obsequii ministerium pollicetur.

Sed dicetur quomodo poterat hoc fieri? quia Petrus volebat, quòd manerent in monte illo, vt nunq̃ cessaret illa delectatio visionis, & tamen ipsemet contraria petebat, quia labores corporales ędificationis interrumperent illam visionem. Item quia si corporaliter ędificationi insistendum esset, multorum dierum esset occupatio, & fieret res manifesta, quia interim multi conuenirent ad montem, & viderent q̃d ibi fieret, & non lateret res. volebat tamen Petrus, ꝙ ipsi cum Christo manerent semper, nunquam ab aliquo turbati circa illam suauitatem visionis. Itẽ quia etiam si possent subito tabernacula illa fieri, in quib̃ manerent, tamen non poterant in monte diu manere in tabernaculis illis, quia multi illuc confluerent cũ sit mons ille Tabor circa regionem habitatam, nam per quatuor milliaria distat ab vrbe Nazareth, scilicet per duas leucas versus orientem Nazareth, & per totidem leucas distat ab vrbe Naym existente ad australe latus montis, vt patet in libro de situ terræ Sanctę, & est illa ciuitas Naym, in qua Christus suscitauit filium viduę. Luc. 7 & ita isti turbarent quietem Christi, & discipulorum.

Dicendum sicut supra, quòd Petrus inconsiderate hoc dixit, & ideo non mirum, ꝙ multa inconuenientia sequantur ad dictum eius.

Quare Petrus dixit, quod fierent tria tabernacula. Quæst. LXIIII.

QVAERETVR quare Petrus dixit, quòd fierent tria tabernacula.

Dicendum, ꝙ litera exprimit causam. s. tibi vnum, Moysi vnum, Eliæ vnum. Sed tunc diceret ad quid volebat, quòd fierent tria tabernacula pro his, q̃a melius fierent pro omnibus vnum tabernaculum. nam Moyses, & Elias serui Christi erant, ideo nõ debebãt recipere tabernacula distincta, sed in eodem morarẽtur serui cum dño. Item quia Christus erat in maiestate, & videre illum sic manentem erat gloria quædam quã Petrus cupiebat, & tñ si manerent Elias, & Moyses in alio tabernaculo, non viderent semper gloriam Christi, vnde inconuenienter distribuebat tabernacula.

Dicendum, quòd Petrus considerauit, quòd licet Moyses, & Elias essent minores Christo, & velut serui eius, tamen nunquam fuerant cum eo familiariter conuersati, sicut discipuli, ideo dedit eis diuersa domicilia a Christo.

Sed dicendum, ꝙ Petrus inconsiderate dixit hunc sermonem, quia si tabernaculum aliquod construendum esset, vnũ esset futurum pro oĩbus, & tñ occurrit Petro sic loqui. Sed dicet̃ cũ Petrus distinxisset tabernacula pro aliis, cur de seipsis. i. de tribus discipulis tacuit nullum tabernaculum eis assignans?

Dicendum, ꝙ Petrus volebat manere cum Christo, & ẽt socii sui pp duo. Primo, quia semper cũ eo manere solti erant, quia ẽt serui eius, & ita nunc mãsuri erant cũ eo. Secundo, quia volebãt ipsi semp frui visione claritatis Christi, iõ manendum erat eis in eadẽ domo cum Christo, & quantum ad hoc recte Petrus dixit, nam si aliquod tabernaculũ Christo faciendum esset, ipsi deberent manere cum eo sub eodem tecto, tam pp dicta, q̃ vt Christus non maneret incomitatus. Sed dicetur ad quid Petrus voluit fieri Moysi vnum tabernaculum, & Elię vnum, quia sufficiebat idem tabernaculum ambobus?

Dicendum, quòd consideauit forte, quòd Elias, & Moyses, nunquam duxerant vitam familiarẽ, quia non fuerunt sub eodem tempore, sed multo prius Moyses, quam Elias, & tamẽ idem tabernaculum est pro illis qui familiarem vitam habent. Secundo, quia Moyses, & Elias erant non adinuicem subiecti, ideo cuilibet dedit vnam domum, vt non videretur vnus alteri subiectus. hęc autem omnia Petrus inconsiderate voluit, & tamen postea factum est in eodem monte id quod Petrus voluit, licet non sicut ipse voluit. nam tria claustra monachorum facta fuerunt ibi quæ diu manserunt, sed postea omnia corruerunt, vt ait frater Brocardus Theutonicus libro suo de situ terræ Sanctę.

Quare non astiterunt angeli Christo in eius transfiguratione sicut astiterunt Moyses, & Elias. Et quare istis testibus opus fuit. Quæst. LXV.

QVAERETVR quare non astiterunt angeli Christo in hac transfiguratione, sicut astiterunt Moyses, & Elias. nam videtur, quòd potius debuissent astare angeli, quia nunc Christus inducebat istos in testes transfigurationis. nemo autem testificatur de eis, quæ ignorat, & tamen tempore trãsfigurationis Christi, nemo sciebat qualis erat gloria beatorum, cum nullus adhuc hominum introisset in vitam ęternam, ergo nulli scirent testificari conuenienter de transfiguratione, nisi angeli. Secundo, quia Christus pręcedenti capitu. quando promisit se ostensurum gloriam istam, locutus est de angelis dicens. filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis: ergo angeli adesse debuerunt.

Dicendum, ꝙ non fuit opus nunc interesse angelos transfigurationi, quia Christus nolebat ostendere, nisi gloriam corporis sui. i. claritatem, sed istam sufficienter ostendere poterat non assistentibus angelis, ideo non fuit opus, ꝙ adessent angeli, sed potius debuerunt interesse prophetæ.

Ad primum dicendum, ꝙ homines poterant testificari in transfiguratione nunc melius, quam angeli. Et quando dicitur, quòd soli angeli sciebant, qualis erat gloria beatorum, quia soli eam viderant. Dicendum, quòd gloria beatorum in anima consistit pręcipue, & istam gloriam nemo vnquam viderat, nisi angeli, & tamen Christus nunc nõ ostendebat imaginem gloriæ aĩarum, sed corporum, cum ostenderit claritatẽ solam in corpore, quæ pertinet ad gloriam corporis, & de hac sufficienter poterant homines testificari, nam gloriam animæ licet Christus haberet, tamen ostendere non poterat, cum non sit bonum sensibile, & tamen discipuli, qui aderant, sola sensibilia pro tunc poterant cognoscere, ideo frustra erat eis testari de gloria animę Christi, q̃a cũ nihil videre possent de ea, esset solũ credere respectu illius, & ad hoc non esset necessaria aliqua transfiguratio, sed solum ꝙ assereret se habere animam gloriosam, ideo de hac gloria Christus, nec fecit ostensionem aliq̃, nec quidquã

locutus est. vnde nec fuerunt Angeli necessarii in testes, qui nouerant gloriam beatorum qualis esset. Ad testificationem autem glorię corporis Christi non fuit opus Angelos adesse, quia nõ erant conueniẽtes testes: nam testes transfigurationis erant aliqui, & alii testes Christi transfigurati. Primi erant illi, qui testificaturi erãt coram hominibus, quòd Christus trãsfiguratus fuerat: hoc conueniebat tribus discipulis, qui interfuerunt: nam post resurrectionem Christi, prædicauerunt illum transfiguratum, vt ipse dixit in litera. ad hoc non erant angeli conuenientes testes, quia ipsi non conuersantur inter homines, neque veniunt vnquam ad prędicandum. Testes Christi transfigurati erant Moyses, & Elias qui attestabantur Christo dum transfiguratus erat: ostendentes verbo, & opere coram discipulis tribus, quòd Christus erat dominus, & denunciabant ea, quę passurus erat, & istud erat firmius testimonium, quam angelorum, quia Iudęi magis credunt sacris scripturis, quam cuicunque alteri probationi, quia in scripturis putant se vitam ęternam habere, vt Christus dixit eis Ioã. 5. & tamen scripturę erant a Moyse, & prophetis, ideo firmius erat testimonium nunc Moysi, & Eliæ, quam angelorum, vnde non debuerunt interesse angeli.

Ad secundum dicendum, quòd ibi locutus fuit Christus de aduentu ad iudiciũ, & tunc veniet in maiestate sua cum angelis, vt patet infra vigesimoquarto capitulo. Et patet, quia prędcedenti capitulo, Christus dixerat, quòd qui poneret animam suam perdendo illam inueniret eam in vita ęterna, & ad ostendendum hoc dixit, filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera sua, & tamen reddere vnicuiq; non contingit vsque ad diem iudicii, vel post mortem singulorum, ideo de die iudicii locutus est, & verum est, quòd tunc veniet cum angelis suis. ad probandum tamen, ꝙ hoc facere poterat, & ostendendũ qualis erat gloria, quam ostensurus erat, quando iudicaret, voluit nunc transfigurari, vt imaginem illius glorię manifestaret, de qua eod. c. dicitur. sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem, donec videant filiũ hominis venientem in regno suo, & tamen ibi nihil dixit de angelis, ideo nec oportuit nunc in transfiguratione assistere angelos.

De consecr. di. 3. c. fi.

Adhuc eo loquẽte: ecce nubes lucida obũbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens: hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacui: ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerũt valde. Et accessit Iesus, & tetigit eos: dixitq; eis. Surgite, & nolite timere. Leuãtes autem oculos suos neminem viderunt, nisi solũ Iesum. Et descendentibus illis de monte præcepit Iesus dicens. Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurgat.

Mar. 9.

Diuina testificatio de Christo transfigurato.

Adhuc eo loquente. Hic ponitur diuina testificatio de Christo transfigurato, quæ fuit per ostensionem paternę vocis cum dicitur. *Adhuc eo loquente.* Idest cũ Petrus diceret Christo bonum est nos hic esse. forte enim non finierat Petrus verbum suum volens aliquid alterum subiungere, & nubes operiens eos tetigit ipsos: coegirque sermones intercipi.

Ecce nubes lucida obumbrauit eos. Idest operuit omnes tam Christum, quam discipulos: descendit enim ista nubes iuxta terram, ita vt videretur inuoluere discipulos, sicut vestimentum. *Et ecce vox de nube.* Idest audita est quędam vox, quæ formabatur in nube. *Dicens.* Scilicet qui formabat vocem dicebat. *Hic est filius meus.* In quo innuitur, quòd erat vox patris, quia nemo poterat vocare Christi filium, nisi diuinus pater. *Dilectus.* Ipsum enim diligit super omnia, quia consubstantialis sibi est, etiam Christus, inquantum erat homo dilectus a tota deitate super omnia, quia plus bonitatis, & perfectionis Deus contulit animæ Christi, quam omnibus hominibus simul, nã sibi datus est spiritus, & non ad mensuram. Io. 3. & de plenitudine eius nos omnes accepimus. Ioann. 1. ideo licet Deus diligat omnia plus tamen filium suum. *In quo mihi complacui.* Idest de quo mihi placet, vel in quo impletur propositum voluntatis meæ, quia Christus homo tolerauit omnia, quæ beata deitas instituit necessaria fore ad salutem nostram. *Ipsum audite.* i. obedite ei in omnibus, quæ dixerit sicut mihi. *Et audientes discipuli.* Scilicet tres, & non dicitur de Elia, & Moyse, quia illi non ceciderunt super facies suas, sicut discipuli. *Ceciderunt in faciem suam.* i. super faciem non potentes se continere audita voce diuina. *Et timuerunt valde.* Quia vox fuit eis terribilis, ita vt coegisset eos cadere super faciem. *Et accessit, & tetigit eos.* s. tres discipulos, qui ceciderant super facies suas. *Dixitque eis surgite.* Vox confortatiua erat. *Et nolite timere.* Docet eos confidere, quasi nihil malum esset, de quo timere deberent, sic dixit eis, quando apparuit ambulans super aquas, ego sum nolite timere, supra 14. *Leuantes autem oculos suos.* scilicet quia corruerant super facies, & ita nihil poterant videre, nunc autem oculos leuauerunt, vt viderent quomodo erat, vel quid erat, quod turbauerat eos, vel si forte corruerant in faciẽ Elias, & Moyses, sicut ipsi. *Neminem viderunt, nisi solum Iesum.* Quia iam Elias, & Moyses recesserant, etiam non viderunt an esset ibi aliquis, qui vocem illam formasset.

Et descendentibus illis de monte. Scilicet immediate post vocem istam surrexerunt, & descendebant cum Christo de monte Tabor, in quo fuerat transfiguratio, nam quando audita est vox cessauit transfiguratio, & rediit status corporis Christi, vt prius erat, ideo non fuit iam causa manendi amplius in monte illo, sed descendebat Christus cum illis, vt rediret ad alios discipulos quos reliquerat. *Præcepit Iesus.* Ideo obligabantur isti tres discipuli ad tacendum, quia erat hoc præceptum. *Nemini dixeritis visionem.* Idest quòd vidistis me transfiguratum, scilicet nec dicatis, qualis erã transfiguratus, neque etiam, quòd fuerim transfiguratus. *Donec filius hominis.* Idest ego, quia se vocat filium hominis, vt supra nono, & decimo, & vndecimo, & duodecimo, & præcedenti c. *A mortuis resurgat.* Idest post resurrectionem licebit vobis dicere, sed non prius.

Quis fuit ordo istorum, quæ referuntur circa transfigurationem. Et quod discipuli non viderunt quando Christus transfigurari cœpit. Quæst. LXVI.

QVAERETVR quis fuit ordo istorum, quę referuntur circa transfigurationem.

Dicendum, ꝙ fuit sic, ꝙ Christus dixerat p̃ced. c. sunt quidam de hic stantibus qui non gustabũt mortem, donec videant filium hoĩs venientem in regno suo, qd̃ intelligebatur de visione transfigurationis, & tunc post dies sex, postquam dixerat illa verba acceperat secũ istos tres discipulos, & venit in montem Tabor, & ibi cępit orare, & dum ille oraret, cõtigit illos grauari somno, & dormientibus illis coram

Christo mutatus est vultus eius, & vestes ad falgorẽ solis, & candorẽ niuis, & venerunt Moyses, & Elias, & cęperunt loqui cum Christo, interim aũt euigilauerunt tres illi discipuli, & viderunt iam Christũ trãsfiguratum, & Moysen, & Eliam cum eo loquẽtes, sed non viderunt qũ Christus cępit transfigurari, neq; qũ venit Moyses, & Elias, & tunc perseuerauerunt quãdiu durauit in illa visione gloriosa, vt gauderent valde corda discipulorum & tunc nubes operuit illos, & audita est vox, & recesserunt Moyses, & Elias, & Petrus dixit Christo, domine bonum est nos hic esse, hęc colliguntur magis Luc. 9. vbi seriosius enarrantur, scilicet factum est post verba hęc dies octo. i. post illa, sũt quidam de hic stantibus, &c. & assumpsit Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & ascendit in montem, vt oraret, & sic innuitur, ꝙ primum, quod fecit Christus in mõte fuit orare, & sequitur. facta est dum oraret species vultus eius altera, & vestitus eius albus refulgẽs, & ecce duo viri loquebantur cum illo. erant aũt Moyses, & Elias, & dicebant excessum eius quem completurus erat in Ierusalem, & sequitur, Petrus aũt, & qui cum eo erant grauati erant somno, & euigilantes viderunt maiestatem eius, & duos viros loquentes cũ eo, & sic innuitur, ꝙ antequam ipsi euigilarent, erat Christus transfiguratus, & Moyses, & Elias erant iam cum eo, cum mox, vt euigilauerunt viderunt hęc, etiã apparet, ꝙ non transfiguratus fuit Christus antequam illi dormirent, neque venerunt Elias, & Moyses, quia tunc non potuissent grauari somno in prętentia tantę delectationis quanta erat in illa visione, quia ista est conditio magnę delectationis, ꝙ trahit totum hominem ad se, & non potest diuertere ad aliquid aliud, dum illam delectationem experitur, & per hoc iudicatur aliqua delectatio parua, quando in præsentia eius possumus diuertere ad aliquid alterum, sicut dicitur 10. Et hi, ꝙ non sunt boni agonistę, qũ videns quis agonizantes eos potest comedere legumina. Itẽ, quia si aliquam dormire inciperent vidissent Christũ transfiguratum, & Moysen, & Eliam non diceretur, ꝙ euigilantes de somno viderunt Christum in maiestate, & Eliam, & Moysen, cum iam vidissent eos. ergo tunc nouiter videre cęperunt, quando euigilauerunt.

Quare discipuli dormiebant, quando Christus cœpit transfigurari. Et an fuerit in eis verus sopor. Quæst. LXVII.

QVAERETVR quare discipuli dormiebãt, quãdo Christus cępit transfigurari.

Dicendum, quòd primo fuit forte propter laborem, nã labor cogit ad soporem, & forte nimis laborauerant discipuli isti antequam venirent ad montẽ, ideo mox, vt in monte cęperunt quieti manere Christo iam orante, sopor tenuit eos. Secundo, quia forte oratio Christi fuit longa, & ipsi, qui adhuc infirmi erant, non possent tam prolixe orare, contigit eos soporari, quia prompti erant ad soporem cum quieti manentes nihil agerent, sic enim isti tres discipuli iterum dormierunt, dum Christus oraret propinquus passioni infra 26. & Marc. 14. & ita videtur, quòd ista oratio fuerit prolixa. nam solebat Christus, quando sequestratus erat a turba prolixe orare, vt Lu. 6. dr̃, ꝙ quadam die ascendit in montẽ ad orandũ, & erat p̃noctans in or̃one Dei, i. tota nocte manens in or̃one, & qũ iterũ eo orãte discipuli isti tres dormierũt fuit oratio prolixa Lu. 22. factus est in agonia, & plixius orabat. ita forte nunc eadẽ or̃onis prolixitas fuit occasio dormiẽdi, qa expectantes sic aliquid, & nihil aliud faciẽtes pp̃ longam expectationem dormire cogũtur vt infra 25. c. moram aũt faciente sponso, dormitauerunt oẽs, & dormierunt, ita aũt erant nunc expectantes discipuli, qũ Christus finiret orationem, vt viderent quid iuberet, iõ contigit eos interim dormire. Tertio, & præcipue fuit, quia Christus immisit eis istũ soporem, & hoc innuitur, quia dr̃ grauati erãt. quod notat quandam violentiam ab altero, i. ab extrinseco fieri, sic enim sæpe Deus immittit somnum q̃bus vult, vt Deus immisit soporem in Adam, qũ tollere voluit vnam de costis eius. Gen. 2. sic ẽt Deus misit soporem super oĩa castra Saulis, qũ Dauid, & Abisai descenderunt, & tulerũt hastam, quæ erat ad caput Saulis 1. Reg. 26. nam dr̃, & non erat, qui videret, & intelligeret, & euigilaret, sed oẽs dormiebant, quia sopor dñi irruerat super eos, i. sopor immissus a Deo. fuit aũt immissus iste sopor, vt nõ viderent tres discipuli quõ incipiebat Christus transfigurari, quia illud erat aliquid admirandum, & forte fuisset eis occasio ad putandum, ꝙ fiebat res phantastica, cum autem euigilantes viderent eum transfiguratũ, putarent, ꝙ Deus operatus fuisset aliquid dũ dormirent, idẽ ẽt fuit, vt non viderent venientes Moysen, & Eliam, sed postq̃ venissent: nã cũ euigilauerunt viderunt eos loquẽtes cũ Christo Luc. 9. & patet, ꝙ hoc Christus intenderit, nã ẽt, qũ cessauit fulgor vultus Christi, & vestiũ, & qũ recesserunt Moyses, & Elias, nihil viderunt discipuli, sed postq̃ factum est agnouerũt illud factum esse, vñ audita est vox de cœlo, qua exterriti discipuli ceciderunt in facies suas super terram, & interim cessauit fulgor Christi, & recesserunt Moyses, & Elias: cum autem surrexerunt discipuli neminem viderunt, nisi Christum in quo innuitur, quòd ante hoc semper viderant Moysen, & Eliam, sed interim, vt ipsi conterriti iacuerunt recesserunt Elias, & Moyses, & non viderunt quomodo cessauit fulgor esse in facie Christi, sed solum viderunt eum reductum ad statum in quo prius erat ante trãsfigurationem, & ista est causa quare dormiebant. Theophilus tamen vult, quòd fuerit ex labore, vel conditione humana dicens: Christo vacante orationi Petrus sopore deprimitur, infirmus enim erat, & quod humanum erat impleuit.

Aliqui tamen dicunt, quòd non fuit verus sopor, sed solum quędam admiratio, vel stupor ex magnitudine claritatis, quam non poterant sustinere. Sic dicit, quasi sub dubio Chrysosto. somnum vocat ingestum eis nimiũ stuporem ex illa visione, nec enim nocturnum tempus erat, sed lucis excellentia grauabat oculorum debilitatem. Sic etiam tenet Nicolaus super Lucam, dicens grauati erant sopore, quia in præsentia diuinę maiestatis opprimitur humana fragilitas.

Sed dicendum, quòd non potest stare. Primo, quia si excellentia claritatis ingereret eis hunc stuporem, qui sopor vocatur, cum quandiu mansit Christus transfiguratus manserit illa excellentia claritatis, semper esset sopor, & tamen Lucę nono dicitur, quòd Petrus, & qui cum illo erant, grauati erant somno, & euigilantes viderunt maiestatem eius. ergo non erat sopor admirationis, sed verus sopor. Secundo dicitur, quòd grauati erant sopore, & deinde dicitur, quòd euigilantes viderunt Christum: euigilare tamen non est, nisi quando quis prius vere dormiebat. ergo verus sopor fuit.

Tertio, quia si excessus illius lucis ingereret stuporem discipulis ita, vt diceretur grauati somno, non esset iocunda talis visio, neque auderent discipuli accedere ad Christum, sed fugerent, sicut fugiebant Israelitę a Moyse non audentes ad eum accedere, quando facies eius cornuta erat radiis. Exo. trigesimoquarto, & secundo Corin. 3. & tamen erat

iocunda valde visio ista, cum dixerit Petrus, domine bonum est nos hic esse, ergo non erat stupor, sed sopor. Quarto, quia non est verisimilis talis stupor, hoc enim differt inter lucem naturalem & gloriosam, qa naturalis lux si sit excellens corrumpit, & turbat sensum, vt patet in sole, lux autem gloriosa non turbat, sed mulcet vt dictum est supra q.33. & tamẽ lux Christi nunc fuit gloriosa, vt ibidem ostensum est, ideo nõ conuerteret in stuporem, ita vt deficeret in cõspectu eius humana fragilitas, sed potius delectaret hominẽ & confortaret. Quinto, quia si talis stupor incutteretur discipulis ex illo fulgore Christi, non possent recte iudicare de his, quę videbant, & ita non essent idonei testes, & tamen adducti sunt, vt essent testes transfigurationis, ergo fulgor Christi non conuertebat eos in stupoiẽ, sed delectationem nimiam faciebat, licet ibi esset magna admiratio, tamen non tollit delectationem, sed stupor tollit eam, cum stupor habeat secum pauorem, & reddat hominem extra mentem.

Dicendum ergo, ꝙ non fuit stupor, sed sopor quẽ habuerunt discipuli ante transfigurationem, & dum euigilauerunt de illo sopore viderunt Christum iam transfiguratum existentem, & cũ eo Eliã, & Moysen, & fuit iste sopor propter causas suprapositas.

Quare Christus noluit, quod eum discipuli viderent transfigurari, sed transfiguratum, & quare non viderunt eum deponentem fulgorem illum.
Quæst. LXVIII.

QVAERETVR quare Christus noluit, ꝙ discipuli viderent eum transfigurari, sed transfiguratum, & quare non viderint eum deponẽtem fulgorem illum.

Dicendum, ꝙ primo fuit, vt non esset eis locus erroris, ne forte putarent esse aliquid phantasticum cũ subito deponi videretur prior status vultus, & vestiũ, & sumeretur nouus fulgor. In re autem facta nõ erat decipi, quia faciljus decipitur quis in fieri ipsarum rerum, quam in rebus factis, quę manentes sunt.

Secundo, vt isti non prẽsumerent supra se putantes se scire modum diuinæ operationis, nam licet qs videat aliquam rem mirabilem iam factam, si nescit qualiter illa fiat, adhuc non putat se pertingi ad summum ipsius rei, si autem illam fieri viderit, & comprehenderit animo faciendi modum tenere se putat rem, nunc ita voluit Deus, quòd discipuli viderent eum transfiguratum, idest illum fulgorem gloriosum inductum esse faciei suę, & candorem vestibus, sed ꝙ non viderent modum quo inductus est, quia illud erat maiora videre, putarent enim tunc se videre diuinam operationem, nunc autem solam rem operatam videbant.

Tertio, & prẽcipue fuit, quia apud viros simplices, qui res altissimas non capiunt melius est quædã ignorari, quam aperiri, cum enim non viderint discipuli qualiter fulgor inductus est Christo, & qualiter cessauit inesse sibi, cum istud esset per diuinam operationem, putarent illud esse adhuc aliquid excellentius, quam erat lux, quæ manebat, & ita haberent, vnde admirarentur nimis. Si autem vidissent incipere, & desinere fulgorem illum, cum non esset illud, nisi quædam mutatio subita, non esset aliquid de quo nimis admirarentur discipuli, aut quòd magnum putarent, vt ergo magis venerarentur, quod non videbant, voluit hoc esse incognitum, & ita depressit eos somno a principio, vt non viderent incipere, & in fine exterruit eos, ne viderent desinere.

Quare voluit Christus, quòd non viderent discipuli venientes Moysen, & Eliam.
Quæst. LXIX.

QVAERETVR quare voluit Christus, ꝙ non viderent discipuli venientes Moysen, & Eliã, nam neque viderunt eos venientes, neque recedentes. De primo patet, quia antequam Christus transfiguraretur dormiebant discipuli. Luc.9. Petrus, & qui cum illo erant grauati erant somno, & euigilãtes viderunt maiestatem eius, & Moysen, & Eliam loquentes cum eo, & sic iam erant Moyses, & Elias cũ Christo, quando euigilauerunt discipuli. Secundum patet, quia non viderunt eos recedentes, nam quando audita est vox ceciderunt in terram, & quando surrexerunt iam recesserant Moyses, & Elias, quia dr̃ in litera, leuantes oculos neminem viderunt, nisi Iesum, & ita nescierunt discipuli, an antequam transfiguratus fuerit Christus, venerint Elias, & Moyses, an econtrario, & an prius recesserint illi, quam desierit fulgor Christi.

Dicendum, ꝙ causa huius prima est, quia licet non appareat, quid omnino istorum duorum prius fuerit; tn̄ satis est dicendum, ꝙ fuerit quasi simul, si igit̃ discipuli viderent Moysen, & Eliam venientes, aut recedẽtes, viderent ẽt incipere, aut desinere Chr̃m transfigurari, & tn̄ hoc non decebat, vt dictum est prec.q. ergo neque videre debuerunt istos venientes, aut recedentes. Secundo, quia forte noluit Christus; ꝙ viderent discipuli modum quo veniebant, nam portarẽtur per aera, & forte aduentus illorum esset discipulis causa timoris, aut putarentur illos esse phantasmata si viderent illos venientes per aerem, nam Chr̃m ambulantem super aquas putauerunt esse phãtasma, & timuerunt, supra 14. cap. maius tamen erat ambulare super aerem, quam super aquas, ideo a fortiori putarent de illis, ꝙ erant phantasmata, & timerent. Si aũt dicas, ꝙ poterant venire, & subito stare ante discipulos, ita ꝙ non viderent eos venientes per aerem, & ita non putarent phantasmata esse.

Dicendum, ꝙ ẽt sic putarent esse phantasmata, nã cum viderent Christum discipuli post resurrectionẽ quadam die subito stantem ante eos turbati sunt, & putauerunt se spiritum videre. Luc.24. a fortiori ergo istos putarent phantasmata. ergo non debuerunt eos videre venientes. Secundo, vt nescirent discipuli, vnde Moyses, & Elias veniebant, quod possent cogitare videntes, de qua parte veniebant, voluit ergo ꝙ non viderent eos venientes, neq; recedentes.

An Petrus dixit Christo domine bonum est nos hic esse prẽsentibus Moyse, & Elia, vel post eorum recessum.
Quæst. LXX.

QVAERETVR quando dixit Petrus ista verba, domine bonum est nos hic esse, an prẽsentibus Moyse, & Elia, vel post eorum recessum.

Aliqui dicunt, quòd prẽsentibus eis. Primo, quia litera significat hic, quòd prẽsentibus Moyse, & Elia dictum fuerit, nam mox, vt dicitur, quòd apparuerũt Moyses, & Elias loquentes cum eo, dicitur quòd dixit Petrus ad Iesum, domine bonum est nos hic esse: ergo prẽsentes erant adhuc Moyses, & Elias, & idem dicitur Marc.9. Secundo patet efficacius ex verbis, qa dixit Petrus faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, Eliẹ vnum. ergo prẽsentes erant, nam si recessissent non diceret Petrus, quòd fierẽt pro eis tabernacula. Tertio patet, quia post verba Petri superuenit nubes, & vox audita est, & ceciderunt discipuli in terram, & cum leuauerunt se respicientes, neminem viderunt nisi Christum, & sic innuitur, quòd tunc primo desierunt videre Moysen, & Eliam quos semp ante videbant. ergo prius Petrus locutus est quã recederent Moyses, & Elias. Alij dicunt, ꝙ post recessum Eliæ, & Moysi locutus est Petrus, quia Luc.9. dicitur. factum est dum discederent ab illo ait Petrus ad Iesum, Domine bonum est nos hic esse. ergo iam recesserant Moyses, & Elias a Iesu, quando ista verba dicta sunt a Petro. Dicendum, ꝙ Petrus dixit verba hæc post recessum Moysi, & Eliæ, cũ manifeste hoc dicat litera Luc.9. Sed tunc stat dubium, an discipuli saltem Petrus viderunt recedentes Eliam, & Moysen, vel putabat Petrus, quòd non recessissent quando dicebat verba hæc. Aliqui dicunt, quòd Petrus viderat eos recessisse, immo recessus illorum fuit causa, vt Petrus peteret hoc, scilicet Domine bonũ est nos hic esse, idest non debueras permittere, quòd recederent Elias, & Moyses, quia bonum est nos hic esse, idest melius hic manerent quam alibi, quia bonum est nos hic esse, & cum addidit, faciamus hic tria tabernacula erat sensus, licet recesserint, tu potes eos reducere, sicut potuisti deducere huc antequam prima vice venirent, & vt conuenienter maneant hic, faciamus tria tabernacula.

Sed non stat, quia discipuli nunquam viderũt Christum solum esse, nisi post vocem auditam, quia dicitur, ꝙ leuantes oculos neminem viderunt, nisi solum Iesum, & tamen si ipsi vidissent Moysen, & Eliam recedentes, iam vidissent Iesum solũ manere, & tamen hoc non viderunt vsque post vocem auditam. ergo non viderunt recedentes Moysen, & Eliam. Dicendum igitur, ꝙ licet recesserint illi antequam Petrus loqueretur, tamen ipse Petrus, & socij sui non viderunt illos recedentes, quia fuerunt quasi simul omnia hęc, s. recedere Moysen, & Eliã, & Petrum incipere loqui, & nubem operire eos, & vocem fieri de nube: nam vix Petrus loqui cęperat cum nubes operuit eos, quia dr̃ hic in litera adhuc eo loquẽte, ecce nubes lucida, & Lu.9. dicitur. hęc aũt illo loquente facta est nubes. Moyses autem, & Elias tunc recesserant, sed non viderunt eos discipuli recedentes, quia tã defixi erant oculi eorum in illam Christi gloriosam maiestatem, ꝙ nihil aliud respiciebant, ideo non viderunt recedentes Moysen, & Eliam, quod & nobis sępe accidit intentis ad aliud, quòd non videamus aliqua quę coram nobis geruntur, & potissime, quia omnia hęc quasi simul acta sunt, quia si aliquanto tempore Moyses, & Elias recessissent ante nubem obumbrantem, licet non viderent discipuli illos recedentes sentirent eos postea recessisse antequam nubes veniret, & tamen nunquam hoc senserunt quousque surgentes de terra, & leuantes oculos neminem viderunt nisi Iesum. ergo parum fuit inter recessum illorum, & sermonẽ Petri, & obumbrationem nubis. Ad primum dicendum, ꝙ Matthęus, & Marcus non dicunt prẽsentibus Elia, & Moyse locutum esse Petrum, neque colligitur ex verbis eorum, & tamen, quia illi nihil interposuerunt inter aduentum Moysi, & Eliæ, & Petri locutionem, putant quidam, ꝙ eis prẽsentibus locutus sit Petrus. Sed dicendum est, ꝙ hoc fit, quia ipsi omiserunt enarrare cętera: nam de recessu illorũ nihil dicunt, sicut Lucas dixit, ideo videretur voluisse, ꝙ prẽsentibus Elia, & Moyse locutus sit Petrus, sed non voluit hoc, sic dicit Aug. li. de concor. euan. s. ꝙ autem Lucas dicit de Moyse, & Elia, & factum est dum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum, prẽceptor bonum est nos hic esse, non debet intelligi cõtrarium ei quod Matthęus, & Marcus dicunt qui ita coniunxerunt Petrum hoc suggessisse, quasi adhuc Moyses, & Elias cum Domino loquerentur. non enim expresserunt, ꝙ tunc, sed tacuerunt potius, quòd iste addidit illis discedentibus hoc Petrum Domino suggessisse.

Ad secundum dicendum, ꝙ licet Moyses, & Elias iam recessissent quando Petrus ista dixit, ipse tamen nesciebat, an recessissent, quia non viderat eos recedentes, vt ostensum est supra, & ideo petebat domos ædificari pro illis. Ad tertium dicendum est, ꝙ post vocem auditam surgentes discipuli de terra viderunt primo Moysen, & Heliam non adesse quos prius adesse putauerant semper, & tamen iam recesserant, vt dictum est.

Quare Christus non respondit Petro, quando petiuit a Christo dicens, faciamus hic tria tabernacula.
Quæst. LXXI.

QVAERETVR cum Petrus petiuerit a Christo dicens faciamus hic tria tabernacula quare Christus non respondit ei. Dicendum, ꝙ primo fuit, quia petitio Petri erat imprudens. ergo non merebatur responsum. Sic dicit Hiero. s. quia vero imprudenter interrogauerat Petrus, propterea Domini responsionẽ non meretur. Secundo fuit, quia ipsa res facta respondit. nam petebat Petrus tabernacula ad manendum ibi. Christus tamen statim descendit de monte, ideo ostendit, quòd non erant necessaria tabernacula. Etiã quia petebat Petrus tria tabernacula construi vnũ pro Moyse, alterum pro Elia, & tamen quando ipse petiuit iam recesserant ambo, ideo erat stulta petitio, & ipsemet Petrus statim videret, quòd imprudenter petiuisset, & sic sua imprudentia responderet sibi, neq; desideraret a Christo responsionem, & hoc Euangelistæ expresserunt. Ideo pro primo dicitur Mar.9. non enim sciebat quid diceret. & ideo. s. non erat necessaria responsio. Secundum exprimitur Lu.9. s. & factum est cum discederent ab illo ait Petrus ad Iesum, Domine bonum est nos hic esse, & sequitur nesciens qd diceret, idest nesciebat quid petebat, & innuitur, quod ideo nesciebat quid petebat, quia iam Moyses, & Elias recesserãt pro quibus iste petebat tabernacula fieri. Tertio (vt aliqui dicunt) non respondit, quia Christus respondit effectualiter complendo ea quæ petiuerat Petrus: nam petiuit Petrus tabernacula manufacta, Christus autem dedit tabernacula diuina, idest nubem quæ operuit eos. Sic dicit Theophi. Petro autem dicente faciamus hic tria tabernacula, dominus tabernaculum non manufactum fabricat, & in illud ingreditur cum prophetis.

Sed hoc minus videtur quam præcedentia. Primo quia Petrus petebat tria tabernacula, hic autem vnum erat. Secundo, quia etiam non erat tabernaculum: nam tabernaculum dicit quid manens, nubes tamen illico soluta est. Tertio quia petebat Petrus tabernacula illa ad manendum ibi diu, cum dixit, Domine bonum est nos hic esse, & tamen nec mansit ibi Christus, neque Moyses, & Elias de quibus petebat Petrus, ideo magis standum est primis dictis.

Quid est in quo Petrus ignoranter loquebatur in transfiguratione Christi. *Quæst. LXXII.*

QVAERETVR cum dicatur, ꝙ Petrus petiuit ista a Christo nesciens, quid diceret, quid erat in quo Petrus ignoranter loquebatur.

Dicendum, quòd in multis Petrus erraut nunc. Primo quia putauit bonum esse manere ibi cũ dixerit, Domine bonũ est nos hic esse, & tn̄ nõ erat bonũ, quia si ibi manerent semper, sicut ipse petebat, Chri-

Christus non redemisset nos, neque ipse venisset ad F gloriam aliquam, quam Christus ei postea dedit. Sic dicit Damascenus. non est Petre bonum tibi, ꝙ Christus ibi moretur, quoniam si ipse mansisset, nequaquam facta tibi promissio consequeretur effectũ, neque enim claues obtinuisses regni, nec mortis potestas abolita esset, non quæras ante tempus fęlicia, vt Adam, deificatio erit quando hunc aspectum indesinenter percipias, & cohabitabis illi qui lux est, & vita. Secũdo errauit, quia putauit beatitudinem esse in terra, nam ideo petiuit manere ibi, quia credidit illic futuram esse fęlicitatem, & non expectabat aliam, & tamen fęlicitas in cęlo expectanda est, & non in terra. Tertio, quia putauit, quòd æternam fęlicitatem ha G bere poterat, antequam gustaret mortem, quod falsum est. De his dicit Remigius, errauit quia voluit, vt regnum electorum cõstitueretur in terra, quod Dominus promiserat dare in cęlis, errauitque quia oblitus est se & socios suos esse mortales, & absque gustu mortis voluit subire æternam fęlicitatem. Quarto errauit etiam Petrus, quia ab hac societate fęlicitatis excludebat cæteros discipulos, nam si in monte illo semper manerent, ipsi soli fruerentur gloria claritatis Christi, & cęteri Apostoli nihil viderent, & tamẽ hoc erat valde contra charitatem. Quinto errauit, quia vo luit tabernacula fieri pro fęlicitate, & tamen ad illam non sunt necessaria tabernacula, sed ipsa Dei visio est tabernaculum, & tot sunt tabernacula, quot sunt dif- H ferentiæ beatorum, vnde Christus dixit Ioann. 14. in domo patris mei mansiones multæ sunt, tabernacula tamen manu facta ibi nulla sunt. Sic dicit Raba. errauit in eo, quòd cęlesti conuersationi tabernacula facienda putauit, in qua domus necessaria non erat, cũ scriptum sit templum non vidi in ea. Sexto errauit, quia Christus non transfigurauerat se nunc in monte ad dandam gloriam alicui, sed ad ostendendũ imaginem illius, ad quod sufficiebat ostensio raptim transiens, & non erat conueniens fieri habitacula ad manendum. Sic dicit Chrysosto. non intellexit Petrus, quòd ad demonstrationem verę gloriæ transfigurationem est dominus operatus. Septimo, quia dato, ꝙ tabernacula aliqua opportuna essent ad manendum, tamen non debuisset petere tria, vt vnum esset pro Christo, alterum pro Moyse, & in illo essent omnes cum illo, quia non debebant connumerari serui dño. Sic dicit Titus, ignorabat Petrus, quod dixerat, quia non oportebat tribus, tria tabernacula facere, non. n. connumerantur domino serui, neque comparantur creaturæ creatori. Sic ẽt Hiero. dicit erras Petre, & sicut alius Euangelista testatur nescis quid dicas, noli tria tabernacula quęrere cum vnum sit tabernaculũ Euangelii, in quo lex & prophetæ recipiendi sunt. Si aũt quæris tria tabernacula, nequaquam seruos cum dño conferas. Octauo errauit, quia ẽt si essent distinguenda tabernacula pro illis, tñ saltem Moyses tabernaculo non egebat, quia tabernaculum defendit ab K importunitate aeris, & temporis, quæ passiones sunt corporum mortalium: Moyses aũt in sola anima ibi erat, ideo tabernaculo non egebat. Sic dicit Chry. nõ intellexit Petrus, ꝙ Moysi aĩa non erat in corpore. Nono errauit, quia distinguendo tabernacula repugnabat intentioni suæ, nã ideo Petrus volebat ibi manere, vt in visione claritatis Christi beatificarentur, q assistebant, & tamen si essent in diuersis tabernaculis non semper assisterent Christo, & sic carerent aliqsi fęlicitate, vel si semper ei assisterent, non essent in diuersis tabernaculis, sed semper in eodẽ. Multa alia sũt in quibus Petrus errauit circa ędificationẽ tabernaculorum, de quibus dictum est supra q. 64. & 65. & 66.

Cap.XVII.

An nubes illa, quæ obumbrauit nunc Christum, & discipulos fuerit naturaliter facta, vel miraculose.
Quæst. LXXIII.

QVAERETVR de ista nube, quæ obumbrauit nunc Christum, & discipulos, an fuerit naturaliter facta, vel miraculose.

Dicendum videtur, quòd supernaturaliter facta est. Primo patet ex conditione eius, quia dicitur, quòd fuit nubes lucida, in quo significatur, quòd fuerit magnæ lucis, & tamen naturaliter nõ fiunt nubes tam lucidæ, & regulares. Secundo, quia omnia, quę hic facta sunt fuerunt ad ostensionem magnitudinis Christi, si tamen naturalia essent nullam magnitudinem in eo ostenderent, ideo oportet esse supnaturaliter facta. Tertio, quia si esset nubes naturalis, necesse erat, quòd descenderet de loco aliarũ nubiũ, vsque ad terram, nam iuxta terram fuit cum operuit Christum, & discipulos, vt dicitur Luc. 9. s. intrãtibus illis, in nubem. i. intra densitatem nubis, nubes tamen naturaliter non descendunt, ideo non fuit naturalis nubes, nam etiam si fuisset naturaliter producta, supnaturaliter tamen nunc descenderet. Quarto patet, quia ista nubes durauit valde pauco tempore, nam mox, vt intrauerunt Christus, & discipuli in nubẽ, audita est vox de nube, & statim soluta est nubes, cum Christus leuauerit discipulos in terram cadentes. Si autem naturaliter facta esset maiori tempore duraret & non soluerẽ sic, quasi ab intentione, ergo fuit miraculose producta nubes. Quinto patet hoc ex modo loquendi Euangelistarum, nam Marc. 9. dicitur & facta est nubes obumbrans eos, & Luc. 9. dicitur, hęc illo loquente facta est nubes, ergo non præexistebat ista nubes, sed facta est, & tunc facta est, qñ Petrus loquebatur Christo dicens bonum est nos hic esse, ergo fuit miraculose facta, & ita tenendum est.

Qualis fuit nubes, quæ in transfiguratione Christi apparuit. Et quare fuit columnaris illa, quæ facta fuit tempore Moysi. Quæst. LXXIIII.

I QVAERETVR qualis fuit ista nubes. Dicendum quantum ad colorem, ꝙ fuit lucida, sicut litera expressit. Quantum ad figuram dicendum, ꝙ poterat esse cuiuscunque figuræ, nam corpora nubiũ non sunt determinantia certam figuram, sed posset recipe re quamcunque figuram, cumque fieret miraculose ista nubes talem figuram acciperet, qualem Deus vellet ei dare iuxta conditionem rei ad quam esset.

Aliqui dicunt, ꝙ erat figuræ columnaris, ꝙa sic Deus fecit miraculose nubem, quę dirigeret Iudæos egressos de Aegypto, & illa erat columnaris, & ideo vocatur columna nubis. Exo. 14. & Nume. 14. c. nunc ergo sic faceret.

Dicendum, ꝙ non fuit columnaris, sed magis extensa, vel concaua, & rotunda, quia talem figurã acciperet ad quale opus erat, & tamen erat ista nubes ad operiendum, quia dicitur in litera. ecce nubes lucida obumbrauit eos, i. operuit, vel circundedit. Et etiam videtur fuisse concaua, vt intra se contineret Christũ, & discipulos, nam Luc. 9. dicitur, & intrantibus illis in nubem. i. intra nubem. Etiam quia ista nubes videbatur dari eis, tanquam domicilium. Sic dicit Hieron. quia carnale ex frondibus, aut tentoriis quærebant tabernaculum, nubis lucidæ operiuntur vmbraculo. esset ergo nubes concaua in modum domicilii. Etiam non dicerentur aliter intrare in nubem, nisi esset concaua, & vndique protegeret eos.

Cum autem dicitur, quòd nubes facta a Deo tempore Moysi fuit columnaris. Dicendum. ꝙ hoc fuit, quia

quia erat ad diuersum opus, nam illa erat solum ad A ostendendum viam, vt patet Num. 9. & 14. & Exod. 13. & 14. & propter hoc debebat esse columnaris. Primo, vt esset multum longa, vt videri posset ab omnibus Iudęis, erat enim multitudo magna exercitus Iudæorum, nam erant vltra sexcenta millia peditũ. Exo. 12. c. & Num. 1. & hoc præter mulieres, & paruulos, q erant infra 20. annos, quia illi non computabant Numer. 1. Etiam quia in castris habebãt omnia armenta sua, & greges, & quidquid possidebant, nam oĩa tulerant de Aegypto, ita vt non remaneret ex eis vngula. Exod. 10. c. & insuper vulgus promiscuum innumerabile ascenderat de Aegypto cum Iudæis. Exo. 12. c. & isti manebant cum eis in castris. Nume. 11. pro tanta ergo multitudine erant castra valde longa, & lata, vt ergo ex omnibus partibus videri posset nubes, quę dirigebat in via, necesse erat, ꝙ illa esset longa, & alta B Si autem lata esset, & plane extensa, non conueniret ad hoc. Secundo, & præcipue, quia dato, ꝙ ista nubes esset alta nimis, si tamen esset lata non conueniret ad directionem viarum, non enim debebat esse nubes latior, quam communiter via esse solet, nam si nimis lata esset, nesciretur sub qua parte eius esset via qua ꝓgrediendum foret, vt ergo determinate signaret illã partem viæ qua gradiendum esset, debuit esse nubes acuta, & hoc erat, ꝙ esset figurę columnaris, vnde dicebatur columna nubis. & eadem ratione erat etiam columna ignis. Exod. 14. ista autem nubes non fuit ad dirigendum, sed ad operiendum per modum C vmbraculi, ideo non fuit columnaris, sed concaua, & expansa.

Quare apparuit nubes in transfiguratione Christi.
Quæst. LXXV.

QVAERETVR quare nunc apparuit nubes. Dicũt aliqui, quòd hoc fuit ad condescendendũ petitioni Petri, licet meliori modo, quam ille petiuerat, nam ille petiuit tabernacula fieri manufacta. Christus autem dedit tabernaculum de nube. Sic dicit Hieron. qui carnale è frondibus, aut tentoriis q̃rebant tabernaculum, nubis lucidæ operiuntur vm- D braculo. Sic etiã dicit Theop. Petro dicente faciamus tria tabernacula, dominus tabernaculum non manufactum fabricat, & in eum ingreditur. Secundo (vt alii dicunt) fuit ad tollendum errorem Petri, nam cũ peteret tabernacula fieri innuebat, quòd ad beatitudinẽ essent necessaria tabernacula manufacta, hoc Christus aufert dans nubem operientem, vt innuat, quòd gloria Dei operiet sanctos, & non tabernacula. Sic dicit Beda, quia vero Petrus materiale quęsiuit tabernaculum, vt discat in resurrectione non tegmine domorum, sed Spiritus sancti gloria eos esse protegendos, sequitur quòd facta est nubes obumbrans eos. Tertio fuit ad occultandum cessationem claritatis Christi: noluit enim Christus, quòd discipuli viderẽt quando inciperet transfigurari sumendo fulgorem, neque quando illum deponeret, & ideo sicut quãdo transfiguratus fuit immisit soporem in eos, & postea cum euigilauerunt viderunt eum transfiguratum, vt patet Luc. 9. ita quando voluit deponere radios reducendo se in pristinum statum, occultauit se, & illos in nube, vt non viderent quid fieret, Quarto fuit, & præcipue, vt formari posset vox ad discipulos, nam hic debuit auditi vox illa. s. hic est filius meus, & necesse erat formari eam intra aliqua organa, & quia Christus nolebat videri qualia erant organa, in quibus formabantur, aut ille qui loquebatur, occultauit illud nube densa, & ista est vera causa. Patet quia dicitur, ecce nubes lucida obumbrauit eos, & ecce vox de nube, & A sic innuitur, quòd vox formabatur in nube, & ad hoc fuerat facta nubes, vt in ea formaretur vox. Et hoc patet, quia sic erat in veteri testamento, nam quandocũque Deus loquebatur Moysi, & aliis publice semper loquebatur de nube. Exo. 33. & Nume. 12. & quando locutus est ad populum dando legem, etiam de nube & caligine loquebatur. Exod. 20. & Deuteron. 4. & 5, Quinto (vt aliqui dicunt) fuit, vt ostẽderetur Christus non esse minor patre. nam in veteri testamẽto, quod attribuitur patri quẽ Iudæi vocant Deum suũ. Io. 8. ap paruit nubes in qua Deus loquebat, ita & nũc nubes apparuit. Sic dicit Theoph. vt ostenderetur, ꝙ nõ minor est patre, sicut. n. in veteri testamento in nube habitare dominus dicebatur, sic & nunc suscepit nubes dominum. Multę quoque alię causæ solent deduci, sed sunt mysticę, causa autẽ vera, & literalis est quarta præcedens, volebat autem Deus semper occultare locum in quo formabãtur voces ad euitandum idolatriam, vt infra dicetur.

Qualis erat color nubis, quæ in transfiguratione apparuit. Et quare Deus in datione legis locutus fuit de caligine.
Quæst. LXXVI.

QVAERETVR de colore nubis huius qualis erat.

Dicendum, ꝙ litera dicit nubem fuisse lucidam.

Sed dicunt aliqui, quòd nubes ista debuit esse obscura, nam quando Deus loquebatur in nube aliqua in veteri testamento, erat illa obscura, vt patet Exod. 20. nã in datione legis dicebatur loqui Deus de medio caliginis, & fumi. Secundo, quia hoc repugnaret intentioni Christi, nam erat nubes ista ad occultandũ loquentem, vt nõ videretur quis loquebatur, aut qualia erant organa, in quibus formabatur vox, si tamen esset nubes lucida apparerẽt omnia hęc, quia lux manifestaret illa, ideo debuit esse obscura. Tertio, quia ista nubes videtur fuisse ad ingerendum pauorẽ quẽdam, cum ita discipuli timuerint, quòd corruerint super facies suas, & tamen ad timorem incutiendũ efficaciora sunt obscura, quam lucida, ideo debuit eẽ obscura. Quarto quoniam ista nubes fuit ad obumbrandum, quia dicitur ecce nubes obumbrauit eos, & tamen ad obumbrandum aptiora sunt tenebrosa, quã lucida, ideo debuit esse tenebrosa.

Dicendum, quòd fuit nubes lucida, sicut litera dicit, & hoc aliqui volunt, quia dicunt, quòd ista nubes erat Spiritus sanctus, vel virtus patris, aut ipse Chrs, sic dicit Orige. lucida autem nubes obumbrans sanctos est virtus paterna, aut forte Spiritus sanctus, dicam ẽt, & Saluatorem nostrum esse lucidam nubem, quę obumbrat Euangelium, & legem, & prophetas, & ideo debebat esse lucida, quia Deus lux est, & in eo tenebrę non sunt vllę. 1. Io. 1. c.

E Sed dicendum, ꝙ hoc est mystice dictum, nam fm literam illa fuit nubes vera, & non aliqua persona diuina, ideo non conuenit ista adaptatio.

Sed dicendum, quòd fuit nubes lucida, quia omnia quæ hic ostendebantur erant quædam figura gloriæ beatorum, ibi autem nulla erit obscuritas, sed ęterna lux, quia lux perpetua lucebit sanctis, & æternitas tẽporum. Item fuit hoc ad differentiam veteris testamẽti, quia ibi apparuit Deus in nube caliginosa, nunc autem in nouo testamento, quod erat melioris status voluit apparere in nube lucida. Item quia quando incutiendus est terror apta sunt obscura, quia in obscuris plura mala creduntur, quam videantur, & hoc ꝙa obscuritas occultat omnia, & malum ibi latere creditur, & ita sunt obscura apta timori: nunc autem Christus

ſtus noluit incutere timorem per nubem, ideo nõ fecit eam tenebroſam,ſed lucidam. Ad primum dicẽdum vno modo, quòd etiam ſi in veteri teſtamento fuerit nubes obſcura,non debuit eſſe in nouo, vt eſſet differentia teſtamentorum. Sic dicit Theophi.ſicut enim in veteri teſtamento in nube habitare dominus dicebatur: ſic & nunc nubes ſuſcepit dominum non caliginoſa,ſed lucida: nam obſcuritas legis tranſierat. Secundo, quia etiam non eſt verum, quòd in veteri teſtamento ſemper appareret nubes obſcura, ſed etiã apparebat interdum nubes lucida: immo pluries apparebat nubes lucida, quam tenebroſa, quia nubes illa, quę dirigebat Iſraelitas per 40.annos in deſerto erat lucida, & conſtans, vt dicitur Exo.40.cap.& hoc verum erat generaliter, niſi interdum ex aliqua cauſa Deus vellet, quòd nubes appareret obſcura. ſic fuit in tranſitu maris rubri. Exo.14. nam nubes apparuit tenebroſa, vt Aegyptij non viderent Iudęos. Et ſatis apparet, quod ibi factum eſt illud ſpecialiter, & prętet conſuetudinem:nam etiam fuit contra conſuetudinem ibi, quod nunquam aliàs fuit, ſcilicet quia columna ſemper precedebat caſtra Exo.12.ibi autem conuertit ſe ad poſteriora caſtrorum, vt eſſet media inter Aegyptios,& Hebręos,& propter obſcuritatem eius non auderent Aegyptii accedere ad Hebræos. Exo.14.ſcilicet tollẽſque ſe angelus domini, qui præcedebat caſtra Iſrael abiit poſt eos, & cum eo pariter columna priora dimittens poſt tergum ſtetit inter caſtra Aegyptiorum, & caſtra Iſrael,& erat nubes tenebroſa, & illuminans noctem, vt ad ſe toto noctis tempore accedere non valerent. quandocunque ergo nubes fuit inter Iſraelitas, ſemper lucida fuit, niſi nunc. in datione quoque legis fuit nubes obſcura(vt aliqui volunt)& tamen magis dicitur locutus de medio ignis, & fumi. Deute.4.& 5.erat enim totus mõs fumans, & tamen iſte fumus, & caligo ſpiſſa vocatur nubes denſiſſima. Exo.19.ideo etiam ſi Deus nunc ſequeretur conditionem veteris teſtamenti potius feciſſet nubem lucidam,quam obſcuram,quia hoc potius fuit in veteri teſtamento. Tertio,quia Deus non fecit in veteri teſtamento nubem obſcuram, vel aliquid aliud obſcurum, niſi quando terrere voluit, & ideo, quia in mari rubro voluit terrere Aegyptios ne accedere auderent ad Hebręos,fecit ex parte ipſorum nubem tenebroſam, ex parte autem Iſraelitarũ erat lucida,& illuminans noctem. Exo.14.ſic etiam in datione legis voluit exterrere Iſraelitas, vt timentes cuſtodirent mandata eius, vt colligit Exo.20.& Deuterono.4.& 5. Aliàs autem, quia nubes non erat ad terrendum, in via, nunquam erat nubes tenebroſa, ſed coruſcans, nunc autem non fuit nubes ad terrendũ, ſed ad oſtendendum imaginem glorię, ideo non debuit eſſe tenebroſa. Sic dicit Hierony.cum dominus comminatur nubem tenebroſam oſtendit, ſicut in Syna, hic autem, quia non terrere volebat,ſed docere, nubes apparuit lucida.

Ad ſecundum dicẽdum, quòd nubes etiam ſi eſſet lucidiſſima conueniebat intentioni Chriſti ad occultandum loquentem. Eſt enim putandum, quòd nubes iſta erat denſa nimis, & regularis per totum,& iõ in omnibus partibus eſſet ęqualiter lucida, & quãto eſſet denſior tanto lucidior eſſe poſſet, ſicut apparet in corporibus cęleſtibus, quia ſtellę, quę ſunt partes denſiores ſuorum orbium(vt dicit Ariſto.)magis lucent, quam orbes, qui ſunt ſubſtantię tranſparentis: cum autem nubes iſta eſſet valde denſa eſſet nimis lucida, ita vt poſſet oſtendere imaginem quandam glorię, & quia erat denſa non poſſet videri, quod intus erat, & ideo talis in propoſito conueniebat: nam talis erat columna illa, quę dirigebat Iudæos:nam lucida erat Exo.40.ca.& tamen de illa ſolitus erat Deus loqui tam ad Moyſen, quam ad alios Exo.23.& Nume.12.& tamen non videbatur ibi loquens, neque organa in quibus formabatur vox,quia erat nubes dẽſa. quòd autem in datione legis locutus fuerit Deus de caligine,non fuit, tanquam eſſet caligo neceſſaria ad occultandum loquentem, ſed quia terrere voluit populum aſtantem, vt ſic timentes facerent mandata eius Deutero.5.cap.vbi autem terrere non volebat, licet loqueretur non loquebatur de caligine, ſed de nube clara.

Ad tertium dicendum,quòd non fuit iſta nubes ad ingerendum pauorem. Sic dicit Hierony.cum dominus comminatur nubem tenebroſam oſtendit, ſicut in Syna,hic autem, quia non terrere volebat, ſed docere, nubes lucida apparuit: fuit autem nubes ad docendum, ideſt ad oſtendendum quandam imaginem glorię per quam diſcipuli erudirentur circa futura. Cum autem dicitur, quòd terruit eos nunc Deus: dicendum, quòd verum eſt: non tamen terruit eos per nubem,ſed per vocem, vt patet in litera,ſcilicet & audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam,& timuerunt valde, ideo non oportuit,quòd eſſet nubes tenebroſa.

Ad quartum dicendum, quòd iſta nubes obumbrauit eos, ideſt occultauit, & texit, quia cum ipſi intrarent intra illam, vt dicitur Luc.9.ſcilicet intrantibus illis in nubem, & nubes eſſet denſa, neceſſe erat, quòd occultarentur in illa. Et forte nubes illa licet eſſet ex parte exteriori nimis lucida:ex parte interiori non eſſet lucens, ſed obſcura propter denſitatem, & eſſet lux ſolum in ſuperficie eius, & ita diſcipuli intra illam exiſtentes non viderent ſe mutuo, nec illũ, qui loquebatur, & tamen etiam ſi ponatur nubes fuiſſe interius lucida, ſicut exterius non erit inconueniens. erat enim nubes denſa valde, ideo licet eſſet lux in vtraque ſuperficie, ſcilicet tam in concaua, quam in connexa, eſſet profunditas illa, quę erat media inter duas ſuperficies denſa valde, & id quod eſſet intra illã profunditatem, non videretur ab exiſtentibus extra nubem, neque ab exiſtentibus interius, quia nubes propter denſitatem non erat tranſparens, & tamen intra groſſitiem nubis formabatur vox, vnde nec videri poſſet loquens, nec organa, in quibus formaretur vox.

An Deus, quando loquitur velit occultari, & quare hoc velit. Et quòd in duobus tantum locis Chriſtus regulariter loqui ſolebat in veteri teſtamento. Et quare ſe occultabat Hebræis. Et quare per Angelos factum, & dictum ſit illud quod a Deo factum, & dictum ſcriptura dicit. Et quomodo dicitur, quòd Deus ab Iſraelitis viſus eſt, & Zelotes ſit.

Quæſt. LXXVII.

QVAERETVR an Deus, quando loquitur velit occultari, & quare vult occultari.

Dicendum,ꝓ occultari vult. Quod patet, quia qñcunque loquebatur ſem ꝑ loquebat̃ in nube, aut caligine aliqua,in loco aũt manifeſto in quo videri poſſet loquens, nunq̃ loquebatur. Patet quia Deus in duobus locis ſolebat regulariter loqui,aut in tabernaculo aut extra. Si intra habebat duo operimenta. primum quod erat ſuper propitiatorium inter alas Cherubin Nume.7.inde enim communiter loquebatur, & tñ alę Cherubin velabãt propitiatorium expanſę ex oppoſito, ita vt extremitas alę vnius Cherub contingeret extremitatem alę alterius Exo.25.& 27.& ita manebat inter alas quatuor ipſorum vacuitas quædam occulta, in qua poſſet latere corpus aliquod. Secundum operimentum erat nubes, quia ſuper propitiatorium erat nubes, quæ amplius velabat illud, vt ſi aliquid maneret non opertum, quod videri poſſet inter contactum alarum Cherubin, illud operiretur nube, ſic dicitur Leui.16.in nube apparebo ſuper oraculum quo tegitur arca. Tertium etiam operimentum addebatur ex parte ſacerdotis: nam quando ſacerdos magnus ſemel in anno introibat in Sancta Sanctorũ Leui.16.& ad Hebręꝰ.9.tenebatur implere thuribulũ prunis,& imponere thimiama, vt vapor groſſus inde exhalãs obſuſcaret oculos ſacerdotis ne videre poſſet quid erat in propitiatorio, quia aliàs moreretur,vnde dicitur Leui.16.ſumpto thuribulo, intrauit vltra velum,hauriens manu compoſitum thymiama,in incẽſum,vt poſitis ſuper ignem aromatibus, nebula eorũ, & vapor operiat oraculum, quod eſt ſuper teſtimonium, vt non moriatur, & ſic valde volebat ibi Deus latere cum loqueretur.

Cum autem Deus extra tabernaculum loquebat̃, faciebat hoc in nube: nam ibi ſolitus erat loqui Moyſi. Exo.33.ibi etiam loquebatur interdum ad alios, vt ad Aaron, & Mariam. Nume.12.& 14.& 16.vbi ad Moyſen, & Aaron loquitur, & illa nubes denſa erat, in datione autem legis fuit maior occultatio,quia loquebatur Deus de medio caliginis,& fumi,quę vocatur nubes denſiſſima. Exo.19.vnde dicitur, quòd nihil viderunt Iudæi, quando Deus locutus eſt eis in datione legis. Deutero.4.Cauſa autem quare ſe occultabat Deus loquens erat, vt tolleret occaſionem idolatrię,nã loquens ille putabatur eſſe Deus,& ſi vidiſſent aliquam effigiem loquentis, feciſſent ſibi Iudæi ſimilem effigiem ad colendũ putantes, ꝓ talis erat Deus. iſtam cauſam expreſſit Moyſes Deute.4.cauete, & cuſtodite ſolicite animas veſtras,non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die qua locutus eſt vobis dominus de medio ignis in Oreb,ne forte decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem, aut imaginem maſculi, vel fęminę.hoc aũt totum prouenit ex hoc,ꝓ voces non poterãt formari, niſi in aliquibus organis, & illa neceſſario ſunt denſa. Si autem in aere liquido, & claro formarentur voces, viderentur illa organa in quibus formabantur, aut ipſe formãs, quod erat occaſio idolatrię, ideo debebat fieri ſemper in loco occulto, vt non viderentur hæc organa. Et iſta eſt ſola vera cauſa quare Deus ſemper loquebatur de nube, & nunquã aliter, hoc enim factum eſt in nouo teſtamento quãdocunque Deus ipſe locutus fuiſſe dicitur, vt in baptiſmo Chriſti dicitur pater locutus,& vox dicitur veniſſe de cęlo, ideſt de nube aliqua ſupra 3.& Mar.1.& Lucę tertio, & nunc etiam introducitur pater locutus, ideo vox de nube facta eſt ne diſcipuli poſſent videre loquentem. manebat autem eadem cauſa in diſcipulis,quę in Iudæis, ſcilicet ne idolatrię eis eſſet occaſio, quia adhuc infirmi erant. Alia etiam cauſa erat ne putarent ſe videre Deum, nam ea,quę latẽt in maiori veneratione tenentur, quam ea,quæ ſenſibus patent, & tamen iſtam cauſam in primam redit, quia illi, qui viderent organa in quibus vox formabatur,& ipſam loquentis effigiem, aut ſcirent veritatem, aut non, ſi neſcirent eſſet idolatrię occaſio putantibus eis Deum eſſe id,quod viderant. Si autem ſcirent veritatem cum iudicarent non eſſe Deum id,quod videbat̃, non venerarentur illud,neque de Deo minora,quam decens erat cogitarent.

Sed obiicietur, ꝓ non erat conueniens ſic latere Deum,qñ loqueretur. Primo, quia iſte,qui loquebat̃ non erat Deus,ſed Angelus: Deus enim nõ loquitur, ſed Angelus eſt, qui loquitur loco Dei, vt patet de locutione, quę facta eſt ad Moyſen in rubo. Exo. 3. nã dicitur ibi, quòd Deus loquebatur, & loquens dixit ego ſum Deus Abraham, &c.& tamen ille, qui loquebatur erat Angelus,vt patet Act.7.ſic etiam in datione legis dicebatur locutus Deus omnipotens.ego ſum dominus Deus tuus,qui eduxi te de terra Aegypti, & non habebis Deos alienos coram me. Exo.20. & tamẽ qui loquebatur angelus erat, vt patet ad Gal. 3.& declaratum eſt de hoc magis ſupra 3.c.q.89.ergo non erat neceſſe, quòd lateret,quia cum eſſet Angelus non eſſet cauſa idolatrandi circa illum, nam ſępe apparuerunt Angeli in corporibus aſſumptis, vt Gene.decimo octauo, & decimonono, & Iudicum 2. Secundo patet, quia etiam ipſe Deus aliqñ oſtendit ſe Iudęis,vt patet Exo 24.viderũt Deum Iſrael, & ſub pedibus eius,quaſi opus lapidis ſaphirini,& quaſi cęlũ cum ſerenũ eſt,ergo poterat ſe eis oñdere loquerent̃.

Dicendum ad primum, ꝓ Deus non locutus eſt vnquam.i.ꝓ diuina ſubſtãtia,vel perſona per ſeipſam formet aliquam vocem,ſed iſta ſemper fuit per angelos. Sciẽdum tamẽ,ꝓ licet ſemper angeli loquerent̃, interdũ tñ dr̃ Deus locutus, interdũ vero angeli, hoc tñ differt, ꝓ qñ aliquid magnum dicendum erat, loquuntur angeli loco Dei, & dicunt ſe Deũ, ſic.n.fuit in liberatione de Aegypto,nã loquens dixit,ego ſum Deus Abraham,&c.hoc magnum erat,quia maximũ beneficium erat liberatio populi de ſeruitute. Si autẽ angelus iſta diceret,tanq̃ angelus colerent eũ Iſraelitę,quia tenerentur ei nimis, cum ab illo maximũ bñficium recepiſſent,iõ locutus eſt angelus,tanq̃ Deus,vt Deus hęc dicere videret.Sic ẽt fuit in datione legis,nã lex cuſtodiebatur a populo ꝑ auctoritatẽ eius a quo dabatur, ſi autem angelus illam daret cuſtodiretur ꝑ angelum,etiam illius eſt populus cuius legem ſeruat. Si aũt Iudæi legem angeli ſeruarẽt,eſſent populus alicuius angeli,& non Dei,ideo a Deo debuit putari lex data,& non ab angelo, licet ergo angelus tunc loqueretur,quia loco Dei agebat, debuit vocari Deus. Alia autem erant minora negotia, quæ conuenienter fiebant per miniſtros, & talia dñr facta in ſcriptura per angelos,& erat dr̃ia hęc, quia qñ aliquid fieri dicitur per Deum, licet fiat per angelum occultatur angelus vt non videatur imago aliqna,cum autem dicitur angelus locutus aliquid ponitur ꝑte loquẽs,& in corpore aſſumpto,ſicut Gen. 16. de angelo qui apparuit Agar,& Geneſi.18. de tribus angelis qui venerunt ad Abraham,& Ge.19. de angelis duobus qui venerunt Sodomam,& Iud.2.& in aliis multis locis, vt Ioſue 6. & 13.& tunc non occultabatur,quia cum loqueretur dicens ſe angelum non erat periculum aliquod etiã ſi videretur in corpore aſſumpto, quia non flecterẽtur Iudæi ad idolatriam, ita ẽt nunc & in baptiſmo Chriſti vox illa,quę audita eſt,fuit tanquam Dei patris,qui incorporeus eſt, ideo nõ debuit apparere aliqua imago,vel organa in quibus formaretur vox,ſed occultari hęc debuerunt.

Sed dicetur,ꝓ poterant fieri hęc ſine occultatione ſcilicet vt angeli qui faciebant hęc tanquam miniſtri Dei,dicerent ſe a Deo miſſos, & nomine Dei agere, & tunc poſſent oſtendi, & non ſequeretur idolatrandi occaſio.

Dicendum,ꝓ non fuit conueniens ſic fieri,Primo quia tunc populus Iudęorum nihil videret vnquam Deum ſuum agentem, neque loquẽtem cum omnia per angelos fierent,& ſic non bene conciperent de illo Deo, quoniam nil agentem per ſe ſcirent,cum eſſent populus rudis, vt autem iudicarent eũ potentiſſimum,& excellentiſſimum, oportebat ꝓ aliqua terribilia faceret, quæ ipſemet facere diceretur, & ita fuit in apparitione in rubo qui ardebat, & non cremabatur,& in tonitruis, & coruſcationibus, & fumigatione montis,quæ fuerunt in datione legis. Secundo,vt tota gratiarum actio populi redderetur ſibi,nam ſi oĩa quæ

quæ Deus per angelos efficiebat circa Israelitas scitēt Israelitę facta per angelos, etiam ex mandato Dei putarent se nimis teneri angelis, qui eis talia beneficia contulerant, & tunc rāta esset gratiarum actio ad quē crederent se teneri angelis, quod parum Deo teneri se putarent, aut non valde multum, plusquam angelis, & hoc erat inconueniens, & valde repugnās Deo, quia ipse non solum volebat nullum putari sibi ęqualem esse, sed etiam quòd crederetur ipse solus potēs. Deuteronom. 32. videte quòd ego sim solus, & non sit alius preter me. ego occidam, & ego viuere faciā, idest ego solus sum, qui miracula ista facere possum. Psalm. septimo, tu es Deus qui facis miracula magna solus, & ob hoc vocauit se zelotem, ego sum Dominus Deus tuus zelotes. Exod. vigesimo, capitul. zelus enim amor priuatus est nolens habere consortium in amato, sicut est amor viri ad vxorem, & ita Deus zelotes est, quia solus vult coli, & solus vt magnus teneri, vnde non solum nolebat, quòd non putaret populus se obligatū angelis ad aliqua magna, sicut Deo, vel quasi, sed quòd etiam ad nihil putarent se obligatos angelis, sed quòd tota obligatio eorum, & gratiarum actiones essent ad Deū, & quia populus qui rudis erat non posset hoc concipere si putarent, quòd illa magna bona conferebantur eis per angelos, ideo scriptura in omnibus illis dicit Deum locutum, & illa egisse. Tertio, vt non esset occasio errandi circa angelos, nam si ista magnalia dicerentur angeli fecisse, & dixisse, quæ scriptura refert, cum Hebrei nulla maiora facta vidissent, neque audissent, nescirent distinguere circa potestatem Dei, & angelorum, & ita vel colerent angelos, vel saltem putarent paulo maiorē Deum angelis, cum angeli talia facere potuerint. nō ergo debuit dici ista facta per angelos, sed per Deum, vt sic putaretur pauca posse angelos: Deum vero infinita. Quarto fuit hoc, vt Deus alliceret sibi populū, vt eum colere desiderarent, sicut famuli gaudent nimis, quando dominus eis loqui dignatur. Si autem Hebræi agnoscerent Deum esse valde magnum, & omnia, quæ faciebat, & dicebat fieri per angelos eius & non per ipsum: crederent quòd contemnebat ipsos, quia nunquam loquebatur eis, neque faciebat quidquam per seipsum ad eos, sed omnia per angelos faciebat, & dicebat: hoc autem distraheret valde animos eorum ab ipso, vt non desiderarent eum colere, ideo voluit intelligi a Iudæis, quòd omnia quæ dicebantur, & fiebant circa Iudęos, per ipsum dicerentur, & fierent. Quinto fuit, vt Iudęi crederēt se valde esse inclytos habendo talem Deum, qui eis ita loquebatur, & talia faciebat per seipsum, sic dixit Moyses, Iudęis. Deuteronom. 4. non est tam grandis natio sub cęlo, quæ habet Deos appropinquātes sibi, sicut adest dominus Deus videtur cunctis obsecrationibus vestris: non ergo debuit innui, ꝙ angeli loquebantur, & faciebant hęc iubente Deo, sed quòd Deus ipse per se faciebat, & consequenter debuit occultari imago loquentis, vt non putaretur Deus esse, qui loquebatur, & statueretur ei simulachrum.

Ad secundum argumentum preceden. quęstionis: dicendum quòd Deus nō ostendit se vnquam Iudęis videndum. sic enim ipse dixit Moysi petenti videre faciem eius, non videbit me homo, & viuet, idest nemo poterit me videre, quandiu vixerit. Exod. 33. & Christus dixit Ioann. 8. quem vos dicitis, quia Deus vester est, cuius neque vocem, vnquam audistis, neque similitudinem vidistis: sed dicitur Deus visus fuisse ab Israelitis, quia ostendit aliquid, quod repręsentabat ipsum, non quidem aliquam effigiem humanam masculi, vel fœminæ, aut aliquid simile, sed aliquam nubem gloriosam lucidam pulchram, & delectabilem visui, cuius exterior ostensio innueret maiora, & meliora fore, quæ intus latebant, & tales nubes solent vocari gloria Domini, sic dicitur Nume. 14. quòd apparuit super tabernaculum fęderis gloria Domini, & idem iterum fuit Numer. 16. & nihil aliud fuit illud, nisi quidam specialis fulgor apparens in nube, ꝙ prius non solebat videri, & tunc ostendebatur, & tunc apparebat, vt putarent Iudęi esse quandam Dei presentiam, & per hoc timerent. nam hoc fuit factum bis, quando populus volebat occidere Moysen, & Aarō, vt patet ibidem. ita Exo. 24. dr ꝙ viderunt Deū Israel, idest aliquam nubem sic gloriosam.

Sed obiicietur, quòd viderunt eum in aliqua effigie hominis, quia dicitur, ꝙ viderunt Deum Israel, & sub pedibus eius, quasi opus lapidis Saphirini, & quasi cęlum cum serenum est.

Dicendum, quòd non fuit visa effigies aliqua masculi, neque fęminæ, aut alicuius animalis, sicut dixit Moyses. Deuteronom. 4. non vidistis vllam similitudinem in die qua locutus est vobis dominus in Oreb: ne decepti faciatis vobis sculptam similitudinem. Si tamen aliquando se Deus ostendisset Iudęis in effigie aliqua, etiam si non visus fuisset in Oreb, possent facere similitudines, aut imagines, & ita non esset cōuenienter dictum verbum Moysi, ideo nunquam viderant Israelitæ Deum in aliqua effigie, aut imagine, sed dicitur sub pedibus eius, quasi opus lapidis, quia illa nubes gloriosa, quæ ostendebat quandam Dei p̄sentiam, habuit partem superiorem, & inferiorem, & licet ibi non esset, neque videretur distinctio vlla, vocatur pars superior caput, & inferior pedes, quia si interius lateret aliquid habens effigiem humanam, eēt superius caput, & inferius pedes, ideo pars inferior dicebatur esse sub pedibus, & hanc viderunt Israelitæ, quia forte partes superiores non videbāt, ideo de hac sola scriptura tetigit, dicens ꝙ sub pedibus eius erat, sicut opus lapidis Saphirini.

Vox quæ audita fuit in transfiguratione a quo formata fuit. Quæst. LXXVIII.

QVAERETVR circa vocem, quæ audita fuit in transfiguratione a quo formata fuit.

Dicunt aliqui, quòd a pātre, quia vox illius est a quo formatur, & tamen vox ista dicitur esse patris, ergo fuit formata a patre. Secundo, pater, quia litera dicit, quòd vox illa fuit. hic est filius meus dilectus, sed a quocunque dicatur falsa est, nisi dicatur a Deo patre, qui solus est pater Christi. ergo ipse vocem illam dixit, cum ista vox vera sit, & introducatur hic in testimonium. Tertio, quia asserūt doctores, dicit Hiero. vox quidem patris de cœlo loquentis auditur qui testimonium perhibeat filio. Dicit etiam Chryso. nec autem Moyses loquitur, neque Elias, sed pater omnibus maior vocem emittit ex nube.

Dicendum, quòd non locutus fuit pater, quia si loqueretur pater, etiam simul filius, & Spiritus sanctus loqueretur, immo esset vnica locutio trium, quia omnia sunt vnum in diuinis, nisi in relationibus, ideo & actus vnius personæ est omnium, nisi actus notionales, vt gignere, nasci, spirari, & tamen solus pr̄ loquens asseritur. Item Deus nunquam loquitur, sed quidquid ipse loqui dicitur, loquūtur aliqui angeli, ita Christus dixit. Ioann. 8. quem vos dicitis, quia Deus vester est, cuius neque vocem vnquam audistis, neque speciem vidistis, & tamen si Deus vere loqueretur, quādo scriptura dicit eum loquētem, sępe Hebrei audissent verbum eius, ideo nunquam locutus est, de quo latius p̄batum est supra tertio capitulo, quæstione octuagesima nona.

Est

Est ergo dicendum, ꝙ nunc non locutus est pater, neque aliqua diuina persona, sed Angelus aliquis locutus est, qui tamen nomine Dei hoc dixit, & ideo potuit formare verba, quasi ipse Deus pater loqueretur.

Ad primum dicendum, ꝙ concedimus eam vocē Dei patris non quidem a Deo patre formatam, sed vice eius prolatam ab aliquo, qui nomine eius loqueretur, & ita vocatur vox patris 1. Pe. 1. scilicet accipiēs a Deo patre honorem, & gloriam voce delapsa ad eū huiuscemodi a magnifica gloria, hic est filius meus dilectus.

Ad secundum dicendum, ꝙ vera vox fuit, & non poterat esse vera si ab alio diceretur, quam a Deo patre, tanquam ex nomine proprio. Si quis tamen loco Dei patris, vt nuncius eius ista diceret non esset falsa, sicut procurator assumit personam domini, & loquitur loco eius, sic erat de Angelo, qui istam vocem formauit, quia iussus a Deo fecit hoc.

Ad tertium dicendum, ꝙ doctores dicunt esse vocem Dei patris: non quidem, tanquam ab eo per se formatam, sed quia nomine eius, & ad eum ostendendum formata est.

Quare Angelus in transfiguratione non locutus est, sicut nuncius dicens, hæc dicit Deus pater, quòd iste est filius eius. Et quod fuit in resurrectione Christi firmissimum testimonium. Quæst. LXXIX.

SED quęretur cum Angelus aliquis formauerit istam vocem loco Dei patris, quare non locutus est, quasi nuncius dicens. hęc dicit Deus pater, ꝙ iste est filius eius.

Dicendum, ꝙ fuit hoc. Primo pp auctoritatem testimonii: nam licet omnia facta sunt, vt perhiberetur fides de Christo quis erat, iō enim transfiguratus fuerat, vt oñderetur, ꝙ similem gloriā poterat dare omnibus electis, iō Moyses, & Elias apparuerunt, vt de eo tanq̄ de domino testarentur. nunc aūt vox patris audita est, vt testetur de illo tanquam de filio, & istud erat maximum testimonium. Si tñ Angelus aliquis hęc diceret loco Dei ostendens se esse Angelum, tāta fides verbis adhiberetur quanta erat auctoritas Angeli, & quia auctoritas Angelorum non erat maxima, cum magis credatur scripturis, quam Angelis, & magis eis, quę prędicata sunt ab ecclesia, quam eis, quæ ab Angelis dñr, ad Gal. 1. Si Angelus de cęlo euangelizet vobis preter id quod euangelizatum est a nobis anathema sit, iō non debuit loqui Angelus, vt Angelus, sed sic loqui, vt putaretur Deus pater locutus.

Sed obiicietur, ꝙ in aliis factis recipiebat Christus testimonium Angelorum, sicut in resurrectione fuerunt duo Angeli in albis, qui dixerunt mulieribus surrexisse Christum. Lu. 24. & Io. 20. in ascensione etiam Angeli perhibuerunt testimonium, nam duo illorū astiterunt discipulis dicētes. viri Galilęi. Act. 1. ergo ēt in transfiguratione poterant conueniens testimoniū reddere. Dicendum, ꝙ ibi fuit conueniens testimoniū Angelorū, sed nō hic pp duo. Primo pp magnitudinē rei de qua testimonium reddebatur, nā resurrectio, & ascensio, & aduentus ad iudicium sunt aliqua sensibilia, de quorū veritate sensus iudicare potest aliqñ. s. saltem, qñ ipsę res fiunt. Christus aūt, ꝙ sit filius Dei est res altissima, quę sub sensu nō cadit, & intellectus, ēt capere non sufficit. immo, & Angeli non intelligūt illud plene, neq; Archāgeli, vt ait Hila. sed solus Deus illud ꝓprehendit pater, iō solus, qui genuit potuit cōueniens testimonium perhibere, ꝙ ipse sit filius eius. Secundo, & etiam precipue, quia in resurrectione, & ascensione accipitur testimoniū Angelorū nō tanquā precipuum, quia aliud testimonium est ibi firmius, hic aūt testimonium, quod fuit in voce fuit firmius, & magis præcipuum, iō non debuit esse testimonium Angelicum. Primum patet, quia in resurrectione nō creditum est solis Angelis, sed post illorum testimonium apparuit maius testimoniū, s. quia Christus visus est mulieribus, & discipulis infra 28. & Mar. 16. & Lu. 24. & illud erat firmum testimonium cui vltimo stabatur, Sic ēt in ascēsione ipsi discipuli viderūt Christum, & ad hoc non erat opus, vt Angeli perhiberent testimonium. cum aūt dixerunt, sic veniet quemadmodum vidistis eum ascendentem, non erat necessarium magnum testimonium, quia Christus iā hoc de se dixerat infra 24. & nunc videbant eum ascendētem, iō planum erat, ꝙ descendere posset, qñ vellet, quia facilius erat descendere, quam ascendere. Secundum patet, quia hic fuit vltimum testimonium istud, quod ex voce habitum est, s. post testimoniū Moysi, & Elię, iō hic non sufficiebat testimonium angelicū, sicut fuit conueniens in resurrectione, & transfiguratione. Secundo quantum ad principale non debuit esse vox Angeli, qui tanquam Angelus loqueretur, quia tunc non occultaretur in nube, sed appareret in corpore assumpto, quia ista est consuetudo, ꝙ qñcunque Angelus loquitur appellans se Deum latet in nube, & non vī effigies loquentis, qñ aūt Angelus loquitur tanquam Angelus, apparet in corpore assumpto, & colligitur ex omnibus locis sacrę Scripturę vbi de locutione hac fit mentio, nam Gen. 16. & 18. & 19. & Iud. 2. & 6. & 13. quia loquitur Angelus, dicens se Angelum, vel quem scriptura dicit esse Angelum, apparet ipse loquens in effigie corporis assumpti, in alis omnibus locis vbicunque dīr, ꝙ locutus est Deus licet ad veritatem Angelus loquatur, nunquam ponitur aliquis apparens, sed potius, vel in igne, vel in nube. de igne Exo. 3. de nube Exo. 33. & Nume. 12. interdum in fumo, & caligine. Exo. 19. & 20. & ita etiam in nouo testamento vbicunque dicitur Angelus locutus, ponitur, ꝙ apparuerit, in resurrectione duo Angeli locuti sunt, & illi apparuerunt in albis vestiti. Lucę 24. & Io. 20. & in ascensione duo Angeli astiterūt discipulis in vestibus albis dicentes, viri Galilęi. Act. 1. Gabriel quoque Angelus apparuit virgini, quando locutus est ei Lucę 1. in baptismo aūt Christi, & nūc in transfiguratione Angelus locutus est, quia tamen dicitur, ꝙ locutus est pater, non ponitur effigies loquentis, sed potius fuit vox facta de occulto nubis, ita nūc si Angelus loqueretur ostendens ex modo locutionis se esse Angelum, licet essent verba ex parte Dei appareret Angelus in humana effigie, hoc autem nō erat conueniens, quia tunc non terrerentur discipuli eo, quòd videntes Angelum in humana effigie nihil formidabile videbant, neque fieret vox de nube, sed sicut duo Angeli, qui astiterunt discipulis in Christi ascensione non terruerunt eos, ita neque Angelus loquēs in trāsfiguratione illos terreret, & tamen fuit conueniens, quòd contremiscerent, & caderent in terram, vt dicetur infra. q. 88. ergo non debuit loqui Angelus ostendens se Angelum, sed vice Dei, & de nube.

Ad quid profuit vox ista de nube. Quæst. LXXX.

QVAERETVR ad quid profuit ista vox de nube.

Dicendum, ꝙ fuit primo ad perhibendū testimonium de Christo, nam fuit hic distinctum testimonium de ipso, ꝙ esset filius Dei asserente hoc patre. Sic dicit Hiero. vox quidem patris de

de cęlo auditur, qui testimonium perhibet filio. Secũdo fuit ad dandam magnam auctoritatem Christo: inquantum dixit vox, ipsum audite, i. in omnibus, quę dixerit obedite ei, & credite. Tertio fuit ad liberandũ Petrum ab errore suo, quia petiuerat tabernacula fieri ad manendum ibi, quasi pro felicitate ibi hnda. vox aũt ista instruxit eum, q audiret Christum: per hoc innuebatur, q quidquid diceret sibi Christus sup his credere deberet, & non oporteret plura queri. Sic dicit Hiero. vox quidem patris de cęlo loquentis audit, quę testimonium perhibeat filio: & Petrum errore sublato doceat: immo per Petrũ cęteros Apostolos.

An vox patris fuit conueniens testimonium in transfiguratione. Et quòd nullus intellectus creatus etiam per reuelationem filij Dei generationem comprehendere potest. Quæst. LXXXI.

QVAERETVR an vox patris fuit conueniens testimonium in transfiguratione.

Dicendum, q fuit conueniens testimonium: nam tãta erat ista res de qua testimonium perhibebatur, q nullum erat conueniens testimonium, sicut patris: agitur.n. de hoc, q Christus sit filius Dei, & tñ nulla creatura plene istud intelligit: sola aũt deitas cõprehendit illud, iõ solus pater, qui genuit conuenienter testificari potuit: nam si aliquis prophetarum hoc diceret, non quasi ipse illud sciret, sed quasi a Deo patre esset sibi reuelatum, & rursus nulli hoc plene reuelari potest, quia mysterium ęternę generationis infinitum est, ideo nullus intellectus creatus ēt per reuelationem potest illud compræhendere: nam in patria clare videntes Deum non compræhendemus eum, ita vt de eo intelligamus quidquid intelligibile est, ergo a fortiori hic per reuelationem non poterimus illud compræhendere, & ita quicunque propheta hoc diceret, redderet nõ plenum testimonium. Deus autem pater, qui genuit ipse plene intelligit, & filius, qui genitus est, sed quia filius non perhibet testimonium de seipso, sed pater de eo testimonium perhibet Io.8. testatus est nunc pater de eo in voce: cum non sufficerent ad hoc testimonia prophetarũ. Sic dicit Chry. nec autem Moyses loquitur, neque Elias, sed pater omnibus maior vocem emittit, vt discipuli credãt, q a Deo vox hæc exeat. Sed dicetur, q forte non erat manifesta probatio ista, quia poterat dubitari an esset vox patris, & ita esset testimonium inualidum.

Dicendum, q hoc certificauit Deus. Primo, quia tenuit modum loquendi antiquum quem tenebat in veteri testamẽto. solebat enim de nube loqui. vt Exo. 33. & Nume. 12. & qñ ad totum populum locutus est loquebatur de nube densissima Exo. 19. ita, & nunc de nube loquitur, vt per cõsuetudinem locutionis Deus esse credatur. Sic dicit Chry. nec Moyses loquitur, neque Elias, sed pater, qui maior omnibus est vocem emittit de nube, vt discipuli credãt, q a Deo hæc vox erat: semper enim apparere solet Deus in nube, sicut scriptum est: nubes, & caligo in circuitu eius. Secundo ex terrore, quem cum voce misit: nam terruit discipulos, ita vt caderent in facies suas timentes nimis, vt patet in litera. Et sic etiam fuit, quando Deus locutus fuit ad populum in Oreb: tantus quippe terror ex voce illa causatus est, q populus vniuersus credidit se moriturum si amplius Deus loqueretur, & rogauerunt Moysen, q loqueretur ad eos, & nõ Deus Exo. 20. & Deutero. 5. c. agnoscerent, ergo solitam vocem. Tertio fuit propter gloriam, quam ostendit: nã nubem valde gloriosam fecit Deus in qua loqueret, & finita voce cessauit nubes, & alia apparuerunt ibi, quæ erant quædam ostensio gloriæ; sic dicitur 2. Pe. 1. accipiens a Deo patre honorem, & gloriam voce huiusmodi delapsa a magnifica gloria, idest de loco glorioso, scilicet de nube in qua non solum erat ostẽsio quædam gloriç, sed etiam magnificę gloriç: non ergo dubitarent discipuli illam vocem a Deo lapsam, quia talia non poterant fieri, nisi a Deo.

Quid vltra Moysen, & Eliam volebat testimonium vocis paternæ, & quomodo ista duo testimonia inter se conueniunt. Quæst. LXXXII.

SED quæretur cum ostendisset Christus testimonium transfigurationis suæ per Moysen, & Eliam: quid vltra volebat testimonium vocis paternę, & quomodo se compatiunt inter se ista duo testimonia? Dicendum, q ista testimonia inter se conueniunt, & non superfluit alterum eorũ. Primo, quia de aliquo testificati sunt Moyses, & Elias, & de alio vox paterna: illi quidem testabantur duo de Christo. Primum erat, q dicebant complenda esse in eo omnia, quæ ipsi prænunciauerant: nam tam in lege, quam in prophetis de Christo multa prænunciata sunt. sic dr̃ Lu. 24. incipiens a Moyse, & prophetis interpretabatur eis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant, & Io. 5. dixit Christus si crederetis Moysi forsitã crederetis, & mihi. ille enim testimoniũ perhibuit de me, & ista fuit causa, quare apparuerunt cum Christo transfigurato Moyses, & Elias, s. quia Moyses erat legislator, Elias autem erat, quasi quidã vertex prophetarum, & ita Moyses, & Elias erant nunc loco totius legis, & omnium prophetarum: & testimoniũ, quod perhibebant de Christo erat, quia testabantur cõplenda esse in eo omnia, quæ in lege, & prophetis prænunciata fuerant. Et patet hoc, quia præcipuum omnium, quæ Christus facturus erat, & quæ propheræ prædixerant, erat mors pro nobis, & istam referebant Moyses, & Elias coram discipulis Christo transfigurato. Lu. 9. erant Moyses, & Elias visi cum eo in maiestate, & dicebant excessum quem completurus erat in Ierusalem, vt per hoc innuatur, q cætera ēt ad ipsum pertinentia referebant attestantes omnia in eo complẽda, scriptura tamen hoc solum, quod præcipuũ erat tetigit, vox autem paterna non testata est de his, sed de filiatione dicẽs. hic est filius meus dilectus, de quo Moyses, & Elias non testabantur.

Secundum, quod Moyses, & Elias de Christo testabantur erat, q esset eorum dominus, nam verbis, & nutibus corporis eum dominum ostendebant: affuerunt enim ei ad ipsum honorandum, nos autem non habemus ex verbis euangelicis quos nutus ostenderent, sed ex verbis Petri agnoscitur, q illi Christum, tanquam dominum venerarentur. nam Petrus dixit: domine faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, Eliæ vnum. ex quibus apparet primo excellentia Christi ad Moysen, & Eliam, quia cum Petrus gauderet nimis illic manendo, & vellet semper manere, & non posset fieri sine voluntate illius, qui ibi esset præcipuus, non direxit verba ad Moysen, aut ad Eliam tanquã ad maiores, neque ad oẽs tres simul tanquam ad æquales, sed ad solum Christum, quasi ipse esset dominus aliorum, & ab eo solo requirenda esset voluntas. Secundo, quia dixit, domine bonum est nos hic esse, & sic vocauit eum absolute dominũ, & tamen si Elias, aut Moyses esset maior Christo, non vocaret præsentibus eis Petrus Christũ absolute dominum. Tertio, quia in assignatione tabernaculorum ei primum dedit dicens. tibi vnum, Moysi vnum, Eliæ vnum. Si tamen aliquis aliorum maior appareret loqueretur prius Petrus de illo, quam de Christo, & tñ non fecit, iõ Christum putauit maiorẽ, & sic vt, q

Moyses,

Moyses, & Elias taliter in nutibus corporis, & verbis ad Christum se habebant, q eum dominum ostendebant, & hoc erat magnum testimonium, cum ipsi essent principes veteris testamenti. vox autem de nube non testata est Christum esse dominum, sed filiũ, quia ille, qui loquebatur pater erat, & ita erant distincta testimonia ista. Secundo differebant hęc testimonia ex parte auctoritatis, nam licet idem testarentur Moyses, & Elias, & vox illa, tñ testimonium vocis erat valde maius, quia auctoritas diuina est supra omnẽ auctoritatem, & ipsa confirmat cętera testimonia dans eis complementum quoddam, & ita conueniens ordo fuit hic, quia prius positum fuit testimoniũ Moysi, & Eliæ, & in fine testimonium vocis paternæ.

Ad quid vox ista dixit hic est filius meus dilectus, & an esset ad propositum. Et quòd Messias maior est lege, & prophetis. Quæst. LXXXIII.

QVAERETVR ad quid vox ista dixit, hic est filius meus dilectus, & quomodo erat istud testimonium ad propositum, nam videtur, q non erat ad propositum. hic enim transfiguratus erat Christus, & ista quæ ostendebantur, attestrabantur transfigurationi suæ, & tamen dicere, hic est filius meus non vr̃ ad hoc pertinere. Dicendum, q istud erat conueniens testimonium, nam testificari nunc non erat ostendere, q Christus erat transfiguratus, quia hoc sensui patebat, neque egebant discipuli aliqua demonstratione, sed quia poterat quis putare hoc fieri phantastice oñdendum erat, q vere fieret, & q ille, qui transfigurabatur talis erat, qui posset hoc facere, & ad hoc, pderat vtrunque testimonium tam Moysi, & Eliæ, quam vocis. Primo, quia oñ debant, q non erat hoc phantasticum, ficta enim falsa sunt. Deus aũt non attestãt falsitati, quia ipse veritas est, & fidelis est, qui mentiri non potest: propherę quoque diuino afflati spiritu nõ mẽtiuntur, quia Deus per eos loquitur. Secundo, quia ostendebant quis esset ille, qui trãsfigurabatur: nam Moyses, & Elias oñdebãt eum esse dominum suum, vt dictum est prece. q. vox aũt illũ filiũ demonstrabat, & tunc apparebat, q qui Dei filius erat, & legis, & pphetarum dñs, posset talia in se ostendere. Itẽ erãt valde conuenientia testimonia, & potissime testimoniũ vocis: Christus enim nunc transfiguratus est ad ostẽdendum in se imaginem glorię futurę, vt crederetur, q talem gloriam qualem in se ostendebat posset dare omnibus bonis, qui sequerentur eum, ista quippe erat principalis intentio, quia præce. c. dixerat Christus, q qui poneret nunc animam suam perdendo eã, inueniret eam in vita ęterna, & quia nemo vellet perdere hic vitam, nisi expectaret magnam retributionẽ: dixit Christus, filius hominis venturus est in gloria patris sui cum Angelis suis, & tunc reddet vnicuique iuxta opera sua. & quia multum esset hoc dubitabile qũo Christus, qui tunc appparebat in infirmitate carnis nostrę posset talia facere: ostendit in se imaginem futurę glorię in transfiguratione, vt aũt crederetur, q posset similiter omnibus dare gloriam, debuit pstare de magnitudine potestatis suę, & hæc potestas gradualiter designata est. Primo testimonio Moysi, & Elię, qui eum dominum ostenderunt: necesse enim erat valde magnum esse eum, qui erat dominus legis, & prophetarum, sed hoc quidem eum Messiam esse designabat, quia Messias est maior lege, & prophetis, quia ad illum dirigũntur, & tendunt. Secundo vocis testimonio, quæ eum filium Dei ostendit, & istud erat altissimum testimonium, quia nihil maius esse potest, quam esse filium Dei, & tunc manifeste apparebat, q quibuscunque vellet dare posset tamã gloriam quantã in corpe suo oñdebat, aut maiorẽ, quia nihil est, quod filius Dei non posset, cum ipse Deus sit: & ita fuit valde conueniens, q nunc vox paterna intonaret dicens. hic est filius meus, quia aliàs non sufficienter appareret an gloriam talem dare posset qualem in seipso ostenderet, & tñ ista erat tota intentio transfigurationis, quia nõ transfiguratus est Christus, vt in se gloriam ostenderet, sed vt viderent discipuli qualem gloriam daturus erat eis, qui perderent hic animas suas pro eo.

Ad quid vox ista dixit. hic est filius meus: cum hoc notum esset discipulis. Et quòd circa res arduas est conueniens confirmatio. Quæst. LXXXIIII.

QVAERETVR ad quid vox ista dixit. hic est filius meus. nam hoc iam erat notum discipulis, quia prece. c. qñ Christus quæsuit a discipulis quem dicũt homines esse filium hominis, dixit Petrus. tu es Christus filius Dei viui, & eadem fuit confessio omnium discipulorum, & Christus approbauit confessionem istam, dicens fuisse hoc Petro reuelatum a patre eo. c. & ideo non erat opus iam illud demonstrari.

Dicendum, q fuit conueniens audiri vocem, quæ testaretur Christum filium Dei. Primo, quia non vr̃ illa confessio Petri, & Apostolorum sufficisse. nam licet ex parte Dei sufficere debuisset, quia cum semel Deus per reuelationem veritatem ostendisset, non erat amplius super hoc dubitandum. tamen discipuli qui erant infirmi adhuc dubitabant, vel saltem non sufficienter manu ducebantur ad tenendum de Christo omnia, quæ teneri deberent, & quæ sequerentur ex illa confessione. nam dixerat post illam cõfessionem Petri Christus, q ascensurus erat Ierosolymam, & ibi passurus: Petrus autem redarguit eũ suadens ne talia diceret, quasi errasset hoc dicendo. Si tñ filius Dei erat, sicut Petrus confessus fuerat, non poterat falli, neque indecẽter aliquid facere, & ita nõ esset reprehensibilis, vnde apparet, q in Petro non fuit efficax illa confessio, vt manu duceretur ad omnia illa, quæ sequebantur ex ea, ideo fuit conueniens, q iterum fieret testificatio super hoc.

Secũdo, quia dato, q illa confessio Petri esset sufficiens ad ostendendum Christum esse filium Dei, erat satis conueniens, q iterum fieret aliqua ostensio ad maiorem confirmationem, quia multiplicatio probationum circa eandem rem facit ad confirmationẽ maiorem, sicut cum Christus faciebat multa miracula eiusdem generis erant illa ad confirmandum, qm̃ primum sufficienter probauerat. sic patet. Gen. 41. vbi ponuntur duo somnia Pharaonis idem significantia, scilicet de septem vaccis, & septem spicis, & dixit Ioseph postquam primum expoluit. secundum ad eãdẽ rem pertinens somnium firmitatis indicium est. cõfirmatio aũt est conueniens circa res arduas quibus difficulter assentitur, & in quibus necessaria est magna certitudo, & ita erat hic, quia Chr̃m esse filiũ Dei arduum valde erat, cui non assentiret quis faciliter, ēt egebat magna certitudine, quia est de maioribus fundamentis fidei, iõ indiguit confirmationibus, & sic licet per confessionem Petri constaret discipulis, fuit conueniens, q vox patris adhuc de eo testificaretur.

Tertio, quia ista probatio, & Petri confessio non sunt probationes eiusdem generis, nam confessio Petri fuit per reuelationem, & erat aliqualiter obscura probatio, hic autem fuit manifesta, cum ipse Deus p seipsum manifeste videatur super hoc locutus, & ppter hoc circa istam probationem non posset dubitari, sicut dubitari posset circa confessionem Petri, & ista fuit causa potissima quare post Petri confessionẽ

fuit

fuit adhuc cõueniens, qđ repetereẽ istud. Quarto fuit, quia voluit nunc pater testimoniũ perhibere de Christo transfigurato, ꝙ ipse talis esset, qui posset talem gloriam qualem in suo corpore ostendebat dare quibus vellet: hoc aũt non poterat aliter sufficienter oẽdi, nisi dicendo eum esse Deum, & ita dixit eum filiũ Dei. vñ licet sepe añ hoc ostensum fuisset istud, conueniens erat nunc ostendi, quia necessarium erat ad istam probationem. Quinto, quia pater voluit aliqua alia de Christo testificari, quę non apparebant ex confessione Petri, & non poterat illa ostendere, nisi repetendo, ꝙ esset filius Dei, iõ iterum dictum est. istud erat, quia dixit vox illa. hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. ipsum audite, non poterat tamẽ conuenienter inferri: ipsum audite, nisi preponeretur hic filius meus, quia ex hoc, ꝙ erat filius suus dilectus, audiendus erat, ideo debuit repeti.

Quomodo, & quare nunc repetita fuit hæc vox. hic est filius meus. cum in baptismo Christi in Iordane iam dicta fuerat. Et quomodo Deus idem loquitur sæpe.
Quæst. LXXXV.

QVAERETVR qũo nunc repetita fuit hæc vox. hic est filius meus, qa eadẽ vox dicta fuerat super Christũ in baptismo in Iordane, & hic nõ potest esse talis ꝓparatio, sicut est de ꝓparatione istius vocis ad ꝓfessionẽ Petri, vt dictum est præce. c. quia illę non sunt ꝓbationes eiusdẽ generis. istę aũt sunt omnino eiusdem generis.

Dicendum, quòd fuit conueniens repeti. Primo propter confirmationem, quia erat res valde ardua ista, & egebat plusquam vna probatione ad confirmãdos animos infirmos, & ita sepe Christus mortuos suscitabat. Secundo fuit, quia forte iam obliuioni traditum fuerat illud miraculum, quod in Christi baptismo apparuit. Tertio, quia forte discipuli isti, nõ fuerunt præsentes in illo miraculo, & istud est verum, qa quando Christus baptizatus est nullos hẽbat discipulos, sed postea incepit illos colligere, vt innuitur. Io. 1. fuit ergo conueniens, ꝙ nunc discipuli audirent hãc vocem, & ista erat causa Christo repetendi sepe miracula eiusdem generis, & ẽt verba, quia nouiter cõfluebant ad eum auditores, qui nunquã prius venerãt, iõ oportebat, ꝙ illi miracula viderent, & audirẽt Christi doctrinã. Quarto, quia nunc addidit vox aliqd, quod non fuerat dictum prima vice, s. ipsum audite. hoc tamen non poterat conuenienter dici, nisi præponeretur hic est filius meus, quia ex illo inferebatur, quòd deberet audiri, ideo cõueniẽter repetita fuit hęc vox.

Sed obiicietur, quia Deus non repetit verba, sed semel tantum loquitur Iob 33. semel loquitur Deus, & secundo id ipsum non repetit, sed iam eadem vox dicta fuerat, ergo non erat repetenda.

Aliqui dicunt, quòd intelligitur illud de locutione Dei ęterna, qua Deus pater verbum vnicum, & coęternum sibi pertulit, quia hęc locutio, idest generatio non repetitur, secus autem de locutione ad homines, quę est temporalis.

Sed dicendum, ꝙ non stat hoc, quia litera illa Iob intelꝛ necessario de verbo vocali, & tpali quo Deus loquit̃ ad hoĩem docẽdo eũ, vel rn̄dẽdo ei. Quod patet, qa illa sunt verba Eliu ꝗ̃ Iob, qui se mũdũ dicebat, eo ꝙ Deus nõ rn̄debat ei ad obiectiones suas. dicit aũt Eliu, ꝙ Deus nõ ꝓsueuit rn̄dere, & iõ, ꝙ ipse loco Dei argueret contra Iob.

Dicendum igitur, quòd de temporali locutione intelligitur, & tamen est verum illud verbum respectu eiusdem hominis, & quantum ad eandem rem, vel negocium. In diuersis autem negociis, vel quantum ad diuersas personas bene Deus loquitur idem sepe. Primum pater, quia ibi Eliu voluit ostendere, ꝙ Iob non putaret se iustum, quia Deus non respondebat ei ad querelas suas: nam Deus non replicat sermonẽ respectu eiusdẽ hominis, & in eodem negocio, sed sufficit, ꝙ semel loquatur, & hoc pertinet ad auctoritatem, & fidẽ, quæ debetur verbis Dei: nam repetere verbũ eidẽ homini, & in eodẽ negocio ex hoc solo fit, ꝙ in primo verbo non creditum fuit loquẽti: Deus tñ detestatur eos, qui nõ credunt, & fugit ab eis, iõ non repetit verbum, vñ non solũ eadẽ verba nõ repetit, sed etiã aliqua verba circa eãdẽ materiam non dicit, quod reperere est. Secundũ patet, qa quantũ ad diuersas personas Deus bene repetit verbum, & in diuersis negociis, vt Deus dixit ab exordio generis humani, crescite, & multiplicamini. Gene. 1. & postea deletis penè omnibus hominibus per diluuium eadem dixit, scilicet crescite, & multiplicamini. Gene. 9. ita fuit nunc, quia illa vox, quę in Iordane fuit audita fuit directa ad alias personas, & non ad discipulos, quia nullos tunc Christus habebat, nunc autem ad ipsos dicta est, ideo non est inconueniens talis repetitio. maxime, quia repetere verbum, ideo non accipitur pro dicere idem, sed pro respondere ad obiecta postquam semel aliquid dixerit. sic dicitur Iob 33. Aduersus eum contendis, qui non ad omnia verba respõdit tibi? semel loquitur Deus, & secundo idipsum non repetit. hic autem non erat respondere, quia nemo querebat quicquam a Deo, ideo non erat inconueniens repetere verbum.

Quare in baptismo, & transfiguratione audita fuit ista vox paterna, & nunquam alias. Et quòd per fidem filij Dei efficimur. Quæst. LXXXVI.

QVAERETVR quare in baptismo, & in trãsfiguratione audita fuit ista vox paterna, & nunquam aliàs. Dicendum, quòd satis erat istam vocem bis audiri, cum sufficienter per eam informarentur auditores Christum esse filiũ Dei, ꝙ aũt in baptismo, & in trãsfiguratione potius hoc acciderit, quam aliàs. Dicendum, ꝙ prima causa fuit, quia vtrobique voluit pater dare plenũ testimonium de Christo: baptismus enim fuit Christo exordium omnium operationum suarum, quæ ad nostrã salutem pertinebãt: nam post babtismum illico cępit ieiunare Marc. 1. & Lucę 3. & 4. voluit ergo pater plenum de eo dare testimonium, vt omnia facta, & dicta eius haberentur in magna auctoritate, ideo dixit hic est filius meus. nunc autem in transfiguratione voluit etiam plene testificari de eo, quia ipse ostendebat in corpore suo imaginem futurę glorię, & oportebat ꝙ putaretur, ꝙ talem gloriam alius dare poterat qualẽ in se ostendebat, & hoc non posset facere, nisi esset filius Dei, vel Deus, ideo dixit eum filium suum. alibi autem non fuit tanta ratio testificandi de eo, ideo tacuit. Secundo, quia in baptismo fuit necessaria ista ostensio propter Ioannem Baptistam, nam ipse mittebatur ad ostendendum Christum populo, & ad hoc oportebat, ꝙ eum cognosceret. ad cognoscendũ autem ipsum dedit signum Deus Ioanni, quòd super quemcunque videret Spiritum Sanctum descẽdentem, & manentẽ, hic est filius Dei, & Messias Io. 1. ideo quando baptizauit eum audiuit vocẽ hãc, & vidit Spiritũ Sanctũ in specie columbę, & ita testatus est coram ppl̃o, ꝙ ille erat filius Dei, sicut vox dixerat eo. c. ideo tunc fuit ista vox, & tota ostensio necessaria, nunc autem fuit vox necessaria propter causam supradictam. Tertio, quia per hoc, ꝙ Christus vocatus est hic filius a patre designatur, ꝙ nos efficiamur filij Dei, quia tamen Christus est filius naturalis, nos autem per adoptionẽ, est filiatio nostra per similitudinem quandam, vel conformitatem imaginis ad ipsum filium naturalẽ. Et hoc fit dupliciter. Primo per gratiam viæ quæ est conformitas imperfecta. Secũdo per gloriam quæ erit conformitas perfecta iuxta illud 1. Ioan. 3. nunc filij Dei sumus: & nondum apparuit, quod erimus: scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus: quoniam videbimus eũ sicuti est, idest nunc quandiu manemus hic in gratia sumus filij Dei, & tamen non est perfecta filiatio, quia nondum apparuit quid erimus, i. nondum ostensus est in nobis gradus gloriæ quem habebimus, sed cum apparuerit, idest habuerimus gradum quẽ hũturi sumus: scimus qa similes ei erimus, i. habebimus perfectam similitudinem. nam nunc licet filij simus, & ex hoc deberemus habere similitudinem, nõ habemus illam, quia nõdũ apparuit, ꝙ erimus: sed tunc similes ei erimus, quia illa erit filiatio perfecta, & quoniam in baptismo accipimus primo gratiam cum prius essemus filij irę: accipimus ibi, ꝙ simus filij, & hoc quia in baptismo accipimus fidem per quam filij efficimur. Io. 1. dedit potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. debuit in baptismo Christi ostendi filiatio eius, per cuius filiationem & similitudinem nos sumus filij. & ita dictum est tunc, hic est filius meus. In transfiguratione autem ostensa est claritas futuræ glorię: quam cum habuerimus erimus perfecte filij: ideo etiam in transfiguratione debuit, & a fortiori dici de filiatione Christi, & hæc filiatio ostensa est testimonio patris loquentis, quia ipse solus perfecte conscius est huius filiationis, & quia id quod nouit vna persona cæterę nouerunt, fuit ostensio & testificatio omnium personarum. In baptismo ergo & transfiguratione Christi, potius quam alias debuit audiri ista vox patris. Alia etiã fuit ratio huius, quia transfiguratio, & baptismus valde conueniunt, nam in baptismo confitemur fidem Trinitatis. In vita autem ęterna videbimus illã, cuius imago ostensa fuit in transfiguratione, ideo cõueniẽs fuit vt vtrobiq; testimonium appareret Trinitatis, & ita audiretur vox paterna. Sic dicit Beda, sicut domino in Iordane baptizato, sic & in monte clarificato totius Trinitatis mysterium declaratur, quia gloriam illius quam in baptismo confitemur, in resurrectione videbimus.

Quare non apparuit in transfiguratione Spiritus sanctus in specie columbæ. sicut in baptismo. Et an tota Trinitas, sicut apparuit in baptismo ita apparuerit in transfiguratione.
Quæst. LXXXVII.

QVAERETVR cũ audita fuerit nunc in transfiguratione vox patris super Christũ, sicut in baptismo, quare non apparuit nunc Spiritus Sanctus in specie columbę sicut tunc apparuit: nam fuit similitudo baptismi ad transfigurationem, vt dictum est præced. q. ergo vbiq; debuerat apparere Spiritus sanctus in specie columbæ. Solet dici cõiter, ꝙ vtrobiq; tota Trinitas ostensa est: quia (vt ait Beda) Trinitatem confitemur in baptismo quam videbimus in patria quæ signat̃ per transfigurationẽ. & tñ non eodem modo designatur vtrobiq; tota Trinitas, quia in baptismo pr̃ apparuit in voce: filius in carne, Spiritus sanctus in colũba. nunc vero pater & filius sicut ibi, sed Spiritus sanctus nõ in columba, sed in nube apparuisse dr̃: ita ꝙ illa nubes significaret Spiritus sanctum. Et Gl. assignat causam drĩæ dicẽs, dona siquidẽ sua Spiritus sanctus per species declarare solet. Innocentiam aũt in baptismate donat quæ per auẽ simplicitatis designatur, daturus aũt claritatem est in resurrectione, & refrigerium: ideo in nube refrigerium, in claritate nubis fulgor resurgentium corporum designatur. Alij dicunt, ꝙ etiam hoc, quia columba significat simplicitatẽ confessionis, quia est animal simplex, in baptismo autem fidem simpliciter confiteri debemus: ideo conuenienter Spiritus Sanctus in columba apparet super Christum baptizatum. pro confessione aũt fidei dabitur in resurrectione gloria corporis quæ in claritate quadã consistit, iõ in transfiguratione Spiritus sanctus in nube apparet. Sic dicit Beda, nec frustra hic Spũs sanctus in lucida nube, illic in colũba apparet, quia q nunc simplici corde fidem q̃ percipit seruat, tunc luce apertę visionis quod credideret cõtemplabitur. Sed dicendũ, ꝙ ista procedunt supponendo, ꝙ Christus voluerit hic ostendere totius Trinitatis p̃sentiam, & effigiem, quia tunc non est aliquid in quo melius, & aptius dici posset apparuisse Spiritum sanctum quam in nube, & tñ non apparet, ꝙ hic voluerit Deus ostendere totius Trinitatis effigiem: immo potius vr̃ dicendum, ꝙ non voluerit hoc ostendere, quia tunc designarentur personę: nam sup. 3. & Lu. 3. in baptismo Christi notificantur personę: quia dr̃ ꝙ vox patris audita est hic est filius meus, in quo duæ personæ designantur, & dr̃ ꝙ descendit Spiritus sanctus in columbę spẽ, hic aũt cũ de patre, & filio tangat̃, nihil ꝓrsus dr̃ de Spiritu sancto. vnde non est satis tutũ dicere, ꝙ designatur per nubem: cum scriptura non dicat eũ designari hic ꝑ aliquid, & est dicere sine causa, ꝙ dicamus eum ꝑ nubem signari. Sed potius vr̃ dicendũ, ꝙ non fuit hic intentio Dei ostendere Trinitatis effigiẽ, sed solum notificari Christum esse filiũ Dei. & ad hoc sufficiebat de patre & filio dici, quia cum sint correlatiua, necesse est in vtroq; designationibus vtrisq; vti, ideo de Spiritu Sancto tacitum est: in baptismo aũt dictum fuit de Spiritu sancto, qa fuit valde necessarium: nã magis necessariũ erat, ꝙ ibi appareret Spiritus sanctus in spẽ columbę quam ꝙ vox patris audiretur, qa Deus volebat notificari, & ostendi Christum populo per Ioannem. nam ad hoc præcipue Ioannes venerat. Io. 1. ego nesciebam eum, sed vt manifestẽt̃ in Israel: propterea ego veni in aqua baptizans. vt ergo Ioãnes eũ agnosceret dixit illi Deus. ille est sup quem videris in baptismo Spiritum sanctum descendere in spẽ columbæ. ego. c. s. testimoniũ perhibuit Ioannes dicẽs, qa vidi spũm descendentẽ quasi columbã de cęlo, & mã sit super eum, & ego nesciebam eũ, sed qui misit me baptizare in aqua dixit mihi, super quẽ videris Spiritũ sanctũ descendentẽ, & manẽtẽ, hic est qui baptizat in Spiritu sancto: & ego vidi & testimonium phibui, qa hic est filius Dei. debuit ergo tunc apparere Spũs sc̃tũs in spẽ colũbę, nunc aũt in transfiguratione nõ fuit aliqua causa necessitatis, vt appareret Spiritus sanctus: iõ non ponit scriptura, ꝙ apparuerit in aliquo. Vnde nõ est dicẽdũ, ꝙ apparuerit in nube, nec in aliquo alio cũ scriptura nõ dicat hoc, neq; appareat aliqua cã vrgẽs. & tñ vitiũ est ponere pluralitatem sine necessitate.

Quare dicitur filius meus dilectus in quo mihi complacui. Et quòd nemo tam fuit obediens Deo, quantum Christus.
Quæst. LXXXVIII.

QVAERETVR, quare dr̃ filius meus dilectus in quo mihi complacui. Dicendum, ꝙ hoc solus Matthæus expressit, nam Marcus & Lucas solũ dixerunt. hic est filius meus ipsum audite. Mar. 9. & Lu. 9.

Et dicendum, quòd fuit primo ad ostendendum excellentiam Christi. nam dicẽdo, quòd erat dilectus Deo patri, & quòd complacebat sibi in eo, ostendebatur, quòd aliquid valde magnum erat Christus, quia aliàs non diligeretur tam excellẽter a Deo, neq; ille testaretur illum, tam specialiter ab eo dilectum.

& hoc est ad propositum, quia voluit hic Deus ostendere excellentiam Christi, ideo quando plura pertinẽtia ad excellentiam dicerentur, tanto melius erat, & quia eum dilectũ esse a patre valde conferebat ad excellentiam designandam, expressum est illud voce paterna.

Secundo fuit ad ostendendum differentiam eius a nobis. nam nos sumus filij Dei. Io. 1. & prima. Io. 3. & Christus est filius Dei. ille tamen est naturalis filius, & nos adoptiui. & per eum habemus accessum ad Deũ patrem, ideo vt ostendatur differentia ista: dicitur q̃ ille est filius dilectus in quo valde patri cõplacuit. Tertio dicitur hoc (vt quidam volunt) ad respondendum Petro. Petrus enim timebat pro Christo, & ideo volebat, quòd nõ iret in Ierusalem, ne occideretur ibi. vox autem patris abstulit Petro hunc timorem, vocans filium dilectum, quasi dicat, si dilectus Deo est, nõ permittet eum mala pati, nisi hoc ad bonum magnũ sit, Sic dicit Chryso. si enim diligitur ne timeas: nullus. n. eum quem diligit perdit, neque tu æqualiter diligis genitori, quare & si crucifigi vult non contradicas.

Dicitur autem in quo mihi complacui. Primo ad ostendendum vnitatem volũtatis, quia vbi est eadem substantia, est eadem voluntas & placitum, recte ergo patri complacuit in filio, quia pater in filio, & filius in patre est Io. 14. Secundo ad designandum obedientiã. nam sicut Christus inquantum est Deus est patri per omnia æqualis, & sunt eiusdem voluntatis, ita & inquantum est homo est minor illo. Io. 14. est obediens patri per omnia. ad Philippens. 2. factus est obediens patri vsque ad mortem. ista autem obedientia placet valde Deo, quia melior est obedientia quàm victimę. 1. Reg. 15. & quia nullus vnquam homo fuit, tam obediens Deo quantum Christus, nemo tantum Deo placuit quantum Christus. & iste est sensus literæ. Sic dicit Chrysost. neque enim diligit eum, quia genuit solum, sed quia est vnius voluntatis cum ipso. vnde dicitur in quo mihi cõplacui, ac si dixisset, in quo requiesco: quia attendo, quòd omnia quę sunt patris cum diligentia exequitur. Tertio dicitur hoc ad incitandum discipulos ad id, quod sequitur, s. ipsum audite, i. obedite ei, vt autem hoc prompte faciant allicit eos, s. q̃ sicut Christus diligitur a patre, quia complacet ei obediendo in omnibus; ita ipsi si audierint Christum erũt valde dilecti a Deo.

Quare vox ista dixit ipsum audite. Quæst. LXXXIX.

QVAERETVR, quare vox ista dixit ipsum audite. Dicendum q̃ primo fuit ad ostendendum, q̃ discipuli deberẽt per omnia obedire Christo, vt nihil eis difficile videretur de eo, quod ille iubebat cum Deus præciperet eum audiendum. & hoc cõuenit valde proposito. nam Deus ostenderat Christum, tam per fulgorem corporis eius, quã per vocem nũc de ipso dictam esse magnæ auctoritatis. ideo restabat, q̃ ei obediretur, quia talis erat, & hoc intulit dicẽs, ipsum audite, idest obedite præceptis eius, sic enim Deus fecit circa Moysen. nam Deus non voluit per se dare populo omnia præcepta legis, sed pauca, cętera vero per Moysem. vt autẽ populus crederet Moysi voluit eum facere magnę auctoritatis, & ad hoc locutus est cum eo audiente toto populo, & ex tunc crediderunt quicquid Moyses diceret Exo. 19. s. iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. & ita nũc Christus coram discipulis accepit a patre auctoritatem magnam: & postea dictum est ipsum audite, quasi dicat, iam non est opus, quòd ego loquar vobis dando præcepta, neque respondeam vobis in dubijs vestris, sed quicquid iste dixerit tenete.

Secundo fuit, quia per hoc ostendebatur Christus esse Messias, nam de eo sic prænunciatũ fuerat. Deut. 18 Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, qui autem verba quæ locutus fuerit in nomine meo audire noluerit, ego vltor existã, sed Petrus quando allegauit istam auctoritatem Actu. 3. dixit prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris, ipsum tãquam me audietis: recte ergo dicitur hic ipsum audite. Sic dicit Hilarius, dixit ipsum audite, vt ostenderet illum esse quem Moyses prædixerat dicens prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris, tanquam me audietis ipsum. & hoc fuit ad plenam testificationem faciendam de Christo, vt ex omni genere testes haberet. Sic dicit Hilarius, sic ergo dominus vndique testes habuit, ex cęlo vocem patris, ex paradiso Eliam, ex inferis Moysem, ex hominibus Apostolos, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cęlestium, terrestrium, & infernorum.

Tertio fuit ad ostendendum, quòd iam non debebat attendi ad legem veterem quam Moyses attulerat, neque ad ęnigmata prophetarum, sed ad Christũ in quo omnia cõplebantur: ille ergo audiendus erat. Sic dicit Hilarius, ipsum audite ac si alijs verbis diceret, recedant vmbræ legales & typi prophetarum, & solum coruscum lumen euangelij sequimini.

Quare nunc in transfiguratione dixit vox ipsum audite, & non in baptismo. Quæst. XC.

QVAERETVR, quare nunc in transfiguratione dixit vox, ipsum audite, & in baptismo cum dixisset omnia verba alia tacuit istud, solum dicens in te mihi complacui.

Aliqui dicunt, quòd etiam ibi dictum fuit, sicut in transfiguratione, & tamen euangelista tacuit illud.

Dicendum, quòd non est conueniẽter dictum ponere aliquid, quod nec scriptura ponit, neque ex ea colligitur. maxime quia non est verisimile hoc dictũ fuisse, quia tunc cum tres Euangelistæ istud referant, tangeret illud aliquis eorum, scilicet, supra tertio. & Marc. primo, & Lucæ tertio. & tamen nullus eorum hoc dixit.

Dicendum ergo, quòd in baptismo non fuit illud dictum, sed nunc. Et dicũt aliqui, quòd fuit, quia Christus per baptismum venerat ad gratiam realiter conferendum, per transfigurationem autem venit ad gloriam ostendendam, & non conferendam, & quia audire est de eis quæ dicuntur, & non fiunt realiter, non debuit dici in baptismo ipsum audite, quia tunc nihil dicebat, sed efficiebat, in transfigura. autem dici debuit, quia tunc annunciabat gloriam futuram quam non conferebat. sic dicit beatus Thom. de Aqui.

Secundo, vt aliqui volunt fuit, quia illa apparitio, & vox facta in Iordane nulli audita, nec visa est, nisi Ioanni Bapt. qui ostensurus erat Christum populo, & respectu illius non erat opus dici ipsum audite, ideo non dictum est, nunc vero vox audita fuit a tribus discipulis quibus competebat obedire Christo, ideo dictum est ipsum audite.

Sed hoc præsupponit quandam difficultatem, scilicet, quòd soli Ioanni facta fuerit illa apparitio, quod communiter non tenetur, ideo non est standum ei.

Tertio fuit, quia quando fuit illa vox in Iordane, dato quòd audientibus multis dicta fuerit, non erat ibi aliquis qui esset adhuc Christi discipulus, ideo non dictum est ipsum audite, nunc aderant tres discipuli q̃ possent ipsum audire, ideo nunc dictũ est. Quarto fuit quia nõ erat conueniens verbũ istud illi tpi. nã antequã Christus baptizaret, nunq̃ prædicauerat, ẽt mox post baptis-

baptismum non prędicauit: sed statim ascendit in desertum Mar. 1. & ieiunauit 40. diebus Luc. 4. & postea cępit prædicare in Galilęa, ideo non erat tunc opus dici ipsum audite: quia nihil erat, quod audiri posset, qa ille prædicare non volebat tunc. nunc vero semper p̃dicabat, quia ante hoc semp̃ prædicauerat, & post hoc idem egit. & in his opus erat, quòd ei crederetur: ideo nunc dictum est ipsum audite. Quinto fuit specialiter quantum ad ea quæ pertinebant ad transfigurationẽ. nam ostenderat Christus imaginem gloriæ nunc, cui pater attestatus fuerat vocãs eum filium, & quia multa dubia possent oriri discipulis super conditione gloriæ, vel glorificandorum propter ea quæ viderant, & ad illa forte peterent aliam demonstrationem in corpore Christi, sicut nunc habuerãt, dixit vox ipsum audite, idest si in aliquo circa hęc dubitaueritis non petatis iam aliquam ostensionem similem, sed quærite ab eo, & ipse respondebit de dubijs, & quicquid dixerit credite. Sexto & principaliter fuit, quia ostensio facta in iordane solum fuit ad notificandum Iesum quis esset, idest, q̃ esset Messias, & filius Dei, vt Io. Bapti. cum principaliter agnosceret, & eo testificante omnes Iudæi etiam, vt colligitur. Io. 1. & dictum est supra. q. 91. ad hoc non erat opus dicere, nisi verba demonstratiua, & non imperatiua: ideo dictum est, hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. nunc vero facta est ista ostensio non solum ad notificandum Christum, sed etiam ad dandum ei auctoritatem in gestis suis, ideo dictum est ipsum audite, & ista videtur esse præcipua causa.

Quare discipuli audiẽtes vocem hanc ceciderunt in faciem suam ex timore. Quæst. XCI.

QVAERETVR, quare discipuli audientes vocem hanc ceciderunt in faciem suam.

Aliqui dicunt, q̃ fuit ex reuerentia quadam. nam audita voce illa erat quædam magna ostensio diuinæ gloriæ, & præsentiæ. nam illa vox a Deo esse significabatur, & quia formabatur iuxta illos, s. in nube apparebat Deum esse præsentẽ, ideo ex reuerentia ceciderũt in facies suas, idest prostrauerũt se. Sed dicendum q̃ non stat, quia non fuit ex reuerẽtia, sed ex timore. Quod patet, quia litera dicit, quòd ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. & ita timor impulit eos in terram quandiu manserunt sup facies. nam quando Christus voluit eos leuare de terra dixit, surgite nolite timere, solus ergo timor causam præstitit.

Quare discipuli timuerunt, tam grauiter vt in terram caderent. Et quæ sit differentia nou. & vet. testamenti. Et quòd vox illa facta fuit etiam ad terrendos discipulos. Quæst. XCII.

SED quæretur quare timuerunt, tam grauiter vt caderent in terram. Dicẽdum, q̃ hoc fuit propter fortitudinem vocis: fuit enim tam sonora vox illa, q̃ nemo potuit illam tolerare, sed cadere coacti sunt, immo putauerunt se morituros. sic enim fuit, quando data est lex iudæis in monte Sinai. nam timuerunt nimis, & dixerunt ad Moysem, loquere tu nobis, & non loquatur dominus ne moriamur Exo. 20. & crediderunt, quòd si vltra continuaretur aliquãtulum vox illa, statim morerẽtur. Deut. 5. si enim audierimus vltra vocẽ domini Dei nostri moriemur. quis est omnis homo, vt audiat vocem Dei nostri viuentis qui de medio ignis loquitur? Dicendum tamẽ, q̃ potuerat ista vox ita suauis formari, q̃ neminẽ terreret, sed lętificaret, nam ista vox erat Angeli, cũ Deus nõ loqueretur, & tamen voces angelorum sunt aliàs suaues, & non multum sonantes: vt quandocunque apparent in corporibus assumpris: ita ergo & nunc. Item patet, quia vox illa quam audierunt iudęi in datione legis, & quam audientes se morituros putauerunt, non fuit æqualis, sed a principio fuit talis, vt tolerari posset: deinde crescebat semper in maius, ita vt fieret intolerabilis: Exod. 19. erat mons omnis terribilis, & sonitus buccinę paulatim crescebant in maius, & prolixius tẽdebatur. ita ergo potuisset vox esse suauis, ita vt non timerent discipuli neque caderent, voluit tamen facere vocem terribilem, ita vt cadere cogerentur.

Sed obijcietur, quòd non debuit esse vox tam terribilis quæ discipulos ad terram deijceret. Primo quia repugnabat hoc ex conditione status. erant enim discipuli in nouo testamento, immo ipsi erant principes huius testamenti. Sed differt istud testamentum ab illo, quia vetus fuit in timore, & seruitute: istud autem est in libertate, & amore. ad Rom. 8. nõ accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. & ad Gal. 4. comparat ista duo testamenta, sicut filios ancillæ, & liberę, & dicit nos autem filij liberę sumus, qua libertate donauit nos Christus, & istam differentiam ponit latius ad Heb. 12. dicens, non accessistis ad montem terribilem &c. ergo nunc nihil pauoris esse debuit. Secundo repugnabat hoc ex parte finis. nam tota ostensio nunc facta in transfiguratione fuit ad indicandum imaginẽ glorię beatorum, & tamen in illa nullus terror est, sed omnis suauitas, ergo non debuit nunc apparere aliq̃d terribile.

Dicendum, quòd debuit apparere aliquid terribile, ita vt discipuli caderent in terram. Et dicunt aliqui, quòd hoc fuit. Primo quia discipuli cognouerant se erasse, & hoc in pentione Petri. t. faciamus hic tria tabernacula. Secundo quia nubes lucida operuit eos. Tertio quia vox illa ostendit præsentiam diuinę maiestatis quam non potuerunt tolerare discipuli in carne viuentes. Sic dicit Hieronymus, triplicem autẽ obcausam pauore terrentur: vel quia se erasse cognouerãt, vel quia nubes lucida operuerat eos, aut quia Dei patris loquentis vocem audierant. humana enim fragilitas aspectum maioris gloriæ non sustinet, & toto corpore contremiscens ad terram cadit. quãto enim, quis ampliora quæsierit tantomagis ad inferiora relabitur, si ignorauerit mensuram suam.

Sed dicendum, quòd ista non satisfaciũt plene. De primo patet, quia non videtur satis verisimile, quòd propter errorem nunc ceciderint, quia tunc aut ipsi sponte se prostrauerunt cognito errore, aut Deus eos cadere coegit, non quidem primum, quia non cognouerunt ipsi tunc primum errorem suum, immo nõ videntur illum cognouisse quandiu manserunt cũ Christo in monte: quia erant quasi extra seipsos terrorẽ cõcussi, cum potius ex illo fuerit Petro occasio errandi: quia vel propter nimiam admirationem, vel timorẽ, aut aliam causam quæ eum extra mentẽ traheret hoc dixit. Item non stat, quia discipuli non se prostrauerũt sponte, sed coacti sunt cadere ex timore, vt dicitur in litera, scilicet audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Secundum non stat, quia tunc cum solus Petrus erasset petens fieri tabernacula, ipse solus deijceretur ad terram, & tamẽ simul tres deiecti sunt. secunda causa, scilicet de nube non stat, vt dicetur infra quæstio. 99. Tertia causa de maiestate Dei visa etiam non stat: cum sępe homines videant hanc maiestatem, & non cadant, ideo non fuit ista tota causa cadendi. Patet hoc in aduentu Spiritus sancti super discipulos in linguis igneis, nam non ceciderunt in facies suas. Actu 2. Si autem dicas, quòd ma-

gis apparet gloria Domini in voce quam in visione, ideo audita voce contremiscunt homines,& non videndo aliquid.

Dicendum,ꝙ non ſtat, quia aliquando auditur vox Domini in maieſtate eius,& non cadunt homines in faciem, ſicut in baptiſmo Chriſti audita fuit hæc eadẽ vox patris,ſ.hic eſt filius meus dilectus &c. ſupra 3. & Mar.1.& Luc.3.& inſuper viſus eſt Spiritus ſanctus in columbę ſpecie , & tñ nemo ad terrã cadere coactus eſt:non ergo ſit propter hoc ſolum , ſed oportet dari aliam cauſam.Dicendum,ꝙ diſcipuli nunc ceciderũt propter vocis impetum, & magnitudinem . potuerat autem aliter fieri, vt non tremefaceret eos , ſed voluit Deus facere eam , ita terribilem . Primo ad oſtendendum magnitudinem gloriæ futuræ. nam transfiguratio fuit quædam oſtenſio futuræ gloriæ: illa autem eſt talis , ꝙ excedit omnem facultatem humanam ſenſibus vtentem , ita quòd nullus ſenſus poteſt eam tolerare,ideo oſtendit vocem ita terribilem , ꝙ audientes cogerentur cadere . & hoc deſignauit Deus loquens Moyſi,quando ille petiuerat videre faciem Dei Exod, 33.ſ.nõ videbit me homo,& viuet,i.nullus poterit me videre quandiu viuit.& hoc erat valde conueniens rei quæ oſtendebatur. nam ſicut ad oſtendendam magnitudinem gloriæ monſtratus eſt vultus Chriſti valde fulgens,ſicut ſol:ita ad eandem magnitudinẽ fuit conueniens , ꝙ vox Dei eſſet ita terribilis , ꝙ non poſſent eam tolerare diſcipuli, vt per hoc putarent, ꝙ nondũ viderant totam gloriam,neque videre potuerãt.nam ſi nõ fuiſſet vox ita terribilis: putaſſent quidem , quòd gloria futura eſſet valde magna:ſed non maior quam fuerat eis oſtenſa in fulgore vultus Chriſti : & ita crederent,ꝙ iam ſcirent quanta erat gloria in quo multũ detrahebatur ipſi gloriæ,ſi non putaretur eſſe maior, quam ipſi viderant , ideo fuit vox ita terribilis , ꝙ non poſſent eam tolerare,vt per hoc appareret,ꝙ nondum vidiſſent totam Dei maieſtatem,neque videre potuiſſent,cum vnicam eius vocem tolerare nõ potuiſſent , fuit ergo valde conueniens,quòd eſſet vox ita terribilis. Secundo fuit ad incutiendum quendam timorem diſcipulis , qui erat eis conueniens. erant quippe diſcipuli adhuc imperfecti,& carnales multum habẽtes de conditione iudaica:ad bonum ergo per timorẽ quendam incitandi erant, & quia vox iſta dixit, quòd audirent Chriſtum , vt ei per omnia tãquam domino obedirent,& non contemnerent neq; peccarent, fuit conueniens per timorem eos deduci ad hoc. ita enim fuit in datione legis.nam vox terribilis audiebatur, ita vt iudęi putarent ſe morituros.& tamen non fuit,niſi vt timerent Deum , & melius cuſtodirent mandata eius quæ dabantur: Exo.20.nolite timere.vt enim probaret vos venit Deus:& vt terror illius eſſet in vobis,& non peccaretis. Tertio fuit & ſpecialiter , vt diſcipuli non viderent, quando Chriſtus deponeret radios fulgoris,voluit enim Chriſtus, ꝙ diſcipuli non viderent, quando incipiebat transfigurari , neque quando deſinebat,cuius cauſa poſita eſt,ſupra quæſt.69. & ideo licet eſſent diſcipuli cum ipſo,quando trãsfiguratus eſt fecit,ꝙ non viderẽt eum trãſfigurari& ad hoc immiſit eis ſoporem, ſic innuitur Lucæ 9.ꝙ Petrus , & qui cum eo erant grauati erant ſomno, & euigilantes viderunt maieſtatem eius. & ita iam trãſfiguratus erat, ideſt habebat iam fulgorem vultus , & veſtium cãdorem,quando ipſi euigilauerunt.Sic etiam in depoſitione radiorum fecit, quòd non viderent quomodo fiebat illa depoſitio & reditio ad ſtatum priſtinum ; & ad hoc fecit,quod audita voce caderent in terram , & haberent ſuper facies ſuas quouſque Chriſtus eos de terra leuaret, & iſta fuit cauſa multum conueniens.

Ad primum in contrarium poteſt dici vno modo, quòd ea quæ ad vetus teſtamentum pertinebant erãt data in timore,quę vero ad nouum omnia in tranquillitate.& ita Chriſtus ſedens,& aperiens os ſuum cępit legem euangelicam pronunciare,ſupra 5.cap. tranſfiguratio autem non fuit aliquid noui neque veteris teſtamenti : ſed fuit quædam oſtenſio glorię futurę in qua decuit timorem aliquem eſſe propter cauſas dictas:ideo fuit vox terribilis .

Aliter poteſt dici, quòd licet diſcipuli Chriſti futuri eſſent principes noui teſtamenti, tamen adhuc retinebant multum de conditione eorum , quæ erant in veteri teſtamento,quia erant viri imperfecti, & carnales,& per timorem ad bonum deducendi erant, cum autem euacuauerunt iſtam imperfectionem,manifeſtabatur eis gloria Dei ſine timore. ſic fuit in die Pentecoſtes adueniente Spiritu ſancto in linguis igneis, & facto impetu venti magni:Actu.2.nam tunc nemo eorum cecidit neq; timuit, ſed valde lętati ſunt, quia iam efficiebantur viri perfecti aduenięnte Spiritu ſancto. Ad ſecundum dicendum, quòd ille terror nõ repugnauit conditioni gloriæ quæ oſtendebatur , ſed fuit valde conueniens ad iſtam oſtẽſionem, quia licet in gloria non ſit vllus timor, ſed plena tranquillitas, tamen timor ille fuit conueniens ad oſtendendũ, quòd gloria illa erat valde magna , ſ. quòd tanta erat , quòd eam tolerare non poterant ſi deberet tota oſtendi , ideſt Deus videri in tota ſua maieſtate , ſed ſolum viderant quendam fulgorem in corpore Chriſti,qui oſtendebat quendam modum glorię corporum beatorũ , ſed maior gloria manebat, cuius imago non oſtendebatur.ſcilicet gloria animæ:vt ergo aliquid maius quã ipſi capere poſſent ſupereſſe crederent, fuit cõueniẽs oſtendi vocem terribilem,quam non potentes ſuſtinere caderent.

Quare non corruit aliquis in terram in baptiſmo audita hac voce,ſicut nunc in transfiguratione. Quæſt. XCIII.

QVAERITVR cum in baptiſmo Chriſti audita fuerit iſta vox ſicut nũc. ſcilicet hic eſt filius meus ſupra 3.& Mar.1.& Luc.3.quare non corruit ibi aliquis in terram , ſicut nunc .

Aliqui dicunt, quòd nemo audiuit illam vocẽ , neque vidit illam columbam deſcendentẽ,niſi Io.Bapti. cui fiebat iſta oſtenſio,vt Chriſtum cognoſceret.& ita nemo poterat cadere , niſi Ioannes , ſed ipſum cadere non erat conueniens , quia ſi populus hoc videret minoris eſſet auctoritatis , & putarent forte , quòd a dæmone arriperetur , fierentque omnia dicta , & opera eius ſuſpecta,ſicut aliqui calumniari voluerunt Ioanni dicentes , quòd dęmonium haberet , quia vitã tam auſteram tenebat ſupra 11. venit Ioannes non manducans neque bibens , & dicunt, quòd dæmonium habet .

Dicendum , quòd hoc dictum non eſt ſatis veriſimile,ſed prę ſupponit aliquid, quod communiter negatur.nam non dicitur iſta apparitio , & vox baptiſmi facta ſoli Ioanni,ſed toti populo aſtãti:ideo hoc relinquitur. Alij dicunt,ꝙ fuit,quia in tranſfiguratione cõcurrerunt plura quę timorem incuterent quam in voce audita in baptiſmo , ſcilicet,quia hic erat ſolitudo quędam in qua ſoli nunc diſcipuli manebant cũ Chriſto,ideo erat facile timere. vbi autem Chriſtus baptizatus eſt multus populus erat: Luc.3. factum eſt cum baptizaretur omnis populus,& Ieſu baptizato , & orante apertum eſt cęlum. Secundo quia erat locus tranſfigurationis altus. vocatur enim mons excelſus ſupra in litera, & talia loca ſunt magis timoris plena , locus baptiſmi fuit in plano, ſcilicet in Iordane.

Tertio,

Tertio,quia locus trãſſigurationis fuit magni ſilẽtij ga ibi nemo erat clamans, & iõ vox poterat audiri diſtincte velut non impedita,& ita ſm totam vim ſuam concuteret aures diſcipulorum . vbi autem Chriſtus baptizatus eſt,erat populi magnus concurſus,vbi erat confuſio,& clamor iuxta conditionem multitudinis , ideo non potuit vox illa tã dure aures inuadere.Quarto,quia in transfiguratione præceſſerat admiratio magna,& diſpoſitio ad timorem.in baptiſmo autẽ Chriſti nulla diſpoſitio timoris pręceſſerat,ideo etiam ſi eſſet vtrobiq; vox æqualis, magis timorem incuteret in transfiguratione quàm in baptiſmo . Sic dicit Chryſ. ſ.ſed cum ante in Chriſti baptiſmo,qñ etiam talis vox de cęlo delata eſt , nullus ex turba quæ aderat tale aliquid paſſus eſt , quomodo diſcipuli in monte ceciderunt? & reſpondet dicens,quia ſ.ſolitudo, & altitudo, & ſilentium erat multum , & transfiguratio ſtupore plena,& lumen purum,& nubes extẽſa,ex quibus omnibus in eis ſtupor congregabatur .

Sed iſtę cauſę parum mouent. Primo,quia quando lex data eſt audita voce Dei populus timuit, ita vt ſe illico morituros putarent.& tamen non erat ibi ſolitudo,cum eſſent pluſquam ſexcentamillia peditũ . Exo. 12.& Nu.1.& 2. Etiam nõ erat altitudo, quia populus audiens vocem in valle erat, & non audebat accedere ad radices montis. Exo.19. Etiam non erat ſilentium, quia in tanta multitudine hominum & pecorum , & iumentorum non poterat eſſe ſilentium , ſed clamor confuſus.Neq; etiam erat ibi lumẽ purum, ſed etiam tenebrę,ideſt caligo magna Exo.19.& Deut.4. & 5.& tamen ibi timuerunt nimis , & non in baptiſmo Chriſti.Secundo,quia illa motiua Chryſo.ſunt aliqualia ad magis , vel minus aliqualiter timendum data æqualitate vocis terribilis,& tamen in baptiſmo Chriſti audita voce non ſolum non cecidit quiſquam , ſed etiam nemo timuit.hic autem tantus fuit timor,quòd illico ceciderunt ſuper facies ſuas,& non ſurrexerunt quouſque Chriſtus leuauit eos,vt patet in litera.ergo non fuit hoc ex illis motiuis : ſed neceſſe eſt, ꝙ vox audita in transfiguratione fuerit terribilior .

Dicendum, ꝙ Deus poterat facere , ꝙ illa vox non ſolum non tremefaceret audientes, ſed etiam ꝙ delectaret eos,& tamen fecit ꝙ timerent nimis,& ad hoc fecit,ꝙ eſſet terribilis valde. Vnde dicẽdum,ꝙ fuit terribilior vox iſta quam illa quæ audita eſt in baptiſmo. Ratio differentię fuit, quia in tranſfiguratione fuit cõueniens eſſe timorem magnum,ita vt diſcipuli caderent in terram propter cauſas dictas pręceden. q. ideo debuit eſſe vox terribilis, in baptiſmo autem non fuit aliqua cauſa timoris incutiẽdi, & hoc quia illa vox nõ fuit,niſi ad oſtendendum Chriſtum Ioãni , & populo principaliter,vt eum digne reciperent. ad hoc autem non erat conueniens timor, ideo non fuit terribilis . vnde nemo corruit neque timuit.

Quare illa vox nunc non fuit ita vti fuit in legis datione. Quæſt. XCIIII.

QVAERITVR cum in datione legis fuerit audita vox terribilis quam iudęi ſuſtinere non poterant,ita vt crederent ſe morituros ſi vltra audirent , & tamen non ceciderunt in terrã,ſed dixerunt, ꝙ Deus nõ loqueretur,ſed Moyſes:& ita ceſſaret terror.Exo. 20.quare nõn fuit ſic hic, vt dicerent nõ loquatur nobis Deus ne moriamur,& ita non caderent .

Dicendum, ꝙ differentia inter iſtas voces fuit hęc: vtraque enim fuit terribilis valde. ſed terribilior ea q̃ in tranſfiguratione audita eſt.Item vox legis fuit lõga: quia multa dicta ſunt,ſ.totus decalogus pręceptorum cum quibuſdam pręambulis,vt patet Exo.20.& Deuter.5.vox tranſfigurationis fuit breuis, ſ.ſolum:hic eſt filius meus dilectus &c. Item quia vox legis non fuit ęqualiter terribilis.nam a principio nõ erat nimis grauis,vnde potuerant Iudæi eam tolerare ſi non creuiſſet in amplius.& tñ ſemper creſcebat paulatim: ita vt iam non eſſet tolerabilis.ſic patet Exod. 19. erat mons omnis terribilis , & ſonitus buccinę paulatim creſcebat,& prolixius tendebatur,vox autem tranſfiguratio nis fuit tota æqualis,& tota intolerabilis.vnde mox,vt audierunt,& ceciderunt in terram.Item in voce legis timuerunt Iudæi,ſed non ceciderunt , in voce autem transfigurationis timuerunt,& ceciderunt . Cauſa aũt prima differentiæ fuit,quia in datione legis fuit cõueniens timere,ſed non cadere, quia timor arcet hominem a malo,& vt non peccarent Iudæi,ſed legem cuſtodirent debuit eis incuti timor. Exo.20. vt enim probaret vos venit Deus, & vt terror illius eſſet in vobis , & non peccaretis.timor enim eſt de re terribili tolerabili tñ.cadere autem eſt ante rem intolerabilem. Deꝰ vero voluit ſe terribilem iudæis oſtendere, vt timerẽt eum,& venerarentur.non tamen intolerabilem, quia tunc non acceptarent legem eius ſi illam tolerare nõ poſſent, cum potius ipſe oſtendat facilem eſſe legem ad cuſtodiendum : Deut.30.ſi aũt putarent Deum eſſe intolerabilem recederent ab eo deſerentes cultum & cæremonias eius:vt patet 1.Regũ 6.quando occiſi ſunt plurimi de Bethſamitis, quia viderũt arcam Dei, nam dixerunt, quis poterit ſtare in conſpectu Domini Dei huius?& tunc noluerũt tenere apud ſe arcam , ſed miſerunt in Chariathiarim. eo.c.& ſeq.in trãsfigurationе aũt oſtendebatur figura futurę glorię, q̃ non poteſt tolerari ab aliquo ſenſu humano pp ſuã magnitudinem:ideo in oſtenſione illius debuit eſſe tãtus terror vocis, vt caderẽt diſcipuli. vt ſic ſcirent, quòd non ſufficiebant ſenſus ſui adhuc mortales ad capiendum illam gloriam . Secundo fuit , quia vox legis a principio fuit ſatis tolerabilis, & cũ creſceret ſemper in amplius fiebat grauior ad tolerandum , ita vt iam in fine decalogi videretur intolerabilis, vox autem transfigurationis illico fuit intolerabilis, ideo illi dixerunt non loquatur nobis dominus, diſcipuli autem nihil dicere potuerunt,ſed illico ceciderũt . Tertia fuit,quia intentiò Dei fuit dare Iudæis legis quandam partem in voce audiente toto populo , & alias partes per Moyſem , ita vt putaretur per ſeipſum illam primam partẽ legis dare . Quare autem voluerit dare aliquid de lege per ſe in voce,& quare non totam,ſed maiorẽ partem per Moyſem declaratum fuit Exo. 20. c. volebat etiam,ꝙ non deſiſteret ipſe per ſeipſum,ſed ad preces populi , ideo a principio fecit vocem tubę magnam , ita vt a tota multitudine audiretur , & tamen erat tolerabilis . nam ſi in principio feciſſet eam intolerabilẽ peterent,ꝙ ille non loqueretur , ſed Moyſes,& ſic nihil de lege Deus daret per ſeipſum,ſed totũ per Moyſem,quod non erat conueniens,vt oſtenſum eſt Exo. 20. fecit ergo vocem tolerabilem quandiu propoſuit decem pręcepta decalogi,quia illa volebat per ſe proponere , circa finem autem illorum fecit vocem tam duram, ꝙ nemo poterat audire , & tunc populus clamauit, ꝙ Deus non loqueretur , ſed Moyſes , & tunc ad preces populi Deus ceſſauit , qui tamen intendebat aliàs ceſſare , quia reliquam legem non erat per ſe daturus,quia tamen ſi ipſe ſponte committeret alicui,ꝙ daret legem,forte populus non crederet ei, voluit eos tantum affligere voce terribili , quòd ipſi peterent , quòd Moyſes loqueretur eis, & non Deus,& ita non poſſent poſtea recuſare Moyſem, vel nõ haberent cauſam nõ credendi ei. Non fuit autem iſtis cauſa cadẽdi, quia anteq̃ vox eſſet tã terribilis , vt caderẽt peti-

petiuerunt,ꝙ Deus non loqueretur eis, & tunc Deus ceſſauit.ſi tamen continuaſſet vltra vocem, vel caderent illi,vel morerentur.intendebat tamen Deus deijcere eos ad terram,ideo conceſſit ſtatim,ꝙ nō loqueretur,& ita illi non ceciderunt.diſcipulis autem pauca Deus dicturus erat,ſ.ſolū hoc. hic eſt filius meus, &c. ideo oportebat,quòd ſtatim in principio vox eſſet terribilis,vel nunquam eſſet terribilis:& ſic illico ceciderunt.& dato quòd locutio iſta aliqualiter extēderetur, & a principio non eſſet intolerabilis,non dicerent diſcipuli:non loquatur nobis Deus,ſicut dixerūt Iudæi, quia illi ſciebant, quòd Deus volebat eis dare legem, & ſi per ſe omnia dicturus eſſet nimis moraretur: iō dixerunt,non loquatur nobis Deus,ſed loquere tu nobis,quia ſciebant,quòd multa ſupererant quę nondū fuerant dicta per Deum,& illa petebant dici per Moyſem. diſcipuli autem neſciebant quid Deus dicturus eſſet,& an multum, vel paucum eſſet, & an aliquid dicendum reſtaret,ideo non dicerent, non loquatur nobis Deus,ſed loquere tu.& ſic fuit conueniens,ꝙ diſcipuli nunc caderent, & non dixerūt loquere tu nobis, & non Deus.iudæi autem non debuerunt cadere: & potuerunt conuenienter dicere, nòn loquatur nobis Deus. Quarto fuit, quia Iudæis non opus erat cadere ad aliquem finem quem Deus intenderet: ideo fecit vocem quæ eos terreret,ſed non quæ deijceret.in trāſfiguratione autem fuit conueniens,quòd caderent diſcipuli, vt occultaretur eis quomodo Chriſtus deponebat radios,ideo vox fuit ita terribilis, quòd eos deijceret.

An nubes lucida quæ obumbrauit diſcipulos terruit eos. Et quæ fuit vera timoris eorum cauſa. Quæſt. XCV.

QVAERETVR, an nubes lucida quæ obumbrauit diſcipulos terruit eos. Aliqui dicunt, quòd ſic, & ſic Hieronymus aſſignans cauſas terroris diſcipulorum poſt nubem,ſ. triplicem ob cauſam pauore terrentur, vel quia ſe erraſſe cognouerant,vel quia nubes lucida operuerat eos, vel quia Dei patris vocem loquentis audiuerāt.Chryſoſtomus etiam dicit, quòd lumen purum, & nubes extenſa ſtuporem præſtabant.

Alij dicunt,ꝙ nubes nihil ad timorem præſtitit,ſed ſola vox,hoc enim litera videtur dicere, nam cum dicitur ecce nubes lucida obumbrauit eos, nihil ſubdit de timore,cum autem dicitur:& ecce vox de nube dicens,ſubditur de timore eorum.

Dici poſſet,ꝙ nubes etiam cauſa eſſet terroris, non ponitur tamen de terrore poſt nubem, quia nubes, & vox ſimul fuerunt, & ita nō potuit eſſe timor prius inductus a nube quàm a voce, ſed idem timor ab vtroque cauſatus eſt.

Sed dicēdum eſt,ꝙ vera cauſa timoris fuit vox quę terribilis nimis fuit.vnde litera ſolam vocē ponit cauſam timoris dicens, & audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam,& timuerunt valde. Quòd autem nubes lucida timorem non afferret patet, quia lucidior fuit vultus Chriſti qui fulgebat, ſicut ſol, & veſtimenta eius fuerunt ſicut nix,& tn̄ non timuerūt,nec ceciderunt videntes hęc,ſed admirarentur nimis, ſed potius gaudebant valde, iō nec nubes tremefaceret eos.

Dici tamen poteſt, quòd licet nubes non faceret principaliter ad terrēdum diſcipulos, ſed ſola vox:aliquo tamen modo adiuuabat, non quidem inquātum erat lucida,ſed inquantum inuoluit diſcipulos,& obūbrauit intra ſe. licet exterius eſſet lucida, interius non emittebat radios,ſed potius obūbrabat, & ita ſtabunt dicta Hieronymi,& Chryſoſtomi:& præcipue Hieronymi qui obumbrationē ponit cauſam terroris.Chry-

F ſoſtomus autem dicit lumē purum eſſe cauſam quòd minus conuenit rei.

Quare Chriſtus non terruit,& deiecit diſcipulos oſtendendo lucem excellentem quam oculi non tolerarent, ſicut terruit,& deiecit per vocem. Quæſt. XCVI.

QVAERETVR cum Deus vellet terrere diſcipulos ad oſtendendum magnitudinem gloriæ, quam ipſi ferre non poterant, & poſſet terrere oſtendendo lucem ſuperexcellētem quam humani oculi non tolerarent. quare nō fecit, quia ita poterat facere lucem quæ non poſſet tolerari, & deijceret ſicut vocem. Dicendum,ꝙ non factum eſt. Primo,quia forte non poterat eſſe terror in luce, ſicut in G voce,nam lux quando fuerit valde excellens non pōt percipi ſenſu,quia corrumpit illum,& tamen non ſtupefacit,vel tremefacit,vt patet in luce ſolis quę eſt maxima.vox autem quādo magna fuerit tremefacit.Ratio eſt ex diuerſitate actionis, quia actio lucis eſt ſpiritualis, vel totaliter vel maxime. actio vocis eſt realis, quia fit per motum,cum concutiatur aer:& ita ex percuſſione aeris qua vox cauſatur interdum per ſolum impetum deijcientur aliqua quæ vocem non ſentiūt. & tn̄ illa non immutantur ſpiritualiter,ſed mouentur localiter,quod in luce non poteſt fieri:ideo poteſt terrere, & concutere atq; ſic a Deo fieri aliqua quæ viſa deijcerent hominem, ſed non conueniebat nūc talia fieri. Primo quia nō oſtenderetur tunc imago glorię, H nam lux glorioſa, licet ſit valde magna,nō affligit neque turbat ſenſum,ſed allicit.lux autem ſenſibilis corrumpit ſenſum ſi ſit excellens, ſed hic debuit oſtendi lux glorioſa,ideo non debuit eſſe terribilis. Secundo, quia ēt ſi poſſet eſſe lux glorioſa quæ pp ſui excellentiā mox hominem tremefaciendo deijceret, non debuit eſſe talis,quia repugnabat intētioni Chriſti. nam ipſe volebat diſcipulis oſtēdere imaginem futurę gloriæ,& hæc erat in luce corporis Chriſti qualis futura erat gloria corporis beatorum. Si aūt ſtatim lux illa appareret terribilis, vt caderent diſcipuli, nihil viderent de imagine futuræ gloriæ,& ita nihil prodeſſet tranſfiguratio,cum nihil oſtenderet,iō quandiu lux durauit quæ erat imago futuræ gloriæ,non timuerūt quicquā I diſcipuli,ita vt caderent,ſed delectabiliter videbāt: cū autem ſufficienter viderunt, & voluit Chriſtus,ꝙ ceſſaret transfiguratio,ſuperuenit vox quæ exterritos, & tremefactos deiecit ad terram.& iſte erat ordo conueniens.ſ.vt prius videndo claritatem tantum cognouiſſent de imagine futurę glorię, quantum per ſenſum apprehendi poterat: & poſtea ad oſtendēdam magnitudinē glorię ſuperueniret vox terribilis demōſtrans, ꝙ non poterant ſenſus eorum totam glorię maieſtatē percipere,ēt ſi eis oſtenderetur, & interim ceſſauit tranſfiguratio cū diſcipuli iacerent ſuper terrā. ſic fuit in datione legis, nam quandiu Deus voluit loqui fuit vox ſua tolerabilis iudæis, quando autem voluit eam finire,fecit eam ita terribilem, vt ipſi non potentes eā K tolerare peterent,quòd ceſſaret loq.non ergo debuit eſſe terror in claritate vultus,& veſtiū Chriſti, neq; in nube lucida, ſed in vocē qn̄ ceſſaret tranſfiguratio.

Quare Chriſtus tetigit diſcipulos ad leuandum eos. Vnde ſimiliter Daniel ex magnitudine viſionum cadebat ſæpe in terrā, & ad ſurgendum tangebatur ab Angelo. Quæſt. XCVII.

QVAERETVR, quare Chriſtus tetigit diſcipulos ad leuandum eos.

Dicendū,ꝙ primò fuit,vt ſurgerent:fuerunt.n.magno timore concuſſi cū cecidiſſent in terram, & quia aliquā rem terribilē ſibi deſuper impendere putabant

non

non audebant ſurgere,& quia ceciderant ſuper facies ſuas,licer non adeſſet aliquid terribile,cum non viderent, poterant ſemper ſic ſtare: & ideo non auderent ſurgere: & ſic conueniens fuit, quòd Chriſtus tangeret eos quaſi per hoc excitans eos ad ſurgendum: innuens nullum iam eſſe periculum.& ideo dixit: ſurgite, & nolite timere. Et patet etiam hoc: quia dicitur in litera,leuantes autem oculos,quaſi dicat, antequā Chriſtus diceret eis hoc,non audebant leuare oculos: quaſi aliquid horribile adhuc circunſtaret eos. Secundo fuit, quia forte per tactum manus Chriſti recuperatæ fuerunt in eis vires amiſſæ.nam ex timore ſolent debilitari membra,ita vt nullę vires maneant homini ad motum,& potiſſimè fit hoc,quando grauis timor ſubitaneus accidit ex aliquo audito,vel viſo.ſic fuit ſæpe Danieli: quia ex magnitudine viſionum timens cadebat in terram,neque poterat ſurgere quouſque Angelus tangeret eum conferendo vires, vt patet Dani. 8.quando apparuit Danieli Gabriel, ſcilicet, cumque loqueretur ad me collapſus ſum pronus in terram: & tetigit me, & ſtatuit me in gradu meo, & ſimile Dan. 9.vidi viſionem hanc grandem, & nō remanſit in me fortitudo, & audiui vocem: & iacebam conſternatus ſuper genua mea vultuſque meus hęrebat terræ,& ecce manus tetigit me,& erexit me ſuper genua mea,& ſuper articulos manuum mearum.ita & nunc diſcipuli ex magno timore vires perdiderant: ita vt non poſſent ſurgere per ſe:tetigit ergo Chriſtus illos,vt ſurgerent tangendo conferens eis vires. Sic dicit Hieronymus: quia vero illi iacebant ipſe clementer accedit, & tangit eos,vt tactu fuget timorem,& debilitata mēbra ſolidentur. Tertio fuit ad atteſtandum magis iſti transfigurationi:nam omnia quę facta ſunt,nūc erant ad oſtendendum magnitudinem Chriſti, ideo fuerūt omnia teſtimonia quæ ſupra habentur, tam paternæ vocis quàm aſſiſtentię Moyſi,& Elię.ita & nūc,quòd tangendo poſſet reſtituere amiſſas vires pertinebat ad magnitudinem potentiæ,ideo conueniens fuit,quòd tangeret diſcipulos. & apparuit excellenter iſta poteſtas,quia mox, vt tetigit eos ſurrexerunt, & ſteterunt pedibus ſicut prius. interdum autem quando Angeli erigebant cadentes non erigebant penitus,ſed aliqualiter,ſicut Dani. 10. quando cecidit ſuper faciem ſuā, & vultus eius hęrebat terrę.& dicitur,quòd manus tetigit eum,& erexit ipſum ſuper genua,& ſuper articulos manuum.,& ita nō ſtatuit eum ſuper pedes, quod erat plene erigere. Chriſtus autē plene erexit: in quo ſe maiorem oſtendit Angelis illis qui erigebant cadentes.

Quare Chriſtus dixit diſcipulis ſurgite nolite timere. Quæſt. XCVIII.

QVAERETVR, quare dixit Chriſtus diſcipulis ſurgite nolite timere, quando tetigit eos.

Dicendum,quòd hoc fuit,vt ſurgerent diſcipuli.& primo, quia diſcipuli ceciderant in terram præ timore,& ſi timor ille perſeueraret non ſurgerent. nam putarent,quòd aliquid terribile circundaret eos:ideo dixit, ſurgite nolite timere, ideſt non timeatis quaſi aliquid durum,& horrendum maneat, quia nihil eſt,qđ timere debeatis.Secundo, quia propter magnitudinē timoris ipſi vires perdiderant, ideo ex cauſa oppoſita illas recuperaturi erant,ſ.non timentes. vnde mox, vt dixit eis nolite timere ipſi ſurrexerunt, quaſi nihil mali paſſi fuiſſent.Tertio fuit ad oſtendendum ſe potentem qui talibus non concuteretur. vnde non ſolum non timuit ipſe illam terribilem vocem quæ audita fuerat:ſed etiam timentes,& proſtratos erexit. Quarto fuit, vt oſtenderet verum eſſe, quod vox dicebat,

A & de ipſo intelligi,ſcilicet hic eſt filius meus dilectus: nam non erat veriſimile, ꝙ ſi ipſe erat ille filius Dei dilectus, de quo vox loquebatur, ꝙ vox patris eum terreret,ſed alliceret.nam pater non terret filios quos diligit,ſed ſeruos.nam filius amat,ſeruus timet. Quinto fuit, quia Chriſtus volebat nunc inſtruere diſcipulos de tacendo ea quæ viderant,ideo voluit prius timorē auferre,& ſic monita audirent,& intelligerēt, quia nimius timor iudicij rectitudinem aufert.ſicut & qualibet alia paſſio.ſic dicit Hieron. primum timor expellitur,vt poſtea doctrina tribuatur.

Quare dicitur,quòd leuantes oculos neminem viderunt, niſi ſolum Ieſum. Quæſt. XCIX.

B QVAERETVR quare dicitur, quòd leuantes oculos neminem viderunt, niſi ſolum Ieſum. Dicendum, quòd hoc fuit,quia quando diſcipuli leuauerunt oculos nemo erat ibi,niſi Ieſus. nam Moyſes & Elias non erant ibi. Sed non eſt intelligendum; quòd receſſerint quandiu iacebant diſcipuli in terra ſuper facies, ſed prius receſſerunt. nam antequam Petrus diceret Chriſto: Domine bonū eſt nos hic eſſe,receſſerunt illi, vt patet Luc. 9.ſ.& factum eſt cum diſcederent ab illo ait Petrus ad Ieſum,præceptor bonum eſt nos hic eſſe.& tamen Petrus dixit illa verba antequam audiretur vox de nube C & caderet ipſe in terrā,vt patet ſupra in litera, & Mar. 9.& Luc.9.

Sed dicetur ſi ante caſum diſcipulorum in terram receſſerant Moyſes,& Elias: fruſtra diceretur nunc, ꝙ leuantes oculos neminem viderūt,niſi Ieſum, quia ſtatim recedētibus illis etiam ante caſum diſcipulorum in terram,manebat ſolus Ieſus.

Dicendum,quòd dicitur,ꝙ neminem viderunt,niſi ſolum Ieſum, quia nunc nouiter ſenſerunt deeſſe Moyſem & Eliam,quod prius non ſenſerant. nam licet receſſerunt antequam Petrus diceret Chriſto faciamus hic tria tabernacula, tamē parum interfuit inter verba Petri, & caſum diſcipulorum in terrā: & iō potuit eſſe,ꝙ nō ſenſerit ante hoc eos deeſſe. nā mox, D vt receſſerunt Moyſes,& Elias,dixit Petrus: faciamus tria tabernacula Luc.9.& poſt iſtam vocem,i. dum loqueretur facta eſt nubes obumbrans, & vox de nube quæ terruit diſcipulos, vt caderent. vt colligitur ſupra in litera.& Luc.9.& ita non fuit multum tēpus in quo aduertere poſſent, an illi deerant,& in illo paruo tempore non aduerterunt, quia tanta tenebantur admiratione fulgoris Chriſti, ꝙ in nullum alium aſpiciebāt, cum autem nunc ſurrexerunt vidēres circumquaq;, cognouerunt defuiſſe Moyſem,& Eliam. Quod autē prius non cognouiſſent,licet illi iam receſſiſſent apparet:quia quādo Petrus dixit Chriſto,faciamus hic tria tabernacula,iam receſſerat Moyſes,& Elias Luc.9.Pe E trus tn̄ neſciebat eos receſſiſſe, quia ſi ſciret non peteret fieri tabernacula pro Moyſe, & Elia. & ſicut tunc nondum aduerterat eos receſſiſſe,ita neque poſtea aduertit:quia ſtatim facta eſt nubes obumbrans, & vox quæ terruit. vt patet ſupra in litera:vnde vſq; nunc nō viderunt defuiſſe Moyſen,& Eliam.

Quare dicitur leuantes oculos. Quæſt. C.

QVAERETVR, quare dicitur leuātes oculos &c. Dicendum, ꝙ hoc dr̄ ad innuendum, ꝙ prius ex timore oculos non audebant attollere:ſed ſuper facies ſuas collapſi erant in terra, nunc autem cum timor ceſſauerit oculos leuauerunt. ſic enim dicitur de Daniele,quādo audita voce cecidit præ timore, quòd vultus eius hęrebat terræ Danie.9. Secundo fuit, quia

Ff 4 forte

forte discipuli leuauerunt oculos ad circumspiciendum vndique. nam cũ nubes operuit eos,& vox terribilis audita est.putauerunt iuxta se esse aliquid terribile, quod superesset de visione præcedenti, & illud nunc sublato timore videre volebant. Vel forte,quia putauerunt,quòd videre possent eum qui vocem fomauerat,& hoc innuitur Mar.9.(statim circunspiciẽtes neminem amplius viderunt, & sic oculos leuauerant ad circunspiciendum si viderẽt aliquem ibi quẽ videre vellent. Tertio forte fuit,quia quando vox intonuit,(.hic est filius meus,putabant discipuli præsentes esse Moysem, & Eliam, & dubitarent ad quem eorum ista vox dirigeretur, ideo respexerunt, vt viderent illos, si quid forte speciale appareret tunc in aliquo eorum,propter quod potius de illo crederent vocem illam esse dictam quam de alio, & tunc neminem viderunt,nisi Christum.

Quare dicitur,nisi solum Iesum. Quæst. CI.

QVAERETVR quare dicitur, ꝙ neminem viderunt, nisi Iesum.

Aliqui dicunt, quòd quia ita fuit refertur ab Euangelista. Dicendum, quòd licet ita fuerit, non referret illud Euangelista, nisi aliquid conferret, cum multa omittantur quæ Christus egerit Io.20. & hoc maxime, quia omnes tres Euangelistæ istud tangunt,(.quòd Iesus inuentus fuerit solus,(. postquam audita est vox, vel surrexerunt discipuli de terra.

Est ergo dicendum,quòd fuit. Primo ad ostendendum,quòd de solo Christo dicta fuerit vox:nam cum omnes tres,(.Christus Moyses, & Elias viderentur in maiestate, vt dicitur Lu.9. possent discipuli dubitare quem eorum vox designasset,cum dixit, hic est filius si omnes tres manerent, ideo post vocem solus Christus inuentus est,vt appareat manifeste, quòd de ipso locuta est vox. Sic dicit Hieronymus, rationabiliter factum est, ne si Moyses, & Elias perseuerassent cum Domino, patris vox videretur incerta cui potissimũ daret testimonium. Et Beda ait, vbi cepit filius designari mox serui discesserunt, ne ad illos paterna vox emissa putaretur.Secundo fuit ad inuendum, quòd lex vetus designata per Moysem,& prophetę designati per Eliam recedebant Christo manifestato.nam officium eorum fuit de Christo prædicere,& eum manifestare,quo facto nihil eis mansit agendum,ideo recesserunt Christo manente, sicut nunc sola lex Christi manet discussis ceremonijs veteribus, & ænigmatibus prophetarum. Sic dicit Hiero.(.Iesum stantem ablata nube,& Moysem, & Eliam euanuisse vident, quia postquam legis,& prophetarum vmbra decesserat,vtrumque in Euangelio reperitur.

Aliæ etiam causæ mysticæ assignantur, (.quòd a principio erant tres, & in fine fuit verus Christus solus,quia confessio fidei in tribus est, & in vno. Etiam recesserunt Moyses,& Elias cum voce, quia lex,& pphetæ cum voce cęperunt, & cum voce desinunt, (. cepit lex in clamore facto in monte Synai Exo. 19. & 20. & cessauit lex, & prophetę in voce prædicationis Christi,& discipulorum, vel in voce Christi, quando dixit cõsummatum est infra 27. Sic dicit Ambrosius super Lucam,recesserunt illi cum dominus cepit designari,tres in principio videntur vnus in fine, perfectę enim fidei ergo quasi illi recipiunt in Christi corpus,quia & nos vnum erimus in Christo. Aut fortasse,quia lex,& prophetæ ex verbo, quia autem ex verbo ceperunt in verbo desinunt. sed istæ causæ mysticæ sunt, causa autem literalis est prima.

Quare Christus iussit taceri visionem transfigurationis, Quæst. CII.

QVAERETVR, quare iussit taceri Christus visionem transfigurationis vsque ad resurrectionẽ.

Dicendum, quòd primo fuit, quia res ista erat valde magna in qua Christus ostẽdebatur esse filius Dei, & hoc nondum crederetur de ipso, quia nondum in tanta opinione habebatur,cum autem resurgeret, & crederet resurrexisse,nihil erat,quod de eo credi non posset, tunc ergo talia conuenienter de eo prædicarentur,& non prius.Secundo fuit propter scandalum imperfectorum hominum. audientes enim Christũ ad tantam gloriam in trãsfiguratione fuisse exaltatũ, si viderent eum postea crucifixum turbarentur, & discederent.non enim poterant credere tam excelsa de eo quem tam infima, & opprobriosa pati viderent. Sic dicit Hieron. non vult in populos prædicari ne incredibile esset pro rei magnitudine, & post tantã gloriam apud rudes animos sequens crux scandalum faceret. Sic etiam dicit Theophilus,ne homines scandalizarentur audiẽtes de Christo tam gloriosa qui eum crucifixum erant visuri. non ergo erat congruum talia de Christo dicere ante resurrectionem, post resurrectionem vero credibile videbatur. Tertio fuit,quia discipuli non erant pro tunc conuenientes annunciatores huius rei.erat enim res ista ardua,& ante aduentum spiritus erant discipuli adhuc infirmi, & parnæ auctoritatis,vt in tanta re eis crederetur, ideo fuit cõueniens subticeri vsque post resurrectionem Christi, & missionem Spiritus Sancti, quando cõfirmati fuerunt discipuli, & facti magnæ auctoritatis. Sic dicit Hilarius,(.silentium etiam rerum gestarum quę viderant imperat,vt cũ essent Spiritu Sancto repleti, tunc spiritualium gestorum testes essent. Quarto fuit etiã propter imperfectionem aliorum discipulorum: nã si istud referri deberet prius reuelandum erat discipulis Christi quam alijs, & tunc sequeretur tristitia, & inuidia, tristitia quidem, quia ipsi non vidissent rem tam iocundam, inuidia autem, quòd alij prelati fuissent eis cum recepti fuissent ad videndum transfigurationem, & ipsi non. Quinto, & specialiter propter Iudam,qui iam dudum malus erat,& proditurus erat Christum, ipse autem volebat ei auferre occasionem ad hoc, aut saltem non præstare eam ex factis suis, & quia si ipse non receptus fuisset ad istam visionẽ magis concitaretur contra Christum,voluit Christus, ꝙ non reuelaretur vsque post resurrectionẽ: tunc enim proditor iam perijsset, & alij discipuli etiam hoc audientes non inuiderent neque tristarẽtur, quia essent perfecti per aduentũ Spiritus Sancti. De his dicit Damascenus hoc pręcepit dominus sciens discipulos q̃ nondum sortiti fuerant plenam Spiritus Sancti participationem imperfectos, ne aliorum corda quæ non viderant subuerterentur tristitia, & ne proditor incitaretur ad inuidiæ rabiem. Sexto fuit, & præcipue ne impediretur passio Christi. nam si diuulgaretur res hęc apud Iudęos,crederetur per hoc,ꝙ Christus esset Deus,& nõ auderent neque vellent Iudęi ipsum crucifigere, quod tamen ipse intendebat, & hoc colligitur ex assignatione termini, (. quousque filius hominis a mortuis resurgat.Etiam patet,quia præced. cap. & Mar.8. simile habetur: nam postquam dixit eis, ꝙ nemini dicerent eum esse filium Dei, subditur quod dixit eis,ꝙ oportebat eum ire Hierosolymam,& multa pati,& reprobari,& occidi a senioribus, quasi dicat, ꝙ propter hoc non erat publicandum ipsum esse filium Dei ne per hoc impediretur passio sua, & reprobatio a senioribus. Sic dicit Remigius, si maiestas ipsius diuulgaretur in populis, populi impedirent dispensa-

spensationem passionis eius resistendo principibus sacerdotum, & sic redemptio humani generis retardaretur.

Quare post resurrectionem Christus permisit prædicari transfigurationem.Qui quidem non fecit,aut dixit aliquid eo animo,vt semper taceretur. Quæst. CIII.

QVAERETVR, quare post resurrectionem permisit prædicari transfigurationem.

Dicendum, quòd licet Christus prohibuit istam visionem taceri vsque ad certum tempus: non fuit conueniens taceri semper, quia conueniens erat istam visionem reuelari aliquando,ergo nõ erat tacẽda semper: nec enim fecit, aut dixit Christus aliquid eo animo,vt semper taceretur,cum facta,& dicta sua ad multorum pertinerent eruditionem. ideo quandiu fuit impedimentum aliquod, vt non diceretur debuit taceri. cessante autem impedimẽto potuit dici,& hoc fuit vsque ad resurrectionem Christi:ideo post illam licuit dici, & debet intelligi de resurrectione,idest postquam creditum esset ipsum surrexisse.nã si post resurrectionem diceretur,quando tamẽ adhuc esset dubiũ de sua futura,vel facta resurrectione, inutile erat dici,quia tanta res tunc credi non posset.

Sciendum autem,quòd non solum permittebatur discipulis istis post resurrectionem dicere transfigurationem Christi, sed potius obligabantur tunc annunciare illam:quia transfiguratio non facta est solum ꝓpter istos tres discipulos, sed magis propter oẽs credituros,quia si Christus propter hos tres faceret, eis solis hoc diceret, & ostenderet. & tamen Christus dixit omnibus discipulis,& etiam turbis, sunt quidã de hic stantibus qui non gustabunt mortem,donec videant filium hominis venientem in regno suo,quod de trãsfiguratione intelligitur, ideo voluit, quòd aliquando ista res apud multos esset cognita, licet pro tunc non expediebat.& tamẽ non notificaretur, nisi isti qui interfuerant notificarent, ideo tenebãtur isti post resurrectionem Christi cognitam reuelare hæc alijs discipulis Christi,& prędicare illud, sicut cętera gesta eius.

An in vita æterna in sanctis ponantur dotes.Et quomodo sit matrimonium inter Christum,& Ecclesiam ratione dotium. Et vnde prouenerit denominatio dotis. Ea item quæ sit in beatis.Et quòd tam ad animam quã ad corpus eorum pertineat. & quare non dantur sanctis in hac vita. Quæst. CIIII.

QVONIAM autem in transfiguratione Christi apparuit claritas quæ fuit similis dotibus corporũ glorificatorum, & sæpe occasione huius de dotibus supra tactum est, nunc aliquid de eis dicendũ est. & est primo dubium, an in vita æterna in sanctis ponantur dotes.

Aliqui dicunt, quòd non, quia dos datur in matrimonio carnali, & tamen in regno cœlorum non erit tale matrimonium, quia nec nubent neque nubẽtur: sed sunt sicut Angeli Dei,sicut Christus dixit infra 22. & Luc.20. ergo non erunt ibi dotes. Item dos datur ad sustinendum onera matrimonij,& tamen in matrimonio spirituali maxime in vita æterna, non erunt aliqua onera, aut indigentiæ. ergo non erunt ibi dotes. Item dotes pertinent ad bona exteriora quæ sunt bona fortunæ, & tamen in vita æterna non erit vsus bonorum exteriorum: sed erunt meliora bona quę sunt interiora,ideo non erunt ibi dotes. Itẽ dos datur sponso ex parte sponsæ. sed sancti in vita æterna non gerũt figuram sponsi,sed sponsæ, quia Christus sponsus est, sancti autem sunt membra Christi inquantũ ipsi sunt ecclesia quæ est corpus Christi: & est sponsus eius, ad Ephe.5.ergo non dantur sponsis dotes.Item dotes secundum iura humana non dantur a patre sponsi, sed a patre sponsæ. dona tamen beatis dantur sanctis a patre sponsi,idest a patre Christi Iaco.1.omne datũ optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum,ergo nõ dantur dotes beatis.Item dotes dantur causa matrimonij contrahendi,& tamen matrimonium cõtrahitur hic per fidem inter animas fidelium,& Christum, ergo si dotes darentur in spirituali matrimonio, ita darentur nunc sicut in futuro,& non dantur. ergo non dabuntur in futuro.

Dicendum quòd in vita eterna dãtur beatis aliqua dona quæ dotes appellantur: est enim matrimonium spirituale inter Christum,& animam sanctã:ad Ephe. 5. vbi cum de matrimonio diceretur, ait Apostolus hoc esse magnum sacramẽtum inter Christum,& ecclesiam. & ita matrimonium spirituale est ibi,quod ꝓ carnale designatur. & tamen in matrimonio carnali sponsa dotata introducitur in domum sponsi. & tamen sancti introducuntur in domum Christi sponsi sui,quando beatificãtur de qua domo ipse dixit, in domo patris mei mansiones multæ sunt.Ioan. 14. ergo oportet, quòd sancti in introim ad regnum cęlorum aliquibus dotibus dotentur. Item dotes in matrimonio carnali assignantur ad matrimonij solacium.& tamẽ matrimonium spirituale est delectabilius, & suauius carnali: ergo dotes assignabuntur in illo. Item ornamenta sponsarum pertinent ad dotem,idest vocantur dos,vel pars dotis: sed sancti ornati introducũtur in gloriam:Esa.61. induit me dominus vestimentis salutis,sicut spõsam ornatam monilibus.ergo sancti dotes habebunt,sicut sponsę.

Dicendum tamen, quòd dos secundum propriam & vsitatam significationem inuenitur ĩ matrimonio carnali,sed in vita æterna nihil tale est, ideo non erunt tales dotes proprie acceptæ: est tamen verum, ꝙ beatis dabuntur quædam dona diuinitus quæ transferunt ad decorem ipsorum,& ista dona a doctoribus vocantur dotes,& diffiniunt sic hanc dotem. Dos est perpetuus ornatus animæ & corporis:vitę sufficiens in ęterna beatitudine perseuerãs. & hæc diffinitio assumitur ad similitudinem dotis in matrimonio carnali. nam hęc omnia inuenĩũtur in dote carnali:illa enim est ornatus sponsę:quia quælibet bona etiam extrinseca faciunt ad decorem habentis.sic vult Aristot.1.Ethico. dicens,quòd bona exteriora decorant fęlicitatem, vt potentia ciuilis & diuitiæ:etiam est vitæ sufficiens, idest ad sufficienter sustentandum vitam,vt sponsus, & sponsa alantur,& liberos de matrimonio natos educare possint. Etiam est ornatus perpetuus:quia dos semper pertinet ad sponsam.nam licet durante matrimonio vsusfructus dotis pertineat ad sponsum, quia ipse subit omnia onera matrimonij, tamẽ dominium manet semper apud mulierem, & soluto matrimonio ꝓ mortẽ, vel alias reuertitur semper dos ad vxorem. & ita similitudo est inter vtrãque dotem in diffinitione.

Sed nunc cum constet beatis receptis ad beatitudinem illico dari dona quæ dotes vocantur, est dubium vnde prouenerit ista denominatio dotis.

Aliqui dicunt, quòd nomen dotis non est hic per translationem a matrimonio corporali,vel ab aliquo alio cui proprie,& primo competat nomen istud, sed est nomen principale significans omnem perfectionem,vel ornatum cuiuscũque modi qui potest competere homini.& sic dicimus, quòd aliquis est dotat⁹ scientia,vel virtutibus, aut pulchritudine, vel robore corporis.& sic etiam fęcunditas vteri, vel abundantia filiorum vocatur dos.si patet Gen.30.quando Lia peperit sextum filium: nam dixit dotauit me dominus

dote

dote bona, & sic etiam accepit Ouidius dicens:

Et quacunque potes dote placere place.

Idest quacunque perfectione.

Sed dicendum, quòd non est hoc conuenienter dictum. nam quandocunque aliquod nomen est impositum ad aliquid principaliter significandum, non cõsueuit transferri ad alia, nisi secundum quandam similitudinem quæ sit ad illa. vnde cum secundum primã institutionem nominis dos pertineat ad matrimoniũ corporale, oportet quòd in quacunque alia acceptione retineatur aliqua similitudo ad illud principale significatum.

Dicunt ergo alij, quòd vocantur dotes ipsa dona quæ dantur sanctis ex similitudine dotis matrimonij corporalis, quia dos proprie videtur dici illud donum, quod in matrimonio corporali datur sponsæ ex parte sponsi quando traducitur in domum sponsi ad ornatum sponsæ pertinens. Quod patet Gen. 34. vbi Sichẽ filius regis Emor dixit Iacob, & filijs eius, augete dotem, & munera postulate, idest petite magnam dotẽ pro sorore vestra quantumcunque augere volueritis, & postulate etiam pro vobis munera. & ita id, quod sponsus daturus erat sponsæ vocauit dotem, & Exo. 22. dicitur si seduxerit quis virginem dormieritq; cũ ea, dotabit eam, & accipiet in vxorem. quia sancti sunt ipsa sponsa Christi, quando introducuntur in vitam æternam vbi est domus Christi, datur ornatus quidam, & ille vocatur dos.

Sed dicẽdum, quòd non stat, quia iura humana ad quorum considerationem pertinet ordinare tam matrimonia quam ea quæ in matrimonio dantur, dicunt quòd dos est id, quod datur ex parte mulieris viro, ꝓpter onera matrimonij sustentanda, illud vero, quod sponsus dat sponsæ vocatur donatio propter nuptias, extra de dona. inter vir. & vxo. c. nuper in §. vltimo. & quasi per totum titulum, & ita etiam accipitur in sacra Scriptura, vt 3. Reg. 9. vbi dicitur, quòd Pharao rex Aegypti cepit vrbem Gazer, & dedit eam in dotem filiæ suæ vxori Salomonis, & ita accipitur dos vbicũque proprie accipitur. Ita etiam accipitur dos in illis auctoritatibus scripturæ in cõtrarium allegatis, quòd semper sit dos ex parte fœminæ, & tamen licet dotes semper dentur viris a suis vxoribus, interdum viri dãt illas mulieribus, non quidem, ꝓ propter hoc sit donatio propter nuptias, quia donatio propter nuptias viri est, dos autem est ipsius vxoris, & ad eam reuertitur, licet vir teneat vsumfructum eius cõstãte matrimonio, interdum tamen vir consignat aliquid mulieri in dotem, quod transit in dominium vxoris, & ipsa illud dat viro quasi muliera se ipsa haberet, & ita dotem illam vxor dat viro, & tamen prius accepit eam a viro, vt illam ei dare posset. Et hoc fit dupliciter, aliquando ex nimio amore, aliquando in pœnam. Primo modo si fœmina est pauper, & vir vult eam dotare, vel si valde diligit eam, & ideo etiam si sit diues vult dotare illam, & hoc modo intelligitur Gen. 34. de Sichem qui valde diligebat Dinã filiam Iacob, & ideo vt pater, & fratres vellent eam dare illi, voluit ipse dotare eam, & non solum dotare, sed etiam ipsam dotem assignare in quacunque quantitate quam fratres nominarent, & etiam ipsis fratribus, & patri puellæ munera dare voluit, vt ei puellam concederent, cum dixit augete dotem, & munera postulate.

Aliquando dat vir dotem vxori in pœnam, sicut qñ lex cogit iuuenem assignare dotem virgini quam defloruit, quam dotem pater puellæ assignare tenebatur, & hoc siue accipiat eam in vxorem, siue non, & ita accipitur Exo. 22. si seduxerit quis virginem, &c. & sic manet, ꝓ ipsa dos est quę datur ex parte sponsæ ipsi viro, vel his qui sunt ex parte viri ad sustentãdum onera matrimonij. Sed tũc dicetur quomodo in beatitudine dabuntur dotes beatis, quia ipsi habent ibi locum sponsæ, & sponsæ non datur dos, sed ipsa dat dotem viro?

Dici potest vno modo, ꝓ vere dantur dotes a patre sponsæ, & non sponsi pater. pater enim Christi est sola persona prima in diuinis. pater autem sanctorũ nõ est sola persona prima diuina, sed tota Trinitas, quia sicut tota Trinitas est vnicus Dominus noster, & creator, ita ipsa tota est pater noster. nam pro tanto Deus est pater noster, quia creauit nos, & possidet, & fouet, & diligit. Deuter. 32. nunquid non ipse est pater tuus qui possidet te, fecit & creauit te. & quoniam tã creatio quam possessio, quam amor Dei ad nos communis est tribus personis, & non distinguitur ibi ratio personæ, quia hoc solum fit quãtum ad actus notionales qui sunt ĩter ipsasmet personas. tota ergo Trinitas est pater noster, & non specialiter vna persona. & tamen tam beatitudo quàm dotes dantur beatis non specialiter ab vna persona, sed simul a tota beata Trinitate quę est vnus Deus, ideo dantur dotes a patre sponsæ, & non a patre sponsi, quia pater sponsi non est tota Trinitas: nam Trinitas neque gignit, neque gignitur. distinguũtur ergo pater sponsi, & pater sponsæ, & qa dantur hęc a patre sponsę, idest beatorũ qui sunt sponsa, idest Ecclesia, seruatur hic proprie ratio dotis, quia datur spõsa dotata sponso, & dotata fuit a proprio patre, & non a patre sponsi.

Alio modo potest dici non accipiendo distinctionem patris sponsæ, & sponsi, quòd sponsus sit Deus, i. tota Trinitas, & tunc sponsus non habet patrem, & ipsemet est qui dat dotem sponsæ, quam simul in sponsam, & in filiam habet: & tamen dat sponsus hic dotem ex nimio amore ad sponsam, cum dupliciter spõsus dotet sponsam, licet illa alias det dotem sponso. & quia nemo tantum diligit sponsam suam, quantum Deus Ecclesiam, cum exemplo huius, viri moneãtur diligere vxores: Ephe. 5. viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam, ipse dotat sponsam. & ita nunc sponsus dotat sponsam non in pœnam, sed ex amoris magnitudine.

Ad primum dicendum, quòd in regno cœlorum non erunt nuptiæ, & consequenter non erit ibi dos ista quę est in matrimonio carnali, sicut non est matrimonium carnale. erit tamen dos spiritualis, sicut matrimonium est spirituale.

Ad secundum dicendum, ꝓ dotes matrimonij carnalis sunt ad sustinendum onera, quia in matrimonio carnali sunt onera, i. inopię, & miserię, in spirituali autem matrimonio in gloria non erit aliqua inopia, aut onera, quia absterget Deus omnem lachrymã ab oculis sanctorum, & non erit ibi fletus, neque dolor, neq; cadet super illos sol, neque vllus ęstus. Apo. 7. ideo dotes illius matrimonij non erunt ad sustentanda onera, sed ad delectandum possidentes.

Aliter potest dici, ꝓ dotibus competit per se solatium præstare, quia hoc est, quod per dotes efficitur, per accidens autem competit dotibus, ꝓ per eas remoueatur, sonus matrimonij, quod per dotes tolerabilius efficitur: nam efficere per se competit rei, tollere autem per accidens: sic est de gratia cui per se competit facere iustum, sed per accidens est, ꝓ de impio fiat iustus, idest, quòd impius fuerit ille qui iustus efficitur. quamquam ergo in matrimonio spirituali cõsummato, quod erit in beatitudine, non erunt aliqua onera, sed est ibi summa iocunditas, erit ibi ratio dotis, quia res inuenitur vbi est actus eius proprius, & directus, licet non sit ibi id, quod est ei per accidens, & quia actus dotis etiam in matrimonio carnali est solatium præstare, & hoc summe inuenietur in beatis, erunt

erunt ibi dotes, licet actus per accidens, idest alleuiare onera non inuenietur ibi, cum iam nulla onera super sint.

Ad tertium dicẽdum, ꝓ dos, vt est in matrimonio carnali est in bonis fortunę, dos tamen vitę ęternę nõ est dos matrimonij carnalis, sicut nec est ibi matrimonium carnale, ideo nunc dos consistit in bonis fortunæ, quia ista bona vtilia sunt secundum præsentẽ statum, in futuro autem non erunt ista bona vtilia, quia nõ erũt necessitates illæ quibus succurritur per vsum istorum bonorum, ideo non erit ibi dos in talibus bonis, sed in alijs longe melioribus secundum conditionem illius status.

Alij dicunt, quòd in matrimonio spirituali requiritur interior decor. sicut dicitur in Psal. 44. omnis gloria eius filiæ regis ab intus: in matrimonio autem corporali, quia consistit in actibus exterioribus requiritur decor exterior. vnde non oportet, ꝓ dotes istæ tales assignentur in matrimonio spirituali, sicut in corporali.

Dicendum tamen, quòd licet verum sit, ꝓ matrimonium spirituale cum pertineat ad spiritum pertineat ad actus interiores principaliter, tamẽ etiam pertinet ad actus exteriores, cũ in beatitudine in qua matrimonium spirituale consumatur perficiatur homo interius, & exterius, & ideo dotes in matrimonio spirituali tam ad corpus quam ad animam pertinent, in matrimonio autem corporali solum pertinent ad res corporales, & tamen hoc differt, quia in matrimonio spirituali beatitudinis, siue sit spiritualis, siue corporalis dos semper est interius, idest in ipso homine, in matrimonio autem carnali omnis dos est extra hominẽ, ideo in matrimonio carnali omnis dos est extra hominem, & consistit in solis bonis fortunæ, in matrimonio autem spirituali, siue sit dos corporalis, siue spiritualis non est in bonis fortunæ, quia omnia talia sunt extra hominem.

Ad quartum dicendum, ꝓ dos in spirituali matrimonio cum sit trãslata ex carnali matrimonio tenet aliquam eius similitudinem, dos autem ibi, licet detur sponso ex parte sponsæ, ita vt cedat sponso quantum ad vsum fructum constante matrimonio, tamen quantum ad proprietatem, siue dominium est dos ipsius sponsæ, & ita in sanctis fit, quia ipsi sunt sponsa, & dos est eorum, & datur sponso eorum, idest Christo, quia quicquid perfectionis, & gaudij in sanctis est, cedit in gloriam, & honorem Christi, & tamen quantũ ad proprietatem est sponsæ, idest sanctorum, siue ecclesiæ triũphantis, quia istę perfectiones realiter sunt accidentia quædam sanctorũ, & formaliter eos exornant. Ad quintum dicendum, ꝓ dos datur sanctis qui sunt vt sponsa, non a patre sponsi, idest a patre Christi, s. Deo patre qui est pater sponsi, sed a patre sponsę, idest a tota Trinitate quę est pater sponsę, vt supra declaratum fuit, & sic reperitur ibi propria ratio dotis.

Ad sextum dicendum, ꝓ sanctis in hac vita dantur aliqua dona a Deo, sed non vocantur dotes. Primo quia licet in præsenti sit matrimonium spirituale, non est tamen firmum, cum posset quilibet sanctus retrocedere, & malus effici, & iam non esset sponsa, dos autem est sponsæ propter sponsum, sicut in matrimonio carnali datur dos sponso, vt sustẽtet onera matrimonij. ergo quando non est matrimonium firmum non sunt dandæ dotes, in introductione autem ad vitam ęternam dãtur dotes, quia ibi matrimonium firmatur, ideo nunc in matrimonio isto dotes non dantur. Secundo quia dos assignatur sponsę, quando traducitur in domum viri. nam in matrimonio carnali, licet dos promittatur in ipsa desponsatione, tamen nõ traditur tunc, sed quando consummatur matrimonium, & traducitur in domum sponsi, vt dotata eat, ita in matrimonio spirituali quandiu hic manetur (licet matrimonium spirituale habeamus cũ Christo, & maxime quantum ad illos quos eligit ante mundi constitutionem, vt essent sancti, & immaculati cum eo) tñ non traducimur in domum sponsi, quia quandiu viuimus peregrinamur a Domino 2. Corinth. 5. cum autẽ transferemur in vitam ęternam, tunc sponsa traducetur in domum viri, & tunc dotabitur, ideo dona quæ tunc dabuntur vocantur dotes, quæ autem nunc dantur non vocantur dotes. Et ista est potior ratio quam præcedens. nam si statim, vt matrimoniũ esset ratum darentur dotes, & propter hoc non darentur hic, quia non est ratum matrimonium, darentur dotes illico decedentibus in charitate, quia illi pertinent ad vitam æternam, & sic existentes in purgatorio dotes haberent, quia illi firmi manẽt in matrimonio spirituali contracto cum Christo, & tamen ibi dotes non habent, cum existẽtes in purgatorio nihil habeant beatitudinis, sed solam pęnam, & spem beatitudinis certam, quando autem traducentur in domum sponsi, idest in vitam æternam, tam beatitudo quam dotes eis dabuntur.

An beatitudo, & dos sint idem, & in quo differunt. Et quomodo beatitudo perfectiones omnium generum eminenter contineat. Quæst. CV.

QVAERITVR de habitudine beatitudinis ad dotem, s. an sint idem, vel in quo differunt. Aliqui dicunt, ꝓ sunt idem, quia dos est ornatus animæ, & corporis in æterna beatitudine iugiter perseuerans, sed perseuerat in æternum beatitudo in eo cui datur, & est ornatus animæ, & corporis eius. ergo dos est ipsa beatitudo. Itẽ dos in matrimonio carnali est illud ꝑ quod sponsa delectabiliter iungitur sponso, sed in spirituali matrimonio beatitudo est, id qd ęlętificat sponsam in vnione ad sponsum, ergo beatitudo est dos. Item secundum August. visio est tota substantia beatitudinis, & tñ visio clara ponitur vna de dotibus. ergo dos est ipsa beatitudo. Item fruitio facit hominem beatum, fruitio tñ est dos. ergo idem sunt. Item beatitudo est status omniũ bonorum aggregatione perfectus, vt ait Boe. 3. de consola. Prosa 2. sed status beatorum perficitur ex dotibus. ergo dotes sunt beatitudo. Dicendum, ꝓ vt aliqui volunt, beatitudo, & dos idem sunt realiter, sed differũt ꝓm rationem, quia dos respicit spirituale matrimonium, quod est inter Christum, & animam, beatitudo autem non. Sed hoc non potest stare, quia beatitudo consistit in operatione, dos aũt non est operatio, sed qualitas quædam, vel dispositio hominis, ideo ẽt non possunt esse idem realiter. Item beatitudio inest homini ꝓm illud, quod est potissimum in eo, vt colligitur 1. Ethi. potissimum autem hominis est in intellectu 9. & 10. Ethi. dos tñ ponitur in corpore, ergo dos, & beatitudo non sunt idẽ realiter. Est igitur dicendum, ꝓ beatitudo, & dos realiter differunt, quia beatitudo est ipsa operatio ꝑfecta qua aĩa Deo coniungitur, & est operatio voluntatis, dotes aũt sunt habitus, vel dispositiones, vel q̃cunq; alię qualitates quæ ordinantur ad hanc operationẽ perfectam, & ita dotes non sunt essentialiter, aut realiter ipsa beatitudo, neq; ẽt sunt partes eius, sed sunt aliqd pręcedens beatitudinem, & ornatum ad eam. Ad primum dicendum, ꝓ proprie loquendo dos nõ est aliquis ornatus aĩæ, quia ornatus est aliqd manens, vel appositũ aĩę quasi sit decor eius, beatitudo aũt non est ornatus, sed aliquid ꝓueniens ex ornatu, cum operatio quędã sit, & ita nõ est quasi aliquid insistẽs aĩę, sed quasi aliqd ꝓueniens ab ea, sicut est oĩs operatio. Ad secun-

ſecundū dicendum,ꝙ dos proprie eſt id, per qđ ſponſa delectabiliter vnitur ſponſo qñ traducitur, beatitudo aūt non eſt aliquid, qđ ordinetur ad vnionem ſpōſę ad ſponſum,ſed eſt ipſa vnio, quia operatio intellectus qua aĩa immediate attingit Deum,& vnitur ſibi, eſt ipſa beatitudo,& iſta eſt vnio ad Deum, & non eſt aliud qđ delectabiliter vniatur Deo, quia id quo delectabiliter aĩa Deo vnitur non eſt ipſa vnio, vel operatio, ſed aliquid ordinatum ad iſtam operationem,& iſtud eſt dos. Ad tertium dicendum,ꝙ fruitio aliquo mō nominat dotem,& aliquo mō beatitudinem, qa pōt accipi vno mō pro ipſo actu videndi Deum, & tunc viſio non eſt dos,ſed beatitudo ipſa, alio mō poteſt accipi viſio ipſa pro habitu intellectus a quo elicitur illa operatio videndi, ſiue ſit habitus creatus infuſus intellectui, ſiue ſit lumẽ glorię habitualiter manẽs in intellectu,quo intellectus eſt capax eſſentię diuinę tanquam formę intel.per q̃ acuetur, q̃ alias non poſſet capere, ſed ſolū quādam eius ęquiuocam ſimilitudinem. & ille habitus, ſiue lumen collatū intellectui habitualiter manẽs non eſt ipſa beatitudo,ſed ordinatum ad beatitudinem,& illud eſt dos, quia dos p̃cedit ad beatitudinem, & tñ vocatur viſio, quia ſiue ſit habitus,ſiue ſit lumen facit ad actualem viſionem. vnde qñ dicimus viſionem eſſe dotem, non dicimus abſolute viſionem,ſed claram viſionẽm,vt intelligat̃, ꝙ magis volumus ſignificare lumẽ quo perficitur intellectus ad videndum, q̃ ipſum actum videndi. Ad quartū dicendum, ꝙ ẽt fruitio accipitur vno modo pro actu fruendi qui eſt actus voluntatis, alio mō pro habitu,vel perfectione data qua potentes ſumus frui, & diſponimur immediate ad fruendum. Accipiendo primo modo fruitio eſt ipſa beatitudo realiter. Accipiendo ſecundo mō eſt aliquid ordinatum ad beatitudinẽ,& tunc fruitio eſt dos,ſicut clara viſio, quia non ſunt partes beatitudinis,ſed aliqua præcedẽtia ad beatitudinem. Ad quintum dici pōt vno modo, ꝙ beatitudo ſ̃m eſſentiam aliquid vnum ſimplex eſt, ideſt actus intellectus,& tñ ſ̃m eminentiam continet perfectionem omnium bonorum. ſicut enim Deus vnus, & ſimplex exiſtens continet perfectionem omnium entium eminenter, ideſt non ſ̃m limitationẽ qua inueniuntur ſingula bona in ſuis generibus, vel ſpeciebus,quia tunc tot eſſent realiter bona quot eſſent modi continendi bonitatem, ita cum beatitudo ſit ſummum bonum humanum, continet eminenter omne bonum hominis,& quia homo poteſt participare varijs bonis, neceſſe eſt, ꝙ in beatitudine contineantur omnia illa bona, & quia beatitudo eſt aliquod vnum bonū, illa vero quibus homo participarę poteſt ſunt varia,neceſſe eſt, ꝙ contineātur oĩa illa vnitiue in beatitudine,& hoc eſt continere eminẽter,ideo licet beatitudo ſit ſtatus omnium bonorum aggregatione ꝑfectus,non eſt neceſſe, ꝙ multa ſimul bona ſint, ſed ꝙ in vno includatur virtus multorum perfectius quā ſi multa ſimul eſſent quę realiter diſtincta ſunt,& tūc non eſt neceſſe dotes quæ ſunt multæ eſſe partes beatitudinis. Aliter poteſt dici,ꝙ licet dotes quæ realiter ſunt multę faciant ad beatitudinem, non ſunt tñ realiter ipſa beatitudo, nec etiam partes eius quaſi beatitudo conſiſtat realiter ex multis concurrentibus in vnum, ſed ſunt aliquid præcedens ad beatitudinẽ diſponens ad illam. Et quando dicitur, ꝙ ſtatus bonorum perficitur ex dotibus, dicendum ꝙ nō perficitur ex dotibus quaſi integrantibus beatitudinem, ſed ad illam diſponentibus, & tunc non poterunt eſſę dotes ipſa beatitudo,quia ſunt aliquid prius ea.

F *An in Chriſto ſint dotes. Et quæ vniones de Chriſto cum quibus dicantur. Et quòd eccleſia dupliciter accipitur,cuius totum bonum eſt a Chriſto. Quæſt. CVI.*

QVAERETVR, an in Chriſto ſint dotes. Aliqui dicunt,ꝙ ſic,quia ſancti conformantur Chriſto in gloria.ad Phil. 3.qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ,& tamen ſancti habent dotes. ergo Chriſtus dotes habet, cum in corporibus noſtris claritas futura dicatur dos, & tñ illa eſt ſimilis claritati corporis Chriſti.Item dotes inueniuntur in ſanctis inquantū ſunt ſponſę, vel ſponſa in ſpirituali matrimonio, in Chriſto tñ eſt quoddā

G ſpirituale matrimonium,quod eſt ſibi ſingulare,ideſt duarum naturarū in vna perſona, & quantū ad iſtud matrimonium dr̃ natura humana in Chriſto eſſe deſponſata verbo diuino, vt patet in Glo. Pſalm.18.ſ.in ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tanquā ſponſus,&c.& Apoc.21. ſup verbo,ecce tabernaculū Dei cum hominibus. ergo Chriſto competit habere dotes. Item vt dicit Aug.lib.de doc.Chriſtia.iuxta regulam Ticonij propter vnitatẽ corporis myſtici quæ eſt inter caput, & membra, nominat ſe Chriſtus non ſolum ſponſum, ſed etiam ſponſam. Iſa.61. quaſi ſponſum decoratum corona,& quaſi ſponſam ornatā monilibus ſuis,& tñ ſponſæ competunt dotes.ergo Chri-

H ſto ſaltem inquantum eſt ſponſa dotes aſſignabūtur. Item omnibus membris eccleſiæ debentur dotes, cū eccleſia ſit ſponſa, & tñ Chriſtus eſt membrum eccleſiæ: ergo debetur ei dos. Patet hoc 1.Corinth.12. vos eſtis corpus Chriſti,& membra de membro, vbi dicit Glo.ideſt de Chriſto.ergo Chriſto debentur dotes. Item dotes animæ ponuntur eſſe fruitio, & viſio, & tñ iſtæ ſunt in Chriſto. ergo ille dotes habet. perfectius enim ille videt quam cęteri,& abundantius fruitur atq; ſuauius quam ſinguli. ergo dotes habet. Dicendum, ꝙ circa hoc eſt duplex opinio, quidam dicunt,ꝙ in Chriſto eſt triplex vnio. Vna qua vnĩt Deo per coniunctionem amoris,alia dignatiua qua humana natura vnitur diuinæ, tertia qua ipſe Chriſtus vnĩt

I eccleſiæ. dicunt autem, ꝙ quantum ad primas duas vniones cōpetit Chriſto habere dotes proprie ſub rōne dotis,quantum ad tertium dicunt, ꝙ habet excellentiſſime id, quod eſt dos, non tñ ſub ratione dotis, quia in hac tertia coniunctione Chriſtus eſt, vt ſponſus,& eccleſia,vt ſponſa,dos tñ competit ſponſę,quia licet ſit viri quantum ad vſufructum, tñ quantum ad proprietatem, & dñium eſt mulieris. Sed dicendum, ꝙ non ſtat primum,ideſt, ꝙ in duabus primis vnionibus ſint dotes proprie in Chriſto,quia ad hoc requiritur matrimonium, cum dos non detur niſi in matrimonio, ſed in vnione qua vnĩt Chriſtus patri per amorem,non eſt matrimonium, quia in matrimonio eſt ſubiectio ſponſæ ad ſponſum, & tñ inter perſonas diuinas eſt omnimoda ęqualitas. ideo non eſt ibi habi-

K tudo matrimonialis vnius perſonæ ad alias, & conſequenter neq; in tali vnione erit rō dotis.Item in ſecūda vnione quæ eſt naturę humanę ad perſonam diuinā non eſt matrimonialis dos.primo quia vbi eſt proprie deſponſatio, eſt conformitas naturę inter ſponſum,& ſponſam,& tñ inter verbū diuinum, & naturā humanam non eſt naturæ conformitas, ideo non eſt ibi ꝓprie deſponſatio, & conſequenter neq; dotes ꝓprie erunt. Scđo quia inter ſponſum,& ſponſam eſt diſtinctio perſonalis, & tñ in Chriſto nihil eſt diſtinctū perſonaliter, ſed vnica perſona eſt Dei hominis, & tñ perſona filij Dei eſt ſponſus Io. 3. qui habet ſponſam ſponſus eſt. ergo cum non inueniatur ibi aliqđ aliud ꝑſonaliter diſtinctū, non eſt deſponſatio inter diuinū verbū,& naturam aſſumptam, & conſequenter neq;

erit

erit ibi dos. Tertio patet,quia dotes dantur, qñ ſponſa de nouo traducitur ad domum viri, & ſic pertinẽt ad ſponſam nouiter coniunctam ſponſo, iſta aūt nouitas non inuenitur inter naturam aſſumptam,& verbum, quia nunquam fuit tp̃s quo illa natura humana eſſet, quin eſſet perfectè vnita verbo diuino. ergo nō competunt ei dotes. Item qūocunq; Chriſtus conſideret, vr̃ ꝙ non competat ei dotes habere, quia nō eſt eiuſdem dotes dare,& habere,vel recipere,& tñ Chriſtus eſt qui dat ſpirituales dotes.nō ergo habet ipſe dotes. Dicendum igitur, ꝙ dos poteſt cōſiderari dupliciter, ſ.aut quantum ad id, qđ eſt ipſa dos, aut quantum ad rationem propriam dotis. Primo modo dicendum,ꝙ dotes inueniuntur in Chriſto excellentius quā in cęteris hominibus.nam in alijs beatis erit claritas corporum,& impaſſibilitas,agilitas,& ſubtilitas, manifeſtū eſt tñ, ꝙ oẽs iſtæ perfectiones inuenientur multo excellẽtius in corpore Chriſti,quam in alijs hominibus, tum quia eſt vnitū perſonæ diuinæ, tum quia fuit inſtrumentum immediatū noſtræ redemptionis, & in eo debet inueniri participatio retributionis meritorū hominis Chriſti,cum hoc proprie fuerit,qđ Chriſtus pro ſe meruit, ſ.gloriam corporis, & ita ſolemus cōiter dicere,ꝙ Chriſtus habet dotes, & ꝙ aliqñ vſus eſt actibus dotiū,vel ſimilibus. Accipiendo ſcđo mō dotes nō competunt Chriſto, quia dos importat matrimonium,& ſubiectionem, in Chriſto autem non reperiuntur iſtę rōnes,ideo dos quantum ad rōnem dotis non inuenitur in Chriſto, in beatis autem cęteris inuenitur ſ̃m propriam rationem dotis, non tñ ideo eſt putandum reperiri in eis perfectius, quia ratio dotis propria importat aliq̃ imperfectionem,ſ.ſubiectionem quæ in ſanctis eſt,in Chriſto autem nō poteſt eſſe. Ad primum dicendum, ꝙ in Chriſto erit perfecta claritas corporis, & in nobis erit quædam conformitas ad illam, quia licet nemo beatorum tam intẽſam claritatem habebit, ſicut Chriſtus, tñ quilibet habebit claritatem ſ̃m quam imitetur Chriſtū, & ꝑꝑ hoc in transfiguratione ipſe oſtẽdit in corpore ſuo nimiā claritatem,& de hac dr̃, ꝙ reformabit corpus humilitatis noſtrę,ideſt corpora noſtra quę nunc ſunt humilia,ideſt imperfecta ꝑꝑ conditiones mortalitatis,& cęteras imperfectiones, tunc vero conformabuntur corpori claritatis eius, ideſt habebunt corpora noſtra aliquam claritatem, ſicut corpus eius, licet non æqualẽ, & illa claritas corporis Chriſti eſt materialiter dos, ſed non eſt in eo ſ̃m propriam rationem dotis, & ſic conformantur corpora noſtra corpori Chriſti non in ratione dotis, quia non eſt idem modus habendi perfectionem in nobis, & in illo, ſed in eo, quod eſt dos materialiter. Ad ſ̃m dicendum,ꝙ eo modo quo reperitur matrimonium in Chriſto, reperitur ratio dotis, inter verbum autem diuinum,& naturam humanam coniunctam ei, non inuenitur proprie ratio matrimonij, aut deſponſationis, quia ad hoc neceſſario requiritur diſtinctio perſonalis quæ non eſt inter verbum, & naturam aſſumptam, quia illa non habet perſonalitatẽ aliquā, ſed eſt ſuppoſitata ſuppoſitabilitate verbi,& ideo nec eſt proprie ſponſa,habet tñ aliquam cōditionem ſponſę; ſ. inſeparabiliter vnitur verbo diuino, ſicut ſponſa ſponſo,& quia ſubditur verbo, & per illud regitur, ſicut ſponſa ſubeſt ſponſo, magis tñ ſe habet illa in hac coniunctione, vt anima ad corpus, quam vt ſpōſa ad ſponſum, licet neutra habitudo ibi perfectè habeatur, quia verbum non eſt tanq̃ forma reſpectu naturę aſſumptæ. Ad tertium dicendum, ꝙ Chriſtus proprie eſt ſponſus,licet non reſpectu humanitatis aſſumptæ, ſed reſpectu eccleſię,quia in hac cōiunctione reperitur diſtinctio perſonarum, & omnia quæ requiruntur ad matrimonium proprie dictum,

A ſponſa tñ non dr̃ Chriſtus quantum ad ſeipſum, ſed inquantum aſſumit ſibi interdum perſonam ſponſæ ſuę,ſ.eccleſiæ q̃ ei coniūcta eſt ſpirituali matrimonio, & eo modo quo Chriſtus nomen ſponſę accipit non eſt inconueniens dari ei dotes, & tñ, quia valde large hoc dr̃, erit valde improprie dictum, ꝙ Chriſtus dotes habeat. Ad quartum dicendum, ꝙ eccleſiæ nomẽ dupliciter accipitur, vno modo nominat ſolum corpus myſticū,quod Chriſto vnitur tanq̃ capiti,& tunc eccleſia habet ſolum rationem ſponſę,& non ſponſi, & tunc Chriſtus non eſt membrum, aut pars eccleſię,ſed eſt aliquid extra eccleſiam, & ſupra illā, quod eſt caput influens omnibus eccleſię membris, & tūc,

B ſicut nec Chriſtus eſt membrum eccleſiæ, ita neque pertinebit ad eum ratio ſponſę. Secundo modo accipitur eccleſia,vt nominat caput, & membra coniuncta, ita vt ſit corpus integrum cuius caput ſit pars, & qm̃ Chriſtus ſemper eſt caput eccleſię,erit tunc Chriſtus pars quędam eccleſię,& membrum eccleſię, inquantum habet diſtinctum officiū a cęteris partibus, & membris,ſ.influere alijs vitam,& ſenſum, licet iſto modo q̃q̃ Chriſtus dicatur proprie caput, nunq̃ proprie dr̃ membrum,ratio differentiæ eſt,quia caput importat principalitatem,& cauſam, cum competat ſibi influere in cęteras partes, iſta autem eſt ratio perfectionis, ideo Chriſto competit proprie, licet aliàs caput ſit pars,ſed hoc accidit ad rationem capitis, mem-

C brum autem ſ̃m rationem ſuam dicit partem, & imperfectionem, in Chriſto autem bonum ſpirituale ad quod pertinent dotes,non eſt partitum, ſed integrū, & totaliter. vnde ab ipſo eſt totum bonum eccleſiæ, nec eſt aliquid maius bonum ſuum ſimul cum bono eccleſię, quam bonum ſuum ſolum, cum non addit aliquod bonum eccleſia a bono eius, ſic tñ accipiẽdo eccleſiā non nominat ſponſam,ſed ſponſum,& ſponſam, prout per coniunctionem ſpiritualem eſt ex eis vnum effectū. vnde licet Chriſtus poſſet dici aliqualiter(ſaltem large) membrum eccleſię,non tñ dr̃ aliqñ membrum ſponſę, quia nō eſt pars illius eccleſię quę eſt ſolum ſponſa,& tñ dos ad ſponſam pertinet. ergo Chriſtus qui non eſt pars ſponſę non habet dotes pro-

D prie dictas. Ad quintum dicendum, ꝙ in Chriſto ſunt viſio,& fruitio perfectius quam in alijs hominibus, & tñ nō ſunt in eo ſub ratione dotis,& ita dictum eſt ſupra, ꝙ ea quæ ſunt dotes corporis, perfectius ſunt in Chriſto quam in alijs hominibus, ſunt tamẽ in eo materialiter, & non ſub ratione dotis, & idem eſt de fruitione,& viſione quę ſunt dotes animę.

An in Angelis ſint dotes, quæ duplices ſunt in homine. Et quæ conformitas ſit capitis,& membrorum, & rurſus ſponſi,& ſponſæ ratione ipſius Chriſti. Quæſt. CVII.

QVAERETVR, an in Angelis ſint dotes. Aliqui dicunt,ꝙ ſic,quia ſuper illud Canti.6.vna eſt columba mea, dicit Glo.vna eſt eccleſia in omnibus ho-

E minibus,& Angelis,eccleſia autem eſt ſponſa,iō mẽbris eius competet habere dotes.nam quodlibet mẽbrum ſponſę eſt ſponſa,cum iſta ſponſa ſit vnum myſticum,& non naturale,Angeli tñ ſunt membra ſpōſę.ergo ipſi ſunt ſponſę,& conſequenter habebūt dotes.Item Lucę 12.ſuper illo verbo,& vos ſimiles hoĩbus expectantibus dñm ſuū, dicit Glo.ad nuptias dñs iuit,cum poſt reſurrectionem ſuam nouus homo angelorum multitudinem ſibi copulat. ergo Angelorū multitudo eſt ſponſa Chriſti. dotes ergo habent Angeli.Item dotes dantur in ſpirituali matrimonio,conſiſtit aūt matrimoniū ſpirituale in coniunctione ſpirituali, & tñ non eſt minor coniunctio ſpiritualis inter Angelos,& Deum,quam inter beatos & Deū, & tñ

homi-

hominibus beatis ratione huius matrimonij ſpiritua- F
lis dantur dotes, ergo a fortiori dabuntur Angelis. Itē
in ſpirituali matrimonio requiritur ſpiritualis ſpōſa,
& tñ Chriſtus eſt ſpiritus, & maximus ſpirituum, id-
eſt Deus, & inquantum ſpiritus magis ſunt ſibi ſimi-
les Angeli qui ſunt puri ſpiritus quam homines. ergo
magis erit ſpirituale matrimonium inter Deū, & An-
gelos q̄ inter Deum, & hoīes, & conſequenter magis
cōpetēt eis dotes. Item maior conuenientia eſt inter
caput, & membra quam inter ſponſum, & ſponſam,
cum caput, & membra efficiant vnum p ſe, ſponſus
aūt, & ſponſa non efficiunt vnum, niſi myſtice, & tñ
inter Chriſtum, & Angelos eſt tanta conformitas, ꝙ
ſufficit ad hoc, ꝙ dicatur Chriſtus caput Angelorum. G
ergo eadem ratio ſufficiet, vt potius dicat ſponſus eo-
rum, & ita inuenientur in eis dotes. Dicendum, ꝙ do-
tes in hoīe nominamus duplices, ſ. dotes aīæ, & cor-
poris. De dotibus corporis manifeſtū eſt, ꝙ non erunt
in Angelis cum Angeli incorporei ſint, & ſi aliqñ cor
pora aſſumant, hoc eſt ad miniſtrandum, ideſt, vt in
eis nobis appareant, cum aliter apparere non poſſent,
quia tñ illa non ſunt pars naturæ eorū, non poſſunt in
eis partem beatitudinis, aut miſeriæ habere, dotes aūt
pertinent ad beatitudinem, ideo dotes corporis non
erunt in Angelis neq; materialiter neq; ſm rationem
propriam. De dotibus aīę manet dubiū, an ſint in An-
gelis: nā illi ſpiritus ſunt, & poſſunt in eis eſſe omnes H
perfectiones quæ ſunt in ſpiritu humano. Dicēdum
autem, ꝙ dotes iſtę, aut accipiuntur materialiter, ideſt
quantum ad id, quod eſt dos, aut formaliter, aut ſm ra
tionem propriā dotis. Accipiendo primo, mō non eſt
dubium quin in Angelis ſint dotes aīę, quia in eis erit
viſio, & fruitio. Accipiendo ſecundo mō, dicendum
ꝙ Angeli non habent dotes, quia non habent in eis p.
fectiones iſtæ rōnem dotis, & hoc, quia non conue-
nit, ita proprie Angelis ratio ſponſę, ſicut hoībus, exi
gitur aūt inter ſponſum, & ſponſam naturæ confor-
mitas, ideſt vt ambo ſint eiuſdem ſpeciei, hoc aūt eſt
inter Chriſtum, & hoīes inquantum ille aſſumpſit na
turam humanam, per q̄ factus eſt ſimilis in ſpecie oī-
bus hoībus, Angelis aūt non eſt Chriſtus conformis I
ſm naturam, quia non conuenit cum eis ſpecifice, ne
que ſm naturam humanam cum illi non ſint homi-
nes, neq; ſm diuinam naturam cum ipſi non ſint dij,
ergo nullo modo cōuenit eis rō ſponſę, & conſequē-
ter neq; dos. Sic ēt eſt modus loquendi doctorum di-
centium Angelos nō habere dotes, vel non eſſe ſpō-
ſam. Diſtinguit enim Origenes ſuper Cant. 4. perſo-
nas, ſ. ſpōſum, ſponſam, adoleſcentulas, & ſodales ſpō
ſi, dicit autem Angelos eſſe ſodales ſponſi: ergo non
ſunt ipſi ſponſa, & tñ dotes non competunt, niſi ſpon-
ſę. Item quia Chriſtus dr̄ deſponſaſſe ſibi eccleſiam p
incarnationem, & paſſionem, & figuratur deſponſa-
tio ſua per illud Exo. 4. ſponſus ſanguinum tu mihi es,
& tñ per incarnationem, & paſſionē non habet Chri-
ſtus aliquam nouā coniunctionem, vel habitudinem K
ad Angelos quam prius non habuerit, cum iſta perti-
neant proprie ad carnem quæ in Angelis non eſt, &
nihil fuit collatum Angelis per hoc. ergo Angeli, li-
cet ſint pars eccleſię non pertinent ad eam, vt eſt ſpō-
ſa, & conſequenter non habent dotes, quia dotes per-
tinent ad ſponſam. Dicendū ergo, ꝙ ad Angelos non
competunt dotes ſm rationem dotis, ſed materiali-
ter ſolum, & tñ ſi quis velit dicere, ꝙ Angeli habent
dotes ſm rationem dotis non eſt inconueniens, quia
dos ſm propriam rōnem inſtitutionis ſuæ inuenitur
in matrimonio carnali, & hoc modo beati non habēt
dotes, ſed dicuntur dotes habere ſm metaphoram,
quia fit translatio p p aliquam ſimilitudinem, & quia
in eis quæ dicuntur translatiue, non requiritur ſem-

per eadem proprietas, vel conditio ad translationem,
ſed ſm quālibet ſimilitudinem poſſit fieri translatio,
licet non inueniatur in Angelis eadem ratio accipiēdi
dotem quæ in hominibus, tñ poteſt inueniri aliqua a-
lia, & non inueniri eandem quę in hominibus, nō tol-
lit omnino dotes eſſe in Angelis, & iō poteſt dici ali-
quo modo, ꝙ habent dotes etiam ſm rationem dotis,
& tñ non ita proprie, ſicut beati homines.

Ad primum dicendum, quòd Angeli pars ſunt ecc-
leſiæ, non tamen ſunt pars eius, vt ipſa eſt ſponſa, &
tamen dotes non competunt ei inquantum eſt eccle-
ſia, ſed inquantum eſt ſponſa. ergo non competunt
Angelis dotes, ita proprie, ſicut hominibus.

Ad ſecundum dicendū, quòd accipiendo proprie
deſponſationem ſm rationem deſponſationis nō de-
ſponſantur Angeli Chriſto, quia non eſt conformitas
naturę, accipiendo autem deſponſationem pro qualibet
vnione, cum inter Deum, ſiue Chriſtum, & An-
gelos ſit vnio quædam ſpiritualis, poterunt Angeli vo
cari ſponſa, & ita large poterunt dici habere dotes.

Ad tertium dicendum, quòd quamuis matrimo-
nium ſpirituale cōſiſtat in ſpirituali vnione, tamen vl-
tra iſtam vnionem requiritur cōformitas in ſpecie ad
iſtud matrimonium, & quia Angeli non conueniunt
cum Chriſto in ſpecie, non eſt eorum ad Chriſtum
deſponſatio aliqua, & ita non habent dotes.

Ad quartum dicendum, quòd conformitas Ange-
lorum ad Chriſtum inquantum eſt ſupremum omni-
um ſpirituum, non ſufficit ad matrimonium ſpiri-
tuale, quia licet conueniant in hoc, ꝙ ſunt ſpiritus,
tamen non ſunt in eadem ſpecie, quod requiritur ad
matrimonium tam ſpirituale quam carnale. Et cum
dicitur, ꝙ maior eſt ſimilitudo Angelorum ad Chri-
ſtum quam hominum, dicendum quòd inquantum
comparātur Angeli ad Chriſtum, vt eſt ſpiritus, ideſt
verbum diuinum, maior eſt ſimilitudo Angelorum
ad ipſum quam hominum, & tamen iſta conformi-
tas non ſufficit ad deſponſationem, quia cum iſta cō-
formitate adhuc manet diſtantia infinita, inter homi-
nes autem, & Chriſtum manet quædam alia confor-
mitas ſecundum ſpeciem, quia Chriſtus eſt homo ve-
rus, ſicut illi, & talis conformitas ſufficit ad matrimo-
nium ſpirituale, hęc autem eſt maior conformitas ho
minum ad Deum quam ſit cōformitas Angelorum
ad Chriſtum inquātum vterque ſunt ſpiritus, & ideo
in hominibus eſt deſponſatio, & dotes, & non in An-
gelis. Ad quintum dicendum, ꝙ inter Chriſtum, &
Angelos eſt cōformitas quędam quæ ſufficit ad hoc,
ꝙ dicatur Chriſtus caput eorum, ſed non ad hoc, ꝙ
dicatur ſponſus. Et cum dicitur, ꝙ eſt maior confor-
mitas capitis, & membrorum quam ſponſi, & ſpon-
ſę. Dicendum, ꝙ non dicitur Chriſtus caput Angelo-
rum, vt inter caput, & membra eſt conformitas natu-
rę, ſed vt caput dicit principalitatem, & vim influen-
di. Pro quo ſciendum, ꝙ licet caput, & cętera mem-
bra ſunt partes eiuſdem indiuidui, quod eſt vnum ſpe
cie, ſi tamen vnumquodque membrum per ſe conſi-
deretur, non eſt idem in ſpecie cum alio: manus enim
habet aliam ſpeciē partis a capite, & ita de cęteris: vn-
de ad hoc, ꝙ membra ſint eiuſdem indiuidui non re-
quiritur inter ea alia conuenientia, niſi ꝙ ſit propor-
tio, ideſt vt vnum poſſit ab alio accipere, & moueri
ab illo, & ſubſeruire ei, & non requiritur identitas ſpe
cifica, talis autem habitudo eſt Dei ad Angelos, ſ. ꝙ
taliter ſe habent ad eum, quòd poſſunt recipere ab ip-
ſo, ideo ſufficit habitudo iſta ad hoc, ꝙ Chriſtus ſit ca-
put eorum, vnio tamen deſponſationis requirit con-
formitatem in ſpecię, ideo non eſt deſponſatio eo-
rum ad Chriſtum, & conſequenter neque dos.

An

An ſint tres dotes animæ tantum, & non plures nec pauciores. Et quibus illæ reſpondeant, & quomodo animam diſponant ad beatitudinem ſecundum vtique earum rationem. Et quæ ſit operatio in qua conſiſtit beatitudo. Et quomodo fruitio dupliciter accipi poſſit. Ipſiuſque beatitudinis quæ conditiones quaſi partes ſint. Quæſt. CVIII.

QVAERETVR, nunc magis in ſpeciali circa do-
tes, & quia dicuntur quædam eſſe dotes ani-
mę, & alię dotes corporis, eſt dubium primo circa do
tes animę, & ꝙ ſolent aſſignari tres dotes animæ, ſ.
viſio, delectatio, fruitio. eſt dubium, an ſint tot, & non
plures.

Aliqui dicunt, ꝙ non ſint conuenienter aſſignatę,
quia anima noſtra coniungitur Deo ſecundum men-
tem, ideſt partem ſuperiorem in qua inuenitur ima-
go Dei, & hæc imago conſiſtit in intelligēria, memo-
ria, & voluntate, ſed delectatio ad voluntatem perti-
net, viſio ad intellectum. ergo debet poni aliquid,
quod ad memoriam pertineat, cum fruitio non perti
neat ad memoriam ſecundum potius ad voluntatē.

Item dotes beatitudinis dicuntur reſpondere vir-
tutibus vię quibus coniungimur Deo quæ ſunt ſpes,
fides, charitas, quarum Deus eſt obiectum, delectatio
tamen reſpondet charitati, viſio fidei. ergo debet po-
ni aliquid, quod reſpondeat ſpei, cum fruitio magis
pertineat ad charitatem.

Item videtur fruitio ſuperabundare: non enim frui C
tur Deo niſi per dilectionem, ſiue delectationem, &
viſionē, quia iuxta Aug. lib. de doc. Chriſtia. fruimur
illis quæ propter ſe diligimus, & in illis in quibus mēs
delectata conquieſcit. ergo fruitio nō debet poni dos
diſtincta a delectatione.

Item videtur, ꝙ debeant eſſe plures, vt addatur cō-
prehenſio, quia dotes ad beatitudinem ordinantur, vt
homo per eas ſit ſufficienter diſpoſitus ad beatitudi-
nem, & tamen ad perfectionem beatitudinis requiri-
tur comprehenſi 1. Corinth. 9. ſic currite, vt compre-
hendatis. ergo debet poni comprehenſio quarta dos.

Item Anſel. dicit, ꝙ ad beatitudinem animæ perti-
nent ſapientia, amicitia, concordia, poteſtas, honor, ſe-
curitas, gaudium. & ſic videntur prædictæ eſſe dotes, D
cum dos dicat id, ſecundum, quod homo diſponitur
ſufficienter ad beatitudinem, & ita erunt multæ do-
tes vltra tres dictas. Item dicit Aug. 22. de ciui. Dei, in
fi. ꝙ in illa beatitudine Deus, ſine fine videbitur, ſine
faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur. ergo ſi-
cut videre, & amare pertinent ad dotes, ita & laus, &
ita erunt malæ aſſignatæ tres dotes. Item Boe. de con-
ſolatio. lib. 3. Proſa 2. ponit plura bona ad beatitudinē
pertinentia, ſ. iocūditatem quam præſtant, vel promi-
tunt voluptates, ſufficientiam quam promittunt diui
tiæ, celebritatem quam promittit potentia, reuerēn-
tia quam promittunt dignitates, & quia dotes diſpo-
nunt ſufficienter ad beatitudinem, & iſta requirūtur
ad beatitudinem, videtur ꝙ iſta debeant dici dotes, &
ita non erunt bene aſſignatę tres. Dicendum, ꝙ ponē-
do dotes animæ omnes doctores concordant, ꝙ ſint E
tres, & quæ ſint illæ varie dicitur. Quidā enim dicunt
viſionem, delectationē, fruitionem, vt dictū eſt. Alij
vero ponunt viſionem, fruitionem, comprehēſionē,
& quaſi ab omnibus idem modus aſſignationis eſt.

Pro quo ſciendū, ꝙ vt oſtenſum eſt ſupra dotes ani-
mæ dicuntur aliquid inhęrens animæ, per quod ani-
ma ordinatur ad operationem in qua cōſiſtit beatitu-
do. Ad operationem autem beatitudinis duo requi-
runtur, ſ. ipſa ſubſtantia beatitudinis quę eſt viſio, quia
actus quo beatificamur eſt videre Deum, & perfectio
operationis quę eſt delectatio. nam beatitudo non eſt
operatio qualiſcunque, ſed perfecta, ideo requiruntur

A ibi illa quæ faciūt viſionem delectabilem. Viſio enim
aliqua eſt delectabilis dupliciter. Vno modo ex parte
obiecti, ſ. inquantum ipſum obiectum in ſe eſt dele-
ctabile. Alio modo ex parte viſionis, ſ. inquantum ip-
ſum videre eſt delectabile etiam non cōſiderata re vi-
ſibili, & ita in re viſibili, & ita in intelligendo quan-
cunque rem delectamur etiam ſi illa res in ſeipſa non
delectet nos, idem eſt de viſu, vt oſtendit. Ariſto. 1. Me
raph. c. 1. ꝙ prēter vtilitatem quę eſt in videndo adhuc
delectamur in videdo, & diligimus ſenſum viſus, ope
ratio autem in qua conſiſtit beatitudo debet eſſe per-
fectiſſima, cum ſit beatitudo ſummum bonum, ideo
debet eſſe delectabilis vtroque modo, quia alias per-
B fectio gradus operationis eſſet illius qui vtroque mo-
do eſſet delectabilis. Ad hoc autem, ꝙ ipſa viſio in ſe
ſit delectabilis, oportet ꝙ ſit perfectè connaturalis vi-
denti per habitum aliquem. Ad hoc autem, ꝙ ſit vi-
ſio delectabilis ex parte rei viſibilis requiruntur duo,
ſ. quòd ipſum viſibile ſit conueniens videntiꝰ & quòd
ſit ei coniunctum. Et ad delectabilitatem viſionis ex
parte ipſius requiritur, ꝙ ſit habitus in vidente, qui ſit
principium elicitiuum viſionis. Et ita eſt vna dos, &
prima quæ ab omnibus dicitur viſio, ideſt habitus ad
clare, & prompte, & ſufficienter videndum. Ex par-
te autem obiecti requirebantur duo. primum erat, ꝙ
eſſet conueniens, & quia conuenientia pertinet ad ef-
fectum, ponitur ſecunda dos ex parte voluntatis quæ
vocatur a quibuſdam delectatio, ab alijs autem frui-
tio, ſecūdum ꝙ fruitio ad affectū pertinet: in eo enim
ꝙ conuenientiſſimum eſt maxime delectamur, & il-
lud ſumme diligimus, & ideo aliqui eam dilectionē
vocant. Eſt autem delectatio dos ex parte voluntatis,
quia perfectè diſponitur voluntas ad ipſum ſummum
bonum cognitum, quia ſicut ponitur habitus ex par-
te intellectus qui eſt viſio quo perfectè diſponitur in-
tellectus in ipſum ſummū bonum, ita & ponitur ali-
quid aliud ex parte voluntatis, quod vocamus dele-
ctationem, & illud eſt dos, quia omnes diſpoſitiones
immediate ab beatitudinem dotes vocantur. Requi-
ritur etiam ex parte viſibilis coniunctio, & ſic ponitur
a quibuſdam. Tertia dos, ſ. comprehenſio quæ nihil
aliud eſt, niſi in prę ſentia Deū tenere, & in ſeipſo ha-
bere. Alij autem ponunt tertiam dotem eſſe fruitio-
nem, non ponentes comprehenſionem, & ad idem
redeunt, vt fruitio nominat rem quæ tenetur in prę-
ſenti cui, & delectabiliter adhęretur, ita vt non ſit frui-
tio ſpei qualis eſt in via, ſed fruitio rei qualis eſt patriæ,
& tunc modicum differt ponere comprehenſionem,
vel fruitionem, cum vtrunque dicat firmam tentio-
nem, & prę ſentem rei, & tamen fruitio addit inſuper
ſuauitatem quandam in vſu rei quæ tenetur, ſicut fru-
ctibus ſuauiter veſcimur, & delectant nos in vſu ſuo,
ita tres dotes reſpondent tribus virtutibus Theologi-
cis, ſ. viſio fidei, charitati autē delectatio, vel dilectio,
aut ſecundum aliam aſſignationem fruitio, ſpei vero
comprehenſio, vel ſecundū alium modum aſſignan-
di reſpondit fruitio. nam cum fruitio dicat ſuauem
vſum rei quæ tenetur qualis erit in patria, poteſt acci-
pi indifferenter pro comprehenſione, vel pro delecta-
tione, quia poteſt reſpondere tam ſpei quam charita-
ti.

Aliqui autem aſſignant tres dotes penes tres vires
animæ, ideſt cōcupiſcibilem, iraſcibilem, rationalem
viſionem tribuentes rationali, cuius eſt iudicare, de-
lectationem concupiſcibili quæ mouetur in delecta-
bilia, fruitionem autem, vel comprehenſionem ira-
ſcibili inquantum talis fruitio cum dicat perfectam
poſſeſſionem rei quę non aufertur, dicit victoriā ade-
ptam, quia perfectè tenere eſt quaſi viciſſe, & ita om-
nia quæ perfectè intelligimus dicimur velut victores
tenere,

tenere, vt ait Boetius de consol. lib. 1. Prosa 2. l. & quæcunque vagos stella recursus exercet varios reflexa p orbes comprehensam numeris victor habebat. vis autem irascibilis est ad quam pertinet victoria, cum ipsa nitatur in arduum, & ita ei fruitionem tribuunt, vel cōprehensionem, & magis conuenit ei ratio comprehensionis quæ dicit solum tenere perfecte, quam ratio fruitionis quę vltra tenere addit suauitatem.

Sed ista positio non stat. Primo quia anima soluta corpore habet beatitudinem, quæ non est sine dotibus, & tamen in anima separata non manēt vires istæ, quia substantia istarum non est anima, sed animal, & ideo non manent in anima separata. Secundo quia etiam reunita anima corpori, quando insunt istæ vires non possunt poni dotes in eis, quia dotes dicūt immediatas dispositiones beatitudinis, vt per eas efficiatur homo capax illius, & tamen homo est beatus per animam rationalem, & non per vires inferiores quæ sunt corporis, cum in corpore, nec sit beatitudo, neque portio aliqua beatitudinis, nisi per redundantiā, ideo dotes quæ sunt dispositio immediata ad beatitudinem sunt in anima rationabili, & non in concupiscibili, & irascibili.

Ad primum dicendum, q̄ pro memoria non ponitur dos, sicut pro intelligentia, ita q̄ pro eis non sunt duæ dotes. Ratio est, quia non sunt duo actus distincti earum: dotes enim sunt quædam dispositiones habitualiter immanentes perficiētes immediate animam ad operationem fęlicitatis, & quia habitus ponitur, vt elicitiuus actuū, vbi non sunt actus distincti non oportet poni distinctos habitus, & quia memoria, & intelligentia (vt pertinent ad imaginem) non habent actus distinctos, non ponuntur duæ dotes pro illis: habent enim memoria, & intelligentia vnicam operationē. Et hoc, quia quidam nominant memoriam potentiā animæ, intelligentiam vero dicunt actum eius. Alij dicunt, q̄ intelligentia est potentia, & non actus, & tunc dicitur, q̄ memoria non habet actum distinctum ab intelligentia, quia non exit in actum, siue intelligentiam. nam ad memoriam, vt est pars imaginis, solum pertinet tenere notitiam, ipsa autem notitia dicit actū intellectus, idest notionem, quia per notitiam volunt communiter nominare habitum, vel aliquid manēs, licet igitur memoria esset aliquid distinctum ab intellectu, non oporteret poni aliam dotem, aut habitum pro memoria quam pro intelligētia, & ideo pro vtraque ponitur vna dos, idest visio. vnde non assignantur tres dotes penes tres partes imagines, sed potius in correspondentia ad tres virtutes Theologicas, quibus hic disponuntur promeritorie ad fęlicitatem.

Aliter potest dici, quòd etiam memorię competit dos, quia ad memoriam pertinet retinere. erit ergo dos sua comprehensio quæ est rem præsentem firmiter tenere, & tamē firmius est, quod supra dictum est.

Ad secundum dicendum est, q̄ verum est tres dotes correspondere tribus virtutibus. vnde spei dos respondit, s. comprehensio, secūdum vnam assignationem, & secundum aliam respondet ei fruitio: spes enim dicit elongationem ab eo, quod speratur, tenere autem dicit præsentialitatem, & quia elongatio dicit imperfectionem cum affligat, & contristet amantem absentia amati, ad hoc, quòd perficiatur succedit spei tentio, quæ est præsentem habere, & non quælibet, sed firma, & totalis, & ista vocatur comprehensio, ideo secundum eos qui ponunt comprehensionem esse dotem, debet ipsa respondere spei.

Qui vero ponunt fruitionem, & non comprehensionem, assignant ipsam spei inquantum fruitio dicit tentionem, cum sit fruitio, vt rei habitæ suauis vsus qualis erit in patria, & non fruitio inhęsio per spē qualis est hic. Ad tertium dicendum, quòd fruitio conuenienter ponitur dos distincta a visione, & delectatione, siue dilectione.

Pro quo sciendum, quòd fruitio aliquando accipitur pro hoc, quod est in Deum delectabiliter ire clare cognitum, & tunc fruitio dos voluntatis est, & non differt a dilectione, vel delectatione. Alio modo accipitur, vt fruitio dicit comprehensionem cum quadam suauitate, & tūc est dos distincta a delectatione, vel dilectione, & non est dos voluntatis, sed distinguitur a visione, & delectatione, non tamen distinguitur sic ab illis, sicut visio, & delectatio distinguuntur inter se, quia illa distinguuntur, sicut duo habitus. nam visio est habitus intellectus, delectatio autem est habitus voluntatis, fruitio autem, siue comprehensio non dicit aliquem habitum distinctum ab illis. nam sicut vere non sunt in anima rationabili, nisi duæ potentiæ, idest intellectus, & voluntas, ita non possunt poni, nisi duo habitus, quia habitus non est, nisi in potentia animata. fruitio ergo hoc modo, licet dicat aliquid manēs habitualiter, quia incidit in alios duos habitus aliqualiter, importat tamen secundum se remotionem quandam impedimentorum ex quibus efficiebatur, quòd non posset mens Deo præsentialiter coniungi, & hoc fit inquantum ipse habitus gloriæ animam ab omni defectu liberat, & hoc, quia facit eā sufficiētem ad cognoscendum sine phantasmatibus. nam manente vsu phantasmatum nunquam per illū posset euenire beatitudo, quia illud in cuius visione beatitudo est, nullo phantasmate sufficiēter designari potest, etiam facit eam sufficienter ad dominandum corpori, & ad similia quæ animæ conferuntur quibus non existentibus homo nō pertingit ad Deū, sed peregrinatur ab eo, sicut contingit nobis hic, & ideo fruitio importat inhæsionem, scilicet, quia aufert impedimenta quibus stantibus non poteramus adhærere, vt comprehensionem firmiter teneamus.

Ad quartum dicendum, quòd requiritur comprehensio ad beatitudinem, ideo secundum vnam assignationem ponitur, comprehensio distincta est a fruitione, & est tunc fruitio dos voluntatis respondens charitati, comprehensio autem spei secundum aliam assignationem non ponitur comprehensio, sed loco eius ponitur fruitio, inquantum fruitio dicit tunc aliquid in præsentia hēre, cui sine impedimēto suauiter inhęremus, & tunc est etiam comprehensio in fruitione, & tunc quocunque modo necesse est ponere comprehensionem.

Ad quintum dicendum, quòd ea quæ Anselmus nominat nō sunt dotes: sunt enim dotes principia immediata beatitudinis, idest disponentia hominem sufficienter ad beatitudinem faciendo eum capacem, & proxime dispositum, & ita non sunt partes beatitudinis, neque ipsa beatitudo, illa autem septem quæ ponit Anselmus sunt partes beatitudinis accipiendo beatitudinem, vt statum omnium bonorum aggregatione perfectum. vnde licet beatitudo sit aliquid vnum, & simplex vnitiue colligens omnia bona, vel præhabens ea, tamen accipiendo, vt sunt distincta ipsa bona in beatitudine quæ vnitiue habentur, erunt ista quę nominat Anselmus partes beatitudinis, dotes autem non sunt partes, sed sunt aliquid disponens. Item quia non habent rationem dotis, quia dos competit sponsæ in comparatione ad sponsum, ideo deberēt omnia hęc esse talia per quę vnirentur sancti Christo, sed falsum est. nam aliquid istorum est, quod tam ad sponsum quam ad sponsam pertinet, & sub eadem ratione, licet non equaliter, s. sapientia, cętera vero pertinent ad ipsos beatos sub beatitudine adinuicem. Et aliqua sunt quæ cōpetunt ad equales, vt æquales sunt, sic

sic est amicitia, quæ dicit vnionem affectuum, & cōcordiam quantum ad cōsensum in agendis, quędam competunt respectu inferiorum, sicut est potestas, inquantum inferiora a superioribus diriguntur, & honor inquantum est exhibitio reuerentiæ, quæ fit superioribus ab inferioribus. Quædam autem competunt per comparationem ad seipsum. Et sunt quædam per remotionem malorum, sic est securitas, quæ nominat remotionem omnium malorum, quæ turbare possunt. Alia per adeptionem boni, sicut est gaudium. nam de bono adepto gaudium est, & sic omnia illa septem pertinent ad beatitudinem, vnum per respectum ad sponsam. ad sponsum. 3. i. sapientia. per respectum ad alios quatuor, scilicet, duo, idest, honor, & potestas, per respectum ad minores duo per respectum ad æquales, idest, amicitia, & concordia, & duo per respectum ad seipsum, idest, securitas, & gaudium: non ergo sunt ista dotes.

Ad sextum dicendum, quòd laus, quæ ponitur ab Augusti. de illis bonis, quæ erunt in patria non erit dos, quia dos est dispositio immediata ad beatitudinem, sicut habitus ad actum: laus autem non præcedit ad beatitudinem, nec est, vt pars eius, sed est, vt aliquid conueniens. nam eo ipso, quòd anima Deo coniungitur, in quo consistit beatitudo, sequitur, q̄ in laudem prorumpat: non ergo competit laudi ratio dotis.

Ad septimum dicendum, quòd illa, quæ Boetius enumerat non pertinent ad dotes, sed ad beatitudinem, quia de ratione dotis est precedere ad beatitudinem tamquam dispositionem immediatam, quæ autem Boetius enumerat non præcedunt ad beatitudinem, sed sunt tamquam quædam partes, vel conditiones beatitudinis. nam beatitudo non habet proprie partes, cum sit simplex operatio, sed in seipsa vnitiue colligit omnia bona, & hoc modo illa omnia includuntur in beatitudine tamquam partes, & conditiones eius, & melius dicuntur conditiones q̄ partes, quia simplex nō habet partes, habet tamen cōditiones: non enim habet realiter beatitudo in se alia bona, quę inter se distincta sunt, sed propter suam perfectionem in ea simplici inuenitur quidquid boni in alijs rebus distinctis diuersimode est, vt colligitur primo, & decimo Ethi. & ob hoc Boetius volens ostendere perfectionem, & integritatem verę beatitudinis colligit omnia illa bona, quæ hic appetuntur ab illis, qui hic beatitudinem (licet varijs vijs) petunt, quæ licet non sint ita velut distincta bona in vera beatitudine, sicut inter se separata inueniuntur: tamen perfectio cuiuslibet eorum in illo bono quod beatitudinem nominamus excellentius inuenimus, quàm hic inter seipsa singulum ipsorum habeat. quædam autē eorum pertinent ad remotionem mali, sicut est securitas, alia ad consecutionem boni conuenientis, & sic est iocunditas. nā de bono qd̄ nobis cōueniens est iocundamur: quædam ad consecutionem boni totaliter perficientis, & sic est sufficientia: alia vero pertinent ad manifestationem boni quod habetur, & sic est celebritas. inquantum bonum vnius venit in notitiam multorum, quia celebritas ad gloriam pertinet; reuerentia est bonum quoddam inquantum illius notitiæ, vel boni cogniti signum quoddam ostēditur quod est reuerentiam exhibere: reuerētia enim pertinet ad honorem, quia honor, & exhibitio reuerentiæ fit in testimonio virtutis, & ita illa quinq; quæ Boetius nominat non sunt dotes, sed beatitudinis cōditiones, sicut septem illa, quæ nominauit Anselmus, & ita possumus nominare plurima alia. Nam cum beatitudo sit bonum perfectissimum, & ob id necessario habeat in se vnitiue perfectionem singulorum bonorum, quæ particulariter in ea non inueniūtur, potest nominari beatitudo a singulis illorum bonorum, & quoniam illa sunt plurima iuxta numerum omnium perfectionum, quæ in rebus inuenirī possunt, poterimus dicere, quòd omnia illa erunt in beatitudine: & tamen nullum illorum est dos, sed sunt conditiones beatitudinis, vel bonum quod prę habet in se beatitudo.

An ponendæ sint aliquæ dotes corporis vltra dotes animæ. Item in quo consistit imago Dei. Et quæ sit animæ beatitudo, & quæ corporis. Et quomodo perfectio corporis gloriosi adiuuat animam ad beatitudinem. Denique homo interior & exterior quis dicatur. Quæst. CIX.

QVAERETVR nunc circa dotes corporis. Et est primo dubium an ponendæ sint aliquæ dotes corporis vltra dotes animæ.

Aliqui dicunt, quòd non, quia dotes sunt immediata principia beatitudinis, sed illa consistit in spirituali vnione, qua beati vniuntur Deo, ad quam vnionem nihil faciunt bona corporis: cum dotes ponantur tamquam habitus, vel principia operationum, perfectiones tamen ex parte corporis non inclinant ad aliquam operationem animæ, neque sunt principium illius: ideo non sunt necessariæ. nam operationes animæ, idest, mentis, vt intelligere, velle, non exercentur per aliquod organum: ideo neque sunt necessariæ aliquæ perfectiones organicę.

Item dotes sunt quædam bona in coniunctione matrimoniali, quibus sponsa vnitur delectabiliter sponso, & tamen dotes debent esse tales quales matrimonium, sed matrimonium quod consummatur in beatitudine est spirituale: ergo dotes solum erunt spirituales, & ita non oportebit poni dotes corporis.

Item homini debentur, & conueniunt dotes, & beatitudo secundum quòd est ad imaginem Dei, sed non est ad Dei imaginem nisi per animam, vt ait Augustinus libro de Trinitate: beatitudo enim & dotes competunt homini secundum, quòd est capax Dei, & realiter capit illum, & tamen non capit homo Deum, nisi inquantum conformatur, & sicut etiam terminus in operatione naturali est similitudo, vel assimilatio agentis, & passi, & tamen homo assimilatur Deo maxime inquantum reperitur in homine imago: ideo dotes, & beatitudo erunt solum in eo, in quo est imago immediate, idest, in animali rationali.

Item vires inferiores sensitiuæ, & vegetatiuæ sunt perfectiores quàm ipsum corpus, quia illæ sunt, vt forma, & perficiens: corpus autem est, vt materia, & vt perfectibile, & tamen non assignantur aliquæ dotes respondentes viribus istis: ergo nec erunt dotes assignandæ corpori.

Item, quia magis conueniunt dotes viribus inferioribus quàm corpori, quia dotes ponuntur, vt principia immediata operandi: potentiæ autem sunt principia operatiua, & non immediata, quibus competunt habitus tamquam dirigentes, & immediata principia operationis. corpus autem non est principium operationis, sed est mobile: ideo potentijs competent dotes, & non corpori.

Dicendum, quòd in corpore oportet poni dotes quasdam: competunt enim dotes beatis secundum quod conformantur Christo, & tamen non solum conformantur homines Christo secundum animam, sed etiam secundum corpus: ergo etiam erunt dotes in corpore. maxime, quia dicitur ad

ad Phili.3.qui reformabit corpus nostrum configuratum corpori claritatis suæ: ergo quantum ad hoc dos erit.

Item in diffinitione dotis significatur, quòd etiam dotes in corpore futuræ sint. nam dos (vt supra dictum est) est ornatus animę, & corporis vitæ sufficiens in æterna beatitudine perseuerans: ergo dotes erunt corporis: cum ipse ornatus animæ non sit ornatus corporis, oportebit poni alias dotes ab eis distinctas. hoc autem magis aperitur, quia homo habet beatitudinem, & dotes, & non sunt dotes, nisi propter beatitudinem: cum sint dispositiones immediatę ad beatitudinem in eo: ergo sunt dotes, in quo est beatitudo, & ex eadem parte: est autem homo particeps beatitudinis secundum quòd est ad imaginem Dei: imago autem Dei primo, & principaliter consistit, idest, immediate in anima rationali. Et tamen secundum quandam deriuationem factam ab anima, inuenitur in corpore quædam repręsentatio imaginis, inquantum corpus respondit potentijs animæ, quia est proportionatum viribus animæ ad operationem, & per hoc elucent quodam modo vires animæ in corpore, & quia in viribus animæ inuenitur perfecte ratio imaginis, inuenitur imperfecte in corpore. ex hoc ergo beatitudo, & gloria erit perfecta, & proprie in anima, & tamen secundum quandam redundantiam deriuatur ad corpus, ita vt vocemus quandam gloriam corporis, & est illa beatitudo corporis, quòd animæ Deo coniunctę totaliter est subditum, vt tale sit quale illa vult, & taliter operetur: ideo cum dotes ad beatitudinem præcedant, & ponitur gloria quædam in corpore, erit quidam modus dotium in corpore, & sicut magis proprie inuenitur beatitudo in anima quàm in corpore, ita magis proprie erit ratio dotis in dotibus animæ, quàm corporis, & quia dotes quomodocunque accipiantur sunt principia immediata beatitudinis, sicut varie accipitur beatitudo in anima, & corpore, ita varie accipientur dotes: beatitudo enim animæ est ipsa coniuncto immediata animæ ad Deum per operationem videndi: dotes ergo animæ sunt quædam dispo
I tiones immediate animæ ad eliciendam operationē beatitudinis, scilicet, videre delectabiliter, vt ostensum est præcedenti quæstione: beatitudo autem corporis est inquantum corpus perfecte potest exequi imperium animæ Deo subditę coniunctæ: ideo dispositiones illæ, quæ sunt in corpore glorioso, quibus efficitur perfecte dispositum, vt subdatur animę, vt exequatur quidquid anima Deo coniuncta vult, dicuntur dotes corporis. Et quia illæ sunt quatuor dispositiones, vt dicetur sequenti quæstione, ponuntur quatuor dotes corporis, & ita necesse est poni in corporibus beatorum dotes quasdam.

Ad primum dicendum, quòd beatitudo proprie sumpta est in anima, & ad hanc directe sunt necessariæ dotes animæ, quia sunt principia illius beatitudinis elicitiue: est tamen quædam alia beatitudo corpo
K ris, & ad illam etiam sunt aliæ dotes necessariæ, quæ sunt dotes corporis. Et ita dicunt aliqui, quòd ad beatitudinem animæ non sunt necessariæ dotes corporis, ad beatitudinem tamen corporis sunt necessariæ.

Aliter dicendum, & melius, quòd licet verum sit, quòd dotes nō faciunt ad beatitudinem animæ tamquam principia immediata illius eliciendo operationem beatitudinis, quia hoc non est possibile: tamen faciunt mediate ad illam beatitudinem auferēdo impedimenta, vel retardātiam: adiuuat enim perfectio corporis gloriosi animam ad hoc, ꝙ liberius, & intēsius Deo adhęreat, inquantum non retrahitur per ali-
F qua corporalia impedimenta a diuina visione, sicut corpus quando corruptibile est aggrauat animam, & terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantem. Etiam inquantum completur naturale desiderium animæ. nam cum sit anima pars speciei, & naturaliter forma corporis, manet ei semper desideriū naturale habendi corpus, & illud viuificandi, & gubernandi, & hoc desiderio tenta aliqualiter retardatur a perfecta tendentia in Deum, & sic licet per hoc non tolleretur beatitudo: tamen deerat aliquid animæ quantum ad gradum quendam beatitudinis, quē recuperat adueniente corpore, cum iam impleatur desiderium suum, & ita dotes corporis sunt necessarię ad vtranque beatitudinem. ad vnam, idest, cor-
G poris beatitudinem tamquam principia eius immediata. ad aliam vero, idest, animæ tamquam aliquid sine quo illa non esset, dato quòd anima resumptura esset corpus, vel saltem perfecta non esset.

Ad secundum concedendum, quòd tales erunt dotes quale matrimonium: erit autem matrimoniū beatitudinis spirituale principaliter, scilicet, in anima, & tamē minus principaliter erit etiā in corpore: ideo quantum ad hoc erunt dotes corporis, vt supra dictum est. Alio modo potest dici, & melius, quòd tota beatitudo erit bonum quoddam spirituale, quia erit in Deo, qui est purus spiritus: ideo in anima, quę est spiritus, erit principaliter: in corpore autem erit
H spiritualitas quædam per redundantiam: non quidē, quòd corpus trāseat in substantiam spiritualem, quia tunc desineret esse corpus, sed quòd accipiet quasdam conditiones spiritualitatis. sic dicitur prima Corint. decimoquinto: vbi agitur de resurrectione, scilicet, seminatur animale corpus, surget autem corpus spirituale, idest, de conditione spiritualitatis non sustinens istas imperfectiones, quas nunc tolerat, quæ eueniunt de imperfectione materiæ: & ideo tam beatitudo animæ quàm corporis pertinet ad matrimonium spirituale, quia vtrunque spiritualiter se habebit, & ita erit dos corporis etiam pertinens ad spirituale matrimonium.

Ad tertium concedendum, quòd dotes conue-
I niunt homini, & beatitudo secundum quod est ad imaginem Dei. Et tamen dicendum, quòd licet imago Dei proprie pertineat ad mentem, idest, ad partem rationalem: conuenit tamen corpori aliqualiter per quandam redundantiam, inquantum vires animæ secundum quas est imago, elucent in corpore propter proportionem animæ ad corpus secūdum operationes, quas per corpus exercet. & ideo quantum ad hoc dotes sunt in corpore, & beatitudo eo modo, quo imago Dei relucet in corpore.

Ad quartum dicendū, quòd scriptura vocat hoīem interiorem, & exteriorem: homo interior, dr̄ aīa, hō exterior dr̄ non solū corpus, sed etiā corporis sensus: omnes ergo vires aīę affixę organis, vel quarū actus per corpus exercetur: computantur simul pro corpore: & ideo ipsi simul cū corpore dotantur, ita vt dotes corporis nō solum sint perfectiones corporis. i. ipsius partis materialis, sed etiam ipsarum virium corporalium, & sic non oportet poni alias dotes pro viribus illis.

Ad quintum dicendum, quòd potest concedi vires corporis esse perfectiores corpore, idest, quia ꝑficiunt corpus absolute, tamen non est verum, quia corpus substantia est, vires sunt qualitates quędam, & accidens non est perfectius substantia simpliciter loquendo. Cum autem dr̄, ꝙ non assignantur dotes viribus corporis negandum est, quia licet solis viribus illis, vt sunt distinctę a corpore, & anima, non assignētur per se aliquę dotes: tn̄ eis simul cum corpore cōpetunt dotes, quæ vocantur dotes corporis.

An

An assignentur conuenienter quatuor dotes corporis, & quibus adaptentur, siue respondeant. Et quæ sint illa quæ in corpore anima causat, quod est subditum animæ quantum ad duo. Et quòd claritas est corporis magna perfectio, & conueniens ei. Et quomodo potentia tactiua maneat in beatis.

Quæst. CX.

QVAERETVR dato, quòd debeant assignari dotes aliquę corporis, an conuenienter assignentur illæ quatuor, quæ communiter dicuntur, scilicet, claritas, subtilitas, agilitas, & impassibilitas.

Aliqui dicunt, quòd non assignentur sufficienter, quia Anselmus ponit septem dicens, quòd septem erunt beatitudines corporis, scilicet, pulchritudo,
B velocitas, fortitudo, liberalitas, sanitas, voluptas, diuturnitas.

Item ad perfectionem corporis viuentis, non solum pertinet motus, sed etiam sensus: tamen vna dos ponitur, quæ est perfectio circa motum, scilicet, agilitas: ergo debent poni aliæ dotes, quæ pertineant ad sensum.

Item corpora sanctorum erunt delectabilia quantum ad omnes sensus, idest, secundum qualitates illas sensibiles, per quas possunt mouere sensus possēt delectationem facere, & tamen ponitur in eis claritas secundum quam delectabunt potentiam visuā: ergo debent poni dotes circa singulos alios sensus, vt quòd sint valde odorifera, ita quòd delectent odoratum, & sonora quodam dulci sono, vt delectent auditum, & ita de cęteris sensibus, & ita circa singulos sensus erunt dotes.

Item sicut conuenit impassibilitas corpori glorioso, sic & animæ glorificatæ: ergo inconuenienter ponitur dos corporis, quia non est eadem dos corporis, & animæ: erunt ergo solæ tres dotes corporis.

Item sicut subtilitas est dos corporis gloriosi: sic & peruietas, vt dicit Greg. super illud Iob vigesimooctauo, super illo verbo. non adęquabitur ei aurum, vel vitrum: ergo debet poni quinta dos peruietas.

D Dicendum, quòd dotes corporis ponuntur istæ quatuor solæ communiter, nec oportet poni plures: modus tamen adaptandi differt.

Dicunt enim quidam, quòd quatuor dotes corporis correspondent quatuor virtutibus Cardinalibus, eo quòd virtutum Cardinalium materia sunt bona corporalia. Et ita prudentiæ respondet claritas propter cognitionem, quia sola de moralibus virtutibus prudentia est cognitiua: ideo pertinet ad eam claritas, quia claritas manifestat rem, & tamē quod cognoscitur, manifestatur. Iustitiæ respondet immortalitas, quia ipsa perpetua est, & immortalis. vnde iuris-
peritus diffiniuit eam, quòd iustitia est constans, & perpetua voluntas, & sacra scriptura vocat iustitiam immortalem. Fortitudini respondet agilitas, quia sicut corpori agili nihil resistit, sed mouetur in quan
E ta velocitate vult, ita & fortitudo facit, quòd nihil resistere nobis posset, sed potius nos per eam omnibus aduersis, & duris resistimus. vnde prima Corin. decimoquinto: notatur agilitas cum dicitur. seminatur in infirmitate, surget in virtute, & tamen fortitudo vocatur virtus absolute, & distinguitur contra alias Cardinales. Sapient. octaua: sobrietatem, & prudentiam docet, & iustitiam, & virtutem, idest, fortitudinem. Temperantiæ respondet subtilitas, quia temperantia corpus attenuat, sicut subtilitas penetrare facit quasi sit corpus tenuissimum. Et ita quatuor virtutes Cardinales competunt quatuor dotibus cor-
A bus dotibus animæ. nam Theologicę virtutes habent actiones magis spirituales: ideo dotibus spiritualibus respondent. Cardinales autem virtutes habent actus magis corporales, quia versantur circa corporalia humana, in quibus est moralis operatio: ideo respondent illis dotes corporales.

Alij dicunt, quòd varietas dotium corporis prouenit ex modo se habendi animam ad corpus. nam anima vnitur corpori, vt forma, & vt motor: ideo secundum hoc variantur dotes: pertinent enim dotes ad beatitudinem, & beatitudo corporis consistit in hoc, quòd perfecte subdatur corpus animæ: ideo dotes sunt perfectiones illæ secundum quas efficitur vt corpus subijciatur perfecte ipsi animę, & quia anima habet se ad corpus vt forma, & vt motor: vtroque modo se debet corpus habere ad animam, ita vt ei perfecte subijciatur. Vt autem anima est in corpore vt forma, tria dicunt causari ab illa, scilicet, substantiale esse, & vires, idest, formas secundarias accidentales, & amborum conseruationem, idest, simultaneā permansionem. Quantum ad esse substātiale quod recipit corpus ab anima competit dos subtilitatis, ex hoc enim corpus gloriosum subtile dicitur, quòd perfecte ab anima informatur. Inquantum vero corpus perfecte subditur animæ, vt formæ inquantum sunt ab ea secundæ formæ, scilicet, accidentales in corpore, sic est dos claritatis. Inquantum vero corpus gloriosum perfecte ab anima conseruatur
C est dos impassibilitatis: ex hoc enim impassibile dicitur quod virtute animæ conseruatur immune ab omni lęsione. Si autem consideretur anima, vt motor corporis, est in corpore dos agilitatis. quantum ad hoc enim corpus agile dicitur quod ad omnes animę actus est aptum, quos per motum localem exerceri oportet.

Sed ista applicatio non omnino est nota quantum ad se, neque quantum ad ea, quæ supponit. An enim illa tria dicant esse ab anima, vt forma, vel sint ab ea duo eorū, vt motor, vel quid est ab ea, vt forma, & qd vt motor, non est nunc discutiendum, sed adhuc supposito hoc ipsa applicatio non est satis conueniens.

Dicendum ergo, quòd ponuntur istæ quatuor dotes corporis, quia dotes ponuntur tamquam immediata principia beatitudinis, & quia beatitudo corporis consistit in hoc quod est perfecte subditum: est autem corpus subditum animæ quantum ad duo, scilicet, quòd ea non impediat in operatione sua retardādo, aut distrahendo, & quòd ei coapretur ad operationes, quas per ipsum exercere vult. Quantum ad primum est dos impassibilitatis, secundum quā corpus manet immune ab omnibus passionibus, & nocumentis ab extra factis, aut ab intra contingentibus, & ista dos est maxime necessaria omnium, quia passibilitas corporis est, quæ tollit interdum omnes operationes animæ rationalis. sicut in quibusdam ægritudinibus corporis, & gn̄aliter in omnib⁹ impedit operationem aīę rationalis in aliquo. Sap. 9. corpus quod corrumpit̄ aggrauat aīam, & terrena habitatio. i. manens in conditione terrena deprimit sensum multa cogitantem. necesse enim fuit ad hoc, ꝙ aīa manēs in corpore esset fęlix, ꝙ esset corpus impassibile, ꝙ aliàs interrūperetur operatio fęlicitatis aīæ. Secundum est ꝙ corpus subseruiat aīæ ad oīa, quæ ipsa per corpus efficere vult, & qm̄ plurima facit aīa per motum corporis, fuerunt necessarię dotes, quæ perficerent corpus in motu, & istæ sunt duæ. vna enim perficit in cōparatione ipsius motus in se, scilicet, vt sit velox, vt sicut anima absoluta corpore ad hoc, ꝙ esset vbicunque vellet, non est subdita legibus locorum

vt ſucceſſiue per omnia media tranſitura ſit: ſic & corpus conſequatur quandam velocitatem in motu, ac ſi non ſubijcieretur alicui legi locorum. & iſta eſt dos agilitatis. Alia eſt perfectio in motu ſecundum comparationem ad corpora, quę ſunt in medio. nam corpora media impediunt interdum tranſitum inquantum propter ſuam ſoliditatem non cedunt volenti tranſire, & quantum ad hoc fuit dos ſubtilitatis, ſecundum quam corpus glorioſum non impeditur a quocunque corpore obiecto, ſed poteſt tranſire per illud, vt infra magis dicetur. & ita iſtę tres dotes animę fuerunt neceſſarię animæ propter operationem fœlicitatis, vt corpus eſſet plene ſubditum animæ quantum ad operationes. Quarta dos, ſcilicet, claritatis ponitur dupliciter. vno modo, vt conſequens ad has, ſcilicet, quòd ad impaſſibilitatem, agilitatem, & ſubtilitatem ſequatur. nam opacitas in corporibus prouenit ex conditione materię cum adhuc manent corpora in tali gradu mixtionis, quòd iſta opacitas in eis locum habeat: ablata autem paſſibilitate aufertur omnis imperfectio materialis: ideo etiã tollitur opacitas, & ita manebit corpus quod eſt impaſſibile iam clarum adempta opacitate. Vel poteſt poni claritas non tamquam conſequens: ſed tamquã per ſe neceſſaria ad gloriam corporis. nam corpus beati eſt beatum propter animam, & quia beatitudo dicit omne bonum, neceſſe eſt, quòd quidquid eſt beatum, participet omni bono quod ſecundum naturam ſuam eſt ſibi poſſibile: corpus ergo licet non poſſit participare bonis pure ſpiritualibus propter naturę diuerſitatem: tamen ſi beatitudo in eo eſſe debet, neceſſe eſt, quòd omnia bona habeat, quæ corporali naturæ eſſe debet. eſt autem magna perfectio corporis claritas: ideo erit vna de dotibus claritas, & hoc apparet, quia cum Chriſtus ideo transfiguratus fuerit, vt oſtenderet imaginem gloriæ futuræ, ſolam claritatis dotem in ſe oſtendit, quaſi præcipue pertineat claritas ad dotes corporum beatorum. Et iſta videtur conuenientior applicatio quatuor dotium corporis, ſcilicet, ideo quatuor ſunt, & non plures, quia per iſtas ſufficienter ſubditur corpus animæ, & liberatur ab omnibus impefectionibus, quæ repugnãt beatitudini, & perficitur omnibus bonis, quæ ad naturam corporalem pertinere poſſunt.

Ad primum dicendum, quòd illa ſeptem, quæ Anſelmus ponit non ſunt ſeptem beatitudines, quia eiuſdem beati vnica eſt beatitudo, ſed ſunt ſeptem beatitudines, ideſt, ſeptem conferentia ad eãdem corporis beatitudinem. neque tamen ſunt ſeptem dotes, ſed ſunt ſeptem denominationes aliquarum proprietatum, quæ ſub quatuor dotibus includuntur. Nam pulchritudo pertinet ad claritatem corporis, licet pulchritudo non nominet ſolum colorem, ſed etiam figuram, & proportionem commenſuratam partium. Velocitas, fortitudo liberalitas, includuntur ſub agilitate: quod enim eſt agile poteſt moueri ſub quanta velocitate vult: fortitudo accipitur non pro virtute animæ, quæ eſt confidentia circa timores, & audacias, ſed fortitudo, ideſt, robur quod eſt bonum corporis, & poteſt pertinere ad agilitatem corporis: nam agilitas non ſolum nominat velocitatem in motu, ſed etiam facilitatẽ in quacunque operatione corporali, & quia corpus robuſtum faciliter mouet id quod vult, quia nihil ei reſiſtit propter exceſſum virtutis ſuæ operatiuæ, pertinebit fortitudo iſta ad agilitatem. Liberalitas autem non accipitur hic pro habitu morali quo mediocres expenſas laudabiliter facimus, quia hæc eſt virtus animi, ſed pro liberalitate eundi quocũque voluerimus, & manendi vbi voluerimus nullo impediente, quod partim pertinet ad agilitatem, & partim ad ſubtilitatem. nam per agilitatem mouetur corpus quocunq; vult, & in quanto tempore vult. per ſubtilitatem autem nullum aliud corpus poteſt illud impedire in motu propter ſuam ſoliditatem, ſed cedit ei, vt ſi eſſet corpus rarum. Voluptas autem poteſt reduci ad ſubtilitatem, & ad impaſſibilitatem. De prima patet, quia per hoc quod corpus eſt perfecte informatum per animam, eſt diſpoſitum ad delectationem, & tamen informari perfecte pertinet ad ſubtilitatem, vt dictũ eſt ſupra. De ſecunda patet, quia corpus quod paſſibile eſt impeditur a delectatione per multas oppoſitas paſſiones. Si autem corpus ſenſitiuum manens in cõditione ſuę ſpeciei efficiatur impaſſibile, erit valde diſpoſitum ad voluptatem, quia nihil erit, quòd poſſit impedire eius voluptates. Sanitas, & diuturnitas pertinent ad impaſſibilitatem. nam id quod poteſt eſſe ſanum ſi efficiatur impaſſibile, nunquam poterit incidere in ęgritudinem, neque alterari ſaltem leuiter. Ad illam de diuturnitate idem patet. nam ideo aliquid non eſt diuturnum, quia per paſſionem factam a contrario corrumpitur, ſi autem impaſſibile ſit neceſſe eſt eſſe perpetuum. Et ita dicendum, quòd iſta poſita ab Anſelmo non ſunt dotes, ſed aliqua quæ ſub dotibus includuntur, vel reducuntur ad eas. Et hoc modo multa alia nominare poſſemus, quæ ad dotes pertinent, non ſunt tamen dotes. nam dotes ſunt aliquo modo qualitates actiuæ, quia ſunt diſpoſitiones, quibus efficitur ipſa beatitudo corporis, & tamẽ iſta, quæ nominauit Anſelmus non ſunt actiua: ideo non ſunt proprie dotes, ſed illa quatuor nominata cõmuniter ſunt dotes, & ad has reducuntur omnia, quæ perfectiuum corporis dicunt. nam non eſt dubium quin in patria erit in corporibus quidquid ad perfectionem ipſorum pertinet, cum in beatis non maneat aliqua miſeria, quælibet tamen imperfectio, vel defectus pertinet ad miſeriam.

Ad ſecundum dicendum, quòd perfectio, quæ dicitur dos ita pertinebit ad ſenſum, ſicut ad motum. Et ita de agilitate, dicendũ, ꝙ nõ eſt ſolum ad faciliter mouendum, ſed etiam ad prompte operandum. nam agile dicitur quaſi ad agendum habile, vel aptum aut diſpoſitum: quidquid ergo nomine actionis etiam large ſumptę includitur, pertinet ad agilitatem, & ita faciliter moueri, vel mouere aliud, aut operari agendo aut ſentiendo agilitatis eſt: & generaliter quęcunque actio, vel paſſio, aut motus cuius principium eſt aliqua vis animæ, & exercetur per corpus quod prompte, & faciliter fiat, ad agilitatem pertinet, & ſic tam ad operationem quàm ad motum pertinent.

Ad tertium dicitur vno modo, quòd iuxta Ariſto. ſecundo de Generatio. & corrupt. qualitates viſibiles ſunt alijs qualitatibus ſenſibilibus nobiliores, & quantum ad quod inuiſibilitate conueniunt inferiora corpora cum cœleſtibus: non autem quantum ad cęteras ſenſibiles qualitates. vnde lux, vel qualitas, quę eſt propria qualitas cęleſtium corporum, inter alias qualitates corporales eſt nobilior, & magis ſimilis ad exprimendum intelligibilem claritatem, & ideo ex redundantia glorię ab anima in corpus facta, ponitur magis claritas in corporibus glorioſis, vt dos quam aliqua alia ſenſibilis qualitas.

Aliter poteſt dici, & conuenientius, quòd non ponitur dos aliqua quantum ad qualitates ſenſibiles ſecundum alios ſenſus, quia non eſt conueniens illam poni, & tamen quantum ad claritatẽ fuit conueniẽs. Et hoc eſt melius dictum. nam ſi poni dotes circa qualitates ſenſibiles ſecũdum alios ſenſus pertineret ad

ad perfectionem corporum glorioſorum, ponerentur etiam ſi eſſet perfectior dos claritatis quàm circa ſenſibiles qualitates aliorum ſenſuum: cum nulla perfectio conueniens deſit corporibus glorioſis. Claritas tamen fuit conueniens in corporibus glorioſis, & non aliæ qualitates ſenſibiles propter duo, ſcilicet, propter defectionem corporum, & propter ſenſationem. Eſt enim claritas aliqua qualitas ſemper manens, & apparens, quæ valde ornat corpus, & occultat multos defectus, & ideo abſolute eſt corpus perfectius cum claritate quàm ſine illa. qualitates autem tangibiles, guſtabiles, odorabiles non ſic perficiunt corpus, ſed ſolum inquantum eſt ſenſibile, & carere his qualitatibus, vel non habere eas in gradu perfectiſſimo non dicit imperfectionem rei, niſi inquantum eſt ſenſibilis, & ideo quantum ad hoc magis eſt neceſſaria claritas quàm cęteræ qualitates, quia illa ornat corpus, cęteræ autem non ornant. Secundo, & præcipue quantum ad ſenſationem: nã quantum ad actum illorum ſenſuum, qui manebunt in patria neceſſe eſt poni qualitates ſenſibiles multum excellentes, & quia excellentia fit per dotem: dabitur dos circa tales qualitates. manebit autem in patria actus videndi, & non manebit vſus cęterorum ſenſuum, vel non ita manifeſtus: ideo circa qualitatem viſibilem oportuit poni dotem, & non circa cęteras qualitates ſenſibiles. Patet hoc. nam actus potentiæ guſtatiuæ non erit ibi, quia non ſumetur amplius cibus, & potus a beatis, & dato, quòd ſumeretur (vt quidam inſani putabant) tamen ſaltem ipſa corpora beatorum non ſumerentur in cibum: ideo non oportet in eis manere qualitatem guſtabilem ideſt ſpecies ſaporum, & ſic nulla dos erit circa hoc. Etiam circa tactum non erit dos, quia qualitates tangibiles ſunt calidum, frigidum, humidum, ſiccum, durum, molle. iſtæ autem qualitates licet manebunt in quadam harmonia: tamen nõ præſtabunt aliquem gradum delectationis, quia delectatio circa tactum pertinet ad vitam mortalem, in qua magis vnitur per ſenſum tactus quàm per alios, vt vult Ariſtote. tertio de Anima: & ideo etiam ſi maneat ibi tangere vt quòd quis tangat partes corporis ſui, non ponetur circa hoc aliquis gradus beatitudinis, aut aliquod excellens bonum. dos tamen nominat diſpoſitionẽ quandam immediatam ad beatitudinem, ſiue corporis, ſiue animæ: ideo etiam ſi actus tangendi maneat in patria, non ponetur dos aliqua circa qualitates tangibiles.

De odoratu ſenſus idem eſt. nam actus eius non manebit in patria: cum odor cauſetur per reſolutionem quandam factam a corpore: & ideo ſolum durat quandiu eſt realis alteratio, & generatio, & corruptio, quæ non erit in patria: ideo neque poterit poni dos circa qualitatem odorabilem. Circa auditum idem eſt, quia ſancti in patria non clamabunt, nec oportet poni vſum vocum inter eos: cum voces ſint ad expreſſionem conceptuum, & tamen conceptus eorum erunt ipſis mutuo cogniti. vnde neque oportebit poni vocem ſonoram dulcem, & ſic non erit dos aliqua circa iſtum ſenſum. Solus ergo viſus manet in actu ſuo: ideo ei debuit poni excellens qualitas ſenſibilis, ſcilicet, claritas. Et iſta eſt cauſa vera. nam ſi actus cęterorum ſenſuum manerent in patria ſecundum proportionem quam habent hic, ideſt, quòd cauſarent magnas delectationes, neceſſe eſſet circa ſingulos ſenſus poni qualitates ſenſibiles, quæ eſſent excellentes, quæ eſſent dotes: ponitur ergo claritas dos, & non aliæ qualitates ſenſibiles excellentes, quæ eſſent dotes.

Ad quartum dicendum, quòd immortalitas eſt dos corporis, ſed non animæ, quia dos ponitur ad perficiendum id quod aliàs non erat perfectum, anima autem naturaliter non eſt paſſibilis paſſione corruptiua, aut doloroſa, ſed ea paſſione, quæ ſolum eſt ſuſcipere, qualis eſt in beatis Angelis, & hoc, quia tales paſſiones fiunt a re materiali, & in re materiali. anima autem non communicat in materia: ideo non eſt naturaliter paſſiua, ſed eſt paſſiua ſecundum diuinam inſtitutionem, & hoc propter culpam. animæ tamen beatorum ſine culpa, & reatu quocunque pœnæ manebunt: ideo paſſio nulla erit in eis, & ita anima habet hic impaſſibilitatem naturaliter: non ergo oportet poni eam, vt dotem, quia dotes ſunt gratuitæ, & de nouo datæ in beatitudine: corpus autem naturaliter eſt paſſibile. quòd igitur efficiatur impaſſibile ex gratuita donatione competit: ideo corpori competet proprie impaſſibilitas, & eius erit dos & non animæ.

Ad quintum dicendum, quòd in beatis erit perpetuitas, ſed non erit dos diſtincta, quia pertinet ad claritatem, quia lux eſt actus diaphani: ideo non ponitur diſtincta dos a claritate: ita quòd claritas beatorum non ſolum erit, quòd fulgeant, ſicut terſa ſolida, ſed etiam ſicut lucem habentia in profundo, & ideo competet eis ſimul lux, & perpetuitas.

An corpora beatorum erunt impaſſibilia. Et quomodo paſſio dupliciter accipitur, eaque quæ proprie dicitur, quomodo fiat. item potentia paſſiua eſt duplex. Quæ aſſignetur cauſa impaſſibilitatis corporum beatorum: Nullum præterea agens naturale eſt tantæ virtutis, vt anima glorificata. Quomodo mortale ponatur hominis differentia. Anima autem ita dominabitur corpori poſt reſurrectionem, vt liget operationem qualitatum corrumpentium. Quæ quidem operatio quadruplex eſt. Quæſt. CXI.

QVAERETVR nunc magis in ſpeciali circa ſingulas dotes corporis, & primo de impaſſibilitate, ſcilicet, an corpora beatorum erunt impaſſibilia.

Aliqui dicunt, quòd non, quia omne mortale eſt paſſibile, & tamen corpora beatorum ſunt mortalia: cum ſint humana, & eſſe hominem eſt eſſe animal rationale, & mortale: ergo erunt ſemper paſſibilia.

Item quidquid eſt in potentia ad formam alterius eſt paſſibile ab illo, quia vt dicitur primo de generatione, ex hoc aliquid eſt paſſibile ab altero, quia eſt in potentia ad formam illius, ideſt, ad formam illius ſpeciei. nam forma introducetur per actionem agentis, quod formam ſuam alteri participat: ergo ab illo patitur a quo formam recipit, & tamen ad formam illius eſt res in potentia quam poſtea recipit, quia non reciperet, niſi fuiſſet in potentia: corpora tamen ſanctorum ſunt in potentia poſt reſurrectionem ad formam cuiuſcunque alterius corporis mixti, vel elementi: ergo ſunt paſſibilia. Patet hoc, quia quæcunque communicant in materia, vnũ eorum eſt in potentia ad formam alterius. nam materia ſecundum quòd eſt ſub vna forma non amittit potentiam ad aliam formam, quia tunc non eſt poſſibile dimittere illam, ſed corpora beatorum communicabunt in materia cum corporibus elementorum, quia erunt eadem corpora numero, quę hic fuerunt, & tamen hic fuerunt de materia elementali: ergo & ibi, & conſequenter erunt in potentia ad formam elementorum, & ſic erunt paſſibilia ab elementis.

Item contraria nata ſunt agere ad inuicem, & pati, primo de generatione. corpora tamẽ beatorũ manebunt

bunt composita ex contrarijs: ideo agent, & consequenter patientur.

Item in corpore humano resurgent sanguis cholera, & cęteri humores, & tamen ex pugna istorum proueniunt ægritudines: ergo etiam ibi erunt ęgritudines, & passiones.

Item magis repugnat perfectioni rei defectus in actu quàm in potentia, inquantum actus magis dicit esse quàm potentia, & consequenter defectus in actu magis tollet de esse, & perfectione quàm defectus in potentia: passibilitas autem solum dicit defectum in potentia. i. potentia patiendi, sed reperiuntur in corporibus beatorum aliqui defectus in actu, sicut cicatrices vulnerum, quæ fuerunt in Christo, & martyribus erunt ibi, & cicatrix dicit defectum, non putatur tamen inconueniens, ꝙ maneant ibi: a fortiori ergo non erit inconueniens, ꝙ maneat passibilitas in corporibus illis. Dicendum, ꝙ erunt corpora beatorum impassibilia tam ab intra quàm ab extra. Et patet, qa quodlibet passibile est corruptibile, eo ꝙ omnis passio magis facta. i. frequentata abijcit a substantia: corpora tamen sanctorum post resurrectionem erunt incorruptibilia. 1. Cor. 15. seminatur in corruptione, surget in incorruptione: ergo erunt impassibilia.

Item omnis actio fit a maiori, & fortiori, & tamen nullum corpus erit fortius corporibus beatorum. 1. Cor. 15. seminatur in infirmitate surget in virtute: ergo erunt incorruptibilia. Item omnis passio corporis contristat animam, quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam: Sapient. 9. & tamen beatitudo dicit gaudium impermixtum tristitiæ: ergo non erit ibi passio aliqua.

Pro hoc autem considerandum primo, ꝙ passio dupliciter accipitur. Vno modo large, & sic omne recipere dicitur pati, siue id quod recipitur sit contrarium patienti, & corruptiuum, siue conueniens, & sit perfectio eius: pati hoc modo erit in corporibus gloriosis, & quantum ad hoc non dicuntur impassibilia, quia non est eis auferendum aliquid de perfectione, & tamen ad perfectionem ipsorum competit recipere aliquid quod sit eis conueniens. nam etiam hoc modo anima patitur, quia suscipit speciem intelligibilem, & intellectionem, & Angeli suscipiunt aliquid, quia minores purgantur, perficiuntur, & illuminantur a maioribus. Alio modo accipitur passio, & stricte, & diffinit eam Damas. lib. 2. ꝙ passio est motus cõtra naturam. vnde immoderatus motus cordis passio eius dicitur. motus autem moderatus dicitur operatio eius. Et ratio est, quia omne quod patitur trahitur extra naturam suam: trahitur enim ad terminos agentis, quia agens assimilat sibi passum, & ideo passum in quãtum huiusmodi trahitur extra terminos, in quibus erat: sic autem passio non erit in corporibus beatorum, quia ad talem passionem sequitur corruptio, quæ non erit in illis, & ideo hoc modo erunt impassibilia, quia non erit in eis potentia ad talem passionem.

Causa tamen & modus impassibilitatis huius non assignatur eodem modo ab omnibus: dicunt enim, ꝙ hoc proueniet ex conditione elementorum, quæ aliter se habebunt tunc quàm nunc. nam dicunt, ꝙ manebunt tunc secundum substantiam, & tamẽ qualitates actiuæ, & passiuę sunt de perfectione elementorum. vnde si sine eis essent elementa in corporibus resurgẽtium, essent minoris perfectionis, quàm sint nunc, cum autem qualitates illæ elementorum sint propria accidentia elementorum causata ex materia, & forma ipsorum, videtur absurdum, quòd manente causa, idest, elementis secundum substantiam, tollatur effectus, idest, qualitates eorum.

Item dicit Augustin. quòd a corporibus gloriosis vitia detrahentur, & natura seruabitur, qualitates tamen elementales sunt naturales corporibus humanis: ergo manebunt in eis.

Alij dicunt, ꝙ manebunt etiam qualitates elementales in corporibus. sed non habebunt proprias actiones, faciente hoc diuina virtute ad conseruationem corporis humani.

Sed hoc non videtur posse stare, quia ad mixtionem requiritur actio, & passio qualitatum actiuarũ, & secundum prędominium vnius, vel alterius efficiuntur mixta diuersarum complexionum, quod tamen reseruatur etiam in corporibus resurgentibus, quia ibi erunt carnes, & ossa, & similia. quibus omnibus non competit vna complexio.

Item, quòd hoc dato non esset dos ipsa impassibilitas, quia dos dicit aliquam realem dispositionem in dotato, & tamen hoc dato non esset aliqua qualitas in corpore glorioso secundum quam diceretur impassibile, sed solum esset voluntas Dei impediens actionem corruptiuam, & hoc idem posset fieri de corpore humano in hac vita, sicut fuit de tribus pueris in camino ignis, quos non læsit ignis, & tamen non habebant dotem impassibilitatis cum adhuc essent passibiles, & postea mortui fuerint, neque ponitur dos in aliquo corpore nunc: ergo alius ęrit modus impassibilitatis.

Alij aũt dicunt, ꝙ erit in corporibus resurgentium aliquid quod resistat corruptioni, scilicet, natura quinti corporis quam ponunt venire ad compositionem corporum resurgentium ad conciliandum elementa in quandam harmoniam, secũdum quam possint esse materia debita animæ rationalis: in statu autem vitæ huius dicunt, quòd corpus humanum, sicut cętera corpora elementalia non habet huiusmodi quintam naturam, quia non habet in se nisi naturam quatuor corporũ sed in resurrectione dominabitur in eo natura quinti corporis: ideo reddetur tunc corpus humanum impassibile, sicut corpora cœlestia.

Sed hoc non stat. Primo, quia corpora cœlestia non possunt intrare in compositionem corporis humani, quia cum corpus compositum habeat esse ex componentibus, & corpus quintæ essentiæ sit alterius naturæ quàm elementa, erit alterius naturæ corpus in cuius compositionem venerit corpus quintum, quàm id quod solum componitur ex elementis, & tamen corpora resurgentium erunt eiusdem naturæ, sicut nunc sunt, quia erunt eadem numero: ergo non erit aliquid aliud secundum substantiam de compositione sua tunc quod nunc non sit.

Secundo, quia dato, quòd aliqua pars quinti corporis esset de compositione corporum resurgẽtium, non esset possibile, quòd transferat corpus humanum ad proprietatem gloriæ, sicut erit per impassibilitatem. nam virtus quinti corporis erit virtus naturalis, & non poterit transferre rem vltra terminos naturæ, & tamen transferre corpora resurgentium ad immortalitatem, est transferre ad terminos gloriæ. maxime autem quia istam mutationem de corruptione in incorruptibilitatẽ Apostolus attribuit virtuti Christi. prima Corint. decimoquinto, scilicet, qualis cœlestis, tales & cœlestes, & ad Philip. 3. reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.

Item dato, quòd pars quinti corporis esset in compositione corporum resurgentium, non posset in eis tantum dominari quin natura elementalis remaneat, & tamen naturæ elementali ex suis principijs essentialibus inest passibilitas: ideo per admixtionem corporis quinti non auferetur omnino.

Dicendum

Dicendum ergo videtur, quòd aliter fit, scilicet, ex habitudine animæ ad corpus, quia corpus est plene subditum animæ tamquam formæ. omnis enim passio fit per victoriam agentis supra passum: aliàs enim non traheret eũ extra terminos naturæ suæ, & ad terminos suos, scilicet, agentis. Quod apparet cum per passionem proprie dictam naturaliter alteratur passum ad perdendam formam propriam, & induendum formam agentis, impossibile est autem quòd agens dominetur supra patiens, nisi inquantum debilitatur dominium formæ propręę supra materiam patientis: non enim potest materia subijci vni cõtrariorum, nisi dominium alterius supra ipsam tollatur, vel diminuatur: saltem tamen corpus humanum, & quidquid in ipso est, erit perfecte subiectum animę, sicut ipsa erit perfecte subdita Deo: ideo in corpore humano non poterit a quocunque agente fieri mutatio aliqua contraria dispositioni illi, qua perficitur corpus ab anima, & conseruatur, & ita manebit corpus beatum impassibile. Quod autem corpus sit totaliter subditum animæ, prouenit ex dote, & ita efficietur impassibile corpus per dotem.

Contra prædicta tamen ponit Landulphus tres conclusiones. Prima, quòd non causatur impassibilitas per hoc, quòd corpus erit subditum totaliter animæ, quia anima ad corpus non habet nisi habitudinem causæ formalis, & per illam habitudinem nõ potest suspendere actionem qualitatum contrariarum. Secunda, quòd corpora prædicta non erunt impassibilia propter hoc, quòd detur corpori aliqua dos, quæ sit forma, quia vel esset substantialis, vel accidentalis, non substantialis, quia tunc faceret rem alterius essentiæ, non accidentalis, quia cum illa non sit qualitas cœlestis corporis erit elementi, vel mixti, & quelibet talis est corruptibilis.

Tertia conclusio est, quòd impassibilitas corporis gloriosi proueniet ex hoc, quòd Deus non coaget alicui causę secũdæ corruptiue ad corruptionẽ, cessante tamen actione primæ causę cessat actio omnis causæ secundæ, & ita dicit fuisse in corporibus trium puerorum apposito igne: nam non combussit ea, quia Deus cessauit coagere igni.

Sed prima ratio non stat, nam veritas est, quòd perfectum dominium animæ super corpus facit illud impassibile, & hoc accidit necessario vbicunque forma plene dominetur materiæ. Et quando dicit, ꝙ anima solum habet habitudinem causę formalis ad corpus, licet non sit verum absolute: tamen pro prę senti concedendum est, quòd anima non causat impassibilitatem in corpore per imperium solum quasi dominans, sed per habitudinem, quam habet ad corpus, vt forma, vel motor eius, & tamen anima glorificata accipit plenum dominium, idest, potestatẽ subijciendi sibi materiam quantum ad actionem formalem, quod non habet anima non glorificata, & quantum ad hoc nullum agens extraneum potest dominari materię, in qua est anima, & tamen nisi dominetur illi non potest trahere eam ad suam dispositionem, in qua est anima: nullum tamen agens naturale erit tantæ virtutis quãtę erit anima glorificata; ideo nullum agens poterit inducere dispositionem illam, quam anima tenet in corpore secundum quã manet ibi. Et cum dicit, quòd anima non potest secundum, quòd forma suspendere actionem qualitatum contrariarum.

Dicendum, quòd non tollit operationem illarum per solum imperium, sed tollit per excessum virtutis ad omne agens. nam nullum agens potest habere maiorem potestatem super materiam corporis quàm ipsa anima glorificata, quæ est in illo.

Secunda conclusio sua non est vera, quia communiter tenetur, quòd dos sit qualitas corporis: & ideo est forma, & non est substantialis, sed accidentalis. Et cum dicitur, quòd non est cœlestis, concedendũ est. cum subiungitur, quòd erit forma accidentalis elementi, vel mixti dicendum, quòd falsum est: non est enim sufficiens diuisio. nam dos erit qualitas quędam gloriosa supernaturaliter data corpori, qualitas tamen cœlestis, & elementalis naturalis est, & non gloriosa, & si qualitas accidentalis cœlestis, quæ est naturalis, facit rem incurruptibilem, a fortiori qualitas gloriosa, quę supra naturam est. poterit facere corpora beatorum incorruptibilia.

Tertia conclusio non est conueniens, quòd sic ponatur dos in corpore glorioso, quia nihil aliud est corpora illa esse impassibilia nisi quòd Deus non coagat ad corrumpendum, & hoc concedit ipse Landulphus, & tamen non est conuenienter dictum, quia tunc non diceremus esse quatuor dotes corporis gloriosi si in illo non esset ista dos. Etiam quia supposito modo suo, quòd dicatur dos sic, diceretur, quòd tres pueri in camino ignis habuerunt dotem impassibilitatis, quia cessauit Deus coagere igni, & ob hoc non comburebantur. Item quia iuxta positionem suam daretur, quòd omnia corporalia etiam elemẽta haberẽt dotem impassibilitatis. nam ipse dicit, ꝙ post iudicium cessabit tempus generationis, & corruptionis, eritque tempus quietis, & cessabit Deus coagere causis secundis, sed cessante causa simpliciter prima nihil possunt facere inferiores: ideo in cętęris rebus erit impassibilitas, quia nihil ab alio patietur actione corruptiua: erit ergo equaliter dos impassibilitatis in elementis, & in corporibus beatorum, & tamen dos nõ ponitur nisi in corporibus beatorum: ergo necesse est, quòd dos impassibilitatis sit aliquid positiuum in corporibus beatorum vltra hoc, quod est Deum non coagere causę secundę ad corruptionẽ illorum corporum. Ad primum dicẽdum, ꝙ quicqd est essentiale homini manebit in eo post resurrectionem. Et quando dicitur, ꝙ mortale est differentia.

Dicendum, ꝙ nec est aliquid essentiale, neque differentia eius ponitur tamen in diffinitione hominis, vt ait Anselmus ex errore Philosophorum, qui nõ putauerunt totum hominem posse aliquando esse immortalem, eo ꝙ nunquam viderunt homines nisi ſm statum huius mortalitatis. Aliter pōt dici, ꝙ etiam Philosophi non posuerunt mortale tamquam esset vera differentia hoīs, quia differentiæ essentiales iuxta Aristo. 8. Metaph. sunt ignotę, cum assumantur a forma, vt vnitur, vt forma dans esse substantificum, & tamen forma quantum ad id esse est necessario ignota: cum non competat ei aliqua operatio motiua, vel organica secundum quas manifestatur: ideo necesse est, ꝙ volẽtes ponere differentias rerum ponamus eas circũscriptas per aliquid, & ita mortale non est differentia, qa non est aliquid essentiale neque constituit, quia ifi est differentia essentialis hominum, & spirituum separatorum, quam nos nescimus, & vidimus, ꝙ homines moriuntur, & non illi, posuerunt mortale tamquam differentiam. Sic dicit Porphyrius, sumus nos & dijrationales: sed mortale additum separat nos a dijs hoc tamen fundatur super quodam errore, scilicet, quia putauerunt Deos esse animalia. nam si crederent eos puros spiritus, sufficiens distinctio esset inter deos, & homines, quòd homines esset animalia, dij autem non, sed puri spiritus: putauerunt tamen esse illos corporeos, & ita dixerunt dęmones esse corporeos, & animalia q̃dã, & habere animata corpora, q̃ de aere essent, vt dixit Apuleius Platonicus.

Aliter poteſt dici, quòd mortale ponitur, vt differentia, non quidem, vt dicit puram potentiam moriendi, quia mortalitas non pertinet ad eſſentiam, ſed vt nominat cauſam mortalitatis, & paſſibilitatis, quæ eſt compoſitio ex contrarijs, & illa eſt de eſſe hominis, & hæc nunquam eſt cauſa mortalitatis, in futuro autem propter victoriam animæ ſuper corpus licet maneat hæc compoſitio, non erit ipſa paſſibilitas, & tamen manebit cum pertineat ad eſſentiam.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ cum eadem ſit materia corporum beatorum, & noſtrorum, quia erunt eadem numero, ſicut nunc ſunt corpora noſtra in potentia ad formam aliam. ita & tunc erunt in potentia, neque minuetur aliquid de poſſibilitate, & tamen erit tunc potentia ligata, & nunquam exibit in actum accipiendi aliam formam, aut aliam diſpoſitionem. Eſt enim forma duplex, ſcilicet, forma ligata, & forma libera, quod non ſolum eſt verum de potentia actiua, ſed etiam de paſſiua: potentia enim materiæ eſt potentia paſſiua, & eſt libera quando non cogitur manere ſemper ſub eadem forma, vel diſpoſitione, ſed poteſt accipere aliam, & interdum realiter accipit aliam. ligata eſt potentialitas materiæ quando forma ligat potentialitatem materiæ determinando eam ad vnum ſecundum quod dominatur ſuper eā, & quia in rebus corruptibilibus nunquam perfecte dominatur forma ſuper materiam, non poteſt perfecte ligare eam quin recipiat interdum per paſſionē aliquam diſpoſitionem contrariam formæ, quam habet. In ſanctis autem poſt reſurrectionem anima erit omnino domina ſuper corpus, & illud dominium nunquam poterit auferri, quia illa erit immutabiliter Deo ſubdita quod non fuit in ſtatu innocentiæ, licet ergo poſt reſurrectionem maneat in corporibus beatorum eadem potentialitas ad aliam formam, quæ nunc eſt quantum ad eſſentiam potentiæ, erit tamen ligata iſta potentia per victoriam animæ ſupra corpꝰ, vt nunquam in actum paſſionis exire poſſit, ſcilicet, ſuſcipiendo aliam formam, aut contrariam diſpoſitionem per agens aliquod immutans.

Ad tertium dicendum, ꝙ manebit in corporibus beatorum compoſitio ex contrarijs, & tamen non habebunt iſta contraria actus corruptiuos: nam qualitates contrariæ, quæ ſunt in corpore non ſunt in eo, niſi vt in ſcientia animę, & tamen quando agens principale eſt perfectum, non poteſt aliqua actio prouenire ab inſtrumento, niſi ſecundum diſpoſitionē agentis principalis. ſicut enim calor in animali eſt inſtrumentum animæ nutritiuæ, & agit omnia ſecundum diſpoſitionem illius, & non ſecundum conditionem ſpeciei caloris, ita cum poſt reſurrectionem anima erit agens perfectum, quia habebit plenum dominiū ſuper materiam corporis, nō procedet aliqua operatio ab aliqua qualitate, niſi ſecundum diſpoſitionem animæ, & ideo nulla operatio iſtarum qualitatū erit ad corruptionem. Vnde etiam ſi poſt iudicium maneret ſtatus generationis, & corruptionis, data animę victoria quam habebit ſuper materiam poſt reſurrectionem, etiam ſi eſſet fortior contrarietas in corpore quàm nunc ſit, non poſſet alterare corpus aliquo modo, quia anima, quæ illud ſibi ſubditum habet per omnimodam victoriam, & determinationem non permittet, & hoc non ſolum erit in qualitatibus intrinſecis, quæ ſunt, vt inſtrumenta animæ, quia etiā nunc qualitates iſtę agunt aliquid vltra conditionem ſuæ ſpeciei ſolum inquantum regulantur ab anima, vt patet in calore, quo anima vtitur digerendo, ſed etiam in qualitatibus alterius corporis, quæ ſunt contrariæ qualitatibus noſtrorum corporum, nam illæ

F approximatæ corporibus beatorum non poterunt alterare illa. quia materia ipſorum corporum habet potentialitatem ligatam per dominium animæ ſuper eam: ideo per nullum agens naturale poterit in materia illa introduci diſpoſitio aliqua contraria diſpoſitioni eius: a fortiori ergo poſt iudicium hoc fiet, quia tunc non manebit ſtatus generationis, & corruptionis, eo quòd ceſſabit primus motus in cuius virtute ſunt cęteri motus: ideo etiam ſi contraria ſibi approximentur, non agent ad mutuam corruptionem.

Aliqui autem nituntur adhuc oſtendere, quòd erit paſſibilitas, quia quanto aliquod corpus eſt nobilioris complexionis tanto eſt paſſibilius. nam paſſi- G bilius eſt corpus animalis, quàm plantæ, & hominis quàm bruti, & tamen erit nobilioris complexionis corpus poſt reſurrectionem quàm nunc: ergo tunc erit paſſibilius.

Item in corporibus reſurgentium miſcentur elementa: ergo aut æqualiter, aut inęqualiter. Si inęqualiter erit cauſa corruptionis, quia extremum cōtrarietatis vincens alterum corrumpet illud. Si ęqualiter, aut æquatione punctali, aut circa. Si æquatione punctali, omnia corpora eſſent eiuſdem complexionis, & nobilitatis, quod non eſt verum. Si non punctali erit exceſſus, & iſte exceſſus generat litem, & corruptibilitatem.

H Item aut in corporibus reſurgentium erit calor, aut non. ſi non, nec erit operatio aliquæ animæ: cū operatio, & ſenſus & motus vitæ ſint mediante calore. Si autem ſit ibi calor indiget pabulo, cum ſit eius conſumere, ſed omne quod pabulo indiget eſt corruptibile, cum deficiente pabulo corrumpatur, & deficiat: ergo deficient qualitates, & corpora. & ita erit paſſibilitas.

Aliqui dicunt ad hoc, quòd in corporibus beatorum manebunt elementa in mixtione ſecundū ſubſtantiam, & qualitates, & operationes.

Sed dicunt, quòd quadruplex eſt operatio. Vna quantum ad conſtitutionem, & hæc eſt mixtionis. I alia quantum ad conſeruationem, & hæc eſt miniſterialis delatio caloris vitalis per corpus. tertia eſt pugnæ ordinans ad diſſolutionem. quarta exterioris impreſsionis per quam alicuius elementi operatio intenditur, & pugna oritur. Primas duas dicunt manſuras, quæ ſunt ad conſtitutionem, & conſeruationem. Secundas vero duas, quæ ſunt ad diſſolutionem dicunt non manſuras. & ideo corpus non erit tunc diſſolubile. Quare autem non maneāt illę duę operationes dicunt, quòd eſt triplex ratio. Prima eſt temperata mixtio confringens contrarietatem. Secunda eſt elementarium appetituum quietatio. Tertia eſt animæ influentis conſeruatio. ratione primi non pugnant. ratione ſecundi non poſſunt pugnare. ratione tertij neceſſe habent quieſcere.

Dicendum autem, quòd hæc vera ſunt. nam duę K primæ operationes neceſſario erunt in corporibus beatorum. Prima enim eſt in ipſa cōſtitutione corporum. nam cum eſſentiale ſit corporibus noſtris eſſe mixta, & mixtio dicat ipſa elementa venientia ad cōpoſitionem ſecundum eſſe quoddam, & in quadam habitudine qualitatum ſuarum, cum per reſurrectionem redeant corpora ad eſſe ibi. Eſt rurſus mixtio in quadam habitudine determinata qualitatum. Secunda etiam operatio manet. nā corpora beatorum poſt reſurrectionem erunt viuentia: ideo erit in eis actus vitalis, & hoc eſt per delationem caloris vitalis, & ſpirituum per corpus, & iſtę duæ operationes non agūt ad diſſolutionem. Secundæ duę non manent. Prima enim cauſa aſſignata ad hoc eſt dubia. nam licet mix-

tio

tio confringat aliquomodo contrarietatem, non poterit tollere omnimodam actionem. oporteret enim ad hoc, quòd non excederet vna qualitas aliam, aut quòd excederet quaſi inſenſibiliter, ita quòd ab illo exceſſu non proueniret actio, & tamen hoc non videtur ſatis conueniens, quia corpus humanum determinat ſibi vnam qualitatem in exceſſu ad aliam, & tantus eſt exceſſus, quòd ſufficit ad agendum, niſi aliquid aliud impediat.

Item, quia dato, quòd talis gradus mixtionis daretur, quod non ſufficeret inęqualitas ad agendum, nō pręſeruat hoc a corruptione, quia dato, quòd non corrumpatur res a ſuis qualitatibus, corrumpetur tamen a qualitatibus alterius mixti propinqui, quæ non ſunt in eodem gradu.

De ſecunda cauſa dicendum, ꝙ vera eſt, quietantur vero appetitus elementales, ideſt, appetitus materię in elementis, quia (vt ſupra dictum eſt) licet maneat potentia ſubſtantialis, materia corporum beatorum eſt ligata: nam per formam ligatur, quæ totaliter dominatur materiæ, & ideo non erit actualis pugna ad hoc, ꝙ perueniatur ad aliam formam. Vel dicitur quietatio appetituum elementalium, quia ceſſabit tunc tempus generationis, & corruptionis: eſt.n. actus iſtarum qualitatum alterare ad generationem, & corruptionem: ideo dicuntur appetere generationem, & corruptionem, & tamen tunc ceſſabit finis iſte. ſ. generatio, & corruptio: ideo ceſſabit appetitus ad finem, ideſt, appetitus alterandi, & ita recte dicuntur ceſſare appetitus elementales, quia ceſſabit tempus generationis, & corruptionis, & ideo ceſſabit omnis alteratio corruptiua.

De tertia cauſa etiam dicendum, ꝙ eſt vera, & vocatur influxus animæ in corpus illa conſeruatio, ſecūdum quam anima omnino domina corporis tenet ligatam potentialitatem materiæ, vt non poſſit actualiter ſuſcipere paſſionem aliquam contrariam diſpoſitioni quam ipſa tenet in corpore.

Ad illud quod obijciebatur primum in hac parte, dicendum, ꝙ non eſt verum ſimpliciter, ꝙ quanto corpus eſt nobilius eſt tanto paſſibilius, immo minus paſſibile, quia eſt maioris virtutis, & ſic poteſt magis reſiſtere corruptiuo, ſed per accidens verum eſt in multis, eo ꝙ corpus eſt nobilius quanto habet nobiliorem formam. eſt autem forma nobilior, quę habet operationes excellentiores cuiuſmodi eſt anima, & iſta determinat ſibi materiā teneram propter conditionem ſuarum operationum, & tñ quod tenerum eſt paſſibilius eſt quàm quod eſt durius, ſi modo potentialitas non ſit ligata, & quia pp imperfectionem formarum nunc non eſt ligata potentialitas materię: ſequitur quaſi regulariter, ꝙ corpora mixta, quæ nobiliora ſunt paſſibiliora ſunt, & tñ loquendo ſimpliciter de corpore perfecto, quod habet formam ſimpliciter perfectiorem, habebit illud minus de paſſibilitate, & ita erit de corporibus beatorum.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ mixtio elementorum in corporibus beatorum non erit punctalis, quia conditio vitę humanę exigit, quòd alterum excedat alterum, & tamen iſte exceſſus non poterit cauſare corruptionem propter cauſam dictam.

Ad tertium dicendum, ꝙ manebit calor in corporibus beatorum: ille tamen non reſoluet neque conſumet, quia ibi manebit, vt iſtrumentum animæ, & non poterit cauſare paſſionem aliquam contra diſpoſitionem illam quam anima tenuerit in corpore, cū anima dominetur formalis materiæ. Ad quartum dicendum in principali dubio, quòd in corporibus ſanctorum manebunt humores quatuor, & tamē nō erit inter eos pugna neque corruptio, quia licet ma-

A neant eis ſuæ qualitates, non manebunt actiones corruptiuæ: illas enim Deus aufert: liberum enim eſt Deo manentibus quibuſdam conditionibus corporum tollere alias ſi vna non dependet eſſentialiter ab alia. Sic dicit Aug. in Epiſtola ad Conſentiū: valet diuina potētia de iſta viſibili atq; tractabili natura corporū, qbuſdam manentibus, auferre quas voluerit qualitates. vnde ſicut ab igne fornacis Caldęorum abſtulit virtutem comburendi quantum ad id, quòd corpora trium puerorum illęſa ſeruata ſunt, ſed manſit quantum ad id quod ignis ille ligna comburebat, ita aufert ab humoribus paſſibilitatem dimittendo natu- B ram: modus autem quo fieri poſſet dictus eſt. nam etiam ſi maneant ibi qualitates corruptiuæ in eodem gradu mixtionis, in quo hic: nō poterunt corrumpere quidquam ſubdita materia totaliter animę.

Ad quintum dicendum, quòd in ſanctis manebūt cicatrices vulnerum: non quidem inquantum dicunt defectum aliquem, ſed inquantum faciunt ad gloriam ipſorum, & gaudium aliorum. nam illæ cicatrices ſunt ſigna virtutis eorum, qui conſtantiſſime pro iuſta cauſa paſſi ſunt, & tamen paſſi fuerunt interdū martyres detruncationes membrorum. illę tamen non manebnnt, quia hoc repugnaret conditioni reſurgentium, & veritati vitæ. nam aliqui diuiſi fuerunt C in plures partes, qua diuiſione manente impoſſibile eſt viuere, quia nec eſt corpus humanum: ergo non manebunt detruncationes, & mutilationes, quia reſtituentur omnia ad integrum, ſed manebunt ſigna vulnerum ad aſcenſionem virtutis, vt ſic magis afficiamur ad eos, qui talia paſſi ſunt. Sic dicit Aug. 22. de ciuitate Dei, neſcio quomodo ſic afficimur amore martyrum beatorum, vt velimus in illo regno in eorum corporibus videre vulnerum cicatrices, quę pro Chriſti nomine pertulerunt, & fortaſſe videbimus: non enim deformitas in eis, ſed dignitas eſt corporis, quanuis in corpore non corporis, ſed virtutis pulchritudo fulgebit: nec tamē ſi aliqua martyribus amputata, & ablata ſunt membra, ſine ipſis membris erunt in reſurrectione mortuorum quibus dictum eſt: capillus de capite veſtro non peribit.

Quare cicatrices remanebunt in corporibus beatorum.

D

An beatorum corpora ab extrinſeco ſint paſſibilia. Et quomodo non erunt ab extrinſecus lædentibus.
Quæſt. CXII.

QVAERETVR nunc de paſſione facta ab extrinſeco an corpora beatorum ſint paſſibilia.

Dicendum, quòd diffinitio huius pendet ex pręcedenti dubio, & tamen, vt magis aperiatur dicendum, quòd erunt corpora illa impaſſibilia omni genere paſſionis, quæ ab extra infertur corruptiue. Eſt autem duplex paſſio ab extra, ſcilicet, per influentiam. ſicut ignis comburit corpus, & per violentiam, ſicut cultellus diuidit. Prima non eſt in E corpore glorioſo, quia talis paſſio aut eſt ſecundum viam naturæ, aut per ordinem diuinę iuſtitię: paſsio ſecundum ordinem diuinę iuſtitiæ eſt in illis in quibus naturaliter non poterat eſſe paſsio: exigente tamen diuina iuſtitia propter eorum demerita eſt ibi paſsio, & ita paſsio non eſt niſi vbi eſt culpa: ſic erit pęna in dęmonibus, & ſpiritibus damnatorum: via naturali eſt paſsio quando conditio corporum exigit, vt agant, & patiantur. Prima paſsio non erit in corporibus beatorum, cum non maneant in eis aliqua peccati veſtigia. Secunda etiam non erit propter cauſas dictas præcedenti quæſtione, ſcilicet, quia anima continebit totaliter materiam ſub poteſtate ſua, ita vt potentia eius paſsiua ſit ligata ad recipiendum

diſpoſitionem

dispositionem quantumcunque contrariam,& hoc, quia maior erit potestas animæ super corpus conseruando illud in dispositione illa quam habet: quàm potestas cuiuscunque extranei agentis ad corrumpendum illam dispositionem, & introducendum contrariam. Etiam quia status generationis,& corruptionis cessabit: ideo etiam in illis in quibus non fuerit tanta potestas formæ super materiam, non erit corruptio.

De passione, quæ est per violentiam dicunt aliqui, quòd erit in corporibus beatorum, quia omne continuum est diuisibile: omne diuisibile est partibile: omne autem partibile est passibile ab exteriori.

Item quandocunque corpus durum obuiat molli necesse est diuidere illud si sit impulsio fortis. dato ergo, quòd cultellus obuiet corpori glorioso, aut est corpus illud durius gladio, aut gladius illud penetrabit, sed non est durius cum sit carneum: ergo penetrabitur.

Dicendum tamen, quòd vere corpus gloriosum non poterit hoc modo pati, cum nulla imperfectio maneat in corporibus illis, & tamen talis passio est magis,& facilius corruptiua quàm ea, quæ est per influentiam: ideo non erit in eis.

Sed dicunt aliqui, quòd ideo corpora beatorum non patientur hac passione. quia non erit aliquid inferens passionem, & si esset aliquid quod nocere vellet, posset corpus gloriosum declinare illud agens.

Sed dicendum, quòd hoc est inconueniens. nam tunc corpora gloriosa non haberent dotem impassibilitatis. nam vere essent passibilia,& tamen non patierentur. quia nihil illa inferret,& cum passibilitas sit imperfectio: manebit imperfectio in beatis.

Item, quia tunc corpora beatorum non excederẽt secundum perfectionem corpus Adæ in statu innocentiæ. nam tunc nihil patiebatur licet non haberet dotem impassibilitatis, quia nondum erat corpus beatificatum.

Item, quia tunc detur, quòd aliquo modo gladius applicetur ventri alicuius beati (nam non est impossibile) aut venter beati resistet gladio ne penetret: aut non. si non resistit patitur, & cultellus penetrat, & est passibile. si autem resistit est dubium per quid resistit.

Aliqui dicunt, quòd corpus beatum habet naturã quintæ essentię: vnde non est secabile neque partibile. nãsi iuxta Solem esset cultelus, & impingeret in Solem, non penetraret cultellus aliquam partem Solis,& tamen non resisteret Sol per naturam duri, & mollis, sed quia caret duricie,& mollicie. hoc tamen est satis difficile: nec tamen nunc illud abijcimus.

Sed dicendum, quòd corpora gloriosa non poterunt pati a cultello, aut lapide, vel alijs rebus duris, & acutis,& hoc per dotem subtilitatis. nam pertinet ad dotem subtilitatis, quòd quęlibet corpora sint peruia corpori glorioso,& transeat per illa, sicut per corpora rara, quæ cedunt transeunti. vnde siquis gladio nitatur perfodere corpus gloriosum, potius illud corpus penetrabit gladium quàm gladius penetret carnem, passio tamen non est nisi in eo quod resistendo penetratur,& tamen gloriosa corpora non penetrabuntur, sed penetrabunt: ideo non patientur neque mouebuntur loco propter gladios obiectos,& ita poterunt vibrari gladij per corpora gloriosa, sicut per aerem tenuissimum nullo impedimento facto. Et tamen diuersa ratione, nam aer, quia rarus est cedit, & scinditur: ideo non resistit sensibiliter: corpora autem gloriosa, quia subtilia sunt, penetrabunt gladios non impellendo aut concutiendo illos, & est mirabile sal-

F tem audiri, sed ratio aperte illud ostendit suppositą dote subtilitatis.

De lapidibus proiectis in corpora gloriosa idem erit. nam lapides non diuident, neque confringent: neque penetrabunt corpora: neque etiam corpora cedent eis, sed lapides cedent corporibus, & corpora gloriosa penetrabunt lapides ipsos proiectos per dotem subtilitatis, & lapides transibunt vltra corpora gloriosa quasi transibunt per medium rarum non lęsis neque diuisis illis corporibus, sed potius lapidibus penetratis a corporibus gloriosis. Simile apparet in crystallo,& radio Solis. crystalus enim non diuidit neque intercipit radium solarem: cetera autem corpora densa diuidunt, vel intercipiunt non permittendo

G transire: fiat ergo gladius de crystallo manifestum est, quòd ille non poterit scindere aut rumpere, vel impedire radium Solis, sed potius radius penetrabit gladium crystallinum,& sæpe vibrabitur gladius crystallinus per radium solarem,& tamen toties gladius penetrabitur,& radius manens in loco suo non penetratur neque cedit gladio,& tamen gladius transit, qa gladius cedit radio,& ita erit de corporibus gloriosis quantum ad omnia dura,& acuta, ita vt non mutando locum non possint quidquam pati: de hac dote subtilitatis etiam infra dicetur.

Ad primum dicendum, quòd omne continuum est diuisibile diuisione mathematica inquantum habet partes quantitatis continuę, quarum vna est extra

H aliam, non autem diuisione naturali per quam fit separatio partium ad inuicem; quia aliqua corpora sunt sic, quę non diuiduntur, siue quia resistunt per naturã duri, & mollis, siue per aliam conditionem, & ita est in gloriosis, qui resistunt per dotem subtilitatis.

Ad secundum dicendum, quòd corpus gloriosum non est durius cultello. nam retinet suam teneritudinem, quæ requiritur ad humanam conditionem, & non diuiditur a cultello, quia non obuiat cultello resistens, sed potius ipsum corpus penetrat quoscunque cultellos, vt dictum est.

An impassibilitas corporum gloriosorum erit in omnibus essentialiter æqualiter. Eaque consideratur dupliciter. Et

I *quomodo negationes, & priuationes suscipiunt magis, & minus. Et quomodo dabitur præmium iuxta proportionem meritorum etiam in ipsa impassibilitate. Quæst. CXIIII.*

QVAERETVR an impassibilitas corporum gloriosorum erit in omnibus essentialiter æqualiter. Aliqui dicunt, quòd sic, quia 1. Cor. 15. dicit Glo. quòd equaliter omnes sancti habẽt quod pati non possint, sed quòd non possint pati erit in eis, quia habebunt dotem impassibilitatis, ergo impassibilitas erit æqualis in omnibus.

Item negationes,& priuationes non recipiunt magis,& minus, quia non dicunt ens: impassibilitas tamen dicit negationem vel priuationem: passibilitas ergo non potest maior esse in vno quàm in alio.

K Item magis in re accipitur per recessum a contrario, vt Aristo. in Topicis illud est albius quod est nigro impermixtius,& tamen in nullo sanctorum erit admixtum aliquid de passibilitate: ergo in omnibus erit equaliter impassibilitas.

Alij dicunt, quòd inæqualiter erit impassibilitas in sanctis. nam præmium correspondet merito. sed quidam sancti fuerunt maioris meriti alijs. ergo impassibilitas, quæ datur in præmium, erit inæqualiter in eis.

Item quia impassibilitas est dos condistincta contra dotem claritatis, & tamen claritas non erit inequaliter in sanctis, quia alij fulgebunt, sicut Sol; alij sicut

Luna:

Luna: alij sicut Stellæ 1. Cor. decimoquinto: ergo etiam impassibilitas erit inequalis.

Dicendum, quòd impassibilitas potest considerari dupliciter, vel secundum se, vel secundum causam suam.

Si primo modo non recipit magis, & minus, quia impassibilitas solam negationem, vel priuationem importat passibilitatis: ideo in omnibus erit æqualiter. Si secundo modo, idest, quantum ad suam causam, erit in vno maior quàm in alio: causa enim impassibilitatis est, quòd corpus subditur totaliter animę: ideo est ligata potentia sua passiua ad recipiendũ passionem quãcunque per quam deducatur contraria dispositio ei quam anima seruat in corpore: ista autem subiectio corporis conuenit animę inquantũ ipsa fruitur Deo immobiliter adhęrens,& tamen quidam fruuntur perfectius alijs: ergo quidam habent maiorem impassibilitatem quàm alij: nullus tamen de beatis habebit aliquam passibilitatem, quia quælibet fruitio de Deo quantumlibet parua subdit corpus ita perfecte animę, quòd excludit omnem potentiam patiendi, & ideo omnes sunt impassibiles, sed quidam magis quàm alij.

Ad primum dicendum, quòd Glosa illa loquitur de impassibilitate quantum ad se, & tunc verum est, quòd non est vna maior alia, quia priuationem

C dicit.

Ad secundum dicendum, quòd magis, & minus non est nisi in ente: priuationes autem,& negationes aliquo modo dicunt ens,& aliquo modo non ens: inquantum dicunt non ens non recipiunt magis, & minus: inquantum vero dicunt ens possunt suscipere magis,& minus. vnde negationes,& priuationes considerate quantum ad se dicunt non ens: ideo non recipiunt magis,& minus,& ideo impassibilitas quantum ad se est equalis in omnibus. Si autem considerentur quantum ad causas suas dicunt ens, quia causæ illæ positiuæ sunt: ideo quantum ad hoc vna ne gatio, vel priuatio est maior alia, sicut tenebra priuatio lucis est, dicitur tamen aliqua maior tenebra, & aliquid magis tenebrosum inquantum habet plura,

D & maiora obstacula lucis, ita est vna impassibilitas maior alia, quia causa sua, idest, fruitio est maior.

Ad tertium dicendum, quòd intensio non solum fit per recessum a contrario, sed etiam per accessum ad terminũ naturę suę, quia quędam sunt, quę intenduntur,& non habent contrarium positiuum, sicut lux, quę maior,& minor est, nulla tamen lux recedit a contrario, quia non habet formam contrariam positiuam. sic immortalitas vna est maior quàm alia, idest, in vno quàm in alio,& tamẽ in nullo manet aliqd passibilitatis, sicut nulla lux permittit secum tenebras vbi ipsa est, & tamen vna lux est maior alia.

Ad primum pro parte contraria dicendum, quòd dabitur præmium iuxta proportionem meriti etiam in ipsa impassibilitate quantum ad causam eius, scilicet, quòd qui sanctior fuerit perfectius fruetur, & tamen quãtum ad impassibilitatem in se non magis respondebit vni beato quàm alteri, quia natura rerum repugnat: nec tamen ideo tollitur quin detur maius

E premum ei, qui magis meruit, non tamen datur in ipsa immortalitate quantum ad se, sed in alijs bonis, quæ dicunt aliquid positiuum.

Ad secundum dicendum, quòd dos claritatis dicit pure positiuum: ideo absolute recipit magis, & minus: impassibilitas autem quantum ad se, quia non est positiua non recipit magis,& minus, sed quantum ad causam. & quantum ad hoc bene condistinguitur impassibilitas claritati, quia vtraque recipit intensionem.

A *An sentire manebit in beatorum corporibus in patria. Et quæ passio excludatur a corporibus beatorum. Et quomodo organum sentiendi dupliciter immutatur. Et quomodo id quod passiuum est potest tripliciter immutari. Et cogitationes quomodo volubiles fiant dupliciter. item quid sit beatitudo. Et quomodo beati in ea existentes multa intelligant, & plura de beatorum intelligentia: earumque potentia sentiendi exponuntur. Quæst. CXIIII.*

QVAERETVR consequenter ad precedentia de actu sentiendi in patria: nam dictũ est corpora sanctorum esse impassibilia in pa-

B tria, sentire tamen quoddam pati est: ideo dubium est an manebit sentire in beatorum corporibus.

Aliqui dicunt, quòd non, quia vt dicitur secundo de anima, sentire quoddam pati est, corpora tamen beatorum erunt impassibilia: ergo nihil sentient.

Item immutatio animalis precedit animalem, sicut esse naturale p̃cedit esse intẽtionale,& tñ corpora gloriosa, quia erunt impassibilia, non mutabuntur naturali immutatione, quia illa est passio, ergo nec immutatione animali, quæ est in sentiendo.

Item, quia quando fit sensus in actu propter nouã receptionem fit nouum iudicium, & tamen in beatis non erit nouum iudicium, quia non erunt cogi-

C tationes volubiles, ergo non erit in eis sensatio actualis.

Item cõditio animę est cum sit virtus finita, quòd si sit intenta actui vnius potentiæ, remittitur actus alterius potentię eius,& tamen anima summe erit intẽta ad actũ intellectiuæ partis qua Deum contemplabitur: ergo cessabit omnis actus sentiendi.

Item si sensus fuerit in actu, aut erit cum delectatione aut sine illa. si sine delectatione erit actus imperfectus, quia delectatio consequitur actum perfectũ, qui est connaturalis factus potentiæ. Si cum delectatione, aut delectatur in medio, aut in extremo. Si delectetur in vno extremo, necesse est, quòd tristetur in altero. si delectatur in medio necesse est, quòd tristetur in extremis,& tamen non erit tristari in beatis: ergo neque sentire.

Item si maneret sentire, maneret secundum omnes sensus, quia eadem ratione de vno, sicut de alijs: ne aliquid maneret ociosum: & tamen quidam sensus sunt propter indigentiam, vt gustus,& tactus, & in patria nulla manebit indigentia: ideo saltem tales sensationes non erunt, & consequenter neque aliæ.

Alij dicunt, quòd maneant sensus in actu. nam nobilior est potentia coniuncta actui quàm separata ab actu,& tamen in vita æterna erunt omnia in statu nobilissimo: ergo cum manent potentiæ sensitiuæ: manebunt actu sentientes. Item, sicut anima appetit vniri corpori, ita sensus obiecto suo, sed anima ad perfectam sui glorificationem vnitur corpori, ergo & potentia vnietur obiecto,& tamen non vnitur obiecto nisi per actum, ergo manebit actus sentiendi.

Item sicut corpus remuneratur in beatitudine, qa seruiuit animæ, ita a fortiori remunerabitur sensus. potentia tamen, quæ nata est delectari, si remuneretur perfecte delectabitur in sua remuneratione: ergo potentia sensitiua delectabitur, & tamen sensus non delectatur nisi in eo quod cognoscit, quia est potentia cognitiua,& delectatio potentiæ cognitiuę est in cognoscendo, non cognoscit tamen sensus seipsum, quia non est potentia reflexiua neque organum sui, neque id quod est supra conditionem eius: ideo solũ obiectum manet quod cognoscit,& ita in illo delectabitur: ergo erit actus sentiendi.

Item,

Item, sicut se habent damnati ad puniri, ita se habent beati ad glorificari, & tamen damnati habent continuum dolorem in sensu, ergo beati habebunt continuam delectationem in sensu.

Item erit ibi actus videndi, quia dicitur Iob. 13. in carne mea videbo Deum saluatorem meum, & Isa. trigesimo tertio, regem in decore suo videbunt oculi tui, quod de beatitudine intelligitur, & Apo. 1. dicitur videbit eum omnis oculus.

Item secundum Aristo. de anima, animatum distinguitur ab inanimato sensu, & motu, & tamen motus erit in beatitudine in actu. Sap. quarto tamquam scintillæ discurrent, ergo erit ibi sensus in actu.

Dicendum, quòd in patria manebunt in corporibus beatorum omnes sensus, & organa, quia ista sunt de integritate corporis, & de perfectione humana.

Et dicendum, quòd erit ibi posse sentire, & ipsum sentire actu. posse enim sentire prouenit ex coniunctione potentiæ cum organo bene disposito. Sentire autem in actu prouenit ex coniunctione potentiæ cum obiecto, & quoniam in patria manebunt potentiæ coniunctæ organis optime dispositis: manebit ibi posse sentire, & quia manebunt etiam ibi obiecta quorundam sensuum, manebit ibi sentire quantum ad illos. An vero maneat quantum ad omnes dicetur infra quæstione 116. & necesse est poni aliquam sensationem in sanctis post resurrectionem, quia aliàs vita illorum magis assimilaretur somno quàm vigilię, cum dormiens viuat, & tamen nihil sentiat, ille autem est imperfectus modus essendi, quia in somno corpus sensibile non est in vltimo actu vitę, sed in imperfectione: ideo status dormientis non vocatur vita absolute, sed dimidium vitæ: quasi non habeat viuēs tunc totam perfectionem suam in actu, sed medietatem eius. Sic dicit Aristo. primo Ethi. per dimidium vitę, idest, per somnum non differre prauum a studioso.

Ad primum dicendum, quòd sentire pati quoddam est, & tamen non excluditur omnis passio a corporibus beatorum, sed solum illa qua res alteratur præter naturam suam ad dispositionem non naturalem, quia illa est via ad corruptionem: passio autem, quæ non alterat rem a sua naturali dispositione necesse est, quòd perficiat. & illa non excluditur a corporibus beatorum, sed potius est passio duplex. prima est omnis receptio, quia omne recipiens patitur quodāmodo. secunda est quælibet mutatio facta preter naturam. Prima est in beatis, & non solum in corporibus, sed etiam in intellectu, quia per hoc, quòd videt diuinam essentiam sunt beati, & tamen illud videre recipere quoddam est, & etiam Angeli recipiunt, & non solum a Deo, sed etiam in alterutrum, cum quidam purgent, perficient, & illuminent alios. Secunda passio non est in beatis, quia si esset non viuerent in æternum, quia passio magis facta, idest, frequentata abijcit a substantia, & sic aliquando interimeret, vel corrumperet substantiam, & quantum ad hoc dicuntur impassibilia. Sentire autem pertinet ad primam passionem, cum possit fieri sensatio per solam immutationem spiritualē sine reali alteratione: ergo potest esse in beatis.

Ad secundum dicendum, quòd organa sentiendi immutantur a rebus, quæ sunt extra animam dupliciter. Vno modo in mutatione naturali, scilicet, quando organum disponitur eadem qualitate naturali qua afficitur res extra animam, quæ agit in ipsum organum, sicut cum manus fit calida, & adusta ex tactu rei calidæ, vel odorifera ex tactu rei odoriferę. Alio modo immutatione spirituali, scilicet, per quam recipitur qualitas sensibilis in organo secundum esse spirituale, scilicet, species, siue intentio qualitatis, & non ipsa qualitas, & tunc non afficitur organum, sicut obiectum, sicut pupilla recipit speciem albedinis, & non albedinem, & ideo videt albedinem, sed non efficitur alba ipsa. sicut manus tacta re calida non solum sentit calorem, sed etiam efficitur calida. Prima receptio per se non causat sensum, sed per accidens. secunda autem causat sensum per se. Patet primum: nam contingit recipi primo modo in organo non sensitiuo, sicut manus tactu rei odoriferę efficitur odorifera, & tamen ipsa non sentit odorem, cum in ea non sit nisi sensus tactus, accidit autem fieri sensationem, vt si in organo recipiente formam contingat esse potentiam sensitiuam respectu illius formæ, sicut cum manus tangitur a calido efficitur calida, & sentit calorem. Secunda receptio facit sensationem per se, quia necesse est, quòd in quocunque organo recipitur species alicuius qualitatis sensibilis faciat ibi sensationem, species quippe albedinis non recipitur nisi in oculo, & non in aure, vel lingua, aut odoratu, & tamen albedo secundum esse materiale potest recipi in quolibet organo sensitiuo, & in non sensitiuis. prima receptio, & immutatio non fit in corporibus gloriosis: secunda autem fit in eis.

Pro quo sciendum, quòd omne passiuum recipit actionem agentis secundū suū modū. Potest autem passiuum tripliciter immutari, scilicet, naturaliter, & spiritualiter simul, sicut manus a calore. nam recipit calorem secundum esse materiale cum efficiatur formaliter calida, & recipit speciem caloris, quia sentit cum habeat sensum tactus. Secundo modo spiritualiter solum, sicut aer a rebus coloratis. nam non recipitur color in aere secundum esse materiale, cum non efficiatur aer formaliter coloratus, sed secundum esse spirituale: nam species, vel intentio coloris recipitur ibi.

Tertio modo immutatur aliquid solum naturaliter, vel materialiter, sicut inanimata immutantur ab igne recipiendo calorem secundum esse materiale, sed non secundum esse spirituale. nam efficiuntur formaliter calida, & tamen calorem non sentiunt.

Et tunc dicendum, quòd si patiens est natum immutari ab agente vtraque immutatione simul, idest, materiali, & spirituali, præcedit semper immutatio naturalis, & materialis ad spiritualem, sicut esse naturale præcedit ad esse intentionale, si autem natum sit solum immutari spiritualiter, non oportet, quòd præcedat immutatio naturalis ad intentionalem, sed erit sola intentionalis, sicut in aere suscipiēte intentionem coloris vt dictum est. Si autem natum est solum immutari naturaliter non sequitur immutatio spiritualis post naturalem, sicut in inanimatis calefactis. in corporibus autem gloriosis non poterit esse aliqua immutatio naturalis, quia quælibet talis est via ad corruptionem, & non stat cum impassibilitate: ideo erit ibi sola spiritualis, & ita licet obiectum sensibile esset natum vtroque modo immutare, quia tamen corpus gloriosum suppositæ conditione sua non est natum immutari nisi intentionaliter, non præcedet in eo aliqua naturalis immutatio.

Ad tertium dicendum, quòd cum de speciebus susceptis in organo fiat primum, & immediatum iudicium in sensu communi, quandocunque recipiatur noua species aut nouiter, idest, est noua receptio in organo, ita erit nouum iudicium in sensu communi, & tamen non erit nouum iudicium in intellectu, sicut fit in eo, qui videt nūc aliquid quod

prius sciuit. nam intellectus nullum iudicium nouū de illo habet, sed solum sensus. Quod autem dicit Aug. quòd cogitationes non erunt volubiles, intelligitur de actu partis intellectiuæ, & non de iudicio sensus.

Sed prædicta responsio stat quando quis sepe sentit quod aliàs senserat, quia tunc in solo sensu est mutatio iudicij, detur tamen, quòd beatus videat aut sentiat aliquid quod prius non senserat, sicut est ibi nouum iudicium sensus communis, ita erit, & noua iudicatio intellectus, & tunc videtur, quòd necesse erit fieri cogitationes volubiles, quia aliud iudicabit intellectus, quod prius non iudicabat.

Dicendum, quòd hoc non faciet cogitationes volubiles. Dicunt enim quidam, quòd cogitationes voluuntur dupliciter. Vno modo, quòd intellectus non habeat fixum aspectum ad vnum, sed de vno transeat totaliter ad aliud relinquendo prius, & taliter sunt hic cogitationes volubiles, sed non in patria. Secundo modo, quòd intellectus principaliter, & continue vnum cogitet, & multa propter illud, & inter illa multa modo vnum modo aliud, & talis erit in patria, & ita erit in nouę rei sensatione.

Sed objicietur, quòd non stat, quia contingit plura scire: vnum tantum intelligere tertio Topi. Si ergo intellectus manet fixus circa vnum, non poterit intelligere alia, circa quæ sit cogitatio volubilis.

Dicendum, quòd cum intellectus sit vna potentia numero: non poterit habere simul nisi vnum actū intelligendi: ergo si de vna re cogitat, quandiu de illa cogitauerit, non poterit habere cogitationem de alia, quia essent simul duę cogitationes, & tamen necesse est beatum semper cogitare de Deo, idest, videre ipsum quod est intelligere, & iste actus semper est manens, quia cum beatitudo sit actus, si interrumpatur iste actus interrumpetur beatitudo, sed beatitudo semper manet, quia est quidam actus continuus ęternitate quadam mensuratus; ideo manebit semper hoc intelligere, & consequenter non poterit beatus intelligere aliquid aliud minus principaliter, circa quod sint cogitationes volubiles.

Est dicendum, quòd verum est, quòd beatus semper habebit actum intelligendi de Deo, & nunquam habebit aliam cogitationem distinctam ab ista, & ita semper erit vnicus actus intelligendi in beatis, & tamen per istum actum intelligendi non intelligent solum Deum, sed etiam multa alia, sępe enim per vnicam intellectionem multa intelligimus, & hoc, quia per aliquam rationem communem intelligimus, quæ sub se multa colligit, & eadem intellectio est de illis, cum ratio illa communis repręsentet omnia illa. Si autem esset aliqua ratio particularis, idest, species repęsentās singulum per se: non posset intellectus per tales rationes intelligere simul nisi vnum, quia aliàs essent simul plures intellectiones cum essent multa repręsentatiua, ita in vita æterna vnica species mouet intellectum beati, scilicet, essentia diuina, quæ est tamquam forma intelligibilis actuans intellectum possibilem, & quia Deus, sicut est causa efficiens omnium, ita est etiam causa exemplaris, non solum repręsentat se, sed etiam cętera, cum omnia in eo esse quoddam habebant Io. primo, quod factum est in ipso vita erat, ex quo sequitur, quòd intelligens Deum per essentiam eius, non solum intelligit Deum per illam intellectionem, sed etiam potest intelligere omnia creata, sicut & Deus seipsum intelligendo omnia intelligit. Et quia Deus, licet sit naturaliter causa exemplaris omnium, non tamen naturaliter repręsentat illa quorum est forma exemplaris naturaliter, sed voluntarie potest quædam ostendere, & quædam non ostendere: & ideo stante vnitate, & continuitate eiusdem intellectionis, beatus potest nunc intelligere vnam rem quam prius non intelligebat, & postea desinere intelligere illam: etiam circa eandem rem, poterit nunc intensius, & apertius illam intelligere quàm prius, vel econtrario. Primum patet, quia cum essentia diuina tamquam forma exemplaris voluntarie repręsentet cętera in se, quia illorum causa est, poterit nunc velle ostendere vnum in se quod prius nō ostendebat, & illud beatus intelliget quod non intelligebat prius, & hoc modo fiunt quotidię nouæ reuelationes Angelis sanctis, qui tamen beati sunt, & econtrario potest desinere intelligere vnam rem quam prius intelligebat. nam cum repręsentet Deus illam in essentia sua voluntarie, potest desinere velle repręsentare illam, & ita cessabit beatus intelligere, cum non fiat intellectio aliqua sine repręsentatione.

Secundum patet, quia intellectus æqualiter dispositus intelliget magis aut minus secundum, quòd repręsentatiuum apertius repręsentat, & quoniam omnia sunt in Deo ęquiuoce, vt in causa, & exemplari voluntarie repręsentante, potest aliquando velle aptius ostendere vnam rem quàm alias, & tunc beatus erit præcipuus circa intellectionem illius rei magis quàm aliàs.

Et hoc modo potest beatus vnam rem creatam magis quàm aliam intelligere, idest, clarius, & intensius: & ita potest esse quasi quędam volubilitas circa res intellectas a beatis, & tamen ista variatio non cōtingit circa intelligere ipsam essentiam diuinam. Et ratio est, quia essentia diuina cognoscitur a beatis vniuoce cum ipsa per seipsam cognoscatur: ideo dū illa præsens fuerit necesse est, quòd illa videatur, & quia semper est æqualiter præsens intellectui, semper beatus erit æqualiter beatus quantum ad essentiam beatitudinis: cętera vero cognoscuntur æquiuoce cum cognoscantur per diuinam essentiam in qua continentur, ficut effectus in causa: ideo clare visa diuina essentia non est necesse cognosci omnia, quę in ea sunt, sed possunt plura aut pauciora cognosci, & tamen variatio illa non tollit beatitudinem, neque proprie minuit, quia non est beatitudo in cognoscēdo creaturas, sed Deum: ideo sicut creatura cognita in proprio genere non beatificat, ita & cognita in essentia diuina non beatificat, sed ipsa diuina essentia in qua creatura cognoscitur, cognoscentem beatificat. Hæ tamen varietates intelligendi non tollunt vnitatem eiusdem intellectionis continuę, quia manet semper eadem species intelligibilis, idest, diuina essentia, quæ est tamquam forma intellectus, qua intellectus intelligit, & cum ab vnitate potentię, & obiecti accipiat actus vnitatem, cum nunquam tollatur vnio speciei illius ad intellectum, erit semper idem actus intelligendi, quę est beatitudo, licet per eundem aliquando plura, & aliquando pauciora intelligantur. Si autem beatus nouiter videret aliquid quod nunquam vidisset: non est ponendum, quòd ideo de illo haberet nouum iudicium in intellectu, quia illam rem iam intelligebat, vt in Deo existente. nam omnia creata vident beati in diuina essentia, quæ eis illa repręsentat, in intelligendo Deum illa intelligunt: licet ergo nunquam illam vidisset, iam tamen intelligebat: ideo quando nouiter videret non haberet nouum iudicium in intellectu de illa, sed in sensu communi: sicut qui nunc nouiter videt id quod iam scit, quia aliàs illud vidit, non oportet, quòd habeat de illo nouū iudicium intellectus,

qui tamen nunc nouiter aliquid videt, vel audit quod nunquam viderat, habet nouum iudicium de illo, etiam in intellectu. Ratio diuersitatis est, quia intellectus nunc cum non habeat insitas species aliquas vel causatas, oportet ipsum speculari phantasmata a quibus depender, & ideo cum phantasmata accipiantur a sensu, necesse est, quòd vbi omnino fuerit noua sensatio sit noua iudicatio intellectus. beati autem habẽt speciem iam insitam, quia diuina essentia est eis effecta forma intelligibilis, in qua repręsentantur omnia, quę ipsa vult repręsentare, & ideo non sunt necessaria iam phantasmata. dato ergo, quòd recipiatur noua species in sensu, non fit nouum iudicium intellectus, & ita sensationes varię non causabunt cogitationes volubiles, sicut nunc causant, & ita non manent ibi sensus ad necessitatem intelligendi, sicut nunc, quia nunc nihil potest esse in intellectu quin prius fuerit in sensu: tunc autem erit aliquid in intellectu quod in sensu nunquam fuit, per quod erunt omnia in intellectu etiam si non sit aliquid in sensu: manebunt tamen potentiæ sensitiuæ, & aliquæ sensationes ad perfectionem quandam, & integritatem.

Ad quartum dicendum vno modo, quòd actus sentiendi in patria non impediet actum intellectus neque remitter: quia quando duo sunt quorum vnũ est ratio alterius, occupatio circa vnum non impedit neque remittit occupationem animæ circa alterum, sicut medicus dum vrinam respicit non minus considerare potest regulas medicinæ de coloribus vrinarum quam si non videret, sed solum consideraret de vrinis, quia visio vrinarum in tali actu ordinatur ad certificandum de eo, quòd intellectus speculatur. Ita circa beatos, quia Deus apprehenditur ab eis tamquam ratio omnium, quæ aguntur, & quæ cognoscuntur: occupatio eorum circa sensibilia sentienda, & quęcunque alia contemplanda aut agenda in nullo impediet diuinam contemplationem, neque econtrario.

Alij dicunt, quòd quando actus vnius potentiæ est valde intensus, impedit vel remittit actum alterius: & tamen si non est intensus non remittit. sic non est de actibus sentiendi beatorum, quia illi non erunt intensi respectu actus intellectus, sed potius ipse actus intellectus erit intensus, ideo neque impedietur neque cessabit actus intellectus propter sensationes.

Sed non stat, quia tunc sequuntur duo inconuenientia. Primum est, quia etiam si actus sentiendi non sit intensus in beatis, & ideo non possit remittere actum intellectus, constat tamen econtrario, ꝙ actus intellectus erit intensissimus, cum sit circa obiectum altissimum: ideo auferret sic actum sentiẽdi, & tamen ponitur simul vtrunque. Secundum est quia etiam volendo tenere positionem suam, id-est, quòd actus intelligendi sit intensus, & actus sentiendi remissus est inconueniens, quia actus remissus est imperfectus, & tamen in beatis quidquid fuerit erit in gradu perfecto, cum non maneat imperfectio aliqua in beatitudine. ergo non erit actus sentiendi remissus, sed vel non erit in beatis: vel erit intensus.

Dicendum ergo, quòd actus sentiendi in beatis erit saltem quantum ad aliquas potentias sensitiuas, & ille erit intensus, & actus intelligendi etiam intensus, & quicunque actus fuerit in patria erit intensus valde, & non impeditur vnus actus per actum alterum. nam quòd vna potentia in suo actu impediatur, vel remittatur quando alia vehementer operatur, prouenit ex hoc, quòd nulla potentia sufficit ad tam intensam operationem suam per virtutem quam anima deriuat per ipsam: nisi id quod per alias deriuat incipiat deriuare per ipsam solam, & tunc illa intendetur nimis, & cęteræ cessabunt. nam anima vnicum principium operatiuum est, licet habeat multas potentias quæ sunt principia immediata, & ideo cum operatione cuiuscunque potentiæ est attentio animæ a qua virtus fluit, & quoniam potentiæ multę sunt attendit circa multa, & sic attentio animæ circa singulam potentiam non est magna. vnde attentio animę, & defluxio virtutis per illam potentiã non sufficit ad intendendum opus, nisi cesset anima intendere alijs potentijs, aut parum intendat, & id quod alijs impendebat vni soli impendat, & ideo nũc in via generaliter tenetur ista regula tam circa operationes quam circa delectationes, quòd intensa vna remittuntur cęterę, vel impediuntur, & hoc totũ prouenit ex imperfectione potentiarum, & defectu virtutis animę. In beatis autem singulæ potentię erunt perfectæ, quia virtus animæ ex conditione glorię erit valde maior, ita vt possit totaliter dominari corpori, quod hic nunquam potuit, & faciat illud immortale: ideo poterit per quamlibet potentiam intense operari, & per omnes simul, & vna operatio non impediet aliam, quia non erit ibi maius operari multis actibus simul intensis quàm hic simul multis actibus remissis. ergo stante actu intelligendi in summa intensitione, stare poterit actus sentiendi in magna intensione quod hic non potest fieri. vnde quando quis debet hic intendere nimis actum intellectus, vtpote si speculatur circa altissima, necesse est ipsum in ecstasim fieri. Sicut Paulus quando debuit videre secreta cęlestia quæ non licuit homini dicere secunda Corin. duodecimo, & dicitur tunc vidisse clare diuinam essentiam factus in ecstasim cessantibus omnibus actibus cęterarum potentiarum, ita vt Paulus nesciret an esset in corpore, vel extra corpus eodem cap. & tamen tunc non fiet ecstasis aliqua, sed manentibus omnibus actibus perfectis, & intensis erit intensissimus actus intelligendi Deum, in quo est beatitudo.

Ad quintum dicendum quòd sensus delectabuntur. Est autem duplex delectatio in sensu. Vna per redundantiam, quando enim anima est plena delectatione, ita inebriantur omnes sensus, quòd nullo modo quærunt neque egent delectari exterius, & hanc delectationem dicunt esse præmium omnium sensuum, & hæc delectatio erit in omnibus sensibus licet non omnes habeãt actum sentiendi: hanc enim delectationem non habent a se neque ab actu sentiendi, sed ab actu animę. ideo non oportet, quòd ad habendum istam delectationem ponantur sensus in actu sentiendi. Alia est delectatio sensus per obiecti præsentis conuenientiam, & quia non erit sentire secundum omnes sensus in beatis, vt dicetur infra quæstione 120. non erit delectatio hæc in omnibus sensibus. hæc autem delectatio in comparatione ad aliam est valde parua, ita quòd non est præmium sensuum nisi valde accidentale. Vnde dicunt non magis esse gloriosum sensum habentem hanc delectationem quàm non habentem illam, & ideo in eis, qui non sentient, non erit defectus non sentire, cum aliàs habeant aliam delectationem, quæ est eis præmium, & tamen isti sensus, qui sunt in actu, delectabuntur quantum ad sensibilia conuenientia sibi oblata, & non tristabuntur de extremis, vel medijs tamquam non conuenientibus, quia sicut nihil erit, quòd posset corpus alterare dispositione contraria propter perfectionem animæ, quæ continet corpus in potestate

testate sua, ita nihil erit quod possit sensum contristare. ideo sensus, qui in actu manserit, nunquam habebit aliquod obiectum contristans.

Ad sextum dicendum, quòd licet quidam sensus maneant in actu: non ideo manebunt omnes, quia non est eadem causa de omnibus, vt ostendetur infra quæstione 120. Ad argumenta ostendentia, quòd sentire manebit in patria.

Dicendum, quòd vera sunt cum aliquod sentire manebit, quia tamen illic videntur ostendere de omni sensatione, quod non est verum, dicendum de hoc infra quęstione 120. vbi ipsa tangentur.

An sentire in patria erit per receptionem speciei, vel quomodo. Et quomodo intelligatur, quòd corpora cœlestia non recipiunt peregrinas impressiones. Quæst. CXV.

QVAERITVR cum sentire saltem quantum ad aliquos sensus maneat in patria, an erit per receptionem speciei, vel quomodo.

Aliqui dicunt, quòd non erit per receptionem speciei, quia vt ait Augu. in lib. Musicę. minus nobile non agit in magis nobile, sed quod recipit ab alio patitur ab eo. ergo visus beatorum non poterit recipere species a corporibus inferioribus, idest, non gloriosis, cum oculus glorificatus sit nobilissimum corpus.

Item corpora cœlestia non recipiunt peregrinas impressiones, & tamen oculus beatorum est corpus magis excellens quàm corpora cœlestia, quæ non sunt animata neque glorificata. ergo non recipit species ab extraneis corporibus, cum istæ sint peregrinæ impressiones.

Item receptio speciei est immutatio spiritualis, vel intentionalis, sed ad intentionalem præcedit naturalis, & tamen naturaliter immutatio non erit in beatis, quia illa est realis passio. ergo neque erit receptio speciei.

Item videtur, quòd in pupilla beatorum non poterit infigi species visibilis. Si enim subijciatur speculum radijs Solis, non recipit species corporum subiectorum, vnde respiciens in illud non videbit in eo effigies aliquarum rerum, & hoc est, quia speculum est factum lucidum in actu, & tamen oculi beatorum erunt multo lucidiores Sole, cum ipsa corpora eorum fulgeant, sicut Sol. ergo non infigentur species in pupilla, & consequenter non videbunt per receptionem spęcierum.

Dicendum, quòd conceditur ab omnibus, quòd actus sentiendi manebit in beatis. modus tamen assignandi sensationem non est idem apud omnes. Quidam enim dicunt, quòd cum corpora cęlestia, quia sunt impassibilia, non recipiunt peregrinas impressiones, a fortiori ergo corpora beatorum non recipient aliquid ab extra: ideo dicunt, quòd non sentiunt aliquid recipiendo, sed extra mittendo.

Sed hoc non stat: iste enim fuit error Platonicorum, qui putauerunt etiam nunc visum fieri non recipiendo, sed emittendo, & tamen est impossibile, sicut patet secundo de Anima, & late ostendimus lib. nostro de quinque figuratis paradoxis, & Num. vigesimo primo, ita & in patria non poterit fieri sensatio emittendo, quia tunc sensus beatorum non esset potentia passiua, sed actiua, & tamen sicut homo resurgens erit eiusdem naturæ cum eo, qui nunc est, ita & omnia, quę nunc sunt in homine, & erunt, tunc erunt eiusdem speciei, potentia tamen passiua, & actiua differunt plusquam specie, sed potentiæ sensitiuę nunc sunt passiuæ secundo de Anima. Si autem post resurrectionem fieret sensatio emittendo, esset potentia actiua, & sic non essent eiusdem speciei, & consequenter non esset potentia sensitiua, sed aliqua alia virtus data beatis. nam non potest esse eadem virtus etiam per miraculum, quia sicut forma nunquam fit materia neque econtrario, ita nec potentia actiua fit potentia passiua, neque econtrario.

Alij ergo dicunt, quòd potentię sensitiuę manẽt ibi passiuæ, & sentiunt per receptionem non quidem per receptionem ab extra, sed per receptionem a superioribus viribus, vt sicut nunc superiores vires recipiunt ab inferioribus, scilicet, intellectus recipit phantasmata, quæ sunt a sensu, ita tunc mutato ordine recipient inferiores a superioribus, scilicet, quòd anima rationalis faciat in oculo apparere species omnium, quæ vult videre, quòd fiet per quendam defluxum ab intra ad organa sensuum exteriorum.

Sed dicendum, quòd hoc non stat. nam talis modus receptionis speciei in organo non faceret sentire. vnde si species visibilis hoc modo decurrat ad oculum ab interioribus fluens, non causat visionem, licet hoc patiens videatur videre, quia omnis potentia passiua secundum rationem speciei suę, vel naturæ determinatur ad aliquod speciale actiuum, quod reddat eam in actum, quia potentia inquantum huiusmodi habet ordinem ad aliud respectu cuius dicitur potentia, sicut potentia visiua secundum speciem suam habet ordinem naturalem ad visibile, quia respectu eius dicitur potentia visiua, vnde cum proprium actiuum in sensu exteriori sit res existens extra animam, & non intentio eius existens in organo imaginatiuo, vel in ratione, si organum sentiendi non moueatur a rebus extra, sed ab imagine, vel ab alijs superioribus viribus, non erit vere sentire, vnde non dicimus, quòd phrenetici aut alij mente capti in quibus propter victoriam imaginatiuæ virtutis fit hęc defluxio specierum ad organa sentiendi, vere sentiant, secundum quòd videtur eis, quòd sentiant. ita ergo neque beati sentirent si non fieret receptio specierum ab extra, sed defluxio ab intra, siue ab organo imaginatiuo, siue a ratione.

Dicendum igitur, quòd fiet sentire in beatis per receptionem specierum a rebus, quę sunt extra animam. Et patet, quia sentire quandam cognitionem dicit, omnis autem cognitio est motus ad animam, & tamen motus ad animam est in recipiendo aliquid. nam si a superioribus viribus defluerent species ad organa sentiendi, non esset motus ad animam, sed ab anima.

Item talis refluxus esset superuacuus, & inutilis, nam quòd species ab inferioribus viribus susceptæ modo organico transferantur ad superiores est ordo naturalis, cum sint vires inferiores propter superiores. Si autem defluant a superioribus ad inferiores, aut erit ibi status, aut refluent rursus ab inferioribus ad superiores. Si primo modo turbatur ordo naturæ, cum inferiores vires recipiant propter superiores, & non econtrario. Si secundo modo erit circulus, quia redibit species ad vires illas a quibus defluxerat, & ita totus fluxus, & refluxus inutiliter factus est.

Item ordo naturalis est, vt obiectum influat in organum, sed non tollitur natura per gloriam, sed perficitur. ergo recipient sensus species ab obiecto, sicut nunc. Item non videtur esse aliqua causa quare mutetur

mutetur ordo recipiendi, qui nunc est. ergo manebit ille: nunc enim recipit organum ab obiecto, ergo tunc recipiet. Nec videtur aliquod inconueniens nisi quibusdam, qui putant, quòd esset sic passio in beatis, quam volunt auferre ab eis propter dotem impassibilitatis.

Sed dicendum, quòd non est inconueniens. Pro quo sciendum, quòd vt dictum est pręcedenti quęstione in solutione secundi argumenti, organa sentiendi immutantur a rebus, quæ sunt extra animam dupliciter. Vno modo in mutatione naturali, scilicet, quando organum afficitur eadem qualitate naturali qua afficitur res, quæ agit in ipsam, vt cum manus fit calida, & adusta ex tactu rei calidę, vel odorifera ex tactu rei odoriferę. Alio modo in mutatione spirituali quando recipitur qualitas sensibilis in organo solum secundum esse spirituale, vt in pupilla recipitur species albedinis, & non albedo. Prima receptio non causat sensum per se, sed per accidens. causat tamen passionem naturalem per se, & ista receptio non est in corporibus gloriosis. Secunda receptio causat per se in sensationem, & non causat naturalem passionem, & ista receptio fit in corporibus goloriosis. nihil ergo est quod impediat sic sentire beato recipiendo speciem post resurrectionem, sicut nunc.

Ad primum dicendum putant quidam, quòd in oculo beati est duplex qualitas, scilicet, perspicuitas, & lux. Ratione perspicuitatis est oculus susceptiuus. Ratione lucis est actiuus. dicunt ergo, quòd si corpus obiectum oculi beati sit luminosius oculo beati, agit in illud virtute propria, si autem sit minus luminosum non potest agere, sed lux oculi supplet quod deest obiecto, & agit in seipsum.

Sed dicendum, quòd non stat, quia nihil agit in seipsum secundum idem, sed oportet agens, & patiens poni distincta, sic ostendit Aristo. primo Meta. capitu. secundo, probans quòd pręter materiã oportet poni causam efficientem, vel vnde motus, quia subiectum non transmutat seipsum, & tamen potentia visiua est vna potentia, & est passiua. ergo non potest agere, & potissimum in seipsum. Item quia agere in seipsum est potentię reflexiuę: potentiæ autem materiales non habent actum reflexum, sed intellectus hoc habet.

Item si tale accideret in sensu oporteret poni sensum agentem, & sensum passibilem, sicut ponitur intellectus agens, & possibilis. nemo tamen ponit sensum agentem: ideo non agit sensus in seipsum ex luce sua.

Qño intelligatur, ꝙ oē agens est nobiliꝰ passo.

Est ergo dicendum, quòd siue corpus obiectum oculo glorificato sit lucidius oculo, siue non: causat speciem suam in eo.

Et quando dicitur, quòd agens semper est nobilius patiente.

Dicendum, quòd est verum secundum quid, non tamen simpliciter est necesse, quòd sit nobilius. sicut omnis perfectio est dignior suo perfectibili, quia aliàs non perficeret, & tamen accidentia perficiunt substatiam, sed non sunt simpliciter perfectiora, quã substantia, quia quęlibet substantia secundum genus suum est excellentior omnibus accidentibus, & tamen inquantum substantia est in potentia ad illa accidentia, & susceptiua eorum, sunt accidentia perfectiora substantia ipsa, quia eam perficiunt. ita omne agens secundum rationem agendi est perfectius omnibus patientibus, in quę agit, quia illa virtus secundũ quam agens agit, excellentior est quàm potentia passiua ſm quam patiens patitur, & tñ ipsum patiens poterit alias esse valde excellentius agente, non tamen F inquantum patiens, sed secundum rationem speciei, aut secundum aliam perfectionem. ita corpora obiecta oculo glorioso, licet simpliciter sint minus perfecta quàm oculus ille, tamen quantum ad hoc, quòd ipsa sunt multiplicatiua speciei, quæ immutat ad actũ videndi, & oculus est organum susceptiuum, sunt illa perfectiora oculo. Et hoc non est inconueniens.

Ad secundum dicendum, quòd in cęlestibus corporibus non recipitur peregrina impressio, idest, accidens, vel forma secundum esse materiale, quia quęlibet talis dispositio suscepta ab extra est via ad corruptionem, cùm disponatur res modo non naturali suscipiens extraneam dispositionem. species tamen sensibilis non est forma impressa secundum esse materiale, G sed solum secundum esse spirituale. ideo non intelligitur nomine peregrinæ impressionis. Verum est tamen, quòd corpora cęlestia non recipiunt formas secundum aliquod esse, non quidem secundum esse materiale, quia sic corrumperentur: nec etiam secundum esse intentionale, quia non sunt sensitiua, & tamen forma secundum esse intentionale solum recipitur in sentiente aut intelligente. Si tamen corpora cęlestia essent sensitiua etiam si non reciperent peregrinas impressiones, reciperent species multiplicatas ab obiectis.

Ad tertium dicendum ꝙ non est necesse, ꝙ pręcedat immutatio materialis ad intentionalem, quia aliquando est vna sine alia.

H Ad quartum dicendum, ꝙ de luce corporum beatorum cuius conditionis determinate erit non est nobis notum, quia illa non erit lux naturalis, sed gloriosa, & ideo nescimus qualem modum habebit ad adiuuandum, vel impediendum visum, & multiplicationem specierum. Et videtur dicendum, quòd non sit talis qualis lux Solis. nam lux Solis, quia est excellens sensibile, tollit sensationem, vel impedit, quia nemo illum diu inoffensis oculis intuetur: lux autem corporum beatorum constat, quòd non offendit oculos, sed potius allicit, & demulcet, sicut fuit in Christo transfigurato cuius fuit lux gloriosa, & discipuli non offendebantur videndo eum, sed summe gaudebant. ita ergo futurum videtur circa multiplicationem specierum, & infixionem, quòd in pupilla lucida tali luce I possint infigi quæcunque species visibiles, etiam lux solaris incidens super speculum impediret infigi ibi species rerum visibilium.

Aliter dici potest, ꝙ etiam Sol non impedit infigi species in speculo. nam cuiuscunque rei obiectę speciem suscipit, quia aliàs si Solis radij incidentes super speculum tollerent infixionem specierum, quæ sunt ibi secundum esse intentionale aliqualiter, ita etiam tolleret multiplicari species per aerem cum radij sui aerem illustrent, sed potius fit econtrario.

Dicendum ergo, quòd omnium rerum obiectarum species recipiuntur in speculo quod subiectum est radijs Solis, & tamen respiciens speculum nullius rei speciem ibi videt, eo quòd species illę debiliter K immutant, & non sentitur immutatio facta ab eis in pręsentia magnæ lucis: ista est enim conditio magnæ lucis, vt dicitur primo perspectiuę communis, scilicet, lucem fortem Orientem multa visibilia occultare, quę debilis lux manifestat. Et apparet hoc in candela ardente ad Solem posita, quia non iudicatur ardens, eo quòd lux Solis absorbet lucem paruam, & videtur homo non immutari ab illa, licet non percipiat: non erit autem talis habitudo lucis beatorum, & tamen licet talis esset, non impediretur fieri fixio specierum in oculo sic lucido, & consequenter fieret visio.

An

An omnes sensus corporei maneant in patria in actibus suis, idest, an ibi Sancti videbunt, & odorabunt, & formabunt voces, &c. & quomodo hoc fiet. Vbi de sensu tactus pulchre diffinitur. Et gustus quatenus non maneat in beatis, qui nec nutriri, nec augeri possunt. Et beati an habeant odorandi vim, nec in eis oportet poni voces, & auditum. Et quomodo formabunt vocem in Dei laudem.

Quæst. CXVI.

A QVAERETVR an omnes sensus maneant in patria in actibus suis, vel solum aliqui eorum. Aliqui dicunt, quòd non manebunt omnes, quia tactus est primus sensus inter omnes, vt dicitur secundo de Anima, & tamen corpora gloriosa non habebunt actum tactus, quia sensatio tactus fit B per immutationem corporis animalis ab aliquo extrinseco corpore, prædominante in aliqua qualitate actiuarum, vel passiuarum, de quibus iudicat tactus, & tamen talis immutatio tunc non erit, quia est illa ad corruptionem: ergo nec manebit tangere. Item videtur, quòd non maneat gustare, quia sensus gustus deseruit virtuti nutritiuæ, & tamen post resurrectionem non erit actus nutriendi in beatis, neque in damnatis, ergo neque gustus, qui nutritioni seruit. Item videtur, quòd non maneat odorare, quia post resurrectionem tolletur omnis corruptio: omnes enim creaturæ induent quandam virtutem incorruptionis, & tamen sensatio odoratus non potest fieri sine corruptione, quia odor non immutat sine quadam C fumali euaporatione, quæ in quadam resolutione consistit: ergo non manebit odorare in beatis. Item videtur, quòd non manebit audire, quia auditus seruit disciplinæ, vt dicitur lib. de sensu, & sensato, & primo Metaphysicæ, cap. 1. & tamen in beatis non manebit iam addiscere per sensibilia, quia replebuntur diuina sapientia per ipsam visionem diuinæ essentiæ continuam, ergo non erit audire. Item videtur, quòd non manebit videre: nam quod est actu lucidum, nõ est receptiuum speciei visibilis, quia est determinatum ad aliquem modum obiecti visus, & tamen pupilla beatorum erit valde clara, quia erit pupilla, sicut corpus, illud tamen fulgebit, sicut Sol: ergo non recipientur species in oculo, & consequenter non poterit D videre. Item omnis visio fit sub angulo, cum fiat per pyramidem radiosam, cuius conus est in oculo, & basis in re visa, & ideo oportet, quòd fiat sub determinata distantia: nam si coniungatur oculus rei visæ, non videbit etiam si sit valde a remotis, erit angulus tam paruæ quantitatis, quòd non immutabitur oculus sub tam parua quantitate, & ita oporteret poni in beatis, si viderent, & tamen hæc dicunt quandam imperfectionem, scilicet, quòd possint videre quædã, & alia non: ergo non erit ibi videre. Alij dicunt, quòd maneant actus omnium sensuum, quia potentia coniuncta, perfectior est, quàm separata ab actu, & tamen in patria manebunt omnes potentiæ sensitiuæ, cum illæ sint de integritate, & perfectione hominis, & ta- E men quidquid manet in vita æterna, manebit in statu perfectissimo: ergo manebunt omnes potentiæ in actu sentiendi. Item magis se habent potentiæ sensitiuæ, seruiendo animæ ad operationes, quàm corpus, quia corpus est solum, vt organum, potentiæ autem sensitiuę sunt, vt principia operandi, & tamen corpus beati præmiabitur, ergo potentiæ sensitiuæ, & tamen bonum earum consistit in actu suo, ergo omnes manebunt actualiter sentientes. Item sicut anima cupit vniri corpori, quia per hoc perfectius se habet, ita potentia passiua cupit vniri obiecto, & tñ anima vnietur corpori ad complementum beatitudinis: ergo & potentiæ sensitiuæ erunt in vnione ad obiecta, & tamen potentia vnita obiecto sentit, quia immutatur ab illo. ergo omnes sensitiuæ manebũt in actu sentiendi. Itẽ sicut damnati se habẽt ad puniri, ita beati ad præmiari, sed damnati patientur continuũ dolorẽ, & tristitiã in sensibus, ergo beati continuo delectabũtur ſm sensum, & ita oẽs potentiæ sensitiuæ erunt in actu sentiẽdi. Item erit ibi actus videndi, quia dr̃ Iob 19. In carne mea videbo Deũ Saluatorem meũ, & Isa. 33. Regem in decore suo videbunt oculi tui, & Apoc. 1. Videbit eum omnis oculus. Item iuxta Arist. 2. de Anima, animatum distinguitur ab inanimato sensu, & motu, & tamen in beatis erit motus, Sap. 3. Iusti tanquàm scintillæ in arundineto discurrent: ergo erit ibi sensatio, & cõsequenter erit actus, ſm omnes sensus, cum omnes debeant manere in suis perfectionibus. Dicendum, ꝙ circa hoc est duplex opinio, quidam enim dicunt, ꝙ manebunt omnes sensus in patria in actu sentiendi: alij dicunt, ꝙ soli duo. Posse enim sentire, prouenit ex potentia vnita organo disposito, & quia in patria manebunt omnes potentiæ sensitiuæ, quia nemo erit ibi orbatus, & erunt organa disposita, erit quantum ad omnes sensus posse sentire. Sentire autem in actu fit ex vnione potentiæ ad obiectum, & quia in patria non manebunt omnium sensuum obiecta, neque media sentiendi, dicunt, quòd non manebunt omnes sensus in actu, & quia potentiæ visiuæ, & tactiuæ obiecta, & media manebunt, dicunt istos mansuros in actibus suis, de cæteris autem dicunt, ꝙ obiecta, aut media conuenientia non manebunt, ideo non manebunt sensationem. Alij dicunt, quòd manebunt omnes sensus in actu, quia id, quod est medium in visu, & tactu est medium in alijs, sed visus, & tactus manent in actu, ergo & cæteri manebunt. in visu enim medium est aer, qui etiam est medium in auditu, & odoratu, vt patet secundo de Anima. Medium quoque gustus idem est cum medio tactus, cum vtriusq; sit medium intrinsecum, & etiam ipse gustus sit quidam tactus, secundo de Anima. Ergo manebit gustus si manet tactus. De obiectis etiam istorum trium sensuum dicunt, quòd manebunt in patria: nam erit ibi odor, & suauissimus quidem, sicut Ecclesia cantat de corporibus Sanctorum. etiam obiectum auditus, scilicet, laus vocalis. vnde dicit August. super illud Psal. Exultationes Dei in gutture eorum, quòd corda, & linguæ non desinent laudare Deum. Est dicendum, quòd si accipiatur manere potentias in actu sentiendi, iuxta modum quem habent hic, non manebunt in beatis, nisi sensatio videndi, quia constat, quòd in beatis non erit aliqua passio naturalis, aut materialis, sed solum spiritualis, quia immutationes naturales faciũt ad corruptionem, quæ non erit in beatis, solus autem visus est, qui est per immutationem solã spiritualem: nam nõ fit ibi immutatio naturalis, nisi multum per accidens, vt in forti luce. In cęteris aũt licet ipsa sensatio sit solũ immutatio spiritualis, tñ fit semꝑ cũ quadam naturali transmutatione tam medij, quàm organi, & tamen materialis immutatio repugnat beatis, ideo necesse est dici, quòd cæteri sensus, vel non habebunt actum aliquem in beatis, vel non habebunt talem modum sentiendi, qualem hic. Item quia aliq solũ sunt ad necessitatem nutritionis, sicut gustus sensus, constat aũt ꝙ non manebit gustus in isto actu, qa post resurrectionem, neque est manducare, neque bibere. Idem si gustum ponamus manere, oportet, ꝙ maneat secundum alium actum multum distantem, & ita quando dicimus, quòd non manebunt omnes sensus in actu suo in beatis, intelligitur quantum ad modos sentiendi quos tenent hic, quòd tamen maneant quantum ad alios modos, & fines sentiendi non est inconueniens, cum quodlibet sentire in

se sit perfectio quædam, & quantum ad hoc an maneant, vel non, est problema neutrum, quia non potest sufficienter dissuaderi altera pars, ideo satis potest concedi, quòd maneant sensus omnes, quantum ad alios modos sentiendi, licet etiam auferendo actum alicuius eorum in totum non est aliquod inconueniens, sicut auferendo auditum, & gustum, & odoratum, qa non videtur aliqua necessitas ponendi actus eorum, & ideo possunt teneri vtraque argumenta, & etiam ad vtraque responderi.

Ad primum dicendum, quòd poni sensationem tactus videtur necessarium in beatis, & ideo illi, qui dicunt non manere omnes sensus in actu, ponunt saltem istos duos, idest, visum, & tactum: nam in beatis erit medium tangendi, erit etiam obiectum tactus, G idest, qualitas tangibilis, & potentia in organo dispósito, ergo videtur necessario ponenda sensatio tactus: nã medium in tactu est intrinsecum, scilicet, caro, & manet in beatis: obiectum autem est qualitas tangibilis, & sunt istæ qualitates, quæ veniunt ad compositionem mixti, & manent in eo, scilicet, frigiditas, caliditas, humiditas, siccitas, molle, & durum, asperum, & leue: omnia hæc manebunt in beatis, licet in meliori habitudine, quàm hic, ideo cum hæc præsentia sint necessario sentiet illa beatus. Nisi forte dicamus eum absorptum, & inebriatum a diuina visione non vti sensibus, quod falsum est, quia non erit ibi ecstasis, quæ fit propter defectum animæ, & potentiarum, vt dictum est præcedenti quæstio. hoc tamen sentien- H dum, quòd inter qualitates sensibiles nullæ sunt, quæ immutent sensum cum maiori naturali alteratione, quàm qualitates tangibiles, eo quòd quatuor principales tangibiles qualitates dicuntur passiuæ, & actiuæ qualitates, & origo omnis actionis, & passionis naturalis, & quæ cõsequuntur quamlibet materiam, quod non fit quantum ad cæteras qualitates sensibiles, quæ non consequuntur vniuersaliter materiam, neque etiam habent actionem, & passionem naturalem, sed spiritualem, & tamen tangibiles qualitates magis habent de naturali immutatione, quàm de spirituali, vel intentionali, & ob hoc dicitur, quòd nullus sensus est melior, quàm tactus, & nullus melius immutatur, quia nunquàm tactus immutatur sine ali- I qua naturali alteratione, & quanto fuerit maior perfectio in actu tactus, idest, maior delectatio, tanto erit maior alteratio naturalis, sicut apparet in actu venereorum, & ideo tactus quantũ ad conditionem quam hic habet, non poterit manere in patria: nam sensus tactus est in animalibus ad seruandam vitam: nam secundum illum iudicamus de qualitatibus, in quibus vita consistit, scilicet, in harmonia calidi, humidi, frigidi, sicci, & tamen si nõ sentiremus ista ad hoc, quòd possemus fugere ea, quæ deducendo ad extremũ tollunt harmoniam, statim periret quodlibet animal, quia in igne positũm, aut in magno frigore non recederet, si non sentiret dolorem, & tamen manendo ibi traheretur necessario ad extremum calidi, aut frigidi, cum quibus nulla vita manet, ideo nullus est tam necessarius, sicut tactus, & ideo est communis omni animali, quod non est de cæteris. quantum ad istum finem non manebit tactus sensatio in patria, quia nõ erit ibi aliquid, quod possit nocere corporibus beatorum ad tollendum harmoniam, in qua consistit vita, & dato, ꝙ ibi aliquid tale esset, nihil posset agere, quia illa corpora iam facta erunt impassibilia. Item sensus tactus est ad percipiẽdum quasdam delectationes, secundum quas animalia perfecta, maxime mouentur ad cõseruationem speciei, scilicet, ad generationem, quia animalia (vt communiter) natura ingeniante, magis delectantur in coitu, quàm in alijs actibus, quia F iste solus est directe ad conseruationem speciei, cæteri vero ad conseruationem indiuidui, & tamen delectatio venereorum fit in sensu tactus solo. De hoc dicendum, quòd non manebit in patria, quia ibi neque nubent, neque nubentur, vt Christus dixit, infra 22. & Lucæ 22. sed sunt sicut Angeli Dei. Sciendum etiam, quòd licet sensatio tactus fiat magis materialiter, quàm cæteræ sensationes, in beatis tamen non fiet ita materialiter, quia vt dictum est supra quæstio. 114. in solutione secundi argumenti, immutatio materialis est per accidẽs ad sensationem, nunquàm enim fit sensatio per solam immutationem matẽtialem, recipiendo formam secundum esse materiale: nam debet immutari potentia sensitiua, & illa nunquam põt immutari, nisi per speciem, quia in ea nunquã recipitur forma secũdum esse materiale. Si enim reciperetur forma ſm esse materiale, non posset recipi, nisi illa sola, & tamẽ quilibet sensus sentit per formas quascunq; ẽt oppositas, pertinentes ad eandem potentiã, vt tactus sentit calidum, & frigidum, humidum, & siccum: ergo frigiditas, & caliditas non recipiuntur in potentia actiua, & non immutant illam, sed ipsa species istorum, quæ spiritualis est, & illa facit per se sensationem, sicut ergo oculus recipit speciem albi, & nigri, rubei, & viridis, & non efficitur ipse niger, albus, rubeus, & viridis, præcipue cum contingat simul hæc omnia recipere (quod erat impossibile, quantum ad esse materiale) ita & tactus recipiet in patria solum species calidi, & frigidi, humidi, & sicci, & non recipiet ipsas formas, & ita organum tactus nunquàm alterabitur, quia nunquàm efficietur calidum, & frigidum, humidum, & siccum, sed in dispositione illa in qua ceperit esse gloriosum, in illa manebit, & illud erit sibi dispositio naturalis, sed recipiet species frigidi, calidi, humidi, sicci, mollis, & duri, leuis, & asperi, quæ est receptio sola spiritualis, sine alteratione, & tunc nulla erit passio recipiendi, sed solum perfectio, inquantum sentire dicit quendam gradum cognitionis: ignis ergo approximatus corpori glorioso, sentietur ab eo esse calidus, non poterit tamen calefacere corpus gloriosum, & ita non alterabit eum, sed manebit in gradu dispositionis suæ, & hoc modo sicut non alterat, ita non affligit, sed efficitur ita spiritualis sensus tactus, sicut visus, quod existentibus nobis hic non contingit. Ad secundum de gustu dicendum, quòd non videtur necessarius ad aliquid in beatis: nam tactus videtur necessarius ad aliquid, quia ibi est medium sentiendi, & obiectum, vt si beatus manu propria contingat aliquã partem corporis sui, manifestũ est, ꝙ sentiet illud esse molle, vel durum, calidum, vel frigidum, cum sit magis declinans ad vnam qualitatẽ, q̃ ad alteram. de gustu tamen non est eadem ratio, qa licet medium sentiendi, i. caro maneat ibi, tñ nõ vr manere obiectum, i. sapor, qm̃ sapor est in re gustabili, & ibi nihil gustabimus: nam gustare fit hic ad nu- K triendum, reparando deperditũ, constat aũt ꝙ ista nutritio, & augmentatio non manebit in beatis, quia hæc sunt generatio quædam vera, & corruptio, q̃ in beatis nõ crũt. ista ẽt nunc sunt propter imperfectum statũ naturæ nostræ, q̃ sine cibis nõ conseruatur, & tamen tunc nullus defectus erit, iõ nõ manebit ibi sumptio ciborum, & ita quantum ad illum vsum, quem nunc gustus habet inter nos, non manebit in patria. Ideo solet dici a quibusdam, quòd actus gustandi non manet in beatis. An tamen manet ibi actus gustandi, sine sumptione ciborum, & potuũ non apparet, tunc enim deberemus dicere, quòd beati haberẽt semper aliquem saporem in lingua: nullum tamen cibum, aut potum, vel rem sapidam deglutirent.

An

An vero sit talis sapor non apparet, quia non est A necesse poni. Quidam tamen ponunt illum dicentes, quòd redundabit quidam sapor, semper manens in lingua, redundans a beatitudine animæ. Sed tunc dicetur, quòd hoc non esset sentire in gustu, quia vt dictum est præcedenti quæstio. quando species existens in organo imaginationis, vel in ratione per victoriam partis imaginatiuæ, effluit vsque ad principium sentiendi in organo sensus particularis, non dicitur hoc patiens sentire, sed videtur ei quòd sentiat, sicut fit in phreneticis, & mentecaptis, & tamen in beatis non erit deceptio aliqua, sed si videbitur eis, quòd sentiunt, oportet poni, quòd vere sentiant, ideo non erit talis modus sentiendi.

Aliqui ergo dicunt, quòd in lingua beatorum erit B quædam humiditas semper saporosa, manens quæ est subiectum saporis, vel est ipse sapor materialiter acceptus, & ita erit vera gustatio, quia non erit species aliqua saporis, fluens ab intra, sed ab extra, & ita humiditas a Deo erit creata, vt maneat semper in lingua, & ita manebit semper quædam oblectatio suauissimi saporis, & hoc modo non videtur inconueniens, quòd maneat sapor semper in beatis. Et tamen etiam istum modum non cogimur ponere, quia nihil est, quod vrgeat.

Ad tertium de odoratu dicendum, quòd non est necesse poni aliquam odorationem, tum quia non est ibi medium odorandi, scilicet, aer. tum quia non oportet poni ibi aliquem odorem, sicut necesse est C poni quandam visionem, & sensationem tactus. Et tamen est dubium, an sit possibile poni odorationem. Et difficultas videtur quomodo possit poni odor, quia odor putatur fieri cum fumali euaporatione, quæ ibi non erit: nam talis euaporatio est resolutio, & quod resoluitur corrumpitur, & aliquando corruptum erit.

Dicendum autem, quòd potest poni odor qui sit sola qualitas spiritualis sensibilis, & non sit aliqua qualitas materialis, vel passio, sicut enim visio fit per solam multiplicationem speciei, factam ab obiecto, in qua multiplicatione non transit aliqua qualitas materialis, sed sola species defluit, ita potest odor multiplicari a re non faciendo aliquam euaporatio- D nem fumalem, & tunc non erit aliqua passio, vel qualitas materialis, sed sola species intentionalis odoris, quæ immutet potentiam, & talem odorationem non est inconueniens poni in beatis, quia ab illis solum auferimus alterationes, & receptiones qualitatum materialium. Quòd autem odor possit fieri intentionaliter sine euaporatione fumali, apparet, quia aliquando fit odor in tanta distantia, quòd non potest esse resolutio perueniens vsque ad illam, vultures enim currunt percepto odore, ad cadauera ex locis remotissimis, & tamen non erat possibile, quòd fumalis euaporatio peruenire vsque ad loca vbi vultures odorare incipiunt, etiam si corpora quantum ad se tota resoluerentur in fumalem substãtiam, ma- E xime quia non fit odor per lineam rectam, versus vnam positionem, quia tunc forte parua resolutio in tenuissimum fumum, sufficeret ad perueniendum in longinquum, sed tam odor, quàm omnia sensibilia per totum medium versus omnem positionem æqualiter se diffundunt, & hoc modo etiam si corpora penitus resoluerentur, non peruenirent ad magnam distantiam, emittendo odorem, ideo necesse est odorem diffundi intentionaliter, & talis diffusio potest venire ad quamcunque distantiam, & dato, quòd per aliquam partem medij, deriuetur odor sine fumali operatione, poterit per totum medium sine illa diffundi per solam spiritualem multiplica-

tionem, sicut fit in visione: nam species materialis, idest, albedo, & nigredo per nullam partem medij deriuatur, sed per totum medium multiplicatur species visibilis, ita odor spiritualiter per totum medium defluet, sed corpora sine vlla passione, & alteratione, aut resolutione facta in eis, emittunt odorem multiplicando, sicut sine vlla alteratione per solam naturalem conditionem multiplicant speciem visibilem, & talis emissio odoris, & susceptio eius non est inconueniens in beatis, cum non dicat alterationem aliquam, quòd tamen odor emittatur cum fumali euaporatione non est negandum fieri. Nunc fit enim ista euaporatio tam propter conditionem corporis emittentis odorem, quàm propter conditionem corporis susceptiui. De emittente patet, quia omnia ista sunt in quadam resolutione continua licet parua: nam semper est actio, & passio in mixtis, & consequenter est semper aliqua resolutio, potissime in corporibus teneris qualia sunt omnia multum odorabilia, & ille vapor resolutus pars quædam substantiæ est, & peruenit aliquando vsque ad organum sensitiuum si sit propinquum, aliquando autem non peruenit ista euaporatio, sed sola species odoris, siue intentio, & tamen quando peruenit euaporatio fumalis magis immutat, quam sola species. Quòd autem interdum perueniat euaporatio realis, apparet, quia non solum sentitur odor, sed etiam membra corporis nostri efficiuntur odorifera, quod fit ex perfusione illius substantiæ odoriferæ: nam species odoris est intentio, & aliquid spirituale, & non potest afficere aliquod subiectum secundum esse materiale, sed solum immutat organum odoratus: talis tamen perfusio non fit, nisi ex tactu rei odoriferæ, vel ex propinquitate magna, quando sit fortis resolutio fumi grossi implentis medium. Et apparet, quòd Ratio, ꝙ fumalis odor est aliqua substãtia corporea. fuerit aliqua subitantia corporea ille fumalis odor, quia si quis perfundatur tali odore, & postea fortiter lotus defricetur in aquis, non manebit in eo odor, si tamen esset sola intentio odoris, cum illa sit spiritualis, nec posset tolli per aquam, neque per ignem. De secundo, scilicet, de conditione susceptiui dicendum, quòd potentia odorifera requirit organum valde siccum ad hoc, quòd sit valde passibilis ab odore, si autem organum operiatur aliquibus humiditatibus grossis, impeditur odorare, nisi fiat fortis actio, & quia actio materialis est fortior, quàm spiritualis, cum in actione materiali fit simul materialis, & spiritualis, ad hoc quòd talia immutentur ad odorandum, oportet peruenire verum odorem vsque ad organum, & quia verus odor est qualitas materialis, quæ non inuenitur sine subiecto, fit quædam euaporatio fumalis, & in illo fumo resoluto est odor, licet fumus non sit odor, quia fumus substantia est, quando autem fumus iste peruenit, valde immutat etiam sic organum aspersum humiditatibus, non tamen oportet dici, ꝙ peruenat semper realiter euaporatio vsq; ad organa humiditatibus impedita, sed ꝙ peruenat vsq; ad propinquitatem: nã licet species odoris, & quelibet sensibilis species sit spiritualis, tamẽ hẽt quandã cõditionem entis materialis, quã to enim species sensibilis fuerit in remotiori a sua origine, tãto debilius immutat, quod apparet in specie visibili, & ideo intentio odoris, quãdo est proxima euaporationi fumali, etiam si non peruenat simul cum euaporatione multum immutat, quod non facit, quando est distans, ideo vaporatio fumalis etiam si non peruenat semper vsque ad organum odoratus, multum confert ad odorationem propter impedimentum organi odoratiui, quod non fieret si solum spiritualiter multiplicaretur odor, sicut species

visibilis, in beatis autem non erit aliquod impedimē-
tum ex parte organi, ideo non egebunt fumali vapo-
ratione ad odorādum, non enim erit organum suum
aspersum aliqua superflua, vel non naturali humiditate,
& ideo non solum ab excellentibus, & immoderatis
odoribus immutabitur, sed etiam a quibuscũque
differentijs odoris etiã a paruis, nos autem male odo-
ramus, & generaliter tota humana species modicum
odorat, & hoc fit propter magnam humiditatem ce-
rebri: nam multum de cerebro habemus, & valde hu-
midum, & valde propinquum organo odoratus. so-
los ergo magnos odores percipimus, & in parua di-
stãtia, & de illis parue iudicamus. Alia autem anima-
lia a longe odorant, vt vultures, & hoc quia mouen-
tur a paruis odoribus: nos autem species quidem quo
rundam odorum in organo suscipimus, sed ab eis nõ
immutamur. Etiam in odoribus quos suscipimus, pa-
rum discernimus, quod in canibus apparet, qui per
odorem cognoscũt indiuidua, & sequuntur per odo-
rem, poterit ergo conuenienter in Sanctis manere
odoratio sine resolutione, & erit odor ille suauissi-
mus. Ad quartum de voce, & auditu dicendum quòd
non est necesse poni ibi vocem, & auditum: nam aut
vox erit propter beatos, qui in alterutrum loquantur,
aut vt Deo loquantur: non primo modo, quia vox est
ad exprimendum conceptum animi, 1. Periher. & ta-
men cogitationes beatorum erunt eis inuicem notæ
sine voce, ideo ad hoc non erit opus, & ita cessat ibi
auditus esse ianua intellectus, & ad disciplinam. Nec
etiam erit propter Deum, quia Deus nos intelligit si-
ne voce, quòd etiam hic facit: nobis tamen orare vo-
caliter valde prodest hic ad merendum, vt ostensum
est supra 6. cap. quæstio. 94. In patria autem etiam pro-
pter nos nõ erit vtile orare, aut laudare, quia iam ces-
sabit locus merendi, ideo nõ est aliqua necessitas ma-
nendi ibi vocem, & auditionem. An tamen maneat,
dubium est, quia quidam volunt manere laudem vo-
calem in patria, sicut August. in multis locis vult, &
etiam aliqui alij. Sed tunc manet dubium, quomodo
poterit esse vox, quia hoc videtur facere alterationẽ
realem, quæ cessabit in beatis. Aliqui autem dicunt,
quòd in beatis erit vox solum intentionaliter, idest,
species vocis, & non motus ipse realis, & iõ non opor-
tebit poni aliquam passionem. Sed hoc non multum
videtur: nã quòd vox habeat intentionem, quæ pos-
sit multiplicari ad locum ad quem non peruenit so-
nus realis, manifestum est, intentio tamen nunquàm
multiplicatur, nisi a forma materiali, & non habens
formam materialem, non potest multiplicare, sicut
species visibilis non fit, nisi ab habente colorem, &
emissio odoris non fit, nisi ab eo in quo est realiter
qualitas odorabilis, ita igitur species, vel intentio vo-
cis non emittetur, nisi ab illo in quo fuerit vox, quæ
est qualitas materialis, sed vox illa est quædã qualitas
materialis, causata ex percussione aeris inter duo cor-
pora, vel ex impetu corporis ad aerem, vel ecõtrario,
ideo ad hoc, quòd fit species vocis, vel intentio, neces-
se est præcedere fractionem aeris. Sed tunc est diffi-
cultas quomodo poterit frãgi aer in patria, quia non
erit ibi cum non sit aer extra loca elementorum. Ali-
qui dicunt, quòd in cœlo empyreo erit aer qui fran-
gatur, & in quo possit formari vox, sicut hic, & ille
aer seruatur a Deo ibi in æternum incorruptus, quia
ibi non est locus generationis, & corruptionis. Sed
tunc manet difficultas, quia ponitur magnum mira-
culum sine causa, scilicet, esse aerem extra loca ele-
mentorum supra totam mundi summitatem. Secun-
do, quia dabitur, quòd non sint cœli corpora solida,
vel continua, vel contigua, sed intermedium est cor-
pus alterius naturæ: nam sic non erunt beati in cœlo
F empyreo, sed erunt in quodam aere, qui erit in aliqua
concauitate cœli empyrei, vel supra totum cœlum
empyreum. Dicunt tamen quidam, quòd ista non
sunt inconuenientia, sed quòd ita maneat ibi aer in
æternum. De primo dicunt, quòd non est inconue-
niens, quia sicut aer in sphæra sua cœpit esse per crea-
tionem, ita aer cœli empyrei creatus est ibi, & non
est translatus aliunde, non est autem miraculum,
quod maneat in loco in quo creatus est: nam ita est
illi naturale manere ibi, sicut aeri nostro manere in
sphæra sua, & ille poterit esse eiusdem speciei cum
aere elementali, non tamen corrumpetur, quia ibi
nulla est actio contrarietatis, & tamen corruptio fit
per actionem contrarietatis, illum ergo frangeret
G vocando, & spirando, & respirando attraheret si ali-
quis mansersit ibi. De secundo dicunt, quòd non est
inconueniens, quia bene possunt dari loca continen-
tia corpus alterius naturæ intra cœlum, & ita erit ibi
aer. Sed quidquid dicatur non est hæc opinio bene
suasibilis si insistatur, sed quoniam res incerta est, nõ
oportet multum immorari. Alij dicunt, quòd non
sit corpus aliquod naturæ extraneæ in cœlo empy-
reo, & ita non sit ibi aer, sed dicunt, quòd ipsa tota
materia cœli empyrei, est taliter rara, quòd est fran-
gibilis ad formationem vocis, & volunt, quòd cœ-
lum empyreum sit rarum, & cœlum aqueum, siue
crystallinum sit solidum, & ideo pedes Sanctorum
sint super ipsum cœlum aqueum innixi, & corpora
H eorum sint intra cœlum empyreum, cuius materia
cedit corporibus densis, sicut cedit aer, & ita possunt
formari ibi voces, siue in aere, & frangetur materia
cœli empyrei a lingua glorificata in laudem Dei, &
hoc tangit Beatus Thom. de Aquino, 2. Sentent. di-
stinctio. 2. dicit tamen, quòd nec propter hoc sequi-
tur, quòd cœlum empyreum sit generabile, & cor-
ruptibile, quia raritas, & densitas sunt æquiuoce di-
cta in illo corpore, & in istis mixtis, vel elementis,
& dicit sic ponere Astrologos inter duas sphæras,
quæ non possunt scindi, esse aliquod spatium ple-
num corpore diuisibili, cum in illo spatio sit mo-
tus planetarum secundum motum epicicli, & ta-
men adhuc omnia hæc dubia sunt: nam poni talia
I loca, plena corpore diuisibili, non est vsquequaque
concessum, licet non videatur impossibile, licet de
hoc non est nunc discussioni locus. Alij dicunt, quòd
vox formabitur per fractionem aeris, & tamen iste
aer non erit intra cœlum empyreum, neque erit ip-
sa materia eius rara, ita vt frangi possit a lingua, sed
ille erit aer, qui erit intra pulmonem, & organa vo-
calia Sanctorum, sicut enim quædam animalia ha-
bent spiritum complantatum, ita & beati habebunt
aerem connaturalem intra organa vocalia, qui nun-
quàm peribit, sicut enim spiritus complantatus ani-
malibus non perit, vt dicitur libro de Somno, &
vigilia, ita & in sanctis manere aerem in organis vo-
calibus, quasi iam naturaliter complantatum est sa-
K tis verisimile, & dato, quòd iste aer non spiretur,
& respiretur, quia in patria non videtur mansura spi-
ratio, & respiratio, quæ fit propter conseruationem
cordis calidi, tamen manens intra hominem in or-
ganis vocalibus, sufficiet ad formationem vocis:
nam non est credendum, quòd spiratio, & respira-
tio, in qua aer eijcitur, & attrahitur, sit necessaria
ad formationem vocis, immo vt dicitur secundo de
Anima, in spirando, & respirando non potest animal
formare vocem, & sic aer manens non respiratus
sufficiet ad formationem vocis.

Quędam animalia habẽt spiritũ complantatũ.

Sed obijcietur, quòd præter aerem interiorem re-
gratur aer exterior, cuius fractione, & motu vox defe-
ratur: nã vox cũ tremore quodã aeris exterioris fit, &
tamen

tamen ibi aer non est exterior, & sic redit prior diffi-
A cultas. Dicendum ad hoc, ꝙ non requiritur aliquis
aer exterior hic, sed solum interior. Pro quo scien-
dum, ꝙ quædam sensibilia deferuntur ad sensum so-
lum spiritualiter, vt species colorum, quædam autem
solum materialiter, quę contingunt organum secun-
dum esse materiale, sicut sensibilia tactus, & gustus,
quædam autem vtroque modo, idest, partim mate-
rialiter, & partim spiritualiter, sicut species odorum,
quæ a principio egreditur, cum quadam fumali eua-
poratione, & tunc extenditur qualitas sensibilis ma-
terialiter, quia euaporatio fumalis est substantia, id-
est, corpus quoddam, siue fumus tenuis resolutus de
corpore, & in illo corpore fundatur qualitas mate-
rialis, quæ est odor, & quandiu durat illa euaporatio
B fumi, extenditur odor secundum esse materiale, po-
stea autem non potest manere, quia non est accidens
sine subiecto, sed incipit tunc extendi odor secun-
dum esse spirituale, vel intentionale, & peruenit ad
loca ad quæ non posset peruenire materialiter, vt
ostensum est supra de odoratione vulturum, sic au-
tem erit de voce, scilicet, quòd illa incipiat esse secun-
dum esse materiale in organis, in quibus formatur, &
ibi aer est connatus, qui semper manet intra illa or-
gana, & ibi est confractio, & motus, sed cum vltra
procedit vox, scilicet, extra os loquentis feretur so-
lum secundum esse spirituale, & ita non erit necessa-
ria confractio aliqua, neque motus aeris in medio, &
C ita sine aere poterit fieri vox in cœlo empyreo, quia
aer solum manebit intra corpora Sanctorũ, non qui-
dem ad vsum spirandi, & respirandi, quia hæc non
erunt ibi, sed solum ad vsum formandi voces in Dei
laudem, ne aliqua pars corporis nostri vacet a Dei lau
de, & gloria. Et hoc quidem satis rationabiliter di-
ctum est, si tamen quis dicere voluerit, quòd in patria
non erit vocalis locutio, non est inconuenienter di-
ctum, quia non manet aliquid ad quod sit vox neces-
saria. Ad quintum de visu dicendum, quòd manebit
visus, quia non est aliquis sensus, cuius sit actus specia-
lior, & qui magis conueniat in patria, & propter ab-
stractum esse a conditione esse materialis, non inclu-
dit inconuenientia, etiam manebit ibi obiectum, &
D medium: nam obiectam est coloratum, & lucidum,
& vtrũque manebit: medium autem ipsum actu dia-
phanum, per quod defertur species visibilis, & etiam
hoc erit, quia cœlum empyreum diaphanum est.
Cum vero obijcitur de claritate pupillæ, dicendum,
quòd non impedit quin figantur in ea species, dum
tamen maneat perspicua, vel diaphana, in eo enim
quod clarum est, si non est perspicuum, non figun-
tur species, ficut in corporibus non tersis, & regulari-
bus: diaphanum autem siue perspicuum quantum-
cunque illuminetur, semper est conueniens medium
deferẽdi speciem visibilem, vt patet in aere per quem
quanto fuerit magis illuminatus, magis viderentur
quælibet visibilia, nisi per accidens oculus impedia-
tur a magnitudine lucis, sicut noctuæ per diem nihil
E vident, & per noctem vident. Quòd autem dicitur in
speculo in quod incidunt radij Solis, non videri spe-
cies rerum obiectarum. Dici potest vno modo, sicut
dictum est præcedenti quæstio. quòd infiguntur quæ-
dam species in speculo illo, cum sit tersum, & perspi-
cuum, & tamen propter magnitudinem radiorum
Solis reflexorum non sentitur immutatio facta a spe-
ciebus infixis speculo, & tamen ibi sunt, & reflectun-
tur ad oculos, & videntur simul cum radijs Solis. Alij
dicunt, quòd infiguntur species speculo, & tamen nõ
reflectuntur ad oculos respicientium speculum, quia
ad reflexionem specierum in corpore requiritur dia-
phanitas in qua recipiatur species, & obscurum ali-
A quod a quo fiat reflexio, & ideo in speculis ponitur
plumbum ex parte posteriori, quod opacum est, &
tunc reflectitur species, si autem nullum corpus ob-
scurum ponatur, manente vitro simpliciter non fiet
reflexio alicuius speciei, sed transeunt omnes radij,
cum autem superficies speculi operitur magna luce
Solis, tollitur illa obscuritas requisita ad reflexionẽ,
ideo non reflectuntur species, licet ibi maneant infi-
xæ, in patria autem in oculis beatorum manebit si-
mul claritas, & perspicuitas, ideo recipi poterunt
species in pupilla, & ita beati videbunt omnia obie-
cta: nam gloria non mutabit conditionem naturæ,
& tamen natura oculi est perspicuum esse. Ad sex-
tum dicendum, quòd oculus beatorum videbit om-
B nia sub angulo, sicut & nos, cum hoc sit de condi-
tione visionis. hoc tamen differt inter illos, & nos:
nam etiam nunc non vident omnes homines ean-
dem rem ab eadem distantia, sed quicunque habet
oculum perspicaciorem a minori immutatione effi-
citur videns, & quoniam quanto sub acutiori angu-
lo res videtur, tanto minus immutat, & quanto a re-
motiori videtur, tanto videtur sub minori angulo,
ideo qui habent oculos modicum perspicaces, non
vident rem positam a remotis, quam vident qui sunt
a propinquo. Oculi autem beatorum sunt perspica-
ciores, qui a leuiori immutatione immutabuntur,
ideo sub quantumcunque paruo angulo videbunt
rem, & ita quantumcunque sit res parua, & a lon-
ginquo posita, videbunt eam: vnde nihil imperfectio-
nis manebit in illis, sicut in nobis est. Qui autem vo-
lunt tenere, quòd omnes potentiæ maneant in actu
sentiendi in beatis, licet non penitus secundum eun-
dem modum quem tenent hic, concedent omnia ar-
gumenta pro contraria parte, quia illa probant de
omnibus, quòd manebunt. Qui vero tenere volunt,
quòd aliqui solum manebunt, idest, visus, vel tactus,
aut visus solus, respondebunt ad argumenta. Et ad pri
mum dicendum, ꝙ potentia comparata, quantum ad
seipsam, perfectior est coniũcta actui, q̃ separata, & tñ
considerata quãtũ ad habentẽ, non semp reddit eum
pfectiorem. habent enim q̃dã potentiæ sensitiuæ im-
perfectionem magnã in sua immutatione, vt tactus,
& gustus, ꝗa materialiter immutant, ẽt fit sensatio ea-
rũ ad supplendũ quandã indigentiã. Si enim aliunde
tollant defectus illi ipsi habenti potẽtias istas, melius
erit non manere in actu sentiendi q̃ manere, cũ illud
sentire fiat cũ quadã imperfectione, & quia ita est, ꝙ
modus sentiẽdi tactus, & gustus est imperfectus, & fi-
nis sentiendi est tollere quosdã defectus, q̃ nõ mane-
bunt in beatis, nõ erit perfectio beatis habere actus il-
los sentiendi, sed potius esset imperfectio. Ad secun-
dũ põt dici, ꝙ remunerabuntur omnes potentiæ sen-
sitiuæ, licet hoc non esset valde necessarium, quia non
manebunt illæ, q̃ prius fuerant, sicut manet idem cor-
pus, quod prius fuit, & tñ erit q̃dã remuneratio, & ista
est in quadam delectatione. Sed est duplex delectatio
E potentiarũ sensitiuarũ, q̃dã est ex redundantia aiæ. nã
sicut ex redundãtia aiæ beatificat corpus, ita ex redun-
dantia aiæ beatificabuntur potentiæ. Alia est delecta-
tio, vel perfectio potentiarum in actu proprio, & ista
in comparatione primæ non ponit gradum aliquem,
nec consistit remuneratio aliqua in hac, ideo etiam si
beati non sentirent, non minueretur aliquid de glo-
ria ipsorum, & tamen concedendum est eos sentire,
saltem quantum ad illos sensus, quorum obiecta, &
media manent in gloria, & quorum actus non im-
portant secum aliquid imperfectionis. Ad tertium
dicendum, quòd non est simile omnino desiderium
animæ, vt vniatur corpori, & potentiæ vt vniatur
obiecto: nã desiderium animæ est propter perfectio-

Duplex est delectatio potentiarũ sensitiuarum.

nem ſpeciei, quia anima nõ habet in ſe perfectam rationem ſpeciei, ſed eſt pars, & quia formalitas, & integritas eſt ratio, perfectior eſt deſiderium animæ ad corpus: potentia aũt habet eſſe ſpecificum ſine vnione ad obiectum, quia obiectum non tribuit eſſe potẽtiæ paſſiuæ, ſed immutat eam, & perficit reducẽdo in actum, & iſta vnio eſt propter quãdam perfectionem quæ inde ſequitur. in patria tamen iam cõſecutæ erũt potentiæ perfectionem aliã maiorem, q̃ ſit ea q̃ eſt in vnione ad obiectũ, vt dictũ eſt in p̃cedenti ſolutione, ideo non erit defectus in eis, ẽt ſi non vniantur obiectis ſuis, potiſſime cum q̃dam ſenſationes non ſint naturaliter, niſi ad tollendũ quaſdã indigentias, ſicut tactus, & guſtus, & tamen iam ablatæ erunt, iõ non erit neceſſaria operatio earum, neq; inclinabũtur naturaliter ad operationem, cũ illa fuerit quaſi quidam motus ad terminum, vel habitum, & iã terminus acquiſitus eſt. Ad quartum dicẽdum, ꝙ proportio q̃dam eſt inter beatos ad p̃mium, & damnatos ad pœnã. eſt cõcedendum ẽt, ꝙ vtriq; in ſenſu aliqd recipiunt. beati qdem iocũditatem, damnati qdem triſtitiã, & neutri recipiunt penitus, ſicut hic: nam nullus erit ſenſus in quo damnati non affligantur. conſtat tamen, ꝙ nõ affligentur in guſtu, ſumendo cibos amaros, ſicut hic peccauerunt, ſumendo delectabilia indebite: nã vſus ciborum, potuum, & venerorum, ſicut nõ manebit apud beatos, ita neq; apud damnatos. cæteri autẽ ſenſus ſi qd ibi recipient, nõ recipient materialiter, ſicut hic, quia tunc non ſolum affligerentur, ſed etiam corrumperentur, & tamẽ corpora damnatorum in æternum manebunt, ideo quidquid patientur in ſenſibus erit ſecundum eſſe ſpirituale, & non ſecundum modum, qui fuit hic, ita & beati in ſenſu habebũt quoddam gaudium, nõ eſt neceſſe tamen ꝙ illud ſit in ſentiendo, ſed erit in refluxu quodam facto ab anima, non quidem refluendo ſpecies, per quas videatur ſenſus immutari, ſed conferendo quandam aliam perfectionem ſenſui, quæ nõ pertinet ad ſenſationem. Ad quintum ſimpliciter concedendum eſt, ꝙ videre manebit in patria, quia ibi erit obiectum, & medium viſus, & in actu eius non eſt aliqua imperfectio, quia eſt actus pure ſpiritualis, & tamen auctoritates non omnino probant hoc, bene enim infertur ex eis, ꝙ poſt resurrectionem erit videre, non tamen an in beatis, ſed ſequitur, ꝙ in iudicio vbi eum videbit omnis oculus, erit viſio in reſurgentibus, & tamen quia illi qui beati futuri ſunt, ſtatim poſt reſurrectionem erunt beati, oportet, quòd dum iudicantur beati ſint, & ita beati habebunt vſum videndi, & in hoc non eſt inſiſtendum. Ad ſextum dicendum, ꝙ ſiue ex illa auctoritate colligatur vere motus realis futurus in beatis, ſiue non, conſtat ꝙ beati mouebuntur ſaltem de loco iudicij ad cœlum empyreum, & ſicut in eis erit motus, ita etiam erit ſenſus, & tamen non ſequitur, quòd erunt omnes ſenſus in actu, ſatis eſt enim, quòd maneant aliqui in actu.

Nullus erit ſenſus ĩ quo damnati non affligentur.

An ſubtilitas erit in corporibus glorioſis. Et quomodo eſſe penetratiuum competit proprie corpori. Et quòd conditio corporis humani, maxime reluctatur operationi animæ. Et quòd anima ſecundum ſubſtantiam eſt ſpiritus. Quæſt. C X V I I.

QVAERITVR nunc circa ſecundam dotem corporis glorioſi, quæ eſt ſubtilitas nunquid erit in illis. Aliqui dicunt, quòd non poterit eſſe in eis ſubtilitas, quælibet enim conditio gloriæ excedit proprietatem naturalem, ſicut claritas gloriæ excedit claritatem Solis. Si ergo corpora beatorum ſubtilia futura eſſent, vr̃ ꝙ eſſent ſubtiliora omnibus, q̃ in natura ſubtilia ſunt, & ita erit corpus glorioſum ſubtilius ventis, & igne, & aere, quod eſt falſum, & fuit hæreſis Patriarchæ Conſtantinopolitani, quem Greg. in eadem vrbe damnauit, vt ipſe recitat 14. lib. Moraliũ. Item videtur, ꝙ non peruenianta corpora beatorum ad magnam ſubtilitatem, ſed manent in eadem groſſitie in qua nunc, vel parum diſtet: nam ſicut caliditas, frigiditas, humiditas, ſicciditas, ſunt conditiones elementorum, ita & ſubtilitas, & groſſities, vel raritas, & denſitas. caliditas tamen, & frigiditas non intenduntur in corporibus beatorum, ſed potius reducuntur ad medium, vt ſit minor caliditas, & minor frigiditas, & ita ſit maior harmonia, ita & ſubtilitas non intendetur, vt ſint futura ſubtiliora corpora, ſed forte minus ſubtilia, vel quòd parum differat. Item ſubtilitas eſt accidens corporum propter paucitatem materiæ, vnde corpora, quæ ſub æqualibus dimenſionibus minus habent de materia dicimus ſubtiliora, vt ignis eſt ſubtilior aere, & aer terra, & aqua quàm terra, in corporibus tamen erit tantundem de materia, quantum nunc fuit, & magnitudo erit eadem, vel quaſi, ideo non erunt ſubtiliora, quàm nunc vel parum diſtabit. Dicendum, quòd ſubtilitas eſt conditio corporum glorioſorum, ſic dicitur 1. Corinth. 15. Seminatur corpus animale, reſurget corpus ſpirituale, ideſt, ſimile ſpiritui in ſubtilitate. hoc enim eſt in quo ſpiritus excedit omnia corpora, quia nihil eſt, quod ſpiritus non penetret: ergo corpora beatorũ aliquã ſubtilitatem habebunt. Item qa in corporibus quanto eſt aliquod ſubtilius, tanto eſt nobilius, & tñ corpora glorioſa erũt ſimpliciter nobiliora omnibus corporibus: ergo erunt ſubtiliora omnibus corporibus non glorioſis. Ad maiorem huius euidentiam cõſiderandum, quòd nomen ſubtilitatis inuentum eſt a virtute penetrandi, quod enim alia penetrare poteſt, ſubtile dicitur: vnde dicitur 2. de Generatione, quòd ſubtile eſt, quod eſt repletũ partibus, & partium partibus. Eſſe autem penetratiuum (vt quidam volunt) competit proprie corpori ex duobus. Primo ex paruitate quantitatis, & potiſſime ſecundum profunditatem, & latitudinem, quia penetratio fit in profundum rei, ideo profunditas quãtitatis, obſtat etiam latitudo poſt profunditatem, longitudo autem non repugnat penetrationi: nam ſi abſoluatur quãtum a latitudine, & profunditate, ita penetrabit quantum ſicut indiuiſibile, quia nihil obſtabit cum extremum huius quanti, ideſt, lineæ ſit aliquid indiuiſibile: vnde nihil magis erit, ꝙ linea penetret aliquod corpus, q̃ ꝙ punctus illud penetret, quia nihil magis ſic rumpitur, vel aperitur. Secundo fit penetratio ex paucitate materiæ, & quia rara ſunt corpora, quæ paucum de materia habent, vocamus illa ſubtilia. Ex hoc autem fuit ratio transferendi hoc nomen ſubtile ad alia, quę proprie in ſubtilitate non communicant ſecundum rationem ſubtilitatis, in corporibus enim raris, quia eſt modicum de materia eſt magis de forma, q̃ de materia, & ideo forma prædominatur materiæ, ob hoc aũt translatum eſt nomen ſubtilitatis ad alia corpora, quæ optime ſubſtant formæ, & perficiuntur ab ea cõpletiſſimo modo, ſicut dicimus ſubtilitatem eſſe in Sole, & Luna, & omnibus corporibus cœleſtibus, qa iſta perficiuntur a forma modo completo, & ideo in nullo eſt reſiſtẽtia ad actum formæ, neq; materia trahitur ad contrariã diſpoſitionem formæ, quod fit in corporibus noſtris, quibus forma non dominatur plene, ſed ipſa trahũt in partẽ oppoſitã impediendo operationem formæ, qa non ſunt ei oĩno ſubiecta, & maxime apparet in corporibus humanis, quia reluctatur conditio corporis operationi animæ, & ſi anima velit perſeuerare in operatione ſua, corpus turbat, vel corrumpitur facilius, Sapiẽ. 9. Corpus, quod corrumpitur

pitur aggrauat animam, & terrena habitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Ex hoc etiam mixta elementata quorum materia ſubditur quaſi completæ formæ ſuæ ſpeciei poſſunt vocari ſubtilia, ſic autũ, & ſimilia corpora vocantur ſubtilia, quia ſecundum ſpeciem ſuam completa ſunt, & quia perfectio eſt a forma, tunc aliqua ſunt perfecta ſecundum ſpeciem ſuam, quando materia bene ſubditur formæ, & ſic recipit totam perfectionem, quam forma nata eſt dare, ſi autem aliquod non eſt tam perfectũ, quantum ſpecies ſua perfici poteſt, impedimentum eſt niſi ex parte materiæ, quæ non recipit perfectionem totam formæ, & hoc quia non bene ſubditur ei. Ex hoc etiam alia translatio facta eſt: nam paruitas corporis, & paucitas materiæ rem penetratiuam reddũt: ergo nec eſt quãtitas, nec materia, quod eſt magis penetratiuum, & illud vocatur magis ſubtile, & ita incorporea, cum nec quantitatem, nec materiam habeant, vocantur ſubtilia, & talia nõ ſolum propter hæc, ſed etiam propter virtutem ſuam dicũtur penetratiua, quia pertingunt vſque ad intima rei, & ita vocatur intellectus aliquis ſubtilis, quia pertingit vſque ad inſpicienda intrinſeca principia rei, & proprietates naturales latentes, & ita etiam dicitur aliquis habere viſum ſubtilẽ, quãdo poteſt aliquid nimium viſu pertingere, quod non fit, niſi a perfectione potentiæ, quæ a minimo immutatur, & ita in quolibet alio ſenſu ſubtilitatem aſſignamus. Ex his autem modis diuerſimode accipitur ſubtilitas ſecundum varios pro corporibus beatorum. Quidam enim hæretici (vt refert Auguſt.) dixerunt corpora beatorum futura ſubtilia, ſicut ſpirituales ſubſtantiæ dicuntur ſubtiles, aſſerentes quòd in reſurrectione generali corpora beatorum futura ſunt ſubtilia, ſicut ſpirituales ſubſtantiæ dicuntur ſubtiles. aſſerentes, quòd in reſurrectione generali corpora conuertentur in ſpiritus, & dicunt quòd propter hoc Apoſtolus 1. Corinth. 15. vocat corpora reſurgentium ſpiritualia, ſcilicet, ſeminatur animale, reſurget ſpirituale. Sed hoc non poteſt ſtare. Primo, quia impoſſibile corpus conuerti in ſpiritum, cum non communicent in materia, & tamen conuerſio eſt eorum, quorum materia eſt pars, quæ ſit ſubiectum conuerſionis, quod & Boetius oſtendit in libro de duabus naturis, & vnica perſona Chriſti. Secundo, quia ſi hoc eſſet poſſibile, & actualiter conuertereturcorpus in ſpiritum, non reſurgeret aliquis homo, cum quilibet homo conſtet ex anima, & corpore, & tamen Apoſtolus ſupponit reſurrectionem futuram, & ibi corpora futura ſpiritualia. Tertio, quia ſi Apoſtolus nominaret ſpiritualia, quia conuertenda erant in ſpiritum, nominaret etiam ea animalia, quia in animas conuertentur cum anima, & ſpiritus idem ſint, & tamen non concedit ea futura animalia, ſed dicunt, quòd nunc ſunt animalia, poſtea vero erunt ſpiritualia, ideo non accipiuntur ſpiritualia, ideſt, quòd conuertentur in ſpiritus. Alij ergo hæretici dixerunt, quòd in reſurrectione manebunt corpora in ſubſtãtia corporum, & tamen habebunt ſubtilitatem, quantum ad rarefactionem, ita quòd in reſurrectione erunt corpora humana aeri, vel vento ſimilia. Sic refert Greg. tenuiſſe Euthicem Conſtantinopolitanum Patriarcham, quam hereſim ipſemet Greg. in eadem vrbe damnauit, vt ipſe refert 14. Moralium. Sed hoc non poteſt ſtare, quia talia corpora non ſunt palpabilia, ſicut aer non palpatur, & tamen corpus Chriſti in reſurrectione palpabile fuit, vt Lucæ 24. Palpate, & videte: etiam quia dixit Thomæ eodem cap. Mitte manum tuam in latus meum, & digitum tuum in loco clauorum, in corpore autem raro, ſicut aer, neque eſt iſta inuenire, neque manu palpare: non ergo talem ſubtilitatem habebunt corpora glorioſa: nam corpus Chriſti habet dotes materialiter loquendo excellentius, quàm omnes beati habituri ſunt, cum cæteri beati conformandi ſint ei, ad Philippen. 3. Reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. cum ergo ſubtilitas ſit futura in nobis, erit illa perfectius in Chriſto, ita vt corpus ſuum dicatur ſubtilius corporibus noſtris, ſicut eſt clarius noſtris, & tamen non peruenit corpus Chriſti ad raritatem aeris, vel venti, cum fuerit corpus ſuum palpabile, in reſurrectione ergo neque corpora cæterorum reſurgentium erunt ſubtilia ad raritatem aeream. Secundo, quia reſurgentium corpora habebunt carnem, & oſſa, quia dicitur Iob 19 In carne mea videbo Deum Saluatorem meum, & corpus etiam Chriſti reſurgentis carnem, & oſſa habuit Lucæ 24. Spiritus carnem, & oſſa non habet, ſicut me videtis habere, & tamen natura carnis, & oſſis non patitur tantam raritatem, ſicut terræ elementum, & ſubſtantia non poteſt manere ſub tanta raritate ſub quanta eſt aer. Alius ergo modus ſubtilitatis aſſignandus eſt corporibus beatorum, quæ nec ſit propter paruitatem quantitatis, cum non reducantur ad indiuiſibilitatem puncti, nec ſit propter raritatem materiæ cum non poſſint effici tam rara, ſed iſte modus videtur eſſe propter actiuitatem eorum. Dicũt enim quidam corpus eſſe tripliciter ſubtile: nam vt dictum eſt ſubtile dicitur a conditione penetrandi, eſt autem tripliciter penetratiuum, ſcilicet, propter paruitatem quantitatis, propter raritatem materiæ, & propter virtutem actiuitatis. De primis duobus patet. De tertio, vt vinum eſt penetratiuũ magis quàm aqua, quod apparet, quia ſi quis bibat aquam cum modico vino, magis refrigerabitur ab æſtu, quàm ſi bibat ſolam aquam, & tamen vinum magis habet de materia quàm aqua, cũ ſit groſſioris ſubſtantiæ, quia eſt per expreſſionem de vuis, & tamen propter ſuam actiuitatem eſt valde penetratiuum, & facit penetrare aquam ad quædam loca corporis ad quæ ipſa ſola non penetraret, ſed vinum aperit viam, quia eſt potentius in operando, & ita corpus beatum erit ſubtile per virtutem operatiuam, vt penetrare poſſit. Et tamen vnde proueniat ei iſta perfectio operandi, eſt dubium. Aliqui dicunt, quòd prouenit iſta perfectio corporum beatorum ratione quintæ eſſentiæ, quæ dominabitur in eis, & ſicut corpora cœleſtia ſunt bene ſubdita formæ, ita erunt corpora reſurgentium propter participare in materia. Sed non ſtat, primo quia natura corporis cœleſtis non poteſt intrare in compoſitionem corporis humani, quia iam non ſolum efficeretur alterum numero, ſed etiam alterum ſpecie, vel natura. Secundo, quia dato, quòd poſſet venire in compoſitionem ad hoc, quòd natura cœleſtis prædominaretur, ita quòd traheret corpus ad conditionem ſuam extrahendo illud de conditione elementali, oportebat ꝙ plus ſecundum quãtitatem eſſet de materia cœleſti, quàm de elementali, & tamen hoc non ſtat, quia tunc corpora humana reſurgentiũ non eſſent eiuſdem ſtaturæ, cuius ſunt nunc, niſi forte tantum minueretur de natura elementali, quantũ additur de cœleſti, & non haberet homo dimidium corporis ſui de veritate ſubſtãtiæ, quæ prius fuit, quod omnino repugnat integritati reſurgentium, cum tñ ſupponitur, ꝙ in eadem ſtatura reſurgent. Alij dicũt, quòd corpus cœleſte ſecundum ſubſtantiam non intret in compoſitionẽ corporũ humanorũ reſurgẽtiũ, ſed ꝙ corpora, q̃ ſunt de ſubſtantia elemẽtali induant proprietates corporis cœleſtis, & ex eius dominio fieret ſubtilitas in corpore humano. Sed hoc non ſtat, quia cum proprietas corporis cœleſtis ſit quali-

tas naturalis, si ex illa sortirentur corpora resurgentium subtilitatem, cum subtilitas sit dos gloriæ esset proprietas naturalis causa gloriæ, quod abiurdum est, quia per nihil naturale potest inesse gloria, neque est alicui gloria naturalis, nisi Deo qui per naturam suã gloriosus est, & est alijs gloriam conferens per voluntatem simul, & naturam. Aliter ergo dicendum est, quòd perfectio illa corporis, secundum quam reddetur subtile, prouenit ex dominio animæ glorificatæ, quæ est forma corporis supra corpus, ratione cuius corpus spirituale dicitur: nam est totaliter subditum animæ ad participandum perfectionem eius, quæ forma ipsius est, & dum viueret non potuit anima sibi tenere illud subditum: nam si tenere potuisset, effectum fuisset impassibile, sed prouenit animæ hoc ex perfectione gloriæ. Et quoniam anima est secundum substantiam spiritus, & secundum operationem est prompta ad omnia, reddit corpus sibi subditum penitus, inquãtum quidquid anima vult operari per corpus potest facere, & hoc est reddere illud spirituale, & subtile, idest, penetrans omnia, sicut anima per operationem suam omnia penetrat, & qua omnia penetraret si maneret absoluta a corpore. Ista tamen spiritualitas, qua corpus animæ subijcitur, participatur dupliciter. Vno modo subijcitur anima corpori plene ad participandum esse specificum, accipiendo esse specificum, non solum pro hoc quod est dare esse formale, & substantificum, sed prout est dare omnem perfectionem, quæ est ad operationes quas anima exercet per corpus. Alio modo subijcitur corpus animæ, vt motori, idest, solum, vt mouet ipsum non exercendo aliquam operationem conuenienter speciei: nam mouere localiter non est operatio determinate competens formæ alicuius speciei, sed competit omni formæ rei viuentis fere præter plantatiuum. In quantum ergo anima mouet corpus non exercet aliquam operationem specialem, conuenientem conditioni animæ, quantum ad primam subiectionem sortitur corpus dotem subtilitatis, quantum ad secundã sortitur agibilitatem, & ideo modicum differt agilitas a subtilitate, & propter hoc Apostolus vocans corpus spirituale, tetigit vtranque dotem tam subtilitatis, quam agilitatis. Et ita dicit Gregor. quòd corpus erit subtile per effectum spiritualis potentiæ, idest, virtutis ad operandum, non autem mutabit aliquid de magnitudine sua, sed erit eiusdem quantitatis, & staturæ, etiam habebit æquale de materia, ideo nòn erit tunc rarius, quàm nunc. Ad primum concedendum, quòd sicut corpus gloriosum erit lucidius omnibus corporibus non gloriosis, ita erit subtilius, non quidem subtilius, idest, rarius, vt sit sicut venti, sed subtilius, idest, magis habens virtutem penetrandi propter hoc quòd erit perfectè subditum animæ, quæ est forma, & hoc non habebit aer, neque ignis: nam ista nõ possunt penetrare corpora solida, & tamen corpus beatum penetrabit quodcunque solidum. Ad secundum dicendum, quòd frigiditas, calor, humiditas, & siccitas non intendentur in beatis, sed magis reducentur ad medium, eo quòd nunc aliquæ earum excedunt præter proportionem, & est via ad corruptionem, tunc autem quia manebit corpus in tali habitudine, vt non sit corruptibile, necesse erit, quòd reducantur qualitates alteratiuæ ad medium, vbi est habitudo conueniens incorruptioni de subtilitate, prout opponitur densitati, idest, multitudini materiæ. Dicendum, quòd corpora non intendentur, neque remittentur, sed manebit eadem habitudo, idest, tantum de materia: nam non poterant corpora aliter fieri rariora, nisi quia manente eadem materia fierent maiores dimensiones, idest, maior statura

Gloria nulli est naturalis nisi soli Deo.

F corporum, aut quia manente eadem statura tollatur aliqua pars materiæ præexistentis, & ita efficiatur corpus rarius, & tamen neutrum erit, cum maneat in resurgentibus totum, quod fuit de veritate naturæ, & statura maneat eadem, & dato, quòd possent fieri corpora rariora, non erat opus, quia tolli excessum frigoris, & caloris est conueniens in resurgentibus, quia istæ qualitates alterant ad corruptionem, & tamen habere multum, vel parum, de materia non alterat ad corruptionem, ideo non erit conueniens facere corpora resurgentium rariora, quàm hic fuerunt, vel densiora. Ad tertium dicendum, quòd non accipitur subtilitas in corporibus beatorum pro raritate, vel paucitate materiæ, sed pro perfectione quadam eius resultante in eo ex hoc, quòd est plene subditum animæ, & secundum illam perfectionem est aptum ad omnes operationes, quas anima vult exercere per illud, & ita propter istam subtilitatem non oportet mutari aliquid de materia corporis, vel de conditione densitatis.

G

An per dotem subtilitatis possit corpus aliquod gloriosum esse in eodem loco cum alio corpore non glorioso. Et quare situs competat corpori. Et quid sit quantitas dimensiua. Quæst. CXVIII.

H QVAERETVR circa prædicta, an per dotem subtilitatis possit corpus aliquod gloriosum esse in eodem loco, cum alio corpore non glorioso. Aliqui dicunt, quòd sic, quia dicitur ad Philippen. 3. quòd Christus reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, & tamen in corpore Christi fuit tanta subtilitas, quòd in resurrectione potuit esse simul cum alio corpore in eodem loco: nam intrauit post resurrectionem ad discipulos ianuis clausis, Ioan. 20. Ergo etiam corpora beatorum poterunt simul esse in eodem loco per dotem subtilitatis. Item corpora gloriosa erunt nobiliora omnibus corporibus non gloriosis, & tamen aliqua corpora non gloriosa ratione suæ nobilitatis possunt nunc simul esse cum alijs corporibus in eodem loco, sicut radij Solis cum corpore crystalli: ergo a fortiori poterunt hoc corpora gloriosa. Item corpora cœlestia non possunt diuidi, aut rumpi quantum ad substantiam ipsarum sphærarum, vt dicitur Iob 37. Cœli velut ære solidissimi firmati sunt, si ergo corpus gloriosum per suam subtilitatem non potest simul esse cum corpore cœlesti in eadem parte, nunquàm resurgentes penetrarent ad cœlum empyreum, quod falsum est. Item corpus, quod non potest simul esse cum alio corpore, potest impediri in motu suo obstaculis alterius, & etiam includi, sed hoc non potest accidere corporibus beatorum, quia iam ex hoc quandam imperfectionem haberent, ergo possunt simul esse in eodem loco cum quolibet corpore. Item sicut se habet punctus ad punctum, ita se habet linea ad lineam, & superficies ad superficiem, & corpus ad corpus, possunt tamen duo puncta esse simul, vt quando duæ lineæ se tangunt, secundum extremitates: nam necesse est duo illa puncta simul esse, aliàs daretur medium inter puncta: nam puncta non possunt esse nisi vel in eodem, vel immediate, vel mediate. Non stat secundum, quia puncta non est possibile stare immediate, quia tunc posset componi aliquid ex solis indiuisibilibus, si ipsa poni possent immediate, & non simul, quia hoc est facere aliquid continuum. Non etiam mediate, quod est tertium, quia tunc inter illa duo puncta intercideret linea media, ideo necesse est dari, quòd duo puncta, quæ sunt in extremitati-

I

K

bus

bus duarum linearum possent esse in eodem siue simul quando duæ lineæ coniunguntur. De lineis simul stantibus patet, vt quando duæ superficies se contingunt: nam cum lineæ sint extremitates illarũ duarum superficierum, necesse est, quòd aut sint in eodẽ, aut sint immediatę aut mediatę, non immediatę, quia componeretur continuum ex indiuisibilibus: nam sicut punctus est simpliciter indiuisibilis, ita linea est indiuisibilis secundũ latitudinem. Nec etiam sunt mediatę, quia tunc intercideret alia superficies media, & ita non coniungerentur illæ duæ superficies, erunt ergo duæ lineæ in eodẽ, idest, vbi vna est, etiam est alia. Eodem modo duæ superficies sunt simul, vel in eodẽ, vt patet, quando coniunguntur duo corpora secundũ latera, quia ibi fit contactus duarum superficierum, quælibet non confundantur, ita quòd vna efficiatur alia tamen sunt in eodem, ac si esset solum vna: nam non possunt esse immediatę, neq; mediatę. Non immediatę, quia componeretur tunc corpus ex superficiebus si inter vnam, & aliam nihil intercideret, & tñ vna non esset vbi est alia, quia hoc est componere continuum. Neque etiam sunt mediatę, quia tunc nõ se contingerent, sed mediarent aliæ superficies, ergo sunt simul. De corporibus ergo eadem ratio erit, quòd poterunt esse duo corpora in eodem loco, sed quidquid nobilitatis inuenitur in aliquo corpore, debet poni in corporibus gloriosis, ergo illa poterũt esse in eodem loco cum alijs corporibus.

A

Dicendum videtur per positionem communiorẽ, quia corpus gloriosum stabit cum alio corpore in eodem loco, sed non erit hoc per dotem subtilitatis, sed solum per miraculum. De statu autem præsenti dicunt aliqui, quòd vnum corpus non potest stare simul cum altero ratione corpulentiæ per quã habet, quòd repleat locum, & hanc corpulentiam dicunt tolli per dotem subtilitatis, & ita per dotem subtilitatis competet corpori glorioso, quòd possit esse in eodem loco cum alio corpore.

C

Sed non est verum, quòd dos auferat id per quod repletur locus, corpulentia namque quam tollit dos subtilitatis pertinet ad imperfectionem, quia est aliqua inordinatio materiæ nõ perfectè substãtis formæ suæ, ista autem inordinatio tolletur, de materia tamen aut forma nihil tolletur, quia totum quod pertinet ad integritatem resurget, siue ex parte materiæ, siue ex parte formæ. Quod autem corpus sit repletiuum loci non conuenit ex aliqua imperfectione, sed per id quod est de integritate eius, cum enim plenum, & vacuum opponantur, illud solum non replet locũ quo posito in loco nihilominus manet locus vacuus, sic enim diffinitur vacuum 4. Physico. quòd est locus nõ plenus corpore sensibili, dicitur autem corpus sensibile quod ex materia, & forma, & naturalibus accidentibus constat, quæ omnia pertinent ad integritatẽ naturæ, & quia in corporibus gloriosis manet quod est de integritate naturæ, manet quòd ipsa sint sensibilia, non enim deerit in eis materia, aut forma, aut naturales qualitates, vt calidum, & frigidum, & similia, quæ sunt de compositione naturali, etiam secundum tactum erunt sensibilia, quia tale fuit corpus Christi resurgentis Luc. 24. cum ait, palpate, & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere, ergo materia, & forma ibi manebat, quia dixit carnes, & ossa, quæ materiam dicunt, & tamen non sunt carnes, & ossa nisi per formam. Etiam sensibilitas tactus cum dixit palpate, ergo manet corporibus gloriosis, quòd locum repleant, cum sint corpora sensibilia, & nõ est ablata ab eis corpulentia repletiua, quia hoc non fieret nisi corpus verteretur in spiritum quod nõ fiet. Esset etiam insania dici, quòd locus in quo corpus gloriosum est esset vacuus, & tamen esset vacuus si corpus gloriosum non esset repletiuum loci ablata sibi corpulentia.

B

D

E

Secundo non stat dictum istorũ, quia licet id quod replet locum impediat aliud corpus esse in eodem loco, tamen ista non conuertuntur, sed in plus est impedire existentiam alterius corporis simul quàm replere locum, quia solum corpus replet locum, idest, corpus sensibile quod est naturale constans ex materia, & forma cum accidentibus suis naturalibus, tale enim nominat Aristo. corpus sensibile, vt distinguitur contra mathematicum: nam corpus mathematicum nominat solas dimensiones separatas, idest, longum, latum, profundum, sine materia, & forma, tales enim dimensiones non replẽt locum, & ideo illi, qui posuerũt vacuum, dixerunt vacuum esse locum in quo sunt huiusmodi dimẽsiones sine corpore sensibili, i. subiecto, quod est naturale corpus impedire, tamen existentiã in loco competit tam corpori naturali sensibili quàm dimensionibus, quia aliàs possent stare dimensiones separatæ cum corpore sensibili in eodem loco, quod Aristo. negat, & dicit esse inconueniens 4. Physi. & 3. Metaphysi. sicut ergo non possunt esse dimensiones separatæ in loco in quo est corpus sensibile, quia prohibentur ab eo, ita est si præcesserint dimensiones separatæ in locò, impediẽt ibi esse corpus sensibile, quia alias existente corpore sensibili in loco, si superuenirent dimensiones istæ non impedirentur esse in loco eodem, & tamen istæ non replent locum, cum ergo minus sit impedire existentiam alterius quàm replere locum, cuicunque competit replere locum, competet impedire existentiam alterius, & tamen corpus gloriosum replet locum, vt ostensum est, ergo impedit existentiam alterius, & quod plus est dato, ꝙ corpus gloriosum propter dotem subtilitatis non repleret locum, ita quòd maneret vacuus, tamen impediret existentiam alterius corporis in loco, & ita non posset simul esse cum alio corpore in eodem loco, quia licet auferatur quod maius est, idest, replere locum, non auferetur quod est minus, idest, tollere, vel impedire existentiam alterius.

Solũ corpus sensibile locũ replet.

Dicendum ergo videtur secũdum positionẽ communiorem, quòd id quod impedit vnum corpus esse cum alio non poterit tolli per solam dotem subtilitatis, & ita per dotem solam non poterit corpus gloriosum esse in eodem loco cum corpore non glorioso, & dicitur, quòd causa est, quia nihil prohibet vnũ corpus esse cum alio in eodem loco, nisi ꝙ corpus quodlibet requirit diuersum situm ab alio corpore, hanc autem distinctionem situs non requirit aliqua qualitas, aut aliquod aliud accidens corporis, non enim debetur situs aliquis corpori ratione suæ qualitatis: nam ablato a corpore, ꝙ esset calidum, frigidum, humidũ, siccum, graue, aut leue, manet adhuc corpori necessitas situationis, & loci, vt dicitur 4. Physicorum. Et patet, quia si propter humidũ, & frigidum, calidũ, & siccum cõpeteret locus corpori, propter magis calidũ, competeret maior locus, vel minor quod falsum est, cum in his non fiat differentia nisi ex quantitate. Etiam non competit situs propter formam substantialem, neque etiam propter materiam: nam forma non determinatur ad vbi, nisi propter materiam in qua est, materia autem non determinatur ad locum, nisi propter quantitatem dimensiuam, sola enim quantitas dimensiua est, quæ facit materiæ situm, & occupare locum, & consequenter natura quantitatis huius facit duo corpora differre situ, & pertinet ad diffinitionem eius: nam quantitas dimẽsiua dicitur quantitas habens situm, cum ergo quantitati dimensiuæ secundum naturam suam competat

situs;

ſitus: ablatis etiam omnibus alijs, quæ ſunt in re, ideſt, materia, & forma, & qualitates naturales habet neceſſario res diffinitionem ſitus, cũ maneat in ea quantitas dimenſiua ratione cuius determinatur ſitus. Et hoc eſt quod vult Ariſto. 4. Phyſicorum, & 3. Metaphy. dimenſiones ſeparatas non poſſe eſſe in eodem loco in quo eſt aliquod corpus ſenſibile, ſcilicet, quia etiam illæ dimenſiones exigunt ſitum diſtinctum ſicut corpus ſenſibile, quod ibi manet, & tamen dimenſiones illæ nihil ſunt niſi dimenſiones cum ponantur eſſe ſeparatæ, quælibet tamen alias res, quæ non eſt dimenſio poterit eſſe ſimul cum corpore ſenſibili in eodem loco, vt quælibet ſubſtantia pure ſpiritualis, & qualitates quæcunque ſiue ponantur ſeparatæ, ſiue de nouo aduenientes illi corpori, etiam ſi illi corpori adderetur plus de materia non variata dimenſione priori, adhuc caperetur materia in loco illo, ſola autem dimenſio aduenien exigit iam alium ſitum, ergo dimenſiuę quantitati ſecundum ſe competit ſitum habere, & ſecundum eam res exigit ſitum. Apparet etiam magis, detur enim linea ſeparata, vt quòd ſint duæ lineæ vna ſeparata, & alia non ſeparata, neceſſe eſt, quòd illæ duæ lineæ, vel duæ partes vnius lineæ ſint ſeparatæ ſitu, aliàs linea non addita lineæ non efficeret aliquid maius ſi ſitu non differrent, quod eſt contra communem animi conceptionem. Et idem eſt de duabus ſuperficiebus, & duobus corporibus mathe. quæ nihil dicunt niſi dimenſiones, & quoniam materia in corpore naturali ſubſtat dimenſionibus, inde ſequitur, quòd partes materiæ dimenſionatæ exigunt diuerſum ſitum, vt ſicut impoſſibile eſt eſſe duas lineas, vel duas partes lineæ eſſe niſi diſtinctas ſitu, ita impoſſibile eſt duas partes materiæ ſubſtantis quantitati niſi diſtantis ſitu, & quoniam principium indiuiduationis, vel diſtinctionis indiuiduorum eſt a materia, & materia accipit diſtinctum eſſe in partibus ſuis per dimenſiones, inde eſt, quòd duo indiuidua naturalia requirunt neceſſario diſtinctum ſitum. Et ita dicit Boetius libro de Trinitate, quòd duobus corporibus vnum locum nequaquam fingere poſſumus, vt hanc ſaltem varietatem accidentium diſtinctio indiuiduorum requirat, dos tamen ſubtilitatis nequaquam aufert a corpore dimenſiones, ergo non aufert ei neceſſitatem diſtinctionis ſitus ab alio corpore, ergo corpus glorioſum non habet ex dote ſubtilitatis ſuæ, quòd poſſit eſſe ſimul cum alio corpore, & tamen poteſt eſſe ſimul cum alio, ergo poterit hoc eſſe per diuinam virtutem, ſed non per dotem, de quo dicetur ſequenti quæſtione.

Ad primum dicendum, quòd corpus Chriſti intrãdo per portas clauſas fuit ſimul cum corpore portarum, & tamen non habuit hoc totaliter ex dote ſubtilitatis, ſed magis ex virtute deitatis, & ita fuit in natiuitate, quòd exierit de clauſo virginis vtero. Sic dicit Greg. in homelia, illud corpus Domini intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis, quod ad humanos oculos clauſo exijt virginis vtero, & ita non oportet, quòd per dotem ſubtilitatis hoc exegerit, maxime cũ Chriſtus viuens dotes non habuerit, ſed actus ſimiles dotibus habuit aliquando, vt oſtenſum eſt ſupra, & tamen de hoc etiam dicetur ſequenti q.

Ad ſecundum dicendum, quòd quidquid perfectiònis erit in alijs corporibus, erit in glorioſis. Et tamen non eſt concedendum, quòd aliquando duo corpora naturalia ſint ſimul, quod autem dicitur de radijs ſolis non tenet, quia radius eſt lux, & lux non eſt corpus, ſed qualitas quædam.

Ad tertium dicendum, quòd corpora beatorum tranſibunt per omnia corpora cœlorum non aperiendo neque rumpendo ſphęras, & tamen hoc non fiet per dotem ſubtilitatis, ſed per diuinum miraculum.

Ad quartum dicendum, quòd ſi corpora glorioſa ſibi ſolis relinquerentur, per ſolam virtutem dotis nõ poſſent tranſire omnia impedimenta corporum obſtantium, & tamẽ Deus aderit eis ad mutum cuius virtute poterunt penetrare omnia corpora, ita vt a nullo teneantur.

Ad quintum dicendum, quòd non eſt ſic de corpore ad corpus ſicut de puncto ad punctum, & linea ad lineam, & ſuperficies ad ſuperficiem. Ratio eſt, quia ſoli corpori competit locus, cętera vero nõ ſunt in loco niſi per accidens, puncti enim non contingit eſſe locum, vt dicitur 4. Phyſ. ita neque lineæ neque ſuperficiei: nam ſicut ſe habet corpus ad locum, ita ſe habet extremitas corporis ad extremitatem loci, punctus autem linea, & ſuperficies ſunt extremitas corporis, ergo non ſunt per ſe in loco, ſed in extremitate corporis, contingit tamen naturaliter duorum locorum eſſe vnum terminum, ſicut duæ lineæ terminantur ad vnum punctum, ergo in illo vno termino duorum locorum erunt ſuperficies, & lineæ, & puncta duorum corporum, & tamen illæ terminus eſt idem: ideo in eodem poſſunt eſſe duæ ſuperficies, & duæ lineæ, & duo puncta, non tamen duo corpora, eo quòd naturaliter duo loca non ſunt vnus locus, & tamen duo termini locorum fiunt naturaliter vnus terminus, ſicut in contiguis quorũ vltima ſe tangunt.

An duo corpora per miraculum poſſint eſſe ſimul in eodem loco. Et quòd corpus reductum ad indiuiſibile non manet organicum. Et quomodo Chriſtus dicatur eſſe in hoſtia. Et quæ ſit operatio dotis ſubtilitatis. Et quæ ſit dos ſubtilitatis. Et quid faciat duo corpora eſſe realiter diſtincta, in quo conſiſtat miraculum, quòd duo corpora ſint in eodem loco. Et quid ſit locus quare item vnum corpus non poſſit eſſe in duobus locis.

Quæſt. CXIX.

QVAERITVR cum non poſſint duo corpora per dotem ſimul eſſe: an poſſint ſimul eſſe per miraculum, quòd duo corpora ſint ſimul duo corpora, & ſint vnum corpus tantum. Videtur ꝙ non, quia hoc eſſet facere contradictoria, ſi ponantur duo corpora ſimul ſequitur illa eſſe vnum corpus, ergo non eſt poſſibile etiam per miraculum eſſe duo corpora in eodem loco. Patet enim hoc, ſint duo corpora a, & b, quæ ſint in eodem loco, ſequitur, ꝙ dimenſiones a, erunt eædem cum dimenſionibus loci, aut aliæ ſi ſunt aliæ. neceſſe eſt, ꝙ ſint dimenſiones ſeparatæ, quia dimenſiones, quæ ſunt intra terminos loci non ſunt in aliquo ſubiecto niſi in corpore locato, cum inter locum, & locatum nihil diſtet, quia locus eſt in locato. Si autem ſunt eædem dimenſiones a, cum dimenſionibus loci, ſequitur eadem ratione, ꝙ dimenſiones b, ſunt eædem cum dimenſionibus loci, cum ſit b, in loco illo, ſed duorum corporum nõ pũt eſſe eędẽ dimenſiones, ſicut neq; eadem albedo, ergo a, & b, ſunt vnum corpus cum habeant eaſdem dimenſiones, & tamen ſunt duo corpora, ergo ſunt ſimul duo, & vnum quod eſt impoſſibile. Item non poteſt etiã per miraculum fieri aliquid, vt ſ. ꝙ ſit pars maior toto, quia contraria communibus conceptionibus infallibiliter poterunt eſſe falſe, ſicut ꝙ triangulus nõ habeat tres angulos æquales duobus rectis, neque aliquid poteſt accidere lineæ miraculoſe contra diffinitionem lineæ, quia ſeparare diffinitionem a diffinito eſt ponere contradictionem, & tamen duo corpora eſſe in eodem loco eſt contra concluſiones geometriæ, & contra diffinitionem lineæ, ergo includit contradictionem, eſt enim contradictio geometri-

ca, ꝙ duo circuli non ſe poſſunt cõtingere niſi in puncto niſi ſecẽt ſe, quia tũc tangent ſe in duobus punctis ſectionis, poſito tamẽ, ꝙ duo corpora circularia eſſent in eodem loco, tangerent ſe illi circuli ſecundũ ſe totos, cum fierent vnus circulus. Etiam ſequeretur tunc contra diffinitionem lineæ: nam intra duo puncta non poteſt eſſe niſi vna linea recta, vt patet ex diffinitione lineæ, & tamen tunc inter duo puncta eſſent duæ lineæ rectæ, quia eſſent illa puncta ſignata in duabus ſuperficiebus eiuſdem loci, & eſſent ibi neceſſario duæ lineæ rectæ duorum corporum, quia ſicut ponitur linea vna vnius corporis: ita & erit alia alterius corporis.

Item non poteſt fieri per miraculum, quòd corpus incluſum in altero nõ ſit in eo ſicut in loco, quia tunc haberet locum commune, & nõ proprium. Sed hoc ſequeretur ſi duo corpora eſſent in eodem loco, ergo non poterit fieri per miraculum duo corpora eſſe in eodem loco. Patet antecedens ſint enim duo corpora in eodem loco quorum vnum, ſecundum quãlibet dimenſionem ſit maius alio, & ſic minus incluſum in maiore, tunc locus corporis maioris erit locus corporis communis minoris, locum tamen propriũ non habebit, quia non erit aliqua ſuperficies corporis actu ſignata, quæ cõtineat ipſum præciſe, quod eſt de ratione loci proprij. Item locus, & corpus proportionaliter ſe habent, ſi ergo poſſent duo corpora eſſe in eodem loco, poſſet idem corpus eſſe in diuerſis locis, & tamen non poteſt etiam per miraculum idem corpus eſſe in diuerſis locis, ergo nec duo corpora in eodem loco. Et videtur tenere conſequentia a permutata proportione, ſcilicet, ſicut ſe habet vnum corpus ad vnum locum, ita ſe habent duo corpora ad duo loca, ergo permutatim ſicut ſe habent duo corpora ad vnum locum, ita vnum corpus ad duo loca, vel e contrario, & tamen vnum corpus non poteſt eſſe in duobus locis, ergo neque duo corpora in eodem loco.

Dicendum, quòd circa hoc fuerunt tres viæ dicendi. Prima eſt, quòd per nullã viam poſſint duo corpora eſſe ſimul: ideo neque per dotem, quæ eſt qualitas data, neque per miraculum quod probant rationibus ſupra inductis. Item quia vt ait Boet. duobus corporibus eundem locum nequaquam fingere poſſumus.

Item quia Ariſto. 4. Phy. & Commentator dicunt, quòd dimenſiones faciunt diſtare etiam ſi ſint ſolæ, i. ſine materia, & qualitatibus, & paſſionibus, ratio tũ rei non poteſt tolli a re per miraculum, cum ergo ſit proprium dimenſionibus, i. ſubſtantiale eis facere diſtare, quia nulli alteri per ſe competit, non poterunt eſſe dimenſiones quin diſtare faciant, ergo non erunt duo corpora ſimul. Item Ariſto. 4. Phyſi. cap. de vacuo oſtenditur, ꝙ ſola ratio diſtandi eſt dimenſio, non enim ſit propter materiam: nã plus aut minus de materia non determinat neceſſario maiorem aut minorẽ locum: nam tantum eſt de materia in re condenſata quantum in rarefacta aut ꝛm ſtatum ſuum ſe habẽte, & tamen rarefacta res maiorem locum exigit, condẽſata vero minorem, ergo non fit diſtantia propter materiam, ſed poſſunt ſe penetrare partes materiæ. Etiã non fit propter formam, quia rebus diuerſarum formarũ competit omnino æqualis locus, ſi habeant dimenſiones æquales. Etiam circa eandem rem condenſatam, & rarefactam manet eadẽ forma, & tamen manet prius ſub maiori loco, & poſtea ſub minori, & ita forma non determinat magis aut minus de loco: nam ſicut partes materiæ ſe penetrant, ita & partes formæ in condenſatione ſe penetrant. Etiam paſſiones, & accidentia non faciunt diſtare, quia ſi alteretur res ad contraria accidentia, nihilominus manet locus idem numero ſi non fuerit mutata localiter, non eſt ergo aliquid quod diſtare faciat ſitu niſi dimenſio, & ipſa ſola variata faciet variare diſtare, manentibus cæteris eiſdem, vt in rarefactione manifeſtum eſt nõ addi aliquid de materia, quia eſſet tunc augmentum, vel appoſitio quædã. non variatur etiam forma, quia eadẽ omnino manet, etiam paſſiones, & accidentia manẽt ſecundum idem, & variatur ſola dimenſio, & tamen accipit neceſſario res illa maiorem locum: ideo ſola dimenſio eſt cui competit replere locũ, & facere diſtare ſitu per ſe, non ergo poterunt auferri ab ea, & tamen auferretur ſi poſſent duo corpora eſſe in eodem loco, aliæ ſimiles rationes induci poſſunt.

Sed hoc non ſtat: nam conſtat, quòd Chriſtus in natiuitate exiuit de vtero virginis clauſtro manente integro, ſed hoc non ſtat niſi poſitis duobus corporibus in eodem loco, quia aliàs corpus Chriſti exiens de vtero rumperet aut diuideret clauſtrum, & tamẽ falſum eſt, cum dicimus fuiſſe dominam virginem in partu. Item Chriſtus poſt reſurrectionem intrauit ad diſcipulos clauſis ianuis. Ioan. 20. & ſic neceſſe eſt, ꝙ corpus Chriſti fuerit in eodem loco in quo ianuæ, quia aliàs rumperentur, vel diuiderentur ianuæ, quod non fuit factum.

Iſti de opinione iſta dicunt, quòd in neutro iſtorũ fuerunt duo corpora ſimul, ſed dicunt vno modo, ꝙ Chriſtus reduxit corpus ſuum ad indiuiſibile, ſcilicet, quòd manente tota materia, & quãtitate, & paſſionibus, tolleretur ſola dimenſio cuius eſt facere diſtare, & tunc corpus nihil occupat, & ſicut non eſt miraculum manere ſpiritum vbicunque eſt alterum corpus, quia nõ ſe expellunt mutuo, ita corpus prædicto modo deductum ad indiuiſibile non poteſt expelli ab alio corpore, quia non habet aliquas dimenſiones ratione quarum ab alio expellatur. Et ita dicunt de eſſe in ſacramento euchariſtiæ vbi Chriſtus indiuiſibiliter manere videtur, quia ſub qualibet particula hoſtiæ aſſignata manebit totus Chriſtus.

Dicunt etiam aliter, quòd quando exiuit Chriſtus de vtero, & intrauit ianuas, non fuerunt duo corpora ſimul, ſed intrauit per aliquas paruas feneſtras, ideſt, rimulas deducendo corpus ſuum ad talem figuram, & dimenſionem, quòd poſſet naturaliter capi per illas paruas rimulas, & hoc modo dicunt, quòd beati nõ poterunt ſimul ponere corpora ſua cum alio corpore in eodem loco, poterunt tũ per dotem ſubtilitatis reducere corpus ad quãcunq; figurã, vel dimẽſionem, & ita nullum corpus erit, per quod non poſſint tranſire, quia etiam per paruos poros corporis poterunt tranſire, & non erunt duo corpora ſimul, neque rumpetur aliqd, aut diuidetur. Sed dicetur, ꝙ prędicta non ſufficiunt, non enim eſt negandum Deum poſſe ponere duo corpora in eodem loco, quia nõ includit contradictionem. Cum tũ primo dĩ, ꝙ potuit corpus Chriſti deduci ad indiuiſibile, & ita tranſiret per portas, & per clauſtrum virginis a quibuſdã cõceditur, & ꝙ ita poſſit facere de quocunq; alio corpore, quod & nos tetigimus de quinq; figuratis paradoxis, parte prima Et tũ licet forte hoc poſſet ſtare, rationabilius eſt, ꝙ facta fuerint illa duo a Chriſto, per hoc ꝙ maneret corpus ſuũ ſimul cũ corpore Virginis, & cũ corpore portarũ, q̃ ꝙ ſe reduxerit ad indiuiſibile, qa licet vtrũque exigit miraculũ, plura difficilia exiguntur ad hoc ꝙ ſe reducat ad indiuiſibile, q̃ ad ponendũ duo corpora in eodẽ loco. Nã eſt prima difficultas, an poſſit totaliter ſpoliari corpus naturale a dimenſione, manendo indiuiſibile. Secũdo, quia hoc faciendo paſſio eſt. Tertio, qa ſaltẽ eo tẽpore quo manet, ſic corpus manet impfectũ, qa priuatur qbuſdã perfectionibus ſuis, quæ ſtant cũ dimenſionibus, & ſine illis non manent. Quarto corpus reductum ad indiuiſibile non manet

organicum, quia organa ſunt partes eiuſdem corporis, quæ figura, & ſitu differunt, ablata tamen dimenſione non poteſt manere ſitus, & figura, vt eſt qualitas reſultans exterminatione lineamentorum: ideo non manebit tale corpus organicum, & tamen anima non eſt actus, niſi corporis phyſici organici, 2.de Anima, ergo non manebit animatum, cum efficiatur non organicum, & tamen prius erat animatum, ergo morietur ad hoc, ꝙ reducat ſe ad indiuiſibile, quod eſt inconueniens

Quod autem dicitur de corpore Chriſti in ſacramento. Dicendum, quòd nullam ſimilitudinem habet ad id quod dicitur de tranſitu per ianuas, & exitu de vtero, quia in ſacramento nõ eſt Chriſtus localiter, ſed ſacramentaliter, quia non eſt per motum ſuum, G ſed per conuerſionem alicuius in ipſum, vnde nulla mutatione facta in Chriſto, qui manet in cœlo empyreo, fit conuerſio panis in corpus ſuum in loco illo in quo panis eſt, cum autem exiuit de vtero erat ibi proprie, & localiter, quia ita erat ibi, quòd nõ erat humanitas eius alibi, neque localiter, neque ſacramẽtaliter, & per morum proprie acquirebat locum, quia deſinebat eſſe intra vterum, & incipiebat eſſe extra vterum, & tamen quando incipit eſſe in ſacramento, non deſinit eſſe in cœlo: ideo non eſt in ſacramento per hoc, quod moueatur ad illud vbi, ſed ꝑ hoc quod id quod erat in illo vbi, conuertitur in ipſum, & propter hoc non eſt maior difficultas, quòd ſit Chriſtus in vno altari in hoſtia, quàm quòd ſit in decem millibus, vt in- H fra tangetur. In tranſitu etiam portarum erat ibi vere localiter, & non alibi, & ſecundum conditionem motus, & loci tranſiuit vltra portas incipiens eſſe vltra portas, vltra quas prius non erat, & deſinens eſſe citra portas vbi prius erat: ideo non eſt ſimile de iſtis ad modum eſſendi in ſacramento propter quod etiam ſi in ſacramento eſſet indiuiſibiliter, non oportet, quòd in exitu de vtero, & tranſitu per portas fuerit ſic, aut poterit eſſe. Ratio huius eſt, quia in tranſitu, & exitu erat Chriſtus proprie, & ſecundum ſe, quia per motũ incipiebat eſſe ibi, & ita erat ibi quod non erat alibi, & ideo ſi eſſet ibi indiuiſibiliter, eſſet vere reductum corpus Chriſti ad indiuiſibile, & tunc deſineret eſſe organicum, & conſequenter deſineret viuere, quod eſt in- I conueniens, ſecus quantum ad ſacramẽtum: nam ibi non eſt Chriſtus per mutationem ſuam quam deſierit eſſe, vbi prius erat, & inceperit eſſe alibi, ſed eſt ibi per hoc, quòd cõuerſum eſt in corpus eius illud quod ibi erat: ideo neceſſe eſt, quòd taliter Chriſtus ibi ſit, qualiter eſt id quod in eum conuerſum eſt, per cuius conuerſionem ibi eſt, & tamen illud manet indiuiſibiliter, ergo corpus Chriſti manet indiuiſibiliter. Patet, quia conuertitur in ipſum ſubſtantia panis, illa tamen manet indiuiſibiliter, immo eſt facta indiuiſibilis, quia ſubſtantia non accipit, quòd poſſit diuidi niſi per quantitatem, i. per dimenſiones, & tamen quantitas, & dimenſio ſunt accidentia, & de accidentibus panis nihil conuertitur in corpus Chriſti, ſed ſola ſub- K ſtantia manentibus omnibus accidentibus, ergo illa ſubſtantia, quæ conuertitur indiuiſibiliter, manet, & indiuiſibilis eſt, ergo ſi Chriſtus incipit eſſe ibi per ſolam conuerſionem, non eſt aliqua difficultas, quòd maneat ibi indiuiſibiliter, immo eſſet potius miraculum, quòd maneret diuiſibiliter, immo nõ poteſt eſſe, quòd Chriſtus maneat ibi diuiſibiliter ſi per ſolã conuerſionem ibi manet, cum id quod conuertitur ſit indiuiſibile, & ita nõ debet dici, quòd Chriſtus in ſacramento reducit corpus ſuum ad indiuiſibile, quia hoc eſſet ſi moueretur ad eſſendum ibi deſinendo cœlum empyreum, & non eſſet ibi per conuerſionem, ſed per aduentum nouum, quia tunc non poſſet manere F indiuiſibiliter, niſi reducendo corpus ſuum ad indiuiſibile. Quod non fit: nam ſi vere corpus Chriſti reduceretur ad indiuiſibile, ita quòd eſſet indiuiſibile factum, cum idem ſit corpus eius quod eſt in empyreo, & quod eſt in altari, eſſet corpus quod eſt in empyreo indiuiſibile, quod nemo concedit. Item ſequeretur, quòd fiebat aliqua realis mutatio in corpore Chriſti reducẽdo illud ad indiuiſibile, & rurſus faciendo illud diuiſibile, quod eſt falſum, non ergo debet dici, quòd corpus Chriſti in ſacramento eſt indiuiſibile, vel redactum ad indiuiſibile, ſed quod eſt indiuiſibiliter, ꝙ tunc indiuiſibiliter nominat conditionẽ eſſendi ibi, quæ eſt conditio materiæ conuerſæ in corpus Chriſti, & non nominat aliquod accidens abſolutum corporis Chriſti ſiue poſitiuum ſiue priuatiuum, & ita debet intelligi quod diximus libro noſtro de quinque figuratis paradoxis parte prima, licet aliqui velint, quòd vere efficiatur corpus Chriſti indiuiſibile in ſacramẽto, quod tamen non eſt verum, & multum inconueniens includit, & ſine cauſa darentur, de quo non extendimus ſermonem. Dicendum ergo, quòd Chriſtus intrans per portas clauſas, & exiens de vtero, manente clauſtro virginitatis non reduxit, corpus ſuum ad indiuiſibile, ſed fuit corpus ſuum in eodem loco cum corpore portarum, & cũ corpore vteri virginis. Quod autem dicebatur, quòd tranſeundo per portas, & exeundo de ventre virginis non fuerunt duo corpora in eodem loco, ſed tranſiuit per paruas rimulas, non poteſt ſtare, quia ſequerentur fere omnia inconuenientia, quæ ſequuntur ſi ponatur reduci ad indiuiſibile. Prima quia quòd corpus ſpolietur proprio ſtatu dimenſionum, & reducatur ad tam paruam quantitatem, vel dimenſionem, eſt difficultas, & maxime quantum ad corpora beatorum, an illi poſſint hoc facere per dotem ſubtilitatis, quæ eſt quædam qualitas creata: nam de Chriſto non erat tanta difficultas, cũ in illo eſſet ſimul, aut ſaltem fuit poſt reſurrectionem tam ipſa dos ſubtilitatis excellentius quàm in cæteris beatis, & inſuper poteſtas diuina, quæ in infinitũ maior eſt. Secunda quia etiam ſi poſſent beati ſe reducere ad tam paruas dimenſiones, paterentur reducendo ſe, & tamen non eſt paſſio in beatis, quia habent corpora impaſſibilia, & tamen ad paſſionem pertinet omnis mutatio, quæ fit quantum ad diſpoſitiones intrinſecas, ſicut quòd perdat proprias dimenſiones accipiendo minores valde.

Tertia quia ſi corpus Chriſti, & corpora aliorũ beatorum poſſent per dotem ſubtilitatis reducere ſe ad tam paruas dimenſiones, vt caperentur, efficerentur corpora non organica, tum quia corpora organica tenent terminatam figuram, quæ periret in iſtis, tum quia ſub tam parua quantitate nõ poteſt manere corpus aliquod organicum, eo quòd organicum conſtat ex partibus multis, quæ ſunt organa, & illa differunt inter ſe figura, & poſitione, & tamen in tam parua quantitate non poteſt reſeruari poſitio, neque figuratio diuerſa: ideo non manent talia corpora organica, & tamen anima nõ poteſt manere niſi in corpore organico, ergo cum per talem reductionem deſinent eſſe organica, deſinit anima eſſe in corpore, & conſequẽter moriuntur, quod repugnat beatitudini, in qua non erit mors.

Quarta quia tunc non eſſet verum, quòd corpora glorioſa penetrarent alia corpora, ſed ſolum, quòd cederẽt eis quantum ad partes illas poroſas, ſicut vnum corpus naturale cedit alteri acutiori, & hoc nõ eſt penetrare quale damus corporibus glorioſis, cum illud quod cõpetit per dotem omnino differat ab eo quod competit per naturam.

Quinta & efficacius, quia omnia hæc adhuc non ſufficiunt

ſufficiunt ad ſaluandum ea, quæ inueniuntur in corporibus glorioſis, quia tunc ſi ſit corpus aliquod quod nullas poroſitates habeat, non poterit per illud tranſire corpus glorioſum, niſi rumpat, & tamen quædam ſunt corpora, quæ nec rumpuntur, neque cedunt, neque diuiduntur, neque poroſitatem habent, ſicut corpora cœleſtia, & tamen corpora beatorum tranſeunt per omnia corpora cœleſtia, cum manſura ſint in cœlo empyreo, ergo non ſufficit ad tranſeundum iſta reductio ad paruam quantitatem, ſed neceſſe eſt, quòd duo corpora ſint ſimul, & tunc neque vnum cedet alteri, neque rumpet illud, non ergo reducunt ſe ad tam paruam quantitatem per dotem ſubtilitatis, & conſequenter non fit mutatio aliqua in eis quantitatis, aut dimenſionum in parum aut multũ, ſed manent ſemp in ea magnitudine, & dimenſionibus quas acceperint quando reſurgunt. Ad probationes pro iſta poſitione, 1. ꝙ quòd non poſſint duo corpora etiam miraculoſe ſimul eſſe. Reſpondendum eſt ad primum quod eſt dictum Boetij, dicunt quidam, ꝙ diſtinctio localis non facit diſtunctionem numeralem indiuiduorum, ſed ſolum notificat: nam eſſe duo loca notificat nobis duo corpora, & ſi Deus faceret ſupernaturaliter duo indiuidua in eodem loco, non poſſemus naturali cognitione concludere, quòd illa erant duo, ſed vnũ tantum, & ita dicunt, quòd poſſunt manere duo corpora in eodem loco, licet non cognoſcentur eſſe duo.

Dicendum, quòd verum eſt, ꝙ locus non facit diſtinctionem numeralem, quia principia diſtinguendi ſunt priora re diſtincta, & tamen locus poſterior eſt re locata, non enim duo corpora exigunt duo loca, niſi quia iam duo corpora ſunt, ergo aliquid aliud eſt per quod duo ſunt quàm diſtinctio locorum. Eſt tamen dicendum, quòd licet corpora nõ efficiantur duo per duo loca, efficiuntur duo per duas ſignationes materiæ, & ſignatio materiæ fit per diſtinctas dimenſiones ad quas ſequitur neceſſario diſtinctio locorum: ideo data vnitate loci, neceſſe eſt poni vnitatem dimenſionum, & conſequenter vnitatem corporis, & ita recte dicit Boetius, quòd duobus corporibus eundem locũ fingere non poſſumus, quòd tamen ſupernaturaliter hoc poſſit manere, infra oſtendetur.

Ad ſecundum dicendum, quòd dimenſionibus cõpetit ſecũdum ſe requirere diuerſum ſitum. Et tamẽ duæ dimenſiones diuerſorum corporũ reſpectu eiuſdem loci non repugnant ſibi inuicem formaliter, ſed quaſi virtualiter. Si enim formaliter repugnarent nõ poſſent eſſe ſimul, repugnantia tamen virtualis, licet impediat, ita quòd natura non ſufficiat ad contrarium agendum, tamen nõ tantum impedit quin Deus poſſit contrarium agere, vt infra dicetur Ad tertium dicendum eodem modo, quòd verũ eſt, quòd nihil facit diſtare loco niſi dimenſio, & tamen non ſequetur, ꝙ ſi ſunt diſtinctę dimenſiones, quòd neceſſe ſit, quòd faciant res diſtare ſitu: nam poteſt impediri ſaltem diuinitus, vt dicetur.

Secunda via circa hoc dubium eſt, quòd corpus aliquod poteſt eſſe cum alio corpore ſimul, non ſolum miraculoſe, ſed etiam per virtutem aliquam creatam: nam dicunt, quòd per dotem, vnũ corpus glorioſum ſtat ſimul cũ non glorioſo, & tamen dos eſt virtus creata. Et dicunt, quòd hoc eſt neceſſe, quòd ſi hoc non faceret beatus per dotem fruſtra poneretur dos, cum non exiſtente illa poſſet per miraculum ſtare vnũ corpus ſimul cum alio. Item ſi poſſent eẽ duo corpora ſimul, non proueniret ab aliqua creata virtute, ſed ſolũ a voluntate, & poteſtate diuina, ita poſſet eſſe corpus non glorioſum cum glorioſo, ſicut glorioſum cũ non glorioſo, & etiam poſſet eſſe corpus glorioſum cũ alio glorioſo, & tamen cõceditur, quòd poſſit ſtare glorio- A ſum cum non glorioſo, & non quòd ſtet non glorioſum cum non glorioſo, vel glorioſum cum glorioſo, ergo ,uenit ſpecialiter a dote, quæ eſt ſolius corporis glorioſi. Item quia anima beati poteſt ante reſumptionem corporis ſtare ſimul cum quocunque corpore, & tamen reſumpto corpore non eſt magis arctata quàm prius, quia non minuitur gloria, ergo poterit eſſe cum quolibet corpore, & conſequenter corpus ſuũ poterit eſſe ſimul cum quocunque alio corpore, quia aliàs ipſa non poſſet eſſe cum illo, cum iam non deſerat ſuum corpus. Item Deus poteſt pro iſto nunc facere, quòd iſtud corpus ſit ſimul cum alio corpore, ergo poterit ſemper poſtea manere poſtquàm ſemel factum fuerit, neque indiget nouo miraculo ad illud, B ſicut ad producendum animam miraculum requiritur, quòd tamen anima creata maneat per ſe fit, & nõ per miraculum, & ita manet tunc corpus vnum ſimul cum alio per aliquã virtutem, quæ in eo eſt, & iſta vocatur dos. Item dicitur ſubtile a penetrando, & tamẽ naturaliter vnum corpus poteſt penetrare aliud, ſicut ignis ferrum quando ferrum eſt ignitum: nam tunc ferrum, & ignis ſunt in eadem parte. Quod apparet, quia operationes formæ vtriuſque ſunt ſimul in eadẽ parte. Sic etiam ſi panis ponatur in vino, vel aqua, efficitur corpus panis humidum humiditate vini, vel aquæ, humiditas tamen nõ ſeparatur a proprio ſubiecto, ergo eſt vnum in ſubſtantia panis, cum ipſa ſubſtantia panis ſit incidens, & humida. Etiam quia di- C citur 2. de Anima, quòd aer tangit aquam, ſicut digitus digitum, impoſſibile eſt, tamẽ quòd corpus quod tangitur aqua, vel aere, non ſit humectum humiditate aquę, vel aeris, & tamen humiditas non ſeparatur ab aere, vel aqua, quæ ſunt propria ſubiecta, ergo eſt aer, vel aqua intra ſubſtantiam rei illius, quæ tãgitur aqua vel aere, & ita duo corpora erunt ſimul.

Sed non poſſunt prædicta ſtare, quia corpus glorioſum eſt repletiuum loci, quia aliàs diceretur, quòd locus in quo ſtat corpus glorioſum eſt vacuus, quod abſurdum eſt, & tamen ſi replet locum, habet quod expellat quodcunque aliud corpus, immo maius eſt replere locum quàm expellere de loco: nam dimenſiones ſeparatæ non proprie replent locum, quia vt dici- D tur 4. Phy. hoc pertinet ad corpus ſenſibile, & tamen dimenſiones ſeparatæ expellunt de loco quodcunque corpus, quia non poſſunt eſſe ſimul cum aliquo corpore ſenſibili, vt patet ibidem, ergo corpus glorioſum cui manent dimenſiones, quæ non fuerunt ablatę per dotem ſubtilitatis, habet quòd repleat locum, & conſequenter, quòd repellat quodcunque corpus, neceſſe eſt ergo aliquid aliud aſſignari per quod poſſint duo corpora eſſe in eodem loco quàm dotem, vel proprietatem aliquam creatam. Multi tamen tenent, quòd per dotem poſſit eſſe glorioſum ſimul cum alio corpore non glorioſo, ſicut Scotus, & Radulphus, ceteri vero communius tenent, quòd non poſſit eſſe niſi per miraculum, ſed ad hoc infra reſpondebitur concordã- E do eos. Ad primam rationem iſtius partis dicendum. Putant quidam, ꝙ per nullam qualitatẽ, vel formam creatam poteſt vnũ corpus eſſe ſimul cũ alio. Et cum dicitur, ꝙ aliàs dos nõ haberet operationem aliquam propriam. Reſpondet Scotus, & quidam alij quod nõ eſt inconueniens: nã impaſſibilitas dos eſt, & tamen dicunt, ꝙ non habet propriam operationẽ. Et qã obiicitur contra eos, ꝙ impaſſibilitas impedit volentem contrarie agere. Dicunt, ꝙ prohibere actiones extra non eſt aliqua actio elicita, & ita non eſt actio propria virtutis. Dicendum tñ, ꝙ verum eſt, ꝙ non poteſt poni dos ſine operatione propria, & tñ iſti non ponunt operationem dotibus omnibus, quia differunt in modo nominandi dotes; nam non ponunt, ꝙ dos impaſſibilitatis,

bilitatis,& subtilitatis sint aliquę qualitates,sed impassibilitas dicit priuationem,subtilitas autem dicit ordinem debitum ad existẽdum simul cum alio corpore, & ille ordo nõ nominat aliquid intrinsece, sed extrinsece,& tunc certum est,ꝙ dotibus non competit operatio propria, immo neque potest competere, communius tamen dotes ponuntur qualitates aliquæ positiuæ in corpore glorioso: ideo sic oportet poni operationes,& proprias eis,erit autem operatio dotis subtilitatis,non quidem facere, ꝙ corpus subtile possit simul esse cum alio corpore, sed cum subtilitas sit qualitas resultans in corpore ex eo,ꝙ corpus est plene subditum animæ ad operationem suam competit illi, ꝙ secundum eam sit corpus expeditum,& facile ad omnia opera, quæ anima vult facere per illud, & tamen, non ꝙ per hanc solam dotem sufficiat corpus gloriosum simul esse cum alio corpore. Verum est tamen ꝙ aliquo modo dos ista facit ad essendum simul cum alio, inquantum Deus libere concurrit cum corpore habente talem dotem,quòd quandocunque voluerit simul esse cum aliquo corpore, statim possit esse cum illo in eodem loco, & non concurrit cum corpore nõ habente hanc dotem,facit ergo dos ad hoc, nõ quòd tanquam forma habeat hunc actum effectiue, sed ꝙ ad hoc ordinatur. Simile autem aliquid est in verbis sacramentalibus: nam in illis non est aliqua virtus absoluta, quæ sufficiat ad consecrationem faciendam, sed quia mox,vt dicuntur ab eo, qui est sacerdos cum intentione consecrandi, Deus qui est summus sacerdos facit conuersionem illam,dicuntur illa verba specialiter facere consecrationem, vel ꝙ virtute verborũ fit consecratio,ſ. quia ad consecrationem ordinantur, ita mox,vt habens dotem voluerit esse simul cum alio corpore, poterit esse & erit, quia Deus hoc statim faciet,& non faciet in non habentibus dotem, ergo dos aliquo modo facit ad hoc, & ita non ponitur dos frustra. Ad secundum dicendum,quòd si sola Dei potestas respiciatur,ita poterit facere esse simul corpora nõ gloriosa, vel duo gloriosa simul sicut vnũ gloriosum cum non glorioso,& tamen diffiniuit hoc non facere nisi in corpore glorioso cum non glorioso, & hoc ad excellẽtiam corporis gloriosi, & hoc est, quòd dos faciet aliquo modo adesse vnum corpus simul cũ alio, sicut est de consecratione. Deus enim qui conuertit substantias, ita poterat eas conuertere dictis quibuscunque alijs verbis sicut dictis istis, & tamẽ nunquam conuertit quicquam nisi dictis istis, & mox, vt dicuntur facit conuersionem, & hoc est illa verba facere ad consecrationem, licet Deus illam faciat,ita ergo dos faciet ad esse duo corpora simul, licet Deus hoc faciat. Ad tertium dicendum,ꝙ anima non coniuncta si est beata potest esse simul cum quocũque corpore, & hoc sine miraculo,quia non repugnat sibi naturaliter ex aliqua parte, cũ autem sit in corpore,repugnat sibi per accidens ex conditione corporis. Et ideo dicendum est,ꝙ non poterit virtute naturali,neque per aliquam qualitatem inexistentem ei esse iam in quocunque vel cum quocunque corpore voluerit manẽdo in illo. Cum autem dicitur, ꝙ limitatur potestas, vel libertas eius. Dicendum,ꝙ non limitatur,quia cũ quocunq; corpore voluerit anima beata esse,erit quia quidquid voluerit statim poterit,non quidem per aliquam virtutem, quæ in ea sit, sed per diuinam voluntatem,quę concurrit cum voluntate animę,& ita cito, & ad nutum anima hoc habebit, sicut si per aliquam formam inexistentem sibi hoc faceret. Ad quartum dicendum,quòd dato semel per diuinam potentiam, ꝙ sint duo corpora in eodem loco, poterunt semper sic manere,& non oportet, ꝙ hoc fiat per miraculum aliquod, sed iam corpora per seipsa poterunt manere

Quo verba facer dote prolata ad cõsecrationẽ cõcurrant.

sic,cum semel datũ fuerit eis,ꝙ sic esse possint, & manent sic per aliquid quod in eis est, illud tamen non est aliqua forma absoluta, cuius effectus sit facere simul esse duo corpora,sicut a caliditate est calefacere, sed est forma quædam relatiua,i. simultas, & illa non facit corpora esse simul, sed per illã sunt simul, quod vero fecit ea esse simul, fuit diuina volũtas, & satis fuit semel factum esse,quia dum manet illa simultas,quę est forma relatiua per quam formaliter sunt in eodẽ loco,erunt corpora simul, & tamẽ non est concedendum, ꝙ Deus causauit ibi aliquam qualitatem, quæ possit facere,ꝙ sint duo corpora simul, ita ꝙ illa qualitas præcedat simultatem tanquam causa efficiens, quia tunc illa existente etiã si desinerent illa duo corpora esse simul, possent iterũ redire ad esse simul, vel illud in quo esset illa qualitas, posset cum quocunque alio incipere esse simul, & tamen falsum est, qa tunc non esset necessarium miraculum ad hoc, ꝙ duo corpora essent aliquando simul. Ad quintum dicendũ, ꝙ naturaliter nunquam possunt esse duo corpora simul. Et quando dicitur de ferro ignito,dicendum ꝙ ferrum aliqñ est ignitum,& nõ habet ignem, sed aliq̃ qualitatem ignis, quia agẽs naturale prius alterat quã gignat formam suam in passo:aliqñ aũt est vere ignis in ferro, & tñ tunc non manent duo corpora simul, neq; sunt duæ formę substantiales in eadẽ parte materiæ,quia si incipit esse ignis,desinit esse ferrum,manet aũt materia eadem, quæ prius fuit sub forma ferri,nũc sub forma ignis,& illud non est corpus ferri,sed ignis, & est ille ignis carbo, nunquã ergo duo corpora sunt simul,sed vnicum tantum.Nisi forte in porositatibus ferri:nam ẽtante conuersionem ferri in ignem erat ibi ignis, & tunc non est inconueniens, quia necesse est in porositatibus cuiuscunq; corporis manere corpus alterius modi,ne detur vacuitas aliqua Quod vero dr de pane madefacto in vino,vel aqua. Dicendũ, ꝙ humiditas vini,vel aquæ nõ potest esse in pane, impossibile est enim,ꝙ accidens idem sit duorum subiectorum,vel ꝙ transeat de vno ad alterũ,& tamen esset aliquid istorum si humiditas vini,vel aquæ esset in pane. Quod tñ panis madefactus maneat humidus põt dupliciter fieri. Vno modo, ꝙ illa humiditas causata fuerit per generationem. Alio modo,ꝙ fit per adhęsionem,& cõtiguitatem duorum corporũ. De primo patet: nam sicut caliditas est qualitas actiua, ita & humiditas,licẽt sit magis hebes in agendo,sicut ergo ea, quæ applicantur igni recipiunt caliditatem, non quidem, ꝙ transeat caliditas, quæ est in igne ad illas res, qa tunc maneret ignis sine caliditate, & esset miraculum, ꝙ accidentia transmigrarent, sed ꝙ sicut homo gignit alium hominem, ita calidum gignit caliditatẽ in alio, & frigidum gignit frigiditatem in alio non dimittendo suam frigiditatem, ita ergo humidum poterit humefacere,& causabitur noua humiditas in re, quæ humefit,& tunc diceretur, ꝙ aqua humida, vel vinum humidum humefaceret panem, & humiditas panis non esset humiditas vini, vel aquæ, sed humiditas panis, & esset formaliter in eo, esset tamen genita ab aqua, vel vino. Accipiendo secundo modo dicetur, quòd illa humiditas sit in vino, vel aqua, & non in pane,sed quia vinum, vel aqua contingunt superficiem panis,videtur esse formaliter, & subiectiue illa humiditas in pane, & tamen non est, sed in vino, vel in aqua, & tamen cum talia corpora sunt subtiliora,permiscentur alijs corporibus densioribus subtiliter, & videtur accidens illud esse corporis grossi,cum corpus subtile non videatur ibi, sed potius videatur esse intra substantiam corporis grossi, vel iam non esse. Et licet vterque modus esset possibilis, tamen secundus est verus. Quod apparet.

Primo

Primo quia si ex contactu vini, vel aquæ humefiat panis aut aliud corpus,densum, manet ibi adhuc aliquid de substantia corporis vini,vel aquę.Quod patet, quia si diligẽter comprimatur corpus grossum, excutietur inde aliquid de vino, vel aqua, & cum ista non expolientur proprijs accidentibus quandiu manent necesse est, ꝙ maneat humiditas vini,vel aquæ, quia ista manent. Et si dicatur, quòd adhuc post excussionem vini,vel aquę manet humiditas in pane,vel in digito,& ita videtur,quòd illa humiditas sit panis.

Dicendum,quòd manet ibi vinum, vel aqua, & tamen non potest totum excuti, quia valde permiscentur, & ideo manent adhuc ibi aliqua accidentia eius. Secundo patet, quia si humiditas ista, quæ videtur in pane fieret primo modo,idest, quòd esset genita,non posset ita cito causari: nam actiones naturales sunt cũ motu, & successione magna, & quanto causa agens est minoris actiuitatis, tãto est maior tarditas in actione,& quia dato,quòd humiditas sit qualitas actiua erit modicũ actiua,& valde minus quàm caliditas,& frigiditas, necesse est, quòd multo tardius agat, & tamen multo citius inducitur humiditas illa, quæ apparet in pane contingente aquam quàm caliditas in re,quę calefit: nam mox, vt panis tangit aquã apparet hæc humiditas in eo,ergo non est possibile, quòd sit humiditas panis causata per generationẽ,sed humiditas aquę, vel vini ibi manentis adhuc.

Tertio patet,& clarius,quia ex tali contactu non solum manet humiditas, sed etiam alia accidentia vini, vel aquæ: nam si contingat vinum rubeum panem, manebit humiditas in pane,& rubedo,& tamẽ rubedo non est ibi in pane,quia non potest esse genita ibi: nam humiditas,quæ est qualitas actiua generat humiditatem, & tamen coloratum,idest,album, vel rubeũ non generat albedinem, & rubedinem per approximationem, & immediatam alterationem,cum colores sint qualitates secundæ,& tamen illico, vt apparet humiditas in pane apparuit rubedo in eo, ideo sicut non est rubedo in pane,ita neque humiditas,sed idem est subiectum amborum,& tamen subiectum rubedinis est vinum:ideo etiam ipsum oportet esse ibi subiectum humiditatis manentis.

Quarto patet idem quantum ad alia accidẽtia:nam etiam manet ibi odor vini post talem cõtactum, & tamen odor realis non manet sine aliqua particula de substantia rei:intentio enim, vel species odoris potest esse sine substantia rei odorantis, & tamen illa nõ percipitur nisi a potentia odoratiua, & tamen non informat aliquam rem faciendo eam odoriferam,sed odor materialis non potest esse sine subiecto, & subiectum suum erat vinum: ideo quandiu in aliqua re manserit odor vini, necesse est, quòd maneat aliquid de substantia vini, non est ergo humiditas in pane, vt in subiecto, sed in vino quod ibi est per contactum. Sed id quod fallit nos est, quia videtur humiditas illa esse in superficie panis, non tamen est,quia tamen vinum, & aqua sunt corpora subtilia, & non terminabilia termino proprio, sed alieno,illabuntur pani, & alijs rebus grossis quas contingunt,ita quòd superficies vini, vel aquæ non supereminet superficiei panis notabiliter, & tamen non est eadem superficies cum non sit idem corpus.

Intentio rei sensibilis, & spẽs eius põt esse sine substãtia rei cuius est.

Et si dicatur, quòd illa humiditas sit in pane, quia si esset in vino tangente,esset solum circa superficiem panis, & tamen reperitur etiam in profundo panis: ideo videtur esse in pane.

Dicendum,quòd in vino est, & tamen, quia panis, & similia corpora sunt multum porosa, potest illabi vinum aut aqua, & cæteri liquores vsque ad profundum eorum, & tamen nunquam erit eadem superficies vini,& panis, sed duæ, quia sunt duo corpora,& ita manent omnia illa accidentia, quæ apparent in vino,vel aqua, & non in pane,vel digito, quia non potuerunt gigni in pane, vel digito, vt dictum est,& ita argumenta istorum nihil vrgent.

Sed manet tunc dubium, quia Scotus, & Radulphus, & alij dicunt, quòd per dotem potest corpus gloriosum esse cum corpore non glorioso in eodem loco. Dicendum, quòd nemo, qui aliquid intelligit confitetur duo corpora esse posse simul sine miraculo, quia aliàs daretur,quòd per actionem alicuius formæ creatæ nõ cõcurrente specialiter Deo posset hoc fieri, & tamen non potest fieri, quia nulla talis virtus confert corpori id per quod est repletiuum loci, vt ostensum fuit supra.

Sed dicunt hoc propter modum diuersum accipiẽdi dotem. Aliqui enim ponunt dotem esse qualitatẽ quandam,quæ est forma creata inhęrens corpori beati hominis. Alij autem non ponunt eam esse qualitatem aliquam absolutam, quæ sit intrinsece in beato corpore. Prima positio est communior, & rationabilior, & tunc dicendum est, quòd non potest per dotem beatus stare simul in eodem loco cũ alio corpore, quia tunc fieret sine miraculo, cum fieret per actionem solam alicuius formæ creatæ.

Alij autem, qui dicunt dotem non esse qualitatem absolutam existentem formaliter in corpore, dicunt quòd per dotem potest vnum corpus gloriosum existere in eodem loco cum corpore non glorioso, quia si aliquo modo põt corpus gloriosum esse in eodem loco cum corpore non glorioso dicunt hoc fieri per dotem subtilitatis, quia quidquid illud sit ꝑ quod fit, ẽt si nõ sit aliqua conditio corporis,sed aliquid extrinsecum,vocant illud dotem. Et tamen si dicatur eis an per aliquam virtutẽ datam corpori possit manere simul in eodem loco cum alio, negant fieri posse. Vnde Scotus 4.Sen.dis.49.inquit,ꝙ virtute efficienti voluntatis super corpus suum nõ põt fieri, ꝙ corpus gloriosum penetret dimensiones alterius corporis, vt sint duo corpora simul in eodem loco, sed tantũ põt hoc fieri voluntate diuina non imperio voluntatis creatæ. Et postea ponendo opiniones an corpora duo possint esse in eodem loco,cũ posuerit primam,ꝙ per nullam potẽtiam neque creatam neque diuinam fieri põt,& illam improbauerit,ponit secundam, ſ. ꝙ vnũ corpus subtile virtute suæ subtilitatis põt esse cũ alio corpore virtute formæ creatæ,,& vocat formam creatam qualitatem quandam corpori glorioso datam, quam alij dotem subtilitatis vocant, & improbat etiam positionem istam,ergo nõ concedit aliqualiter,ꝙ virtute formæ alicuius creatæ siue sit qualitas naturalis siue gloriæ possint duo corpora esse in eodem loco, postea tamen dicit,ꝙ possibilitas essendi duo corpora simul est per dotem subtilitatis, quæ est in corporibus gloriosis, & quia aliquis intelligeret, ꝙ ista dos esset aliqua forma inexistens corpori, & consequenter esset aliqd creaturæ, dicit ibidem, ꝙ dos subtilitatis nõ est nisi ordo debitus ad existendum simul cũ alio corpore, qui est ordo extrinsecus, & non intrinsecus formaliter, i. non est aliqua forma innata, & immanens corpori glorioso secundum quam possit se facere simul cum alio corpore,quia tunc esset ordo intrinsecus,& virtus faciendi ab intrinseco,sed est a Deo,ꝙ duo corpora simul sint,& quando simul sunt, necesse est, ꝙ sit ordo quidam inter ea respectu loci illius, & ille ordo non est intrinsecum,sed extrinsecũ,quod ipse magis ostendit ibidem respondens ad vnũ argumentum, qñ quæritur si Deus facit semel duo corpora esse simul poterunt illa manere simul in ęternum,& iam nõ manent per miraculum aliquod; quia sufficit miraculũ semel

factum

factum esse in eis, postea ergo manent p aliquid quod
in eis est, & sic dabitur aliqua forma, quæ simul mane-
re possit, quæ sit forma inexistens alteri eorum, & re-
spondit, quòd simul possint manere per aliquam for-
mam, quæ in eis sit, nō est, tamen illa forma nisi simul-
tas relatiua. Si autem intelligatur aliqua forma prior
simultate, quæ sit causa simultatis, i. per quam corpo-
ra duo possint se facere simul antequā simul sit, dicit
ꝙ non est concedendum, ergo accipiendo dotem pro
qualitate absoluta non concedit, ꝙ per illā possit cor-
pus gloriosum simul esse cum alio corpore. Sic etiam
Radulphus 4. Senten. di. 49. loquitur dicens, ꝙ esse si-
mul cum alio corpore competit corpori glorioso per
dotem subtilitatis, & probat dicens, ꝙ dos subtilitatis
non est nisi debitus ordo quem habet corpus beatum
ad aliud corpus ad essendum in eodem loco. Dicit
etiam quòd dos subtilitatis nō videtur esse aliqua qua-
litas, quia nec potest poni qualitas cœlestis, neque ele-
mentalis, neque spiritualis, quia nulla istarum sufficeret
ad faciendum duo corpora esse in eodem loco.
Postea dicit, quòd dos subtilitatis non est nisi diuinam
voluntatem cooperari corpori, vt sit simul cum alio
corpore pro libito voluntatis animæ beatæ, ita quòd
cum anima beata vult corpus suum esse cum alio, vo-
luntàs diuina causat respectum nouū in corpore bea-
to ad istum locum absque hoc, quòd corpus suum
locatum perdat ibi. Et dicit, quòd ratio est, quia non ap-
paret alia causa in tota nostra voluntate potens hoc
facere, & ita apparet, quòd licet doctores in modo lo-
quendi de dote discordent, omnes tamen asserunt, ꝙ
non potest aliqua qualitas absoluta dari corpori, per
quam possit corpus facere se simul cum alio corpore
cum nondum esset, & ita non potest fieri nisi per mi-
raculum, & non per dotem subtilitatis proprie sum-
ptam, vt est illa quædam qualitas data corpori.

Tertia via est, quòd duo corpora possunt esse in eo-
dem loco per miraculum, & non possunt alio modo
esse. Pro quo sciendum, quòd ad hoc, quòd maneant
duo corpora in eodē loco, necesse est, ꝙ maneant di-
stincta, i. ꝙ non confundantur in vnum corpus per-
dendo esse distinctum: nam iam non essent duo cor-
pora in eodem loco, sed vnicum, distinctio enim ma-
teriæ requirit distinctum situm, & distinctio materiæ
fit per dimensiones actu distinctas: nā distinctio actua-
lis dimensionum facit esse duo corpora realiter distin-
cta, distinctio vero potentialis dimensionū facit duas
partes eiusdem corporis. Si aūt conueniant duo cor-
pora in vnum, ita ꝙ pereat distinctio actualis dimen-
sionum, destruitur esse distinctū amborum, & acquiri-
tur ambobus vnum esse indistinctum, sicut apparet in
mixtionibus perfectis: nam ibi mixtibilia fiunt vnum
perdendo plura esse distincta, quæ habebant, & acqui-
rendo vnicum esse indistinctum, non potest ergo esse,
ꝙ duo corpora maneant duo, & tamē maneant simul,
nisi vtrique seruetur esse distinctum quod prius habe-
bat secundum quod vtrunque erat ens indiuisum in
se, & diuisum a quolibet alio. Dicit autem beatus
Tho. de Aquino 4. Senten. dist. 44. Et in quolibet,
quòd hoc esse distinctum dependet a principijs essen-
tialibus rei sicut a causis proximis, sed a Deo velut a cā
prima, sicut esse accidentis dependet a subiecto velut
a causa proxima: a Deo autem sicut a causa prima, &
quia causa prima potest conseruare rem in esse, ces-
santibus causis secundis, vt patet per primam propo-
sitionem libri de causis, sicut diuina virtute, & ea sola
fieri potest, quòd accidens sit sine subiecto, quod pa-
tet in sacramento altaris; similiter diuina virtute fieri
potest, & ea sola, quòd corpori maneat esse distinctū
ab alio corpore, quamuis materia eius nō sit distincta
situ a materia alterius corporis, & sic per miraculum

F fieri potest, quòd duo corpora sint in eodē loco. Hæc
tamen verba huius beati doctoris non sunt omnino
intelligenda sicut sonant, videntur enim verba sua
significare, quòd principia essentialia, & causæ im-
mediatæ distinctionis duorum corporum sit diuersi-
tas situs, & loci: ideo quòd ablata diuersitate situs
non possent manere duo corpora distincta, sed Deus,
qui est causa prima conseruat istam distinctionem
corporum sine distinctione situs. Et tamen non
est verum, quòd diuersitas loci, vel situs sit causa,
vel principium essentiale, & prius distinctionis cor-
poris, sed potius e contrario, quoniam est effectus
eius, non enim: ideo sunt aliqua duo corpora distin-
cta, quia sunt in distinctis locis, sed potius ideo sunt
G in distinctis locis, quia sunt corpora distincta, quia
sicut non ideo aliquod ens habet, quòd sit corpus,
quia est in loco, sed potius ideo est in loco, quia cor-
pus est, ita non ob hoc sunt aliqua distincta corpora,
quia sunt in distinctis locis, sed ideo sunt in distin-
ctis locis, quia sunt duo corpora distincta, ergo
quòd maneant duo corpora in vno loco, non est
quòd conseruetur effectus sine causa proxima, vel
principijs essentialibus, sed quòd maneat causa sine
effectu, qui directe sequitur ex ea: nam ex eo, quòd
aliqua duo corpora sunt distincta, sequitur naturali-
ter, quòd determinent sibi distincta loca, & manet
hic causa, scilicet, quòd maneant corpora distincta,
& tamen non determinent sibi distincta loca, sed in
H eodem sint. Nisi forte diceretur, quòd tollitur
causa proxima distinctionis. Est enim causa proxi-
ma distinctionis duorum corporum, vt vult ipse bea-
tus Tho. in quolibet, actualis diuisio materiæ, quæ
fit per distinctionem dimensionum. Si autem tol-
leretur diuisio materiæ, & distinctio dimensionum,
esset ablatum principium essentiale distinctionis, &
tunc si maneret distinctio duorum corporum, mane-
ret effectus sine causa proxima, & fieret hoc per so-
lam Dei conseruationem, & tunc talia duo corpora
naturaliter, & sine miraculo aliquo manerent in eo-
dem corpore, quia sicut eidem corpori humano eas-
dem dimensiones habenti naturale est manere in eo-
dem, vt vnico loco, ita cum illa duo corpora habe-
I rent easdem dimensiones indistinctas, naturaliter ma-
nerent in eodem loco, immo esset impossibile mane-
re in duobus locis, cum non haberent per quid
determinarent sibi loca distincta, & ita non esset tunc
miraculum manere in eodem loco, sed quòd possent
manere distincta, idest, duo corpora, & tamen non
maneret actualis diuisio materiæ, & diuersitas dimen-
sionum, & seruaretur posterius sine priori.

Sed hoc non vult beatus Tho. nam tunc non ma-
nerent duo corpora in eodem loco, sed vnicum cor-
pus cum ablata diuersitate dimensionum non essent
duo corpora. Et etiam ipse dicit, quòd necesse est
conseruari dimensiones proprias vnicuique distinctas
a dimensionibus alterius, cum ait, non potest esse ꝙ
K duo corpora remaneant duo, & tamen sint simul,
nisi vtrunque conseruet esse distinctum, quod prius
habebat, secundum quòd vtrunque erat ens indiui-
sum in se, & diuisum a quolibet alio.

Item non possent seruari per conseruationem
Dei talia corpora distincta ablato principio distin-
ctiuo, cum Deus non posit supplere locum cau-
sæ formalis inhærentis, & tamen distinctio materiæ,
vel diuersitas dimensionum est principium formale,
ergo duo corpora distincta sunt, & distincta manent,
secus autem est de alijs causis, quarum locum Deus
supplet. Nec etiam est omnino ad propositum suum
exemplum, quod inducit ipse Sanctus Tho. de con-
seruatione accidentium in sacramento: nam in illo
habet

Deus nō pōt supplere locū causæ formalis inhærentis.

habet locum dictum suum secundum tenorem ver-
borum. nam sicut subiectum est causa essendi accidē-
ti, ita est principium existendi, idest, per quod existat,
ꝙ ergo maneat accidens sine subiecto est seruare effe-
ctum sine causa proxima, quę est subiectum. ꝙ tamen
maneant duo corpora quantum ad suum esse distin-
ctum, & tamen sint in eodem loco non est manere
effectum sine causa proxima, vel principio essentiali,
sed manere causam sine effectu proprio, idest manere
distinctionem dimēsionum sine distinctione locorū.
Et ita intelligenda sunt verba sancti Tho. ad hoc, ꝙ
vera sint, & ita etiam Scotus vbi supra exponit aliqua-
liter verba sancti Tho. arguendo contra eum. Tunc
autem dicendum est, ꝙ duo corpora esse in eodem
loco est miraculum, & consistit miraculum in hoc,
quia sicut non potest naturaliter conseruari effectus
sine causa, vel posterius sine priori, ita etiam neque
B potest naturaliter separari causam a proprio effectu.
quantitati autem, siue dimensioni competit determi-
nare sibi locum, & replere, & consequenter expelle-
re quodcunque aliud replens locum, sicut autē quan-
titati competit determinare locum, ita duabus dimē-
sionibus competit determinare duo loca: cum cuili-
bet cōpetat replere, & expellere. quòd ergo maneāt
duę dimensiones distinctę, & tamen non determi-
nent sibi loca, neque se mutuo expellant: est priuare
alteram earum propria operatione. hoc autem natu-
ra non sufficit facere, sed Deus facit, cum non inclu-
dat contradictionem, sicut si faceret, ꝙ esset aliquod
C corpus sine loco, & quia tam conseruare effectum
sine causa, quam separare proprium effectum a causa
est supernaturale, vtrunque erit miraculum, qa tamē
magis exigit effectus causam cum dependeat ab illa,
quam causa exigat effectum proprium: erit maius mi-
raculum ex parte rei factę seruare effectū sine causa,
quam separare causam ab effectu, idest absoluere eā
ponendo sine effectu. Ex quo sequitur, quòd maius
miraculum est manere accidentia in sacramento eu-
charistię sine subiecto, quam duo corpora esse in eo-
dem loco, quia in primo manet effectus sine causa, p-
xima: in secundo absoluitur causa ab effectu. nulla ta-
men virtus creata, siue naturalis pōt separare causam
D ab effectu proprio, ideo non pūt duo corpora esse in
eodem loco per dotē solā, quia illa est qualitas glorio-
sa creata tñ, sed nec pp hoc erit frustra dos subtilitatis.
nam supra ad hoc rūdimus. Ad primū in ꝓrium dicē-
dum, ꝙ non fiant duo corpora vnum corpus. Et qñ
arguitur dicendum, ꝙ procedit argumentum ex fal-
sis. nam dr, ꝙ sint eędem dimensiones loci, & locati,
& tñ falsum est, quia locus nullas dimensiones habet.
prēsupponitur. n. in illo modo loquendi, ꝙ inter duas
superficies oppositas loci sit aliqua dimensio, quę sit
propria loco, & hoc non est verum, ꝙ supponeretur
tunc, ꝙ in loco esset vacuum, s. ponendo intra super-
ficies eius oppositas dimensiones aliquas sub quibus
non esset corpus sensibile, & si hoc esset verū, oporte-
bat, ꝙ qñ aliquid locaretur efficerent eędē dimensio-
E nes loci, & locati, i. dimensiones locati efficerentur di-
mensionibus loci vnitę, & tunc si duo corpora reci-
perentur in eodē loco oportebat, ꝙ dimensiones cu-
iuslibet eorū efficerent eędē cū dimensionibus loci,
& pñt essent eędē inter se. Sed falsum supponit, quia
si dimensiones aliquas proprias haberet locus, cū nō
maneāt materialiter simul distinctę dimensiones, ne-
cesse erat alteras earū corrumpi, & hoc non poterat
fieri sine mutatione alterius eorū, s. corruptis dimen-
sionibus locati, vel loci. Sed falsum est. nā locus dicit
superficiem claudentē. non tñ comperunt ei aliquæ
dimensiones, nisi dimensiones locati, ō dici, ꝙ dimē-
siones locati fiunt eędē cū dimensionibus loci, nihil

A aliud est, nisi ꝙ dimensiones locati continentur intra
terminos loci, & secundum mensuram locati sine di-
mensione eius distant termini loci ac si distarent pro-
prijs dimensionibus si eas haberet. Et tunc, qñ conclu-
ditur, ꝙ dimensiones duorum corporum efficiuntur
eędem cum dimensionibus loci, est sensus, ꝙ nec ūdū
dimensiones cuiuslibet illorum duorum corporum
distant termini loci. & hoc verum est, quia istud est
duo corpora esse in eodem loco, & non fieri aliquas
dimensiones, idem cum dimensio locati non efficiat
eadem cum dimensione loci, vt dictum est, quia locus
dimensionem nullam habet. Ad secundū dicendū, ꝙ
ponendo duo corpora in eodem loco non fit aliquid
contra cōes conceptiones, neque contra conclusio-
nes geometricas, neque contra diffinitionem lineę.

Pro hoc tñ sciendum, ꝙ linea dupliciter consideratur, scilicet naturaliter, & mathematice. Naturaliter
quidem, vt est in subiecto signato, quod est corpus na
turale. Mathematice aūt lineę pp subiectū ꝓsideranē
solū, vt sunt dimensiones q̄dā, & q̄m sicut accñtia hñt
esse p subiectū, ita indiuidunē p subiectū, accipient
accñtia eiusdē spēi esse vnū, vel multa ex vnitate, vel
multitudine subiectorū, & qa naturalis linea dr, q̄ ꝓside-
ratur, vt in subiecto signato. differrent oēs tales li-
neę subiecto, ēt si nullū aliud esse distinctū hēant. li-
nea Mathematice sumpta nō ꝓsideratē in subiecto, iō
vt sic non pōt differre subiecto ab alia, sed differūt in-
ter se situ, quia Mathematicus ꝓsiderat lineas, vt sunt
latera figurarū. q̄cunq; aūt lineę sunt nō differentes
situ ꝓstituunt idem latus triāguli, vel alterius figuræ
recti lineę, iō oēs illę sunt vna linea. qa tñ diuino mira-
culo pōt manere distinctio subiectorū, non distincto
situ, s. exñtib⁹ duob⁹ corporib⁹ in eodē loco, iō lineę
ꝓsideratę in diuersis corporib⁹, & superficies, & pun-
cta manebunt distincta subiecto, licet nō distinguanē
situ, & hoc sufficit ad distinctionē realē. Et qñ dr, ꝙ
inter duo pūcta trahunē plures lineę rectę, negandū
est, qa nō trahunē inter duo puncta, sed inter quatuor.
nā nō debēt ꝓsiderari in pūcta in duabus supficiebus
oppositis loci, sed in quatuor terminis supficierum
duorū locatorū corporū, & iūc, sicut lineę differunt,
ita & puncta, inter q̄ trahunē, & sic manet semp vera
suppositio illa, ꝙ inter duo puncta nō est trahere, nisi
vnicā lineā rectā, & tñ, sicut istæ duæ lineę tractę non
differunt situ, sed solū subiecto ita ēt quatuor puncta
inter quę trahunē solo subiecto differūt. Et sigs velit
preterire, ꝙ considerenē trahi lineę illę a duobus pūc-
tis consideratis in terminis oppositis loci loquitur
irrationabiliter. nam linea dr trahi a puncto illo, q est
terminus eius, & tñ pūcta corporū locatorū sunt ter-
mini, & non puncta considerata in terminis loci, cum
illa puncta non sint in eadē superficie naturali cū sup-
ficie corporū locatorū, iō debent accipi tractę lineę a
punctis locatorū corporum, & non loci, & ita manet
semper, ꝙ inter duo puncta sit vnica linea recta. De
duobus circulis idem dicendum est, ꝙ duo circuli
assignati in duobus corporibus sic locatis non diffe-
runt mathematice, quia habent eundem situm, & iō
non faciunt diuersas figuras. differunt tamen subiec-
to, quia sunt in duobus corporibus, & necesse est dif-
ferre accidentia numero, differentibus subiectis nu-
mero, & tunc non est inconueniens, ꝙ totaliter se tā-
gant. nam qñ circuli non se tangunt, nisi in puncto
accipitur diuersitas eorum ex situ. hic aūt cū accipiatur
dria ex subiecto: nō oportet, ꝙ aliqualiter differāt situ,
sicut fit generaliter in loco, & locato, qa sit vnus cir-
culus in supficie corporis locantis, & alius in supficie
corporis locati efficientur vnus circulus q̄tū ad situm,
qa se tangunt in totū, & tñ manēt duo circuli subie-
cto. Quod patet, quia ante locationem erant vere duo

circuli, & post locationem, scilicet recedente locato de suo loco manent ēt duo circuli, & tñ si semel eēnt vere vnus circulus: nunq̃ postea essent duo, iō necesse est, ꝙ semper fuerint duo distincti subjecto: licet mānserint in eodem situ, & ita est de lineis, & superficiebus, & punctis locantis, & locati semper, & de lineis, & superficiebus corporum, quę se contingunt.

Ad tertium dicendum, ꝙ non est inconueniens, ꝙ maneat aliquod corpus sine loco proprio; nam cum Deus possit facere duo corpora in eodem loco: poterit etiam facere aliquod corpus sine loco manere, & tamen dico, ꝙ data suppositione ista non sequitur, ꝙ maneat sine loco, quia cum includatur in maiori corpore, illa superficies signata in eo qua clauditur minus corpus, est locus illius, & non differt, ꝙ illa superficies sit extremitas corporis, vel sit in medio, quia cū sit actualiter signata superficies ex tactu terminorum corporis minoris in maiori, illa erit locus minoris corporis.

Ad quartum dicendū, ꝙ aliqui concedunt, ꝙ vnū corpus possit esse in diuersis locis miraculose, sicut Ricardus, & alij, & ponunt exemplum de corpore Christi in altari, & nos aliquando sic tetigimus alludentes propositioni eorum. communior tamen positio est beati Tho. & Aegidij, & Scoti, & quasi cæterorū, ꝙ etiam miraculose no possit idem corpus esse in diuersis locis, & idē Io.Bo. Ventura. Tangit autem ad hoc Aegidius tres rationes, secundo quolibet suo, q.17. Scotus vero 4.Sen.di.49. Dicitur ꝙ ratio differentię est, quia, ꝙ duo corpora sint in eodem loco nō includit contradictionem, quia solum est, ꝙ alterum eorum absoluatur a proprio effectu, idest ꝙ non repleat distinctum locum: cum sit distinctum corpus. potest tamen Deus separare causam ab effectu proprio. Quòd vero vnum corpus sit in diuersis locis includit contradictionem, quia de re nihil est extra terminos suos, & tamen termini rei clauduntur intra terminos loci, ergo extra terminos loci, nihil est de re locata, & tamen si eadem res esset in diuersis locis extra terminos loci, esset aliquid de re, & ita est cōtradictio, scilicet, quòd nihil sit extra de re, & tamen, ꝙ sit extra aliquid de re.

Cum autem arguitur a permutata proportione dicendū, ꝙ non seruatur forma arguendi, quia ibi quartum debet fieri postea primum, & tertium non efficit̃ secundum, sed tertium manet tertium, & primū manet quartum, vt si dicatur, sicut se habent duo ad quatuor, ita octo ad decem, & sex: conuertatur, ergo sicut se habet 16. ad 4. ita se habet 8, ad duo. tenendo autē istam formam debet sic argui, sicut se habet vnum corpus ad vnum locum, ita duo corpora ad duo loca conuertantur, ergo sicut se habent duo loca ad vnum locum, ita se habent duo corpora ad vnum corpus. Si aūt conuertatur sic, ergo sicut se hñt duo corpora ad vnum locum, ita se hñt duo loca ad vnum corpus: nō tenetur proportio permutata, sed de 3. fit 4. & de secundo fit secundum, & de 4. fit 3. ita mutatur totus ordo ac si diceretur, sicut se habet duo ad 4. ita 8. ad 16. ergo, sicut se habet 8. ad 4. ita se habet 16. ad duo, quia manifestum est, ꝙ nō tenet̃ proportio ꝑmutata.

An vnum corpus gloriosum possit esse in eodem loco cum alio corpore glorioso. Quæst. CXX.

QVAERITVR an vnū corpus gloriosum possit esse in eodem loco cū alio corpore glorioso.

Aliqui dñt, ꝙ sic, quia vbi est subtilitas est minor resistentia, sed gloriosum est subtilius, q̃ non gloriosum ergo minus resistet, q̃ non gloriosum, & tñ corpus gloriosum poterit esse cum non glorioso in eodē loco, ergo poterit a fortiori esse cum alio glorioso.

Item videtur esse conueniens habitudo, vt vnum corpus gloriosum sit cum alio, quia sicut corpus gloriosum est subtilius non glorioso, & ita est in illo, sic vnum gloriosum erit subtilius alio glorioso, & ita erit in illo. Item corpus cęli est corpus subtile, & erit glorificatum post iudicium, & tñ corpus alicuius sancti poterit esse simul cum corpore cęli, quia poterūt ascendere, & descendere ad terram pro libito suo, ergo vnum corpus gloriosum poterit simul esse cum alio. Aliqui dñt, ꝙ non poterunt esse simul, quia corpora gloriosa erunt spiritualia, & similia spiritibus q̃tum ad aliquid, sed duo spiritus non possunt esse in eodem loco, quamuis spiritus, & corpus poterūt esse in eodem loco, ergo duo corpora gloriosa non poterunt esse in eodem loco. Item duorum corporum simul existentium vnum ab altero penetratur, sed penetrari ab altero pertinet ad imperfectionem, quę in gloriosis corporibus non erit, ergo non poterit vnū esse cum alio in eodem loco.

Dicendum, ꝙ corpori glorioso non competit per dotem suam solam, i. per aliquam proprietatem existentem in eo manere simul cum aliquo corpore in eodem loco, ideo nec cum glorioso, neque cum non glorioso. diuina autem virtute potest vnū corpus esse cum alio, quia non includit contradictionē, & quia Deus sufficit ad quęcunque, quę non implicant ꝓdictionem, poterit facere quęcunque duo corpora in eodem loco, siue duo nō gloriosa, siue gloriosum, & non gloriosum, siue gloriosum, & aliud gloriosum, neque est quantum ad Deum aliqua specialis ratio difficultatis potius in vno, q̃ in alio. Sed dicendum, ꝙ Deus non faciet vnum corpus nō gloriosum esse cū alio non glorioso. nam hoc miraculum est: Deus tñ non facit miracula frustra, sed pro aliquo corpore nō glorioso velle facere tale miraculum est, quasi frustra agere, ideo non faciet, & ita tenet̃ cōiter. An tñ Deus faciet corpora damnatorum posse esse in eodem loco cum aliquibus partibus solidis inferni, vel vnum corpus cum alio corpore damnati, quidam dubitabant. & hęc ne ponatur tanta capacitas loci inferni quanta erit multitudo damnatorū. de quo tactum est libro nostro de quinque figuratis paradoxis parte quinta. & forte tangetur infra 25.c. ꝓstat.n. ꝙ fieri poterit, sed an fiet non est ꝑ tunc diffinitū a nobis. Non ēt faciet Deus vnū corpus gloriosum cū alio glorioso simul. & hoc, ꝗa non expedit. Prio, ꝗa seruabit̃ in corporib⁹ gloriosis debitus ordo, & distinctio, ad quod ꝑtinet, ꝙ cuilibet cōpetat locus suus. nam alicui corpori glorioso cōpetet locus proprius, ergo oī corpori glorioso, quia est eadē ratio in omnibus. Secūdo, quia illud, quod pōt simul esse cum alio habet̃ tanq̃ ꝑfectius, ꝗa dr̃ penetrare illud cū quo est simul, & tñ non erit imperfectio, neque passio ex parte alicuius eorū, ergo nō erit aliqñ vnū cū alio. Tertio, ꝗa rō precipue quare dos subtilitatis dat̃ corpori glorioso est, vt sit plene subditum aīę ad oēs operationes quas aīa volet exercere per illud. & pręcipue ꝑp corpora alia, quę impedire possent in agendo, & mouendo, & quia non glorificata impedire possent gloriosum corpus claudendo, & detinendo, & impediendo transire, cōcedetur glorificatis corporibus, ꝙ possint esse simul cum quibuslibet non gloriosis corporibus penetrando illa. corpora aūt gloriosa nō se īpediēt mutuo, ꝗa vn⁹ beatus non volet impedire, aut detinere alterū, iō nō erit ꝓueniēs, ꝙ aliqñ duo corpa gloriosa possint ēe simul, & ita De⁹ nō faciet, ꝙ simul sint duo corpora gloriosa. Sed obijciet̃, ꝙ poti⁹ sint simul duo gloriosa, q̃ gloriosum, & nō gloriosum, ꝗa magis ꝓueniēt, iō facilius se cōpatient̃. Dicēdū, ꝙ magis ꝓueniūt ad similitudinē quandā qualitatis. & tñ nō est verū, ꝙ q̃libet ꝓueniētia

adiuuet

adiuuet ad esse simul: immo interdum oppositio, & dissimilitudo magis adiuuat, sicut actus, & potentia dicunt vnū modū oppositionis, quia diuidunt quodlibet genus, & tamen actus, & potentia, idest materia, & forma conueniunt ad idem numero, idest constituunt idem indiuiduū, sed duo actus nō possunt esse in eodem, quia duo actus, aut duæ potentię nihil vnū constituunt, ergo similia recedunt magis a simultate, & identitate, quam dissimilia, sic etiam magis similātur duę quantitates, quam quantitas, & qualitas, & tamen quantitates duę non possunt esse simul naturaliter, sed qualitas, & quantitas quęcunque possunt esse simul: cum in eodem subiecto sint quantitas, & qualitas, ideo ratio non concludit.

Ad primum in contrarium dicendum, ꝙ ratio illa procedit si potentia ad essendum simul cum alio corpore possit in esse corpori ex naturali dispositione, vel ex aliqua virtute data corpori, siue sit naturaliter, siue gloriosa, quia tunc ad quęcunque corpora inueniretur maior aptitudo, esset facilius manere simul cum illis, sed falsum est, quia non comperit corpori ex aliqua virtute innata, vel data, sed ex miraculo: & quia virtus Dei ęqualiter potest ad omnia, quæ non effugiunt rationem entis, non est difficilius ei vnum facere, quā aliud, & tamen Deus, qui vtrunque potest vult vnum, & non aliud, vt ostensum est supra, ideo non erit gloriosum cum glorioso: licet sit gloriosum cum non glorioso.

Aliter potest dici, ꝙ non est facilius etiam naturaliter vnum corpus gloriosum esse simul cum alio, quā gloriosum cum nō glorioso, idest nō est maior aptitudo ad vnum, quam ad aliud: nam gloriosa corpora non dicuntur subtiliora, quasi minus habeant de materia, vel de quantitate, quam nō gloriosa, sed quia sunt actiuiora, inquantum sunt magis subdita animę ad operationem, quam anima vult exercere per talia, & tamen impossibilitas essendi duo corpora simul prouenit ex solis dimensionibus, quia etiam dimensiones separatę non possunt esse in eodem loco cum aliquo corpore. 4.Phy. & tamen in corporibus gloriosis manebit tantum de quantitate, & materia quantū hic fuit, quia illa pertinent ad veritatem naturę, ergo non est maior aptitudo in duobus corporibus gloriosis ad esse simul, quam in duobus non gloriosis.

Ad secundum dicendum eadem ratione, ꝙ maior, & minor subtilitas sunt dispositiones quędam ex parte corporum, & tamen esse simul non poterit accidere per aliq̃ virtutē creatā, sed per solā Dei volūtatē, iō nihil ad hoc faciet magis, aut minus subtile esse. Aliter dicendum, ꝙ licet nulla ratio inueniatur ex parte corporū ad hoc, ꝙ possint esse simul: tñ reperitur aliqua ratio cōgruitatis ad hoc, ꝙ Deus potius velit ista corpora facere simul, q̃ alia, vt dictum fuit supra, & tunc licet vnū corpus gloriosum sit subtilius alio, quia dotes non sunt ęqualiter in eis, sed iuxta meritorum differentiā: tñ quodlibet erit gloriosum, sed pertineret ad imperfectionem quòd permitteret Deus, aut faceret penetrari vnum ab altero: ergo non faciet quātūcunque vnū sit alio subtilius. Ad tertium dicendum, ꝙ cum corpore cęli poterit esse aliquod corpus beatum: immo erunt vere oīa corpora beatorum in trāsitu ad empyreum cū soliditate inferiorū cęlorū, & in ipso empyreo post iudiciū manebūt omnia simul cū ipso corpore cęli, ꝗa non manebunt in vacuo: sed non pōt vnum corpus beatū simul esse cū alio. corpus aūt cęli non erit vere beatū, sed ęquiuoce. nā dicent̃ corpora cęlorum gloriosa inquātum augebitur in eis lux quia, vt dr̃ Isa. 30. erit lux lunę sicut lux solis, & lux solis septempliciter, sicut lux septem dierum: non tñ erunt gloriosa, quasi sint in eis dotes glorię, quia hęc solum

erūt in corporibus beatorū, in quorū corporibus beatitudo est propter aīam inquantum defluit ab anima, & quia corpora fuerunt instrumenta cooperantia ad merendum beatitudinem, corpora autē cęlestia non sunt animata, neq; aliquid meritoriū operari potuerunt, iō non dabuntur eis dotes, vt vere dicantur gloriosa corpora, & ita cum illis bene stabit aliquod corpus beatum, sicut & cum non gloriosis, s. cum terra, & lapide, & alijs solidis. Ad primum in ꝓtrarium dicē dū, ꝙ corpora beatorum possent eē in eodem loco eo mō quo gloriosum cū nō glorioso, s. per diuinam potentiā, & tamē Deus non faciet ea simul esse pp causas dictas. Et dicendum, ꝙ non est idē de duobus corporibus gloriosis sicut de duobus spiritibus, quia corpora gloriosa vocant̃ spūalia, i. habentia aliquam conditionem spūalitatis, & non, ꝙ sint spūs, iō licet duo spiritus non possint esse in eodem loco, esse poterunt duo corpora gloriosa: licet de duobus corporibus an possint esse in eodem loco non est dicendum absolute, quòd non possint esse, quia intra corpus hominis sunt sępe multi dęmones: sicut qui habuit legionem. Mar. 5. & Lucę 7. & tamen non sunt per eundem modum spiritus simul, vt dictum fuit supra 8.c.q.136.

Ad secundum dicendum, ꝙ ista ratio concludit. ꝙ nō erit vnum corpus gloriosum simul cum alio, quia non erit conueniens, quia tamen non sequitur, quòd non poterunt esse simul: nam cum esse simul duorū corporum non sit per aliquam virtutem creatam, sed per Dei voluntatem, ita neque potest impedire aliqua virtus creata quin duo corpora simul esse possint.

An corpus gloriosum per suam subtilitatem poterit esse in loco minori, quam sit sua quantitas, quando per se est in loco. Et quòd quantitas minor se efficitur duplicitER. Et quare Christus manet localiter in sacramento altaris. Quæst. CXXI.

QVAERITVR an corpus gloriosum per suā subtilitatem poterit esse in loco minori, quam sit sua quantitas, quando per se est in loco, & non cum alio corpore.

Aliqui dicunt, ꝙ sic, quia corpora omnia gloriosa erunt conformia corpori Christi. ad Phili. 3. reformabit corpus humilitatis nostrę configuratum corpi claritatis suę, & tamen corpus Christi non cogit̃ manere sub ęqualibus loci dimensionibus, sed pōt manere in paruo, vel magno loco, sicut apparet in hostia cōsecrata, ergo idem erit in corporibus gloriosis. Item, vt Philosophus oñdit 4.Phy. si duo corpora sunt ī eodem loco maximū corpus obtinet minimum locū, quia diuersę partes eius poterunt esse in eadem parte loci. non.n. differt an duo corpora, vel quotcunque sint in eodem loco si duo esse possunt, sed corpus gloriosum erit simul, i. esse poterit cū quocunque alio corpore, ergo poterit esse in q̃ūcunque paruo loco minori se. Item sicut corpus per suam quantitatem commensuratur loco, ita per suum colorem commē suratur oculo, & tamen corpus erit ita subiectum spiritui, ꝙ licet semp hēat eundē colorē poterit videri, & non videri qficunque voluerit, sicut fuit in Christo post resurrectionem, & ēt prius, qñ voluit hēre similes actus dotibus, ergo ita erit quantitas corporū gloriosorum subdita eis, ꝙ qñ voluerint stare in maiori loco stabunt, & qñ in minori erunt in minori; licet semp maneat eis eadē quātitas. Dicēdū, ꝙ corpa gloriosa nunq̃ erunt, neq; esse poterūt in minori loco, q̃ ipsi sint, dicit tñ Arist. 4.Phy. ꝙ oē, quod est in loco, est in loco sibi ęquali, & tamen copora gloriosa erunt in loco, ergo erunt in loco ęquali sibi.

Item, vt ostenditur 4.Phy. eędem sunt dimensio-

res loci,& locati: si ergo esset interdum locus minor locato: erit idem minus se ipso,quod est cõtradictio.

Pro quo sciendum, quòd corpus non comparatur ad locum, nisi mediantibus dimensionibus suis secũdum quas corpus locatum circunscribitur ex contactu corporis locantis, ꝙ ergo corpus aliquod sit in minori loco, quam sit sua quantitas, non potest esse, nisi per hoc, quòd quantitas corporis propria efficiẽ aliquo modo minor seipsa.Quod quidem non potest intelligi, nisi dupliciter, & tamen neutro modo potest corpus esse in minori loco, quam sit sua quantitas.Primo modo efficitur quantitas propria minor seipsa ex variatione quantitatis circa eandem materiã, scilicet, vt materia, quę prius suberat magnę quantitati,postea subsit paruę quantitati.Quidam autem putauerunt hoc fieri in corporibus gloriosis dicentes, ꝙ quantitas eorum subest eis ad nutum, ita quòd cum voluerint, possunt habere magnam quantitatem, & cum voluerint paruam.

Sed,dicendum, ꝙ hoc non stat, quia hoc est, vt isti volunt,ꝙ aliquando beati deponerent vere aliquid de quantitate sua,aliquando autem assumerent multum de quantitate plusquam haberent, & tamen nõ stat, quia nullus motus, qui sit quantum ad aliquid intrinsecum rei potest fieri sine aliqua passione abiiciente a substãtia,& ob hoc in corporibus cęlestibus,quę sunt incorruptibilia est solus motus localis,quia ille nõ est secundum aliquid intrinsecum, sed solum acquiritur vbi, quod dicit respectum extrinsecum. Et ita si corpora beatorum mutarent quantitatem, siue deponẽdo aliquid, quod habent, sine accipiendo quod non habent, fieret in eis motus secundum aliquid intrinsecum,scilicet augmẽtatio,vel diminutio, & in vtroque est passio, quę abijcit aliquid a substantia. hoc autem repugnat corpori glorioso, quia gloriosa sunt impassibilia, & incorruptibilia; non ergo mutabunt quantitatem.

Item si aliquando acciperent maiorem quantitatẽ, & aliquando minorem: fieret hoc, aut dimittendo aliquid de materia, aut per rarefactionem, & condensationem.Non primo modo, quia cum tota materia sit de veritate coporis, quia est substantia eius, nõ peribit aliquid eius. Non etiam secundo modo: nam si manente eadem materia acciperent corpora beatorũ quantitatem quantumcunque vellent: necesse erat, quòd rarefierent nimis, vt sufficeret materia illa ad hoc,quòd subesset tantę quantitati, & tãta forte esset raritas, quòd non conueniret speciei humanę,sicut si rarefieret corpus nostrum ad tantam raritatẽ inquãta est aer,vel ignis,& si manente eadem materia vellet corpus beatum accipere minorem quãtitatem, oporteret, quòd fieret interdum tanta condensatio, & soliditas, quòd non conueniret vitę, sicut si densaretur ad soliditatem lapidis, vel ferri,nam corpora tantę dẽsitatis non possent vegetari,& ita non possent viuere: non ergo potest per rarefactionem,& condensationẽ mutare quantitatem, ita quòd vere efficiatur minor, vel maior seipsa.

Secundo modo potest intelligi, quòd quantitas corporis efficiatur minor seipsa per variationem situs,scilicet quòd partes corporis subintrent seipsis,& sic redeant ad quantumcũque paruam quantitatem. Et ita dicunt de corporibus gloriosis,quòd poterunt mutare situm partium suarum faciendo, quòd quædam partes subintrent ad alias.Et hoc modo dixerunt quidam, ꝙ corpus gloriosum ratione suę subtilitatis habet,quod possit esse simul cum quocunque corpore non glorioso,& ita cum vna pars corporis gloriosi subintrauerit aliam partem, poterunt partes omnes subintrare vnam, & quia illa, ita potest esse eadem ratione parua, sicut magna: poterit corpus gloriosum reducere se ad manendum sub aliqua parte, ita parua, sicut athomus, & ita dicunt, quòd corpus gloriosum poterit intrare per minimum porum corporis nõ gloriosi. Et sic dicunt,quòd fuit in Christo, quando exiuit de vtero virginis, & quando intrauit ad discipulos ianuis clausis.

Sed hoc non potest stare. Primo, quia corpus gloriosum non habebit, ꝙ possit stare cum alio corpore rõne suę subtilitatis, vt oñsum est supra q.119.& tñ si posset reducere se ad tã paruam quantitatem, iã virtute huius transiret per poros corporum. Secundo, quia corpus perderet esse organicum. Tertio,qa moreret,& ita de alijs incõuenientibus,q̃ inducta sunt ad ad hoc,s.iõ non est concedendum, ꝙ corpus gloriosum efficiatur aliquando minoris quantitatis,q̃ sit,& non solum virtute propria, sed neque ẽt per miraculũ fiet, quia licet per miraculũ fieri posset sequerent inconuenientia si fieret.Et ita dicendum est, ꝙ corpa gloriosa nunq̃ erũt in minori loco, q̃ sit quantitas ipsorum,sed semper in loco ęquali,siue sint per se,i.sola in loco, siue cum alio corpore. Ad primum dicendum,quòd corpora nostra imitabuntur corpus Christi,& tñ illud nunquam est in minori loco, quã sit sua quantitas,Et qñ dr̃ de sacramento eucharistię.Dicendũ,ꝙ ibi non est localiter,sed sacramentaliter. Quod patet, quia non est ibi per motum ad locum, sed per conuersionẽ alicuius in ipsum, quod prius erat in eodẽ loco. Etiam quia Christus est sic in multis altaribus, & tamen si esset localiter, non posset esse nisi in vno loco, vt ostẽsum est supra, quia etiam per miraculum vnum corpus non est in diuersis locis, cum autem sit sacramentaliter non determinat sibi tantam quantitatem loci quanta est sua quantitas, immo nullam quãtitatem,quia in loco non est, & ratio est, quia ibi non est Christus per se, idest per motum factum in eo ad acquirendum vbi, sed per conuersionem alicuius in ipsum,quale ergo est,quod in ipsum conuertitur,talis modus essendi erit eius, & tñ quod conuertitur in ipsum est substantia sola panis sine quantitate,& alijs accidentibus, sed substantia manens per se est indiuisibilis,& consequenter non cõpetit ei locus aliquis, ideo manet corpus Christi indiuisibiliter in sacramento. si tñ Christus deberet alicubi esse per se,idest non conuerso aliquo ente in eũ,sicut est in cęlo empyreo, necesse est,ꝙ esset ibi in tanto loco quanta est sua magnitudo. Ad ꝙm dicẽdum,ꝙ probatio Arist.procedit, ꝙ si duo corpora simul sunt in eodẽ loco, partes vnius subintrant partes alterius, & ꝑñr partes eiusdem poterunt ad inuicem subintrare seipsas, & ita erit res in paruo loco. Dicendum,ꝙ qñ corpus gloriosum stat cũ non glorioso in eodẽ loco, sub intrant partes corporis gloriosi in partes corporis non gloriosi, partes tñ corporis gloriosi nõ subintrant in se inuicẽ, vt ostensum est supra, iõ nunq̃ corpus gloriosum erit in minori loco q̃ sit ipsum corpus. Ad tertium dicendũ, ꝙ non est simile de corpore glorioso q̃tum ad colorem,& quantitatem. nã in visum agit corpus coloratũ immutando eum ꝙm actum coloris, & ista est actio elicita quæ est distincta ab agente, & iõ talem actionem suspendi ꝑ voluntatem beatorum non est incõueniens, & ita aliqñ videbuntur,& aliqñ non: esse autem in loco prouenit a quantitate,& esse in magno, vel paruo loco a magna,vel parua quantitate, & non est actio elicita a corpore, sed magis est formalis, quia est commensuratio quędam, ideo ista non potest suspendi, quia hoc esset variare aliquid intrinsecum de re,quod non esset sine passione, & imperfectione locati,ideo non poterit beatus per arbitrium suum esse in minori loco,quam ipse sit.

An

An corpora gloriosa manebunt palpabilia. Et quod sit corpus palpabile. Et quomodo erit in potestate corporis gloriosi quòd tangatur,vel non tangatur.

Qu.est. CXXII.

QVAERETVR an corpora gloriosa manebunt palpabilia.

Aliqui dicunt,ꝙ ratione suæ subtilitatis competit eis,ꝙ non palpentur. Dicit enim Grego. in Homel.quadam paschali, corrumpi necesse est quod palpatur: sed corpus gloriosum est incorruptibile: ergo est impalpabile.

Item omne quod palpatur resistit palpãti,sed quod simul esse potest cũ alio non resistit ei.corpora tamen gloriosa possunt simul esse cum nõ gloriosis:ergo nõ resistent eis, & consequenter non erunt palpabilia.

Item corpus palpabile est tangibile,sed corpus tangibile habet qualitates tangibiles excedentes qualitates tangẽtis,quia aliàs nõ sentirentur tactu. cum ergo in corporibus gloriosis qualitates tangibiles non sint in excessu,sed reductę ad maximam ęqualitatem: ergo videtur, ꝙ non sint palpabilia. Item sensus tactus inter omnes est melior, & tamen corpora gloriosa erunt valde spiritualia, ergo non erunt palpabilia.

Itẽ,quod tangibile fit miraculose, vel ex Dei dispẽsatione,videtur,ꝙ non sit proprium secundum se tangibile, & tñ corpus Christi factum fuit tangibile dispensatiue in resurrectione, ergo non competit corpori glorioso esse tangibile.Sic dicit Chysosto.in quadam Homel.dignum est querere qualiter corpus incorruptibile tangibile fuit manu mortali, sed ne tumultueris,condescensionis enim fuit.

Dicendum, quòd corpora beatorum sunt palpabilia: Christus enim surrexit cum corpore glorioso, & tamen illud palpabile fuit, quia dixit discipulis:palpate,& videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere.Luc.24.

Item dicit Grego.14.mora. quòd fuit heresis Euthichetis Constantinopolitani Patriarchę, quòd corpora nostra post resurrectionem in gloria erunt impalpabilia.

Item ipse Greg.dicit in Homelia paschali de corpore Christi, ꝙ palpabile fuit per veritatem naturę, & subtile per effectum glorię.

Item in corpore glorioso erunt carnes. Lucę 24, sed caro est mollis: ossa vero dura sunt. molle autem, & durum sunt obiecta tactus, ergo erit tangibile, & palpabile.

Pro quo sciendum, quòd omne corpus palpabile est tangibile, sed non conuertitur, quia tangibile se habet in plus,vt genus: dicitur enim tangibile corpus omne illud, quod habet qualitates quibus natus est immutari sensus tactus, & ita aer, ignis, aqua,& omnia huiusmodi sunt tangibilia:palpabile autem addit super tangibile,quòd resistat tangenti ne ipsum diuidat,vnde aer, qui non resistit transeunti per eum, sed est facillimę diuisionis,tangibilis quidem est,sed non est palpabilis, & idem de igne. Duo ergo dicit palpabile corpus, scilicet qualitates tangibiles, & resistere tangenti ne pertranseat: qualitates autem tangibiles sunt calidũ, frigidum, humidum, siccum, molle, durum, rarum, densum,asperum, & leue,& huiusmodi, quę non inueniuntur, nisi in corporibus grauibus, & leuibus, quę habent contrarietatem adinuicem, & per hoc sunt corruptibilia, ideo corpora celestia, quæ sunt natura incorruptibilia, sunt sensibilia quidem visu,sed non tangibilia,& consequenter neque palpabilia. Et ita dicit Grego.corrumpi necesse est omne, quod palpatur.corpora autem gloriosa,quia sunt humana habent ex natura sua qualitates tangibiles, quæ sunt natæ immutare tactum, quia tamen corpus est omnino subiectum spiritui in potestate eius est, vt secundum eas immutet sensum tactus, vel non immutet.similiter ẽt ꝙm naturã competit corpori glorioso, vt resistat cuilibet alteri corpori ne diuidat illud, neq; ẽt possit esse cũ illo in eodẽ loco. põt tñ miraculose ad nutum beati corpus suum esse simul in eodẽ loco cum quolibet corpore non glorioso, & sic non resistit ei trãseunti,ergo ꝙm naturã quodlibet corpus gloriosum palpabile est,& tñ ex virtute supernaturali cõpetit ei, vt non palpetur a corpore non glorioso, qñ voluerit non palpari. Et ita fuit de corpore Christi,vt ait Grego.dñs palpandam carnem prębuit, quã clausis ianuis introduxit, vt profecto oñderetur post resurrectionem corpus suum esse eiusdem naturę, & alterius glorię. erat enim corpus Christi post resurrectionem naturaliter palpabile: facilius ergo erat, ꝙ se palpabilem discipulis traderet, quam quòd eis præsens palpari non posset. nam palpari competebat ei nullo miraculo facto, quòd vero non palparetur non poterat sine miraculo fieri:quo fit,vt vnum corpus penetret aliud, & possit cum eo simul esse in eodem loco:nam duobus corporibus solidis simul manentibus si vtrunque habeat qualitatem tangibilem, necesse est,quòd aut se tangant, & sic palpari:aut alterum fugiet, aut cedet, sed corpora gloriosa sunt secundum naturam tangibilia, & palpabilia.Si ergo applicentur eis alia corpora solida,vt homo,vel lapis,cum non fugiant corpora beatorum, quia fuga est eius, qui resistere nequit:necesse est, quòd palpetur vnum ab altero, & ita secundum naturam fiet, & tamen est in potestate corporis gloriosi, ꝙ non tangatur,neq; palpet ab alio corpore, & hoc erit, quia faciet se simul cum alio corpore in eodem loco, & tunc ipsum non cedit corpori non glorioso, nec ẽt proprie cedit ei corpus non gloriosum, quia quod cedit diuidit, sed quia penetratur a corpore glorioso, cum sint ibi partes corporis gloriosi vbi sunt partes non gloriosi. Ad primũ dicendum,ꝙ corpora gloriosa naturaliter sunt palpabilia, & ita ẽt naturaliter ex cõditione cõponentium sunt corruptibilia,sed incorruptibilitas accidit ex dote glorię, & sic ẽt non tangi, & non palpari euenit eis ex ꝓditione glorię,iõ non corrũpent licet palpabilia sint.

Ad secundũ dicendũ, ꝙ corpus gloriosum nãliter habet,ꝙ locum repleat, & ꝙ resistat alteri corpori nõ cedendo ei;ex miraculo aũt põt manere in eodẽ loco cũ alio corpore: potest ergo vtrunque, nam si secundum naturam agere vult non erunt duo corpora in eodem loco,sed resistet cuilibet alteri corpori, & tangetur, & palpabitur.si aũt vult miraculose simul cum alio esse,nõ palpabitur,neque tangetur,& tñ,quando est in aliquo loco cum alio,non põt tangi ab eo, neq; palpari,Ad tertiũ dicendũ,ꝙ si in corporibus beatorũ essent reductę qualitates tangibiles ad medium secũdum rem,non essent illa tangibilia, quia non immutarent secundum aliquam qualitatem: immo neque possent denominari proprie,etiam non posset manere complexio corporis humani in tali habitudine, sed erunt reductę qualitates tangibiles ad medium secũdum proportionem: eo modo quo maxime conpetit vitę humanę, & complexioni secundum singulas partes corporis: nam non erit eadẽ habitudo qualitatum in omnibus partibus corporis,quia non competit hoc vitę, & ita in singulis partibus erit tactus, qã secundum rem dñabuntur aliquę qualitates tangibiles: licet secundum proportionem sint in medio, & tactus talium corporum erit delectabilissimus, quia delectatio fit inconuenienti,& tristitia fit in excessu.

Ad quartũ dicẽdũ, ꝙ sensus tactus est magis naturalis,q̃ ceteri:tũ qa habet mediũ intrinsecũ sentiendi,

tum, quia ſpecies tãgibilis qualitatis ſolet recipi cum reali alteratione organi, quod non fit ſemper in aliis, & tamen in vita ęterna auferent iſtæ imperfectiones, & tactus recipiet ſpiritualiter ſine alteratione organi, ideo non erit inconueniens ſenſatio tactus in corporibus beatorum, vt oſtenſum eſt ſupra q.119. Ad quintum dicendum, ꝙ corpus Chriſti poſt reſurrectionē erat naturaliter palpabile, & tamen non erat mortale, vt dictum fuit ſupra. Quod aũt dr̃, ꝙ fuit condeſcēſionis tradere ſe palpabilem, non eſt ſenſus, quaſi miraculoſe ſe tradiderit palpandum, quia non egebat miraculo ad hoc, ꝙ palpari poſſet, ſed potius ad hoc, ꝙ non poſſet palpari miraculo opus erat. Sed fuit condeſcenſio, ꝙ hominibus mortalibus voluerit ſe palpandum tradere, nam ſtatus reſurgentium eſt omnino ſeparatus a ſtatu mortalium, vt illi non debeant cōuerſari nobiſcum. ꝙ ergo voluerit diſcipulis adhuc mortalibus, tam familiariter ſe oſtendere, ꝙ palparet aut ſe palpandum exhiberet, fuit cuiuſdam condeſcēſionis.i.dignationis, ſed non miraculi.

An omnia corpora beatorum futura ſunt agilia. Et quomodo intelligatur, quòd beatorum corpora a nubibus, & angelis deferantur. Quæſt. CXXIII.

QVAERETVR conſequenter de dote agilitatis, quæ eſt ad motum. An omnia corpora beatorũ futura ſunt agilia.

Aliqui dicunt, ꝙ non, quia illud, quod eſt agile nō indiget ad motum aliquo deferente ipſum, & tamen corpora beatorum deferentur, nam poſt iudicium rapientur corpora beatorum obuiam Chriſto in aera, 1. Theſſ.4. & dicit ibi Glo. ꝙ rapientur in nubibus cęli, ergo non erunt agilia. Item corpus, quod mouetur cum labore, & pęna, non poteſt vocari agile, & tamen corpora glorioſa mouebuntur cum labore, & pœna: cum motor eorum.ſ.anima moueat ipſa contra conditionem ipſorum, quia alias ſemper mouerentur in vnam partem, cum corpora determinent ſibi vnam poſitionem, ergo non erunt agilia. Item inter operationes animalis ſenſatio eſt nobilior, quam motus, & tamen nō aſſignatur aliqua proprietas, quæ perficiat ea ad ſentiendum, ergo nec debet eis aſſignari agilitas per quam perficiantur in motu. Item natura dat diuerſis corporibus inſtrumenta diuerſę diſpoſitionis ſecundum diuerſas virtutes ipſorum, vnde nō dat eadem inſtrumenta corpori tardo, & veloci, ſed Deus operatur multo ordinatius, quam natura, cum ergo corpora glorioſa habeant membra eiuſdem diſpoſitionis in figura, & quantitate, ſicut modo habent, vr̃ ꝙ Deus non det eis aliam agilitatem, quam nunc habeant, quia alias daret eis membra diuerſa tunc, quã nunc. Dicendum, ꝙ erũt corpora noſtra agilia in beatitudine, nam dr̃. 1. Cor.15. ſeminatur in infirmitate, ſurgit in virtute. Glo. dicit ibi mobile, ſed mobilitas non poteſt dicere agilitatem, niſi ad motum, ergo erunt corpora beatorum agilia. Item tarditas repugnat valde ſpiritualitati, & tamen corpora beatorum erũt ſpiritualia. 1. Cor.15. ergo erunt agilia. Pro quo ſciendum, ꝙ corpus glorioſum erit ſubditũ animæ in omnibus non ſolum, vt nihil ſit in eo, quod reſiſtat volũtati ſpiritus, quia hoc etiam fuit in corpore Adæ, ſed etiam vt ſit ibi aliqua perfectio effluens ab anima glorificata in corpus, per quam reddatur habile ad prædictam ſubiectionem, quæ quidem perfectio dr̃ dos corporis glorificati, anima autem non ſolum vnitur corpori, vt forma.i.dans eſſe, & operationes cōueniētes ſecundum ſpeciem in corpore exiſtens, ſed etiam vt motor.ſ.vt corpus actualiter moueat, oportet ergo ꝙ vtroque mō corpus ſit ſubditum animæ, vnde

F ſicut per dotem ſubtilitatis ſubiicitur ei totaliter inq̃tum eſt forma.i.quantum ad oēs operationes quarũ forma ſm̃ conditionem ſuę ſpeciei eſt principium in corpore, ita per dotem agilitatis ſubiicitur ei inquantum eſt motor, vt ſit expeditum, & habile ad obediendum aīę in oībus motibus quos exercere vult per corpus, & tamen iſta agilitas aliunde, q̃ ab aīa proueniat, & quid ipſa ſit ſm̃ ſe infra dicetur. Ad primum dicendum, ꝙ corpora glorioſa pp ſuam agilitatem nō egebunt deferente aliquo, neque ſupportantur. verũ eſt tñ, ꝙ ab angelis portabuntur, & in nubibus, non quidem tanquam nubes ſuſtinere poſſet corpus beatum ſi illud maneret ſm̃ conditionem grauitatis, quã nũc habet, ſed tam angeli, q̃ nubes erunt ad reuerentiam: G vult.n.Deus, ꝙ hęc honorificentia exhibeatur corporibus beatorum, ꝙ ab angelis, & nubibus deferãtur. Sic.n.fuit de Chriſto aſcendente, nam manifeſtum eſt, ꝙ non indiguit nube in qua ferretur. nam ēt manente corpore ſuo in grauitate, quam habuit mortale exiſtens, poterat virtute propria.i.diuina aſcēdere nō motum ab aliquo, & tñ in nube aſcēdit, & angelis comitantibus, quia oīa hęc fuerunt ad reuerentiã eius. Ad ſecundum dicendum, ꝙ aīa nullum laborē hēbit in mouendo corpus glorioſum, quia quãto virtus aīæ mouentis maior eſt ſuper corpus, tanto minus laborat aīa in mouendo, ēt ſi motus ſit ꝯ naturam corporis. nam nunc illi in quibus virtus motiua eſt fortior, H vel qui habent per exercitium corpus magis habilitatum ad obediendum ſpiritui mouenti, minus laborãt in motu, & quia poſt reſurrectionem aīa perfecte dominabitur corpori, tum pp perfectionem ipſius aīæ, quia ipſa perficietur, quantum ad oēs vires ſuas magis in beatitudine, tum ex quadã habilitate corporis glorioſi cauſata ex redundantia aīę in ipſum. nō ergo erit labor ipſe aliquis in motu corporum beatorum ab aīa, & ita poterunt recte dici agilia. Ad tertium dicēdum, ꝙ ēt in ſenſibus erit perfectio aliqua, quę ad dotem pertinet. Dicunt autem quidam, quòd hęc erit ꝑ dotem agilitatis. nam non ſolum per eam diſponentur beati ad facilem motũ, ſed etiam ad faciliter ſentiendum, & ad oēs operationes animę exequendas, & hoc ſatis poteſt competere conſiderata origine no- I minis, quia dicitur agilis.i.ad agendũ habilis, ad omnes ergo actiones quas aīa exercet ꝑ corpus pertinet agilitas. Alii autem volunt, ꝙ ſubtilitas dicat dotem, ſecundum quam corpus glorioſum efficitur perfecte ſubditum animæ, inquantum ipſa eſt forma, & agilitas eſt dos, ſecundum quam eſt ſubditum corpus animę ſolum quantum ad motum, & quia ſentire pertinet ad operationes quas exercet anima per corpus, inquantum eſt forma determinatę ſpeciei, videtur ꝙ ſubtilitas ſit dos, quæ perficiat oēs ſenſationes. Quidquid autem teneatur non inconuenienter dr̃, dum tamen ſupponatur, ꝙ nulla operatio ſit, tam in anima, quam in corpore, quę non perficiatur in gloria, & ꝑfectio illius includat̃, vel ſub aliqua dote aīæ, vel cor- K poris. Ad quartum dicendum, ꝙ natura dat corporibus velocioribus diuerſa organa in quantitate, & figura, quam animalibus tardis, eo ꝙ non dat eidem ſpeciei velocitatem, & tarditatem, ſed diuerſis ſpeciebꝰ. Deus autem dabit gloriam eiſdem hominibus, qui fuerunt hic, & quoniam vniformitas figuræ in organis, & quantitate, pertinet ad vnitatem ſpeciei propter vnitatem formæ, quæ determinat ſibi hæc, non dabit Deus organa alterius figuræ, aut quantitatis, ſed dabit aliam diſpoſitionem, vel virtutem ad motum, quam hic fuerit, & hoc erit, quòd dabit dotem agilitatis, quæ hic non fuit.

An

An corpora glorioſa vtentur aliquando dote agilitatis, ita ꝙ per illam moueantur. Et quibus modis beati mouebuntur, cum motus oīs ſit propter indigentiam, & in beatis poſt reſurrectionem aliqua imperfectio manebit, & quæ ſi illa. Et quomodo anima beata dicitur in Deo ſtabilita. Et quod locus datur beatis ſecundum gradum meritorum, pertinetq; ad præmium accidentale. Quæſt. CXXIIII.

QVAERETVR, an corpora glorioſa vtentur aliquando dote agilitatis, ita quòd moueantur per illam.

Aliqui dicunt, ꝙ non, quia vt dr̃. 3. Phyſi. motus eſt actus entis in potentia, vel entis imperfecti. & tamen in corporibus beatorum nulla erit imperfectio, ergo non mouebuntur, quia oīs motus fit pp indigentiã, quia oē quod mouetur pp adeptionem alicuius finis mouetur, & corpora tñ glorioſa non habebunt aliq̃ indigentiam, quia vt ait Aug. ibi erit quidquid voles, & non erit quidquid noles, ergo non mouebunt̃. Itē dicit Ariſt. 1. de cęlo, ꝙ id quod participat diuinam bonitatem ſine motu, nobilius participat eam, q̃ id qđ participat eam cum motu, vel per motũ, corpus autē glorioſum participabit diuinam bonitatē, q̃ quęlibet alia corpora, & tñ manebunt quędã corpora ſine motu, quę tñ bonitatem diuinam participant, ſicut corpora cęleſtia. a fortiori ergo corpora beatorum manebunt ſine motu. Item dicit Aug. ꝙ aīa ſtabilita in Deo ſtabiliet corpus ſuũ ꝯñr, ſed aīa beata erit in Deo ſtabilita, ꝙ nullo mō mouebitur ab eo. ergo corpus ita ſtabilietur, ꝙ nullus motus erit in eo ab anima. Item quanto eſt corpus nobilius, tanto debetur ei nobilior locus, vnde corpus Chriſti, quod eſt nobiliſſimũ omnium corporum hēt locum excellentiſſimum inter oīa loca ad Heb.7. excelſior cęlis factus, & dicit Glo. loco & dignitate. eadem rōne quodlibet corpus glorioſum habebit locũ ſibi conuenientē ſm̃ meritũ ſuę dignitatis, ſed locus conueniens eſt vnum de pertinētibus ad gloriam, & tñ poſt reſurrectionem gloria ſanctorum non variatur in plus, neque in minus, qa tunc erit res determinate in termino, ergo vr̃ ꝙ de loco determinato ſibi nunquã mouebitur corpus alicuius beati. Item oīs motus fit in tpe, & tñ poſt iudiciũ non erit tempus, quia Apoc.10. iurauit angelus, ꝙ poſtea non erit tp̄s. ergo non poterunt localiter moueri beati. Itē in habentibus mutationē ipſa mutatio eſt, quaſi quędam mors. Et rō eſt, quia in oī motu deperdit̃ aliquid, & quantum ad id quod perit non incōgrue res dr̃ mori, ſed corpora beatorũ erunt libera ab oī morte, & paſſibilitate, ergo non mouebuntur. Dicendũ, ꝙ beati poſt reſurrectionem mouebuntur, dr̃.n. Sap.3. iuſti tanq̃ ſcintillę in arundineto diſcurrent, & intelligunt de beatis, & Iſa. 40. dr̃, ſancti qui ſperant in dño mutabunt fortitudinē, current & non laborabunt, volabunt & non deficient, & tñ quidquid dicat̃ de intellectu harum auctoritatũ, q̃ varie exponi pñt, patet ꝙ mouebuntur. Dicendum, ꝙ beati mouebunt̃ poſt reſurrectionem. nã reſurrectio fiet in terra.ſ.in locis, vbi collecti fuerint pulueres corporũ, & tñ mox vt ſurrexerint erũt beati, quia aīa beata vnita corpori efficiet illud beatum, cum dotes ſint beatitudo corporis, & tñ dotes fluent ab aīa ſm̃ modum colorem ponendi dotes, locus tñ beatitudinis non eſt in terra, ſed in cęlo empyreo, ergo oportet ꝙ poſt reſurrectionē aſcendant beati in cęlum empyreum, & ita mouebuntur aliqñ beati. Etiam Chriſtus habuit corpus glorificatũ in reſurrectione, & tñ tunc mouebatur ad diuerſa loca, in quibus apparebat, & tandem aſcendit in cęlum per motum localem Marc. 16. & poſtea venturus eſt ad terras per motum localem ad iudicandũ, ſicut aſcē dit. Act.1. ergo motus eſt in beatis. Rurſus quoq; ipſe

A aſcendet in cęlos poſt iudicium. de cęteris igitur beatis ſimile iudicari pt̃. An tñ poſtquã aſcenderint beati in cęlum empyreum, aliquando moueantur incertũ eſt, & tñ hr̃ per doctores pro veriſimile, ꝙ aliqñ moueantur actualiter, vt id quod hñt in potentia exercēdo in actu diuinam ſapīam commendabilem reddãt. Secundo, vt viſus eorum reficiatur pulchritudine diuerſarum creaturarũ, in quibus Dei ſapīa eminenter relucebit, & motus erit conueniens ad hoc, quia licet beati vbicunque ſteterint omnia creata intelligant, tñ non videbunt ea p̄ſentialiter, & ad oculũ, niſi approximent̃ eis. verum eſt tñ ꝙ ad diſtincte videndũ nō requiritur in corporibus glorioſis tanta appropinquatio quanta in nobis, quia ibi erunt oculi beatorum ꝑſpicaciores, & tñ per iſtum motum localē nihil ꝑibit de beatitudine eorũ, qui eſt in videndo Deũ, qa quo- B cunque beati fuerint hñt Deũ p̄ñtē. Sicut dicit Greg. de angelis, ꝙ quocunque mittantur intra Deum currunt, non tñ eſt putanda ibi magna frequentatio motus, cum non ſit ibi indigentia pp q̃ nos ſemper mouemur. nã quandiu viuimus, ab indigentia nunquam liberamur. Ad primum dicendum, ꝙ verũ eſt, ꝙ motus eſt actus entis in potētia, vel entis imperfecti. quocunque ergo genere motus moueatur aliqua res hēt neceſſe aliquem modum imperfectionis, & iō concedendum eſt, ꝙ in beatis aliqua imperfectio manebit, q̃ nunq̃ auferetur, neque auferri poterit accipiendo large imperfectionem, vt dicit negationem magis q̃ C priuationem. nã imperfectio quędam eſt rem eſſe ex nihilo, quia melius eſſet illam hr̃e eſſe, quod nō cęperit poſt non eſſe, & ꝙ nō fuerit ab alio, & tñ iſtud erit in oībus beatis. nam quilibet beatus eſt creatura, & ꝯſequenter eſt ex nihilo, & beatitudinem non habens ex ſe, ſed ab alio. hoc tñ nō tolletur, neque poterit tolli, quia hoc eſſet mutari naturam, & effici Deos, & nō ſolum manebunt tales imperfectiones, quas impoſſe ſit relinqui, ſed ēt alię, quæ ſunt priuationes aliquarũ formarum, & per adeptionem formę tollit̃ imperfectio talis. Et tunc dicendum, ꝙ eſt ꝑfectio duplex q̃dã eſt intrinſeca.i.forma inexiſtens rei. alia aũt eſt extrinſeca, vt locus, vel vbi: imperfectio oppoſita primæ D ꝑfectioni eſt parua, ſicut ꝑfectio ſibi oppoſita eſt parua, iō manet in beatis, neque vocant̃ ſimpl̃r impfecti, & ob hoc quatuor motus q̃ ſunt ad formã intrinſecã nō manebunt in beatis. non.n.erit in eis gñari, corrũpi, alterari, augeri, diminui, quia ꝑ quēlibet iſtorũ acq̃rit̃ forma intrinſeca.i.q̃ in re eſt. motus aũt ad formã extrinſecã eſt motus localis, quia eſt ad locũ, vel vbi q̃ extrinſeca ſunt, vñ id quod mouet̃ motu locali eſt ꝑfectum, quantum ad ea q̃ ſunt intra rem, vt dr̃. 8. Phyſic. quamuis hēat imperfectionē reſpectu loci, quia dum eſt in vno loco eſt in potentia ad alium locũ, cum nō poſſit eſſe actu in pluribus locis, quod eſt ſolius Dei: iſte aũt defectus nō repugnat gloriæ, quę perficit hominem ſimpl̃r, quę eſt perfectio quantum ad intrinſeca, iō beati non mouebuntur ad aliq̃ formam, niſi E ad locum, quia moueri ad alias eſſet imperfectum. Ad ſecundum dicendũ, ꝙ oīs motus eſt pp indigētiã, & tñ ſicut dicebatur.ſ.de imperfectione, ita & de indigentia dicēdũ, ꝙ q̃dã indigentię repugnant gloriæ, & aliæ nō. Dicimur.n.indigere, aliquo ſimpl̃r, & aliquo ſm̃ quid. Illo.n.ſimpliciter quis indiget ſine quo non pōt conſeruari in ſe, vel in ſua perfectione, ſicut in nobis ſunt quotidianę indigentię, vt ad cibum, & veſtē, & doctrinam, & ſic nō erit motus in corporibus beatis propter aliquam indigentiam, quia ad oīa ſufficiet eis ſua beatitudo, quæ eſt bonum conſummatum. Dr̃ quis indigere ſecundum quid illa re ſine qua non poteſt aliquem finem intētum habere, aut non ita bene, aut non tali modo quali vult, licet ille finis non ſit

Duplex indigētia eſt in homine.

 perfi-

perficiens intrinsece ipsum desiderantem, & hoc mo do motus erit in beatis propter indigentiam, desiderant enim ostendere in seipsis virtutem motuam experimento ad laudem Dei, & hoc non possunt facere, nisi actualiter moueantur, ideo mouentur propter indigentiam. ſ. ostendendæ diuinę laudis tali modo, & tamen ista ostensio non est aliqua perfectio intrinseca beatorum, & sic non est inconueniens, si nō possunt illam habere sine motu. Secus autem si esset perfectio intrinseca, quia omnes tales habentur a beatis sine motu eo ipso, ꝓ beati sunt, cum beatitudo, quæ est bonum completum vnitiue colligens in se perfectiones omnium generum, perficia beatum quātum ad bonum omnium generum quo intrinsece perfici poreſt.

Ad tertium dicendum, ꝓ corpora gloriosa participabunt diuinam bonitatem excellentius, quam corpora cęlestia, & tñ mouebuntur corpora gloriosa, & non mouebuntur corpora cęlestia. argumentum aūt teneret si corpora beatorum non possent participare diuinam bonitatem sine motu, & corpora cęlestia possent parucipare sine motu, & ob hoc mouerētur corpora beatorum, nam tunc sequeretur, ꝓ cęlestia excellentius participarent diuinam bonitatem, q̄ corpora beatorum. Dicendum tamen, ꝓ corpora beatorum participant diuinam bonitatem, tam sine motu, quam cum motu, participant tamen eminentius perfectionem hanc sine motu. ſ. inquantum aīa per visionem Dei, quæ non est motus, neque cum motu, efficitur beata, & corpus consequenter beatificat̄ accipiendo dotes, quæ fluunt ex redundantia aīę beatę in ipsum, & ista est proprie perfectio beatorum, participant ēt diuinam bonitatem in motu, non quidem intrinsece aliquid recipiēdo, sed perfectionem receptā ad Dei laudem ostendendo, & ista ostensio magis vocatur ostensio bonitatis, quam participatio, cum participatio pręcesserit, neque possit ostendi, nisi qd̄ præexistit, potest tñ large vocari participatio inquantū ēt posse ostendere perfectionem, quæ nest ex quodā Dei mouere venit. Tam ergo corpora beatorum, q̄ corpora cęlestia participabunt diuinam bonitatem sine motu post diē iudicii, & eminentius valde participabunt corpora beatorum, q̄ cęlestia, & corporibus beatorū est conueniens illam bonitatem participatā ostendere per motum quēdam. corpora aūt cęlestia nō possent ꝑ motum ostendere aliam bonitatem, nisi illam quā habent. ſ. mouere corpora inferiora ꝑ motū suum ad generationē, & corruptionē, q̄ non competit statui illi, ideo corpora cęlestia tunc non mouebuntur, corpora autem beatorum mouebuntur.

Ad quartum dicendum, ꝓ anima beata erit stabilita in Deo, ita ꝓ ab eo recedere non poterit, non. n. recedet ab eo alienando se ab eo, sicut hic contingit, qñ peccamus, neque ēt recedet desinendo contemplari actualiter ipsum, quia illa contemplatio, vel visio est substantia beatitudinis, ita & corpus erit stabilitum ab aīa. ſ. quia nunquam resistet ei, sicut nunc inclinationes carnis resistunt spiritui ad Rom. 7. & ad Gal. 5. Neque ēt retardabit aīam ab actione ꝑ conditionē corruptibilitatis. Sap. 9. corpus quod corrumpitur aggrauat aīam, quia tunc conditio ista corruptibilitatis erit sublata. Etiam erit stabilitum in aīa, quia firmiter manebit participans bonum, quod ab aīa fluit ex qua recipit dotes. Quod autem moueatur ſm locum, nō tollit stabilitionem factam ab aīa, cum aīa non moueat tunc corpus ad participandum aliquam pfectionem intrinsecam, sed aliquid accidentale extrinsecū, ideo non repugnat talis motus stabilitati, quam habet corpus ex anima.

Ad quintum dicendum, ꝓ locus datur beatis ſm gradum meritorum, & pertinet ad premium accidētale, & verum est, ꝓ gloria beatorum post resurrectionem non augetur, neque minuitur quantum ad aliquid intrinsecum, locus aūt non est aliquid de intrinsecis perfectionibus, ideo ēt si moueantur ſm locum corpora beatorum non erit inconueniens. Sed obiicietur, ꝓ locus pertinet ad premium accidentale, & tamen etiam illud non variatur post resurrectionem.

Dicendum, ꝓ tam premium essentiale, quam accidentale dicunt bonum intrinsecum, & ideo in beatis nihil istorum variatur, locus tamen etiam ad premiū accidentale non pertinet inquantum actualiter continet beatum, quia tūc oporteret, ꝓ influeret aliquid in corpus gloriosum, quod reciperet corpus ab illo, sed falsum est, cum potius corpus gloriosum influat in locum dando illi lumen quoddam, quia manifestū est, ꝓ cuiuslibet beati corpus erit lucidius, & perfectior corpore cęli empyrei, quia maiorem perfectionem Deus dabit corporibus beatorum, quam cęteris corporibus, sed pertinet locus ad premium accidentale, inquantum datus est pro meritis, & est signum maioris gloriæ, & honoris: non tamen confert realiter influendo locus aliquid de gloria, aut honore. Quod ergo maneat interdum corpus gloriosum extra locum suum, non minuit aliquid de eius bono accidentali intrinseco, nam etiam quando extra locum illum est manet sibi de loco illo gaudium. ſ. ꝓ locum illum ex meritis habuerit, & istud gaudium est premium accidentale, sed illud non augetur, neque minuitur, aut variatur, siue maneat corpus beati in loco suo, siue extra, ergo non variatur aliquid de bono eius variato loco.

Sed adhuc obiicietur, ꝓ loca determinabūtur beatis secundum maiorem appropinquationem, aut minorem ad Christum, qui autē fuerit ꝓpinquus Christo nollet fieri remotior, cum videre Christi humanitatem sit quędam pars beatitudinis corporis, qui autē fuerit remotior nollet fieri propinquior, cum nō meruit locum propinquiorem per actus suos, & tamen ibi nemo accipere cupiet plusquam meruit, & ita nemo mouebitur.

Dicunt quidam, ꝓ etiam hoc dato non erunt immobiles beati, nam etiam Christus mouebitur secundum locum, & ita cęteri mouebuntur aliquando, & ita volunt quidam intelligere illud Apoc. 14. sequunt̄ agnum quocunque ierit.

Sed dicendum, ꝓ quidquid sit de motu, aut stabilitate Christi in vita ęterna, quod incertum est, tamen illud dictum non intelligitur de tali motu, nā ibi dī de solis virginibus, ꝓ sequuntur agnum quocunque ierit, & tamen in beatitudine cuilibet beato licet mutare locum, maxime si Christus mutaret, vt sequerētur eum tenentes semper eandem proportionē situs ad ipsum. Quod tamen dicamus, ꝓ beati non mouēt̄ ab illo situ quem habent in respectu ad Christum esset dicere, ꝓ aut nunquam moueretur quisquā eorum, aut mouerentur omnes beati simul moto Christo, vt tenerent eandem proportionem situs, sed hoc non est satis verisimile, cum cuilibet beato per se deē motus, & ꝓ aliquando moueatur vnus, quando forte nemo alius mouetur.

Sed dicendum, ꝓ non est inconueniens eum q̄ magis adhęret Christo interdum velle elongari ab eo, quia locus non ꝑfert ad beatitudinē essentialem, aut accidentalē intrinsece, sed extrinsece. Si. n. qui ꝓpinquior est loco magis intelligeret, aut apertius, faceret quidē locus directe, & per se ad beatitudinem, & tūc variatio loci necessario faceret ad variationem beatitudinis quantum ad aliquem gradum, & tamen non facit ad hoc, quia visio Dei est substātia beatitudinis, & cum

& cum Deus nō sit loco circūscriptus, nō magis vī a manētibus in vno loco, q̄ in alio, sed excessus visionis est, ſm ꝓ ipse magis, aut minus se ostendere voluerit ad qd̄ locus non confert, & cōsequenter loci mutatio nihil impedit, ēt ad visionē corporis Chri, videbūt. n. ita distincte Christum, qui lōge, sicut qui prope sunt, quia perfecta nimis erit visiua potentia, vnde locus nō facit alio modo ad beatitudinem, nisi quia inquantū locus in se nobilior est præstat maius gaudium tenenti illud, scilicet quòd meritis suis ad illum peruenit, & quòd ab aliis talis meriti reputetur, & tamen manente beato extra locum suum semper manet ei gaudiū illud de meritis illis quibus dignus fuit illo loco, ideo variare locum, & effici distantiorem a Christo nil mutat de statu, vel gradu glorię beatorum.

Ad sextum dicendum, quòd motus corporū beatorum commensurabitur tempore, vt ostendetur sequenti q. & tamen tempus illud non erit causatum per motum cœli.

Ad septimum dicendum, quòd mutatio est quædam mors, quando motus fit secundum aliquid intrinsecum, quia tunc omnis motus fit cum quadam passione, quę magis facta abiicit de substantia, sicut totam substantiam abiicere est mors simpliciter, ita abiicere aliquid de substantia est, quasi pars mortis. in beatis autem non erit mutatio secundum aliquid intrinsecum, sed solum secundum locum, in qua mutatione nihil intrinsecum acquiritur, aut deperditur, ideo non est inconueniens fieri motum localem in beatis, sed est inconueniens esse in eis aliquam aliam speciem motus.

An motus corporum beatorum tempore, vel instanti mensuretur. Et quare non instanti, ideoque explicatur illa propositio Aristotelis, quod proportio velocitatis motus sit secundum proportionem resistentiæ vnius medij ad alterum medium. Et quomodo tota resistentia in motu naturali grauium, & leuium est ex parte medij. Et propterea nulla tarditas potest accipi in motu, in quo nulla est resistentia, & quæ sit in motu progressiuo. Si motus fieret per vacuum esset in instanti. *Quæst. CXXV.*

QVAERETVR de mensurą motus corporū beatorum, scilicet an tempore, vel instanti mensuretur.

Aliqui dicunt, quòd moueantur in instanti, quia vt dicit Augu. vbicunque voluerit spiritus ibi erit, & corpus, sed motus voluntatis secundum quem anima vult est in instanti, ergo mouebuntur in instanti. Item nihil poterit resistere corpori glorioso in motu locali, ergo mouebitur in instanti. ancedens patet, quia per subtilitatem penetrabit omnia obstantia, quando voluerit, consequentia patet, quia proportio motuum in tarditate, & velocitate fit secundum proportionem resistentię medii, sed beatis nullum medium resistet. Patet hoc, quia Ari. 4. Physicorum, dicit, quòd si motus fieret per vacuum oporteret aliquid moueri in instanti, quia vacuum non resistit aliquo modo mobili, resistit autem plenum, & sic nulla proportio erit motus, qui fit in vacuo ad motum, qui fit in pleno in velocitate, cum proportio motuū in velocitate sit secundum proportionem resistentię, quę est in medio. omnium autem duorum motuū, qui fiunt in tempore, oportet proportionales velocitates esse, quia omne tempus omni tempori proportionale est, sed vt dictum est, nullum spacium potest resistere corpori glorioso, quia potest esse in eodem loco cum quocunque corpore, ac si vbique esset vacuitas. ergo motus corporis gloriosi erit in instanti. Item omne, quod mouetur equaliter cito ad propinquum, & distans, mouetur in instanti, talis autem est motus corporis gloriosi, quia ad quamcunque distātiam mouetur imperceptibiliter, vnde dicit Augusti. ī quæstionibus de resurrectione, ꝓ corpus gloriosum vtraque interualla pari celeritate pertingit, vt radius solis, ergo corpus gloriosum mouetur in instanti. Itē quod mouetur, aut mouetur in tempore, aut in instanti, sed corpora gloriosa non poterunt moueri in tempore, quia post resurrectionem tempus non erit cum cessauerit motus cœli. ergo mouebuntur in instanti.

Dicendum, quòd corporis gloriosi motus necessario erit in tempore, quia in motu locali sunt tria, scilicet spacium, motus, & tempus, & motus mensuratur vtroque, scilicet tam spacio, quam tempore, & ideo omnia tria consimiliter diuiduntur, vt probat, & demonstrat Aristo. 8. Physicorum, & tamen spaciū, quod transit corpus gloriosum per suum motum est diuisibile, ergo motus ille erit diuisibilis, & tempus erit diuisibile in quo motus fit, instans autem non potest diuidi, ergo non fit motus in instanti a corpore glorioso.

Aliqui tamen volunt dicere, quòd corpora gloriosa mouebuntur in instanti. Et dicunt, quòd causa est, quia mouentur de vno loco ad alterum non transeundo per medium, sicut voluntas transit de vno loco ad alterum non transeundo per medium, & ita poterit esse motus corporis gloriosi in instanti, sicut motus voluntatis.

Sed hoc non stat. Primo, quia non obligari legibus locorum, & motus pertinet ad spiritum: corpus autē gloriosum, nunquam pertingit ad nobilitatem naturę spiritualis: nam licet efficiatur gloriosum: semper tamen manet corpus, & nunquam efficitur spiritus. Secundum, quia falsum supponitur, scilicet quòd voluntas moueatur in instanti: nam voluntas non mouetur vere de loco ad locum. si enim moueretur de loco ad locum oportebat, quòd fuisset ipsa realiter, & essentialiter, idest quantum ad substantiam suam, & non quantum ad cogitationem solam in vno loco, & deinde efficeretur in alio essentialiter, & tamen in neutro est vere quantum ad se, ideo non potest transferri de vno ad alterum, sed hoc non est moueri: corpus autem gloriosum vere mouetur, idest transfertur, quia cum realiter esset in terra, & non in cęlo ante iudicium, transfertur, vt sit in cœlo empyreo, & nō in terra, ideo vere motus est, & sic non est simile de motu voluntatis.

Alii ergo dicunt, quòd corpus gloriosum habet de proprietate naturę suę, secundum quam corpus est, quòd in motu transeat per medium, & consequēter, quòd moueatur in tempore, & tamen de virtute glorię, secundum quam habet quodammodo quandam infinitatem supra virtutem naturę habet, quòd possit moueri non pertranseundo medium, & consequēter moueri in instanti.

Sed hoc non stat, quia implicat contradictionem. Quod patet: sit enim aliquod corpus, quod mouetur de. a. in. b. & corpus, quòd mouetur sit, c. cōstat enim, quòd quando est totum. c. in. a, nondum mouetur, quando etiam est totum in. b. non mouetur, sed motum est iam, ergo si aliquando mouetur necesse est, ꝓ non sit totum in. a, neque totum in. b, sed quādo mouetur, vel nusquam est, vel est partim in. a. & partim in. b. vel est totaliter in aliquo loco medio inter a. & b. quia sit. e, aut est partim in. a, & partim in. e. aut partim in. b. & partim in. e. aut partim in. a. & partim in. e. & partim in. b. aut partim in. a. & partim in. b. & ꝓ nō sit in aliquo medio inter. a. & b. Istud vltimū non stat, quia cū. a. sit locus distans. a. b. sequeretē, ꝓ pars, quę esset in a,

in a. non esset continuata parti, quæ est in.b.cum sit locus medius interiacens in quo nihil est de.c.mobili, ergo necesse est, quod sit.c.quando peruenit de.a, in.b.in omnibus mediis inter.a.&.b.nisi dicat, quod peruenit de.a.in.b.& nunquam mouetur, qd implicat contradictionem, quia ipsa successio locorum est motus localis, & eadem ratio est de qualibet mutatione, quę habet terminos duos oppositos quorum vterque est aliquid positiue: secus autem est de mutationibus illis,quę habẽt terminum aliquem positiuũ, & alterum priuatiuum pure, quia in his non est necesse moueri per medium, eo ꝙ inter priuationem, vel negationem, & positionem non est determinata distantia aliqua: vnde illud, quod est in negatione potest esse propinquius, vel remotius ab infirmatione, aut econtrario secundum aliquid, quod causat alterũ eorum, vel disponit, & sic dum id, quod mouet manet totũ sub negatione mouetur ad affirmationem, vel e contrario, & non est aliquando in medio inter affirmationem, & negationem, & ifi in eis præcedit mutari ad mutatum esse, vt ostenditur 6.Physicorum motus tñ localis est inter duos terminos positiuos habentes determinatam distantiam, iõ impossibile est, ꝙ dum mouetur corpus sit totaliter sub altero terminorum, sed transit per medium. Et si arguatur de Angelis, qui transeunt de loco ad locum, & tamẽ non transeunt per totum medium.

Dicendum, ꝙ Angelus æquinoce dicitur esse in loco: nam proprie solum corpus est in loco, ideo non reperietur transitus per medium in Angelo, qui cõpetit eis, qui tunt proprie in loco. Alij ergo dicunt, ꝙ corpus gloriosum transit per oia media, & ifi in instanti mouetur de loco ad locum. Sed non põt stare, quia tunc in eodem instanti mouetur de loco ad locum: esseque in diuersis locis, quod est simul esse in diuersis locis;quod non est possibile,quia non põt simul esse, nisi in vno loco: & ita in illo instanti, vel est totum in termino a quo,& ita nondum mouetur, aut totum in termino ad quem, & sic iam desiit moueri,sed necesse est, ꝙ si mouetur sit partim in termino a quo,& partim in termino ad quem,vt ostenditur 6 Phy.moueri autem, & motum esse non sunt simul, quia tunc moueri non diceret successionem, si tamẽ moueri esset in instanti, necesse esset, ꝙ moueri,& motum esse esset simul, ergo non potest fieri motus corporis gloriosi in instanti.

Sed dicunt isti, ꝙ sit motus per totum medium in illo instanti, & illud instans licet sit idem secundũ rẽ differt tñ secundum rationem, sicut punctus ad quẽ terminantur diuersę lineę est idem re, & tñ secundum rationem differt,quia ad aliã, & aliam lineam est alius, & alius;cum in extremitate cuiuslibet lineę ponatur punctus, & quot sunt lineę tot sunt puncta. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia sicut tempus mensurat id quod realiter est in tempore, ita instãs mensurat id, quod realiter est in instanti, vnde considerare instans diuersimode non mutat rem, & ista consideratio nõ põt facere, ꝙ idem instans secundum rem possit mẽsurare illa, quę non sunt simul tempore in essendo,sicut neque cõsideratio diuersa puncti poterit facere,ꝙ sub vno puncto loci contineantur ea, quę sunt distãtia situ, & ifi cum mobile nõ possit simul esse in duobus locis, necesse est, ꝙ detur aliqua vna mensura in qua non possit esse in vno loco, & in altero, sed oportet esse tñ in altero;non est tñ aliqua mensura minor, quam instans, ergo in eodem instanti non põt esse aliquod mobile in termino, & in medio, sed necesse est alterum, & alterum instans esse in quo sit mobile in diuersis locis. Dicendum ergo secundum,ꝙ communius dr, & est verum, ꝙ corpus gloriosum mouet

F per totum medium in tempore, & tñ imperceptibiliter propter breuitatem tẽporis in quo mouet. Etiã dicendum, ꝙ vnum corpus gloriosum põt in minori tempore pertransire idem spacium, q̃ alterum secundum,ꝙ vnum est agilius alio: nã dotes augentur secũdum gradũ meritorum in beatis, & tñ quantũcunq; paruũ tempus sit, in quo mouetur corpus gloriosum, illud est diuisibile in infinitũ, quia continuũ est,& ita cuilibet parti motus cõpetit pars temporis, est ifi breuissimum, quia est valde velox motus. Ad primũ dicendum, ꝙ vbicũque voluerit spiritus ibi erit corpus, ꝙ tñ non sequitur, ꝙ in instanti mouebuntur, sed ad quemcunque locum voluerint, & tñ ad illum mouebuntur in tempore. Sed obiicietur,ꝙ non solũ ad eũdem locum ad quẽ voluerit beatus, sed statim,vt voluerit ibi erit.Sic dicit Augu.ꝙ vbicunque erit voluntas ibi erit statim corpus. Dicendum, ꝙ non erit statim,idest in eodem instanti,sed oportet tempus intercidere inter volitionem,& executionem, quia tamen illud tempus valde paruum,& imperceptibile erit, dr̃ statim fieri,quod post paruum illud tempus fiet:nam quando parum deest nihil deesse videtur 2.Physicorũ, & ita dicimus statim facio, quod post paruum tẽpus fiet, & quoniam voluntas non erit inordinata in beatis, nunquam volet corpus suum esse in aliquo loco in instanti in quo ibi esse non posset, consequenter in quocunque instanti voluntas voluerit corpus suum esse in aliquo loco in illo erit,referendo hoc non quidem ad instans in quo voluntas hoc vult, sed ad instãs pro quo vult illud impleri. Et ita vera est propositio Augu.& nunquam volet aliquis beatus, ꝙ in ipso instãti in quo habet volitionem sit in aliquo loco in quo non est,quia illud non est possibile,sed volet illud esse in alio instanti parũ distanti ab eo in quo vult,& tunc in illo esse poterit ibi vbi vult.

Ad secundum dicendum,ꝙ circa illam propositionem Aristo.ꝙ proportio velocitatis motus sit secundum proportionem resistentię vnius medii ad alterũ medium,vt dicit commentator ibidem,quidam dicũt falsam esse propositionem hanc asserentes,quòd non oportet esse proportionem totius motus ad totũ secundũ proportionem vnius medii resistentis ad aliud medium resistens, sed ꝙ secundum proportionem resistentię mediorum per quæ transitur attendatur,ꝓportio retardationum, quæ accidit in motibus ex resistentia medii, quilibet enim motus(vt ipsi dicunt) habet determinatum tempus velocitatis, & tarditatis ex victoria mouentis super mobile etiam si nihil resistat medium,sicut apparet in motu corporũ cœlestiũ in quibus nihil inuenitur,quod resistat motui ipsorũ, & tamen non mouentur in instanti, sed in tempore determinato secundum proportionem potentię mouentis ad corpus mobile,& ita dicunt,ꝙ si moueatur, aut ponatur moueri aliquid in vacuo, non oportet,ꝙ moueatur in instanti, sed ꝙ nihil de retardatione addetur motui de tempore supra illud tempus, quod debebatur motui ex proportione mouentis ad mobile,quia motus iste in nullo retardatur. Dicit tñ Cõmentator ibidem,ꝙ responsio, & conceptio ista procedit ex falsa imaginatione qua quis imaginat, ꝙ tarditas,quæ causatur ex resistentia medii sit aliqua pars motus addita motui naturali, qui habet q̃titatem secundum proportionem mouentis ad mobile, sicut vna linea additur lineę, ratione cuius accidit, ꝙ in lineis non maneat ꝓportio eadem totius ad totam lineam,quę erat linearum additarum ad inuicem,& ita volunt, ꝙ non sit eadem proportio totius motus ad totum motum sensibilem, quæ est proportio retardationum contingentium ex resistentia medii, & tñ hęc imaginatio falsa est,quia quælibet pars motus habet

bet tãtum de velocitate, q̃tum totus motus in motu vniformi, non tamen habet quælibet pars lineę tantum de quantitate di mensiua quantum tota linea,vñ tarditas, vel velocitas addita motui redundat in quãlibet partem eius, quod de lineis non conuenit,& sic tarditas motui addita non facit aliam partem motus, quod in lineis accidebat, quia additum est pars totius lineę. Vt autẽ videatur quõ sit vera ꝓpositio Aristo. secundum,ꝙ Commentator exponit ibidem.dicẽdũ ꝙ oĩs resistentia est accipienda ꝓ eadẽ resistentia,s.resistentia motalis ad virtutem mouentem, & resistẽtia medii per quod est motus, & resistentia quęcunque alia, ita ꝙ accipiatur quantitas tarditatis motus totius secundum ꝓportionem virtutis mouentis ad mobile resistens, quod mouetur,siue ex seipso resistat,siue ex aliquo alio extrinseco ei,necesse est enim, ꝙ temp mobile resistat motori;cum mouẽs, & motum agẽs, & patiens inquantũ huiusmodi sint ꝑria, & inter ꝑria semper sit resistentia. Sciendum tñ, ꝙ mobile interdum resistit motori ex se ipso, & hoc, quia habet vertutem inclinantem ad ꝑrium, sicut est in omnibus motis violentis. Vel quia habet locũ ꝑrium loco illi quem intendit mouens, & talis est resistentia corporũ cęlestium ad suos motores, nam quelibet pars cęli habet situm alium, q̃ illum quem intendit motor, iõ est resistentia quędam ex parte cęli ad motores suos, ita vt non moueant in instanti. Quandoque autem mobile resistit mouenti non ex seipso, sed ex alio, sicut est in motu naturali grauium,& leuium,i.quando mouentur illa secundum inclinationem naturę suę, nam ẽt ille motus est successiuus, & ita est resistẽtia, non tñ est resistentia ex parte ipsorum, quia neque est ex parte materię, neque ex parte formę, vt si moueatur graue deorsum, & leue sursum, sed necesse est solum ex parte medii inueniri istam resistentiam. Patet, ꝙ non sit ex parte formę, nam potius per ipsam formam inclinantur ad talem motum. Est enim forma impressio generantis,qui est ꝑ se motor grauium, & leuium. Etiam non est resistentia ex parte materię, quia materia secundũ se non resistit alicui. Neque ẽt ex parte virtutis alicuius inclinantis ad ꝑrium motũ, cum potius grauitas,& leuias ad illos motus inclinẽt. Neque etiam est resistentia ex parte ꝑrii loci in quo res est,quia locus non debetur materię, nisi secundũ, ꝙ existens sub dimensionibus determinatis perficit, forma sua naturali, non ergo potest esse resistentia, nisi ex parte medii, quę est connaturalis motui. Qñque aũt est resistentia respectu vtriusque, sicut apparet in motu progressiuo animalium, nam ibi est resistentia ex parte mobilis cum mobile est graue, & secundum motum elementi prędominantis moueri debet ad centrum,s.deorsum, & tñ progrediẽdo mouetur ꝓ m aliam positionem. Etiam est resistentia ex parte medii per qd̃ mouentur, nam cum sit medium corporibus plenum, & ad motum necesse est illa cedere, & cedunt per hoc,ꝙ diuiduntur, & quia diuidi nolunt, vt se conseruent necesse est, vt resistant, & ita omnis motus, qui fit per medium plenum corpore extraneo,accipit quandam tarditatem ex resistentia medii,qñ aũt in motu non est resistentia, nisi ex parte motalis, sicut accidit in motu corporum cęlestium, tunc tempus motus mensuratur secundum proportionem motoris ad mobile, vt si vnus talis motus velocior vel tardior alio, & in talibus non habet locum ratio philosophi, quia ibi non fit motus per mediũ repletum extraneo corpore, cum sit motus circa centrum, & tñ remoto impedimento medii adhuc manet motus habẽs successionem in tpe,in mõtibus aũt illis in quibus est resistentia solũ ex parte medii accipitur mensura temporis,iuxta proportionẽ resistẽtię,

que est ex parte medii, vnde si in talibus subtrahatur medium,non manebit impedimentum aliquod, & ita non fiet motus in tempore,sed in instanti,& ita est si fiat motus per vacuum, nam vacuum non potest resistere cum non sit ibi aliquod corpus, quod impediat ne diuidatur, quod ergo mouetur per vacuum. aut mouetur in instãti,aut in tẽpore equali, nõ qdem in tempore, quia tunc resistentia ex parte pleni non faceret aliquam tarditatẽ,quod falsum erit, ergo ꝑ tẽpus inequale, & tunc tempus illud in quo mouetur idem corpus per plenum habebit se in aliqua ꝓportione ad tempus in quo mouetur per vacuum, & tũc possibile est imaginari aliquod corpus subtilius,quod se habeat in tali proportione subtilitatis ad corpus implens medium per quod fit motus in qua se habet tempus quo fit motus per vacuum ad tempus quo fit motus per plenum: repleatur aũt illo corpore subtili aliquod spaciũ equale spacio vacuo,tunc necesse est,ꝙ in tam paruo tempore moueatur idem corpus per illud spacium plenum, sicut prius mouebatur per vacuum, quia quantum additur ad subtilitatẽ medii, tantum subtrahitur de quantitate temporis, & quanto magis est subtile minus resistit, & tamẽ falsum est hoc,quia in vacuo nulla est resistentia medii, in pleno aũt quantumcunque sit corpus, implens subtile est aliqua resistentia, iõ non fiet tam velox motus eiusdẽ corporis per illud plenum, sicut per vacuum. Etiam erit aliud inconueniens, nam dato,ꝙ fiat motus equę velox per illud plenũ subtile, sicut per vacuum,possumus considerare idem medium repleri adhuc alio corpore magis subtili, & tunc necessario est adhuc velociorem motum esse, & consequenter in minori tempore,q̃ prius,cum minus resistat istud corpus subtilius,& tñ per plenum, quod prius ponebatur fiebat motus equę velox, sicut per vacuum:ergo per istud plenum,quod habet corpus subtilius fiet motus velocior, quam per vacuum, quod est absurdum,s.ꝙ fit motus velocior corporis eiusdem per mediũ in quo est aliqua resistentia, quam per medium in quo non est resistentia, & tamen vacui ad plenum nulla est ꝓportio in resistentia,quia quodlibet plenum resistit in aliquo, vacuum autem nullo modo resistit, ideo in casu in quo non est resistentia, nisi ex parte medii si fiat motus per vacuum fiet in instanti; nam in quantumcunque paruo tempore ponas motum illum fieri,cum tẽporis ad tempus sit aliqua proportio,oportebit,ꝙ sit proportio tarditatis ad tarditatem,& tamẽ nulla tarditas potest accipi in motu in quo nulla est resistentia, ergo fiet in instanti.aliàs sequentur inconuenientia supraposita. Quando vero in motu est resistentia ex parte mobilis simul & medii, accipienda est quantitas temporis secundum proportionem potentię mouentis ad resistentiam mobilis, & medii simul,vnde dato, quòd illud medium subtrahatur,vel non impediat,non sequitur,quòd motus fiet in instãti,sed quod tempus motus mensuretur solum secundum proportionem ad resistentiam mobilis, & non erit inconueniens, quòd illud mobile moueatur tunc in tempore per vacuum.Et etiam nõ est inconueniẽs, quòd aliquando motus per plenum sit, ita velox, & interdum velocior,quam motus per vacuum. Detur enim in motu per vacuum, quòd moueatur corpus, quòd præstat resistentiam mouenti, & detur, ꝙ per plenum moueatur corpus,quod non præstat resistentiam, sed inclinatur ad eundem motum,poterit esse tanta resistentia ex parte medii pleni quanta est ex parte mobilis, quod mouetur per vacuum, & interdum maior, & ita poterit velocius moueri corpus illud per plenum, quam aliàs per vacuum.

De corporibus autem beatorum dicendum, quòd

non

non mouebuntur in instanti, sed tempore, quia licet medium nõ resistat corpori glorioso inquantum potest esse simul cum quocunque alio corpore in eodẽ loco: nihilominus motus eorum non erit in instanti, quia ipsum corpus mobile resistet virtuti animę mouentis, ex hoc ipso, ꝙ habet determinatum situm, sicut dictum est de corporibus cęlestibus, ergo quantumcunque agilia sint, mouebuntur tempore.

Ad tertiũ dicendum, ꝙ motus corporis gloriosi fiet ab anima glorificata, & licet virtus animę glorificatę excedat inextimabiliter virtutem animę non glorificatę: non tamẽ excedit in infinitum, quia vtraque virtus est finita, & ideo non poterit motus fieri in instanti ab anima gloriosa, & tamen etiam si anima glorificata esset simpliciter infinitę virtutis, non moueret in instanti, nisi omnis resistentia admouens separaretur: non potest autem tolli omnis resistẽtia: potest autem resistentia, qua scilicet mobile resistit mouenti per contrarietatem, quam habet ad motũ talem ratione inclinationis ad contrarium motum separari totaliter a mouente infinitę virtutis; resistentia tamen, q̃ facit mobile ex contrarietate, q̃ habet ad locum quem intendit motor per motum non potest totaliter separari, nisi auferatur totaliter ab esse in tali loco, vel situ, sicut enim album resistit nigro ratione albedinis, & tantomagis quanto albedo magis distat a nigredine, ita corpus resistit mouenti ad aliquem locum per hoc, quòd habet locum oppositum, & tãto est maior resistentia quanto est distantia maior: nõ potest autem remoueri a corpore, quòd sit in loco, vel situ aliquo, nisi auferatur ei sua corporeitas per quam debetur ei locus, ergo quandiu fuerit in natura corporeitatis cum semper erit in loco: semper mouebitur in tempore, & nunquam in instanti quantumcunque sit virtus mouens, sed corpus gloriosum nũquam deponet corporeitatem, quia neque desinet esse, neque transibit in spiritũ, ergo nunq̃ poterit moueri in instanti etiam si motor suus esset maioris virtutis, quam anima glorificata.

Ad quartum dicendum, quòd aut beatus in motu exercet totaliter vires suas agens velocius, quam potest, aut interdum non. Si secundo modo poterit esse, quòd equali celeritate, idest in tempore equali moueatur ad locum parum distantem, & tamen non cõcluditur inde, quòd possit, vel ꝙ fiat motus in instãti. Si primo modo dicendum, quòd non est verum, ꝙ in tam pauca mora moueretur ad vnum locum, sicut ad alium, sed tardius ad maiorem distantiam, & hoc verum est. Quod autem dicit Augusti. ꝙ pari celeritate pertingit. Dicendum, quòd debet intelligi quantũ ad id, quod nos percipimus, aut percipere possumus: tam velox est enim corporis beati motus, ꝙ imperceptibiliter ad quemlibet locum venire potest, & a fortiori licet motus quiliber fiat in tempore: erit imperceptibilis excessus vnius motus ad alium, & tamẽ vere erit aliquis excessus, & ille est diuisibilis in infinitum cum sit pars continui, vnde sicut se habet proportio distantię ad quam mouetur, ita se habet proportio temporis in motu, & tamen sensu non percipitur talis differentia excessus in tempore.

Ad quintum dicendum, quòd post resurrectionẽ non erit tempus eo ordine quo nunc, sed tamen tempus erit, est enim tempus numerus motus, idest mensura secundum prius, & posterius, ergo quandocunque fuerit motus cum in eo sit prius, & posterius: necesse erit ibi tempus, quod est mẽsura illius, sed nunc tempus est mensura motus, non quidem cuiuslibet, sed primi, & mẽsurando illum, qui est primus, & simplex, & sp durans, qui non interpellatur, mensurantur omnes alii motus, & ita vnum tempus est quantum ad omnia temporalia. Post iudicium vero cessabit motus omnium cęlorum, ideo non fundabitur tempus in motu primi mobilis, sed quia erunt aliqui motus particulares, erit tempus, & fundabitur in motibus particularibus: erit enim numerus prioris, & posterioris, quod inuenitur in quolibet motu. erit ergo motus in tempore, & non in instanti.

Quid sit agilitas, & qualiter se habeat ad beatorum corpus, & qualis sit motus quem dos agilitatis facit. cum sit in omni animali duplex motus. id circo Discrimina sunt tria quibus motus omnium animalium differunt. Et quis sit motus organicus, & quis non organicus: motusque organici duplex est impedimentum. Et quomodo grauitas, quæ est qualitas elementalis in beatis manebit, non tamen grauatio, vel pondus.

Quæst. CXXVI.

QVAERETVR circa agilitatem quid sit, & qualiter se habeat ad corpus beatorũ, & quia agilitas est dos ad motum, est considerandum de motu illo quem facit qualis sit.

Pro quo sciendum, ꝙ in homine, & in quolibet animali est duplex motus, vnus per naturã elementi prędominantis, alius cuius principium est anima, & est motus progressiuus. Primus in quolibet animali est motus elementi terræ, & aquæ quæ secundum qualitatem motiuam dominantur, ideo secundum hoc determinatum est corpus animalis ad motum ad cẽtrũ, sicut simplicia corpora, idest terra, & aqua. alius autẽ non est ab aliquo elemento, sed ab anima, & quoniã in omni animali quantumcunque sit imperfecti gradus, est apprehensio aliqua, fit motus per apprehẽsionem boni ad consecutionem, & quoniam contingit bonum apprehensum non semper esse in eodem loco est motus iste progressiuus nõ vnus, & simplex, sed ad omnem differentiam positionis. Differunt autem isti motus in tribus. Primo ex principijs primus enim est ex conditione elementi, & ideo licet sit in corpore animato non est ex conditione eius inquãtum est animatum, sed inquantum est terrestrę. Quod patet, quia post mortem nõ manet corpus animatum, & tamen manet idem motus, ergo aĩa non erat principiũ immo aĩa repugnabat huic motui. Quod patet, quia motus ille fit ꝑ m grauitatem, & tamen cadauera sunt grauiora quã corpora animata, & ita velocius descendunt, sed motus secundus est ab anima, ideo mortuo animali non manet ille motus, sed solum primus. Secunda differentia est, quia primus motus semper est ad vnum terminum, secundus autem non. Ratio est, quia primus sequitur naturam rei inquantum est corpus elementale, & inclinatio corporis inquantũ huiusmodi est semper vna secundum grauitatem, vel leuitatem, ideo semper tendit ad vnum terminum, motus autem secundus sequitur formã animalis quę mouetur secundum apprehensionem, ideo secundum, ꝙ apprehendens potest varie iudicare de bono, & malo, ita ad diuersa est motus ille, & hoc ostendit Arist. 8. Phy. dicens, ꝙ graue non mouetur aliter, sed vno modo mouetur, & naturaliter, quasi dicat, animal nõ mouetur vno modo. Tertia differentia est, quia in motu primo res non cessat a motu per aliquid intrinsecũ, licet habeat aliquid intrinsecũ per quod incipiat moueri, in motu autem secundo mobile sistit, & cessat per aliquid intrinsecum. Primum patet, quia si moueatur graue, vt lapis nunquam cessabit moueri quousque aliquid ei obuiet, quod detineat, & illud est extrinsecum. Secundum etiam patet, quia bruta, licet non moueantur libere, tamen habent intrinsece aliquod principium, per quod sistunt in motu etiam nemine exterius impediente. Ratio differentiæ est, quia motus

motus leuium, & grauium est ad terminandum locũ, vel situm, & quousque illuc perueniant non sistunt, eo ꝙ nondum est terminus a natura intentus, si autẽ ad loca illa nullum corpus occurreret, quod impediret motum, & etiam vltra locum illum nihil esset impediens, adhuc sisterent per se in locis illis, sicut lapis in centro, & ignis euolãs a nobis sisteret in sphęra sua, & non transiret vlterius etiam nullo alio corpore impediente, & tamen antequam illuc perueniant occurrit eis semper corpus impediens, ideo motus eorum, vt communiter, immo vt semper sistit propter aliqd extrinsecum, motus autem animalium fit secundum apprehẽsionem, ille est enim terminus motus quem ipsa apprehenderunt, & quoniam ad illum contingit peruenire ante extrinseca impedimenta, sistit sępe ille motus, sine impediente extrinseco per solum principium intrinsecum.

Considerãdum vlterius, ꝙ cum anima quę est forma corporis sit principium omnis motus corporis, est ponenda potentia motiua in ea non solum ad mouendum organice, sicut est in motu progressiuo, sed etiam ad mouendum non organice. Motus organicus est motus per instrumenta, s. quando anima non mouet immediate totum corpus, & quamlibet partẽ eius, sed mouet vnam partẽ, s. cor. & moto corde mouet cętera membra, & iste motus est successiuus etiã respectu mobilis, cũ prius vna pars moueatur quam cęteræ. Mouere non organice est mouere totum corpus simul, idest quamlibet partem ęque primo, & nõ mouendo vnam mediante alia, vt sicut anima æque primo animat vnam partem, sicut aliã, & reddit eam humanam, sicut aliam, & non est ordo quis inter eas, ita ꝙ non sit ordo in motu partium, & quia tunc non mouetur vna pars mediante alia, non est vnum instrumentum ad mouẽdum aliam, & ob hoc vocatur iste motus non organicus: nunc enim non apparet in anima, nisi motus organicus, quia mouet quasdam partes mediantibus alijs, & tamen etiam est potentia ad mouendum non organice. Et dicendum, ꝙ agilitas non est dos ad mouendum organice, sed non organice. nam hoc competit dignitati, & velocitati illius motus. nam motus organicus progressiuus necessario dicit tarditatem de se, quia dicit duplicem successionẽ, s. in partibus motus, & in partibus mobilis eo, ꝙ partes mobilis non mouentur æque primo, cum autem omnes simul mouẽtur, additur magna velocitas motui, & tamen motus beatorum erit, ita velox, ꝙ erit imperceptibilis, ideo erit non organicus. Et de ista potẽtia mouendi organice, & non organice dicunt, ꝙ sit eadem potentia numero, quia non oportet poni, ꝙ anima separata acquirat nouas potentias in beatitudine, & tamen ibi habebit potentiam mouendi nõ organice, quia talis erit motus agilitatis, ergo etiam habuit hic potentiam illam. Considerandum etiam circa motum istum, ꝙ aliqui putant, ꝙ fiet iste motus auferendo a corporibus beatorum omnẽ grauitatem. nam dicit Augusti. ꝙ omnis grauitas, quæ nunc est cõditio corporis auferetur. Item quia nisi tolleretur ista grauitas, vbicunque manerent corpora beatorum extra centrum, manerent violenter, & sic fatigarentur, & non perpetuarerur. Sed dicendum, ꝙ non stat. nam in corporibus beatorum erit grauitas. nam non erit omnino tale corpus sine grauitate, & leuitate, sicut corpora non elementata, vt Sol, & astra, quia iam nõ esset humanum neque maneret ei, id quod est de natura componẽtium suorum, nec etiam auferretur grauitas, ita vt detur leuitas. nam tunc determinarẽtur corpora beatorum ad conditionem ignis in leuitate, & hoc non est conueniens naturæ humanæ in qua præponderat conditio elementi terræ, & aquæ, non conuenit etiam conditioni motus beatitudinis, quia sicut manente corpore in grauitate in qua nunc est, locus suus secundum morum prędominantis elementi est cẽtrum, quod repugnat loco beatorum, ita & si maneret conditio leuitatis ignis, esset locus suus spacium sub circulo linęę, & hoc etiam repugnat beatitudini. dare ergo corpori beato aliquam leuitatem elementalem est inconueniens, tum quia agitur contra conditionem corporum ipsorum naturalem, tum quia non satisfit per hoc conditioni beatorum, quia locus illorum non est quem determinat illa leuitas. Item quia repugnat motui beatorum ista leuitas. nã motus eorum erit ad omnem positionem, sicut eis placebit, & tamen leuitas non adiuuat ad motum, nisi ad supra, ad cęteras vero positiones impedit, sicut grauitas impedit volentem ascendere. ideo non magis cõuenit beatis dare corporibus eorum summam leuitatem ignis quam grauitatẽ terrę manere in eis. Dicendum ergo, ꝙ cum de natura nihil mutandum sit, sed solæ imperfectiones auferendæ sint, & naturale sit homini ex conditione componentium, ꝙ sit corpus suum graue, ꝙ manebit corpus hominis graue. Quod autem dicit Augusti. ꝙ auferetur grauitas. Dicendum, ꝙ grauitas aliquando nominat solam qualitatem inclinatiuam ad motum, & est qualitas elementalis, & aliquando nominat pondus. Accipiendo primo modo manebit in beatis, quia corpora sua magis sunt determinata secundum conditionem terræ, & aquæ, quam secundum conditionem ignis, ideo grauitas quæ est elementalis qualitas, erit in eis quæ opponitur leuitati, non tamen erit in eis pondus, vel grauatio, quia pondus dicit quandam grauationem quæ impedit operationem ponẽdo improportionem potentiæ motiuę ad mobile, vel operatiuę ad operationem. pondus ergo, & aggrauatio quæ sunt conditiones corporis corruptibilis auferentur, sed ipsa grauitas elementalis non tolletur. Cum autem dicitur, ꝙ si non auferatur grauitas, manebũt violenter corpora beatorum extra centrum. Dicendum, ꝙ in quolibet animali (vt supra dictum est) duplex est motus, s. secundum inclinationem prædominantis elementi, & secundum apprehensionem animæ quæ est forma. Quantum ad primũ naturale est cuilibet animali manere in centro terræ, vel iuxta. Quantum ad secundũ non est ei naturale, & quoniam illud est simpliciter naturale rei, quod competit ei secundum formã completiuam, dicetur simpliciter naturalis motus in animali ille qui est motus eius, vt aĩalis, & non ille qui est eius, vt terrestris, & ideo manere extra centrum non est esse violentum homini, sed magis esset contra naturam eius ibi manere. Ita circa beatos dicimus ibi eos manere vbi exigit conditio potentiæ superioris, & illuc moueri erit eis magis naturale, quam manere, vt exigit grauitas quæ est conditio infimæ rei quæ in eis est, s. terræ. non ergo dicentur manere violenter extra centrum, licet nunquam auferatur ab eis grauitas.

Et si omnino quis instet, quòd corporibus illis inquantum grauia sunt, erit violentum manere extra centrum.

Dicendum, ꝙ non oportet tollere de natura rerum omnem violentiam, sed solum violentiam simpliciter, violentiam autem secundũ quid non oportet tolli, quia illa potius conseruat res. nam in rebus simplicibus potest seruari natura sine omni violẽtia, quia sunt corpora simplicia, sunt etiam motus simplices, & inclinationes, & quocunq, modo agatur contra inclinationẽ aliquam ipsorum, agitur simpliciter contra naturam eorum quæ vnica est, & ita violentũ quodlibet est simpliciter violentum in corporibus mixtis, & potissime in animatis, & sensitiuis non est inclinatio simplex cum non sit vnica natura, sed cum maneat in

eis

eis cõditio componentium, necesse est manere in eis inclinationes ſm cõditiones cõponentiũ, & ſequentẽ conditionem prędominantis cũ non poſſint ſeq; cõditionem omniũ, quia ſunt ꝗria. Rurſus eſt in eis alia natura, quia pertinent ad aliam ſuperiorem ſpeciem ſecundũ quam eſt in eis alius motus, & inclinatio, ꝗa tamẽ quęlibet res eſt talis qualis eſt ſua vltima forma: motus illius formę erit ſibi naturalis, & quidquid eſt contra inclinationem illius eſt cõtra naturã rei, & eſt ſimpliciter violentũ, quod.n, eſt ꝗ inclinationẽ rei ꝗtũ ad inclinationem ex parte componentium non facit violentum, niſi ſm qd: qđ vero eſt cõtra inclinationẽ rei, quę eſt ſm formam vltimam facit violẽtum ſimpliciter. Prima autem violentia non repugnat ſtatui vniuerſi in animabus: immo eſt neceſſaria ad cõſeruationem ipſorum. Secunda autem repugnat, & illa eſt, quę tollit perpetuitatem, & tñ, ꝗ beati maneant in cęlo cũ grauitate elementali non eſt violentũ ſimpliciter, ſed ſolum ſm quid, & primo mõ, iõ nullũ inconueniens eſt tale violentum ſemper manere.

Dicendum ẽt, ꝗ agilitas nõ ponet in beatis ad motum, qui competit ſecundum prędominium elementi, quia ille motus nõ competit glorię, ſed potius retrahit a loco glorię, nec ẽt competit rei ſm id, quod perfectum eſt in ea, i. ex forma ſpẽi, iõ agilitas nõ erit, niſi ad mouendum ſm apprehenſionem in quãcunque partem placuerit beato moueri, ſicut fit in motu progreſſiuo. Sed hoc differt a motu progreſſiuo, quia ille eſt organicus: motus tamen beatorum erit non organicus, quia anima mouebit omnes partes æque primo, ſicut mouentur corpora ſolida impulſa a nobis.

Dicendum nũc quid ſit ipſa agilitas, & communiter dr, ꝗ agilitas eſt qualitas ad faciliter ſe mouendũ in ipſo beato ſecundum locum non eo motu, qui eſt naturalis, vt corporis grauis, & mixti, ſed qui eſt ſecũdum conceptionem, vel apprehenſionem animę.

Sed, quę qualitas ſit iſta eſt dubium. Dicendum, ꝗ non eſt aliqua qualitas elementalis quantumcunque excellens, quia illa moueret determinate ad vnum ſitum, vt leuitas, & grauitas. hęc autem facit mouere ad omnem ſitum. Etiam nõ eſt qualitas cęleſtis, quia illa naturalis, & determinat certum modum motus, ſed dicit perfectionem quandam potentię motiuę. Vnde dicunt quidam, ꝗ agilitas nihil aliud eſt, quam potentia motiua animę, quę eſt per ſe, & primo animę, & per ſe, & non primo alicuius partis corporis, & alicuius primo perfecti, vt totius: ſic volunt Scotus, & Radulphus.

Sed obiicietur primo, quia tunc dos non eſt corporis, ſed animę, ſi potentia animę eſt, & ſm agilitas dos corporis eſt. Secundo, quia tunc non eſſet agilitas nouiter data beatis: cum hic teneant potentiam motiuã animę. Dicendum vr, ꝗ agilitas dicit dotem quandã ſecũdum quam perficietur beatus quilibet ad motũ, & qm motus eſt ſecundum habitudinem potentiæ motiuę, & aliud ex parte mobilis, & quia potẽtia motiua non mouet nunc corpus, niſi organice: tunc autem mouebitur nõ organice: putauerunt quidam, ꝗ daretur beatis noua potentia motiua, ſed hoc non eſt neceſſe, quia nõ oportet poni multitudinem ſine neceſſitate. Ideo dicendum, ꝗ per eãdem potentiam per quam anima mouet organice, poterit mouere non organice, & dicetur, ꝗ dos non eſt ipſa potentia motiua, ſed perfectio data ipſi potentię motiuę ſecundũ, quam poteſt nunc mouere aliter, quam prius, & velocius quam prius, & quoniam etiam mobile cõfert ad hoc, dabitur diſpoſitio ex parte mobilis auferendo omnem indiſpoſitionem corporis ſecundum, quam erat difficile ad motũ. Et ſicut motus eſt in nobis duplex, ſcilicet organicus, & non organicus, ita & impedimenta ſunt duplicia: nam motus organici impedimenta ſunt in iuncturis, & neruis corporis, ideo ſi ab eis auferatur omnis indiſpoſitio, & addatur plicabilitas, & tractabilitas ſufficit ad motum organicum progreſſiuum: motus autem non organicus habet impedimenta ex ipſo corpore inquantum eſt in eo grauitas, vel ponderoſitas, quę non eſt de eſſe corporis, vel de natura, vt quòd caput ſit plenũ melancholicis ſpiritibus aſcendentibus ratione fumoſitatum, quę ab interioribus procedunt ex quibus accidunt corruptiones naturę. adiuuantia autem ad hunc motum ſunt ablatio ponderoſitatis nõ naturalis, & multiplicatio ſpirituum puriſſimorum corporalium, & alia ſimilia ſecundum quę omnino erit corpus diſpoſitum ad motum, vt obediat potentię motiuę. Vnde dicunt, quòd tria concurrunt ad dotem agilitatis. Primum eſt potentia motiua animę, quę poteſt mouere organice, & non organice, cui tũc dabitur, quòd moueat non organice. Secundum erit multiplicatio ſpirituum puriſſimorum: tum quia ſpiritus virales erunt puriſſimi, & vigoroſi: tum quia corpus replebitur alliquo puriſſimo elemento, ſcilicet aere puro, vt non ſit vacuum, & non erunt ibi ſordes inteſtinorum, & cęterę corruptiones, quę replent interiora, quia iſta ſunt nunc in corpore ex neceſſitate vegetationis: tũc autem non erit vegetatio, ideo ceſſabunt hęc, ſed manebit corpus plenum aere bono, qui erit tunc connaturalis, & nunquam corrumpetur. manifeſtum eſt autem, ꝗ hę ſordes ponderoſius efficiunt corpus ad motum: etiam ſpiritus boni ſubtilis, qui tunc erunt, aptius reddent ad motum. nam corpori mortuo nihil additur de quantitate, aut materia, & tamen eſt põderoſius, quam viuens eo, ꝗ in mortuo nulli ſpiritus ſunt. Tertium erit ablatio omnis indiſpoſitionis tam in iuncturis, quam neruis, & omnis ponderoſitatis, quę non eſt naturalis, quia hęc habilitant corpus ad motum tam organicum, quam non organicum. Et his ſuppoſitis dicendum, ꝗ dos agilitatis non erit ipſa potentia motiua ſecundum eſſentiam, ſed perfectio ei data, vt facere poſſit id, quod nunc non poteſt. nam non poteſt nunc mouere corpus, niſi organice: tunc autem mouebit nõ organice, ſcilicet totum ſimul, & ita perfectio erit de nouo. Et ſic dicetur ad primum, quòd agilitas eſt dos corporis: tum quia ex parte corporis erit diſpoſitio cauſata ad hoc, ꝗ poſſint corpora agiliter moueri, vt dictum eſt: tum, & principaliter, ꝗ licet potentia motiua ſit ab anima, tanquam a principio, eſt tamẽ corporis, quia per eam mouetur corpus, & non anima, ſicut potentia viſiua ab anima eſt, & tamen eſt potentia corporalis, & per eam perficitur corpus, & ita non poteſt vocari dos animę, quia dotes animę ſunt pro actibus interioribus animę, & nõ vt anima mouet corpus.

Ad ſecundum dicendum, quòd agilitas de nouo datur, quia non eſt ipſa potentia motiua ſecundum eſſentiam, ſed aliqua perfectio ei data in ſe, vt poſſit aliter, & efficacius mouere, & vt ſimul concernit diſpoſitionem ex parte mobilis quorum nullum fuit in vita hac, ſed omnia dantur beatis poſt reſurrectionẽ.

An corpora glorioſa habebunt claritatem. Et vnde ea peruenient. Et cur beatorum corpora vitro comparantur ſecundum Sanctum Thomam.

Quæſt. CXXVII.

QVAERETVR de dote claritatis, quę eſt vltima, an corpora glorioſa habebant claritatem.

Aliqui dicunt, ꝗ non, ꝗa vt ait Auicenna 6. lib. naturaliũ corpus luminoſum cõſtat ex partibus peruijs, ſed partes corporum glorioſorum non erunt peruię cum in aliquibus dominetur terra, ſicut in carnibus, & oſſibus: ergo non erunt lucida. Item corpus lucidũ occultat illud, quod eſt poſt ſe: nam vnum luminare eclypſatur per alterum, ſicut luna eclypſat ſolem, & flamma ignis prohibet videri id, quod eſt poſt eã: corpora tamen glorioſa non occultabunt id, quod eſt poſt ea, vel intra ea, quia (vt ait Greg. ſuper illud Iob. non adęquabitur ei aurum, neque vitrum Iob 28.) ibi, ſcilicet in cęleſti patria vniuſcuiuſque mentem ab alterius oculis membrorum corpulentia non abſcõdet: patebitque corporalibus oculis ipſa ẽt corporis harmonia: ergo nõ erũt corpora illa lucida. Item corpora glorioſa erunt colorata: ergo non erunt lucida. Patet, quia color, & lux contrariam diſpoſitionem requirunt in ſubiecto, quia lux eſt extremitas perſpicui in corpore non terminato: color autem eſt extremitas perſpicui in corpore terminato, vt dicitur in libro de ſenſu, & ſenſato: corpora tñ glorioſa erunt colorata, quia (vt aut Aug. 19. de ciuitate Dei) pulchritudo corporis eſt partium conuenientia cum quadam coloris ſuauitate. corporibus tamen glorioſis non deerit pulchritudo, ergo non erunt habentia lucem, vel claritatem. Item ſi eſſet claritas in corporibus glorioſis: oporteret, ꝗ eſſet ęqualis in omnibus partibus corporis, ſicut dos impaſſibilitatis, agilitatis, & ſubtilitatis erit in omnibus ęqualiter, ſed non eſt conueniens, quia quędam partes habent maiorem conuenientiã ad claritatem, quam alię, ſicut oculi potius, quam manus, & ſpiritus potius, quam nerui, & humores potius, quam caro, ergo non erunt corpora lucida. Item ſi eſſent clara immutarent ſenſum ad cognoſcendũ, & tamen non immutant, ſicut patet de Chriſto eunte cũ diſcipulis in Emaus Lucę 24. cuius corpus erat glorificatum, & tamen non cognouerunt eum per diſpoſitionem corporis in toto itinere.

Dicendum, ꝗ non eſt verũ, quin erunt corpora illa clara, quia dr Sapi. 4. fulgebunt iuſti, & ſupra 13. dr fulgebunt iuſti, ſicut ſol in regno patris eorũ. Sed manet difficultas, quia quidam volunt, ꝗ illa corpora ſunt luminoſa, & peruia. luminoſa quidem propter claritatẽ. peruia aũt ꝓp ſubtilitatem, quę eſt alia dos, & illam claritatem dicunt ſuperadditam corporibus. Sed dicendum, ꝗ non ſunt vere peruia, quia ſi eſſent peruia non terminarent viſum, & non haberent diſtinctionẽ in partibus, & ita non poſſent diſcerni a viſu, quia talis diſtinctio non fit, niſi in ſolidis terminatis. Etiam ſi ſunt luminoſa non erunt peruia, quia magnitudo luminis non patitur corpus eſſe tranſparens, vt patet in ſole, in quo eſt luminis aggregatio, & in quolibet aſtro, & etiam in flamma ignis. ſunt ergo corpora in ſe terminata, & ſolida, quorum non magis videantur interiora, quam nunc in corporibus mortalibus (vt quidam volunt.)

Alij autem dicunt, quòd corpora beatorum erunt colorata, & lucida, color enim erit in eis ex conditione 4. elementorum ex quibus omnia corpora humana conſtant, ſed erunt luminoſa luminis ſuperadditi, & iſtę erunt duę qualitates in corpore, & aliquando videri poterit corpus per vnam, & aliquando per aliã, ſicut patet in noctiluca, quę vere colorata eſt, & ſiquis viderit eam per diem videbit eam coloratam, & ſi per noctem viderit, videbit eam fulgentem, & per diem non immutat per lucem, quia parua eſt, & abſorbetur a lumine ſolis, & tamen non ceſſat habere illam lucẽ, etiam per diem, ſicut flamma candelę per diem poſita ad ſolem non videtur, & tamen non deſinit eſſe. Per colorem autem immutat in die. per noctem vero non immutat per colorem, ſicut nec cęteri colores videntur ſine illuſtratione medij, & tunc per lucem videtur, etiam ſi parua ſit: cum ergo iſta ſint duę qualitates, & non repugnent in eodem, poterunt ambæ eſſe in corporibus beatorum, & ita neceſſe eſt poni colorem quidem propter naturam corporis: lucem autem propter auctoritatem ſcripturę. Item quia lux, & color nõ repugnãt inter ſe, neque ratione ſui, neq; ſubiecti, neque operationis. Non quidem ratione ſui: immo pertinent aliquo modo ad eandem naturam, quia color quędam lux eſt. Etiam non ratione ſubiecti. nam lux poteſt eſſe tam in corpore terminato, quã nõ terminato. nam dicit Commentator libro de ſubſtantia orbis, ꝗ ſtella eſt aggregatio partium orbis faciens diaphanum terminatum. Etiam idem vocat ſecundo de cęlo, & mundo, lunã corpus terminatum, & tamen iſta ſunt corpora lucida. Etiam non impediunt ſe ratione operationis. nam Deus coaget tam luci, quam colori beatorum, vt ambo ſimul immutare poſſint videntes. cum enim vtrunque pertineat ad perfectionem, ad Dei bonitatem, & ordinationem ꝓuenit ambo ſic ſeruare, vt vnum non tollat alterum: nam, ſicut gloria nõ tollit naturam, ita nõ tollet operationes naturę, quę imperfectionem nullam inducunt, & tñ color dicit perfectionem corporis, & immutatio, quę fit ſecundum colorem ꝓtinet ad perfectionem, iõ non tolletur color, neque impedietur immutatio, quę fit ꝑ colorẽ ꝓp lucẽ ſuperadditam: & ita Aug. 21. de ciuitate diſtinguit lucẽ, & colorẽ in corpore Chriſti reſurgentis, dicens ꝗ diſcipuli viderunt faciei Chriſti colorẽ, & non claritatẽ. De claritate illa dicendũ, ꝗ erit valde magna, maior quidem: q̃ ſolis nã ſupra 13. c. Chriſtus dixit, ꝗ fulgebunt iuſti, ſicut ſol: ẽt Chriſtus voluit oſtendere in corpore ſuo exemplum claritatis beatorũ in transfiguratione, & ad hoc oſtidit claritatem in corpore ſuo. nam reſplẽduit vultus eius, ſicut ſol, ideſt pluſquam ſol, vt dicit Glo. ſed non inuenit aliud excellentius, cui compararet fulgorem corporis Chriſti, de quo magis dictum fuit ſupra.

Sed eſt dubiũ de iſta claritate vnde proueniet corporibus beatorum. Aliqui dicunt, ꝗ proueniet de cõditione quintę eſſentię, quę tunc dominabitur in corporibus illis.

Sed hoc non ſtat, quia non erit aliqua pars corporis cęleſtis veniens in compoſitionem corporis humani, vt oſtenſum eſt ſ. cũ diceret de impaſſibilitate.

Alij dicunt, ꝗ cauſabitur claritas ex actione animę, ideſt redundabit ex anima in corpus: eſt enim claritas in anima alterius modi, & quia corpus ei eſt vnitum influit in illud deriuãdo perfectiones ſuas, & quia nõ poteſt deriuare vnitate deriuat ęquiuoce, quod enim recipitur non recipitur per modum influentis, ſed per modum recipientis. claritas ergo animę, quæ eſt ſpiritualis, non poteſt recipi ſpiritualiter in corpus, ideo recipit ęquiuoce perfectionem quandam, quæ vocat claritas, & habet ſe proportionaliter ad corpus, ſicut claritas animę ad animam. nam vtraque eſt manifeſtatiua rerum cognoſcibilium ſui generis, ſcilicet illa ſpiritualium, & hęc ſenſibilium, & ita cętereæ dotes ſunt in corpore per redundantiam factam ab anima.

Alij dicunt, ꝗ non datur illa claritas, niſi a Deo, ꝗa nulla alia cauſa inueniri poteſt a qua ſit: nam dicunt, ꝗ aĩa non põt cauſare iſtã qualitatẽ corporalẽ, ꝗa dr, quòd anima ſolum habet ad corpus habitudinem formę, & non efficientis, & ſi habet efficientiã aliq̃ ſolum eſt hoc reſpectu qualitatum accidentalium poſſibilium conſequi naturalem complexionem, & non ſupernaturalem, ſicut eſt claritas.

Sed hoc non ſtat. non enim poteſt negari, quòd cum anima ſit motor non ſit etiam cauſa accidentiũ corporis quorundam, quod, & illi confitentur. Et cũ dicunt, quòd eſt verum quantum ad accidentia, quæ poſſunt cõſequi naturalem complexionẽ, non eſt rationabiliter dictum. nam ſicut anima manens in conditione

ditione naturali est efficiens qualitatum consequētiū complexionem naturalem, ita & ipsa eleuata ad statum glorię, & perfecta donis glorię erit efficiens in corpore qualitates glorię. nam in vtroque statu est excessus animę ad corpus: immo magis excedit secūdum perfectionem anima gloriosa ad corpus gloriosum, quam anima non gloriosa ad corpus mortale, ideo conuenienter ponetur dotes prouenire in corpus ex redundantia animę.

Ad primum dicendum, ꝙ corpora gloriosa non erunt peruia, vt dictum fuit, & tamen erit in eis lux. Quòd vero dicit Auicenna verum est de corporibus quibus naturaliter lux aduenit. nam illa habent naturaliter partes peruias: cum ratione partium componentium adueniat lux. corporibus autem gloriosis adueniet lux non naturaliter, sed ex gratuita, & supernaturali donatione, ideo non oportet poni corpora peruia. Ad secundum dicendū, ꝙ Greg. cōparat corpora gloriosa auro, & vitro: auro pp fulgorem: vitro quia translucebunt. Vnde dicunt quidam, ꝙ corpora beatorum erunt clara, & peruia, ꝙ enim aliquid sit clarum, & peruium conuenit ei ex hoc, ꝙ claritas corporis causatur ex densitate partium lucidarum: densitas autem repugnat peruietati, sed tūc causabitur claritas ex alia causa, & ita manebit peruietas. dēsitas nāque corporis gloriosi non tollit ab eo peruietatem, sicut densitas vitri non tollit peruietatem a vitro, & hoc tenet beatus Tho. de Aquino.

Alij dicunt, quòd corpora beatorum comparantur vitro non, quòd sint peruia, sicut vitrum, sed propter quandam similitudinem. s. quòd illud quod in vitro clauditur non occultatur: ita animę gloria, quæ in corpore glorioso manebit non occultabitur: sed nolunt tñ, ꝙ aliqui intra corpus videantur, sicut nec nunc videntur.

Dicendum aūt, ꝙ satis apparet difficultas, ꝙ possit corpus gloriosum simul esse coloratum, & lucidum, & peruium, ꝙ. n. sit simul coloratum, & lucidum non est tanta difficultas: tñ ꝙ maneat claritas, & peruietas est difficile, quia colorata non sunt peruia, sed terminata. lucida quoque non sunt peruia. nam sol non est peruius, & stellę non sunt peruię, sed susceptiuę lucis.

Aliqui, ergo putabant, ꝙ non erunt peruia corpora beata, sed erunt porosa, & per poros illos poterunt multiplicari species omnium, quę intra sunt, & ita interiora videbuntur. Sed dicendū, ꝙ corpora beatorum possunt manere solida peruia, sicut est de crystallo, & vitro, quę solida sunt, & peruia, quia videtur quidquid intra ea est. Et tñ hoc repugnat aliqualiter determinationi coloris, & multitudini lucis aggregatę, ideo dicendum, ꝙ cum non appareat ex sacra Scriptura necessitas dicendi ea peruia non est inconueniens, hoc vel illud tenere: satis tamen poterit teneri, quod tenet sanctus Thomas, ꝙ sint peruia, sed tunc oportet poni plura contra consuetudinem, quam ponunt illi, qui dicunt non esse peruia, & tamen tota ratio ponendi peruietatem, est propter dictum Gregor. quod alij intelligunt de peruietate mentali, etiam quia non est necesse stare illi dicto.

Ad tertium dicendum, ꝙ quando lux, & color ꝑueniunt naturaliter, vident̄ exigere contrarias dispositiones, quia color exigit corpus terminatum: lux aūt corpus non terminatum; corporibus tamen gloriosis color inerit naturaliter, lux autē superaddetur miraculose ex conditione glorię, sed gloria non tollit naturam, sed perficit, ideo lux addita non tollit colorem, sed augebit pulchritudinem eius, sicut videmus corpora colorata naturaliter pp solis splendorē fulgere, vel ex alia causa extrinseca. Ad quartum dicendum ꝙ nō erit claritas ęqualiter in omnibus partibus corporis

F gloriosi. claritas enim redundat ab anima in corpus, & non est in corpore taliter, sicut in anima, sed recipitur suo modo, ita & redundabit in quamlibet partē corporis suo modo, & quia non videntur omnes partes corporis ęqualiter dispositę ad recipiendum claritatem ex sua natura: non est inconueniēs, quòd inequaliter recipiant. Et cum dicitur de aliis dotibus. Dicēdum, ꝙ non est simile, vt ad impassibilitatem, agilitatem, subtilitatem, quia ad hęc omnes partes habent eandem dispositionem. Etiam quia claritas pertinet ad pulchritudinem, & non ad actionem principaliter, quòd tamen non sint ęqualiter perfectę in pulchritudine omnes partes corporis non est inconueniens, ꝙ tamen cęteras dotes habeāt inęqualiter esset G inconueniēs, vt si non esset impassibilitas in eis ęqualiter, quia tunc illa pars, quæ esset minus impassibilis, esset promptior ad patiendum, & hoc esset inconueniens. Idem de agilitate, quę ad motum pertinet. nam eadem agilitas est totius corporis, nisi diceretur, quòd quędam partes corporis gloriosi essent ineptiores ad motum, quam cęterę, & hoc est inconueniens, quia hoc redundat in defectum corporis gloriosi: cū eodē motu, & simul non organice totum moueri debeat.

An claritas corporis beati possit videri ab oculo non beato. Et quomodo non offendit, sed delectat, & demulcet, cum solum beatorum lux immutet intentionaliter.

Quæst. CXXVIII.

H QVAERETVR an claritas corporis beati possit videri ab oculo non beato.

Aliqui dicunt, ꝙ non, oportet esse. n. proportionem visibilis ad visum. oculus tamen non glorificatus non est proportionatus ad videndū lumen glorię: cum illa claritas videatur alterius generis, quam claritas naturæ. ergo nō videbitur ab oculo nō glorioso. Itē claritas corporis gloriosi erit maior, q̄ claritas solis nūc sit, qa ēt claritas solis futura ē multo maior, q̄ nūc Isa. 30. erit lux lunę, sicut lux solis, & lux solis septempliciter, & tamen adhuc erit claritas corporis gloriosi maior, quam tunc, & tamen nemo potest conspicere nunc solem in rota, ergo a fortiori nō posset aliquis oculus mortalis videre claritatem bea- I torum corporum. Item visibile oppositum oculis videntis necesse est videri, nisi sit lęsio aliqua oculi, & tamen claritas gloriosi corporis opposita oculo non glorioso non necessario videtur. ergo non est visibilis ab oculo non glorioso. Patet, quia discipuli Christi viderūt post resurrectionē corpus eius, sed non claritatē illiꝰ, vt dicit Aug. 21. de ciui. & colligit̄ Lu. 24. & Io. 20.

Dicendum, quòd oculus non gloriosus potest videre claritatem illam gloriosam, quia ad Phil. 3. super illo verbo configuratum corpori claritatis suę. dicit Glo. ꝙ corpora beatorum assimilabuntur claritati, quam habuit Christus in transfiguratione, & tamen claritas illa visa fuit ab oculis discipulorum, qui non erant glorificati. ergo etiam omnium beatorum cla- K ritas videri poterit ab oculo non glorificato. Item quia vt dicitur, impij torquebuntur in iudicio vidētes gloriam bonorū, vt colligit̄. Sap. 5. & tamen non videbūt plene gloriam bonorum, nisi videant claritatem corporis ipsorum: immo tota gloria corporis quantum, ad id, quod videri possit, erit in claritate, ergo videbunt claritatem eorum, & consequenter erit visibilis ab oculo non glorificato.

Sciendum tamen, quòd aliqui dicunt, quòd claritas corporis gloriosi visui glorioso est manifesta, & ei occultari non potest, oculo autem non glorificato est occulta, & non potest ei manifestari, quia est ei improportionabilis.

Sed cum obijcitur de Christo viso in transfiguratione. Dicunt ꝙ non est trahendum ad consequentiā, quia ipse Deus erat, & poterat facere, quod aliàs erat impossibile. Sed dicendum, ꝙ hoc non stat: non. n. dēt dari miraculum ad hoc, ꝙ videatur claritas gloriosa à corpore non glorioso, quia necesse est, ꝙ claritas illa videri possit quocunque oculo, nisi sit ęquiuoce claritas, quia lux, secundùm id, quod est, nata est mouere visum, & visus, fm quòd est visus natus est, percipere lucem, sicut verum se habet ad intellectum, & bonū ad effectum, vnde si esset visus, qui non posset percipere aliquam lucem, omnino necesse esset, ꝙ ille diceretur visus ęquiuoce, vel illa lux ęquiuoce, quod nō potest dici de luce corporum gloriosorum, quia tunc per hoc, ꝙ dicitur corpora gloriosa futura lucida nihil nobis notificaretur, cum lucidum non significaret eandem naturam hic, & ibi, sicut qui dicit canem esse in cęlo nihil notificat ei, qui non nouit nisi canē qui est animal: erit ergo illa claritas eiusdem naturæ cum ista, & ita poterit videri ab oculo nondum glorificato, i. non repugnat videri. Aliqui autem putant, vt Scotus, ꝙ claritas gloriæ visibilis sit ab oculo non glorificato, & tñ propter suam magnitudinem non pōt eam tolerare oculus non glorificatus, dicit tamen, ꝙ aliquam visionem claritatis habere possit saltem perceptione in raptu, quod est quædam actio, & immutatio, non ꝙ sit realis, sed intentionalis. licet igitur non possit videre istam claritatem corporis gloriosi, tamē aliquam perceptionem subitam, & immutationem potest, sicut ego percipio solem sine claritate solis, licet nō videā. Sed ipsemet obijcit, quia natura non pōt exercere vnam operationem sine altera, i. ꝙ non pōt realem separare ab intentionali. Dicit quòd claritas actu permanes non potest diu immutare intentionaliter quin immutet realiter, raptim tamen transeundo potest immutare illa claritas oculum non gloriosum intentionaliter. Et ita dicit, quòd discipuli nō potuerunt ferre claritatem corporis gloriosam actu permanentem, sed non propterea sequitur quando aliq̄ perceptionem, vel immutationem corporalem habuerunt saltem intentionalem, sed si diu staret cum intentionali haberēt aliquando realem immutationem, & corrumperetur organum visus. Dicendum autem, quòd claritas beatorum potest videri ab oculo non glorificato, & diu videri facta tam intentionali, quam reali immutatione, & non est inconueniens aliquod: non est. n. verum, quòd claritas patriæ sit intolerabilis oculis mortalium, & ideo diu visa non corrumperet organum, licet aliqua lux naturalis corrūperet, & corrumpat de facto, sicut est lux solaris, immo ista est excellentia illius lucis super istam, quia lux naturalis quando est excellēs corrumpit sensum, lux aūt patriæ quantumcunq; sit excellens non corrumpit sensum. Et patuit hoc ī luce, quę fuit in facie Moysi, & quæ fuit in facie Christi: vtraque. n. visa est à mortalibus, & tamen faciem Moysi videre non poterant Iudęi, nisi velata esset, faciem autem Christi viderunt discipuli apertam cum tamen fulgeret. Et cum dicit Scotus, quòd non poterant ferre lucem illam, non videtur verum, immo valde delectabantur videndo illam, ita vt Petrus præ dulcedine illa diceret, Domine bonum est nos hic esse, faciamus tria tabernacula. Et ita dicendum, quòd illa lux diu visa non turbabat, neque corrumpebat organum, sed demulcebat, & delectabat valde vidētes discipulos, vt ait Beda. Sed quòd lux faciei Moysi turbaret, lux Christi demulceret, ratio fuit, quia lux vultus Moysi fuit de conditione lucis naturalis, & non de luce gloriosa, lux autem Christi fuit gloriosa, ideo non turbauit oculos, vnde & à quocunque mortali videretur non turbaret oculos

A eius, nec tamen propter hoc differunt specie, aut natura, sed pertinent ad eandem naturam, quia aliàs non esset claritas gloriæ obiectum visus sicut claritas ista, sed si aliquando dicantur diuersa genera, intelligitur quòd non sunt eiusdem conditionis: multo enim excellentior est illa, quam ista: nam à luce gloriæ omne inconueniens, & imperfectio aufertur, & ita non offendit oculos.

Ad primum dicendum, quòd claritas gloriæ erit proportionata oculo mortali. Et cum dicitur, quòd non est eiusdem generis, sed alterius, pōt dici, quòd non est eiusdem generis, & ideo erit proportionata visui, quia lux mouet inquantum est obiectum, & B habet, quòd sit obiectum ex natura generis, vel speciei, & non ex causa: quòd tamen immutet, sic vel propter alias, & alias conditiones hoc habet ex causa sua, quæ contulit sibi alias perfectiones, quam luci naturali.

Ad secundum dicendum, quòd licet claritas gloriæ sit maior, quam claritas solis, tamen non contristabit, sed demulcebit: nam isti claritati inquantum est excellens competit corrumpere calefaciendo, & resoluendo organum visus, illi autem claritati ex cōditione gloriæ erit ablatum omne illud per quod potest nocere, ideo illuminabit, sed non dissoluet, neque calefaciet, & ita non corrumpet organum, & hoc non competit illi claritati, quasi miraculose velit C Deus operari per illam suspendendo aliquam actionem eius, sicut si faceret, quòd ignis illuminaret, & non cremaret rem combustibilem, quia idem fieret tunc in luce naturali.

Sed dicendum, quòd propria conditio illius lucis est non nocere visui, & hoc inquantum est gloriosa. ita quòd magis esset admirādum si lux illa visa à quocunque mortali turbaret, vel offenderet oculos eius. Et hoc est, quia sicut corpora gloriosa nihil pati, aut recipere possunt passione reali, aut naturali, sed solū intentionali, quia naturalis immutatio alterat rem, & corrumpit, ita & proprietates gloriæ receptæ in corporibus beatorum solum agunt actione intentionali, si agere debēt in ipsa corpora beatorum, quia aliàs ipsa D immutata materialiter corrumperentur, & tamen lux est conditio omnium corporum beatorum, secūdùm quam quisque beatus videbitur ab alio, ideo necesse est, quòd illa lux solum intētionaliter immutet, quia alias ita oporteret dari miraculum, vel dotem aliquam per quam liberarentur à nocumento, quod inferre posset illa lux, sicut datur dos per quam ignis non possit agere nocendo corporibus beatorum: data est ergo conditio hæc claritati illi, quòd non posset agere nisi actione intentionali, & tunc, siue immutet oculum beatum, siue mortalem, semper aget solum intentionaliter, & ita nunquam corrumpet visum, vnde de natura sua competit illi luci inquantum est gloriosa, quòd demulceat, & non offendat, & ita scriptura comparat eam claritati iaspidis, Apoc. 20. quia E claritas iaspidis mulcet potius, quam turbet visum.

Ad tertium dicendum, quòd Apostoli non viderunt in Christi corpore claritatem, sed colorem post resurrectionem, quia in potestate corporis gloriosi est occultare, vel ostendere lucem: prouenit enim ista claritas non naturaliter, sed supernaturaliter ex dono Dei, & datur propter merita voluntatis, ideo subdetur voluntati, vt secundùm imperium eius videatur, vel non videatur: nam si totum corpus erit, ita dispositum, quòd sit subditum imperio animæ, erit claritas illa subdita imperio animæ, vt possit occultare illam, vel ostendere.

An corpus gloriosum necessario videbitur à corpore glorioso. Et quòd corpora beatorum possunt se occultare oculis mortalibus, ac ostendere se illis. Corpora beatorum non possunt occultari oculis beatorum, Et an vere sint peruia.

Quæst. CXXIX.

QVAERETVR circa istam claritatem, an gloriosum corpus necessario videbitur à corpore glorioso. Aliqui dicunt, quòd ita videri poterit corpus gloriosum à non glorioso, quòd nullo modo se poterit occultare ab eo quin obiectũ oculis eius videatur, quia corpora gloriosa erunt lucida, & tamen lucida manifestant seipsa, & quæcunque alia corpora: ergo præsentata aspectibus mortalium necessario videbuntur.

Item corpus, quod occultat aliqua corpora, & alia post se existentia de necessario videtur: nam si non videretur nõ impediret videri, quæ post ipsum sunt, & tamen corpus gloriosum occultabit quæcunque corpora post se existentia, ita vt videri non possit cum ipsum sit coloratum: ergo necessario illud videbitur.

Item sicut quantitas est de his, quæ insunt corpori, ita & color per quem videtur, & quæcunque claritas, sed quantitas non erit in potestate corporis gloriosi, vt secundùm illam possit esse in maiori, vel minori loco, vt ostensum est supra: ergo neque suberit claritas, ita vt possit corpus gloriosum habens illam esse visibile, vel non.

Dicendum, ꝙ corpora beatorum poterũt se occultare oculis mortalibus, vel ostendere se, oculis autem aliorum beatorum non possunt seipsa occultare. Primum patet: nam quòd corpora beata pręsentia oculis mortalibus videantur ab eis naturale est, neque indiget aliquo miraculo, quia illa sunt lucida, & colorata, & vtrunque est obiectum visus, & est eiusdem speciei cum obiecto visus nostri, quòd vero se occultent oculis mortalibus prouenit ex speciali cõditione beatorum, quia claritas illa est in potestate ipsorum, vt secundùm eam aliquando videantur, & aliquando non. Secundum patet, quia quòd possit beatus occultare se oculis mortalibus prouenit ex excellentia status illius super nostrum, & tamen omnes beati quantum ad statũ sunt æquales, licet vnus sit beatior alio, ideo vnus non poterit effugere conspectum alterius, sicut potest corpus gloriosum esse in eodem loco cũ quocunque corpore non glorioso, & tamen non potest stare in eodem loco cum corpore alio glorioso, vt ostensum est supra. Quomodo autem posset subtrahere se corpus gloriosum, vt non videatur ab oculis mortalibus? Dicunt aliqui, quòd si attendatur natura claritatis necesse est, quòd videatur, sed potest se abscondere per dotem subtilitatis, quia potest penetrare ipsum oculum videntis, vel quodcunque aliqd corpus manendo simul cum eo in eodem loco, & ita non videbitur. Et verum est, quòd potest per subtilitatem manere simul cum alio corpore, & si maneat cum vidente non poterit videri, sicut oculus non videt seipsum, quia non habet reflexionem supra se. Si autem sit simul cum alio corpore non videbitur si illud sit maius, quam gloriosum, ita quòd includet illud, quia tunc superficies non gloriosi corporis videbitur, & non superficies corporis gloriosi, quia occultata est, si tamen sit maius corpus gloriosum videbitur, quia superficies eius erit exterior, & tenebit inclusum corpus non gloriosum: non enim potest corpus gloriosum includere se in minori corpore: nam licet possit esse in loco eodem cum alio corpore, nunquã tamen poterit esse simul cum alio corpore minori, ita vt se includat in eo, quia nunquam potest esse corpus gloriosum in minori, aut maiori loco, quã ipsum

F sit, sed necesse est semper esse in loco æquali, vt ostensum est supra.

Alij dicunt, quòd occultabunt se corpora beatorum, secundùm quòd desinent agere in circunstantijs: nam verisimile est, quòd videtur, secundùm ꝙ agit in visum, si non agit non videtur, & tamen non est inconueniens aliquod, quòd desinat agere: ergo poterit sine inconuenienti occultare se: nam ex hoc, quòd aliquid agit, vel non agit in aliquid extrinsecũ non est aliqua mutatio realis in ipso, vnde sine mutatione alicuius proprietatis, quæ sit de perfectione corporis glorificati, potest contingere, quòd videatur, vel quòd nõ videatur, & sic quælibet alia actio compositi erit in potestate animæ, aliàs non esset instrumentũ summe obediens principali agenti. ista est positio beati Thom.

G Alij autem, vt Scotus concedunt, quòd possit occultare se corpus beatum, non tamen per imperium voluntatis solum, quia non putant, quòd voluntas creata habeat imperium super causas naturales quin agant approximato sufficienter agente, & patiente, & data dispositione conuenienti in passo, sed dũt, ꝙ potest ponere voluntas impedimenta, ne sequatur actio, vel immutatio, & tamen tunc non dicitur illud agere voluntas imperans, sed impedimenta posita agunt: nam quantumcunque dicat voluntas potentię digestiuę, vel calori, vt non nutriat, non desinet nutrire, aut consumere: dicunt ergo quòd corpora beatorum occultant se non per imperium voluntatis solũ,

H sed quia Deus assistit beatis in omni operatione sua, secundùm voluntatem animæ, & tunc dicetur, quòd esset de occultatione ista, sicut de hoc, quod est duo corpora manere simul: nam per dotem subtilitatis non poterat corpus beatum manere simul cum alio corpore, sed requiritur miraculum, ita & occultatio ista possit fieri per miraculum, sed non per voluntatem beatorum.

Dicendum, quòd licet iste modus vltimus sit facilior, si tamen potest aliquid sine miraculo fieri non oportet poni miraculum, & ita potest dici, quòd corpus beatum possit subtrahere se conspectibus mortalium per imperium voluntatis cessando agere in oculos eorum, & hoc est non multiplicando species

I coloris, vel subtrahendo radios lucis: nã non agit alio modo visibile in visum, nisi ꝓ ꝙ emittit species peruenientes vsq; ad pupillam, vel radios. Si ergo cessat emittere tunc non erit possibile, quòd circunstantes videant, quia tunc potentia passiua immutaretur sine aliquo actiuo, quod includit contradictionem. Et iste modus est cõueniens, quia tamen voluntas possit per imperium subtrahere emissionem specierum, vel radiorum in corpore lucido est difficile: nam certũ est, ꝙ naturaliter non põt, quia tũc directe se efficeret aliquis inuisibilem, ꝙ tũ Deus possit dare animæ hanc ptãtem, quę sit aliqua proprietas animę, & per illam agat qũ voluerit, non videtur inconueniens. Exempla autem Scoti tenent, ꝓ statum præsentem: nam certum est, quòd anima non eleuata ad statum gloriæ ẽt

K si iubeat virtuti nutritiuę, ne nutriat, nõ poterit cohibere eam, & tamen in patria cum corpus debeat esse subditũ animæ, non est inconueniens, quòd hoc possit, immo videtur quibusdam inconueniens, si hoc nõ possit. Sed tunc sequetur, quòd ita possit corpus beatum occultare se alteri beato, sicut oculis mortaliũ: nam si subtrahendo species occultat se vni, ita se occultabit omnibus: nam oculus beatus non poterit videre rem nisi à cuius specie actualiter immutetur, cum potentia visiua beatorum est passiua, quia est eiusdem speciei, cum nõstra, immo etiã si vellet vnus beatus, quòd videretur ab alio beato, & tamẽ subtra-

heret

heret species non posset videri. Ideo dicendum, quòd si concedatur, quòd beatus possit ad libitum suum subtrahere multiplicationem specierum coloris, vel lucis, ita se poterit occultare beatis, sicut mortalibus. Si autem dicatur, quòd occultat semper dotem subtilitatis iuxta primam positionem. Dicendum, quòd poterit se occultare mortalibus, & non beatis, quia non poterit penetrare oculos beatorum, sicut mortalium. Etiam si teneatur positio tertia dicetur, quòd non potest se occultare beatis, quia fit per miraculũ, & tamen Deus non facit miraculum ad occultandũ corpus vnius beati alteri beato, sicut neque facit duo corpora beata simul esse, & tamen facit simul esse gloriosum, & non gloriosum.

Sed tamen tenendo secundam positionem dicendum, quòd nunquam vnus beatus se occultabit alteri beato, quia non volet hoc, & tamen posset si veller, quia tamen esset ista inordinata volitio, in beatis autem nihil est inordinatum, ideo nunquam volent se occultare alijs beatis.

Ad primum dicendum, quòd licet claritas de se sit manifestatiua, tamen si subtrahatur, vel occulterur non poterit manifestare se neque alia, & tamen poterit subtrahi, ita vt non multiplicentur radij lucis, neque species coloris, ideo poterit occultari beatus oculo mortali.

Ad secũdum dicunt quidam, quòd corpus gloriosum habebit in potestate sua occultare corpora, quæ post ipsum sunt, vel non occultare, vnde quando oñderet se visibus mortalium occultabit quidquid post ipsum est, quando autem non ostendet se, sed occultabit, tunc non occultabit id, quod post ipsum est, sed videbitur. Et dũt, ꝙ causa est, quia color corporis nõ impedit peruietatẽ ipsius, nisi inquãtũ immutat visũ, quia visus non potest immutari simul duobus coloribus, vt vtrunq; perfecte inspiciat, color autem corporis gloriosi erit in potestate animæ, vt per ipsum immutet visum, vel nõ immutet, & ideo erit in potestate eius, ꝙ occultet corpus, quod post ipsum est, vel non occultet.

Sed dicendum, quòd corpus gloriosum occultare ea, quę post illud sunt, vel non occultare pendet ex hoc, an illud sit peruium, vel non: si n. non sit peruium, etiam si subtrahat multiplicationẽ speciei, non poterit videri, quod post ipsum est, quia non poterit multiplicari species illius per non peruium, quod densum est.

Si autem sit peruium, videtur quibusdam, ꝙ nõ sit impedimentum, ꝙ illud actu immutet per colorem suum: nam duos colores actu percipit oculus, & multos quotquot obijci possunt. Sed ad hoc dicunt, ꝙ verum est de coloribus, qui non repręsentantur sub eadem parte piramidis: nam quãdo multi colores obijciuntur oculo, non concurrunt aliqui duo ex eadem parte, & tamen si vnũ corpus mittit radios per medium alterius, species coloris amborum obijciẽtur ex eadem parte omnino, & hoc non putant posse fieri, sed necesse esse, ꝙ alterum eorum desinat immutare.

Sed adhuc obijcietur, quia siquid includatur in vitro, vel crystallo, aut berillo vẽ simul crystallus, & quod intra crystallum est, & ita species amborum colorum veniunt omnino ex eadem parte. Dicendum, quòd verum est, ꝙ species duorum colorum possunt recipi ex eadem parte si possunt multiplicari, nõ possunt tamen multiplicari, nisi quando alterum corporum est peruium per quod fiat multiplicatio, & illud non poterit esse peruium si habet colorem determinatum ad aliquam speciem coloris fixam, sed quando alterum corporum potius est lucidũ, q̃ coloratũ,

A põt per illud multiplicari species alterius sicut per crystallum, & vitrum, si tũ ista perfundantur colore oñno nigro, vel rubro, tollẽt peruietas, & tunc non solum non immutabunt ambo spẽs, sed potius alter nõ multiplicabit spẽs. De corpibus aũt beatorum manet dubium, an vere sint peruia, & si ꝓcedant tũc poterunt corpa, quę post ipsa fuerũt videri aliquo mõ, s. vel cessantibus eis ab immutatione, vel simul immutantibus eis, sicut vitrum, & id, qd̃ post vitũ est immutant visum: si aũt non sint peruia, ẽt si cessent multiplicare spẽs nõ videbitur id, qd̃ post ipsa est, quia ad hoc, ꝙ species aliarum rerum multiplicarentur, oportebat medium esse peruium, & tũ dẽsitas repugnat peruietati, ideo manente corpore denso, & colorato, etiam

B si non multiplicet speciem coloris non poterit aliud corpus multiplicare per illud species suas, quia non poterunt transire per medium densum. si aũt peruia futura sunt corpora beatorum, forte non occultabũt corpora, quæ post ipsa sunt, etiam si actualiter ipsa immutent coloris, vel lucis speciem multiplicando: manet ergo sub dubio, an corpora beatorum occultabunt alia corpora, quæ post se sunt, aut non, sed potius putatur, quòd occultabunt, siquis tamen contendat, quòd non occultabunt quando ipsa non videbuntur, non est insistendum.

Ad tertium dicendum, quòd non est idem de quãtitate, & colore aut luce, quia quantitas est aliquid

C vere inherens corpori glorioso, & non posset illa mutari ad hoc, quòd esset maior, vel minor sine mutatione intrinseca ei cuius est, & tamen ih beatis non erunt mutationes reales, etiam quia dato, quòd esse possent, tamen ad imperium animæ non poterit fieri realis mutatio in corpore, & ita etiam ipse color, vel lux, quæ realiter sunt in corpore glorioso, non mutabuntur ad imperium animæ, vt desinat esse corpus coloratum, vel habeat alium colorem, quam prius, quia ista esset mutatio intrinseca, & realis, quia tamen manẽte colore posset corpus beati immutare visum non est mutatio aliqua ipsius beati.

Sed dicetur tunc, quòd idem erit de quantitate, quòd non tollatur quantitas, & tamen cesset actus

D quantitatis, scilicet replere locum, & tunc poterunt duo corpora esse simul per solam voluntatem beatorum sine miraculo, quod falsum est.

Dicendum, quòd non est simile, quia actio coloris est actio elicita, scilicet multiplicatio specierum per medium, & ideo facta nulla mutatione in colore, & in re colorata poterit cessari ab hac actione, & ita animæ beatæ poterit dari, quòd ad imperium suũ cesset multiplicatio specierum, actio autem quantitatis replendo locum non est elicita, sed formalis: nam quantitas nihil agendo, sed solum, quia est, necesse est, quòd repleat locum, & ideo non potest tũc cessari ab hoc actu, vel operatione per solam voluntatem creatam, neque per aliquid donatum ei, quod creatum erit per solum miraculum, secus autem nõ

E immutare visum, quia color non immutat visum, quia actualiter est, sed quia multiplicat speciem coloris, quam si non multiplicaret non immutaret visum, etiam si semper ante oculos maneret, & ita poterit se occultare corpus gloriosum oculis mortalibus saltem.

Et interrogauerunt eum discipuli dicentes. Quid ergo scribæ dicunt, quòd Eliam oporteat primo venire? At ille respondens ait eis. Elias quidem venturus est, & restituet omnia. Dico autem vobis,

quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum, ſed fecerunt in eo quæcunque voluerunt. Sic & filius hominis paſſurus eſt ab eis. Tunc intellexerunt diſcipuli, quia de Ioanne Baptiſta dixiſſet eis.

Solutio duplicis q̃ſtionis ortæ ex præcedentibus.

Et interrogauerunt. Hic ponitur ſolutio duplicis quæſtionis ortæ ex præcedentibus. Secunda ibi. *Et cum veniſſet ad turbam*. Circa primum dicitur. *Et interrogauerunt eum diſcipuli eius*. Ideſt illi tres diſcipuli, qui interfuerunt transfigurationi: nam ad cętеros non pertinet iſta quæſtio, eo quòd iſta habet ortum ex aliquibus, quæ viſa aut audita fuerunt in transfiguratione, & tamen tres viderunt, cęteri vero neque viderunt, neque ſciuerunt illam factam eſſe vſq; poſt mortem Chriſti, & intelligendum eſt, quia iſta quæſtio facta eſt poſt transfigurationem in deſcenſu montis antequam peruenniſſent ad alios diſcipulos, quod oſtendit ordo literę: nã poſtea ſubdit quomodo Chriſtus venerit ad diſcipulos, & turbam. *Dicentes quid ergo ſcribæ dicunt*. Ideſt quomodo poteſt ſtare, quod dicunt ſcribæ. Sunt ſcribę viri periti in lege de quacunque tribu, vel cognatione eſſent. *Quod Eliam oportet primum venire*. Ideſt antequam veniat Meſſias, vel antequam oſtendat gloriam regni ſui, vt infra exponetur. *At ille reſpondens*. Ad hoc dubium reſpondit, ꝙ videbatur tangere ſtatum ſuum, & niſi iſtud dubium ſolueret, dubitaretur de ſtatu eius, & de his, quæ pertinebant ad ipſum. *Elias quidem venturus eſt*. Ideſt non turbemini de eo, quod dixerunt ſcribæ, quia verum eſt, quòd venturus eſt Elias. *Et reſtituet omnia*. Ideſt deperdita ad bonum ſtatum reducet, & dicuntur omnia, ideſt multa, quia nemo eſt, qui omnia reducat ad bonum ſtatum, cum & ipſe Chriſtus non reduxerit omnia efficienter ad bonum, licet ſufficienter pro omnibus ſatisfecerit, & meruit. *Dico autem vobis*. Modus certificandi eſt. *Quia Elias iam venit*. Duplicem diſtinguit Eliam, vnum qui venit, & alium qui venturũs eſt, vnus eſt verus Elias, alius eſt Ioannes Baptiſta. *Et non cognouerunt eum*. Scilicet, quòd haberet officium Eliæ, & eſſet præcurſor Meſſiæ. *Sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt*. Ideſt intulerunt ei omnia mala, quæ voluerunt incarcerando ipſum, & poſtea iugulando ſupra 14. & Marc. ſexto, & Luc. nono. *Sic & filius hominis paſſurus eſt ab eis*. Ideſt ego qui ſum filius hominis patiar ab eis mala, ideſt à Iudęis, ſicut Ioannes Baptiſta qui erat Elias: nam ſicut ille vera dicens pro veritate ab iniquis occiſus eſt, ita & ego vera prędicans occidar ab eis. *Tunc intellexerunt*. Scilicet quando dixit, quòd Elias venit, & fecerunt in eo quęcunque voluerunt: nam per hoc aperte oſtẽdebat, quòd non loquebatur de Elia propheta, ſed de Ioanne, quia in Elia propheta nihil tale geſtum erat. *Quod de Ioanne Baptiſta dixiſſet eis*. Ideſt non de vero Elia, & tamen non erat alius cui competeret vocari Eliam, & illius gerere ſimilitudinem niſi Ioannes Baptiſta.

Quare diſcipuli nunc allegauerunt ſcribas. Quæſt. CXXX.

QVAERETVR cum diſcipuli quærerent nunc à Chriſto, quare allegauerunt ſcribas cum dicunt, quid ergo ſcribę dicunt? Aliqui dicunt, quòd diſcipuli ſumpſerant argumentum quoddam ad dubitandum ſuper factis Chriſti, & quia iſtud non habebat fundamentum ex ſacra ſcriptura, ſumpſerunt auctoritatem ex dictis ſcribarum, qui erant ſapientes. Sed dicendum, quòd nõ ſtat, quia hoc de quo dicebant diſcipuli in ſacra ſcriptura, inuenitur Malach. 4. ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, & conuertet corda patrum ad filios, & filiorum ad patres. Sed dicendum, quòd diſcipuli, ſic quæſierunt allegantes dictum ſcribarum, quia ipſi erant viri indocti qui ſcripturam ſacram, non nouerãt: erant enim rudes, & piſcatores, ſcilicet Petrus, Iacobus, & Ioannes, & omnes erant piſcatores, vt patet ſupra quarto, & Marc. primo. nam de piſcatione vocauit eos Chriſtus, & ita non poterant vacare ſcripturæ, ſed propter paupertatem dediti erant negocijs lucratiuis, vt inopem vitam defenderẽt, ideo nihil de ſacra ſcriptura nouerant, niſi ſicut audiebant à ſapientibus legis, ſicut & apud nos accidit: nam populus non ſcit aliquid de pertinentibus ad fidem, & ſpem, niſi ſicut à prædicatoribus audit, & ideo ſi aliquando arguere volunt deducunt in auctoritatem dicta prædicatorum, cum nullum ſolidius fundamentum habeant: tales autem erant apud Iudęos ſcribæ, quia ſcriba vocatur ſapiens, & dicuntur ſcribę à ſcripturis, qa in ſacris ſcripturis ſapientes ſunt, & iſti prædicabant doctrinam legis, & ita populus allegabat eos in auctoritatem, & ita innitebantur auctoritati eorum, quaſi nullo modo ipſi errarent. Sic dicit Chryſoſtomus, non autem aduentum Eliæ diſcipuli ex ſcripturis ſciebant, ſed ſcribæ eis manifeſtabant, & ferebatur hic ſermo in plebe indocta.

Quomodo dicitur hic, quòd dixerunt diſcipuli, quid ergo ſcribæ dicunt, quia Marc. 9. dicitur quid ergo dicunt ſcribæ, & Phariſæi. Quæſt. CXXXI.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, quòd dixerunt diſcipuli, quid ergo ſcribæ dicunt, quia Marc. nono. dicitur quid ergo dicunt ſcribæ, & Phariſæi, quomodo poteſt ſtare?

Dicendum, quòd vtrunque dixerunt diſcipuli, ſicut Marcus expreſſit, ideſt quid ergo dicunt ſcribæ, & Phariſæi, & tamen Matthæus breuiloquus ſolos ſcribas nominauit.

Primum patet, quia diſcipuli indocti neſciebãt hęc de Elia, niſi inquantum audiebant à prędicatoribus, & tũ Phariſæi, & ſcribę erant ſimul prędicatores inf. 23. ſuper cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & Phariſęi, quęcunque dixerint vobis ſeruate, & facite, & tamen cathedra Moyſi, vocatur cathedra in qua ſedebant doctores ad prædicandum legem Moyſi, & exponendam eam populo, & ita tam Phariſæi, quam ſcribæ prædicabant: ergo vtrique prædicabant de aduentu Eliæ, & veriſimile eſt, quòd diſcipuli allegarẽt vtroſque, quia ipſi allegabant nunc contra Chriſtum arguendo, & qui arguit vult fundare argumentum ſuum quanto firmius poteſt. Secundo patet, quia Matthæus in multis eſt breuiloquus, & tacet quædã, quæ alij exprimunt, & tamen facit hoc artificioſe: nã ſcribę, & Phariſęi in multis conueniebant contra Chriſtum, vt ſimul dicerent, & tũ Matthæus raro nominat vtroſque ſimul, ſed interdum ſolos ſcribas, & interdum ſolos Phariſæos, ſic tamen quia ſcribæ ſunt ſapientiores Phariſęis, & Phariſęi habẽtur, vt ſanctiores ſcribis, ideo ibi de ſanctitate agitur, licet ſcribæ, & Phariſæi ſimul contra Chriſtum loquantur, de ſolis Phariſæis Matthæus loquitur, vbi vero de ſapientia eſt dubium, inducuntur ſoli ſcribæ, licet vtrique loquantur. Sic patet ſupra 9. quando de curatione paralytici agitur, ſ. & ecce quidam de ſcribis dixerunt intra ſe hic blaſphemat, conſtat tamen, ꝙ tam ſcribæ, q̃ Phariſęi hoc dixerunt, quia Lucæ 5. dr & cęperunt cogitare ſcribę, & Phariſęi dicentes, quis eſt hic qui loquitur blaſphemiam? ibi tamen de ſapientia agebatur: nam Chriſtus dicebat, ꝙ remittebat peccata, illi autem

autem dicebant, quòd erat blaſphemia, an vero blaſphemia eſſet, vel non, pertinebat diſcutere ad ſapientes, ideo ſoli ſcribæ qui ſapientiores erant nominati ſunt. De ſanctitate patet, quia ſupra nono. capitulo. dicitur, quòd cum Chriſtus comederet in domo Matthæi cum publicanis, videntes hoc Phariſæi dixerunt diſcipulis, quare cum publicanis, &cętera, & tamen conſtat, quòd ſimul Phariſæi, & ſcribæ hoc dixerunt, quia Luc. 5. dicitur, & murmurabãt Phariſęi, & ſcribę dicentes ad diſcipulos eius, quare cum publicanis, & cętera, ibi enim de ſanctitate agebatur, ſcilicet, quia abſtinere à conuiuijs publicanorum pertinebat ad cęremonias ſanctitatis, & honeſtatis, & ideo magis ponderabat in hoc auctoritas Phariſæorum, quam ſapientia ſcribarum, & ita ſolos Phariſæos nominauit Matthæus, ita fuit nunc: nam dicere de aduentu Eliæ, quod ex lege ſciri poterat, pertinebat ad ſapientiam, & ita erat in hoc maior auctoritas ſcribarum, qui ſapientiores erant, ideo eos ſolos nominauit Matthæus.

Vnde orta fuit diſcipulis occaſio quærendi hoc de Elia. Quæſt. CXXXII.

QVAERETVR vnde orta fuit diſcipulis occaſio quærendi hoc de Elia. Dicunt quidã, quòd diſcipuli audierant à Phariſęis, & ſcribis, quòd Elias venturus erat circa conſũmationem ſęculi, Malach. quarto, & ideo quia Eliam viderant credebant finem mundi propinquum, mirabantur tamen, quia ipſe ita cito receſſerat, & nihil docuerat prædicando, cum dicatur Malach. quarto, quòd conuertere deberet corda patrum ad filios, & ideo quærebant à Chriſto, quomodo intelligendus ſit locus ille ſcripturæ, ita exponit Nicolaus, & ita hoc modo occaſio quærendi non fuit, niſi velle habere intellectum ſcripturę de qua dubitabant. Sed hoc non multũ ſtat, quia quærere de intellectu ſcripturę non pertinet niſi ad illos qui aliquid nouerũt de ſacra ſcriptura, quia nihil ſciens nihil dubitat, cum dubitare preſupponat quandam notitiam circa rem de qua dubitatur, & tamen diſcipuli nihil ſciebant de ſacra ſcriptura, cum neque allegauerint eam, ſed dictum ſcribarum: ergo non erat motiuum quærendi velle ſcire intellectum ſcripturę. Alij dicunt, quòd diſcipuli dixerunt hoc ad oſtendendum, quòd ſcribę falſum dixerant, & volebãt hoc deducere, quaſi aliquid admirandum: nam tenebantur ſcribæ in magna opinione potiſſime circa ſapientiam, & mentiri illos admirandum erat, & tamen nunc videbantur mentiti, quia ipſi dicebant, quòd vẽturus erat Elias ante Meſſiam, & tamen nunc apparuerat falſum, quia diſcipuli prius viderunt Chriſtum, quam Eliam, & ſic introducitur litera, ſcilicet ergo quomodo ſcribæ dicunt, quia oportet Eliam venire primo, ideſt cum tu veneris nunc ante Eliam, quomodo poteſt ſtare doctrina ſcribarum dicentium, quòd oportet Eliam venire primum, ideſt antequam veniat Meſſias. Sic dicit Chryſ. intentio quidem diſcipulorum ſub hac interrogatione talis mihi eſſe videtur, nos quidem Eliam tecum vidimus, & prius te vidimus, quam Eliam, ſcribę vero prius Eliam venire docent, credimus itaque eos mendacium protuliſſe.

Alij dicunt, quòd diſcipuli dixerunt hoc, quia audiérunt ſcribas dicentes auctoritatem Malach. quarto. mittam vobis Eliam prophetam antequam veniat dies Domini magnus, & conuertet corda patrum ad filios, nunc autem putabant diem magnum Domini tranſiſſe, & incepiſſe regnum eius in transfiguratione illa, quia dixerat Chriſtus præcedẽti cap. ſunt qui dam qui non guſtabunt mortem donec videant filiũ hominis venientem in regno ſuo, & intelligebatur de transfiguratione, & tamen iam illa erat, & nõdum venerat Elias. Sic dicit Hier. æſtimant diſcipuli transformationem gloriæ hanc eſſe, quam in monte viderant, & ideo dicunt: quid ergo dicunt ſcribę, quòd Eliam oportet venire primum? ac ſi dicerent ſi iam veniſti in gloria, qũo pręcurſor tuus non apparet? Alij dicunt, ꝙ ratio quęrẽdi fuit diſcipulis pp ſubitum receſſum Eliæ, quia Malac. 4. dr, quòd conuertet corda patrum ad filios, & ita audierant diſcipuli à ſcribis, nunc autem viderant diſcipuli Eliam, & iam receſſerat, quòd nihil egiſſet: nam non prædicauerat, vt conuerteret corda patrum ad filios, ideo admirati dixerunt, quomodo dicunt ſcribæ. & hoc non apparet ex verbis diſcipulorum, ſed ex occaſione præcedenti, ſcilicet, quia nunc Eliam viderant. Etiam apparet magis ex verbis Chriſti, cum ait Elias quidem venturus eſt, & reſtituet omnia, quod eſt conuertet corda patrum ad filios. Alij dicunt, quòd hoc quęſierunt, quaſi nã fundata intentione ſua admirati de quodã dicto ſcribarum quo contra Chriſtum nitebantur. Dicunt enim quidam, quòd Phariſæi, & ſcribæ dicebant Ieſum non eſſe Meſſiam allegantes auctoritatem Malach. 4. quia antequam veniret Meſſias venturus erat Elias, & tamen Elias nondum venerat, ideo nõ erat ille Meſſias, ſed alius expectandus erat, quẽ pręcederet Elias veniens, & tunc diſcipuli ex gloria oſtẽta in corpore Chriſti, & ex teſtimonio Eliæ, & Moyſi, & potiſſime ex teſtimonio vocis paternę certificati erant, quòd ille erat Meſſias, ideo mirabantur quomodo ſcribæ dicerent ex ſacra ſcriptura, quòd oporteret Eliam venire primum, ideſt ante Meſſiam, & tamen nondum venerat. Dicendum autem, ꝙ iſte eſt ſenſus verus literę: nam cõſonat rñſio Chriſti, huic quęſtioni, & non in alijs ſenſibus. Sic dicit Chryſ. non aũt, vt oportebat aduentus Chriſti, & Elię à ſcribis interpretabantur: ſcripturę enim duos dicunt Chriſti aduentus eum, ſ. qui factus eſt, & eũ qui futurus eſt, ſed ſcribę primũ non aduertentes, ſecundũ aduentum ſolũ cõmemorabant plebi, & dicebãt, qm̃ ſi hic eſt Chr̃s, oportebat Eliam præuenire. Aliæ autẽ expoſitiones, licet aliqualiter appareant non conueniunt literę. De prima dictum eſt. De ſecunda patet, quia ſi diſcipuli ad hoc introducerent quæſtionem, vt oſtenderent ſcribas mentitos, non multum curaret Chriſtus, ſiue mentiti eſſent, ſiue non, maxime quia interdum mentiebantur, & tamen reſpondit diligenter oſtendens verum eſſe, quod illi dixerant: ergo non tendebat quæſtio ad illud. Item quia Chriſti reſponſio non cõuenit huic ſentẽtię: nam ſi vellet ſaluare ſcribas quos diſcipuli putabant mentitos, non oportebat alia dicere niſi, quòd verum dixerant, diſtinguere autem de Elia venturo, & qui venerat, non erat ad hoc propoſitum. De tertio dicendum, quòd eriam non conuenit, nam ad illud non debebat ſic Chriſtus reſpondere, ſed diceret, quòd nondum venerat regnum ſuũ, & dies Dñi magnus, & ante illum adhuc veniet Elias, ſicut vere venturus erat, dicere tamen de Elia, qui iam venerat, non erat ad propoſitum huius, & tamen maxime inſtitit Chr̃s in Elia, qui iam venerat: ergo non fuit illa quæſt. eorum. De quarto etiam dicendum, ꝙ non ſtat, quia non conuenit rñſio Chri huic ſnię: nã tunc Chr̃s diceret verũ eſt, ꝙ anteq̃ veniat dies Dñi magnus veniet Elias, & ꝑuertet tunc corda, &c. & tñ nondum venit dies ille Dñi, ideo neque Elias venit, ſed venturus eſt: iſte autem aduentus Elię, non eſt ille de quo ſcriptura loquit̃, ſed nunc venit ad ferendum mihi teſtimonium, dicere tñ de Elia, qui venerat non erat ad propoſitum. Niſi forte dicatur, quòd Chriſtus volebat

volebat ostendere, quòd Elias bis venturus erat, scilicet nunc, & postea, & loqueretur de vtroq; aduẽtu. Sed non stat, quia tunc non vocaret hic Ioannẽ Baptistam Eliam, qui venerat, & alium dicebat Eliam venturum, ergo non erat ille sensus quæstionis, sed vltimus est sensus literæ, & illi conuenit rñsio Christi, vt oñdetur seq. c. Sed obijcietur, ꝙ non conueniat, quia si istud esset dubium discipulorum, non quæreret de illo nunc, sed multo ante qñ ad Christum accesserãt, quia hoc erat quærere, an erat Messias, vel non. Item quia præsupponitur in hoc, ꝙ ante istud non erãt certi discipuli, an Iesus erat Christus, quia alias tunc dicerent qũo staret dictũ scribarum, s. ꝙ oportet Eliam venire primum, & tamen ante hoc certi erant, vt patet pr̃eced. c. qñ Petrus confessus est ipsum esse Chr̃m filium Dei, & hoc idem ceteri putauerunt. Itẽ quia si non crederent eum Messiam esse, non manerẽt cum eo tanto tpe. Itẽ non vr̃ rerũ, ꝙ dicerent scribę Iesum non esse Messiã, q̃ nondũ venerat Elias: nã non inuenit̃ hoc sibi obiectũ in aliquo loco, sicut obijciebant̃ alia, s. ꝙ non erat de Bethlehem, sed de Nazareth, & ꝙ non esset de stirpe Dauid, & ꝙ origo eius erat nota, Io. 1. & 7. Itẽ quia Iudęi pręsupponebant, ꝙ poterat venire Messias nondũ veniente Elia: nã Io. 1. quando voluerunt scire quis esset, quęsierunt, an esset Chr̃s, & dixit non, deinde an esset Elias, & dixit, quòd non, & tamen si supponeretur, quòd nõ venturus esset Messias quousque veniat Elias, & conuerteret corda patrum ad filios, non quærerent, an ille esset Christus, cum constaret, quòd nondum conuerterat Elias corda patrum ad filios, & ĩñ quæsierunt: ergo putabant, ꝙ posset venire Christus nondum veniente Elia. Dicendum, ꝙ sensus est verus, quia iste cõuenit maxime literę, vt oñsum est. Ad primum dicendum, ꝙ à principio qñ discipuli accedebant ad Chr̃m nondum sciebant eũ esse Messiã, & tñ accedebant ad eũ, quia erat doctor veritatis, & de quo multi credebãt, quòd erat Messias, neque erat necesse discipulis à principio scire, quòd Iesus erat Messias: satis enim erat, quòd faceret talia miracula propter, quæ omnes concurrerent ad eum. Ad secundum dicendum, quòd non supponitur non fuisse certos discipulos ante hoc de Iesu, an esset Messias, sed innuitur, quòd nunquam tam plene fuerunt certificati, sicut nunc, & verum est, quòd aliquando ignorabant eum esse Messiam, sicut à principio qñ veniebant ad eum, postea vero crediderunt, vt qñ Petrus confessus est illud præced. c. & tamen illud fuit credere, & non videre, nunc vero plenissime certificati sunt tam ex gloria corporis eius, quam ex testimonio Eliæ, & Moysi, & maxime ex testimonio vocis paternæ, ideo nunc nihil poterant dubitare, & ita ex abundanti certitudine dixerunt, quomodo poterat stare dictum scribarum, ante hoc autem non dixerunt, quia adhuc erant aliqualiter dubij, an esset Iesus Messias, vel non, nunc non erant ita certi, vt putarent omnino falsum esse dictum scribarum, vel aliter intelligendum. Ad tertium dicendum, quòd etiam si non crederent eum Messiã, manerent cum eo propter miracula, quæ faciebat: nam vt viderent eũ confluebant multæ turbæ ad Christum, Ioa. 6. etiam propter sanam doctrinam, & dulcem cordibus dispositis: nam quando cęteri discipuli recedebant à Christo, dixit ipse ad duodecim, nunquid, & vos vultis abire? & dixit Petrus loco omnium, Domine ad quem ibimus? verba enim vitæ æternę habes, Ioan. 6. etiam dato, quòd non crederetur Iesus esse Messias saltem apparebat eum virum sanctum, & propheram, & tamẽ propter hæc quilibet vellet manere in doctrina eius, sicut cęteri prophetæ discipulos habuerunt, qui sequebantur eos, vt patet de Elia, & Elisęo quarto Re-

F gum secundo, & tertio, & quarto. Ad quartum dicendum, quòd non est conueniens argumentum, ga multa dicebantur contra Christum, quæ tacuerunt Euangelistæ, sicut multa ipse fecit, quæ ipsi enarrasse omiserunt, Ioan. 20. maxime, quia falsum supponitur: nam licet in alijs locis non referatur hoc fuisse obiectum Christo, satis est, quòd colligatur hic ex litera fuisse ei obiectum. Et ita vult Chrysost. vt dictum est. Ad quintum dicendum, quòd Iudæi non tenebant determinate, quòd oporteret venire Eliam ante Messiam, quia nec istud ostendit sacra scriptura, & ideo quando ipsi voluerunt scire de Ioanne Baptista, an esset Messias, non presupposuerunt, quòd necesse esset venire Eliam ante Messiam, cum autem loquebãtur contra Christum, non dicebant ea, quæ ipsi putabant

G vera esse, sed quidquid posset aliquo modo verisimiliter accipi contra Christum, quia desiderium suum erat impugnare illum, & quia aliquo modo potest accipi ex sacra scriptura venturum Eliam ante Messiã, dicebant hoc, vt Christum excluderent sicut, & opponebant ei, ꝙ in Beelzebub dæmonia eijceret 12. c.

Quomodo Christus dixit hic Elias venturus est, & postea dixit, Elias iam venit. Quæst. CXXXIII.

QVAERETVR quomodo Christus dixit hic Elias venturus est, & statim dixit dico vobis, quia Elias venit, quæ videntur infra dicere. Dicendum, quòd Christus respondit per hoc dubitationi discipu-

H lorum: putabant enim illi, ꝙm auctoritatem scribarũ venturũ esse Eliam ante Messiã, & quia intelligebant de Elia propheta, & de aduentu primo in carne, erat falsa existimatio, ideo poterat Christus dicere, ꝙ scribæ falsum dicerent, quia tamen verum erat aliquo modo, quòd venturus erat Elias ante Messiam, non negauit dictum scribarum, sed distinxit propositum, & fuit ista cautela conueniens respondendi: nam & nobis melius est sępe rñdendo propositionem distinguere, quã simpliciter negare, & hoc propter nescientes, & propter assistentes, Christus autem ꝓp duo distinxit propositionem, quam poterat absolute negare: nam quando propositio in vno sensu est vera, & in

I alio falsa, melius est distinguere eã, quam simpliciter negare, & tamen dicere, quòd Elias venturus erat ante Messiam est huiusmodi, ideo distinxit. Secundo qa istud habet originem à sacra scriptura, licet illa possit varie accipi, & quia si negaret Christus simpliciter dictum scribarum, videretur negare sacram scripturã, quasi asserendo, quòd nullo modo Elias venturus erat ante Messiã, ideo distinxit, & ad hoc innuit, quòd duplex est aduentus Messiæ vnus est in carne, idest ad assumendum carnem, & operandum redemptionẽ in carne assumpta, alius est ad iudicandum. De primo non est verum, quòd Elias venturus est ante eum, sed de secundo, & ita intelligit̃ auctoritas Malac. 4. ecce ego mittã vobis Eliam prophetam antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis, & conuertet cor-

K da patrum ad filios, & filiorum ad patres eorum, ne forte veniam, & percutiam terram anathemate, & tamen dies Domini magnus est dies iudicij, scilicet dies iræ calamitatis, & miseriæ, dies magna, & amara, etiã quia dicitur horribilis: nam si diceretur solum dies Domini magnus, posset adhuc intelligi de aduentu in carne: nam vocatur dies Domini dies in quo Deus magna facit, & tamen dicitur horribilis, ideo necesse est accipi pro die iudicij, & ad illum diem veniet Messias iudicaturus, & ante diem hunc præcedet Elias, vt conuertat corda hominum, Christus tamen vult accipere, quòd ante vtrũq; aduentum venturus fuerit Elias, & tñ ante sc̃dm aduentum venturus erat Elias

Pro-

Propheta qui vere dicitur Elias, ante primum venturus erat Elias non secundum substantiam, sed ꝙm offi

A cium, s. Ioannes Baptista. & ob hoc Christus dixit de vtroque Elia. de vero Elia dixit Elias quidem vẽturus est. de alio Elia ꝙm officiũ dixit dico vobis, quia Elias venit: nam Ioãnes Baptista iam venerat. Elias tñ verus nondum venerat, sed ante iudicium venturus erat, & vt videatur de quo Elia loquitur ponit vtrique conditionem suam. nam qñ dixit de Elia venturo ait Elias q̃ dem venturus est, & restituet omnia, vt videatur ꝙ ille est Elias de quo loquitur Malachias, ꝙ conuertet corda patrum ad filios, quando loquitur de Elia qui iã venit, ostendit ex circunstantijs quis sit ille & ait, Elias venit & non cognouerunt eum, sed fecerunt quæcun

B que voluerunt in eo.

Quare Christus dixit duos Elias cum scriptura non dicat, nisi de vnico Elia. Quæst. CXXXIIII.

QVAERETVR cum sacra scriptura nõ dicat, nisi de vnico Elia venturo, & de vnico aduentu eius Mala. 4. nam alibi nõ habetur de hoc, quare Christus distinxit duos Elias.

Dicendum, ꝙ hoc fuit. Primo propter auctoritatẽ sacræ scripturæ, nam licet Ioannes non vocetur in veteri testamento Elias: tamen sicut scriptura prænũciauit de Elia venturo ante Christum in iudicio: ita, & p̃ nunciauit de Ioanne venturo ante primum aduẽtum

C Christi in carne ad prædicandum Malach. 3. ecce ego mitto Angelum meum qui pręparauit viam tuam ante te. & ita allegatur de eo. supra 11. cap. etiam Esa. 40. prænunciatum fuerat de eo, ego vox clamantis in deserto, & allegatur. sup. 3. & Io. 1. vocauit ergo vtrunq; Eliam.

Secundo, quia etiam de Ioanne dictum fuerat, quia erat Elias. nam licet illud Mala. 4. in sensu literali principali accipi necesse sit de Elia propheta, tamen ẽt in sensu literali minus principali accipitur de Ioanne Baptista quem misit Deus ante Christum. & ita dixit Christus supra 11. ca. & si vultis accipere ipse est Elias qui venturus est. ideo fuit conueniens eum vocare Eliam.

D Tertio quia Angelus vocauerat eũ Eliam antequã nasceretur Luc. 1. ipse præcedet eum in spiritu, & virtute Eliæ parare domino plebem perfectam. ideo ipse iuxta formam suam loquendi, & Angeli, vocat eum Eliam, quia ita volebat eum Deus vocari. Quarto fuit propter similitudinem. nam vterque eandẽ ministrationem exhibuit Christo. nam Elias propheta præcedet diem iudicij in prædicando, vt cõuertat homines: & ita disposiri sint ad recipiendum aduenientem iudicem, ne ipse veniens feriat terram anathemate Mala. 4. Ioannes autem præcessit Christum, vt per prædicationem disponeret plebem ad digne recipiendũ Christum, ostendendo quis ille erat, & hortando humiliari ei. sic dicitur Lucæ 1. præcedet eum in spiritu, & virtute Elię parare domino plebem perfectam, idest per-

E fecte dispositam ad suscipiendum doctrinam Christi. vterque ergo eodem nomine vocari debuit, cũ idem officium gereret.

Quinto quia licet scribę non intelligerent, quod dicebant, scilicet, quòd Elias venturus esset ante Messiam, tamen verum dicebant, ideo Christus non negauit, sed vtrunque vocauit Eliam dicens se esse Messiã, & verum esse quod dicebant scribę, scilicet, quòd ante Messiam venturus esset Elias, & ita ante eum venerat vnus Elias.

Quare Christus dixit Elias venturus est, & omnia restituet. Quæst. CXXXV.

QVAERETVR quare Christus dixit Elias venturus est, & restituet omnia. Dicendũ ꝙ fuit hoc, primo ad ostendendum differẽtiam inter duos Elias quos nominauerat, vt videretur quòd non erat vnicus de quo loquebatur, & quis erat ille qui venerat, & quis ille qui venturus erat: dixit ea per quę vterque notificabatur. de venturo enim Elia dixit, quòd restitueret omnia: vt videretur quòd erat Elias propheta, de quo scriptura loquitur Mala. 4. mittam Eliam prophetam, & cõuertet corda patrum ad filios. Elias qui

B venerat erat Io Bapt. & hunc notificauit dicens, ꝙ fecerunt in eum quæcunque voluerunt. nam Ioannes ille est quem occiderunt. Secundo dixit, vt ostendat ꝙ ille Elias de quo dixit est ille, de quo scriptura loquitur. nam poterat esse, quòd ille loqueretur de alio Elia quẽ scriptura non nominaret, & tunc responsio procederet ex ęquiuoco, & maneret argumẽtum discipulorum de dicto scribarum: ideo ostendit, ꝙ de illo loquebatur de quo Mala. 4. ꝙ restitueret omnia, & ita ꝓ hoc innuebat, quòd Elias ille de quo ibi dicitur, non est ille qui venire debebat ante Messiam nũc, sed expectãdus erat in futurum. Tertio fuit, quia forte pars huius dubij prouenerat ex apparitione Elię. nam ver̃ Elias apparuit in transfiguratione cum Christo, & ille

C erat de quo dicitur Mala. 4. & ideo dicerent discipuli, quomodo dicunt scribę, quòd oportet venire Eliam, & conuertere corda patrum ad filios. nam nunc ipsemet venit, & iam recessit nihil horum agens. dixit ergo Christus Elias quidem venturus est, i. non puteris, ꝙ Elias propheta nũc compleuit, quod de eo dictum erat. nam aduentus iste ad transfigurationem non fuerat prænunciatus de ipso, sed adhuc iterum venturus est, & tunc complebuntur quæ de eo prænũciata sunt, s. quòd cõuertet corda patrum ad filios, & hoc innuit dicens, quòd restituet omnia, quasi dicat, non turbemini circa dictum scripturę: nam ipsa complenda est iuxta omnia quæ dicit. & tamen adhuc debet expectari complenda.

D *Quomodo est verum, quòd Elias omnia restituet. idque triplicĩter intelligitur. Quæst. CXXXVI.*

QVAERETVR, quomodo est verum, quòd Elias restituet omnia.

Dicendum quòd potest intelligi, vno modo de conuersione Iudæorum. nam veniet Elias ad prædicandum ante finem sæculi, & omnes Iudæos quos tunc inuenerit, conuertet ad Christum, & vsque ad illud tempus multi iudęorum manebunt in errore suo. & hoc consonat dicto Apostoli ad Roma. 11. c. cęcitas ex parte contigit in Israel donec intraret multitudo gentium, & sic vniuersus israel saluus fieret: & istud erit conuertere corda filiorum ad patres, vel patrum ad filios, idest iudæorum ad doctrinã Apostolorum, quę doctrina manebit in ecclesia Christi vsque ad finem sæculi: Apostoli tamen sunt filij iudęorum. Sic dicit Chrysosto. cum enim dixit, quòd Elias venturus est, & restituet omnia. de ipso Elia in propria persona loquitur, qui quidem restaurabit omnia dum corriget infidelitatem iudæorum, qui tunc inuenientur, quod est conuertere corda patrum ad filios, idest iudæorum ad Apostolos. Secundo intelligitur de restitutione eorum qui in tribulatione Antichristi defecerint. multos enim Antichristi doctrina, & tribulatio turbabit, vt a fide Christi recedant. Elias autem veniens prædicabit eis, & conuertent̃ plurimi ad veri-

tatem. Tertio (vt aliqui dicunt) intelligitur de morte ipsius Eliæ, scilicet restituet omnia, idest soluet omnia, quæ debet: mortem enim debet, quia homo est, & nondum mortuus est, ideo oportet, ꝙ aliquando moriatur, cum statutum sit de vnoquoq; homine semel mori, ad Heb. 9. & tunc esset ad propositum sic, scilicet Elias vnus iam venit, & fecerunt in eo quęcũque voluerunt, quia occiderunt eum, alius autem vẽturus est, & restituet omnia, idest & ipse etiam tunc occidetur, sic exponit Aug. scilicet restituet omnia, idest eos quos persecutio Antichristi perturbauerit. Vel vt ipse restituat moriendo, quæ debet. Sed dicendum, quòd primi duo sensus sunt meliores, & magis conuenientes scripturę: constat enim quòd Christus dixit hoc ad ostendendum, quòd Elias ille de quo Malac. 4. dicitur & de quocunque Iudæi loquebantur nondum venerat, sed venturus erat, & quia ponitur ibi quid acturus sit, scilicet, quòd mittetur ad conuertendum corda patrum ad filios, exprimit illud Christus dicens, quòd restituet omnia, idest omnes qui perierant de fide per tribulationem, vel qui perditi erant de Iudæis per infidelitatem, quia ad fidem nunquam venerant.

Quare Elias non fuit missus tempore Christi.
Quæst. CXXXVII.

QVAERVNT quidam cum Elias tot bona facturus sit vt restituat omnia, quare nõ missus fuit tempore Christi, vel ante tempora vltima. Dicunt quidam, quòd hoc fuit, qa si veniret tempore Christi potius esset impedimentum fidei Christi: nam Iudęi putantes Christum esse Eliam non crediderunt ei, & tamen quando venerit in fine sęculi credent ei. Sic dicit Chrys. Si autem tot bona erunt ex Eliæ præsentia, quare tunc non eum misit? respondet, dicimus, quia & tunc Christum estimantes Eliam non crediderunt ei, tunc autem Eliæ credent, quia cum post tantam expectationem veniet annuncians Iesum facilius suscipient, quæ ab ipso dicuntur. Aliter potest dici, ꝙ Elias nunquã magis erit necessarius, quam cum erit finis sęculi, quia tunc vltima tribulatio multos à fide auertet, & quoniam illa erit tribulatio qualis nunquam fuit infra 24. oportebit, quòd sit tunc magna consolatio, vnde magis erit tunc necessarius Elias, quam alijs temporibus. Aliter potest dici, ꝙ ista quæstio est superuacua, quia Elias non est venturus nisi, ꝙ Deus illum mittet, & promisit iam mittere Malac. 4. & tamen ipse promisit mittere ad tempus determinatum, s. ante diem Dñi magnum, & terribilem: ergo frustra est quętere cur alio tpe non mittatur, cum non possit venire, nisi quando mittetur. Secus autem de illo qui venire potest non missus, sicut fuit de filio Dei, qui est æqualis patri, & spirituisancto, cui nullus quicquam iubet, sed facit, quòd vult, cum sit eadem voluntas, & imperium triũ: nam de illo recte quæritur quare voluit venire tali tẽpore, & non prius, neque posterius: nam poterat, quando vellet nullius legi alligatus. Si tamen dicatur cum Elias tanta facturus sit, quare Deus non mittet eum ante? Dicendum, quòd non fuit tempus conuenientius ad mittendum eum: Elias enim homo est, & cum semel venerit occidendus est, ita vt nõ sit quotidie venturus, aut sępe, cum igitur vẽturus semel sit, nullum est conuenens tempus ad mittendũ eum, quam tunc quando erit vltima tribulatio. Item quia non est putandum, ꝙ pendeat Deus ex Elia, quasi non possit facere, quod vult nisi per Eliam: nam potest, quod vult, etiam non existente Elia, qui potest de lapidibus suscitare filios Abrahę sup. 3. c. & põt quolibet tpe dare viros maiores Elia, sicut Apostolos dedit qui multo maiores Elia fuerũt, sed placuit ei reseruare Eliam pro illo tpe, sicut placuit Paulum instituere doctorẽ vniuersę terræ, ideo illo tpe, & non alio veniet Elias, & tunc valde proderit præsentia sua.

Quomodo Christus vocauit Ioannem Eliam, cum non esset ipse Elias. Quæst. CXXXVIII.

QVAERETVR quándo Christus dixit, quòd Elias iam venit, & intellexit de Ioanne Baptista, quomodo vocauit eum Eliam, cum non esset ipse Elias. Aliqui putauerunt, quòd Ioannes erat Elias, quia anima Eliæ transierat in corpus Ioannis Baptistæ, ideo erat ipse Elias, & ita recte vocaretur Elias, secundùm substantiam. Dicendum, quòd non stat. Primo quia non est possibile fieri transitum animarum per corpora, vt Pharisęi improbant, & Ecclesia detestatur hunc errorem. Sic dicit Origenes super Matthęum. Quod autem dixit propter Ioannem Elias iam venit, non anima Elię est intelligenda, ne incidamus in dogma transcorporationis, quod alienũ est ab ecclesiastica veritate. Secundo quia concesso transitu animarum non manerẽt ijdem homines, qui prius: nam cum homo constet ex corpore, & anima, & sit vtraque pars essentialis, variata aliqua earum nõ manet eadem substantia composita, & tamen licet anima Eliæ esset eadem, quæ introiuit in corpus Ioannis Baptistæ, non esset idem corpus vtriusque, ideo non esset idem homo, vnde non poterat Ioannes esse Elias. Tertio quia transitus non fieret nisi moriente homine, quia aliàs non potest anima manere in duobus corporibus, & tamen viuebat adhuc Elias tempore Ioannis, & viuit cum venturus sit, ideo non poterat Ioannes esse Elias, & ita ipse dixit: nam Ioan. 1. c. quæsiuerunt Iudęi à Ioanne, an esset Christus, & dixit non, quęsierunt an esset Elias, & dixit, quòd non, & tamen si esset Elias per transcorporationem non negaret, quia mentiretur. Sed dicendum, quòd Ioannes fuit Elias per similitudinem, & auctoritatem. Et primo propter similitudinem vitæ: nam sicut fuit Elias vir eremicola qui in monte Carmeli morabatur; ita Ioannes semper habitauit in eremo ex annis teneris vsque ad tricesimum annum quando cępit prædicare, vt colligitur Lucæ primo, & tertio. Secundo in similitudine victus, & vestitus: nam sicut Elias manens in deserto comedebat cibos deserti, ita & Ioannes vinum, & siceram non bibit, sed nec comedebat quicquam nisi locustas, & mel syluestre supra tertio. Sic & in vestitu: nam Elias accinctus erat zona pellicea circa lumbos, & vestibus de pellibus quarto Regum primo, sic & Ioannes vestiebatur pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos accingebatur supra tertio capitulo. Tertio fuit similitudo in zelo: nam Elias ex zelo Dei magno obiurgabat regem Acab, & reginam Iezabel propter idolatriam, tertio Regum 18. & propter hoc Iezabel quęrebat animam eius tertio Reg. 19. ita & Ioannes zelo Dei arguebat Herodem regem, & Herodiadem de incestis nuptijs, & adulterio supra decimoquarto, & ob hoc occisus est. Quarto fuit similis in officio: Elias enim præcursurus est ante aduentum Christi iudicantis, vt cõuertat corda patrum ad filios Malac. quarto, Ioan. autem pręcurrit ante aduentum Christi prædicantis, vt disponeret animos populi ad suscipiendum eum, & hæc fuit causa præcipua. Sic dixit Angelus Luc. 1. ipse pręibit ante illum in spiritu, & virtute Eliæ parare Domino plebem perfectam. Quinto est propter auctoritatem: nam impositio nominum fit ad placitũ, &

& tamen illa nomina accipiuntur communiter quæ aliqua auctoritate imposita sunt, & tamen Deus imposuit hoc nomen Ioanni, ꝙ Elias diceretur, ideo ipse poterat conueniẽter vocari Elias, nam Christus vocauit eum Eliam supra 11. si vultis accipere ipse est Elias qui venturus est, & Angelus prius dixerat, ꝙ præcederet in virtute Eliæ, & ita nomen Elię ei tribuere voluit, sed communiter dicitur, quòd Ioannes vocatur Elias officio, & non persona. Sic dicit Origenes, & Hieronymus.

Quomodo dicitur, quòd non cognouerunt Ioannem, quia Ioannes cognitus fuit. Quæst. CXXXIX.

QVAERETVR quomodo dicitur, quòd non cognouerunt eum. nam videtur, quòd Ioannes fuit cognitus, quia in magno honore habitus fuit, ita vt crederetur esse messias Luc. 3. & Actu. 13. & tenebant eum saltem, vt prophetã, & a Deo missum postquam ipse negauit se esse Messiã infra 21. & Mar. 11. & sequebatur eum populus veniens ad baptismum suum supra 3. & Mar. 1.

Dicendum vno modo, quòd multi cognouerunt Ioannẽ qui sequebantur eũ, alij vero nõ cognoscebãt qa nolebant credere eum missum esse a Deo. nam populus, & peccatores, & publicani susceperunt baptismũ Ioannis, sacerdotes aũt, & scribæ noluerunt recipere Luc. 7. & ob hoc Christus increpuit eos infra 21. dicens venit Ioannes ad vos in via iustitiæ, & non credidistis ei, publicani autem, & meretrices crediderũt, vos autem videntes neque pęnitentiam habuistis, vt crederetis ei. Secundo potest dici, quòd nõ cognouerunt eum, s. illi qui occiderunt eum: licet enim communiter cognosceretur Ioannes a populo, tamen qui eum occiderunt non cognouerunt eum quantę dignitatis esset, quia aliàs non occidissent eum. Tertio potest accipi, & melius, quòd nõ cognouerunt eum, s. esse Eliã. Et iste est melior sensus, quia magis consonat literæ. nam dicitur dico vobis Elias venit, & non cognouerunt eum, s. ꝙ Elias venisset, & hoc verũ est, ꝙ quasi generaliter non fuit cognitus: nam si cognouissent eum esse Eliam, scirẽt ꝙ ostendebat Messiam tanquam præcursor eius, quia officium Eliæ est pręire Messiam, & tamen Ioannes dicebat Iesum esse Christum, Io. 1. ca. & Iudęi non acceperunt eum propter hoc, vt Christum. ergo non credebant Ioannem esse Eliam, neque quantum ad nomen, neque quantum ad officium, & hoc est verius. Dicitur autem, ꝙ fecerunt in eo quicquid voluerunt, idest spreuerunt Ioannem, & iugulauerunt: Deus enim permisit, vt illi possent agere quicquid vellent de Ioanne propter causas dictas supra 14. c.

In q. 40.

Quare dicitur hic, sic filius hominis passurus est ab eis. Quæst. CXL.

QVAERETVR, quare dicitur hic, sic filius hominis passurus est ab eis. Dicẽdum, quòd hoc fuit primo, quia erat ad propositum. nam Christus occidendus erat a Iudæis, sicut occisus fuerat Ioannes, & quia nunc de morte Ioannis dixerat, s. fecerunt in eo quicquid voluerunt subiunxit de morte sua, s. sic filius hominis passurus est ab eis. Secũdo fuit ad magis suadendum, vt hoc crederent. nam dixerat eis iam Christus de morte sua, & vix hoc audire poterant. nam Petrus increpuit Christum dicens non erit tibi hoc, præced. c. a fortiori neque turbę, ideo Christus sępe eis de morte sua loquitur, vt rem credibiliorem faciat. Tertio fuit ad ostendendum iniquitatem mortis suę, s. ꝙ bene agens occideretur, & ideo dicit, ꝙ ita occideretur, sicut Ioannes. nam Ioannes vir sanctissimus erat, & quia adulterium Herodis, & Herodiadis arguebat truncatus est capite. sic & Christus ostendens Iudęis vitia eorum, & increpans occidendus erat, & ita auferebat prauam suspicionum discipulis ne putaret, ꝙ aliquod scelus commissurus est, propter quod occideretur. Quarto fuit ad consolationem aliqualem. nam Ioannes occisus fuerat, & tamen, quia pro causa Dei fuerat, manebat memoria eius in laudẽ, ita & de Christi morte habenda esset consolatio, quia potius laus quam infamia sequeretur. Sic dicit Chrysostomus, in quo opportunę suam passionem commemorat ex passione Ioannis multam prębens consolationem.

Quinto fuit, vt concordaret pręcedentibus. nam dixerat, quòd nemini dicerent visionem quousque filius hominis a mortuis resurgeret, & quia resurrectio non est vbi mors nõ intercessit, introducit quòd occidẽdus sit a Iudęis. Istam literam aliter videtur introducere Marcus de quo dicetur Mar. 9.

Quomodo sit verum, quod dicitur sic filius hominis passurus est ab eis. Quæst. CXLI.

QVAERETVR quomodo sit verum, quod dicitur, sic filius hominis passurus est ab eis, in quo innuitur, quòd ab eis a quibus occisus est Ioannes, occidendus erat Christus, quod falsum est. nam Ioannes occisus est ab Herode, & Herodiade qui ad mortem Christi non pertinuerunt, vel si conuertatur, quòd Ioãnes dicatur occisus ab eis a quibus Christus, non videtur, quia Christus a Pilato, & sacerdotibus, & pharisęis occisus est, qui ad mortem Ioannis non pertinent.

Aliqui dicunt, quòd ab eisdem vterque occisus est, s. in morte Ioannis consenserunt Pharisęi cum Herode, & in morte Christi consensit Herodes cum Pilato, & Pharisæis. Sic dicit Chry. quasi aũt cũ Herodes, & Herodias Ioannem interfecerint, quomodo ipsi quoque Iesum crucifixisse dicantur, cum legamus eũ a scribis, & Pharisæis interfectum? Et breuiter respondendum, quòd in Ioannis nece Pharisęorũ fictio consenserit, & in occisione Domini Herodes iunxit volũtatem suam qui illusum atque despectum misit ad Pilatum. hoc enim alicui non videbitur stare, quia Pharisæi, & sacerdotes diligebant Ioannem, & veniebant ad baptismum eius supra 3. & Marc. 1.

Dicendum, ꝙ satis potest stare. nã licet aliqui Pharisæorum, & Saduceorum venirẽt ad doctrinam eius, non tamen omnes, immo plures non veniebant quã venirent, quod innuitur Lu. 7. vbi Christus Ioannem laudauit pręsente populo, & discipulis Ioannis, cum esset Ioannes in carcere, & dicitur omnis populus, & publicani iustificauerunt Deum baptizati baptismo Ioannis, Pharisęi autem, & legisperiti consilium Dei spreuerunt in semetipsis non baptizati ab eo, & sic absolutè dicuntur non baptizati ab eo, quia rari, vel nonnulli in comparatione ad totam eorum multitudinem baptizarentur, hoc tamen non erat, nisi quia oderant Ioannem, vel quia putabant baptismum eius nihil valere, & opera eius non esse a Deo, sic innuitur infra 21. & Marc. 11. vbi Christus quęsiuit a principibus sacerdotum, & senioribus populi, baptismus Ioãnis vnde erat de cœlo, an ex hominibus, & sequitur, quòd illi cogitabant si dixerimus ex cęlo, dicet nobis quare ergo non credidistis ei? & ita innuebant, quòd non crediderant Ioanni, neque baptizati fuerant baptismo eius, & non solum non baptizati fuerunt, sed etiam non secuti fuerunt doctrinam eius, vt pęnitentiam de peccatis agerent, quod fecerunt publicani, & meretrices eod. c. & ita hi qui non sequebantur Ioãnem

nem forte oderant eum, & ideo consentirent aliquo F
modo in morte illius. De Herode eodem modo dicendum, quòd in morte Christi consensit forte: nam licet non fuit præcipuus cooperator, quia tamen trãsmisit eum ad Pilatum, postquam illusit eum, & postea ille eum occidit, dicetur egisse ad mortem Domini. Sed dicetur, ꝙ non oportet restringi ad hoc: nam non potest stare, quòd omnino idem fuerunt qui occiderunt Ioannem, & Iesum. Sed dicendum, quòd Christus vocauit hic Iudæos vnum populum cuius pars erat sacerdotes, Pharisęi, scribæ, & principes, & seniores, quia Iudæi ipsi erant, & Herodes, & Herodias, & Pilatus, quia erant temporaliter dominantes in populo illo: quidquid ergo factum fuerit G
ab omnibus his, vel ab aliquo eorum, dicitur factum à Iudęis, & ita litera accipienda est, scilicet Elias venit, idest Ioannes Baptista, & fecerunt in eum quęcunq; voluerunt, scilicet Iudęi fecerunt hoc occidentes Ioannem: nam cum Herodes, & Herodias fecerint dicuntur fecisse Iudæi, & sequitur, sic filius hominis passurus est ab eis, idest à Iudæis: nam Pilatus, & principes sacerdotum, & Pharisęi, & seniores populi fecerunt hoc, ideo dicuntur illud fecisse Iudęi, & ita idẽ, idest vnus, & idem populus interfecerunt Ioannem, & Iesum.

Cur discipuli intellexerunt, quòd de Ioanne Baptista loqueretur H
cum non expressisset hoc Christus. Et quo tempore fuit Eliæ raptus. Quæst. CXLII.

QVAERETVR cum dicatur hic, quòd tunc intellexerunt discipuli, quòd de Ioanne Baptista loqueretur eis, cur intellexerunt, ꝙ loqueretur de Ioanne Baptista: nam non expressit Christus nomen Ioannis in præmissis, & poterat intelligi de alio. Nam aliqui dicunt, quòd poterat intelligi de ipsomet Elia in persona, ille quippe venit, & fecerunt contra eum multa, persecuti sunt eũ, & fugauerunt eum de terra quęrendo animam eius 3. Reg. 19. Dicendum, quòd non stat primo quia Elias non passus est quidquid voluerunt persequentes I
eum hic: nam regina Iezabel dixit, quòd poneret animam eius, sicut vnius de prophetis Baal qui occisi fuerant 3. Reg. 19. & persecuta fuit eum ad occidendum eod. c. scilicet relictus sum solus, & quæsierunt animã meam, & tamen non potuerunt eum occidere sicut volebant, de isto autem Elia dicitur hic, quòd venit, & fecerunt in eo, quidquid voluerunt: ergo non est ille. Secundo quia iste Elias de quo hic dicitur significatur fuisse occisus: nam dicitur sic filius hominis passurus est ab eis, & tamẽ filius hominis occisus est, ideo ostenditur, quòd iste Elias occisus fuerat, & tamen Elias propheta nõ fuerat occisus, sed raptus est, & adhuc viuit: Eccl. 44. cap. ergo de alio intelligitur. Tertio quia si intelligeretur de Elia propheta, quòd venit, necesse esset de aduentu in carnem intelligi, K
quando in hoc sęculo natus est, & mansit aliquanto tempore sub rege Acab: nam postquam raptus est tempore regis Ioram 4. Reg. 2. qui erat filius Acab 2. Paralip. 21. non apparuit inter homines, & tamen de illo aduentu non potest intelligi litera ista, quia ista litera est ad respondendum dubio discipulorum de dicto scribarum, scilicet, quòd oportet Eliam venire primum, scribę tamen dixerunt hoc propter ꝓphetiam, Malac. 4. quia promiserat Deus mittere Eliam, & tamen illa prophetia fuit lõgo tempore post raptum Eliæ: nam Malachias fuit post reditum de Babylone, sicut & Aggęus, & Zacharias, cũ Malachias sit vltimus, & tamen Elias raptus est longo tempore ante captiuitatem Babylonis, s. tempore Ioram regis Israel 4. Reg. 2. ergo necesse est intelligi de aliquo aduentu Elię qui fuerit post raptum Eliæ, & tamen post raptum non apparuit ipse inter homines, ideo necesse est intelligi de alio qui dicatur Elias, hoc autẽ supposito intellexerunt discipuli conuenienter, quòd loqueretur de Ioanne Baptista, quia nemo alius fuerat cui magis videretur applicari hic sermo. Primo quia discipuli arguebant ex dicto scribarum, quòd vẽturus esset ad disponendum aliquid circa Messiam, sicut Elias mittendus est ante diem Domini magnũ, vt conuertat corda patrum ad filios Malac. 4. & tamẽ nemo venerat ad faciendum aliquid circa Christum, nisi Ioannes: ipse enim solum venerat, vt ostenderet Christum populo, vnde dicit Ioan. 1. iste est de quo dixi vobis, quòd post me venit, & ante me factus est, & ego nesciebam eum, sed vt ostendatur in Israel, propterea ego veni in aqua baptizans: ipse etiã ostendit eum digito eod. c. scilicet ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, & hoc sciebant isti tres discipuli Christi: nam Andreas frater Petri erat prę sens, quãdo Ioannes ostendit Christum digito, Ioan. 1. & tunc ipse vocauit Petrum, & duxit eum ad Christum eod. c. cum ergo Iesus supponeretur ab istis discipulis esse Messias, & non venisset aliquis ante eum disponens homines ad ipsum nisi Ioannes Baptista, putauerunt, quòd de illo loqueretur. Secundo fuit, quia dixit Christus, sic passurus est filius hominis ab eis, in quo significauit Eliam illum occisum, nemo videbatur tempore Christi, & discipulorum, aut à proxima ætate inter Iudęos occisus pro veritate defendenda qualiter Iesus innuebat se occidendum nisi Ioannes, ideo etiam de ipso putabant dictum esse. Sic dicit Rabanus: ex iudicio autem passionis suę, quam Dominus sępius eis prædixit, & prę cursoris sui, quam iam completam cernebãt, discipuli cognoscebant Ioannem, sibi in Eliæ vocabulum demonstratum. Tertio fuit, quia audierant Christum iam alias vocantẽ Ioannem Eliam, vt supra 11. c. si vultis accipere ipse est Elias, ideo nunc in memoriam eorum recurreret, cum Christus distingueret duos Elias, & putarent de illo dici. Quarto fuit, quia in conceptione Ioannis dictũ est ab Angelo, quòd prę cederet Christum in spiritu, & virtute Eliæ parare Domino plebem perfectam: Lucæ 1. & hoc scirent discipuli, quia omnia, quæ circa Ioannis conceptionem, & natiuitatem gesta fuerunt, diuulgata fuerunt super omnia montana Iudeę eod. c. ideo etiam illud verbum recurrere poterat eis in mentem, & crederent hunc vocatum Eliam.

Et cum venisset ad turbã, accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum dicẽs: Domine miserere filio meo, quia lunaticus est, & male patitur. Nam sępe cadit in ignẽ, Marc. 9. Luc. 9.
& crebro in aquam. Et obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum. Respondens autem Iesus ait: O generatio incredula, Marc. 9. Luc. 9.
& peruersa quousq; ero vobiscum? Vsque quo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum Iesus, & exijt ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora.

Et cum venisset. Hic est solutio secundæ q̃stionis, & diuiditur in duo. Primo ponitur quæstionis occasio. Secundo quæstionis dissolutio ibi. *Tunc accesserunt:* Circa primum dicitur. *Et cum venisset ad turbam.* Hæc est turba, quę expectabat eum descensurum de mõte, Solutio secũdę quęstionis, ac eiusdẽ diuisio.

vbi

vbi fuerat transfiguratus. *Accessit ad eum homo.* Idest A
vnus homo inter cęteros; nam petere volebat aliquid ab eo, ideo accessit singulariter ille. *Genibus prouolutus.* Misericordiam petebat ostendens miseriam suam, ideo genibus Christi aduolutus est, idest ante genua eius. Vel prouolutus genibus, idest fixis genibus, quod ad humiliationem pertinet. *Ante eum.* Idest in præsentia eius vertens vultum suum ad eum, vt manifeste appareret, quòd ad neminem dirigebat preces suas nisi ad illum. *Dicens Domine miserere filio meo.* De miserijs habenda est misericordia, idest compassio exhibitiua efficacis remedij: erat enim satis miser iste qui lunaticus erat, & arreptus à dæmone, sępe cadebat in igne, & sępe in aqua, ita vt esset continue in mortis periculo. *Quia lunaticus est.* Idest patitur mor- B
bum per tempora lunæ, vt infra exponetur. *Et male patitur.* Scilicet iste morbus qui tenet eum cum mutatione lunæ est valde grauis, & ideo male patitur: nã est in extremis malis, scilicet morti propinquus quotidie. *Nam sępe cadit in ignem.* Ostendit, quod malum sit istud, & est, quòd quando morbus arripiebat eum cadebat in ignem, an vero caderet, vel deijceretur dicetur infra. *Et crebro in aqua.* Etiam cadit in aquam, & in vtroque erat periculosus casus. *Et obtuli eum discipulis tuis.* Scilicet dum Christus erat in monte venit homo ille ad discipulos Christi, qui in aliquo locó erant congregati, & cum non esset ibi Christus, obtulit eum sanandũ illis. *Et non potuerunt curare illum.* Licet C
niterentur ad curandum illum iuxta modum suum faciendi miracula nihil facere potuerunt, sed persęuerabat morbus. *Respondens Iesus.* Dirigitur responsio primo ad discipulos, vel ad totam plebem cum discipulis, deinde specialiter ad patrem pueri, & est increpatoria, quia ob culpam eorum manebat puer incuratus. *O generatio incredula.* Idest qui credere nõ vultis eis, quæ prædicantur, in quo innuitur, quòd puer non curabatur propter defectum fidei, siue esset iste defectus ex parte patris pueri, siue ex parte discipulorum, siue ex parte vtrorumque, & secũdùm hoc potest dirigi hoc ad solos discipulos, quòd ipsi vocentur generatio incredula, vel ad patrem pueri, cum tota turba, vt infra dicetur. *Et peruersa.* Idest praua in D
quo innuitur, quòd non solum deerat rectitudo fidei propter quod vocantur generatio incredula, sed etiã rectitudo boni operis propter, quod vocatur peruersa. *Quousque ero vobiscum.* Modus querelę est, idest maneo vobiscum, & non proficitis aliquo modo ex doctrina mea, sed manetis adhuc increduli, sicut si non prædicarem vobis: duri ergo estis mihi ad tolerandum, ideo nõ potero vos diu sustinere, quia labor est mihi tolerare mores vestros. *Vsquequo patiar vos.* Hic aperit magis, idest quanto tempore ero vobiscũ, quasi dicat magnus labor est, quòd ego tolerem imperfectiones vestras longo tempore: nam etiam paruo tẽpore est difficile tolerare aduersos mores, quanto magis longo tempore: in conuersatione enim tolerat vnus homo conuersationes alterius: nam conuersantes apponunt in alterutrum eo, quòd quidquid vnius est pertinet ad se, & aliquo modo ad alterum, idest quantum venit in conuersationem: si ergo alter sit malus erit malum quoddam alij penaliter, & ita conuersans cum eo qui dissimilis est patitur malum sustinendo conuersationem, si autem desinat conuersari desinet pati, quia iam bonum, aut malum alterius non pertinet ad eum, ita nunc erat de Christo: nam ipse conuersabatur cum omnibus Iudęis prædicando eis, conuersabatur autem cum discipulis familiarius docendo, & communicando in omnibus, quæ ad vitam pertinebant, & quia vtrique erant peruersi moribus, & increduli, erat difficile Christo tolerare E
eos: nam ipse cum prędicaret quid credendum, & quid agendum foret, volebat in eis rectitudinem circa vtrunque, & quia circa neutrum bene se habebãt, conuersabantur male ad eum, & ita exprobrauit vitia prauæ conuersationis dicens, o generatio incredula, & peruersa, & propter hoc dixit, quòd durum erat ei tolerare conuersationem illorum potissime si diuturna esset, quia in hoc patiebatur, ita etiam Deus dicitur pati, vel laborare quando nos mali sumus, quasi sit ei difficultas tolerare vitia nostra. sic dicitur Isa. 1. cap. incensum abominatio est mihi, neomeniam, & sabbatum, & festiuitates alias non feram, solennitates vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta, & laboraui sustinens, sic etiam Act. 13. dixit Paulus loquens Iudęis, eduxit vos de Aegypto, & per quadraginta annorum tempus mores vestros in deserto sustinuit, quasi dicat graues erant ei ad sustinendum, & tamen sustinuit. *Afferte huc illum ad me.* Obtulerat enim pater puerum discipulis, & non sanauerant, nũc autem orat Christum, vt sanet eum, sed non offert eũ illis, vt prius forte impetret, quòd sanet, quam offerat eum. *Et increpauit illum Iesus.* Scilicet dæmonem possidentem illum arreptitium, dicendo ei verba contumeliosa, vt patet Marc. 9. scilicet surde, & mute spiritus ego prę cipio tibi exi ab eo. *Et exijt.* Antequam exiret tamen torsit valde puerum, ita vt eum mortuum relinquere videretur Marc. 9. *Et curatus est puer ex illa hora.* Scilicet, quia postea nunquam dæmon redijt ad eum vexandum: nam prius, licet interdum eum cessaret vexare, tamen nunquam penitus eum relinquebat, sed exibat rediturus, nunc vero exiuit nunquam rediturus.

Conuersans cum alio qui ei dissimilis est patitur malum.

Quæ turba erat, quam nunc Christus inuenit. Quæst. CXLIII.

QVAERETVR, quæ turba erat ista, quã Christus nunc inuenit. Dici potest vno modo, quòd erat turba, quam reliquerat, quando ascendit in montem ad transfigurationem: nã tunc forte manebat cum eo aliquanta turba, & subtraxit se ab ea, & ab alijs discipulis ascendens cum solis tribus, & cum illi nescirent quo Christus iuisset manebant expectantes in eodem loco in quo fuerãt cum illo, tanquam ille esset rediturus, & hoc aliquo modo innuit litera, scilicet, & cum venisset ad turbã, quasi dicat, quòd turbam illam reliquerat, & ad illam redibat.

Aliter potest dici, quòd quando ascendit Christus in montẽ non erat turba cum eo, & tamen interim, vt mansit ibi conuenerunt turbæ multę, quę veniebant ad audiendum eum, & ferebant languidos suos, vt curarentur, & hoc verisimilius est.

Primo patet, quia sic innuitur Marc. 9. scilicet, & veniens ad discipulos suos inuenit turbam magnam circa eos, quasi illam non reliquisset, sed nunc videret conuenisse.

Secundo ita erat consuetudo, quòd turbæ non manerent semper cum Christo, sed continue ibant, & redibant. sic dicitur Marc. 6. erant qui veniebant, & redibant multi, & neque manducandi spacium habebant, manebant autem cum Christo per duos, vel tres dies ad plus, & recedebant supra 15. misereor super turba, quia triduo me sustinent, & non habent quid manducent, & tunc veniebant alij, & ita nunquam deerat turba multa cum Iesu, & ita dum ipse maneret in monte forte veniret turba hæc aut maxima pars eius.

Tertio patet, quia iste homo qui obtulit filium lunaticum, non erat cum Christo antequã ascenderet

in

in montem: nam ſi tunc fuiſſet, non obtuliſſet filium F
diſcipulis, ſed Chriſto, & tamẽ obtulit diſcipulis Chri
ſto abſente: ergo abſente illo venit, & ita de reliqua
multitudine eſſet, quòd veniret illo nõ præſente, quia
deſiderabant audire verbum, aut ferebant languidos,
ſicut iſte qui filium tulit. Sciendum autem, quòd cũ
Chriſtus aſcendit in montem manſerunt diſcipuli in
eodem loco in quo fuerant cum illo, quia forte puta-
bant, quòd iuiſſet ad orandum: nam ita interdum ſo-
lebat ſe ſubtrahere ab eis ad hoc, quòd oraret, & ma-
nebat integris noctibus ab eis ſegregatus orãs, vt Lu-
cæ 6. & ita expectarent eum, maxime, quia quidquid
Chriſtus facere vellet ipſi neſciebant quo ipſe iuerat,
& ille ſciebat, vbi ipſi manebant, ideo non irent ad G
quærendum eum ad aliquem locum, quia neſcirent
quo, ſed manebant, vbi eos reliquerat etiam, quia ipſi
non auderent recedere de aliquo loco ſine mandato
Chriſti, ideo Chriſtus dicitur redijſſe ad diſcipulos,
Marc. nono.

Quare iſte homo venit genibus prouolutus ad Chriſtum.
Quæſt. CXLIIII.

QVAERETVR quare iſte homo venit geni-
bus prouolutus ad Chriſtum. Dici poteſt,
quòd fecit hoc, quia voluit præſtare Chri-
ſto honorem, erat enim Deus qui adorari H
merebatur, & ad hoc genibus ſe prouoluit. Secundo
poteſt dici, quòd faciebat ad ſuadendum, nam obſe-
quium patit amicos, & beneuolentiam præſtat: iſte
ergo magnus honor, quem homo ille Chriſto exhi-
bebat prouoluẽs ſe genibus coram eo, inclinaret ani-
mum Chriſti, vt aſſentiret precibus, & hoc modo qui
non facturus eſt, facit interdum, quòd petitur. Tertio
fuit forte ad oſtendendum magnitudinem miſeriæ
ſuæ: nam magna miſeria cogit hominem nimis hu-
miliari, vt de illa liberetur.

An homo iſte peccauerit adorando Chriſtum.
Quæſt. CXLV.

SED quæretur, an homo iſte peccauit adoran-
do Chriſtum prouolutus genibus coram eo. I
Aliqui dicunt, quòd non, quia Chriſtus erat
Deus cui adoratio debita erat, & ipſe permit-
tebat ſe adorari, ſicut Io. 9. vbi cum Chriſtus dixiſſet
cęco ſanato, quòd ipſe erat filius Dei, cecidit ille ad
pedes eius, & adorauit eum, & Ieſus nõ vetuit, ſed po-
tius approbauit. Sed dicendum, quòd ſi iſte homo
adoraſſet Chriſtum peccaſſet, quia adoratio latrię ſo-
li Deo debetur, iſte tamen non putabat Ieſum eſſe
Deum: ergo peccabat adorando creaturam. Patet
quia nondum credebat iſte, quòd Chriſtus poſſet ſa-
nare filium eius, quia dixit Marc. 9. Domine ſiquid po
tes adiuua nos? ſi tamen putaret eum Deum, ſciret,
quòd poterat ſanare illum, & non diceret Domine K
ſiquid potes? Dicendum ergo quòd homo ille non
adorauit nunc Chriſtum adoratione latrię, licet pro-
uolueret genibus, quia non credebat eſſe Deum, ſed
exhibebat ei hunc honorem tanquam homini, cum
miſeriam ſuam oſtendebat, & à quo miſericordiam
impetrare cupiebat.

Quare pater dixit hic pro filio Domine miſerere filio meo, & non petiuit filius. Et quòd tripliciter ſolebat Chriſtus curare.
Quæſt. CXLVI.

QVAERETVR quare pater dixit hic ꝓ filio Do-
mine miſerere filio meo, & quare non petiuit il
le. Dicendum, ꝙ tripliciter ſolebat Chriſtus curare
ęgros: quidam enim credebant, & veniebant ad pete-
dum liberari ore ſuo, ſicut leproſus in Capharnaum
ſup. 8. & Luc. 7. & decem leproſi apud caſtellũ quod-
dam qui clamauerunt ad Ieſum miſerere noſtri Luc.
17. & ſic etiam duo cęci ſup. 9. Interdum ipſe qui lan-
guet nihil petit, ſed alius pro eo credit, & petit, ſic fuit
de Cẽturione, qui petiuit pro ſeruo ſuo ſup. 8. & Luc.
9. & ita de paralyt. ſup. 9 & de puella mortua eod. c. In-
terdum Chriſtus nullo petente conferebat ſanitatem
ſicut in paralytico, qui ſedebat in porticu ante proba-
ticam piſcinam cui dixit Chriſtus, ſi volebat ſanus fie-
ri, & ſanauit eum, Io. 5. ſic etiam fuit in cęco nato, qui
nihil petiuit, ſed Chriſtus luto facto liniuit oculos
eius, & ſanauit Io. 9. Sic dicit Origenes. Conſideran-
dum, quòd interdum qui patiuntur credunt, & de-
precantur pro ſua ſalute, quandoq; autem pro eis alij
faciunt, ſicut nunc pater qui genibus voluitur pro fi-
lio rogat: quandoque vero à ſemetipſo Saluator etiã
à nullo rogatus ſanat. Sed dicendum, ꝙ qñ quis pro
alio rogat, & obtinet ſanitatem, hoc eſt, quia ille qui
patitur petere non poteſt, vel pertinet petere ad illũ
qui petit, ſicut ad illum qui patitur ſic fuit de paralyti-
co, & ſeruo Centurionis, & puella mortua ſup. 8. & 9.
nam iſti non poterant petere ſanari, ideo alij pro eis
petiuerunt. de puero iſto quare per ſe non petiuerit,
ſed pater pro eo. Dicunt quidam, ꝙ fuit, quia ita per-
tinebat iſta cauſa ad patrem, ſicut ad filium: nã paſſio
filij erat calamitas patris, & ideo ita poterat petere, ſi-
cut filius, quaſi ipſe pateretur ſicut innuitur Marc. 9.
cum dixit pater Dñe ſiquid potes adiuua nos, miſer-
tus noſtri, & ita curationem non ſoli filio, ſed ambo-
bus putabat impẽdi, & miſerendum eſſe nõ ſolo filio,
ſed ẽt patri, petebat quaſi vterque malum pateretur.
Secundo dicunt quidam, ꝙ fuit, quia puer iſte qui pa-
tiebatur malum iſtud, non ſufficiebat petere curatio-
nem impediente ætate, & ideo oportuit, ꝙ pater pete
ret pro eo, & hoc innuit, quia dr, & ſanatus eſt puer.
Sed hoc non multum ſtat: nam vr, ꝙ iſte eſſet ſufficiẽ
tis ætatis, vt de ſe loqueretur: nam longo tpe mãerat
in morbo iſto, vt dr Marc. 9. ſ. quantum tempus eſt, ꝙ
hoc ei accidit? & dixit pater, ꝙ ab infantia ſua. Et tñ
ſi quis contendat, ꝙ puer erat qui petere per ſe nõ ſuf-
ficeret, non eſt inſiſtendum. Tamen & melius dicen-
dum, ꝙ fuit neceſſe, ꝙ pater peteret, quia puer non
poterat petere quantęcunque ætatis eſſet, eo quòd
loqui nõ poterat: nam ſpũs qui tenebat eum, erat ſur-
dus, & mutus, vt dr Marc. 9. ſpiritus ſurde, & mute exi
ab eo, & ita non poſſet puer aliquid loqui petendo,
quia mutus erat, vel dæmon reddebat eum mutum.
dato etiam, ꝙ non eſſet ſpiritus mutus, i. mutum red-
dens, tamen non poſſet petere curationem, quia dæ-
mon inuaderet eum pro tunc, & non permitteret, ꝙ
aliquid peteret, & hoc gñale eſt, ꝙ licet detenti alijs
morbis ſępe peterent à Chrõ ſanari, arreptitij tñ nun-
quam petebant, neq; ad eum veniebant, ſed ip ab alijs
ducebantur ſic patet ſup. 9. de dęmoniaco oblato co-
ram Chriſto, & idẽ ſup. 12. de alio dęmoniaco oblato,
& ſic hic, & ẽt ſi ipſi arreptitij interdum per ſe vene-
rint ad Chriſtum, tamen ſanari nunq; petebãt, ſed po-
tius dæmones petebant, ꝙ non eijcerentur de loco in
quo erant, vt patet de duobus arreptitijs ſup. octauo,
& Marc. 5. & Luc. 8. ideo puer iſte petere non potuit,
ſed pater petiuit pro eo.

Quis morbus erat iſte quo affectus erat puer. Et qui ſunt homines lunatici, & qui arreptitij ſecundum antiquos.
Quæſt. CXLVII.

QVAERETVR cum dicatur hic puer iſte lunati-
cus quis morbus erat iſte, & an erat aliquis lan-
guor

guor ſolum, vel erat dæmonium torquens puerum. A
Aliqui dicunt, ꝙ non erat morbus iſte niſi quædam
paſſio naturalis, quam morbum caducum vocant,
quia cadere facit patientem, & eueniebat ad muta-
tionem Lunę, quia tunc maior eſt in cerebro altera-
tio, & augmentum, aut detrimentum humoris. Sed
dicendum, quòd non ſtat, quia neceſſe eſt poni, quòd
iſte puer eſſet arreptitius, & à dæmone torqueretur:
nam dr ſupra in litera, ꝙ exijt dæmoniũ ab eo, & Mar.
9. dr magr attuli ad te filium meum hñtẽ ſpũm mu-
tum, & dixi diſcipulis tuis, vt eijcerent illum, & non
potuerunt, & Chriſtus dixit ibi exi ab eo ſpũs ſurde, &
mute. Sed tunc eſt dubium cum iſte puer eſſet arre-
ptitius, quomodo vocatur lunaticus, quia luna non
immittit hominibus ſpiritum immundum, cum non B
pręſint aſtra dæmonibus, neque dæmones aſtris. Di-
cunt quidam, ꝙ patiebatur puer iſte naturalem mor-
bum caducum, qui eſt morbus capitis, & ſimul à dæ-
mone inuadebatur, & propter malum caducum vo-
catur lunaticus, quia ex tpibus lunę habet malum il-
lud incrementum quoddam, & variationem, ꝑꝑ dæ-
monem aũt non vocatur lunaticus. Sed dicẽdum, ꝙ
non ſtat, quia puer iſte nõ habebat aliud malum, niſi
ꝙ arripiebat à dæmone: nam Marc. 9. pr pueri nullũ
aliud malum retulit de puero, niſi ꝙ hẽret ſpũm mu-
tum qui elideret eum in terram, & qñ Chriſtus ſana-
uit puerum, non fit mentio niſi ꝙ dæmonem exclu-
ſerit de puero, & ita manſit ille ſanatus, & tñ ſi lunati- C
cum eſſe eſſet aliquis morbus pręter eſſe arreptitiũ,
cũ fuerit puer totaliter ſanatus fieret mentio de mor-
bo illo de quo ſanatus eſt: non ergo erat alius morbus
in eo, niſi eſſe arreptitium. Sed dicendum, ꝙ iſte puer
erat ſolum arreptitius, & tñ vocatur lunaticus, quia
forte vulgares pro eodem accipiebant lunaticum, &
arreptitium. Sed hoc non ſufficit, quia non vocat paſ-
ſio arreptitiorum ſic niſi aliquam habitudinem illi ha
berent ad lunam. Ideo dicendum, ꝙ quidam arrepti-
tij vocantur ſpecialiter lunatici, quia ſolum torque-
bantur in conuerſionibus lunę, ſ. in augmento, vel
decremento, aut in quadraturis. Et ſciẽdum, ꝙ aliqui
homines ſunt qui lunatici vocantur qui morbum na
turalem patiuntur in capite: nam luna eſt maior om- D
nium humidorum, ideo in augmẽto luminis ſui om-
nia humida creſcunt, in decremento autẽ decreſcũt.
Quod apparet in fluxu, & refluxu maris, & in capiti-
bus piſcium captorum hoc tempore, vel alio: nã ma-
ior humiditas eſt in vno tpe, quam alio. Patet etiam
in capitibus piſcium ſalitorum, patet etiam in vaſibus
in quibus conditur tiriaca, quia creſcit ille humor, &
decreſcit iuxta motum lunæ, & ita gñaliter quantum
ad omnia humida fit ibi augmentum humoris cre-
ſcente lumine lunæ, & fit decrementum diminuta lu
na in lumine, & ob hoc aliqui inſaniunt in decremen
to lunæ, qui in augmento bene ſe habebant, & ita aliq;
paſſiones cerebri reſpiciunt tpa lunæ, tales autem qui
ſm curſum lunæ torquentur aut bene, vel male ſe ha- E
bent, dñr lunatici. Sic dicit Remigius, lunatici à luna
dicti ſunt, quæ dum menſtruis temporibus creſcit, &
decreſcit ipſi vexantur. De arreptitijs autem dicendũ,
ꝙ bonum, vel malum in eis non prouenit à luna, quia
illa nihil cõe habet cum ſpiritibus immundis, ſed dñr
quidã arreptitij lunatici, quia temporibus determina-
tis torquentur, & non alijs, vt quaſi à luna eſſe videa-
tur malum illud. Hoc autem fiebat propter duo. Pri-
mo quia aptius erat tunc dęmonibus torquere homi
nem: nam propter humoris augmentum, vel decre-
mentum fit cerebrum paſſibilius, & tunc eſt facilius
torquere hominem, cum natura eum paſſibiliorem
faciat. Secũdo fiebat ex induſtria ad infamandũ crea-
turas Dei: nam dæmones volentes malum, ꝙ ipſi fa-
ciunt attribuere creaturis Dei bonis, quaſi Deus ma-
lus ſit qui malas creaturas creauit, torquebant interdũ
homines ſolum iuxta terminata tempora lunę, vt ſic
luna hoc facere videretur. Sic dicit Hier. dęmones. n.
obſeruantes lunaria tempora creaturam infamare cu
piebant, vt in creatorem blaſphemię redũdarent. Ter
tio poteſt dici, ꝙ lunatici vocabantur apud antiquos
ipſi arreptitij, quia quidam ſolam naturalem conſide
rationem ſequentes, neſcientes ponere ſpiritus qui
torquerent homines, retorquebant omnia in cauſas
naturales, & ideo eos qui à dęmonibus vexabantur
dicebant pati ęgritudinem capitis, quę fit ſm aliquã
paſſionem factam in capite ex motu lunæ. Et ita for-
te iſte dixit filium ſuum lunaticum iuxta modum lo-
quendi medicorum, & tamen qui ſciunt ſpũs torquẽ-
tes homines, dicunt tales eſſe arreptitios, & non luna-
ticos.

Sic dicit Origenes: medici loquuntur quæ neſciũt
qui nec ſpiritum immundum arbitrantur, ſed corpo-
ralem aliquam paſſionem, & dicunt humida moueri
in capite, ſm aliquam comparationem ad lumen lu-
nare, quod humidam habet naturam. Nos autem qui
euangelio credimus, dicemus hanc paſſionẽ im mun-
dum ſpiritum in omnibus operari: obſeruat. n. quædã
ſchemata lunæ, & ſic operatur, vt ab obſeruatione lu-
næ pati homines nunciantur, & culpabilem Dei crea
turam oñdant. Et alij dæmones, ſm aliqua ſtellarum
ſchemata inſidianẽ hominibus, vt iniquitatem in ex-
celſo loquantur, quaſdam ſtellas dicentes maleficas,
quaſdam beneficas, cum nulla ſtella ſit à Deo facta,
vt malefaciat.

Quarto poteſt dici, & melius, quòd antiqui voca-
bant aliquos arreptitios dæmoniacos, & aliquos
lunaticos: qñ enim arreptitij vexati loquebantur ali-
qua, quę excedebant conditionem humanam, appare
bat, ꝙ non ipſi loquebantur, ſed aliqua ſpũalis ſubſtan
tia mouens organa eorum, ideo vocabant iſtos arre-
ptitios, & dæmoniacos, ſ. quòd dæmon arripiens eos
loquebatur hęc: qñ vero dæmon arripiẽs nihil loque-
batur, ſed ſolum cogebat cadere in terrã, & ſpumare,
& pati ſimiles corporales immutationes, quia non vi-
debant ibi aliq; opationẽ excedentem cãrn materialẽ,
& naturalẽ, non attribuebant hoc ſpiritibus, ſed dice-
bant eſſe paſſiones naturales, & quia tales paſſiones
ſunt capitis, & paſſio capitis fit, ſm immutationem
cerebri cuius ſubſtantia eſt humida, & omnino humi
da reguntur à luna, etiam ſi non accideret ſpecialiter
illa paſſio in temporibus lunæ, ideſt in nouilunio, ple-
nilunio, vel quadraturis, dicebant ex motu lunæ cau-
ſatam, ideo tales vocabãt lunaticos. Et iſta eſt veritas:
nam ſcriptura diſtinguit dæmoniacos, & lunaticos
ſupra quarto. capit. ſcilicet, & obtulerunt ei dæmonia
habentes, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos,
iſte autem arreptitius ſpecialiter vocatur lunaticus,
quia dæmon arripiens eum nihil loquebatur, ſed ſo-
lum deijciebat eum in terram, & ſpumabat, & tamen
talis paſſio poterat naturaliter euenire, ideo non dice-
batur arreptitius, ſed lunaticus.

Et pater quia Marc. nono. dicitur, quòd ſpiritus
iſte erat ſurdus, & mutus, & ita non poterant ſcire
videntes, an à dæmone, vel à naturali paſſione eſ-
ſet. Etiam quia ſolum deijciebat iſte ſpiritus eum, &
cogebat ſpumare, & areſcere, vt patet ſupra in lite-
ra, & Marc. nono, & ita iſta poſſunt eſſe à quadam
paſſione naturali, ſicut à dæmone: propter hoc ergo
lunaticus dictus fuit iſte.

Arreptitij qui & vnde dicanſ.

An

An iste puer cadebat in terram, vel deijciebatur.
Quæst. CXLVIII.

QVAERETVR, an iste puer cadebat in terram, vel deijciebatur. Dicendum,quòd hoc pendet ex alio dubio,ſan paſſio iſta eſſet aliquid naturale,vel dæmon torqueret hominem, ſi eſſet paſſio naturalis cum non ponatur aliquod agens ſeparatum à patiente, dicetur magis pati, quam quòd aliquis agat, ideo dicetur, quòd cadit per ſeipſum,cum cadat nullo impellente, ſi autem eſſet à dæmone, quia ille eſt agens ſeparatum, & non eſt pars, neque conditio patientis erit paſſio illata,& non innata, ideo dicetur deijci, & non cadere, & quia vt dictum eſt præced. quęſt. dæmon erat qui torquebat hunc puerum, non cadebat proprie,ſed deijciebatur. Sed obijcietur,quia dicitur hic,quòd ſępe cadit in ignem. Dicẽdum,ꝓ accipitur large cadere, i. deijci: nam verum eſt, quod ſi deijciẽ cadit, & tamen cadit proprie ille qui non ab intrinſeco,ſed ab extrinſeco cadere cogitur, & ita patet Mar. 9.vbi dicitur,vbicunque apprehendit eum allidit illũ, allidere autem eſt deijcere.

Quare dicitur hic ſæpe in ignem cadit, & crebro in aquam.
Quæſt. CXLIX.

QVAERETVR quare dicitur hic ſępe cadit in ignem, & crebro in aquam. Aliqui dicunt,quòd hoc dicitur, quia dæmon non deijciebat eum,niſi in illis locis,& ideo hæc ſola nominauit. Alij dicunt, ꝓ in alijs locis prẽter hæc deijciebat eum,& tamen nominauit hęc ſola loca ſpecialiter. Dicendum,ꝓ verũ eſt,ꝓ dæmon deijciebat eum in alijs locis prẽter hęc: erat enim puer iſte arreptitius, & non poſſidebatur ſemper à dęmone, ſed aliquando arripiebat eum, & quando incipiebat torquere eum deijciebat, & ideo vbicunque contingeret ipſum eſſe,quando torquebatur cadebat,ſiue iuxta ignem,ſiue aquam,ſiue in prẽruptis locis,ſiue ſuper terram planã,ſic dr̃ Marc.9.magiſter attuli ad te filium meum habentẽ ſpiritum mutum, quia vbicunque apprehẽderit eum allidit eum, & ſpumat,& areſcit. Sed dicendum,ꝓ ſpecialiter dixit de igne,& aqua,primo ad deſignandum magnum periculum: nam ꝓ ſuper terram collideretur nõ erat magnum periculum, ꝓ tamen caderet in ignem, & aquam,erat periculum mortis. Secundo ponitur ad mouendum Chriſtum ad miſerendum: erat enim magna miſeria, ꝓ iſte eſſet continue iuxta mortem, cum dęmon deijceret eum in aquam, & ignẽ in quibus moreretur,niſi quis eum liberaret; non ergo differenda erat curatio eius, quia aliàs contingeret eum cito mori. Tertio ponitur ad oſtendendum dęmonis crudelitatem,qui ſitiẽs mortem hominis ibi eũ deijciebat, vbi eum occidere poſſet. Quarto ponitur ad oſtendendum magnam Dei prouidentiam circa iſtũ arreptitium: cum enim toties deijceretur à dęmone, iam eſſet ſępe occiſus, niſi Deus ſolicitus eſſet ſeruare illum. Dicit ſic Chryſ. conſiderandum,quòd niſi prouidẽtia Dei hic homo fuiſſet potitus olim periſſet: dęmon enim qui ipſum in ignem, & in aquam mittebat,interfeciſſet eum omnino, niſi Deus eum refrenaſſet.

Quare iſte homo dixit Chriſto obtuli illum diſcipulis tuis, & non potuerunt curare eum. *Quæſt. CL.*

QVAERETVR quare iſte homo dixit Chriſto, obtuli illum diſcipulis tuis,& non potuerunt curare eum. Dicendum,quòd primo dixit ad referendũ ſeriem geſtarum reiſi: Iudęi enim audita fama Chriſti ſolebãt deducere ad eum infirmos ſuos, vt ſanaret eos: nam propter hoc ſequebatur eum turba multa Io.6.& ponebant ęgros ante pedes eius,& ſanabat oẽs quacunque tenerentur ęgritudines ſup.4.& 15.ita iſte homo hãs filium arreptitium voluit eum ad Chriſtũ ducere,accidit autem ꝓ dum ipſe veniret,Chriſtus eſſet abſens in monte in quo trãsfiguratus eſt, ideo obtulit filium diſcipulis Chriſti, qui expectabant eum, vt ſanarent illum,& non potuerunt:nunc igitur volẽs petere iſte hõ à Chriſto, ꝓ ſanaret filium eius, retulit quæ geſta erant.Secundo(vt aliqui volunt) fuit ad accuſationem diſcipulorũ: nam ꝓ non potuiſſent curare eum aliquis defectus erat, & de hoc inſultabat iſte eis,vel mordaciter tangebat. Sic dicit Hier. ꝓ autem dicit obtuli eũ diſcipulis tuis,& non potuerunt curare eũ latenter accuſat Apoſtolos, cum impoſſibilitas curandi interdum non ad imbecillitatem curãtium, ſed ad eorum qui curandi ſunt fidem referatur, verũ eſt tamen, ꝓ iſte inſipienter egit cum publice voluerit diſcipulos accuſare. Sic dicit Chryſ. inſpice autem eius inſipientiam qualiter interpellat ad Ieſum aduerſus diſcipulos. Tertio fuit(vt alij volunt) quia voluit iſte mordaciter tangere doctrinam Chriſti accuſando eam:nam diſcipuli ſequebantur doctrinam Chri: quòd ergo non potuerint nunc curare hominem,videbatur,ꝓ eſſet ex defectu doctrinę,vel poteſtatis magri ſui, & ſic indirecte pungeretur Chriſtus his verbis. Sed dicendum,quòd non ſtat:nam ſi iſte eſſet aliquis de ſcribis,& Phariſęis,qui inuidebant Chriſto eſſet veriſimile,ꝓ vellet inſultare, & tamen erat de turba,& ipſemet ducebat filium ſuũ,vt curaretur à Chriſto, & cum inſtantia flexo genu vtroque curari petiuerat, & poſtea petiuit cum lachrymis: non ergo inſultaret illi à quo ſalutem tam humiliter petebat.Sed dicetur,quòd potius egit ex quadam inſipientia, volens referre ordinem geſtarum rerum, vt dicit Chryſoſtomus.

Quare iſte obtulit filium curandum diſcipulis,quem ducebat,vt à Ieſu curaretur. *Quæſt. CLI.*

QVAERETVR quare iſte obtulit filium curandum diſcipulis, quem ducebat, vt curaretur à Ieſu,vt dicitur Marc.9.

Dicendum,quòd erat,quia Chriſtus abſens in mõte erat,& neſciebatur, vbi erat, & forte iſte homo putauit, quòd non cito veniret, ideo vt non cogeretur diu expectare obtulit illum diſcipulis curandum. Secundo quia diſcipuli habebant poteſtatem hãc, ideo non differebat, an curaretur à Chriſto, vel à diſcipulis: quando enim Chriſtus miſit à principio diſcipulos ad prędicandum tradidit eis poteſtatem faciendi miracula,& ſpecialiter dedit eis poteſtatem ſuper ſpiritus immundos,vt eos eijcerent ſupra 10.& Marc. 6. & ipſi exeuntes ad prædicãdum multa dæmonia eiecerant de quo valde gaudebant,vt patet Luc.10. Domine in nomine tuo etiam dęmonia ſubijciuntur nobis,& Chriſtus,ait nolite in hoc gaudere: & non ſolũ diſcipuli eijciebant dęmonia, ſed etiam alij qui non ſequebãtur Chriſtum per virtutem Chriſti, & in nomine eius eijciebant dæmonia,vt patet Luc.9. ſcilicet Domine vidimus quendam in nomine tuo eijcientẽ dęmonia, qui non ſequitur te nobiſcum: hoc autem ſciebant Iudęi,qui viderant ſępe diſcipulos Chriſti p̃dicantes, & eijcientes dæmonia, ideo nunc non præſente Chriſto rogauerunt diſcipulos, ꝓ illud facerẽt, & illi tanquam iam ad hoc aſſueti voluerunt nunc facere:nam ſi nunquam expuliſſent aliquem dęmonẽ, neque feciſſent aliqua miracula, non auderent nunc illud tentare.

Quare

Quare diſcipuli non potuerunt nunc eijcere dæmonem. Et quòd tam faciens,quam petens miracula debet habere fidem.
Quæſt. CLII.

QVAERETVR quare diſcipuli non potuerũt nunc eijcere dæmonem. Aliqui dicunt, quòd fuit propter defectum fidei petentis miraculum fieri: nam ille non habuit fidẽ talem qualis requirebatur ad obtinendum petitum, ſic patet, quia quando petiuit à Chriſto dixit: Domine ſiquid potes adiuua nos, miſertus noſtri: Marc. 9. & Chriſtus dixit, ſi potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti. Alij dicunt, quòd fuit propter defectũ fidei diſcipulorum,quia non habuerunt firmiter fidẽ quòd facere poſſent iſtud miraculum. ſic dixit Chriſtus infra in litera,quando diſcipuli quæſierunt,quare nos non potuimus eijcere eũ? & Chriſtus ait propter incredulitatem veſtram. Dicendum autẽ,quòd propter paucitatem fidei vtrorũque factum eſt: nam q̃ũ miraculum debet fieri per aliquem hominem neceſſe eſt,quòd ille qui petit fidem habeat,& ille à quo petitur: fides petentis eſſe debet,quòd Deus poſſet illud facere, & confidat, quòd illud velit facere, & ille per quem petit miraculum fieri poterit illud obtinere, ꝓ fiat per ipſum, ille autem qui facere debet miraculũ oportet, quòd credat,quòd Deus facere poteſt, & firmiter credat, quòd dignabitur per eum facere. Requiritur autem fides ex parte vtriuſque inquantum eſt miraculum in fauorem vtriuſque aliquo modo: in fauore enim petentis eſt, quia ei cõfertur bonum, & vtilitas miraculi, in fauorem autem eius qui facit, eſt vt per hoc honorem,& excellentiam magnam accipiat, quòd Deus dignetur per manus eius miracula facere: ſi ergo alterius eorum fides deſit, miraculum non fit,cum concurrere debeat vtraque cauſa,hic autem defecit vtraque cauſa: nam in vtriſque fuit aliqua infidelitas, ideo non fuit miraculum. Sic dicit Hieronym. impoſſibilitas curandi interdum non ad imbecillitatem,ſed ad incredulitatem eorum,qui curandi ſunt referatur.

Ad obiecta dicendum, quòd vtrunque concedendum eſt,cum vtrobique fuerit paucitas fidei,& tamẽ non eſt accipiendum, quaſi defectus fidei cuiuslibet per ſe impediuerit miraculum, ſed defectus ex omni parte, Chriſtus tamen quia vtrãque partem increpat, ita loquitur cõtra quemlibet, quaſi defectus fidei ſuæ præſtiterit totum impedimentum: nam quando loquitur contra patrem pueri dixit ei, ſi potes credere omnia poſſibilia ſunt credenti, Marc. 9. quaſi ſola fides ſua deficeret ad faciendum miraculum, & ſupra in litera dixit, o generatio incredula, quouſque vos patiar? quod quidam referunt ad ſolum patrem pueri, & Iudæos: quando autem diſcipuli quæſiuerunt, quare nos non potuimus eijcere illum,dixit Chriſtus propter incredulitatem veſtram, & non addidit aliã cauſam, quaſi ſola infidelitas eorum hoc fecit,Chriſtus tamen tenuit iſtum modum, quia increpare volebat, & qui increpat exaggerat peccatum,& non excuſat.

Si tamen diceret, quòd hoc malum factum eſt propter culpam tuam, & alterius, iam alleuiabatur peccatum, & ita erat mollis redargutio: licet ergo ita ſit, non debet ille qui increpat, ſic loqui, ſed ſolum illum quem increpat tanquam cauſam mali introducere, & non mentitur,quia licet ipſum ſolum tanquã malum nominet, non aſſerit illum ſolum præſtitiſſe cauſam malo.

Quomodo viderunt diſcipuli,quòd non poterant curare. Et modus quo Apoſtoli dæmonia eijciebant.
Quæſt. CLIII.

QVAERETVR quomodo viderunt diſcipuli,quòd non poterant curare. Dicendum, quòd ipſi cęperunt facere,ſicut ſoliti erant quando dęmonia eijciebant, & tamen dæmon non exiuit,diſcipuli enim ſępe eiecerant dęmones de corporibus: Luc.10.Domine etiam dæmonia ſubijciuntur nobis, & eijciebant illa in nomine Ieſu: iſtud enim erat nomen quo inuocato ſuper arreptitium ſtatim dæmon cogeretur fugere, vt dicendo prędcipio tibi in nomine Ieſu,vt exeas de homine hoc, & amplius ne introeas. Sic enim Chriſtus prędcepit dæmonia eijcere: Marc.16.in nomine meo dęmonia eijcient.Sic etiam Paulus eijciebat dæmones, vt quãdo expulit Pythonem de vẽtre puellę diuinantis Act. 16.ſcilicet prędcipio tibi in nomine Ieſu exi ab ea. Sic etiam extranei,qui non erant diſcipuli Chriſti inuocato nomine Ieſu eijciebant dæmonia, Luc.9. vidimus quendam eijcientem dæmonia in nomine tuo, qui non ſequitur nobiſcum, & prohibuimus eũ, & Act. 19. quidam Iudæi, non credentes ſic adiurabant dæmones, ſcilicet in nomine Ieſu, quem Paulus prędicat dicentes: adiuro vos per Ieſum,quem Paulus prędicat,diſcipuli autem omnes Chriſti inuocantes hoc nomen eijciebant dæmones, Luc.10.Domine etiam dęmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo, ideſt inuocato nomine tuo: ita ergo nunc cęperunt inuocare nomen Ieſu, & tamen non exiuit dæmon, quòd tamen non exiret viderũt,quia forte dæmon qui erat in arreptitio inſultabat eis, quòd non potuiſſent eum excludere, ſicut & interdum aliqui dęmones inſultant exorcizantes. Vel quia forte iubebant iſti dæmonibus exeuntibus facere aliqua ſigna per quæ viderẽtur exiiſſe de corporibus,& illa non fecit nunc dęmõ iuſſus facere,& ita apparebat,quòd non exiiſſet, vel forte quia dęmon non ceſſabat allidere puerum, & torquere coram eis, propter hoc autem Chriſtus,cũ excluſit illum fecit, quòd dæmon exiret diſcerpens puerum, & clamans, & relinquens eum, quaſi mortuum, Marc. 9. & Chriſtus tangens eum reſtituit in gradum ſuum, & ita apparebat, quòd curaſſet eum, diſcipuli autem ſolebant ad primam inuocationem nominis Ieſu facere miracula, vel eijcere dęmones, nunc vero inuocato illo non obediuit dæmon, ideo non continuauerunt circa hoc, ſed ceſſauerunt illico agere, quaſi iam non poſſent pro illa vice.

Chriſtus cui dixit, o generatio praua,& peruerſa.
Quæſt. CLIIII.

QVAERETVR cum Chriſtus dixerit hic increpando, o generatio praua, & peruerſa, &cęt. cui dixit hoc. Aliqui dicunt, quòd dixit diſcipulis, eo quòd non potuerunt eijcere dæmonem, quod acciderat propter ſuam incredulitatem, ideo erant increpandi.

Alij dicunt, quòd dixit hæc patri pueri,quia ille inſipienter ſe habuit:nam ipſe non credebat,& prõpter defectum fidei ſuæ præſtabatur impedimentum ad curandum filium,& tamẽ accuſabat diſcipulos,quòd non potuiſſent eijcere dæmonem, quaſi eſſet ob culpam eorum. Sic dicit Chryſoſt. inſpice autem, & attende eius inſipientiam, quare coram turba interpellat ad Ieſum aduerſus diſcipulos, ſed ipſe eos liberat ab accuſatione defectum curationis imputans illi: ex multis enim monſtratur eum infirmum in fide fuiſſe, nec tamen tãtum in eius perſonam inuehitur

ne

ne ipsum conturbaret, sed & in omnes Iudæos.

Sed dicetur quomodo Christus dixit hoc contra cęteros Iudæos, quia increpatio non est, nisi ad peccantes, & tamen cęteri non peccauerant in hoc, sed solus pater pueri, aut discipuli, aut vterque, ideo cęteri non erant increpandi.

Dicendum, quòd poterat esse, quòd cęteri Iudæi increparentur, non est autem credendum, quòd solus pater pueri increparetur: nam tunc non diceretur, o generatio incredula, quod ad multos refertur.

Et dicendum, quòd cęteri in aliquo peccauerunt, vt increpari possent.

Primo quia dato, quòd circa hoc negocium non peccassent, tamen peccauerũt in similibus, erant quippe increduli, quia cum multa signa fierent non credebant, neque mores corrigebant, & ideo data nunc opportunitate cum pręsentes essent multi alij Iudęorum, non solum redarguit Christus istum qui nunc incredulus erat, sed etiam eos qui quotidie increduli erant, & peruersi dicens, o generatiò incredula, idest omnes de hac progenie tales sunt.

Secundo quia forte circa casum istum in aliquo errauerant, quia forte de discipulis male iudicabant, & præstiterant causam turbationis discipulis, vt ipsi male iudicati in fide deficerent.

Sic dicit Chrysostomus: probabile est enim multos pręsentium de discipulis inconuenientia cogitasse, & ideo ait, o generatio incredula, & cętera. & satis videtur, quòd ipsi turbauerunt discipulos: nam absente Christo solicitabant animos eorum quæstionibus, quibus incitati parum crederent ad eijciendum dæmonem, & ita non possent: nam dicitur Marc. nono, quòd veniens Iesus ad discipulos suos vidit turbã magnam circa eos, & scribas conquerentes cum illis, & interrogauit quid inter vos conqueritis.

Sed dicendum, quòd vere Christus dixit hoc omnibus, tam Iudæis præsentibus, quam discipulis: omnes enim peccauerant, & peccabant circa hoc, quòd increduli erant, & peruersi: nam discipuli peccauerant, quia incredulitas sua fecit, vt non possent curare illum, vt dicitur in litera, vocauit autem pater pueri, quia incredulus fuit, idest non sufficienter credẽs, tam petendo à discipulis, quam petendo à Christo curationem.

Peccauerunt etiam cęteri Iudæi, quia increduli erant semper, & nunc aliquid incredulitatis, etiam præstiterant, & ita tota gens Iudæorum peccabat, & tota increpabatur, & hoc conuenit literæ inquantum dicitur incredula, idest, o gens tota: nam pro solis discipulis, aut pro solo patre pueri non diceret generationem.

Et tamen dicendum, quòd magis refertur ad cęteros Iudæos, quam ad discipulos, quia dicitur, o generatio incredula, & peruersa, discipuli autem poterãt vocari increduli, quia nunc in quandam incredulitatem incurrerunt, & tamen non erãt peruersi, quia peruersitas dicit præuaricationem morum, & hoc nõ erat in discipulis, quia omnes erant boni præter vnũ qui diabolus erat, Ioan. 6. & ipse Christus dixerat vos mundi estis, sed non omnes, quod de solo Iuda dixit Ioan. 13. turba autem peruersitatem morum habet, & maxime scribæ, & Pharisæi, quos Christus principaliter increpat, quia isti erant qui nunc conquerebant cum discipulis, Marc. 9. & ipsi eos turbauerant. Non est tamen negandum (vt aliqui volunt) hoc dictum esse de discipulis, quia etiam ad illos dictum est. Sic ait Origenes, quoniam non potuerunt eum sanare discipuli, quasi adhuc modicę fidei constituti, propterea dixit, o generatio incredula.

F *Quare Christus dixit quousque ero vobiscum? vsquequo patiar vos? Quæst. CLV.*

QVAERETVR quare Christus dixit quousque ero vobiscum? vsquequo patiar vos? Dicendum, quòd ista sunt verba, quasi indignantis pro peccatis Iudæorum: Christus enim quotidie manebat cũ Iudæis prædicans ea, quæ fidei erant, & morũ, & tñ non ꝓficiebant in fide, neq; in moribꝰ, ac si non prædicaret eis, quia increduli erant, & mali, qđ erat indignationis causa Chr̃o, quasi inutiliter laborasset, & ideo locutus est, quasi indignans. Et tñ dicendum, ꝙ vere non erat indignatus, i. cõmotus passione iræ, quia non erant in eo passiones, sed ipse in se
G ꝙcitabat interdũ tales motus quales sunt hoĩs passionati: nam agere, ſm passionẽ non est laudabile: nõ ergo dixit hoc Chr̃s, quasi impatiẽtia superatus proruperit in hęc verba aspera, vel mordacia, sed fuit cõueniens, ꝙ ita diceret ꝑp illos qui increpandi erãt, & nemo mansuete loquẽs increpat potissime communitatem, quę aperta redargutione indiget, quia coloratam non sentit, & mansuetam: quia tamen non erat vere indignans, postquam dixit verba conuenientia ad redargutionem conuertit se ad miserendum nullo petente, s. quòd sanauit arreptitium. Sic dicit Hieronymus autem tędio credendum est, quòd superatus sit, & mansuetus, & mitis in verba furoris eruperit, sed ꝙ in similitudinem medici si ęgrotum videat contra
H sua præcepta gerere diceret. vsquequo accedam ad domum tuam? vsquequo artis perdam industriam, me aliud iubente, & te aliud perpetrante? Quod autẽ non sit iratus homini, sed vitio, atque per vnum hominem Iudæos arguat infidelitatis, patet ex hoc, qđ infert afferte illum ad me. Quod autem dixit quousque ero vobiscum? verba sunt, quasi indignantis, & volentis manere cum illis, s. tandiu fui vobiscum, & nunquam profeciſtis, ideo quousque ero vobiscum? idest potius vellem recedere, vel mori, quam manere vobiscum. Sic dicit Chrys. per hoc, quod dicit quousque ero vobiscum: ostendit desideratam ab eo esse mortem, & concupiscibilem recessum, ꝙ vero dicit vsquequo vos patiar dat causam præcedentis dicti, s. vsquequo ero vobiscum: fastidiebat enim conuersationem eorum, & vt videatur, quòd non erat hoc sine
I causa dixit, quòd propter multas molestias quas ei inferebant, desiderabat non manere cum eis, quia duri erant sibi ad tolerãdum, & ideo dixit, vsquequo patiar vos, idest diu est, quòd tolero mala à vobis, & sustineo imperfectiones vestras, graue nimis est, si hoc longo tempore durare debeat, & iustum esset, quòd vos deserere. Sic dicit Remigius, sciendum quoque, quia Dominus non tantum tunc cęperat pati improbitatem Iudæorum, sed à lõgo prius tempore, & ideo hic dicit vsquequo patiar vos, ac si diceret, quia longo tempore cępi pati vestras improbitates, ideo indigni estis mea præsentia. Non tamen intelligendum est, ꝙ
K ipse ita haberet in animo, sicut dicebat, quia si cuperet recedere ab eis, recederet cum nemo eum posset retinere, nec etiam propter hoc ficte loquitur, vel mendaciter, sed ideo talia dicit, quòd talibus illi digni erant verbis increpari, & etiam ex modo loquendi satis apparet, quòd non ideo dicebat, quòd sic cuperet, sed quia obiurgabat eos per hæc. Sic dicit Hieronymus, quòd loquitur, sicut medicus, qui dicit ęgroto contra præcepta sua agenti, vsquequo accedam ad domum tuam? vsquequo artis perdam industriam? & tamen intendit adhuc ad domum illius ire, sed per hæc obiurgat, vt ęgrotum subijcibiliorem reddat.

Quare dicitur, & increpauit illum. Quæst. CLVI.

QVAERETVR, quare dicitur, & increpauit illum.

Dicendum, quòd aliqui volunt, quòd intelligatur de puero, scilicet increpauit illũ, idest, puerum ad se ductum. & hoc videtur consonare literæ, quia dicitur immediate ante hoc, afferte illũ ad me, & increpauit illum Iesus. de dęmone autem non dicebatur quid ante hoc in tota litera.

Item quia si intelligeretur de dæmone, diceretur illud, quia in litera dicitur. & exiuit ab eo dæmonium. & tamen dicitur increpauit illum.

Item Hieronymus dicit increpauit puerum, quia
B propter sua peccata a dæmone fuerat oppressus.

Alij dicunt, quòd intelligitur de dæmone quem Christus increpuit iubendo exire. sic dicit Chrysost. increpauit illum Iesus. non enim ille, qui patiebatur, sed dæmon increpatur.

Dicendum autem, quòd hoc est verum, & patet Mar. nono, scilicet, cum vidisset Iesus concurrentem turbam comminatus est spiritui immundo. & istud increpare fuit comminari. sed dicitur increpare, quia verba erant exprobratoria: nam dixit. surde, & mute spiritus ego pręcipio tibi exi ab eo.

Item patet, quia nulla ratio erat, vt puer, qui malum patiebatur, increparetur.

Item quia nunquam Christus erat solitus increpare eos, quos sanabat, sed dulciter loqui ad illos vocans eos filios, vt supra nono, vocauit paralyticum filium, scilicet, confide fili.

Item quia si increparetur puer poneretur id, de quo increpabatur, & tamen nemo de hoc expressit. de increpatione dæmonis posuit Marcus: ideo non est putandum, quòd puer fuerit increpitus.

Item non poterat aliquod peccatum esse in puero propter quod cępisset eum torquere dęmon, & de quo deberet increpari: nam cępit iste puer tunc torqueri a dæmone quando adhuc peccare non poterat. sic patet Mar. nono, cum Christus quæreret a patre
D quantum est, quòd hoc ei accidit, dixit ille ab infantia sua. & tamen infantia est citra metas vsus rationis, quando adhuc non peccatur mortaliter: ergo quando iste cępit arripi a dæmone non peccauerat originaliter, & tamen pro peccato originali nemo vituperatur, quia illud peccatum nemo facit, sed contrahit: ideo non habebat iste, pro quo increparetur. sic dicit Beda, erubescat Iulianus, qui dicere audet omnes homines absque peccati contagio nasci in carne: tam innocentes per omnia quantum fuit Adam quãdo creatus est. quid enim habuit iste puer, vt ab infantia a dæmonio vexaretur acerbissime, si nullo originalis peccati vinculo tenebatur? quoniam constat nullum adhuc proprium potuisse habere peccatum. & ideo ita tenendum est.

Ad primum in oppositum dicendum, quòd dæ
E monem increpuit, & non puerum, licet fiat mentio immediate de puero. illa enim regula de relatione, & demonstratione, quòd fiat ad immediata debet intelligi quando non constat ad quid referatur, si tamẽ constare possit an ad immediata, vel multo ante dicta, non oportet accipi semper dici de immediatis.

Ad secundum dicendum, quòd dicitur increpuit illum, idest, dæmonem. & cum dicitur, quòd statim sequitur, & exiuit dæmonium. non sequitur, ꝙ ideo debeat dici illud in neutro: nam si pręcessisset ista oratio, scilicet, exiuit dæmonium, & increpuit, deberet dici illud. & tamen præcedit: ideo nõ oportet, quòd referatur ad dæmonem subintellectum supra in narratione Matthęi. nam Matthęus breuiter dixit. licet enim non egerit supra mentionem de dęmone, debet subintelligi, vt patet in narratione Marci. de hac re, & fit hic relatio ad illud quod tacetur, & subintelligitur, & est quasi relatio mediata, vt illud Ioan. vigesimo, cum dixit Magdalena, si sustulisti eũ dicito mihi, & ego eum tollam. & tamen nulla locutio præcesserat, in qua fieret sermo de aliquo ad quod referretur ly illum, sed refertur ad Iesum, de quo ipsa meditabatur. ita hic fit relatio ad subintellecta, quæ tacita fuerunt in narratione.

Ad tertium dicendum, quòd Hieronym. non tenet illam expositionem determinate, sed inter alias posuit istam sub dubio, & quia forte alij tenebant
B eam, & ipse illam recitauit. sicut est consuetudo sapientum aliqua dicere, quæ non sunt de opinionibus suis. Et patet cum Beda aperte dicat, quòd iste non peccauerat, nisi originaliter quando a dæmone arreptus est, vt dictum fuit supra. & tamen pro originali nemo increpatur, quia non est commissum, sed contractum.

Quare Christus increpuit dæmonem eijciens eum. Quæst. CLVII.

QVAERETVR, quare Christus increpuit dęmonem eijciens eum.

Dicendum, quòd fuit ad ostendendum magnitu-
C dinem potestatis suæ. nam ista increpatio non fuit, nisi quædam comminatio in verbis duris, vt exiret, vt dicitur Mar. nono, scilicet, comminatus est spiritui immundo dicens illi, surde, & mute spiritus ego pręcipio tibi, vt exeas ab eo. cum autem exiret statim ab eo apparebat magna potestas Christi, qui absolute imperabat spiritibus immundis, & obediebant ei, nam de hoc admirabantur valde Iudæi, vt patet Mar. primo, vbi dicitur, quòd erat homo in synagoga habẽs spiritum immundum, & Christus dixit ei, obmutesce, & exi ab homine. & statim discerpens eum spiritus immundus, & multum clamans exiuit ab homine, & mirati sunt omnes, ita vt conquererent inter se dicentes. quid nam est hoc? & quæ doctrina hæc noua, quia in potestate spiritibus immundis imperat, & obediunt ei? & pręcessit timor eius statim in omnem regionem Galilęæ. fuit autem conueniẽs quòd nunc Christus ostenderet potestatem istam. nã dubitabatur nunc de potestate sua, eo quòd discipuli sui, qui dæmonia eijcere solebant, non potuerunt eijcere, & ita crederent forte Iudæi finitum esse tempus potestatis Christi, & dubitabant similiter de potestate eius. nam pater pueri nunc quando petiuit a Christo sanari puerum cum dubitatione petijt dicens: Domine si quid potes adiuua nos, misertus nostri: Mar. nono, debuit nunc ergo ostendere potestatem suam imperiose agẽdo ad eiectionem dæmonis potius quàm aliàs. Et etiam non tolum ostendit se posse hoc, sed
E etiam omnia alia, & faceret ea si petentes non essent increduli. nam dixit tunc ad patrem pueri. si potes credere, omnia possibilia sunt credenti, idest, non deficit ad hoc, quòd fiant omnia quæcunque tu petere potueris, nisi quòd credas.

Secundo fuit increpatio quasi ad ostendendum se indignatum dæmoni, qui puerũ ab infantia tam acerbe torserat, ita vt sæpe in ignem, & sæpe in aquam eum elideret ad offendendum ipsum, vt dicitur Mar. nono.

Tertio fuit ad ostendendum conditionẽ exitus dęmonis. exiuit. n. dæmõ indignãs, & exacerbat. nã clamans, & discerpens, puerum exiit, ita vt putaretur
L1 occidisse

occidisse illum, & hoc videbatur facere, quia Christus illum increpando exire iubebat, & ille moleste ferens, quòd aspere increparetur, sęuiebat in puerum exiens de corpore.

Sed dicendum, quòd præcipuum fuit ad ostendendum magnitudinem potestatis. sic dicit Chrysosto. ꝙ comminatus dicit, ego tibi præcipio, diuinæ attribuitur potestati.

Quomodo stat, quòd Matthæus, & Marcus discordant penes narrationem istam de pueri curatione. Ex quo statuitur quòd quando vnus Euangelista plura dicit quàm alius standum est plus dicenti. *Quæst. CLVIII.*

QVAERETVR quomodo stat, quòd Matthęus, & Marcus discordant circa narrationem istam de curatione pueri.

Dicendum, quòd in duobus discordant. primo in eis, quæ ipsi referunt gesta esse. Secundo in eis, quę dicunt patrem pueri locutum. Circa primum est dicendum, ꝙ Matthęus solum dicit, quòd venit Iesus ad turbam, & accessit ad eum homo genibus prouolut⁹, Marcus vero dicit, quòd veniens ad discipulos vidit turbam magnam circa eos, & Scribas conquerentes cum eis, & confestim omnis populus videns Iesum stupefactus est, & accurrentes salutabant eum, & interrogauit eos quid inter vos conqueritis?

Dicendum, quòd hic non est discordia, nisi quòd vnus retulit plenius rem gestam quàm alius. Matthę⁹ enim breuiter tetigit, Marcus autem expressit plenius. & quando vnus Euangelista plura dicit quàm alius, standum est plus dicenti, quia non repugnat dicenti pauciora.

Secundum est circa ea, quæ pater pueri introducitur locutus. nam Matthęus dixit, ꝙ dixit, Domine miserere filio meo, quia Lunaticus est: nam sæpe cadit in ignem, & crebro in aquam, & obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt eum curare. Marcus autem dicit, attuli ad te filium meum habentem spiritum mutum, qui vbicunque apprehendit eum allidit, & spumat, & stridet dentibus, & arescit, & ita non concordant narrationes istę, ita vt non possint factæ esse ab eodem homine, vt videtur. Aliqui dicunt, ꝙ non fuit idem quod refert hic Matthę⁹. & ibi Marcus licet habeant aliquam similitudinem. Sed dicendum, ꝙ non stat, sed necesse est idem factum esse, quia tam hic q̃ Mar. 9. dicitur, ꝙ istud factum est statim, vt Christus descendit de monte, in quo fuerat transfiguratus, & venit ad discipulos. ergo necesse est idem factum esse. Etiam quia cętera consonant quantum ad substãtiã rei gestę, licet verba patris pueri videantur varię posita. Sed dicendum, ꝙ non est propter hoc difficultas, quia quædam verba expressit vnus Euangelista in narratione locutionis patris, quę deberent suppleri ad ea, quæ dixit alius, & in aliis licet varieꝫ verbũ, manet idẽ sensus. pp quod applico literã vtriusq;. quod enim Marc. dixit & rndẽs vnus de turba dixit Magister &c. & Matthæus hic tacuit recte dr. nam illud gestũ fuit, quia quando Christus descendit de monte inuenit Scribas conquerentes cum discipulis, & Christ⁹ ait: quid inter vos conqueritis? & tunc respondit vnus de turba dicens, Magister attuli filium meum &c. hoc licet gestum sit, tacuit Matthæus, quia tacuit de Scribis conquerentibus cum discipulis; ideo non potuit introducere patrem pueri tamquam respondentem, sed tamquam loqui incipientem, quòd autem Matthęus dicit, quòd accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum, verum est, & tamen tacuit illud Marcus, quia vterque omittit aliquid quod alius tangit, & ex ambobus efficitur vna plena narratio. Quod

F autem dicit Marcus, Magister attuli ad te filium meum. Matthæus autem dicit: Domine miserere filio meo, & tacet, quòd attulit eum. Dicendum, ꝙ Marcus continuat narrationem ex sumpto themate. nam dixerat, quòd conquerebant Scribę cum discipulis, & ꝙ Christus dixerit quid conqueritis inter vos. & quoniam ita erat, quòd conquerebant de hoc, quòd discipuli non potuerant curare puerum, introducitur pater pueri respondens de hoc, scilicet, Domine de hoc conquerebamus, quia ego attuli filium meum ad te, idest, afferebam ad te putans te inuenire, vt sanares eum, & non inueniens te obtuli illum discipulis tuis, vt sanarent illum, & non potuerunt, & de hoc conquerebamus quomodo non potuerũt.

G Et hæc veritas rei gestæ. Sed debet tunc subintelligi id quod dicit Matthęus, quòd accessit homo genib⁹ puolut⁹. i. ꝙ qñ rndebat hęc ad Chrm erat puolutus genibus corã eo, vt sic eum flecteret ad sanãdũ puerũ. Quòd autem dicit Matthæus: Domine miserere filio meo. potest intelligi, quòd debeat addi ad dicta, scilicet, postquam homo iste respondit iuxta ea, quæ ille quæsierat, vt tangit Marcus, subdidit hoc, vt conclusionem intentam, scilicet, Domine miserere filio. quod Marcus tacuit. & ita non est discordia. Vel potest dici, quòd solum dictum est id quod Marcus retulit. Hoc autem, scilicet, Domine miserere filio meo, non fuerit realiter dictum. dicit illud Matthęus tangendo non id quod pater dicebat, sed quod corde tenebat, & hoc dixerit ex necessitate modi loquendi sui, quia non introduxit patrem pueri, vt respondentem Christo, sicut Marcus, sed vt incipientem loqui. Et similem modum concordiæ ponit Augustin. lib. de concord. Euang. super diuersitate trium Euangelistarium in verbis patris puellæ suscitandę, vt dictum est supra nono capit. quæst. 126.

H Quòd autem dixit hic Matthęus, quia Lunaticus est, & male patit, & Mar. dixit. attuli filium meũ habentẽ spiritũ mutũ, vtrunque simul dici potuit, diceret enim sic attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum: nam & Lunaticus est, & male patitur. vtrunque enim stat, quia vnum est expositiuum alterius,

I idest, spiritum immundum habet, & mutum, qui affligit eum iuxta tempora Lunæ. Vel ex eo, quòd spiritus mutus est dicitur patiens habere morbum Lunaticum, vt supra declaratum est. Quod autem dixit Marcus, qui vbicunque apprehendit eum allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit. Matthęus autem dicit. nam sępe in ignem, & crebro in aquam cadit, vtrunque stat, ita vt prius dicatur id quod dixit Matthæus, scilicet, sæpe cadit filius meus in ignem, & in aquam, & etiam vbicunque spiritus eum inuenerit allidit, & spumat, & arescit, & dentibus stridet. Quòd verò sequitur dixi discipulis tuis, vt eijcerent illum, vsquę ad locum illum, afferte illum ad me, tam Matthæus, quàm Marcus simul referunt. Matthæus autem omisit

K ibi multa, nam statim conclusit, quòd Christus increpuit dæmonem, & eiecit illum. Marcus autem interposuit multa, quę omnia addenda sunt ad dicta Matthæi, quia pertinent ad veritatem historiæ. & ita non discordant ambo, sed vnus supplet alterum.

Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secreto, & dixerunt. Quare nos non potuimus eijcere illum? Dixit illis Iesus: Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem, sicut granum Luc. 7.

sinapis,

sinapis, dicetis monti huic transi hinc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. hoc autem genus non eijcitur, nisi per orationem, & ieiunium. Conuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus. Filius hominis tradendus est in manus hominum, & occident eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer.

Mar. 9. Luc. 9.

Tunc accesserunt. Posita fuit supra quęstionis occasio. hic ponitur quæstionis solutio: nam ex hoc, quòd discipuli non potuerant eijcere dæmonem, quęsierũt a Christo quare non potuerunt, & ipse respondet. & dicitur. *Tunc accesserunt.* Non est sensus, quòd tunc, idest, statim accesserint, sed quòd post paucum tempus. nam nunc quando Christus dæmonem eiecit erat coram tota multitudine, vt patet hic in litera, & ibi non quærerent discipuli quare non potuerunt eijcere dæmonem, quia esset addere verecundiam verecundiæ, sed postquam dimissa turba venit Christus in domum, accesserunt discipuli, & quæsierunt. sic dicitur Mar. nono, & cum introissent in domum discipuli eius secreto interrogabant eum. & ista erat cõ

C suetudo eorum. quando enim aliquid obscurum loquebatur coram turba, quod ipsi non intelligerent, quęrebant postea ab illo cum esset in domo. sic patet supra decimotertio, scilicet, tunc dimissis turbis venit in domum, & accedentes discipuli dixerunt: edissere nobis parabolam zizaniorum. sic etiam dicitur Mar. quarto, talibus multis parabolis loquebatur verbum, vt poterant audire, sine parabolis autem non loquebatur eis. seorsum autem discipulis suis disserebat omnia. Et patet etiam, quia infra in litera dicitur, quòd accesserunt secreto. & tamen non poterant secreto accedere si coram tota multitudine accederent. sed accesserunt postquam recesserat multitudo, & ipse venerat in domum.

Discipuli ad Iesum. Scilicet, nouem discipuli. nam tres, qui cum eo descenderant de monte non quęsie

D runt de hac re, cum ipsi non fuissent de illis, qui non potuerant excludere dæmonem.

Secreto. Scilicet, qñ iã recesserat turba, & manebat ipse in domo, vt dicitur Mar. nono.

Et dixerunt quare nos non potuimus eijcere illum. Scilicet, cum tu potueris eijcere illum, & tu dederis nobis potestatem eijciendi dæmones, & ante hoc eiecerimus multos, quare non potuimus nunc eijcere istum?

Dixit illis Iesus. Increpando loquitur. *Propter incredulitatem vestram.* Idest, quia non habuistis fidem, quæ requiritur in faciendo miracula.

Amen. Dictio affirmandi est, & interdum iurandi, vt dicitur extra de iur. iu. cap. & si Christus: idest,

E in veritate dico, vel certe dico.

Si habueritis fidem. Idest, confidentiam. *Sicut granum sinapis.* Idest, si habueritis fidem etiam si sit illa parua, dum tamen sit fides facietis miracula. nam granũ sinapis aliquid paruum est.

Dicetis. Idest, dicere poteritis, scilicet, erit in potestate quandocunque volueritis cum fide facere miracula. *Monti huic.* Ostendit montem ad oculum.

Transi hinc. Idest, mouere de loco tuo.

Et transibit. Scilicet, obediendo vobis. *Et nihil impossibile erit vobis.* Dedit per hoc notitiam generalẽ, i. si habueritis fidem non solum poteritis transferre montes de loco ad locum, sed etiam omnia quæ volueritis facietis, quia nihil impossibile erit vobis. om-

A nia namque miracula sunt æqualia, quia est quodlibet potẽtiæ infinitæ, & qui põt vnum poterit omnia.

Hoc autem genus. Hic ponit aliam caulam quare non potuerunt eijcere dæmonem. s. quia omiserunt debitam obseruantiam. i. ieiunium, & orationem, & dr. hoc genus. i. genus dæmoniorum. Vel hoc genus. i. quædam specialia dęmonia, quę sunt talia quale istud erat. *Non eijcitur.* Idest, non potest eijci. *Nisi per orationem, & ieiunium.* Idest, nisi ab eis, qui orationi, & ieiunio vacant.

Quare discipuli accesserunt ad Christum ad quærendum quare ipsi non potuerunt dæmonium eijcere. *Quæst. CLIX.*

B

QVAERETVR, quare discipuli accesserunt ad Christum ad quærendum, quare ipsi nõ potuerant eijcere dæmonem.

Dicendum primo, quòd hoc fuit ex quadam admiratione: Christus enim tradiderat eis potestatem faciendi miracula, & specialiter potestatem eijciẽdi dęmones supra 10 & ipsi iam multa dæmonia eiecerãt Mar. 6. & Luc. 10. nunc autem non potuerunt eijcere istud dęmonium, & ante hoc nullum fuerat quod eis restitisset: ideo iuste admirati quęsierunt quare nõ potuerunt eijcere. Secundo quęsierunt ad tollendum dubium. nam dederat eis Christus potestatem supra

C dæmones, & hucusque nullus dæmon potuerat eis resistere, nunc vero iste restitit: ideo tenuerũt, quòd forte expirasset potestas eis tradita, impleto tempore ad quod durare debuit: ideo quæsierunt, vt scirent an ex hac causa non potuissent. nam nimis dolerent si expirasset potestas. Sic dicit Chry. acceperant enim discipuli a Domino potestatem spiritũ immundorũ, & quia oblatum dęmoniacum curare non potuerant, videtur, quòd in dubitationem deuenerint, ne forte gratiam, quæ eis erat credita perdidissent.

Tertio fuit, vt addiscerent ceremoniã aliorã si forte omiserant, vt iam de cętero non errarẽt eijciendo dęmones. Et ob hoc Christus rndendo eis duo ponit. Primo tangit caulam, quare nunc nõ potuerunt eijcere dęmonem. Secũdo instruit eos qualiter de cętero se habere debeant. De primo, quia dr. pp incredulitatẽ vestram. ista. n. fuit causa pręcipua. De secũdo patet quia dixit. hoc genus dęmoniorũ nõ eijcit, nisi in ieunio, & orõne. i. scitote, ꝙ ita debetis de cętero vos habere ad istos demoniacos, ꝙ prius oretis, & ieiunetis quàm eijcere tentetis dęmones.

Quare accesserunt secreto discipuli ad Christum quærentes de hac re. *Quæst. CLX.*

QVAERETVR, quare accesserunt secreto ad Christum quærentes de hac re.

Dicendum, ꝙ fuit primo propter verecũdiã. nam erubuerũt valde discipuli coram turba, quòd tẽtauerant eijcere dæmonem, & non potuerant, & maxime, quia olim potuerãt, & nunc non potuerunt. & tamen si quærerent in publico magis erubescerent, rũ quia illi repetebant defectum suum dicentes. quare nos non potuimus, tum quia Christus daret causam pertinentem ad defectum eorum. nam cũ prius possent, & nunc non, & Christus potuisset, non vt. quòd aliquid impediret nisi defectus aliquis ex parte ipsorũ: ideo petere erubuerunt. Secundo pp Christi rntum. nam Christus si respõderet dicturus esset aliquam rẽ secretam. ipse tñ nolebat, ꝙ populus audiret secreta sua: ideo non quærerent isti coram plebe. Et hoc etiã est causa pręcipua: nam sciebant discipuli, ꝙ Christus nolebat loqui coram populo res secretas, vt patet in expositionibus parabolarum supra decimotertio: nã

dixerunt diſcipuli Chriſto, quare in parabolis loqueris eis? ideſt, turbis. & ille ait, quia vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, illis autem non eſt datum. & etiam parabolas proponebat coram multitudine, & poſtea exponebat eas diſcipulis cum eſſet ſingularis, ideſt, maneret ſeorſum in domo Mar. 4. non ergo quæſierunt coram turba.

Tertio, vt aliqui dicunt fuit propter magnitudinem rei, de qua quærebatur. Sic dicit Chryſoſtomus interrogant enim ſingulariter non propter verecundiam, ſed quia de ineffabili, & magna re erant interrogaturi.

Sed dicendum, quòd non poteſt negari quin propter verecundiam etiam egerunt, nam certum eſt, quòd erubeſcerent cum coram tota multitudine tentaſſent aliquid facere quod non potuerunt, & nunc ſi coram multitudine quærerent rurſus ſuper eadem re, magis confunderentur. Sed poteſt intelligi dictũ Chry. quòd non propter verecundiam, ſcilicet, principaliter.

Quomodo eſt verum, quòd propter diſcipulorum incredulitatem non potuit puer ſanari. Quæſt. CLXI.

QVAERETVR quomodo eſt verum, quòd ꝑpter incredulitatem diſcipulorum nõ potuit puer ſanari. nam videtur, quòd fuit propter incredulitatem patris, & cęterorum Iudęorum, quia eos increpuit Chrs, ſupra in litera. ô generatio peruerſa, & incredula. & pater pueri incredulus erat etiam quando petiuit a Chriſto ſanari filium, vt patet Mar. nono.

Dicendum, ꝙ omnes peccauerant circa hoc, tam pater pueri, & Iudæi, qui aſtabant, quàm diſcipuli, & vtroſque Chriſtus redarguit, & tamen quando diſcipulos increpat ipſos ſolos increpat, licet non fuerint ipſi ſoli cauſa, quòd non curaretur puer, hoc autem facit, quia aliàs non eſſet conueniens redargutio, ſed potius excuſatio, vt dictum eſt ſupra, vere tamen diſcipuli increduli fuerunt, quia non habuerunt nunc eam fidem quam habituri erant: & ideo propter eorum incredulitatem factum eſt.

Quomodo potuit nunc eſſe incredulitas in diſcipulis. Quæſt. CLXII.

QVAERETVR quomodo potuit nunc eſſe incredulitas in diſcipulis.

Dicendum, ꝙ infidelitas accipitur pro paucitate fidei, ideſt, ꝙ non habebant talem fidem qualis erat conueniens ad miracula facienda. Et dicunt aliqui, ꝙ credebant quidem Apoſtoli, ſed nondũ erant perfectę fidei. Sed hoc non ſtat, quia diſcipulis fuerat data ante hoc poteſtas faciendi miracula, & eijciendi dæmones ſupra decimo cap. & iam eiecerant multos Mar. 6. & Luc. 10. & non poterant eijcere, niſi haberent talem fidem qualis requirebatur ad hoc; ergo iã habuerant fidem perfectam ad hoc.

Alij dicunt, quòd diſcipuli non habebant fidem ad eijciendos dæmones: non tamen omnes diſcipuli, ſed columnę ipſorum, ideſt, Petrus, Iacobus, & Ioannes, qui nunc præſentes non fuerant: ideo cęteri tamquam non habentes fidem non potuerant dęmonem eijcere. Sic dicit Chry. vnde manifeſtum eſt hinc, quoniam diſcipuli in fide infirmati ſunt, ſed nõ omnes, columnæ enim illæ non aderant, ſcilicet, Petrus, & Iacobus, & Ioannes.

Sed dicendum, quòd non eſt verum, quòd ſoli iſti haberent fidem ad eijciendum dæmones, ſed ꝙ omnes habuerint illam; nam Chriſtus miſit omnes F illos ad prædicandum dans poteſtatem eijciendi dæmones, & alia miracula faciendi, & non poterant illa facere ſine fide: ideo neceſſe eſt, quòd a principio quilibet eorum fidem habuerit: nam non ibant omnes ſimul ad prædicandum, ſed quilibet per ſe. Item quia ſeptuagintaduo diſcipuli erant inferioris gradus quàm quilibet Apoſtolus, & tamen illi eijciebant dæmonia, & quilibet eorum hoc faciebat, nec erat aliquod dæmonium quod eis reſiſteret Lucæ decimo, ſcilicet, Domine etiam dæmonia in nomine tuo ſubijciuntur nobis. ergo a fortiori quilibet Apoſtolus poſſet eijcere dæmonia, & ita haberet fidem.

Dicendum ergo quòd quilibet Apoſtolorum ante hoc habuerat poteſtatem eijciendi dæmonia, & eie- G cerat aliqua, & ita habebat quilibet fidem ſufficientem ad hoc, & tamen nunc accidit, quòd fides in omnibus minueretur, & ita non potuerunt eijcere dæmonium. Sic dicit Hilarius: crediderant quidem Apoſtoli, nondum tamen erant perfectę fidei: nam Domino in monte demorante, & ipſis cum turba reſidentibus, quidam torpor fidem eorum relaxauerat.

Vnde inſurrexerat diſcipulis torpor iſte, & fidei diminutio. Quæſt. CLXIII.

SED quæretur vnde inſurrexerat diſcipulis torpor H iſte, & fidei diminutio.

Dicunt quidam, quòd fuit ex abſentia Chriſti: nam ipſe eis conferebat fidem, & incęperunt trepidare in corde ſuo, quòd eo abſente nõ poſſent eijcere dæmonem.

Sed hoc non ſtat: nam diſcipuli nunquam faciebant miracula Chriſto præſente, ſed quando ipſi ſoli mittebantur ad prędicandum. nam Chriſto præſente nemo apponebat manus ad aliquid, neque docebat turbas, & tamen quando ibant ad prędicandum ſoli erant, & faciebant miracula: ergo non minuta fuit nunc fides propter abſentiam Chriſti.

Alij dicunt, quòd fuit, quia Apoſtoli incurrerant I quandam turbationem inuidiæ in mẽtibus ſuis, quia Chriſtus vocauerat tres ad ſecretum, & non cęteros: nam licet neſcirent an vocaſſet eos ad oſtendendum transfigurationem, tamen ſciebant, quòd ipſos tres ſolos vocauerat, & ita volebat coram eis aliquod ſecretum facere quod nolebat videri, aut ſciri a cęteris, quidquid autem illud eſſet, videbantur illi tres cęteris præferri, de quo illi incurrerunt in quãdam turbationem inuidiæ, & ita turbatio hęc minuit in eis fidem, quia iſta inuidia erat peccatum, & peccatis exigentibus minuuntur interdum dona collata nobis a Deo, & ita tenet Nicolaus.

Sed poteſt dici, quòd fuit ex aliqua turbatione extrinſeca. conquerebantur enim Scribæ cum diſcipulis Marc. nono, & forte iſta conquiſitio præceſſit oblationem pueri ad curandum, & quia turbati eſ- K ſent aliqualiter, & incitati contra Scribas, qui maligne conquerebant̃, non poſſent recolligere animũ ſuum ad exeundum in actum perfectę confidentiæ quouſque ceſſaret illa turbatio redeunte tranquillitate animi, hoc autem non expectauerunt: ideo non potuerunt curare tamquam non habentes fidem. in his enim in quibus homo a Deo aliquid recipere debet, requiritur magna mentis recollectio, quæ nimis impeditur per quamcunque paſſionem, & potiſſime per iram, etiam ſi ſit ira per zelum, ſicut patet de Eliſæo quando locutus eſt ex zelo contra Regem Ioram idolatram, quarto Regum tertio, & rogatus, vt prophetaret, non reſpondet ſtatim, quouſque veniret pſaltes, & dum cane-

ret

ret pſaltes facta eſt manus Domini ſuper eum, eodẽ capitulo, & hoc erat, quia audita harmonia ceſſauerat turbatio mentis, & incępit ſe recolligere in altũ efferens, & tunc tetigit mentem eius illuſtratio diuina, & prophetauit, & hoc ſatis conſonat literæ, Mar. nono, cum dicitur, quòd Scribæ conquerebãtur cum diſcipulis Chriſti, & Chriſtus dixit Iudæis: o generatio incredula, & peruerſa, & forte fuit iſta increpatio, quia ipſi pręſtiterant occaſionem per ſuas mordaces conquiſitiones, vt deficęret fides in Apoſtolis.

Secundo poteſt dici, quòd Chriſtus paſſus eſt eos nunc deficere in fide ad gloriam nominis ſui: nam ſi illi nunc nõ defeciſſent in curãdo non fuiſſet occaſio Chriſto eijciendi dæmonem tam imperioſe, & fuerunt ſex facta occaſione paucę fidei diſcipulorum. Primum, quia Chriſtus valde imperioſe eiecit dæmonem coram tota turba, de quo omnes admirati ſunt valde, quod non eſſet ſi diſcipuli eieciſſent illũ, & hoc erat conueniens, quia omnia fiebant, vt oſtenderetur magnitudo poteſtatis eius, & crederetur in eum. Secundum fuit, quòd Chriſtus redarguit Iudæos, qui erant digni magna redargutione de incredulitate, & peruerſitate. & tamen ſi diſcipuli potuiſſent curare puerum, non fuiſſet vlla occaſio arguendi Iudæos. Tertium fuit, quia Apoſtolos reddidit cautos ex hoc, vt aduerterent de cętero diligenter quandocunque vellent facere miraculum aliquod, quòd haberent fidem plenam, & non maneret in mentibus eorum aliqua turbatio, aut imperfectio propter quam minueretur fides, & non poſſent facere miraculum. melius ergo fuit ſemel permitti eos labi, vt inſtruerentur, quàm vt nunquam inſtructi ſæpe deficerent. Quartum fuit, vt auferretur de cordibus quorundam Iudæorum error: nam cum viderent ante hoc Apoſtolos prędicantes, & facientes miracula, ſicut Chriſtus faciebat, putabant, quòd accepiſſent æqualem poteſtatem cum Chriſto, & quòd non haberent eam a Chriſto, ſed immediate accepiſſent eam a Deo, ſicut vnus Propheta non accipit ab alio Propheta donum propheriæ, ſed quilibet Propheta accipit immediate a Deo: nunc autem Chriſtus permittens deficere fidem eorum, & poſtea coram tota turba ex ſolo imperio ſanans puerum, & increpans diſcipulos oſtendit apertiſſime poteſtatem ſuam maiorem eſſe, & poteſtatem Apoſtolorum deriuatam eſſe a ſua. Quintum fuit ad auferendum Apoſtolis occaſionem gloriandi: nam ſi ipſi poſſent ſemper eijcere dæmones, gloriarentur quaſi a ſe habentes hanc excelſam poteſtatem, voluit ergo quòd aliquando defectum ſuum agnoſcerent non potentes eijcere dæmones, vt ſic appareret, quòd quidquid alias faciebant, ex ſolo Chriſti beneficio pendebat. hoc patet, quia Lucæ decimo, dicitur, quòd reuerſi ſunt ſeptuagintaduo cum gaudio dicentes, Domine etiam dęmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo? & Chriſtus ait: nolite in hoc gaudere, quòd ſpiritus vobis ſubijciuntur, ſed gaudete, & exultate, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis, & quia forte tunc moniti a Chriſto adhuc non ceſſabant de hoc immoderate gaudere, permiſit eos Chriſtus incidere in defectum fidei, vt ſic non poſſent tunc curare, & ita auferretur eis occaſio gloriandi. Sextum fuit, vt traderet doctrinam tam Apoſtolis quàm nobis: nam quia nunc ex defectu fidei non potuerunt Apoſtoli curare arreptitium, habita occaſione declarauit Chriſtus de fide quomodo eſt neceſſaria ad miracula, & quantumcunque illa parua ſit ſi fides eſt ſufficit ad miracula, qui non dixiſſet, niſi habita hac occaſione. etiam dixit, quòd non eijciuntur dæmo- A nia niſi in ieiunio, & oratione: ideo conueniens fuit permitti labi diſcipulos in fide, ita vt non poſſent curare arreptitium.

Quare potius nunc quàm alias permiſit Chriſtus diſcipulos in fide deficere. Quæſt. CLXIIII.

QVAERETVR cum Chriſto conueniens eſſet permittere deficere diſcipulos aliquando in fide, vt non poſſent eijcere dæmonem, quare potius nunc quàm aliàs.

Dicendum, ꝙ fuit nunc conueniẽtius quàm alias. Primo, quia illuc ipſe venturus erat ad diſcipulos, & defectum eorum ſuppleret: ſi enim diſcipuli manen- B tes in aliquo loco ad quem Chriſtus non eſſet iturus inciderent in hunc defectum fidei, & non poſſent curare arreptitium, non ſolum eſſet verecundia diſcipulorum; ſed etiam eſſet abiectio doctrinę Chriſti, qa putaretur, quòd ille non ſufficientem doctrinam daret ad eijciendum dęmones, vel poteſtas collata non eſſet ſufficiens. Chriſtus autem nollet pati defectum quantum ad doctrinam ſuam: ideo non permitteret eos tunc incidere in infidelitatẽ: nunc autem venturus erat ad locum, in quo ipſi manebant, & ſtatim quidem. & ſi illi non poſſent ſanare, ille ſanaret. & ita appareret, quòd non erat hoc ex defectu doctrinę, vel poteſtatis eius, ſed ex ſolo defectu humano diſcipulo- C rum, in quo & magis ſeipſum exaltabat, vt dictum eſt præceden. quęſt. ideo tunc fieri debuit potius q̃ aliàs. Secundo fuit, quia tunc erant omnes diſcipuli ſimul, & cũ Chriſtus faceret hoc ad oſtendendũ poteſtatem ſuam per defectum illorum, & ꝙ illi omnes acciperent ab eo, ſi aliquis ſolum incurreret hunc defectum putari poſſet, ꝙ alij, aut aliqui de alijs haberẽt poteſtatem, quæ non deficeret, ſicut eſt poteſtas Chriſti: voluit ergo ꝙ omnes ſimul eſſent, vt omnes deficerent circa curationẽ huius pueri, vt ita appareret, ꝙ omnes accipiebant ab eo, & quidquid alias facerent ſm virtutem illius facerent: nam qñ quilibet eorũ ſolus ibat ad prędicandum, faciebat quæcunque miracula, & excludebat dæmones, nunc vero omnes ſimul non potuerunt vnum dęmonem deijcere, qñ aũt quilibet ſolus ibat, nunquam deficiebat ei fides ad facien- D dum miraculum etiam ſi eſſet Iudas: nam ille miracula faciebat. & hoc, quia ad illa loca ad quæ ibant Apoſtoli non ibat Chriſtus, quia ideo mittebat eos, eo quòd non poterat ipſe ire ad omnem locum, & ſi deficeret fides alicui, ſic eunti, non poſſet facere miracula, quæ facere tentaret, & ſic eſſet ad ignominiam Chriſti; ideo nunquam taliter miſſi deficiebãt fide.

Tertio fuit, quia nunc erat multa turba congregata populi, & Scribarum, qui conquerebantur cum Apoſtolis, & iſti quia inuidebant Chriſto iudicabãt male de poteſtate eius; ideo voluit coram eis oſtẽdere poteſtatem ſuam, quę oſtenſio fuit deficientibus E Apoſtolis in fide: ideo tunc conueniens fuit potius q̃ aliàs permitti deficere Apoſtolos in fide.

Quomodo eſt verum quod dicit hic Chriſtus, quòd ſi habuerint fidem, vt granum ſinapis nihil erit impoſſibile eis. Et quomodo fides, quæ eſt virtus, & fides, quæ eſt donum multipliciter differunt. de quibus plura differuntur. Quid requirantur ad miracula facienda. & quòd ille qui petit confidenter nullo modo hæſitans, certiſſime obtinebit. Quæſt. CLXV.

QVAERETVR quomodo eſt verum quod dicit hic Chriſtus, quòd ſi habuerint fidem, vt granũ ſinapis, nihil erit impoſſibile, ſed transferrent mõtes;

 nam

nam videmus, quòd multi habent fidem, & tamen non possunt facere miracula aliqua, aliàs si non potens facere miracula non diceretur habere fidem esset absurdum, quia cum nunc rari, vel nulli faciant miracula, sequeretur, quòd nulli haberent fidem, & consequēter omnes essent infideles quod falsum est. Item sequeretur, quòd nemo potest saluari, nisi qui potest facere miracula: nam sine fide impossibile est placere Deo. ad Hebræ. vndecimo, & qui non credit iam iudicatus est, & qui habet fidem debet habere plenam fidem: nam siquis errat circa vnum articulum nullam fidem habet, sed hæreticus est, immo si dubitet circa fidem etiam si nullum articulum neget iam infidelis est. extra de hæretic. cap. dubius. scilicet, dubius in fide infidelis est. ergo ad hoc, quòd quis saluetur debet habere fidem plenam. & tamen qui habet fidem quantumcunque paruam, etiam sicut granum sinapis facere potest miracula. ergo quicunque fidem habet facere poterit miracula, & consequenter nemo poterit saluari nisi qui facere potest miracula. Sed falsum est, quia posse facere miracula est quidam status, & non pertinet ad omnes homines. ergo non videtur, quòd habens fidem possit facere miracula.

Dicendum, quòd quicunque habet fidem, quæ est donum potest facere miracula: habens tamen fidem, quæ est virtus, non oportet facere miracula. Pro quo sciendum, quòd multa differentia est inter ista. Fides enim, quæ est virtus est vna de tribus Theologicis habitibus. & ista est secundum quam fideles efficimur, & est principium omnium virtutū, & bonorū: nā accedentē ad Deū oportet credere. ad Hebræ. vndecimo, & ista est sine qua impossibile est placere Deo. Fides autem quæ est ad faciendum miracula est donum, & non ponitur virtus: vnde ponitur ab Apostolo inter dona gratis data prima Corint. duodecimo, diuisiones gratiarum &c. & sequitur: alij datur sermo scientiæ, alij sermo sapientiæ, alij fides in eodem spiritu. fides autem quę est virtus Theologica non vocatur proprie donum, large quippe potest vocari donum omnis virtus Theologica, quia sunt in nobis per infusionem, & ita sunt per diuinam collationem, & tamen non vocantur proprie dona, quia dona vocantur gratiæ gratis datæ, quæ secundum se non gratificant hominem Deo: charitas tamen per seipsam reddit hominem Deo gratum etiā nondum existente actu. sed solo habitu charitatis: ideo non vocatur ipsa donum, eo modo quo vocantur dona illæ gratiæ quas Apostolus ponit prima Corint. duodecimo. & tamen fides, vt est virtus Theologica est similis charitati, quia per actum fidei gratificamur ad Roma. decimo, corde creditur ad iustitiam, idest, ad iustificationem. non gratificamur autem per actus donorum, quæ sunt gratiæ gratis datæ: ideo fides, quæ est virtus Theologica non est de illis donis: ponit tamen Apostolus fidem, per quam fiunt miracula inter ipsa dona, scilicet, alij datur fides in eodem spiritu. ergo non sunt idem fides, quæ est virtus Theologica, & fides, quæ est donum. Secundo patet differentia, quia fides, quæ est virtus est ad credendum, quia eius actus est assentire: fides autem quæ est donum est ad miracula faciendum, & petita obtinendum: ideo non sunt idem. Tertio differunt, quia fides, quæ est virtus non habetur secūdum magis, & minus, sed quicunque fidem habet plene credit, & qui aliquid non credit non habet fidem vllam: vnde hæreticus circa vnum solum articulum non habet aliquid de fide, fidem autem quę est donum non habent omnes æqualiter, sed habetur per magis, & minus. quidam enim dicuntur habere

F magnam fidem, alij paruam. sic patet ex verbis Christi hic, & Lucæ decimoseptimo, si habueritis fidem sicut granum sinapis, idest, si habueritis fidem etiam minimam, quę comparatur grano sinapis. sic etiam dicitur prima ad Corint. decimotertio, si habuero omnem fidem ita vt montes transferam. & sic ponit habere omnem fidem, idest, totam, vel omnes gradus eius, sed ista non assignantur circa fidem qua credimus. Quarto differunt, quia fides, quæ est virtus postquam habetur non intenditur, neque remittitur, quia non posset hoc esse, nisi quis aliqua, quæ prius crediderat, cessaret credere, & tunc tota fides peribit, aut inciperet aliqua credere, quæ prius non credebat, & hoc non potest esse, nisi forte explicite, ita quòd aliquid ostenditur ei pertinere ad fidem G quod prius non ostensum fuerat: & ideo de nouo assentit, & tamen implicite non potest plura nunc credere, quàm prius, sed quando incœpit credere subiecit animum suum omnibus credibilibus, quæ catholicorum tenet assertio, & quæcunque de nouo a Deo fuerint reuelata. & ita id quod nunc sibi reuelatur iam credebat implicite: vnde actus fidei virtutis neque augetur, neque remittitur, fides autem quæ est donum intenditur, & remittitur, quia interdum habet quis fidem istam maiorem, & interdum minorem. Sic dicit Hilarius. Domino in monte morante, & discipulis cum turba residentibus quidam torpor eorum fidem relaxauerat. H Etiam per turbationes aduenientes passionaliter dicitur fides illa, quæ est ad miracula minui, vel tolli: nam ex eo, quòd isti turbati fuerant ex conquisitione scribarum, quæ iram faciebat, vel ex quadam inuidentia ad alios, qui fuerant cum Domino in monte, remissa fuit in eis fides, vt ostensum fuit supra, ita vt non possent miraculum facere quasi non habentes fidem, vel non talem habentes, quæ sufficeret. sed fides, quæ est virtus, qua creditur, non fuit in eis remissa, quia non desierunt credere aliquid circa Christum quod prius crederent: ideo non est eadem fides ista, & illa qua creditur. Quinto differunt, quia fides, quæ est donum I habetur post fidem, qua creditur, & potest fides credentis esse sine fide, quæ est donum. Patet, quia hic, & Lucæ decimoseptimo, dixit Christus Apostolis. si habueritis fidem, sicut granum sinapis dicetis monti huic transi, & transibit. & sic innuebat Christus, quòd discipuli nondum habebant illam talem fidem, & tamen certum est, quòd habebant fidem, qua credebant omnia, quæ Christus eis credere iusserat, & omnia, quæ ex veteri testamento credi iubebantur: ergo non est eadem vtraque fides, & patet etiam hoc, quia Christus dedit discipulis istam fidem, quando dedit eis potestatem faciendi miracula: nam non poterant facere discipuli miracula aliqua antequam Christus daret eis potestatem, quia aliàs frustra daret potestatem K Apostolis supra decimo, & Lucæ nono, & discipulis. Luc. 10. ergo non poterant prius facere miracula, & tamen quicunque habet fidem, vt granum sinapis, potest facere miracula. vt patet hic, & Lucæ decimoseptimo: ergo videtur, quòd antequam Christus daret discipulis potestatem faciendi miracula, non habebant fidem istam, quæ est donum. constat tamen quòd habebant fidem, quę est virtus Theologica, qua creditur: nam antequam conuerterētur ad ipsum fidem habebant cum manerent in lege Moysi: & post conuersi ad ipsum credebant id, quod ille credendum dicebat, quia aliàs essent omnes in graui peccato mortali, sicut infideles: ergo non est eadem vtraque fides.

Sexto

Sexto, quia in potestate nostra est habere virtutem A fidei, sed non est in potestate nostra habere fidem, quæ est donum. Primum patet, quia omnia, quæ sunt de necessitate salutis sunt in ptāte nr̄a, ga aliàs nō eēt in ptāte nr̄a facere illa p q̄ saluaremur, & ita damnaremur ex necessitate quod est absurdum: fides tamen primum est quod ad salutem requiritur, quia sine illa condemnabimur Marc. decimosexto, & qui non habuerit eam non poterit placere Deo ad Hebr. vndecimo: ergo in potestate nostra est habere fidem, qua creditur. & tamen fidem, quæ est donum non est in potestate nostra habere, quia tunc cum ille, qui habet hanc fidem possit facere aliqua miracula, esset in potestate nostra facere miracula. sed falsum est, quia multi vellent posse facere miracula etiam ad bo- B num finem, qui nunquam illa facere possunt. ergo non sunt idem.

Omnia q. sunt de necessitate salutis sunt in potestate nostra.

Item postquam quis habet fidem, qua creditur nunquam potest perdere illam nisi sponte volendo discredere: nam etiam per malos actus, neque perit, neque minuitur fides illa, cum in peccantibus grauiter maneat fides perfecta. & tamen postquam quis habet fidem, quæ est donum ad faciendum miracula, perdit illam etiam nolens siue per demerita siue sine demeritis, sic apparet nunc de Apostolis, quia habuerant fidem secundum quam poterant facere miracula concedente Christo supra decimo, & sæpe fecerant miracula Mar. sexto: & tamen nunc non habuerunt fidem, vt voluissent ipsi habere illam, vt possent facere miracula, & tamen non potuerunt. ergo C non est eadem cum fide, qua creditur. & ista est. 6. differentia earum, Causa autem est, quia fides, quæ est virtus, est necessaria ad salutem. & tamen si possemus perdere illam inuoluntarie condemnaremur inuoluntarie. fides autem, quæ est donum ad faciēdum miracula, non est de necessitate salutis: ideo non est inconueniens illam perire nobis nolentibus, & ita est de alijs donis siue gratijs gratis datis, quæ interdum sine demerito aliquo pereunt, sicut est de dono Prophetiæ: nam etiam si Propheta semper sit bonus & sanctus non potest semper retinere donum Prophetiæ quando voluerit, sicut patet quarto Regum D quarto, de Elisæo quando venit ante eum mulier Sunamitis, & cum procubuisset ad pedes Elisæi nesciebat ille ad quid illa venerat. nam dixit ad Giezi puerum suum dimitte eam, quia anima eius in amaritudine est, & Dominus celauit a me, neque indicauit mihi. & tamen Elisęus non demeruerat auferri sibi spiritum Prophetiæ, sed dat Deus illum quando vult, & tollit quando vult. Item patet, quod sit fides ista de donis, & non de virtutibus, quia quanto aliquis sanctior est, tanto habet de virtutibus in maiori gradu, vel actus plurium virtutum. & tamen non habet fidem maiorem ad faciendum miracula ille, qui sanctior est. ergo non est fides illa de virtutibus. Et patet, quia in sanctis fuerunt aliqui, qui peruenerunt ad maiorem gradum sanctitatis. & tamen miracula nulla, vel pauca fecerunt. alij vero sanctitate mino- E res miracula plurima faciebant. & tamen qui istam fidem maiorem habuerit, poterit facere maiora miracula. ergo non habet maiorem fidem, qui sanctior est, & sic non est ista fides virtus, sed donum.

Dicendū ergo q̄ nō sunt idem ista duo. fides enim qua creditur est virtus Theologica, & nihil aliud est, nisi habitus, quo assentimus credibilibus, credendo ita esse, sicut asserit Ecclesia Orthodoxa. fides autem, quæ est donum nominat confidentiam quandam, scilicet, aliquid quo certè, & sine hęsitatione aliqua confidimus, quòd fiet id quod petimus, vel optamus. vnde fides secunda addit ad primam, quia secunda coincidit aliquo modo cum actu spei quantum ad aliquid cum per eam confidamus aliquid futurum. Et differunt præter prędictos modos, quia fides, quæ est virtus consistit circa determinatos articulos, quos Ecclesia diffinit. fides ad faciendum miracula ponit confidentiam circa omne illud quod fieri desideremus, & petamus. & ista non sunt aliquid limitatum, sed secundum, quòd pro varietate temporum, & rerum diuersis hominibus varia petere in mentem venerit, quæ non sunt contra honestatem. Secundo differunt, quia fides prima est de quibusdam non factibilibus, sed per se entibus, vt Deum esse Trinum, & vnum, esse clementem, misericordem, & similibus, & de alijs, quæ licet factibilia fuerint, tamen per nos non facta sunt, neque factio illorum B ad nos attinet, vt creatum esse mundum, Christum esse natum, & passum, & futurum iudicium, & huiusmodi. Fides autem secundo modo de solis factibilibus est, quia est donū ad impetrandum miracula fieri, & oīa talia sunt factibilia, & quæ aliquo modo pertinēt ad nos. nam aliàs nō peteremus de rebus necessarijs, si peteremus fieri illa, quæ ad nos nihil attinent, neque quantum ad vtilitatem, neque quātum ad debitum volendi illa fieri. Tertio differunt, quia in actu addit multum fides, secunda ad primā. nam prima non dicit nisi assentire rebus credibilibus. secunda autem fides dicit assentire, & confidere. & hoc firmiter, & inconcusse tenere, vt patet siquis velit obtinere fieri curationem miraculosam alicuius C ęgri: ad fidem enim primam pertinet hic credere, quòd Deus possit hoc facere, & nihil vltra credere obligamur. & hoc credentes fideles dicimur, sed hoc non sufficit ad faciendum miraculum: requiritur enim quòd qui miraculum debet obtinere credat, quòd Deus potest agere: deinde, quòd confidat, quòd volet illud agere. tertio, quòd firmiter teneat, quòd eo petente faciat ita, quòd nulla hæsitatio occurrat in hoc: nam si aliquo modo hæsitet, scilicet, putans, quòd forte Deus nollet facere ipso petente nunquam obtinebit miraculum fieri. sic patet infra vigesimoprimo: amen dico vobis si habueritis fidem, & non hæsitaueritis non solum de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis tolle te, & iacta te in mari, fiet, & omnia quęcunque petieritis, in oratione credentes fient. sic etiam Iacobi primo, dicitur, siquis indiget sapientia petat a Deo, qui dat omnibus affluenter: postulet autem in fide nihil hæsitans, qui autem hæsitat similis est fluctui maris, qui a vento circumfertur. non æstimet autem homo ille, quòd accipiat aliquid a Deo, hoc est aliquid difficile nimis, quòd ita quis firmiter confidat in corde suo, quòd Deus rem illam faciet, quam ipse petit, quòd non erit aliqua variatio, sed certissime fiet quod petitur: nam etiam si velit homo tenere hanc confidentiam firmissimam non potest, quia labitur cor suum, & non potest sentire determinate huic rei quam videt in se esse indeterminatam nisi Deus moueat cor hominis ad hoc firmando illud in tali confidentia, & ita circa quasdam res habet homo faciliter confidentiam. circa alias autem etiam si vellet non potest. est enim hoc ex speciali motu cordis nostri a Deo: nam certum est, quòd quicunque habuerit talem fidem, idest, confidentiam super re quā petit, ita vt nullo modo hæsitet, obtinebit, & quia Deus vult, quòd in quibusdam rebus obtineamus dat nobis desiderium petendi, & confidentiam certissimam confidendi, & tunc obtinemus infallibiliter id quod petebamus: cum autem non dignatur p̄cedere q̄d̄ petim⁹, ēt si p̄cedat desideriū petēdi nō donat fiduciā obtinēdi, & tūc cū petam⁹ sine fide, ga hęsitam⁹

non obtinebimus.& ita fides, quæ eſt fiducia obtinendi eſt donum Dei, & dat eam cui vult, & quando vult, & alijs non. & ideo ille, qui interdum ſolebat confidenter petere, volens poſtea petere relaxatur animo ſuo, & deficit aliqualiter hęſitans, & tunc non hęſitat. ſic fuit nunc de Apoſtolis, qui ante hoc ſemper habebant firmam confidentiam, & ideo quidquid peterent obtinebant: nunc autem omnes infirmati ſunt mentibus ſuis, ita vt non peterent cum firmiſſima confidentia: ideo non obtinuerunt. Et interdum non mutatis neque minoratis meritis alicuius, qui confidenter ſemper petere ſolebat,non concurrit Deus poſtea cum illo, vt confideter petat, quia accidit, quòd petat aliquid quod Deus non dignatur concedere: & quia ſi confidenter petereturdaret illud Deus, cum nunquam mentiatur, non dat tunc confidentiam obtinendi, & ita non aſſequitur petens intentum. eſt ergo fides, quæ eſt virtus ad credendum in poteſtate noſtra, ſed fides, quæ eſt ad obtinendum non eſt in poteſtate noſtra, ſed ſicut nobis gratis a Deo donatur, qui interdum donat illam, & interdum non donat. & ſic verum manet, quòd quicunque habuerit fidem, ideſt,confidentiam iſtam in petendo obtinebit omnia iſta, etiam ſi velit tranſferre montes.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd intelligitur de fide, qua creditur: nam illam multi habent, & perfecte habent. & tamen miracula nulla facere poſſunt, quia non habent fidem, quæ eſt donum.

Ad ſecundum eodem modo dicendum, quòd fides per quam ſaluamur non eſt fides, quæ eſt donum, ideſt, confidentia obtinendi, quæ petimus, ſed eſt virtus Theologica, qua aſſentimus omnibus credibilibus. & hanc habent illi, qui ſaluantur, ſed etiam ſi illam perfecte habeant, non poſſunt facere miracula ſi non habeant aliam fidem, quæ eſt donum, ideſt, confidentia firmiter, & ineuitabiliter obtinendi.

Quare Chriſtus dixit ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis. Et quomodo in fide eſt accipere maius, & minus. vnde vna fides poteſt dici maior altera dupliciter.
Quæſt. CLXVI.

QVAERETVR, quare Chriſtus dixit ſi habueritis fidem, ſicut granum ſinapis.

Aliqui dicunt, quòd dicitur ad ſimilitudinem, ideſt, ſi habueritis fidem, quæ eſt, ſicut granum ſinapis: nam ſicut non cognoſcitur virtus ſinapis, niſi quando granum teritur, ita fides viri iuſti non cognoſcitur niſi in aduerſitate, qua teritur. Sic dicit Gregorius, granum quippe ſinapis niſi teratur nequaquam virtus eius cognoſcitur. ſic ſi virum ſanctum tritura perſecutionis opprimat, mox in feruorem virtutis vertitur quidquid in illo ante deſpicabile infimumque videbatur.

Alij dicunt, quòd quælibet fides comparatur grano ſinapis, quia ſicut illud eſt paruum quantitate, & tamen ex eo magna arbor naſcitur, ita vt ſub vmbra eius poſſint aues cœli habitare ſupra decimotertio capitulo, ſic licet ſit fides in ſe aliquid paruum, ſequuntur ex ea magni effectus, quia quidquid petitur cum fide obtinetur. Sic dicit Origenes: ideo omnis fides grano ſinapis comparatur quoniam cõtemnitur quidem fides ab hominibus, & modicum aliquid, & vile apparet, cum vero conſecutum fuerit ſemen huius terram bonam, ideſt, animam bonam,fit arbor magna. Sic etiam dicit Chryſoſtom. mentionem autem facit ſinapis, quia eius granum, & ſi ſit paruum quantitate, eſt tamen poteſtate virtuoſius omnibus, inſinuat igitur, quòd minimum ſuæ fidei magna poteſt.

Sed dicendum, quòd Chriſtus nominauit hic granum ſinapis propter paruitatem: nam granum ſinapis, vt ipſe Chriſtus dixit ſupra decimotertio, eſt minimum omnibus ſeminibus: ideo quando vult deſignare rem minimam nominat granum ſinapis, & ita hic vult oſtendere, quòd non ſolum fides magna poteſt impetrare petita, ſed etiam fides minima: dum tamen ſit fides impetrabit quidquid petierimus, etiam ſi petierimus montes transferri, & loquitur Chriſtus modo vulgari, vt intelligi poſſit. nam fides eſt aliquid pure ſpirituale: ipſa autem ſpiritualia non habent aliquam quantitatem magnitudinis, in qua communicet cum corporalibus. vnde fides neque eſt maior,neq; minor neq; æqualis grano ſinapis quod eſt alicuius quantitatis, fides autem nullius, ſed eſt quædam qualiſcunque ſimilitudo, ſcilicet, quia ſicut granum ſinapis in corporibus habentibus quantitatem eſt aliquid minimum, ita ſi accipiatur in fide id quod eſt minimum, dum tamen ſit fides ſufficiet illud ad obtinendum omnia petita.

Sed aliqui dicunt, quòd non ſit dare magnum, & paruum in fide, ſed eadem ſit tota fides, quia aliàs paruæ fidei competeret paruus effectus, & maiori maior. & tamen fidei, quæ eſt, vt granum ſinapis competit maximus effectus, ſcilicet, tranſferre montes. ergo non vocatur minima fides,quæ eſt, vt granum ſinapis. Patet, quia hic dicitur,quòd qui habet fidem, vt granum ſinapis,poteſt transferre montes. & tamen prima Corint. decimotertio: ponit Apoſtolus pro maximo miraculo transferre montes cum ait. ita vt montes transferam. Etiam dicit illum eſſe actum maximę fidei, ſcilicet, & ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam. ergo non eſt minima fides, quæ comparatur grano ſinapis. vel ſi illam vocem minimam, dicetur neceſſario, quòd ſit eadem fides minima, & maxima, & ita non erit accipere in fide maius, & minus, ſed omnis fides erit eadem fides. Sic etiam dicit Hieronymus. putant aliqui fidem grano ſinapis comparatam paruam dici: cum tamen Apoſtolus dicat ſi habuero tantam fidem, vt montes tranſferam. magna eſt ergo fides,quæ grano ſinapis comparatur.

Dicendum, quòd in fide eſt accipere maius, & minus eo modo, quo accipitur in ſpiritualibus perfectionibus. Et patet, quia Lucæ decimoſeptimo, dixerunt diſcipuli Chriſto: Domine adauge nobis fidẽ. & ille ait. ſi habueritis fidem, vt granum ſinapis dicetis huic arbori moro eradicare, & tranſplantare in mare, & obediet vobis: & ita ſignauit eſſe minimam fidem aliquam, quia aliàs non faceret ad propoſitum quæſtionis, ſed eſt intentio, quòd illi quærebant a Chriſto de fide augenda quaſi paucam fidem haberent. & Chriſtus ſignificauit, quòd non erat opus augeri fidem: nam qui petit fidem augeri iam fidem habet.& tñ fides etiam ſi ſit minima ſufficit ad quæcunque petita obtinenda. ergo non eſt opus augere eam. hoc oſtendit in exemplo: nam fides non poteſt cogitari minor, quàm granum ſinapis. ſicut in ſeminibus nullum eſt minus, ſupra decimotertio capitulo, ita in fide nihil erit minus quàm fides, quæ comparatur grano ſinapis, & tamen talis fides ſufficit ad eradicandum arbores, & tranſplantandum ſuper fluctus maris. ergo voluit fidem aliquam minorem eſſe alia. Item patet,

tet,quia 1.Corin.13.dicitur, & ſi habuero omnem fidem. ergo poſuit magnitudinem in fide cum aliqd ſit quod eſt omnis fides, & aliquid minus quàm omnis fides. Si ſuperuacuum eſſet dici. & ſi habuero omnem fidem, quia ſufficeret dici ſi habuero fidem: Etiam ſuperuacuum eſſet dici, ita vt montes transferam. nam ſic voluit deſignare aliquid magnũ ad quod perueniret fides, quia aliàs ſuperuacuum eſſet poni iſtud exemplum de transferendis montibus, aut aliquid aliud ſi omnis fides eſt æqualis,ſed ſufficiebat dici,& ſi habuero fidem.

Item manifeſtum eſt, quòd non repugnat confidentiæ,quæ eſt fides augeri. ergo aliquando inuenietur maior in vno q̃ in alio.Item Chriſtus dixit Chananęæ.mulier magna eſt fides tua ſupra 15.ergo contingit reperiri paruum,vel minus ſi magnum datur, quia aliàs non dixiſſet Chriſtus mulier magna eſt fides tua,ſed o mulier fidem habes. Item patet apertius, quia ſupra 8.cap.dixit Chriſtus de Centurione. amen dico vobis non inuent tantam fidem in Iſrael. ergo aliqua fides erat minor,quæ tamen erat fides.dici ergo neceſſe eſt,quòd ſit maius, & minus circa fidem, & tamen fides quantumcunque parua,ſi fides eſt ſufficit ad obtinendum omnia,quæ petuntur. Et ita Chryſoſt.ponit minimam fidem ſuper illo verbo Luc.17.ſi habueritis fidem, ſicut granum ſinapis dicetis huic arbori moro eradicare, &c. dicens quomodo Chriſtus dicit minimam partem fidei eam, quæ morum,vel montem potens eſt tranſponere,& ita duo colliguntur ex verbo Chryſoſtomi.primum, quòd ſit aliqua fides minor, & alia maior, & aliqua minima. ſecundum, quòd fides minima eſt quam Chriſtus deſignat per granum ſinapis.

Ad primum in contrarium cum dicitur, quòd ſi daretur maior, & minor fides competeret minimę fidei maximus effectus. Dici poteſt vno modo,quòd datur fides maior,& minor, & tamen quælibet fides quantumcunque parua ſi fides eſt, ſufficeret ad obtinendum quantaſcunque res magnas: nec tamen propter hoc tollitur quin fides magna ſit ad maiora: nam ſi maiora eſſent adhuc poſſet fides maior ad illa:etiam ſi non poſſet fides minor.

Item,quia dato,quòd duo habentes fidem inæqualem impetrent eandem rem, tamen habens fidem maiorem impetrabit illam facilius, alius vero cum maiori difficultate,& precibus,& tempore.

Item fides maior eſt, quæ difficilius perire poteſt, quorundam enim fides eſt ad aliquid impetrandum, ſi tamen parum impediantur deficiunt animo, & perit fides,& iam non poſſunt obtinere.aliorum autem fides tanta eſt, quòd etiam ſi impediantur aliquantulum non laxatur neque tepeſcit aut ceſſat feruor eorum,ſed inſtanter pulſant, & iſti obtinebunt.

Vnde poteſt vna fides dici maior altera dupliciter. vno modo,quia eſt ad maiora. aliqui enim ſunt,qui confidunt ſe impetrare poſſe parua, & illa, quæ conſueta ſunt. aliqui vero maiora, & quæ inſolita ſunt non confidunt, ſic patet ſupra octauo de fide Centurionis: nam Iudæi, qui bono animo ſe habebant ad Chriſtum confidebant, quòd ſi ipſe tangeret languentem, quòd ſanaret eum, & tamen ſi non tangeret non confidebant, quòd poſſet ſanare: erat enim fides illorum aliqua fides, & per illam obtinebant fieri miracula. ſiquis autem confideret, quòd etiam non tangendo poſſet ſanare languentes haberet maiorem fidem, & ita fuit de Centurione, qui ait:non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, ſed tantum diç verbo, & ſanabitur puer meus, & ideo dixit Chriſtus, non inueni tantam fidem in Iſrael eodem capitu.& ſic iſta erat maxima fides, ſcilicet,quantum ad magnitudinem rerum de quibus erat, & ita Iudęi confidebant, quòd poſſet Chriſtus ſanare languentes,ſed non confidebant, quòd poſſet mortuos ſuſcitare,vt patet Mar.quinto, & Luc.octauo,cum dixerunt ad Archiſynagogum nuncij,puella mortua eſt quid vexas magiſtrum?& ita fides illa ſufficiebat ad obtinendum a Chriſto curationem morborum,ſed alia erat maior fides quam iſti non habebant, ſcilicet, quòd poſſet ſuſcitare mortuos, & ad hanc hortatus eſt Chriſtus Archiſynagogum,dicens confide tantum, & ſalua erit, ideſt, habe fidem de hoc,quòd poſſim ſuſcitare eam:nam iam habebat fidem,quòd poſſet eam curare languentem.

Secundo modo eſt aliqua fides maior alia ardore, vel radicatione,vt licet ambę ſint circa eandem rem; tamen vna eſt ardens,& alia non,& tunc illa, quę eſt ardens eſt permanentior, & non impedietur aliqua aduerſitate, & talis licet ſit de re parua vocatur magna fides. ſic patet ſupra decimoquinto de Chananęa muliere,quę habuit fidem, quòd poſſet Chriſtus ſanare filiam eius arreptitiam,& res iſta non erat magna,quia quotidiana erat,& Iudæi hoc credebant; afferebantque multos arreptitios ad Chriſtum,& ſanabat eos, vocatur tamen fides magna mulieris huius. nam Chriſtus dixit,mulier magna eſt fides tua, hoc autem fuit, quia feruens erat, & radicata nimis, quia etiam ſi Chriſtus eam ſępe repelleret, & opprobrioſa verba diceret vocans eam canem, non ceſſauit petere, ſed conſtanter, & ardenter ſemper petebat quouſque obtinuit. Si autem non fuiſſet fides ardẽs, & radicata,licet confideret, quòd Chriſtus poſſet, & facere vellet,ad primam repulſam deſiſteret. verum eſt ergo vtrunque, ſcilicet, quòd maior fides eſt ad maiora, & etiam ad eandem rem erunt duæ fides inæquales,ſed maior perfectius ſe habebit, & tunc dicetur,quòd per fidem minimam,quæ eſt, vt granum ſinapis poterit quis transferre montem ſi ſit fides illa de trãsferendo montem, & tamen per fidem magnam quam Apoſtolus vocat omnem fidem poterit transferre montes facilius,ideſt, factis minoribus precibus aut preparatorijs.& etiã ſi occurrat aliquod impedimentum fides parua forte deficiet, magna autem erit perſeuerans,ſicut fides Chananęæ.

Aliter poteſt dici, quòd fides parua eſt ſemper ad minora quàm fides magna, & ad transferendum montes ſufficit fides parua, quia hoc de paruis rebus eſt reſpectu aliarum, quæ per fidem fieri poſſunt. Et quando dixit Apoſtolus,ita vt montes transferam.

Dicendum, quòd voluit ponere rem magnam, quæ eſſet quaſi difficillima ad fieri, cum dixit ita, vt montes transferam,& poſuit iſtam quãlibet in ſe nõ eſſet maxima:erat maxima in iudicio vulgarium, qui propter magnitudinem corporis putauerunt nihil difficilius eſſe quàm transferre montem. Sic dicit Chryſoſto.quæret aliquis.quomodo Chriſtus dixit minimam partem fidei eſſe, quæ morum,vel montem potens ſit tranſponere, cum Paulus dicat hanc eſſe omnem fidem, quę montes transfert. reſpondet. dicendum eſt, quòd Apoſtolus attribuit toti fidei montem tranſponere, non tamquam tota fides hoc ſolum poſſit, ſed quia hoc carnalibus magnum videbatur propter eminentiam corporis.

Ad ſecundum dicendum, quòd fides, quę montem transfert,ſi abſolute accipiatur magna eſt, quia magnum quid eſt transferre montem,& tamen comparata ad aliam fidem poteſt eſſe parua,quia alia fides eſt,quæ maiora poteſt,& quæ conſtantius illa poteſt etiam ſi maiora non poſſet,vt ſupra oſtenſum eſt.

Quare Christus dixit dicetis monti huic transi. Quæst. CLXVII.

QVAERETVR quare Christus dixit dicetis monti huic transi.

Aliqui dicunt, quòd accipitur mons pro diabolo, & illum possent transferre de obsesso si haberent fidem aliquam. Sic dicit Hiero. mõtis translatio non eius significatur quem oculis carnis aspicimus, sed illius qui a Domino translatus fuerat de Lunatico, qui per Propheram corrumpere dicitur omnem terram. Sic etiam dicit Glo. dicetis monti huic, scilicet, superbo diabolo transi hinc, idest, ab obsesso corpore in altum maris, idest, in profundum inferni, & transibit.

Sed hoc non multum conuenit. Primo, quia dixit montem, & tamen diabolus non vocatur mons nisi mystice, Christus autem loquitur hic literaliter, quia aliàs si pro libito nostro demus Scripturę sensum mysticum auferentes literalem, peribit tota certitudo literarum sacrę Scripturę. Secundo, quia dixit monti huic, & ita ostendit ad oculum, & tamen diabolus ostendi non poterat. si enim de diabolo loqui voluisset, vocasset eum montem, & non ostendisset. Tertio, quia iam eiectus fuerat dęmon ille, & non poterat amplius eijci: Christus tamen loquitur hic quasi mons ille, de quo dicit, non sit motus, sed moueri posset per fidem.

Alij dicunt, quòd intelligatur de monte per comparationem ad dęmonem Lunaticum, scilicet, quòd sicut ad transferendum montes requiritur omnis fides, ita ad eijciendum dæmonem Lunaticum requiritur tota virtus eius, qui illum eijcere vult. Sic dicit Origines. Sic autem magna est prędicta Lunatici infirmitas, & fortis ad curandum inter omnia mala, vt monti assimileturr, neque expellatur nisi per omnem fidem eius, qui passiones huiusmodi sanare voluerit.

Dicendum autem, quòd Christus vere loquitur de translatione montis materialis. Et patet primum, quia istud exemplum frequentat in alijs locis, vbi nil agitur de Lunatico aut dæmoniaco: nam infra vigesimoprimo dixit. amen dico vobis si habueritis fidē, & non hęsitaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed & si dixeritis monti huic tollete, & iacta te in mari fiet.

Item Apostolus 1. Corin. decimotertio, alludens verbis Christi cum loqueretur de fide ait. & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam. cum enim montes pluraliter dixit, apparet quòd de materialibus locutus sit. Secundo patet, quia dicitur dicetis monti huic, & sic videtur, quòd erant iuxta mõtem aliquem, & illum ostendit ad oculum. Tertio, quia Christus dixit eis hoc velut rem aliquam admirandam, quæ per fidem fieri potest, & quam illi facere possent si fidem haberent. non ergo loqueretur eis de rebus illis quas iam ipsi fecissent, quia illas non reputarent admirandas nimis, & tamen ipsi sępe dęmonia eiecerant Marc. sexto, & etiam discipuli septuagintaduo, qui erant minores eis, eijciebant dęmonia Luc. 10. ideo non loqueretur de eiectione dęmonium, sed de translatione montium. hoc enim nunquam fecerant Apostoli: ideo possent de illo admirari.

Christus hic de mõte sermonẽ fecit.

Dicendum autem, quòd dixit Christus de monte propter duo. Primo propter magnitudinem rei, qa licet alia sunt maiora secundum veritatem: tamen in oculis carnalium hominum, qui solum rerum magnitudines, & pondera considerant, videbatur hoc esse de maximis, & propter hoc cum iterum de hoc loqueretur infra 21. dixit de monte, & ita etiam Apostolus 1. Corin. 13. Sic dicit Chryso. vt dictum est prece. quæst. scilicet, Apostolus attribuit toti fidei montem transponere: non tamquam tota fides hoc solũ possit, sed quia hoc carnalibus magnum videbatur propter eminentiam corporis. Secundo fuit, quia Christus voluit dicere, quòd habenti fidem nihil erat impossibile, sed omnia obtineret, & ad hoc voluit ponere exemplum aliquod, vt postea subiungeret regulam generalem, & quia in conspectu eius erat mons, posuit exemplum de monte, & postea de cęteris generalem regulam tradidit. Hoc patet, quia dixit dicetis monti huic, & sic erat mons ille in conspectu, & subiunxit regulam dicens, & nihil impossibile erit vobis, sed infra 21. quia duo occurrerunt posuit exempla de duobus, & deinde regulam generalem. nam dixit si habueritis fidem, & non hęsitaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed etiam si dixeritis monti huic tolle, & iacta te in mare fiet, & hoc, qa simul incidit ibi sermo de ficulnea, quę prędens erat, & de monte apud quem erant, & subiunxit regulã dicens omnia quæcunque petieritis in oratione credentes accipietis. Si autem occurreret alia res prędens, & non mons, poneret exemplum de alia. sic patet Luc. 17. vbi cum iterum loqueretur de fide ait, si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro eradicare, & transplantare in mare, & obediet vobis. tunc enim non dixit de monte, quia forte non erat in terra montuosa, ita vt e propinquo montem aliquem haberet, sed habebat prędentem arborem morum, & de illa locutus est. Et patet, quia dixit dicetis huic arbori moro. ergo iuxta morum erant, & tamen non solum voluit Christus dare istud miraculum fidei, sed omnia. posuit autem istud, vt exemplum.

Cum dixit hic Christus dicetis huic monti transi, & transibit quando fuit factum hoc. Quæst. CLXVIII.

QVAERETVR cum dixit hic Christus dicetis huic monti transi, & transibit, quando factum est hoc. nam Apostoli non videntur tale miraculum fecisse aliquando.

Dici potest vno modo, quod Christus non prędixit, quòd hoc facturi erant, sed quòd facere poterant. exponuntur enim ista verba per posse, scilicet, dicetis monti huic, idest, dicere poteritis. & sic dicit Apostolus. & si habuero omnem fidem ita, vt montes transferam, idest, transferre possim. Et patet, quòd sic intelligere voluerit Christus: nam subiunxit, & nihil impossibile erit. & non dixit omnia facietis, sed nihil impossibile erit vobis. ergo sic intelligere voluit. dicetis monti transi, idest, si dixeritis, non erit vobis impossibile transferre montem.

Secundo modo potest dici, quòd Apostoli dicuntur transtulisse montes, quia licet non transtulerint realiter montes, fecerunt aliquid maius quàm transferre montes, & qui facit maius facit minus, cũ maius contineat minus saltem in virtute. Tertio potest dici, q̃ licet Apostoli non legantur transtulisse montes, forte transtulerunt eos, quia non sunt scripta omnia, quę illi fecerunt, cũ nec scripta fuerint oĩa, quę Christus fecit. Io. 20. nam alij minores Apostoli transtulisse credunt montes. a fortiori ergo Apostoli hoc facere possent. De his dicit Chry. si aũt dixeritis vbi Apostoli montẽ transtulerint? illud dicã, quia multa maiora fecerũt mortuos plurimos suscitantes. dñr aũt post Apostolos sancti quidã Apostolis minores montes necessitate imminẽte trãstulisse. Si aũt Apostlorũ tpe

montes

montes non sunt translati hoc nõ fuit, qa non potuerunt, sed qa noluerũt vtilitate non imminente, neque Dñs dixit, q̃ hoc essent facturi, sed q̃ hoc facere possent, probabile tñ est factum esse, sed scriptum non est: neque enim oĩa miracula, quæ fecerunt scripta sunt. Dicendum autem, q̃ siue fecerint, siue non fecerint quantum ad rem nihil differt. satis tñ est, q̃ Christus non dixit, q̃ facturi hoc essent, sed quòd esset eis possibile hoc facere, si haberent fidem.

Quomodo est verum quod hic dicitur hoc genus non eijcitur nisi in ieiunio, & in oratione. Quæst. CLXIX.

QVAERETVR quomodo est verum, q̃ hic dr̃, hoc genus non eijcitur nisi in ieiunio, & oratione. Aliqui dicunt, q̃ intelligitur de vitijs carnis, & spiritus. nam ieiunium comprimit, vitia carnis. oratio autem vitia spiritus. ita dicit Glo. hoc genus dęmoniorum, idest, ista carnalium voluptatum mutabilitas, non vincitur nisi spiritus oratione confirmetur, & caro per ieiunium maceretur. Sed dicendum, q̃ iste est sensus mysticus. nã non est ad propositum literæ quidquam de vitijs carnis, & mentis cum solum tangatur hic de dęmonibus eijciendis. Alij dicunt, q̃ Christus non dixit hoc de eiectione dæmonum, sed de modo quo nos resisteręmus tentationibus dæmonum, & etiam hominum, & hoc est propter orationem, & ieiunium. Sic dicit Rabanus, scilicet, dum docet Apostolos quomodo dęmon debeat expelli, omnes instituit ad vitam, vt. s. nouerimus grauiora quæque, vel immundorum spirituum, vel hoĩum tentamenta ieiunijs, & orationibus esse superanda, iram quoque Dñi hoc remedio singulari posse placari. Sed dicendum, q̃ ẽt hoc non est ad propositum, qa dixit hoc genus. ergo necesse est, q̃ demonstret aliquid quod est prędens. s. aliquid, de quo fiebat sermo, illud aũt est eiectio dæmonum. Dicendum autem, q̃ intelligitur de eiectione dęmonum, & ita tenet Chryso. & Origenes, & Remigius. Et tunc cum dicit ieiunium, & orationem dicunt qdam, q̃ non solum intelligitur pro istis duobus operibus spiritualibus, sed ieiunium dr̃ generale abstinere ab oĩbus vitijs carnis, oratio aũt intelligitur ẽt generalis. i. perseueratio in bonis operibus. Sic dicit Remigius ieiunium hic intelligitur generale quo non solũ abstinemus a cibis, sed & ab oĩbus illecebris carnalibus, & pc̃tõrum passionibus. Similiter oratio intelligenda est generalis, quæ in bonis operibus consistit, de qua dicit Apostolus sine intermissione orate. Sed dicendum, q̃ licet meliora sint talia ieiunia, & orationes quàm cum accipiuntur proprie, & specialiter, tñ accipienda sunt specialiter pro solo ieiunio, & oratione, quia aliàs cum per ieiunium, & orationem generalia intelligantur oĩa bona opera circa carnem, per orationem autem oĩa bona circa spiritum, non magis nominaret orationem, & ieiuniũ quàm alia opa, sed potius nominaret oĩa bona opera: ideo de ieiunio, & oratione specialiter accipitur. Sed tunc est dubium quomodo ieiunium, & oratio faciunt ad expellendum dæmones. Aliqui dicunt, q̃ prosunt ista inquantum repugnant dęmonibus specialiter. sic dicit Nicolaus hic. s. sciendum, q̃ sicut in diuersis rebus corporalibus administrant diuersi Angeli a Deo præparati, & diuersorum ordinum, sic & in diuersis tentationibus corporalibus, & temporalibus administrãdis diuersi dæmones habent specialem effectum, qa aliqui potissime tentant de diuitijs congregandis, aliqui de honoribus appetendis, vnde aliqui dicuntur spiritus luxurię, & aliqui spiritus superbiæ. iste autem dæmon habebat potissime potestatem tentandi de vitio carnis, quod potissime refrenatur per ieiunium, & orationem, & per consequens dęmon de talibus tentans per talia superatur.

Sed dicendum, q̃ non stat, quia ista ordinantur ad repellendum dęmonem ne prævaleat tentando, sed non ad eijciendum eum de obsesso corpore, & tamẽ Christus non loquebatur tunc discipulis quomodo resisterent dæmoni tentanti, sed quomodo eijcerent illum de obsessis. nam non potuerant eijcere dęmonem de arreptitio. Secundo, quia si loquitur de resistentia quantum ad tentationes ad nullum pertinebat nunc. non enim pertinebat ad Apostolos, quia illi neque vexabantur neque tentabantur a dęmone, de quo nunc dicitur, nec pertinebat ad arreptitium, quia ille non tentabatur ad praua committendum, sed realiter vexabatur elidendo eum in terram, & non dabatur nunc doctrina quomodo arreptitius resisteret tentationibus dęmonis. sed quomodo euaderet afflictiones ab illo illatas. Tertio, quia non concordat intentioni Christi. nam discipuli quæsierunt, quare nos non potuimus eijcere eum. s. tu eum eiecisti, & nos non potuimus, cur ergo nos non potuimus, & Christus respondit ad hoc dicens hoc genus dęmoniorũ non eijcitur &c. ergo non loquitur de repellendo dęmonem tentantem, sed de eijciendo de corpore. Quarto, quia litera hoc exprimit. s. hoc genus non eijcitur, sed eijcere significat expellere de corpore obsesso, & non resistere tentationi, quia tunc diceretur hoc genus non superatur. non est ergo ad propositũ. Quinto, quia dato, quòd intelligeretur, quòd ex eo, q̃ iste dęmon erat de tentantibus ad libidinem, & ideo non posset eijci de corpore nisi per ieiunium, & orationem, tunc sequeretur, q̃ circa alios dęmones, qui tentant de alijs vitijs non posset quis eijcere aliquem nisi vtendo remedio oppositio. & tamen omnes dęmones, qui sunt inter nos, & vexant nos relicti sunt ad tẽtationem, & tentant specialiter de aliquibus vitijs: ideo non posset expelli aliquis dęmon de corpore nisi facta aliqua cęremonia boni operis oppositi ad vitium illud, de quo tentat dęmon, & tamen multa dęmonia eiecerant Apostoli, & discipuli Marc. 10. & Luc. 6. & non vtebantur cęremonia aliqua, sed solum inuocabant nomen Iesu: ideo non est verum, quòd ex hoc, quòd iste dęmon tentabat ad libidinem, oporteret præcedere ieiunium, & orationem. Sexto, quia per hoc, quòd Christus dixit hoc genus non eijcitur nisi in ieiunio, & oratione, dedit doctrinam excludendi dęmones. si tamen intelligeretur de dęmonibus tentantibus ad libidinem, qui indigebant oratione, & ieiunio, vt expellerentur, non esset doctrina, quia tunc oporteret, quòd discipuli scirent prius an illi dęmones, qui vexabant arreptios essent de tentantibus ad libidinem, vel ad alia vitia. hoc tamen scire non poterant: ideo non erat doctrina aliqua, quia erat de re occulta. & tamen Christus tradidit hoc tamquam doctrinam: ergo non intelligitur, quòd erat dęmon iste tentans ad libidinem, & quòd tales dęmones non possent eijci nisi per ieiunium, & orationem.

Dicendum ergo, quòd intelligitur, quòd isti dęmones de quibus infra dicetur qualis erat iste, de quo dicitur, non eijciuntur nisi ieiunio, & oratione, idest, nisi eijcientes vacent primo ieiunio, & orationi, & tunc illos eijcere poterunt, & in hoc ostendit quomodo non potuerant Apostoli eijcere dęmonem, nam ipsi solum iusserunt dęmoni, quòd exiret in nomine Christi, sicut soliti erant, non præmiserunt autem orationem aliquam neque ieiunium: ideo non potuerunt eijcere illum, & istam simul ponit Christus in hoc causam, quare nunc non potuerunt dę-

monem

monem eijcere, & dedit doctrinam ad eijciendum de cętero, & iste est verus sensus. Sic dicit Orige. si ergo oportuerit nos aliquando circa curationem tale aliquid patientium permanere, non adiuremus neque interrogemus, neque loquamur, quasi audienti spiritui immundo, sed abigamus ieiunijs, & orationibus nostris spiritus malignos: ista autem oratio debet esse in curante. si autem curandus etiam ieiunauerit vtilius est. Sic dicit Theophi. oportet ieiunare eum, qui curari debet, & eum, qui curat. sic enim vera oratio perficitur cum coniungitur orationi ieiunium, & tamen accipiendum est, quòd ieiunium ex parte curandi non sit simpliciter necessarium, sed ex parte curantis.

Quomodo est verum, quòd non potuerunt Apostoli eijcere dæmonem, cum non ieiunauerint neque orauerint, cum nec hoc Christus fecerit illum eijciendo.
Quæst. CLXX.

SED quæretur quomodo consonat hoc veritati, quòd non potuerint Apostoli eijcere dęmonem, quia non eijcitur nisi in ieiunio, & oratione? nam tunc esset argumentum contra Christum quomodo eiecerit eum, quia ipse nihil horum faciebat. Ad hoc præsupponendum est primo, quòd Apostoli non ieiunabant neque orabant nunc, ita ꝓ si dęmon non posset eijci nisi oratione, & ieiunio nō possent eum expellere. De ieiunio patet, quia Apostoli non tenebant vitam austeram, vel magni ieiunij, sed vitam mediocrem, & potius erant comedentes quàm ieiunantes, & semper tenuerunt vitam istā quandiu fuerunt cum Christo. sic patet supra 9. cum dixerunt Pharisęi, & discipuli Ioannis, quare discipuli tui non ieiunant, sed edunt, & bibunt? & Christus ait, non possunt filij sponsi ieiunare quandiu cum eis sponsus est. veniet autem dies quando auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. nunc ergo cum nondum esset ablatus sponsus, non ieiunabant.

De oratione dicendum, quòd etiam non vacabant Apostoli magnis orationibus iuxta consuetudinem aliorum tenentium vitam religiosam, & differentem a populo, sed orabant aliquando, sicut laici. vnde etiā Pharisæi accusauerunt discipulos Christi, ꝓ non orarent. s. ꝓ parum orarent, vel quasi nihil in respectu adtenentes vitam differētem a laicali. nam dicitur Luc. 5. quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obiecrationes faciunt, tui autem discipuli non? & dato, quòd aliquando orarent, tamen nunc saltem quando eijcere voluerunt hunc dęmonem non orauerunt super hac re, neque ieiunauerunt, vt exaudiri mererentur. De Christo autem dicendum vno modo, quòd non posset obijci contra eum hoc, sed quòd ipse orauerat. nam nunc quando descendit de monte veniebat de orando, quia venit de loco, in quo transfiguratus est, & tamen vbi transfiguratus est orauit, quia antequam transfiguraretur orabat, & dum oraret transfiguratus est. Luc. 9. s. facta est dum oraret species vultus eius altera, & vestitus eius albus refulgens, & tunc ad orandum ibat. nam dicitur ibi ascendit in montem, vt oraret. Etiam quia dato, quòd tunc nō orasset, neque iuisset ad orandum, discipuli non possent obijcere quòd ipse non orauerat, quia putabant eum venire de oratione: erat enim consuetudo Christi, quòd sępe separaretur a discipulis, & manerer solus orans. sicut Io. 6. quando ascendit in montem orare solus, & mansit ibi vsque ad quartam vigiliam noctis, quando venit ad discipulos laborantes in nauigando eodem cap. & supra 14. & Marc. 6. & iterum ascēdit in montem, & iterum mansit in monte, & mā-

sit tota nocte solus, & cum esset aurora venit ad discipulos suos. Luc. 6. cap. & ita nunc putauerunt eum iuxta consuetudinem suam venisse de oratione.

De ieiunio dicendum, quòd Christus quando manebat cum discipulis, habebat vitam communem, ꝗa non ieiunabat ipse plusquam illi. & ideo dicebatur ipse manducans, & bibens, sic enim vocauit seipsum supra 11. venit filius hominis manducans, & bibens, & ob hoc Pharisæis erat occasio calumniandi contra eum, & vocabant ipsum voracem, & potatorem, scilicet, dicunt ecce homo vorax, & potator vini, & publicanorum socius, & amicus. nunc tamen forte ieiunauerat manens in monte, quia non erat opus multis diebus ieiunare ad eijciendum dęmonem illum: ideo non poterant Apostoli obijcere ei, quòd ipse eijceret dęmonium non orans neque ieiunans.

Secundo poterat dici, & melius, quòd non poterit Christo obijci, licet nunquam ieiunaret aut oraret, quia ista doctrina est eorum, qui potestatem non habent a se, sed recipiunt eam ab altero, & ad hoc oportet, quòd se disponant. qui autem in seipso potens est non recipiens ab aliquo extraneo non eget ieiunio, & oratione, aut aliqua dispositione. Christus autem Deus erat, & qui discipulis, & Apostolis dederat potestatem faciendi miracula quæcunque, & specialiter eijciendi dęmones: ideo ipse dispositione non indigebat, neque aliquis de Apostolis hoc ei opponeret, & ita neque apparet fuisse oppositum.

Quomodo stat, quòd non posset eijci hoc genus nisi in ieiunio, & oratione, cum per fidem omnia miracula fieri possint. Et quòd fides per quam fiunt miracula est donum Dei gratis datum, & non est in potestate nostra tenere illam nec ne.
Quæst. CLXXI.

QVAERVNT quomodo stat, quòd non posset eijci hoc genus nisi in ieiunio, & oratione, quia per fidem possunt fieri omnia miracula. Item non stat hoc cum litera precedenti. nam quando quæsierunt discipuli, quare nos non potuimus eijcere eum? dixit Christus propter incredulitatem vestram. ergo si habuissent fidem potuissent eijcere, & ita dato, ꝓ non orarēt neque ieiunarēt, si fidē haberent possent eijcere dęmonem. Aliquis dicet, ꝓ circa alia miracula est hoc verum, sed non circa eiectionem dęmoniorum istorū, & iō ipse cialiter dixit, hoc genus non eijcitur nisi in ieiunio.

Sed non stat. Primo, quia ponitur in litera regula generalis. s. si habueritis fidem, sicut granum sinapis dicetis monti huic transi, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. ergo non erit impossibile eijcere dęmones habita fide. & idem dicitur infra 21. omnia quæcunque petieritis, in oratione credentes accipietis. Secundo, & efficacius, quia dato, ꝓ esset speciale in eiectione istorum dęmonum, ꝓ esset necessarium ieiunium, & oratio, non esset vera nec ad propositū rñsio Christi. s. in litera. nam qñ quæsierunt Apostoli, quare non potuimus nos eijcere eum? dixit Christus ꝑꝑ infidelitatem vestram, & tamen si specialiter erat necessaria oratio, & ieiunium ad hos dęmones eijciendos, etiam si haberent fidem, non eijcerent illos, non ergo fuerat eis impossibile eijcere illum ꝑꝑ infidelitatem, sed ꝑꝑ non ieiunare, & orare. Item foret tunc superuacuum quod addidit, si habueritis fidem, sicut granum sinapis: nam Christus dixit. hęc, ꝑ ter casum istū. ergo necesse est, ꝓ applicentur magis isti casui q̄ alicui alteri, & dato, ꝓ nulli alteri conuenirent, saltem isti casui conuenirent. Dicendum, ꝓ verum est, ꝓ habens fidem oīa potest, & ꝓ potest eijcere dęmones istos, & tñ nemo potest dæmones istos

eijcere

eijcere nisi in ieiunio, & oratione. Pro quo sciendū, quòd ista regula est vera generaliter neque habet exceptionem, quòd habens fidem potest omnia, & infallibiliter quidquid petiuerit obtinebit, & tamen non poterit habere fidem circa eiectionem horum dæmonum ille, qui non orauerit, & ieiunauerit. hoc autem est, quia fides per quam miracula fieri obtinemus, est donum Dei gratis datum, & non est in potestate nostra tenere illam aut non, sed circa quædam vult homo habere fidem, & relaxatur cor eius, & deficit ita, vt non teneat firmam confidentiam. vt ostensum est supra, cum ergo det Deus fidem istam homini quando vult, & quomodo vult, dat eam facilius circa quasdam res quàm circa alias, & circa difficiliora, non dat ita faciliter. vnde circa ea, quæ ipse maiora videri vult, non dat, ita faciliter fidem, vt non sit ita facile homini impetrare illa. sic autem est de eiectione istorum dæmoniorum, quia aliquid magnum reputatur: ideo non dat fidem homini ad obtinendum eiectonem istorum, nisi disposuerit se ad obtinendum istud donum per ieiunium, & orationem, & ita ieiunium, & oratio faciunt ad eiectionem horum dęmonum. est ergo ordo in his, quòd per ieiunium, & orationem non eijciuntur dæmones, neque obtinetur a Deo eiectio illorum, sed obtinetur fides, & per fidem postea orando obtinetur illico eiectio dæmonum, & ita fides eijcit dæmones, & manet regula generalis, quòd credens omnia potest, idest, confidenter petens. vnde si posset esse, quòd aliquis sine ieiunio, & oratione haberet fidem circa expulsionem istorum dæmonum, expelleret eos non ieiunando neque orando, & tamen nunquam habebit fidem circa hoc, qui non orauerit, & ieiunauerit, quia fides datur a Deo, & ipse non vult dare illam non oranti, & ieiunanti. Et ita stat conuenienter, responsio Christi: nam cum dixerunt quare nos non potuimus eijcere illum? dixit propter incredulitatem vestram. nam verum est, quòd causa immediata, & propria immo sola hæc est, quòd non habuerint fidem. ideo posuit regulam generalem conuenienter, quia quidquid peterent si haberent fidem possent facere, & quia istam fidem non poterant habere sine dispositione orationis, & ieiunij, & ipsi non ieiunauerant, neque orauerant nunc pro eiectione dæmonis, non habuerunt fidem, & ita non potuerunt eijcere illum, & ob hoc conuenienter posuit secundo loco, hoc genus non eijcitur nisi in oratione, & ieiunio, idest, ideo non potuistis habere fidem, quia non ieiunastis neque orastis. Si autem causa immediata non eijciendi dæmonem fuisset non ieiunare, & non orare, hanc posuisset primo. tenuit ergo Christus artificiosissimam, & conuenientem orationem respondendi.

Et iuxta hoc patet responsio ad duo in contrarium: ad primum conceden dum verum esse, quòd per fidem fiant omnia miracula, & ideo quia illam non habuerunt nunc Apostoli, non potuerunt eijcere dæmonem, & tamen ideo fidem habere non potuerunt, quia non ieiunauerunt, neque orauerunt.

Ad secundum concedendum, quòd si fidem haberent non orando neque ieiunando eiecissent dæmonem, & tamen non poterant habere fidem sine ieiunio, & oratione propter causam dictam.

Quare Christus dixit hoc genus non potest eijci, & quod genus sit istud. Et modus exponitur quo dæmones in homines sæuiunt. Et quæ difficultas sit aliquando in quibusdam dæmonibus eijciendis, quorum potestate sub cœlo nulli est maior. Et quòd mutorum spirituum expulsio de corporibus putabatur apud Iudæos maximum miraculum.
Quæst. CLXXII.

QVAERETVR, quare Christus dixit hoc genus non potest eijci &c. nam significat, ꝓ non erat necessaria oratio, & ieiunium ad omnia miracula facienda, sed ad hoc genus est dubium quod genus sit istud.

Aliqui dicunt, ꝓ intelligitur de genere delectabilium in vitijs carnalibus, vt dicit Glo. hoc genus, idest, ista carnalium voluptatum mutabilitas non vincitur nisi spiritus oratione confirmetur, & caro per ieiunium maceretur. Sed dicendum, ꝓ ista expositio est mystica, & non est ad propositum literæ, cum Christus non loquatur hic de hoc, vt dictum est supra quæ. 168. Dicendum autem, ꝓ non intelligitur nisi de dęmonibus, & verum est, ꝓ litera non exprimit hic cum solum dicat hoc genus non eijcitur. & etiam Mar. 9. non exprimitur, quia solum dicitur hoc genus in nullo potest exire nisi in ieiunio, & oratione, est tñ intelligendum necessario de dęmonibus. Primo, ꝗa Christus non tetigit. s. nisi de dęmonibus, & de hoc fuerat quæstio: ideo necesse est de hoc intelligere totam literam. Secundo, ꝗa dr̄ hoc genus non eijcitur. & ita oportet intelligi de aliquo quod sit intra hominē, & eijci debeat. hoc autem competit dæmonibus, qui intrant in corpus hominis, & magis exprimitur Mar. 9. sed hoc genus in nullo exire potest.

Sed tunc dicunt aliqui, ꝓ intelligitur de omnibus dæmonibus, ꝓ non possunt eijci nisi in ieiunio. Sic dicit Chryso. s. hoc genus dęmonum &c. quod dicit nō solum de genere Lunaticorum, sed de vniuerso genere dęmonū. Sic ēt dicit Theophi. hoc genus. s. Lunaticorū, vel simpliciter oīum dęmoniorū genus. Sed dicendum, ꝓ non stat. necesse est. n. accipi de aliquo mō speciali dęmonū. Primo, ꝗa Christus dixit hoc genus. i. hoc genus dęmoniorū. ergo de certo mō dæmoniorum, & nō de oībus loquebatur, ꝗa alias non diceret hoc genus, sed diceret dęmones nō eijciunt. Secundo, & efficacius, quia discipuli, & Apostoli ante hoc multos dęmones eiecerant Mar. 6. & Luc. 10. & tñ tunc non ieiunabant, sicut nec nunc, ꝗa quandiu cum Christo fuerunt non ieiunabant. s. 9. c. & vt dictū est præcedenti. q. nec orabant, ꝗa adhuc erant rudes, & imperfecti, & tamen dęmones non resistebāt eis, sed inuocato nomine Christi statim subijciebantur dęmonia Luc. 10. ergo ad eiectionem illorum non erat necessarium ieiunium neque oratio. ergo non est verum, ꝓ requireretur ieiunium, & oratio ad eijciendum alios dęmones, & tñ ad eijciendum genus istud requirebatur ieiunium, & oratio. ergo non intelligitur de omnibus dęmonibus.

Sed est dicendum, ꝓ intelligitur de solis dęmonibus, qui torquent Lunaticos, & hoc consonat literæ, ꝗa dixerat pater pueri, ꝓ filius suus erat Lunaticus, & iō de genere dęmonū Lunaticorum intelligendum est. Sed tunc est dubium quare in quibusdam dęmonibus eijciendis requirat̄ oratio, & ieiunium, in alijs non. Dicit Nicolaus super Mar. 9. c. dęmones nō sunt ęquales in virtute naturali, & ideo difficilius est expelli vnum q̄ alium, & ideo ad expulsionem istius requirebatur in expellente subiectio carnis ad spiritum, quæ fit per ieiunium, & magna eleuatio mentis in Deum, quę fit per orationem, talia autem nondum erant in Apostolis: ideo nō poterāt expellere istū dęmonem.

Sed

Sed dicendum, ꝙ non ſtat, quia ſi difficultas eijciẽ-
di dæmones eſſet iuxta inæqualitatem virtutis natura-
lis eorum, agerent dęmones in corporibus obſeſſis
iuxta poteſtatem naturalem. ſed falſum eſt, quia cum
non ſit poteſtas ſub cęlo, quæ comparetur ei. Iob. 41.
ſi permitteretur dęmon agere totum quod poteſt ſu-
bito occideret omnes homines. Item patet, ꝙ in iſto
arreptitio non permittebatur dęmon agere totum
quod poterat: nam ſæpe deijciebat eum in ignem, &
aquam ad occidendum eum, & tñ nunquam occidit
eum, quia Deus non permittebat. Sic dicit Chry. con-
ſiderandum, ꝙ niſi prouidentia hic homo fuiſſet po-
titus olim periſſet. dęmõ enim qui ipſum in ignem,
& in aquam mittebat interfeciſſet eum omnino niſi
Deus eum refrenaſſet. ergo cum non agant dęmo-
nes in corporibus obſeſſis iuxta magnitudinem vir-
tutum ſuarum naturalium, poterit eſſe, ꝙ aliquis dę-
mon minoris poteſtatis permittatur magis dominari
corpori obſeſſo, & ita difficilius erit talem inde eijci
q̃ eum, qui magnę virtutis naturalis eſt. Et iſte eſt vere
modus quo dęmones ſæuiunt in hoĩem: tantum. n.
poſſunt vexare, & permanere quantum permittunt.
Sic patet in ſathan cui Deus dixit de Iob, ecce vniuer
ſa, quæ habet in manu tua ſunt, tantum in eum ne ex-
tendas manum tuam. Iob. 1. & ita pro tunc non po-
tuit ſathan plus nocere Iob q̃ Deus dixiſſet. ſ. in oĩbus
exterioribus, ipſum autem tangere nõ potuit. Iterum
aũt cum concitaret ſathan Deum ꝗ Iob, dixit Deus,
ecce in manu tua eſt, verum tñ animam eius ſerua
Iob. 2. & ita ſathan percuſſit tunc Iob vulnere peſſi-
mo a planta pedis vſque ad verticem, & tñ non po-
tuit eum occidere. non eſt ergo verum, ꝙ dęmon, qui
eſt maioris virtutis naturaliter ſit difficilior ad expel-
lendum, ſed ille cui maior poteſtas traditur ſuper ob-
ſeſſum. Item ſi intelligeretur de dęmonibus talibus,
ꝙ neceſſaria eſſent oratio, & ieiunium ad eijciendum
eos, eſſet tunc ſenſus literæ, hoc genus. ſ. dęmones, qui
potentiores ſunt, non poſſunt eijci &c. & tunc non
eſſet conueniẽs doctrina, quia erat aliquid incertum.
nam cũ quis arripitur a dęmone, nemo ſcire põt de
illo dæmone an ſit de potentioribus, vel de minoribꝫ
niſi per reuelationem, cum non ſint aliqua ſigna ad
hoc cognoſcendum. nam multum vexare, vel parum
non eſt certum ſignum, ꝙ ſit dęmon potens, vel in-
firmus, cum poteſtas cuiuslibet dęmonis ẽt minimi,
quaſi improportionaliter excedat poteſtatem oĩum
hoĩum, quia non eſt poteſtas ſub cœlo, quę compa-
retur ei Iob. 41. & tñ Chriſtus dedit iſtam doctrinam
tamquam certam, quia aliàs eſſet inutilis: ideo neceſ-
ſe eſt intelligi de aliquo genere dęmonum, quos dę-
mones facile ſit cuilibet cognoſcere.

Dicendum igitur, ꝙ intelligitur de dęmonibus
Lunaticis: nam dęmon iſtę Lunaticus erat, cum arre-
ptitius dicatur Lunaticus. ſ. in litera, & de iſtis eſt ve-
rum, ꝙ licet cęteri dęmones poſſent eijci inuocato
ſolo nomine Chriſti, iſti non poterant eijci niſi præ-
miſſa oratione, & ieiunio. Apoſtoli aũt ante hoc mul-
tos dęmones eiecerant, nemo tamen erat Lunaticus:
ideo inuocato ſolo nomine Chriſti eijciebant, & ne-
mo eis reſiſtit. iſte autem fuit primus, qui reſiſtit eis: iõ
admirati ſunt, ꝙ non potuerint eijcere eum, & pro-
pter hoc tradidit nunc Chriſtus doctrinam eis ad eij-
ciendum dęmones. ſ. ꝙ ſi quando occurreret eis, ꝙ
aliquem dęmonem Lunaticum eijcere vellent, ieiu-
narent prius, & orarent, & tunc inuocato nomine
Chriſti eijcere poſſent eum. Et ita etiam nos facere
debemus, ſic dicit Origenes; ſi aliquando oportuerit
nos circa curationem tale aliquid patientium perma-
nere, non adiuremus neque interrogemus, neque lo-
quamur quaſi audienti ſpiritui immundo, ſed abiga-

F mus ieiunijs, & orationibus noſtris ſpiritus malignos
Cauſa autem huius erat, quia dęmones Lunatici acci-
piunt maiorem poteſtatem in corpore obſeſſo, & re-
putatur maius miraculum eiectio illius, & ideo vole-
bat Deus maiorem diſpoſitionem ex parte eijcientis.
Patet primum: nam ſpiritus Lunatici ſunt muti, &
ſurdi. reddunt enim mutum interdum eum, qui arri-
pitur, & ſurdum, vel ſaltem ipſi nõ cogunt loqui arre
ptitios. Et patet, ꝗa cum Mattheus dixit hic, ꝙ dixerit
pater filius meus Lunaticus eſt, dĩ Mar. 9. attuli ad te
filium meum habentem ſpiritum mutum, & poſtea
Chriſtus dixit eod. c. ſurde, & mute ſpiritus ego præ-
cipio tibi exi ab eo. & iſti ſpiritus Lunatici grauius tor
quent. Quod patet de iſto: nam vbicunque inuenie-
bat puerum allidebat eum eod. cap. & ſępe mittebat
G in ignem, & ſępe in aquas deijciebat. ſ. in litera. Secun
dum patet, quia apud Iudęos reputabatur maximum
miraculum eijcere de corpore obſeſſo ſpiritum mu-
tum. vt patet. ſ. 9. obtulerunt ei hominem mutum dę
monium habentem, & eiecto dęmone locutus eſt
mutus, & miratæ ſunt turbę dicentes nunquam appa-
ruit ſic in Iſrael. Et iterum cum eieciſſet aliud ſimile
dæmonium, putauerunt ipſum propter hoc eſſe Meſ
ſiam. ſupra 12. ca. ſ. tunc oblatus eſt ei dęmonium ha-
bens cęcus, & mutus, & curauit eum ita, vt loquere-
tur, & videret, & ſtupebant omnes turbę, & dicebant,
nunquid hic eſt filius Dauid? id eſt, Meſſias, & tamen
multos alios dęmones eijciebat, & non mirabantur
H ſic turbę, quia non erant dęmonia muta. De maximis
ergo miraculis Chriſti reputabatur iſtud potius, quã
ſuſcitare mortuos: nam de alijs miraculis non dice-
bant nunquam apparuit ſic in Iſrael. dęmones autem
muti erant Lunatici, & ſic eijcere dęmones Lunati-
cos de quibus nunc Chriſtus dicebat, reputabatur
apud Iudęos inter maxima miracula, & ob hoc Chri
ſtus voluit, quòd nemo poſſet eijcere dęmones tales,
niſi premiſſa oratione, & ieiunio: nam alias non da-
bat fidem ad eijciendum, & non poterat impetrare
eiectionem a Deo volens eijcere: in cęteris autem da
bat cito fidem, & impetrabat volens eijcere ſpiritum.
Et iſta forte fuit vna de cauſis quare Chriſtus voluit,
quòd diſcipuli deficerent coram turba in iſto mira-
I culo, quia licet iſtud ſecundum veritatem non eſſet
maximum miraculum, reputabatur tamen tamquã
maximum apud Iudæos, & de illo ſumme admirabã-
tur, vt dictum eſt. ne ergo putarent Apoſtolos eſſe
æquales Chriſto, & per hoc non crederent recepiſſe
poteſtatem ab illo, voluit illis deficientibus in eo ipſe
illud imperiose agere.

*Quare potius oratio, & ieiunium quàm aliquid aliud erat ne-
ceſſarium ad dæmones Lunaticos eijciendos. Et quod nulla
opera bona apud Iudæos iudicabantur meliora oratione, &
ieiunio, quod vtique requiritur ad bene orandum cum nihil
ſic eleuat hominem in Deum, ſicut oratio. Qõ. CLXXIII.*

K QVAERETVR cum aliqua diſpoſitio eſſet
neceſſaria ad eijciendum dęmones Lunaticos, quare potius oratio, & ieiuniũ quàm
aliquid aliud.

Aliqui dicunt, quòd hoc eſt, quia ad repellendas
tentationes carnis iſta duo proficiũt. ſicut dicit Glo.
hoc genus, id eſt, iſta carnalium voluptatum mutabi-
litas non vincitur niſi ſpiritus oratione confirmetur,
& caro per ieiunium maceretur. Sed hoc non eſt ad
propoſitũm, quia hic non agitur de reiectione vitio-
rum, ſed de dęmonum expulſione.

Alij dicunt, quòd iſta duo requirebantur, quia iſte
dęmon, qui eijciendus erat, pertinebat ad libidinem,
quia officium eius erat tentare de pertinentibus ad
carnem,

carnem, & ideo iſta quibus tolluntur tentationes car-
nis erant conuenientia, ſic dicit Nicolaus. Sed dicẽdũ,
ꝙ non ſtat: nam non agitur hic quõ reſiſteretur ten-
tationibus immiſſis ab illo dæmone, ſed quomodo
Apoſtoli eijcerent illum de corpore pueri obſeſſi: nã
dęmon ille neque tentabat puerum ad libidinem ne-
que Apoſtolos, ſed vexabat puerum corporaliter eũ
in ignę deijciens, & in aquam. Dicendum, ꝙ erat ne-
ceſſaria oratio, & ieiunium eo, ꝙ debebat eſſe valde
bene diſpoſitus ad Deum ille, qui eiecturus eſſet dę-
monem Lunaticum, & hoc erat per opera bona. &
tñ nulla opera iudicabantur meliora apud Iudæos q̃
oratio, & ieiunium, cum iſta frequentarent illi, qui
tenebant vitam religioſam; ideo iſta voluit Chriſtus
eſſe neceſſaria. Patet hoc, quia Phariſæi, & diſcipuli B
Ioannis, qui apud Iudęos erant famoſiores in excel-
lentia vitę, frequentabant iſta duo: vnde Luc. 5. Phari-
ſæi dixerunt ad Chriſtum, quare diſcipuli Ioannis ie-
iunant frequenter, & obſecrationes faciunt, ſimiliter
& diſcipuli Phariſæorum, tui autem edunt, & bibũt?
Sed tunc dicetur, quare non ponitur eleemoſyna cũ
his, quia illa eſt de magnis bonis. Dicendum, ꝙ cauſa
vera eſt, quia iſta bona ponuntur, vt per ea obtineat fi-
dem ille, qui vult eijcere dęmonem, & per fidem ob-
tentam eijciat illum, debet autem mentem eleuare
in Deum ille, qui debet aliquid obtinere ab eo, nihil
autem ſic eleuat hominem in Deum, ſicut oratio, cũ
ipſa ſit acceſſio mentis in Deum, ideo ipſa maxime C
requiritur, & quia oratio non fit conuenienter niſi a
diſpoſito, vt caro non retrahat ſpiritum ab eleuatio-
ne in Deum, oportet carnem diſponi ſubijciendo eã
ſpiritui quod fit per ieiunium, & ita ad bene orandũ
non ſolum oportet orare, ſed & ieiunare, & ſic po-
ſuit iſta duo. Sic dicit Chry. ieiunium multam ſapien-
tiam imponit, & hominem quaſi Angelum de cęlo
conſtituit, & incorporeas poteſtates impugnat: ſed &
oratione opus eſt quaſi principaliori. qui enim orat,
vt oportet, & ieiunat non multis indiget, & ita non fit
auarus, & ad elemoſynam promptus eſt: qui enim ie-
iunat leuis eſt, & vigilanter orat, & concupiſcentias
perniciosas extinguit, & propitium Deum facit, & ani
mam ſuperbam humiliat: qui ergo orat cum ieiunio
duplices habet alas, & ipſis ventis leuiores; neque. n. D
oſcitat, & torpet orans (quod, & multi patiuntur) ſed
eſt igne vehementior, & terra fixior: ideoque talis
maxime dæmonijs aduerſatur. nihil enim eſt homine
decenter orante potentius. ob hoc igitur oratio, & ie-
iunium fuerunt neceſſaria, ſ. vt oratio eſſet propter ſe,
ieiunium autem propter orationem, elemoſyna autẽ
diſponit hominem bene ad proximum, & eſt opus
meritorium valde, ſed non eſt ad eleuandum men-
tem in Deum, quæ hic eſt neceſſaria, recte ergo iſta
duo dixit neceſſaria ad eijciendum hoc genus dęmo-
niorum, ſcilicet, ad obtinendum fidem per quam
eijci poſſint dęmones Lunatici, ſiue muti, & ſurdi.

Conuerſantibus. Hic oſtendit Chriſtus precium ſe eſ-
ſe noſtræ redemptionis. Et diuiditur in duo. Primo E
enim oſtendit ſuam paſſionem futuram. Secundo
ex quodam facto declarat ſuæ paſſionis efficaciam,
ibi. *Et cum veniſſent.*

Circa primum dicitur. *Conuerſantibus autem eis in
Galilęa.* Id eſt, dum maneret Chriſtus cum diſcipulis
ſuis in Galilęa.

Dixit illis Ieſus. docendo eos ſecreto; nam populo
non proponebat aliquid palam de paſſione ſua.

Filius hominis. Id eſt, ego; ita enim ſe vocare ſolet
quaſi loquatur de alio. *Tradendus eſt.* ſ. per aliquem de
ſuis. *In manus hominum.* Id eſt, in poteſtate hominũ ma-
lorum, qui cupiunt ei nocere, & nocebunt. *Et occident
eum.* flagellantes, deinde crucifigentes. *Et tertia die re-*

A *ſurget.* Scilicet, poſt occiſionem. *Et contriſtati ſunt ve-
hementer.* Scilicet, quia dicebat eis de morte ſua, quã
ipſi valde horrebant.

*An iſtud ſit continuatum ad præcedentia.
Quæſt. CLXXIIII.*

QVAERETVR an iſtud ſit continuatum ad
præcedentia. Dicendum, ꝙ ſic. Primo mo-
do, quia oẽs tres Euangeliſtę, qui illud re-
ferunt ponunt illud eodem ordine, quo
Mattheus. ſ. immediate poſt expulſionem dęmonis
Lunatici, vt patet hic, & Mar. 9. & Luc. 9. & tñ ſi non
eſſet iſte ordo continuus non concordarent omnes
tres Euangeliſtæ, ſed diſcordaret aliquis eorum, ſicut
ſæpe ſoliti ſunt facere. Secundo patet, quia iſtud factũ
eſt in Galilęa cum dicatur hic, & conuerſantibus illis
in Galilęa, & tñ transfiguratio, & eiectio dęmonis (de
quibus. ſ. immediate) facta fuerant in Galilęa, vel iuxta
illam. ſic innuitur Mar. 9. ſ. & inde profecti pręter
gradiebantur in Galilęam. ergo fuit continuatum
iſtud ad præcedentia. Tertio patet, quia Lucas oſten-
dit magis continuationem inter hęc ſignans, ꝙ ſtatim
poſt curationem arreptitij pueri factum fuerit. nam
dicitur Luc. 9. ſanauit puerum, & reddidit illum patri
eius: ſtupebant aũt oẽs in magnitudine Dei, & ſequi-
tur. oĩbus autem mirantibus in oĩbus, quę faciebat di-
xit ad diſcipulos ſuos, ponite vos in cordibus veſtris
ſermones iſtos: filius enim hoĩs futurus eſt, vt tradaẽ
in manus hominum. ergo quando admirati ſunt de
eiectione dęmonis Lunatici, dixit hęc,

*Quare Chriſtus dixit nunc diſcipulis de ſua paſſione.
Quæſt. CLXXV.*

QVAERETVR, quare Chriſtus dixit nunc diſci-
pulis ſuis de paſſione ſua. Dicendum (vt aliqui
volunt) quòd fuit ad oſtendendum, quòd
paſſio ſua voluntaria eſſet: nam ipſe, qui im-
mediate ante hoc tale miraculum fecerat, & transfi-
guratus fuerat, poterat euadere mortem ſi vellet, &
tamen ſubire voluit illam. Sic dicit Theophilus poſt
miracula interpoſuit Dominus ſermonem de paſſio-
ne, ne putaretur, quòd inuoluntarie paſſus eſt. Secun-
do fuit ad auferendum diſcipulis occaſionem errań-
di. nam cum vidiſſent eum transfiguratũ, & talia
miracula egiſſe, putarent quòd non eſſet paſſurus, qa
Deo non conuenit pati: ideo immediate poſt talia di-
xit eis de paſſione ſua. Sic dixit Cyrillus, oſtenderat in
monte diſcipulis gloriam ſuam, & poſt hæc liberaue-
rat quendam a ſpiritu nequam, ſed oportebat eum
ſuſtinere ſalutarem paſſionem pro nobis, poterant
autem diſcipuli conturbari dicentes, nunquid dece-
pti fuimus dum Deum eum eſſe arbitraremur? vt ergo
ſcirent quid circa ipſum futurum erat, iubet eos
in mente habere paſſionis myſterium.

*Quare toties Chriſtus de paſſione ſua dixit diſcipulis
cum ſemel dicere ſufficeret. Quæſt. CLXXVI.*

SED quæretur, quare toties Chriſtus de paſſio-
ne ſua dixit diſcipulis? nam ſufficiebat ſemel
dicere nunc, tamen ſępe dixit: nam precęden-
ti capitu, ſcilicet, cępit oſtendere diſcipulis,
quòd oporteret eum aſcendere Ieroſolimam, & mul
ta pati, & ſupra in litera dicitur. ſic & filius hominis
paſſurus eſt ab eis, iterum autem dicitur hic.

Dici poteſt, quòd fuit hoc, primo ad certifican-
dum de hac re. erat enim aliquid magnum, & quaſi
incredibile diſcipulis, quòd ille, qui talia faciebat, &
qui

qui se Deum esse ostenderat occideretur, vt ergo cre
dere possent sępe hoc dicit. Secundo fuit, vt illud in
telligerent: nam ē hac tertia vice qua Christus dixit
discipulis de passione non intellexerunt illud, quan
tomagis si semel tantum dixisset. Patet hoc, ga Marc.
9. dr, at illi ignorabant verbum, & timebant eum in
terrogare, & Luc. 9. dr, at illi ignorabāt verbum istud,
& erat velatum ante oculos eorum, vt non sentirent
illud. fuit ergo conueniens sępe dici. Tertio fuit ad
confortandos animos discipulorū, vt cum acciderit
passio sua non eueniat tamquā aliquid inopinatum,
quia tunc valde frangeret, & turbaret corda eorū, sed
sępe de illo cogitando rem sibi tolerabiliorem face
rent. Sic dicit Remigius, sępe Dns mysteria suę pas
sionis discipulis prędixit, vt qsi acciderent tanto le
uius ea ferrent, quanto præcognita haberent. Quarto
fuit ad ostendendum magnum desiderium suum ad
patiendum pro nobis: hanc enim rem, quę nobis gra
ta est, sępe in alloquium vertimus, desiderabat autem
Christus passionem, ga hoc erat maximum mysteriū
quod operaturus esset, & non solum illam, sed & ea,
quæ passioni propinqua erant desiderabat, vt dr Luc.
22. desiderio desideraui hoc Pascha manducare vo
biscum priusquā patiar. Quinto fuit ad tollendum du
bium: Christus enim solebat interdum loqui in para
bolis, & ita si semel tantum Christus dixisset discipu
lis de morte sua, putarent forte, q̄ in parabolis loque
batur, & non putarent eum moriturum. iō. sępe illud
dicebat, vt non putaretur parabolice locutum esse,
sed plane loqui. Sexto (vt aliqui dicūt) fuit, vt adderet
ad dicta. non enim solet Christus aliquid repetere, ga
tn dixerat. s. de passione, & non aperuerat oia: nam
non dixerat de traditione sua, reperiuntur hic, vt adderet
de traditione. Sic dicit Origenes, videntur quidem,
hæc illis, quę s. dixerat similia esse, vt facile quis dicat
Dominum eadem ipsa repetere quod non est ita: tra
dendum enim superius non est dictum, hic autem
non solum tradendum, sed & in manus hominum
tradendum audiuimus.

Quomodo est verum, quòd Christus traditus fuerit, & a quo dicatur traditus. Quæst. CLXXVII.

QVAERETVR quomodo est verum, quòd I
Christus traditus fuerit, ga hoc tr repu
gnare libertati passionis suę. Dicendum, q̄
non repugnat: nam verum est, q̄ traditus
est, & tamen si non permisisset se tradi, non potuis
set se tradi: ipse ergo spontaneus fuit, qui tn eum tra
didit non tamquam spontaneum, sed tamquam ne
scientem aut effugere non potentem tradidit, sed
scriptura de eo dicit, quòd sponte traditus fuerit. sic
dicitur Isa. 53. oblatus est, quia ipse voluit, & iterum;
si posuerit pro peccato animam suam videbit semen
longæuū, & ita posuit eū nemo posset auferre eo in
uito. Io. 10. c. Sęgō pono animam meam, & iterum
sumo eam, nemo tollit eam a me, sed ego pono eam
a meipso, & potestatem habeo ponendi eam, & pote
statem habeo iterum sumendi eam. Et apparet satis
ex verbis his, q̄ sponte tradendus esset. nam ipse desi
gnat hic se scire, q̄ tradendus esset; poterat ergo euita
re vadens in aliam regionem, vel alijs modis, & tamē
non euitauit. ideo constat, q̄ tradi voluerit. Sed dicet
quis tradidit Christum? Dicendum, q̄ ipse se tradidit,
& pater eum tradidit, & Iudas tradidit, & Iudæi eum
tradiderunt gentibus. Pater enim. i. tota beata Trini
tas tradidit illum, quia diffinitiuit, q̄ pro nobis homo
Christus Iesus moreretur, Deus homo existens, & ga
Deo non tradente non poterat quisquam nocere illi,
vt ipse dixit. Io. 19. ad Pilatum, non haberes potestatē
F in me vllam nisi datum esset tibi desuper. dr pater eū
tradidisse: Isa. 53. pp scelus populi mei percussi eum,
& iterum, & Dominus voluit conterrere eum in in
firmitate, & ita Apostolus dicit eū a patre traditū pro
nobis. & q̄ proprio filio nō pepercit, sed p nobis tra
didit illum. Dr ipse tradidisse se, quia patri tradenti nō
repugnauit, sed obediuit ad Phi. 2. Christus factus est
pro nobis obediens patri vsque ad mortem, & hoc
fuit conformando voluntatem suam voluntati pa
tris. J. 26. pater si possibile est transeat a me calix iste.
non tn, sicut ego volo, sed sicut tu vis. Etiam quia tra
dentibus non repugnauit, neque nocuit aut maledi
xit saltem verbo, & quantum ad hoc se tradebat 1. Pe.
2. qui cū pateretur nō cōminabāt, cū maledicteretur
G non maledicebat. tradebat aūt iudicāti se iniuste, &
ita dr Isa. 53. fortium diuidet spolia pro eo, q̄ tradidit
in mortē aīam suam, & cū iniquis deputatus est. Iudas
aūt tradidit eum ga ipse fuit instrumētū diaboli ad p
curandū traditionē realē Christi: nam pactus pecu
niam a Iudæis quęrebat opportunitatem, vt Iesum
posset tradere Iudæis, & accepta cohorte, & mini
stris, ostendit eis locum, in quo erat Iesus quē illi ne
sciebant. Io. 18. Sciebat aūt Iudas, q̄ tradidit eum, locū.
Et ista traditio vulgatior est in sacra scriptura, & ita
Christus dixit vnus ex vobis me traditurus est. J. 26. &
iterū. væ aūt hoī illi, per quem filius hoīs tradetur, &
ita Iudas vocatur traditor Dñi. Io. 6. & 13. Iudæi autē
H tradiderunt Chm, ga postquam traditus est eis a Iu
da, tradiderunt ipsi eum Pilato pra fidi, & ita dixit Pi
latus, gens tua, & pontifices tui tradiderunt te mihi.
Io. 18. & Christus dixit, qui me tradidit tibi pctm ma
ius habet Io. 19. & de hac traditione facienda gentili
bus prænunciauerat etiam Christus. Luc. decimo-
octauo, ecce ascendimus Ierosolimam, & consumma
buntur omnia, quæ scripta sunt de filio hominis,
tradetur gentibus, & illudetur. Quòd autem dici
tur hic tradendus est in manus hominum, intelligi
tur in manus peccatorum, qui nullum bonum ha
bent, nisi quòd homines sunt. Et pōt intelligi tam
de manibus Iudæorum quibus per Iudam traditus
est, quàm de manibus Gentilium quibus traditus est
per Iudæos.

Quare dixit, & tertia die resurget. Quæst. CLXXVIII.

QVAERETVR, quare dixit, & tertia die re I
surget. Dicendum, q̄ primo fuit ad conso
landum: nam discipuli tristarentur nimis
audita morte futura Christi, vt ergo tole
rabilius haberentur dixit, q̄ resurrecturus esset, & vt
ostendatur, q̄ pauco tempore de morte dolere debe
rent dixit, quod tertia die resurgeret. Sic dicit Hieron.
semper autem prosperis miscet tristia. Si enim con
tristat eos, q̄ occidendus est, debet lętificare, quia di
cit, & tertia die resurget. Sic etiā Chry. dicit: nō enim
multum dixit tempus quo in morte maneret, sed
tertia die se dixit resurrecturum. Idem dicunt Beda,
K & Theophi. Secundo fuit ad ostendendum eis veri
tatem huius articuli: nam sicut debuerunt instrui
circa passionem, ita & circa resurrectionem, immo
magis circa resurrectionem, quia mortem ipsi vi
suri erant, & ideo etiam nolentes crederent illam:
resurrectionem autem non viderent ita aperte, quia
vt dicitur Actuum 10. non dedit illam notam fieri
Deus omni populo, idest, Christum resurgentē, sed
solum testibus præordinatis ab eo: ideo magis debue
runt instrui circa resurrectionem quàm circa passio
nem, & ob hoc vbicunque agit de passione annun
ciat rationem, vt patet pręcedenti cap. & hic, & Mar.
nono, & Luc. nono, & dicimo octauo.

Quomodo

Quomodo discipuli contristati sunt vehementer, audito verbo passionis eius. Quæst. CLXXIX.

QVAERETVR, quomodo discipuli contristati
sunt vehementer, & quomodo potuerunt tri
stari: nam videtur, quòd non possent tristari.
Primo, quia Christus dixit eis de sua resurrectione
statim futura post tres dies, & ita non debebant do
lere, vel si dolerent non saltem vehementer. Secun
do, quia ex morte Christi sequebatur magna vtili
tas, scilicet, redemptio totius generis humani, &
dato quòd esset tristitia de morte Christi absolute cō
siderata, inquantum tamen erat tam vtilis, non de
bebat esse magnæ tristitiæ, sicut inuoluntarium mi
xtum non est tam inuoluntarium, quantum violen- B
tum, vt patet tertio Ethicorum, cap. 1. Tertio, quia vi
detur, quòd non poterant tristari, quia tristitia est de
malo præsenti, & tamen qui non iudicat malum es
se, quod patitur, non putat habere malum præsens,
ideo non potest tristari: Apostoli tamen non intelli
gebant hoc verbum de passione Christi, vt dicitur
Marci 9. scilicet, At illi ignorabant verbum hoc, &
Lucæ 9. idem patet, ideo non poterant tristari.

Dicendum, quòd Apostoli valde contristati sunt,
audito verbo de passione Christi, eo quòd audiebant
rem duram, scilicet, mortem, & diligebant nimis
Dominum saltem amore carnali, idest, secundum
præsentiam corporalem, ideo quidquid pertineret
ad molestiam illius, dure audiebant, & cum tristitia C
magna, & ita quando prima vice dixit de passione
sua, ait Petrus: Absit Domine, non erit tibi hoc:
tanquàm detestans rem illam: nunc autem quia Pe
trus fuerat hic increpitus, cum dixerit ei Christus:
Vade retro me Sathan, scandalum enim mihi es,
non ausus fuit rursus arguere Christum, aut loqui
quicquàm in oppositum, sed doluit nimis ipse cum
alijs, audito hoc verbo.

Ad primum dicendum, quòd etiam si Apostoli
putarent Christum mansurum in morte, solum per
tres dies, dolerent nimis de morte illa, quia cum di
ligerent eum nimis secundum præsentiam carnis no
lebant separari eum a se per mortem, saltem ad ho
ram. Etiam quia dato, quòd non moreretur, quid- D
quid mali pateretur, erat eis graue, & dolerent valde
de illo: mori tamen non poterat sine magna pœna,
ideo dolebant si moriturus esset, etiam per vnam
diem, vel horam.

Aliter potest dici, quòd non intelligebant Apo
stoli de resurrectione, quomodo futura esset, cum
etiam de morte vix intelligerent, immo non intelli
gerent, ideo audientes id, quod malum erat, non at
tendebant ad id, quod consolatorium erat, sed trista
bantur inconsolabiliter.

Ad secundum dicendum vno modo, quòd disci
puli nesciebant Christum moriturum pro salute hu
mani generis, & redimi omnes per illum, quia quo
usque per Spiritum sanctum illuminati sunt, non in
tellexerunt vtilitatem mortis Christi, ideo tristabantur
de illa, tanquàm esset aliquid malum, nescientes
bonum inde secuturum.

Aliter potest dici, quòd etiam si scirent hanc vtili
tatem secuturam, erant tamen carnales nimium, id
est, Christum secundum solam præsentiam corpora
lem amantes, & ideo potius volebant, quòd ille vi
ueret, quàm quòd eo moriente sequerentur omnia
bona hæc. Vel forte non considerabant de illis bo
nis, & ideo ita tristabantur de morte eius, ac si nihil
esset per quod consolarentur. Et ita etiam erat cir
ca resurrectionem eis prænunciatam, quia ita trista
bantur, ac si non fuisset prænunciata resurrectio. Sic
dicit Origenes: Contristati sunt vehementer, non at
tendentes ad illud quod dixerat, & tertia die resurget,
nec considerantes quis esset, cui ad destruendam mor
tem trium dierum tempus sufficeret.

Ad tertium dicendum, quòd discipuli intelligebāt
ista verba, quæ Christus proferebat, quantum ad id,
quod ipsa signant in cortice, & tamen non erant cer
ti, an ita futurum esset, quòd Christus vere moreretur,
vel deberent aliter intelligi: putabant enim for
te, quòd non loquebatur Christus eis literaliter, sed
metaphorice, vel parabolice, quia ita interdum sole
bat eis loqui, & ita nesciebant an certe moriturus es
set, tamen quomodocunque futurum esset, ista ver
ba significabant rem tristem, scilicet, mori, ideo au
dientes tristabantur valde, & incidebat eis grauis so
licitudo circa hoc, quod futurum esset. Sic dicit Be
da, quia per figuras sępe eum loquentem audire con
sueuerant horrentes euentus mortis eius, etiam in
eis quæ de sua traditione, ac passione aperte loque
batur, figurate aliquid significari volebant, & tamen
ignorabant veritatem rei, & tamen tristabantur, quia
verba male sonarent.

Aliter potest dici, quòd Apostoli intellexerunt, q̄
Christus vere designaret se occidendum, & ideo ve
hementer tristabantur, & tamen dicebantur ignora
re, quia nesciebant quomodo posset stare, quòd ip
se moreretur: videbatur namque eis inconueniens,
quòd Christus quem Deum putabant, moreretur,
cum Deus non moriatur. Etiam putabant, quòd re
gnaturus esset semper, cum esset Messias, ideo non vi
debāt quomodo staret cum morte, & ita turbati sunt
Iudæi, quando audierunt Christum dicere, oportet
exaltari filium hominis: nam dicitur Ioan. 12. respon
dit turba: nos audiuimus ex lege, quòd Christus ma
net in æternum, & quomodo tu dicis, oportet exalta
ri filium hominis? quis est iste filius hominis? & tamē
quis modus ignorātiæ fuerit, ostendetur magis, Marci
9. vel Lucæ 9. vbi de hoc agitur.

Et cum venisset Capharnaum, accesse
runt qui didrachmam accipiebant, ad Pe
trum. Et dixerunt ei: Magister vester non
soluit didrachma. Ait: Etiam. Et cum
intrasset in domum præuenit eum Iesus,
dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges
terræ a quibus accipiunt tributum, vel cen
sum, a filijs suis, an ab alienis? Et ille di
xit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo libe
ri sunt filij. Vt autem non scandalizemus
eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum
piscem qui primus ascenderit, tolle. Et aper
to ore eius inuenies stateren, illum sumens,
E da eis pro me, & te.

2. quęst. 1. cap magnum, & q. 3. c. inter verba.
23. q. vlt. cap. tributum.

Et cum venisset. Hic ponitur passionis Christi effi
cacia, quæ est vera libertas, quæ indirecte designa
tur per quendam actum Christi, inquantum ipse di
cit filios liberos esse, & tamen liberi sumus, quia fi
lij sumus, qua libertate donauit nos Christus, ad Ga
latas quarto. Vel liberi sumus, quia filius liberauit
nos, & hoc est magis ad propositum, vt dicit Chri
stus, Ioan. 8. Si filius liberauerit vos, vere liberi estis.
Et dicitur.

Passionis Christi efficacia.

Cum venisset. Scilicet, Christus, & discipuli. *Capharnaum.* Ciuitas Metropolis est Galilęæ, in qua Chri
stus multoties prædicauit, & sępe multa miracula fe-

cit, & ibi cępit prædicare ſupra 4. cap. & tamen ad vltimum iſti non egerunt pœnitentiam, & ideo Chriſtus imprecatus eſt ſemper, vel prædixit verius mala contra Capharnaum, ſupra vndecimo, & Lucæ decimo capitu.

Acceſſerunt. Scilicet, Ad interrogandum, & non ad exigendum didragma, vt infra patet. *Qui accipiebant didragma*. Ideſt, Illi quibus impoſitum erat officium colligendi didragma, eſt enim cenſus, qui dabatur in Capharnaum tunc quando Chriſtus ibi fuit, vt infra dicetur. *Ad Petrum*. Non dixerunt hoc Chriſto, ſed ſecrete acceſſerunt ad Petrum, qui erat vnus de Apoſtolis.

Et dixerunt ei, magiſter veſter non ſoluit didragma. Interrogatiue legendum eſt, ideſt, nunquid magiſter veſter ſoluere vult didragma, aut ſoluturus eſt, aut nunquid iam ſoluit? Vel poteſt accipi affirmatiue, & tunc poteſt intelligi multipliciter ſecundum, quòd varie concipere poterant illi, qui petebant didragma, ſcilicet, non ſoluit, ideſt, quia ita eſt, quòd non ſoluit, & ſoluturus eſt dic ei, quòd ſoluat. Vel non ſoluit comminatorie, ideſt, male facit non ſoluendo, quia poterit incurrere in damnum. Vel non ſoluit, ideſt, non eſt obligatus ſoluere, & tamen melius accipitur interrogatiue, vt infra dicetur, & dicitur, Magiſter veſter, ideſt, omnium veſtrum, licet ad ſolum Petrum nunc loquerentur.

Ait etiam. Ponitur etiam loco orationis affirmatiue, ſcilicet, etiam, ideſt, ita eſt ſicut dicitis, quòd non ſoluit didragma. Sic dicit Glo. ſic dicitur ſupra 13. dicente Chriſto intellexiſtis hęc omnia: dicunt ei. etiã, ideſt, verum eſt, quòd intelligimus omnia, & eſt decurtatus locutionis modus.

Et cum intraſſent in domum. Scilicet, quando illi, qui exigebant didragma acceſſerunt ad Petrum, erat Chriſtus cum diſcipulis in vico, vel platea extra domum, redijt autem ad domum nihil locutus extra, & Petrus etiam nihil foris dixit. *Præuenit eum Ieſus*. Scilicet, Petrus intendebat ſtatim Chriſto dicere quid dixerant accipientes didragma, & tamen Chriſtus non expectauit, ſed incepit loqui de hac re antequam Petrus loqueretur.

Dicens quid tibi videtur Simon? Verba ſunt excitantia ad reddendum attentum Petrum, & cæteros, quantum ad ea, quæ dicenda ſunt. *Reges terræ a quibus accipiunt tributum, vel cenſum?* Non quærit tanquam ignoret, potiſſime cum quærat de rebus notiſſimis, ſed vt ex reſponſione Petri inferat intentam concluſionem. Tributum nomen generale eſt ad omne quod tribuitur, & tunc omnia ſeruitia cuiuſcunque generis impenſa Dominis ex debito, vel neceſſitate quadam vocantur tributa a tribuendo, & iſto modo cenſus non dicit aliquid differens a tributo.

Tributũ dupliciter ſumi poteſt.

Alio modo accipitur ſpecialiter pro quodam genere ſeruitij quod collectam appellare poſſumus, ſcilicet, quando Dominus imponit ſiue ordinarie ſiue ad tempus ſuper ſubditos certam pecuniam ſoluendam, quæ inter eos diſtribuitur, & contribuunt omnes ad congregandam ſummam illam, & tunc diſtinguitur a multis alijs generibus ſeruitiorum, vel muneruṁ, & ita accipit Apoſtolus ad Roman. 13. cui tributũ tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem cui honorem honorem, & ita diſtinxit vectigal a tributo, & tamen vectigal genus contributionis, vel muneris eſt. ita accipitur hic tributum pro collecta, cenſus autem accipitur pro munere perſonali quod ſoluitur ratione perſonę, & non bonorum, & eſt ordinarium munus per ſingulos annos, in quo contribuunt æqualiter omnes tam diuites quàm pauperes, vt infra dicetur. *A filijs ſuis an ab alienis*. Ideſt, Nunquid accipiunt tributum a filijs ſuis, an ab alienis, qui non ſunt filij, neque de progenie ſua.

Vectigal quid.

Cenſus quid.

Et ille dixit. Scilicet, Petrus, quia ad ipſum ſolum direxerat ſermonem.

Ab alienis. Ideſt, Non accipiunt tributum a filijs ſuis, ſed ab alienis. *Dixit illi Ieſus*. Rurſus ad eum ſolum dirigens verbum, quia ille ſolus reſponderat. *Ergo liberi ſunt filij*. Infert ex oratione Petri concluſionem quam ipſe intendit, ideſt, ſi ſic eſt, quòd ab alienis petunt tributum, & non a filijs, liberi ſunt filij ab onere tributorum.

Vt autem non ſcandalizemus eos. Ideſt, Licet non ſimus obligati ad ſoluendum tributum, quia ego filius ſum, tamen ſequeretur ſcandalum ſi nollem ſoluere, vel allegarem me eſſe liberum: ideo melius eſt ſoluere tributum quam occaſionem dare huic ſcandalo. *Vade ad mare*. Satis erant iuxta mare, quia erant in vrbe Capharnaum, & illa eſt iuxta mare, & ideo Capharnaum dicitur eſſe via maris, vt dicitur ſupra 4. cap. & ibi declaratum eſt.

Et mitte hamum. Erat enim Petrus piſcator, & ſatis huic negocio aſſuetus.

Et eum piſcem, qui primo aſcendet tolle. Ideſt, Non cures expectare alios, ſed primum accipe, quia in illo eſt quod quæritur, & dixit aſcenderit, quia piſces quando capiuntur aſcendunt: nam illi verſantur circa partes inferiores, & cum viderint cibum, aſcendunt ad capiendum, & capiuntur. *Et aperto ore eius*. Ideſt, Aperi os. *Inuenies ſtaterem*. Genus monetæ aureæ, vel argenteæ eſt.

Illum ſumens. Scilicet, Staterem.

Da eis. Ideſt, Accipientibus didragma. *Pro me, & te*. Ideſt, Pro ambobus ſolues hunc cenſum didragmatis.

An iſta ſint continuata ad præcedentia, & quomodo continuantur. Quæſt. CLXXX.

QVAERETVR an iſta ſint continuata ad præcedentia, & quomodo continuantur. Dicendum, quòd continuata ſunt, licet hoc ſolus Matthæus ſcripſerit. Et patet, quia præcedentia dicta de paſſione, & reſurrectione fuerunt dicta in Galilæa, quia dicitur conuerſantibus eis in Galilæa, dixit eis Ieſus, filius hominis tradendus eſt, & hic dicitur, quòd erant in Capharnaum, & tamẽ Capharnaum eſt in Galilæa, immo eſt Metropolis Galilęæ, vt colligitur ſupra 4. cap.

Item patet, quia dicitur, & cum veniſſent in Capharnaum, ſcilicet, ſtatim, vt venerunt in Capharnaum accidit hoc, & ita cum veniret de alijs partibus Galilęæ in quibus manens dixerat, quòd tradendus eſſet filius hominis, ſtatim factum eſt hoc.

Cum autem quæritur quomodo continuatur hoc ad præcedentia, dicunt quidam, quòd hoc eſt, quia ſupra dixerat Chriſtus de paſſione ſua, & quia aliquis crederet, quòd ex neceſſitate toleraturus eſſet illam, oſtendit, quòd libere toleraret: nam filius erat: ideo liber erat. Sic dicit Glo. quia diſcipuli audita Domini paſſione contriſtati erant, ne aliquis paſſionem Chriſti neceſſitati aſcriberet, & non humilitati, ſubiunxit factum in quo Chriſti humilitas, & libertas ſimul demonſtratur.

Aliter autem dicendum, quòd hic ſunt duo, ſcilicet, quare Matthæus hoc expreſſit, & quare potius hic quàm alibi.

Ad primum dicendum, quòd hoc fuit propter duo. Primo ad oſtendendum dignitatem ſuam, ſcilicet, ſe eſſe filium Dei, & ideo liberum ab omnibus principibus terrenis, vt non teneatur eis ad aliquid

aliquid ſoluendum inquantum dixit ergo filij liberi ſunt. Secundo, & præcipue ad dandum nobis doctrinam de vitando ſcandalo: nam ipſe erat filius Dei, & nulli tenebatur, & tamen, quia ſequeretur ſcandalum aliquod ſi non ſolueret, voluit ſoluere contra conditionem immunitatis ſuę, & ita nos interdum, vt non oriatur ſcandalum debemus pati aliqua damna in rebus noſtris, de quo dicetur ſequenti cap.

Ad ſecundum dicendum, quòd cauſa ponendi hic potius quàm alibi fuit continuitas temporis, quia inter iſtud, & præcedentia nihil aliud factum eſt quod ab Euangeliſtis enarretur; ideo fuit hic conueniens locus ponendi.

Quare dicitur, quòd hoc fuerit in Capharnaum. Quæſt. CLXXXI.

QVAERETVR quare dicitur, quòd hoc fuerit in Capharnaum. Dicunt aliqui quòd hoc eſt, quia ita fuit, quòd in Capharnaum hoc accidit, & in alijs locis. Erat enim forte determinatum tempus quo didragma exigeretur, & tunc accidit veniſſe Chriſtum in Capharnaum, ibi ergo dictum fuit de didragmate.

Sed dicetur quomodo nunc fit mentio ſolum, quòd petitum fuerit didragma a Chriſto: nam alijs temporibus etiam petebatur.

Aliqui dicunt, quòd forte iſtud fuit tributum caſuale, qualiter imponunt interdum aliqui principes vrgente aliqua neceſſitate, & poſtea nunquam idem faciunt, ita forte fuit hic, & ita non peteretur didragma a Chriſto, niſi ſemel nunc in Capharnaum.

Sed dicendum, quòd non ſtat, quia didragma (vt infra declarabitur.) erat potius cenſus, qui per ſingulos annos ſoluebatur, etiam quia litera dicit, acceſſerunt, qui accipiebant didragma, & ſic loquitur Euangeliſta de hoc tanquam de re nota, & vſitata, ergo ſolitum erat peti didragma, neque fuit caſuale, & inſolitum tributum.

Dicendum ergo aliter. Et dici poteſt vno modo, ſcilicet, quòd a Chriſto nunquam poſtulatum fuerat didragma niſi nunc in Capharnaum, & hoc, quia licet didragma per ſingulos annos colligeretur, tamen colligebatur ab eis, qui erant capita domorum ſolum, accidit autem forte, quòd ante hoc in nullo anno eſſet Chriſtus caput familiæ tempore quo exigebatur didragma niſi nunc: nam vſque ad annum quo prædicare cępit ſemper manebat in Nazareth, vt colligitur ſupra 2. & 3. cap. & erat tunc ſubditus Ioſeph, & Mariæ. Luc. 2. & Ioſeph, qui erat caput domus ſolueret didragma, & non Chriſtus, mortuo autem Ioſeph maneret Chriſtus ſub poteſtate Mariæ matris, & tunc ipſa ſolueret didragma, & nunc autem poſtquàm Chriſtus cępit prædicare, & habere diſcipulos fuit velut caput, & paterfamilias, & extunc erat tempus ſoluendi didragma, erat autem tunc annus ſecundus prædicationis eius, & forte in primo anno prædicationis eius quando cępit habere diſcipulos, ita vt eſſet aſcribens cenſui tranſierat tempus petendi didragma, & ideo nunc primo potuit peti ab eo didragma.

Alij dicunt, quòd Chriſtus iam aliàs ſoluerat didragma, & tamen Euangeliſtæ non faciunt mentionem de illo, quia ſatis eſt de vna ſolutione mentionem facere.

Sed dicendum, quòd non ſtat, immo nunc primo petitum fuit didragma ab eo. Et patet, quia ſi iterum fuiſſet petitum, aut ſoluiſſet, aut non, ſi non ſoluiſſet apponens aliquam cauſam immunitatis, eandem nunc obijceret, & non ſolueret, neque ſequeretur ſcandalum, vel ſi ſequeretur ſcandalum, ita & in prima vice, & alijs præcedentibus ſequeretur, quando poſtulatus non ſolueret. Si ergo tunc non curans de ſcandalo non ſolueret, neq; nunc curaret de ſcandalo, & maneret immunis. Si autem in alijs vicibus poſtulatus ſoluiſſet didragma, etiam nunc ſolueret, & tunc non faceret aliquam nouitatem quærens an reges accipiunt tributum a filijs, vel ab extraneis. Et etiam non diceret, ſoluamus, ne ſcandalizemus eos, quia hoc dici deberet primo, quando inciperet ſoluere, poſtquàm autem inciperet ſoluere ſemel, non oportebat aliquid allegare, ſed plane ſoluere, cum eſſet in conſuetudine ſoluendi, & tamen quæſiuit omnia hæc a Petro, præſentibus alijs, ergo non ſoluerat, neque petitum fuerat aliquando didragma. Et hoc conuenit ſatis tempori, quia erat nunc ſecundus annus prædicationis, cum ipſe eſſet paterfamilias, & prius non erat obligatus ad didragma, vt dictum eſt ſupra, nunc ergo primo petitum eſt didragma.

Cum autem dicitur, quare in Capharnaum petitum eſt. Dicendum, quòd forte fuit, quia Capharnaum erat Metropolis Galilęæ, & colligebantur ibi tributa totius terræ Galilęæ, compulſis omnibus de regione ire illuc ad ſoluendum, ita enim quando fecit Octauianus Auguſtus deſcribi orbem, fecit quòd ſinguli irẽnt ad profitendum ad loca, de quibus erant oriundi, vel de quibus erat progenies ſua.

Sed dicetur tunc non deberet Chriſtus ſoluere tributum in Capharnaum, ſed in Bethlehem, quia ibi natus eſt, & de illo loco erat tota cognatio eius.

Dici poteſt vno modo, quòd non fuit nunc tam exacta diligentia, ſicut tunc, quia tunc fuit prima deſcriptio, & ſolutio cenſus facta Romanis: nam tunc deſcriptus eſt orbis, Lucæ ſecundo. Ideo ibant ſinguli ad profitendum in vrbibus ſuis, nunc autem erant annales ſolutiones, ideo non cogebantur homines ire ad loca progeniei ſuæ, ſed ſoluebant in locis, in quibus habitabant, vel in Metropolis locorum, & quia Chriſtus nutritus fuerat in Nazareth, & illa eſt ſub vrbe Capharnaum, ſoluit in Capharnaum.

Aliter poteſt dici, quòd licet Chriſtus natus eſſet in Bethlehem, quia tamen nutritus fuit ſemper in Nazareth, putatum eſt, quòd eſſet natus in Nazareth, & ita ipſe vocatus eſt Nazareus, vel Nazarenus, & non Bethlehemites, ſupra ſecundo cap. vnde peteretur ab eo didragma in Nazareth, & non in Capharnaum, & quia erat Nazareth ſub Capharnaum ibi petitum eſt, vtrunque ſatis ſtat, ſed magis quod dictum eſt. Sic dicit Hieronymus: rurſus quoniam Dominus nutritus erat in Nazareth, quod eſt oppidum Galilęæ ſubiacens vrbi Capharnaum, ibi depoſcitur tributum.

Quid erat hoc didragma, quod petebatur. Et vnde dicatur, & quantum valebat. Quæſt. CLXXXII.

QVAERETVR quid erat hoc didragma, quod petebatur.

Dicendum, quòd didragma eſt nomen compoſitum de de, & dragma, quaſi duplex dragma: dragma enim ſignificat interdum quæſtionem iuxta illud, frequentate nobis dulcia cantica dragmatis, ideſt, quæſtionis. Aliquando ſignat monetam, vel pondus, iuxta illud, quæ mulier habens dragmas decem, ſi perdiderit vnam, Lucæ decimoquinto. Hic autem accipitur pro moneta, vel pondere, & vtrunque eſt ſimul: nam moneta aurea, vel argentea eſt reducta ad certum pondus, & ſic eadem

dem est moneta propter figuram, & inscriptionem, & est pondus propter determinationem quantitatis, & ita solet accipi siclus in libris Moysi, pro moneta, & pro pondere: dragma autem erat moneta auri, vel argenti, & ita constituta erat in pondere certo. Didragma autem erat duplex dragma, idest, pondus duorum dragmatum, vel duo dragmata. Dicunt autem, quòd dragma est octaua pars vnciæ, & valet sex obolis, & ita didragma valet duodecim obolis, & obolus dicunt, quòd valet tantum quantum paruus turonensis: de his colligitur per Isidorum, & Papiam, & alios, qui de ponderibus loquuntur.

Quis imponebat hoc tributum didragmatis.
Quæst. CLXXXIII.

QVAERETVR quis imponebat hoc tributum didragmatis?

Aliqui dicunt, quòd iste census erat diuinus, quem imposuerat Deus omnibus Israelitis, soluendum pro pretio animæ, idest, quòd quilibet daret illum, quando transiret ad numerum, Exodi trigesimo. Sic dicit Hilarius: Dominus didragma soluere postulatur, idest, denarios duos: hoc enim omni Israel pro redemptione animæ, & corporis constituerat in mysterio templi, & seruientium.

Dicendum, quòd hoc habet aliquem colorem. Primo, quia ille census transeuntium ad numerum erat perpetuus, scilicet, a principio legis Moysi, semper durans quandiu duraret populus Israel, & ita census didragmatis videtur aliquid vsitatum, & non introductum nouiter ex modo loquendi Euangelistæ. Secundo, quia didragma paruum tributum erat, sicut & pretium transeuntium ad numerum. Tertio, quia pretium transeuntium ad numerum, colligebatur per vrbes Israel a Leuitis, & Sacerdotibus, vt colligitur quarto Regum duodecimo, & secundo Paralipomenon 24. cap. & ita nunc didragma colligebatur in Capharnaum.

Sed dicendum, quòd non stat. Primo, quia pretium, quod dabatur pro anima a transeuntibus ad numerum, dabatur statim completo anno vigesimo, Exodi trigesimo, scilicet, Qui habetur in numero, scilicet, a viginti annis, & supra dabit pretium, & tamen Christus iamdiu excesserat ætatem illam transiens ad numerum: nam nunc erat fere trigintaduorum annorum, quia iste erat annus secundus prædicationis suæ, vel quasi, & sic iam duodecim anni erant, quòd transierat ad numerum, non ergo solueret nunc pretium illud.

Secundo, quia non sunt æqualia pretia: nam pro anima dabatur dimidius siclus, Exodi trigesimo. Hic autem dabatur didragma, & tamen etiam reducendo ad obolos, est maior census didragma, qui continet duodecim obolos, vt dictum est: siclus autem continet viginti obolos, Exodi trigesimo, & Leuitici vigesimoseptimo. Et cum daretur dimidium sicli, erant decem oboli: non ergo erat idem census. Tertio, quia iste census transeuntium ad numerum petebatur postquàm esset annorum viginti, & supra: siue esset sui iuris, siue esset filiusfamilias, aut quomodocunque sub potestate alterius: nam dicitur Exodi trigesimo, quòd omnis qui habetur a viginti annis, & supra soluet hoc, & diues non addet, & pauper non diminuet: ergo nemo erat, qui non solueret didragma, tamen non soluebant omnes, sed soli capitanei domorum, vel familiæ. Quod patet, quia pro solo Christo petitum fuit didragma, & non pro discipulis, qui erant subditi erant de familia eius, si tamen esset pretium transeuntium ad numerum ab omnibus peteretur, & solueretur. Quarto patet, quia Christus dixit Petro, da eis pro me, & pro te, & ita fecit solui didragma pro Petro, & tamen Petrus non soluebat nunc pretium transeuntium ad numerum, quia erat vir magnæ ætatis, & tamen pretium transeuntium ad numerum, dabatur in anno vigesimo: Quinto, quia si esset pretium transeuntium ad numerum, cum istud esset impositum a lege, non faceret difficultatem aliquam Christus soluendo, ne obijceretur ei, quòd contra legem Dei ageret, & tamen ostendit discipulis, quòd ipse non obligabatur soluere, sed solum propter scandalum soluebat. Ergo non erat tributum diuinum, sed seculare.

Alij dicunt, quòd istud fuit tributum, quod soluere habebant primogeniti Israelitarum ex mandato Dei, & quia Christus erat primogenitus, petitum fuit hoc tributum ab eo. Sic dicit Chrysostomus; scilicet, cum enim primogenita Aegyptiorum interficeret Deus, tunc tribum Leui pro eis accepit: deinde quia primogenitis, qui erant apud Iudæos minor huius tribus, minus erat pro deficientibus in numerum siclum iussit inferri, & ex tunc tenuit consuetudo, quòd primogenita vectigal hoc inferrent, & ita infert quòd quia primogenitus erat Christus, ab eo petierunt.

Sed dicendum, quòd non stat. Primo, quia pretium, quod soluebatur pro primogenitis, erat valde maius: nam didragma (vt dictum fuit supra) continet duodecim obolos, & est parum plus, quàm dimidium sicli, & tamen pro primogenitis deficientibus ad numerũ iussit Deus dari pro quolibet quinque siclos, Numeri trigesimo, & ita continent centum obolos, quia quilibet siclus viginti obolos continet, & consuetudo, quæ postea mansit soluendi, fuit vt pro quolibet primogenito soluerentur quinque sicli ex lege Dei, Numeri decimooctauo. Non ergo erat illud didragma. Secundo patet, quia pretium pro primogenitis, soluebatur post vnum mensem a natiuitate eorum, quando offerebantur in templo. sacerdotibus Numeri decimooctauo, pro primogenito hominis pretium accipias, cuius redemptio erit post vnum mensem siclis argenti quinque, & tamen nunc Christus erat vir: ergo non erat didragma pretium redemptionis primogenitorum. Tertio, quia oblatio primogenitorum, siue eorum, quæ dabantur, vt erant pecora munda, siue eorum, quæ redimebantur, fiebat in templo: nam pecora munda offerebantur: pretium autem pro primogenitis hominum, & pecorum immundorum offerebatur, vt colligitur Numeri decimooctauo. Didragma tamen petebatur in Capharnaum, vbi non erat templum, neque sacerdotes, ideo non erat illud pretium redemptionis primogenitorum. Quarto, quia si esset didragma pretium primogenitorum, cum in familia Christi, quæ magna erat, tam Apostolorum, quàm discipulorum, verisimile est, quòd essent alij primogeniti, peteretur etiam ab illis, & tamen a solo Christo petitum est, cum dixerint exactores Petro, Magister vester non soluit didragma: ergo non erat pretium primogenitorum.

Sed dicendum est, quòd didragma erat genus tributi, vel census annuatim solui soliti, tenebant enim Romani terram Iudæa tributariam: nam Octauianus Augustus fecit omnes Iudeos describi in vrbibus originis suæ, quando Christus natus est, & in descriptione illa fatebantur se subditos Romanis, & soluebant aliquem censum: mãsit autem tributaria Iudæa per singulos annos, licet non conueniebat singulis annis ad loca suæ originis, quia nunc non erat professio, sicut facta est Christo nascente, Lucæ secundo. Sed solum solutio, quæ sufficiebat fieri in singulis vrbibus habitationum, & istud tributum, vel census vocabatur didragma, quia continebat pondus didragmatis. Vel erat moneta, quæ vocaretur didragma, sed primum est verius: de hoc censu Cæsaris locuti sunt Pharisæi Christo tentantes eum, infra vigesimosecundo, licet dari censum Cæsari, an non? Iste census exigebatur nunc in Capharnaum, & ibi a Christo petitus est, sed vocatur hic didragma ad significandum quantitatem eius, & infra vigesimosecundo, vocatus est census, vt ostendatur, quòd erat tributum, quod dabatur Cæsari, & omnes Romani Imperatores tenebant hoc. Octauianus enim Augustus, sub quo Christus natus est, fecit describi Iudæam, & solui pecuniam, Lucæ secundo. Nunc autem Tyberius regnabat, qui successit Octauiano: cœpitque anno decimoseptimo, vel decimooctauo Christi, & eo regnante apud Romanos passus est Christus, & huic Tyberio soluebatur nunc tributum didragmatis. De hoc Hierony. dicit: post Augustum Cæsarem Iudæa facta est tributaria, & omnes censi capite scribebantur: vnde & Ioseph cum Maria coniuge sua, professus est in Bethlehem. Rursus quoniam Dominus nutritus erat in Nazareth, quod oppidum erat Galilææ subiacens vrbi Capharnaum, ibi deposcitur tributum.

Quare qui exigebant didragma non accesserunt ad Christum, sed ad Petrum. Quæst. CLXXXIIII.

QVAERETVR quare qui exigebant didragma, non accesserunt ad Christum ad petendum, sed accesserunt ad Petrum.

Dicendum, quòd census iste didragmatis a solo Christo petebatur, & non a discipulis eius.

Et ratio eius est, quia census iste impositus fuerat, non quidem per singula capita virorum, sicut pretium transeuntium ad numerum, quod quilibet soluebat, Exodi trigesimo, sed per singula capita domorum, vel familiarum particularium, ita quòd etiam si in vna domo, vel familia sub vno patrefamilias plurimi manerent, solus paterfamilias solueret, & quia Christus erat caput, & omnes discipuli, & Apostoli pertinebant ad familiam eius, ipse solus soluturus erat. Et patet hoc, quia licet ad Petrum accesserint, non dixerunt ei, quare non soluis didragma? vel cur vos non soluitis didragma? sed de solo Christo dixerunt: Magister vester non soluit didragma? Ratio autem quare non accesserunt ad eum fuit, quia erubuerunt propter magnitudinem reuerentiæ suæ, & admiranda signa, quæ faciebat, petere quicquàm ab eo, cum potius offerri ei munera decebat. Sic dicit Hieronymus, pro signorum magnitudine hi qui exigebant, non audebant ipsum repetere, sed discipuli conueniunt.

Secundo fuit, quia Christus ante hoc nunquàm soluerat didragma, vt ostensum est supra quæstione 180. & ideo forte erat dubium, an teneretur ad solutionem, & sic erubescebant noua iura petere subijciendo nouiter aliquem tributis, si autem aliquando iam soluisset non erubescerent aperte petere.

Tertio fuit, quia forte timuerunt, quòd indignaretur si de nouo peteretur ab eo tributum, & cum esset potens in opere, inferret eis aliqua mala, ideo non ausi sunt ab eo petere, sed petierunt a discipulo eius, quasi ipse dicturus esset Christo, & ita ille si vellet solueret, sin autem dimitteretur.

Quare potius ad Petrum accesserunt qui petebant didragma, quàm ad alium discipulum Christi.
Quæst. CLXXXV.

QVAERETVR quare potius ad Petrum accesserunt qui petebant didragma, quàm ad alium de discipulis Christi.

Dici potest primo, quòd hoc fuit, quia Petrus apparebat quasi præcipuus inter Apostolos Christi: volebant enim exactores isti scire, an Christus soluere vellet didragma, an non, & quia non audebant petere ab eo, vt dictum est præcedenti quæstione, voluerunt scire ab illo, qui verisimiliter veritatem rei huius magis sciret, & quia Petrus erat præcipuus inter Christi Apostolos, & in tota familia eius, putauerunt, quòd iste potius sciret veritatem, ideo ab eo quæsierunt. Sic dicit Chrysostomus: Videbatur autem discipulorum primus esse Petrus, ideo ad eum accedunt.

Secundo potest dici, quòd quæsierunt a Petro non specialiter propter aliquam causam, sed quia occurrit eis propinquior in vico: erant enim in vico, vel platea isti qui colligebant didragma, & ibi etiam erat Christus: nam non erat in domo, quando petitum est didragma, vt patet supra in litera, & quia forte occurrit Petrus propinquior loco illis exactoribus petiuerunt ab eo hoc, quod etiam a quolibet alio petituri essent, si occurreret.

Tertio potest dici, quòd potius a Petro, quàm a cæteris petiuerunt hoc, quia erat illis magis notus. colligebatur nunc didragma in Capharnaum, & forte collectores essent de vrbe illa. & quia Petrus erat de vrbe ipsa, idest, tenebat ibi domicilium magis eum notum haberent, quàm alios, & ita ad eum accederent.

Quid intenderunt dicere exactores dicendo, Magister vester non soluit didragma. Quæst. CLXXXVI.

QVAERETVR quid intenderunt dicere exactores, dicendo: Magister vester non soluit didragma.

Dicendum, quòd litera multos sensus patitur, quia varia poterant intendere isti exactores. Vno modo, quòd legatur interrogatiue, idest, nunquid soluit, vel soluturus est? aut intendit forte non soluere? Aliter affirmatiue, scilicet, non soluit, idest, ita est, quòd non soluit, idest, dicite ei, quòd soluat cum nondum soluerit, & tamen soluturus est, quia soluere tenetur. Vel comminatorie, idest, Magister vester non soluit, & male facit, quia potest incurrere malum non soluendo.

Aliqui enim volunt, quòd intelligatur solum interrogatiue, scilicet, non soluit? idest, nunquid soluere obligatur.

Alij dicunt, quòd tenetur affirmatiue, scilicet, non soluit, idest, non est obligatus soluere.

Sed dicendum, quòd vere per hæc verba petebant didragma a Christo: nam non est verisimile, quòd exactores quærerent a discipulis, quomodo obligaretur soluere, vel non, quia hoc frustra erat petere a Petro, melius enim ipsi scire poterant, quàm Petrus.

Item quia præsupponebatur, quòd debitor erat Christus huius tributi: nam lex Romanorum erat, quòd singula capita domorum, vel familiarum soluerent didragma, in Christo autem non apparebat, neque apparere poterat humanitus aliquid, quod excusare posset eum ab onere tributi, ideo non dubitarent exactores, quin teneretur soluere didragma.

didragma. Item patet, quia Petrus intellexit per verba illa, quæ ei dicta sunt peti didragma a Christo, & ideo quando fuit Christus in domo, voluit ei referre illa, sed præuentus est ab eo. Si tamen Petrus putaret exactores non dixisse hoc animo petendi, non curaret dicere Christo, qa esset inutile, ideo vidit quòd illi petebant. Item patet efficacius ex verbo Christi: nam dixit vt non scandalizemus, vade ad mare, &c. & sic innuit, quòd non tenebatur soluere, & tamen vt euitaret scandalum soluere volebat: ergo si non solueret illi scandalizarentur, non solum igitur didragma volebant, sed etiam ita determinate volebant, quòd si non daretur scandalizarentur illi exactores, & ita dicendum est quòd per hæc verba determinate petiuerunt didragma, sed in hoc differebat a cæteris, quia ab alijs determinate, & publice petebant, a Christo autem propter reuerentiam suam, & signorum magnitudinem erubuerunt petere, sed petiuerunt a discipulo eius, & etiam ab illo non petiuerunt exigendo, sicut ab alijs, sed mitius petunt. Sic dicit Gregor. pro signorum magnitudine, hi qui exigebant non audebant ipsum repetere, sed discipulum conueniunt. Chrysost. etiam dicit, & neque discipulum cum multa vehementia, sed mansuetius, neque enim incusantes, sed interrogantes, dixerunt: Magister vester non soluit didragma: & ob hoc Christus videns, quòd illi determinate petebant didragma, & non poterat excusari solutio sine scandalo, iussit statim solui. Alij dicunt, quòd interrogatiue hoc dicebatur, vt insidiarentur sic verbo Christi, an ille negaret didragma, & sic repugnaret Cæsari, sicut iterum Pharisæi quæsierunt a Christo, licet censum dari Cæsari, an non? infra 22. vt caperent eum. Sic etiam dicit Hierony. siue malitiose interrogabāt, vtrum reddat tributa, an contradicat voluntati Cæsaris.

Sed dicendum, quòd non est ista expositio Hierony. quam intendit, sed ponit eam cum cæteris: nam non intendebant isti tentare, & insidiari, sed petere: nam si tentare intenderēt, non quæsiuissent a Petro secrete, sed a Christo publice, vt ex verbis eius appareret, an resisteret Cæsari, sicut fecerunt Herodiani, & Pharisæi, quando petiuerunt a Christo publice, an liceret dari censum Cæsari, infra 22. solum dixerunt vt acciperent didragma. Item patet efficacius, quia si hac intentione dicerent, respondisset Christus Petro, iuxta intentionem illorum, sicut respondit Pharisæis, quando tentauerunt eum super hoc, & tamen non respondit, nisi de solutione, scilicet, quòd soluere volebat, ne scandalizaret eos, ideo videtur, quòd illi solum intendebant petere didragma, & ita postquàm Petrus dedit eis staterem valentem duo didragmata, nihil amplius super hoc locuti sunt, quasi iam haberent, quod volebant.

Quare Petrus distulit vsque ad domum, & mox intrans domum, voluit Christo de hoc dicere. Quæst. CLXXXVII.

QVAERETVR quare Petrus distulit vsque ad domum, & mox intrans domum, voluit Christo de hoc dicere. Dicendum, quòd ista petitio colligentium didragma facta est in vico, vel platea vbi occurrerunt illi Christo, & accesserunt ad Petrum, & Petrus tacuit quandiu in vico fuit, quousque in domum venerunt, ibi autem voluit statim dicere. Quantum ad primum fuit causa. Primo, quia propter honestatem Christi, & discipulorum, non enim colloquebatur per vicos, sed modeste, & grauiter ibat, & ita nemo eum alloqui auderet: nam si exactores propter reuerentiam, non ausi fuerunt loqui quicquam de hac re Christo. a fortiori Petrus non loqueretur ei in vico. Secundo, quia soluere tributum erat aliquid pertinens ad seruitutem, & subiectionem, de quo viri magni honoris erubescunt, ideo non diceret Petrus hoc Christo publice, ne ei inferret verecundiam. Tertio, quia Petrus nesciuit quid Christus super hoc responsurus erat, & forte diceret aliquid durum, cum iniustum esset peti ab eo debitum, & talia non decebat audiri publice, ne aliqui scandalizarentur, aut insidiari possent verbis eius, ideo debuit in domo de hoc quæri. Etiam quia ista erat res familiaris. & de talibus familiariter, & secreto tractandum est, & non publice. Ad secundum dicendum, quòd voluit Petrus dicere Christo de hoc statim, vt fuit in domo, vt prouideret, quia forte dilatio solutionis nociua erat, ideo erat conueniens, quòd statim Christus illud audiret, vt sciret quid facturus esset.

Quare Christus præuenit Petrum super hoc loquens de solutione didragmatis. Et quòd solius Dei est corda cognoscere. Quæst. CLXXXVIII.

QVAERETVR cum Petrus vellet Christo dicere de solutione didragmatis, quare Christus præuenit eum super hoc loquens. Dicendum, quòd primo fuit, vt ostenderet se esse Deum, qui sciebat, quæ eo absente gesta erant, & quæ tacita corde tenebantur. sciebat enim, quòd exactores didragmatis allocuti fuerunt Petrum super didragmate, & sciebat quòd ipse dispositus erat ad statim, de hac re loquendum, quòd ergo præueniret eum, loquens super his manifeste se ostēdebat cognitorem cordium, quod solius Dei est, & ita aliàs faciebat, vt quando Pharisæi, & Scribæ intra se in cordibus suis cogitabant, quòd Iesus blasphemaret, dixit eis: Quid cogitatis mala in cordibus vestris? supra 9. & Marci 2. & Lucæ 5. Sic etiam quando surrexit, & intrauit ianuis clausis ad discipulos, turbati sunt, & cogitabant intra se, quòd spiritus esset, dixit: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Lucæ 24. Hoc autem ostendere conueniens erat, vt per istud magis suaderentur discipuli ad firmius credendum eum esse Deum.

Secundo fuit hoc ad tollendum scandalum discipulorum: nam si viderent absolute Dominum soluere tributum, putarent, quòd ipse agnoscebat se esse subiectum Regibus terræ, & de hoc ipsi turbarentur, quia maiora ipse de se credi volebat, & illi de eo credebant, vt ergo non scandalizarentur, præuenit Petrum locuturum: nam si Petrus præuenisset loquendo, putaretur, quòd Christus nesciuisset hoc dictum fuisse Petro, & ita si postea solueret tributū, putarent forte, quòd agebat ex timore, vel necessitate: nunc autem cum preueniens Petrum, ostenderet se Deum, apparet quòd etiam si solueret agebat sponte, quia nemo eum poterat cogere. Sic dicit Hierony. ante quidem quàm Petrus suggerat, Dominus interrogat, ne scandalizentur discipuli ad petitionem tributi, cum videant eum nosse, quæ absente se gesta sunt.

Tertio fuit ad ponendū fundamentum eius, quod infra dicit: nam vult ostendere, quòd non erat obligatus soluere, quia filius Regis erat, scilicet, Dei, dicens filios Regum liberos esse, vt autem crederetur esse filius Dei probabilius, fecit dicens ea, quæ in corde Petri erant, & ea quæ eo absente gesta fuerant, & tunc non esset difficile discipulis credere, quòd ipse esset filius Regis Dei.

Quare quæsiuit hic Christus, quid tibi videtur. Et quomodo Deus tentat aliquos, incitando illos ad aliquod bonum opus. Quæst. CLXXXIX.

QVAERETVR, quare quæsiuit hic Christus, quid tibi videtur: nam videtur quòd non debuisset quærere. Primo, quia quæstio solet esse ad inueniendam veritatem, & tamen Christus sciebat quid iam facto opus esset. Secundo, quia interdum solet fieri quæstio ad tentandum respondentem, vt videatur quid ille sentiat, sicut magister quærit sæpe a discipulo, non vt sciat, sed vt doceat, volens scire quid sentiat discipulus. Christus autem sciebat, quid responsurus esset Petrus, quia vt dicitur Ioan. 2. scilicet, Non erat opus, vt quis ei testimonium perhiberet de homine, ipse enim sciebat quid esset in homine. Tertio, quia etiam non videtur prodesse quæstio ad introductionem rei huius, quia poterat dicere Christus absolute Petro, vel omnibus discipulis hoc, scilicet, exactores petiuerunt didragma a Petro pro persona mea, ego non sum obligatus, tamen vt non scandalizemus eos volo soluere.

Dicendum, quòd Christus potuerat hoc facere, non interposita quæstione, & tamen conuenientius fuit illam interponi. Et dicendum, quòd non fuit ad primum, scilicet, vt Petrus consilium daret, quia Christus sciebat quid facturus esset, sed ita solitus erat aliquando quærere, sic dicitur Ioan. 6. Quando quæsiuit a Philippo: vnde ememus panes, vt manducent hi? & sequitur, hoc autem dicebat tentans eum, ipse enim sciebat quid facturus esset.

Etiam non fecit propter secundum, vt sciret quid Petrus responderet: nam hoc sciebat, cum enim sciret, quòd exactores petiuissent a Petro didragma, & quòd ille nunc intendebat de hoc loqui, sciret quid ille responsurus esset, si super hoc peteretur, & tamen vellet forte, quòd responderet, non quidem vt ipse sciret quid responderet Petrus, sed vt alijs notum esset: taliter enim solet Deus tentare aliquos, incitando eos ad aliquod opus, vt appareat alijs virtus, vel infirmitas eorum: nam ipse antequàm incitet, scit quid faciet incitatus, & quando sic incitat dicitur tentare, sic dicitur Genesis vigesimosecundo, Quòd tentauit Deus Abraham iubens occidere filium suum, & non intendebat, quòd illum occideret, sed quòd appareret, quòd Abraham tam obediens erat Deo, quòd eo iubente iam filium occidebat, hoc enim alijs ostendit: nam ipse antequàm iuberet, nouerat, quòd sic facturus erat, cum ipse daret Abrahæ cor firmum ad sic faciendum, non enim potuisset Abraham tam perfectę virtutis actum exercere, nisi Deus specialiter moueret eum, cum etiam ad minima non sufficiamus eo non agente, Ioan. decimoquinto, Sine me nihil potestis facere, sic enim dicitur tentasse Philippum, quando quæsiuit ab eo: Vnde ememus panes, vt manducent hi? nam ipse sciebat, quid intenderet respondere Philippus, & tamen voluit notificare alijs ideo quæsiuit, & ita sequitur, hoc autem dicebat tentans eum, ita poterat esse hic, quòd licet ipse sciret quid Petrus responsurus esset, vellet quòd alij scirent quid Petrus diceret.

Sed dicendum, quòd fuit specialiter propter tertium: nam licet posset Christus hoc dicere sine quæstione, sed non ita conuenienter, volebat enim Christus persuadere discipulis, quòd non tenebatur ipse soluere didragma, sed soluebat, vt auferret materiam scandali, & quia magis quis suadet alicui, quando ex verbis eius necessario concludit intentū, quàm quando suadens, format totam rationem, & infert conclusionem: nam tunc absoluitur ab onere probandi assumptum, & quod maius est non potest negare, aut dubitare de assumpto, qui illud ore profitetur, ideo Christus quæstionem mouit, vt ex ratione Petri, quæ esset etiam aliorum, necessario inferretur intenta conclusio, & hoc fit inquantum Petrus dixit, quòd Reges non petunt tributum a filijs suis, ideo fuit conuenientius quæri, & hoc modo Christus vtitur locutionis, sæpe quærens, vt ex responsis inferat, quod intendit. sic quæsiuit a Simone leproso de duobus debitoribus quis plus diligit, Lucæ septimo, & ex hoc intulit contra ipsum, eodem capitulo.

Quare potius Christus quæsiuit a Petro, quàm ab alio, vel ab omnibus de solutione didragmatis. Et quòd quando Christus quærebat aliquid a discipulis ab omnibus simul quærebat, nisi in duobus casibus. Quæstio. CXC.

QVAERETVR cum Christus quærere vellet, quare potius quæsiuit a Petro, quàm ab aliquo alio, vel quam ab omnibus.

Aliqui dicunt, quòd ideo fuit, quia Petrus erat cæterorum princeps, & tanquàm ad caput quæstio directa est.

Sed non stat: nam licet Petrus in veritate maior esset, quia ita Christus eum facere intendebat, tamen non erat adhuc manifeste designatus, tanquàm maior: nam sequenti cap. contendebant inter se discipuli quis eorum maior videretur, & durauit contentio ista inter eos, vsque ad mortem Christi: nam etiam in cœna Domini manentes, contendebant quis esset maior, Lucæ vigesimosecundo cap. & ideo nō loqueretur Christus ad Petrum, tanquàm ad maiorem. Secundo, & præcipue, quia dato, quòd Petrus manifeste esset maior quolibet Apostolo, non erat tamen maior toto collegio Apostolorum, cum ipse esset de collegio eorū, ideo dirigi poterat quęstio ad totum collegium, cum cæteri præsentes essent, & Petrus inter eos, & tunc in responsione poterat attendi ista differentia honoris, quia quando non poterat totum collegium respondere, responderet Petrus pro omnibus, sic fuit præcedenti cap. quando quæsiuit Christus a discipulis suis quæstionem, quem dicunt homines esse filium hominis? & postea dixit, vos autem quem me esse dicitis? & sic tam quærendo opinionem vulgi, quàm opinionem ipsorum non quæsiuit specialiter ab aliquo eorum, sed ab omnibus, & tamen respondit ibi solus Petrus, quasi pro omnibus. ita poterat esse hic.

Dicendum autem, quòd quando Christus aliquid quærebat a discipulis, vt communiter quærebat ab omnibus simul præsentibus, nisi in duobus casibus.

Primus quando res, de qua quæritur ad vnum solum pertinet, & ita Ioannis vigesimoprimo, quæsiuit Christus a Petro, Simon Petre amas me? non quæsiuit hoc ab omnibus, quia amor iste de quo quęrebat, erat solius Petri, & non poterant cæteri respondere de eo.

Secundus est, quando specialiter vult tentare aliquem: nam tunc licet res quæsita ad omnes pertineat, vel sit aliquid quod ad nullum pertineat, quærit ab illo quem vult tentare, sic fuit Ioannis sexto, quando interrogauit Christus Philippum, dicens: Vnde ememus panes, vt manducent hi? & sequitur, hoc autem dicebat tentans eum, forte enim iste erat cæteris infirmior fide, & ideo eum voluit tentare, & ob hoc ab eo solo quærere debuit.

Nunc autem dicendum, quòd ſolutio tributi quæſita eſt non ad tentandum aliquem. Quod patet, quia ſecutus eſt Chriſtus reſponſionem Petri, & tamen ſi eſſet ad tentandum, non ſequeretur illam, ſicut iuſſit Deus Abrahæ occidere filium tentans eum, & ideo quando ille voluit, noluit Deus, ſed vetuit, Geneſ. 22. Etiam tentauit Philippum, & non ſecutus eſt dictum eius, quia ille ait, ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis: & tamen Chriſtus non emit panes. ergo dicendum, quòd quæſiuit a Petro, quia pertinebat ſpecialiter ad eum res iſta. Si tamen accipiatur ſolutio tributi ſecundum ſe, non pertinebat ſpecialiter ad aliquem Apoſtolum, immo neq; ad omnes, quia a ſolo Chriſto petebatur didragma. Sed poteſt pertinere dupliciter ad Petrum: vno modo, quia tributum iſtud ſoluendum erat de pecunia, quam Petrus afferret de mari, & quoniam ex nunc intendebat mittere eum ad habendum pecuniam illam ad mare, direxit ſermonem ad eum, & conſummauit in hoc, quòd eum ad mare miſit. Secundo, & præcipue, quia ad Petrum acceſſerant exactores didragmatis ſolum, & ipſe intendebat loqui Chriſto de hac re, vt ergo oſtenderet Chriſtus, quòd ſciebat præterita, quæ abſente eo dicta erant, & ea quæ tacito corde gerebantur, debuit a ſolo Petro quærere: nam ſi a cæteris quæreret, cum ad illos non acceſſiſſent exactores didragmatis, neque cogitaſſent ipſi aliquid Chriſto dicere de ſolutione hac, per hoc quòd Chriſtus loquebatur de ſolutione iſta, non intelligerent, quòd ipſe ſciebat abſcondita cordium, neque oſtenderet ſe filium Dei, quod ipſe volebat oſtendere, ideo ipſe debuit dirigere ad Petrum: nam ad illum acceſſerant exactores, & ipſe intendebat nunc loqui de hac re, cum ergo audiret Chriſtum præuenientem ſe, manifeſte agnoſceret, quòd ille videbat cogitationes cordium, & abſentia ſciebat, & agnoſceret firmiter illum eſſe Deum, qui reſpondebat, antequàm quæreretur iuxta ea, quæ in corde verſabantur, ſic patet Ioan. 16. quando diſcipuli cogitabant inter ſe, quid eſt hoc quod dicit modicum? & non audebant quærere: nam ait, de hoc quæritis inter vos, quod dixi modicũ, &c. & cum declaraſſet eis hæc, dixerunt, Nunc ſcimus, quia ſcis omnia, & non eſt opus, quòd quis te interroget, in hoc credimus, quod a Deo exiſti: cum ergo Petrus haberet hæc in corde ſuo, quæ Chriſtus ei declararet, conueniens fuit, quòd ad eum dirigeret ſermonem, & non ad alios, quia ad alios loquens nihil manifeſtaret, loquens autem ad Petrum oſtenderet ſe eſſe Deum; iſta ergo fuit cauſa, quòd ad eum dirigeret ſermonem.

Quomodo Chriſtus intellexit id, ſcilicet, reges terræ accipiunt tributum, & quomodo per hoc oſtendebat ſe non obligari ad ſoluendum didragma.
Quæſt. CXCI.

QVAERETVR quomodo Chriſtus intellexit illud, ſcilicet, reges terræ accipiunt tributum, & quomodo per hoc oſtendit ſe excuſatum: nam per hæc verba concludit libertatem, & immunitatem ſuam.

Dicendum, quòd dupliciter accipiunt aliqui literam illam. Vno modo, quòd Reges terræ non accipiunt tributum in regionibus ſuis a filijs ſuis, ſed ab extraneis, ideſt, ab omnibus habitatoribus, qui non ſunt filij eorum, neque de progenie ipſorum, & ſic accipit Origenes, & eſt verus ſenſus.

Alio modo, quòd filij Regum terræ in quolibet regno terræ ſunt liberi, non ſolum filij Regum in regnis paternis, ſed etiam in alijs regnis vbicunq; ſint, cum conſtat eos eſſe filios Regum, ſunt liberi. Sic accipit Auguſt. lib. de quæſtio. Euangel. ſcilicet, dicit enim in omni regno liberos eſſe filios, ideſt, non eſſe vectigales: multo ergo magis liberi eſſe debent in quolibet regno terreni filij regni ipſius, ſub quo ſunt omnia regna terræ, in quo Auguſt. vult, quòd omnes miniſtri Dei debent eſſe immunes ab omni onere tributorum ſæcularium, quia illi ſunt filij Regis, ideſt, Dei, ſub quo ſunt omnia regna terræ.

Dicunt autem aliqui, quòd Chriſtus excuſauit ſe per hoc, quia ipſe erat filius Regis: nam ſiue diuinitus, ſiue humanitus de ſtirpe regia erat. Sic dicit Hierony. Dominus autem noſter, & ſecundum carnem, & ſecundum ſpiritum, filius erat Regis, vel ex Dauid ſtirpe generatus vel omnipotentis patris verbum: ergo tributa, quaſi Regum filius non debebat, & ita etiam exponit Nicolaus.

Sed dicendum, quòd quantum ad progeniem Dauid non excuſatur Chriſtus a tributis: nam non erat filius Regis, ſed de progenie antiqua Regum: litera tamen loquitur de filijs Regum immediate. Etiam, & efficacius, quia non ſolum erat Chriſtus de progenie Dauid, ſecundum lineam rectam, ſed etiam plurimi de Iudæis, & tamen omnes conſtituti erant a Romanis cenſuales, non aduertendo ad iſtam nobilitatem antiquam quam habuerant, eo quòd Romani ſubiecerant ſibi Iudæos in tributarios, propter rebelliones, & diſcordias ſuas, cum prius haberent eos in amicos, & confederatos, & tunc omnes Iudæi non habita diſtinctione, conſtituti ſunt cenſuales: nam in generali profeſſione, qua profeſſi ſunt ſe ſubditos Romanorum, quando exijt edictum a Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, Lucæ 2. Omnes Iudæi tam nobiles, quàm ignobiles, laici, & ſacerdotes profeſſi ſunt, & cenſum ſoluerunt, & quia manebat nunc ſolutio alia didragmatis in recognitionem illius ſubiectionis, quam profeſſi fuerant omnes, qui profeſſi fuerant, ſoluebant didragma, & ita nemo Iudæorum liber erat ab hoc tributo, nec ergo Chriſtus quantum ad ſtirpem Dauid poterat ſe excuſare a ſolutione, cum nulli alij de eadem ſtirpe (quorum multi forte clariores, ideſt, magis notæ familiæ,) eſſent apud Iudæos excuſarentur.

Dicendum ergo, quòd Chriſtus non poterat excuſari a ſolutione tributi, niſi ſicut filius Dei, qui Rex eſt.

Sed dicetur tunc quomodo poterat excuſari, quia ipſe non erat filius Regis huius regni: nam huius regni nemo erat Rex, niſi Octauianus Chriſto naſcente, nunc vero Tyberius, ideo idem eſt nominare Octauianum, vel Tyberium, quia non erat alius Rex Iudæorum tempore Chriſti, ſicut confeſſi ſunt Iudæi tempore Chriſti, dicentes: Non habemus Regem niſi Cæſarem, vt dicitur Ioan. decimonono cap. ergo non erat liber, quia non pertinebat ad cognitionem Octauiani.

Dici poteſt, quòd filij Regum dupliciter ſunt liberi, ſcilicet, filij Regis in regno patris ſui, & etiam filij quorumcunque Regum, vbicunque ſint, vt Auguſtin. ait, & verum eſt, quia in nulla regione cogitur ad tributa, qui filius Regis eſt, niſi ſit hoſtis, & tamen non eſt ad propoſitum Chriſti, quia ipſe ſolum loquitur de filijs Regum in regnis patrum ſuorum: nam dixit reges terræ a quibus accipiunt tributum, a filijs ſuis, an ab alienis. ergo ſolum intelligitur de filijs ipſorum, ergo non proderat Chriſto eſſe filium Regis, ſi non eſſet filius regis huius regni, in quo erat.

Dicendum ergo, quòd accipienda ſunt verba Chriſti, ſic quòd filij Regum non ſoluunt tributa in regnis patrum ſuorum, & tamen ipſe erat in regno patris ſui: nam licet Octauianus videretur temporaliter præeſſe regno Iudæorum, Deus tamẽ vere erat rex huius regni, & omnium regnorum terræ, quia ipſe eſt rex Regum, & Dominus dominantium. Apo. 1. Et prima ad Timo. 6. & ſpecialiter erat rex in regno Iudæorum, quia acceperat iſtam gentem potius in regnum quàm alias gentes Exo. 19. mea eſt omnis terra, & vos eritis mihi in peculium de cunctis gentibus, & ipſe dicebat ſe regnare ſuper Iudæos 1. Regum 8. non te abiecerunt, ſed me, ne regnarem ſuper eos, ergo erat Chriſtus in regno patris ſui, & ita accipitur Ioã. 1. In propria venit, & ſui eum non receperunt, ideſt, venit in regionem ſibi ſubditam, & non agnitus eſt a ſuis, & ita Chriſtus inquantum erat filius Dei in quocunque regno maneret, non tenebatur ſoluere tributum, cum eſſet filius regis illius regni, & magis pertineret regnum ad ipſum quàm ad illum, qui temporaliter regnaret, quia ille nõ erat vere rex, ſed commendatarius, vel vice dominus, maxime autem in regno Iudæorũ quod ſpecialius pertinebat ad Deum quàm cætera regna.

Ad quid Chriſtus voluit introducere probationem iſtam de filijs Regum, & facere iſtam quaſi proteſtationem. Et quare durum erat Hebræis ſoluere tributa alienigenis incircunciſis. Et qui ſe voluerunt profiteri Meſſiam apud Hebræos.
Quæſt. CXCII.

QVAERETVR ad quid Chriſtus voluit introducere probationem iſtam de filijs regum, quia licet Chriſtus eſſet filius Dei, & conſequẽter ad nulla tributa obligatus, cum non eſſet peccatum ſoluere tributa, non faceret difficultatem circa ſolutionem, vt oporteret poni iſtas quaſi proteſtationes, ſcilicet, propter ſcandalum vitandum faciebat: nam alia ipſe patiebatur ſponte, quæ grauiora erant: & poterat non pati ſi vellet, & non requireretur ſcandalum etiam ſi non pateretur, & tamen patiebatur, & nihil proteſtabatur, ita ergo hic non oportuit proteſtari. Dicendum, quòd fuit conſequens Chriſtum proteſtari hæc coram diſcipulis, & facere rationem ad oſtendendum ſe eſſe liberum, & ad tollendum ſcandalum ipſorum. Primo quantum ad opinionem quã de ipſo habebant quantum ad deitatem credentes ipſum eſſe filium Dei, & tamen ſi ipſe ſponte ſolueret tributum per quod profitebatur ſe ſubditum homini, videbatur negare ſe eſſe Deum, quia Deus maior eſt omni homine: ideo noluit tacere, neque debuit, ſed proteſtari, & ita vitauit ſcandalum in vtroque: nam ſicut ſoluendo abſtulit ſcandalum exactorum, ita proteſtando abſtulit ſcandalum diſcipulorum. Si ergo non proteſtando nollet ſoluere, vitaret quidem ſcandalum diſcipulorum, quia crederent, quòd propter hoc ſoluere nolebat, quia non erat obligatus cum eſſet Deus, non vitaret tamen ſcandalum exactorum, quia illi aperte peterent, & in oſtendendo ſe immunẽ a tributo eſſet ſcandalum, vel in non ſoluendo nondũ oſtenſa libertate. Si vero ſolueret non proteſtando, tolleret quidem ſcandalum exactorum, ſed non vitaret ſcandalum diſcipulorum, quia putarent, quòd negabat ſe Deũ ſubdendo ſe ſimpliciter homini, nunc vero ſoluendo, & proteſtando vtrunque ſcandalum euitauit, & ideo fuit conueniens ſic fieri, & quaſi neceſſarium. Secundo fuit, quia Ieſus erat Meſſias, & ita creditum erat a diſcipulis. Meſſias autem rex erat Iudæorum, quòd ergo ipſe vellet manendo in regno ſuo ſoluere tributa ſponte, erat oſtendere ſe non eſſe regem: ideo ſaltem debuit proteſtari, vt videretur eſſe liber, & tamen ſoluere propter vitationem ſcandali. Tertio vt condeſcenderet Iudæis, durum enim Iudæis videbatur, quòd ſoluerent tributa Romanis, & ideo ſæpe faciebãt ſeditiones, & apertas rebelliones, vt tributa non ſoluerent, & peribant multi horum, qui auctores rerum erant, vnde tenebant fixum cordi ſiquando poſſent exuere iugum tributorum, & credebant malum eſſe tributa dari, ſcilicet, quòd gens Sancta, & populus Dei efficeretur ſub tributo incircunciſarum gentium, & ſiquis aſſereret bonum eſſe dari tributum Cæſari credebãt illum peccare, & dicere cõtra dignitatem populi Dei, & ita ſi Chriſtus concederet ſimpliciter bonum eſſe dari tributa Cæſari eſſet Iudæis valde odioſius, vnde propter hoc tentauerunt eum ſemel quaſi ponere volentes in perplexitate dicentes, licet dari cenſum Cæſari an non? infra 22. Quia quidquid diceret eſſet ei nocuum: nam ſi diceret nõ, eſſet hoſtis Cæſaris, ſi diceret ſic, eſſet hoſtis populi: nam ſi non haberetur pro inconuenienti confiteri licitum eſſe dari cẽſum Cæſari, fruſtra eſſet poni talem quæſtionem, cum poſſet dicere licitum eſt dari. Etiam non eſſet tentatio, & tamen Chriſtus dixit, eodem capitu. quid me tantatis hypocritæ? ideſt, proponentes quæſtionem iſtam tentatis me, volentes me deducere ad inconueniens. Etiam apparet, quòd ipſe noluit confiteri licitum eſſe, ſed dixit, quod eſt Cæſaris reddite Cæſari, quod eſt Dei Deo. in quo nihil expreſſe conceſſit eſſe Cæſaris, ſed ipſi dixerunt, quòd imago numiſmatis, & ſuperſcriptio erat Cæſaris: ideo ipſe dixit, quod eſt Cæſaris, ideſt, ſi aliquid eius eſt date ei, & maxime repugnabat intentioni ſuę concedere ſimpliciter tributum dari debere Cæſari, ſuppoſita poſitione erronea Iudæorum: nam ipſe volebat innuere ſe eſſe Meſſiam ſicut vere erat: Iudæi autem putabant Meſſiam temporaliter regnaturum, & potentiorem futurum regibus terræ, & quòd eos liberaret de omni ſeruitute gentium. Si autem ipſe diceret, quòd deberet dari tributum Cæſari, crederent ipſum non eſſe Meſſiam, & quòd ipſe ſe gerebat pro non Meſſia, cum potius quidam alij, qui volebant ſe oſtendere eſſe Meſſiam, vt fuerunt duo, ſcilicet, Iudas Galilæus, & Theodas diuerſis temporibus Actu. 5. Et ambo voluerunt facere rebellionem quandam contra Romanos, vocando homines in libertatem: ideo non fuit conueniens Chriſto concedere publice bonum eſſe reddere Romanis tributum, & ita etiam nunc, quia diſcipuli erant Iudæi, & erant adhuc carnales tenentes eandem poſitionem quàm cæteri Iudæi: noluit coram eis oſtendere, quòd ſponte ſoluebat tributum, ſed ſolum, vt tolleretur ſcandalum, quia ob eandem cauſam Iudæi manebant ſubditi Romanis, ne cogerentur facere ſcandalum repugnando, & ita proteſtatus eſt dicendo hæc: ideo fuit conueniens hæc dici antequam ſolueretur.

Cum autem dicebatur ſupra, quòd Chriſtus alia duriora his paſſus eſt, in quibus non proteſtatus eſt.

Dicendum, quòd illa non patiebatur quaſi ab aliquo coactus, ſed ſponte ſe ſubijciens propter ſalutem noſtram, ſicut fuit quantum ad omnia, quæ ad paſſionem pertinebant, & ibi oſtendebat humilitatem ſuam, ſed non deprimebat dignitatem ſubijciens ſe alicui, nunc autem non ſolum ſe humiliabat, ſed etiam homini ſe ſubijciebat, ſcilicet, Tyberio cui tributa ſoluebat: ideo non ſoluit nunc niſi præmiſſa proteſtatione, in alijs autem non erat vtilis proteſtatio ad aliquid, ſed hic fuit vtilis, & proteſtatus eſt, quòd ageret ad vitandum ſcandalum: de vitatione ſcandali quando teneamur vitare, & quando non, dicetur ſequenti cap.

Quare Christus misit nunc Petrum ad mare potius quàm alium. Quæst. CXCIII.

QVAERETVR quare Christus misit nunc Petrum ad mare potius quàm alium, quia ad illud quilibet discipulorum sufficiebat, vt mitteret hamum, & teneret primum piscem, qui ascenderet, cum omnes, vel plurimi fuissent piscatores, & non erat in hoc aliqua peritia.

Dicendum, quòd fuit primo, quia totum istud negocium videbatur pertinere ad Petrum, & magis sine scandalo poterat mandari ei, quàm cæteris: erat enim ortus iam contentionis scrupulus inter Apostolos, quis eorum maior videretur, vt patet sequenti capitu. & ita attendebant siquid Christus specialius faceret ad vnum quàm ad alium, istud autem alicui committendum erat, & cuicunque committeretur causaret aliquam suspitionem, nulli tamen committi poterat magis sine suspitione quàm Petro, quia exactores ei soli de didragmate soluendo locuti fuerant. Etiam Christus propter hoc ad ipsum solum direxerat sermonem super hoc de filijs Regum an solverent tributa, per quæ liberum se ostenderat: ideo quasi totum negocium ad ipsum permitteret, misit eum ad mare pro statere.

Secundo fuit, quia ipse forte ad hoc aptior erat: fidem enim ista res exigebat, quia dicebat, quòd in ore primi piscis quem prenderet inueniret staterem, & hoc fortassis alij non crederent, vel non ita faciliter sicut Petrus, fuit enim promptior ad credendum omnia, quæ pertinebant ad Christum quam cæteri, eo quòd deuotior, & feruentior circa ipsum erat: ideo Petro commissum est, & hoc tenet Chrysostomus.

Tertio fuit (vt aliqui dicunt) quia Petrus tanquam princeps reputabatur Apostolorum: ideo in signum specialis dilectionis hoc ei commissum est.

Quarto potest dici, quòd fuit, quia solus Petrus habiturus erat vtilitatem ex hac re: nam stater datus est pro Christo, & Petro, & non pro alijs Apostolis, vt patet in litera: ideo conuenientius fuit eum in hac re laborare quàm aliquem cęterorum.

Quare nunc Christus soluturus tributum misit ad mare, vt teneretur piscis, cum sine hoc soluere potuisset. Quæst. CXCIIII.

QVAERETVR quare nunc Christus soluturus tributum misit ad mare, vt teneret piscem, & de ore eius extraheretur stater, qui daretur exactoribus: nam non faciendo hoc miraculum poterat soluere tributum, erat enim paruæ quantitatis, scilicet, didragma quod valet duodecim obolos, qui parum ascendunt vltra duodecim albas regionis huius, & Christus videtur habuisse vnde solueret: habebat enim loculos quos Iudas tenebat Ioannis 12. & 14. Et de illis ministrabat omnia necessaria pro tota illa multitudine Apostolorum, & discipulorum Christi, posset ergo dari didragma de illis expensis, & non oportere mitti in mare, vt inueniretur stater.

Dici potest, quòd Christus habebat loculos, & dispensatores: nam mulieres, quæ cum eo veniebant ministrabant eis, inter quas erat Maria Magdalenę, & Ioanna, & aliæ, quæ sequebantur eum de Galilæa, & de facultatibus proprijs ministrabant Christo sumptus. Luc. 8. & Mar. 15. Et tamen nunc a casu defecerant pecuniæ, & ideo Christus recurrit ad miraculum, cum humanitus non haberet, quia nunquam ipse ostiatim mendicabat, neque etiam Apostoli, cum non esset consuetudo talis apud Iudæos, quia Deus vetuerat Deuteronom. 15. omnino pauper, & mendicus non erit inter vos. Secundo fecisse potuit ad confirmationem eorum, quæ intendebat: nam Christus voluit soluere didragma ad tollendum scãdalum exactorum, & vt discipuli viderent, quòd ipse non soluebat quasi coactus, sed volens, cum esset dominus omnium, & ne putarent, quòd ipse soluendo ostẽdebat se minorem Cæsare Tyberio cui soluebat per quod negaret se esse Deum, ostendit per multa argumenta se esse Deum, & non soluere velut subditum, sed ad euitandum scandalum, ad quod primo præuenit Petrum dicendo ea, quæ Petrus in corde habebat, & ea quæ eo absente gesta fuerant, deinde protestatus est ore se non teneri soluere, quia erat filius regis Dei dicens, reges terræ a quibus accipiunt tributa supra in litera, ad vltimum ostendit miraculum in accipiendo pecunias de mari. Erat enim ibi multiplex miraculum, vt ostendetur infra quæstione 194. Ideo ex industria fecit miraculum istud volens soluere de pecunia, quæ erat in mari. Et ideo dicit Chrysostomus, ideo non ex repositis iubet dare, vt ostendat, quòd maris, & piscium dominatur, & tunc concedetur, quòd in loculis habuit, sed de loculis soluere noluit.

Tertio dicunt alij, quòd Christus habuit vnde soluere in loculis, & tamen illa erant bona pauperum, & noluit expendere de illis ad hunc vsum, vt nobis daret exemplum ad similia. Sic dicit Hieronymus, quòd siquis obijcere voluerit, quomodo Iudas in loculis portabat pecuniam, respondebimus rem pauperum in vsus suos conuertere nefas putauit nobisque idem tribuit exemplum.

Sed dicendum, quòd hoc non multum stat, quia illa quæ Iudas in loculis habebat, non erant sic bona pauperum, quòd non essent Christi, hoc enim esset si ille accepisset ea commẽdata ab aliquo ad dandum pauperibus, & non ad alium vsum, quia illa pecunia non est eius cui commendata est, sed commendantis quousque distribuatur, sed hæc omnia erant bona Christi, quia ei donabantur, quia dicitur Luc. 8. & Mar. 15. quòd mulieres, quæ venerant cum eo a Galilæa ministrabant ei, idest, dabant ei expensas, & hoc est, quòd darent eas inde dispensatori Christi, qui reseruabat pecuniam in loculis, erat ergo iam illa pecunia propria Christi pleno iure, quia donata erat ei simpliciter, ideo poterat expendere eam in quoscũque vsus vellet, & non præiudicabat in hoc alicui, quia non erat alterius pecunia, sed sua.

Quod autem dicit Hieronymus, pauperum esse pecuniam istam: intelligitur, quòd erat data ad alimenta pauperum, scilicet, Christi, & discipulorum, qui pauperes erant, sed tamen dato, quòd illa pecunia non esset Christi, idest, non esset donata ei, sed esset commendata, vt expenderet eam in vsus pauperum, poterat expendere in vsus proprios cum esset ipse pauper. Si cui enim committitur certa summa pecuniæ, vt expendat eam in necessitatibus pauperum, si ipse indigeat sicut cæteri pauperes, licebit tollere aliquid pro se sicut cæteris pauperibus donat, & ita tenet beatus Tho. de Aquino in quolibet. Christus autem pauper erat, quia nihil omnino habebat nisi quod sibi ministrabatur: nam non habebat vbi reclinaret caput suum, vt patet supra 8. & Luc. 9. Ideo licebat sibi de tali pecunia commendata sumere necessaria, & tamen soluere nunc tributum erat simpliciter necessarium, quia aliàs sequeretur scandalum quod Christus vetare voluit: ideo potuit licite de tali pecunia commendata soluere didragma, quia aliam non habebat.

Dicendum, quòd vere pecunia erat Christi, & non aliorum, quia ei simpliciter donata erat: ideo poterat

poterat expendere in quascunque necessitates, vel vsus suos.

Quod autem dicit, quòd dedit nobis exemplum non expendendi rem pauperum in vsus nostros, est intelligendum, quando commendata est nobis ad illum vsum determinatum, & non est nostra, & nos non sumus pauperes, quia tunc non possumus quicquam de ea accipere, secus est si sit res pauperum, idest, data ad vsum pauperum, & tamen efficiatur nostra, quia tunc licet teneamur de illa prouidere pauperibus, tamen possumus vti ea ad omnes necessitates nostras, etiam si diuites simus, sicut patet in pecunia clericorum: nam bona clericorum pauperum sunt 16. quæstione 2. capitu. Quoniam bona, & tamen, quia ipsi effecti sunt veri Domini fructuum beneficiorum suorum licite perceptorum: possunt licite expendere in omnes vsus suos licitos, & quòd inde pauperes alant. Vel si pecunia commendata est, & non efficitur nostra, & tamen nos egemus, sicut cæteri pauperes: nam tunc possumus inde tollere pro vsibus nostris moderate, & proportionaliter ad alios pauperes, scilicet, ne totum pro nobis tollamus, licet tota pecunia illa nos egeamus, nisi per accidens euenirет casus, in quo non data illa, vel æquali pecunia essemus constituti in extrema necessitate, vel venundaretur in seruitutem, vel similia.

Bona clericorum pauperum sunt.

Quarto dicendum, quòd Christus fecit hoc ad adiuuandum protestationem suam quam faciebat coram discipulis, & ista est vera causa. Christus enim ostendebat se non teneri ad tributum, quia erat filius regis, & non solum vnius de regibus, sed summi regis Dei, & ita non solum non tenebatur Cæsari, sed etiam erat maior Cæsare, & non erat soluturus tributum nisi propter scandalum vitandum, quando ergo potuit, abstinuit a solutione didragmatis, vt ergo euitaret scandalum exactorum, soluit pretium, vt tamen ostenderet, quòd ipse non soluebat, noluit soluere de rebus suis, vel quæ aliquando venissent in dominium eius inquantum erat homo, sed misit ad mare, vt tolleretur stater, & ille daretur, & ideo non iussit Christus, quòd Petrus duceret staterem illum ad se, ita vt ipse nunquam teneret illum in manu sua, neque inter manus suas, sed Petrus mox, vt inueniret, ferret ad collectores didragmatis. Sic dicit Origenes, quoniam Iesus non habuit imaginem Cæsaris, princeps huius seculi nihil habebat in eo, propterea non ex proprio, sed ex mari imaginem Cæsaris accepit, non autem accepit ipse staterem, neque fecit eum sibi possessionem, ne sit aliquando imago Cæsaris apud imaginem inuisibilis Dei. Vide etiam Christi prudentiam qualiter neque renuit tributum, neque iubet simpliciter dari, sed prius ostendit se non esse obnoxium, & tunc dat, quorum vnum facit, scilicet, dare tributum, vt illi, idest, exactores non scandalizarentur, neque discipuli. Et ista est vera causa: nam prima poterat aliqualiter stare, erat quippe possibile, quòd tunc defecisset pecunia in loculis Christi. Et tamen non satis stat.

Primo quia continue Christus habebat multam turbam Apostolorum, & discipulorum quam pascebat, & non colligebat ostiatim mendicans pecuniam, sed donabatur continue ab eis, qui soliti erant prouidere necessitatibus eius, erat tamen didragma res parua, vt dictum est: ideo sicut habebat ad pascendum discipulos illo die, & omni die haberet ad soluendum didragma.

Secundo quia si ad tantam paupertatem Christus venisset, vt non haberet vnde solueret didragma, excusatus esset a solutione, quia inanis est actio, quam inopia debitoris excludit, & si dicas, quòd forte collectores didragmatis putarent Christum non esse tam pauperem, & ita semper peterent, saltem tamen quãdo ipse se excusaret apud discipulos, quòd non teneretur ad solutionem, allegaret hanc exceptionem, & tamen nunquam allegauit paupertatem, sed immunitatem solam, ergo videtur, quòd habebat in loculis, vnde soluere posset de secunda ergo, & quarta causa dicendum, quòd sunt conuenientes, & maxime quarta.

An licitum erat Christo accipere staterem illum ad soluendum. Quæst. CXCV.

QVAERETVR an licitum erat Christo staterem illum accipere ad soluendum. Aliqui dicunt, quòd non, quia stater ille erat res aliena, quæ inueniebatur, & inuenta non sunt trahenda ad vsus nostros, quia vt dicit Augustinus, si quid inuenisti, & non reddidisti, furtum commisisti, 14. quæstione 5. cap. si quid.

Dicendum, quòd de isto statere est dubium an fuerit alicuius hominis, & perditus in mari inuentus sit nunc in ore piscis, an fuerit nunc creatus nouiter a Deo, ponit enim illud Hieronymus sub dubio. Si autem dicatur, quòd erat creatus nouiter, manifestũ est, quòd licite accipiebatur, quia ad hunc finem creatus est, vt Christus illum nunc daret pro tributo. Si autem non fuit creatus, sed perditus: dicendum, quòd aut consideratur nunc Christus, vt Deus, vel vt homo. Si vt Deus manifestum est, quòd licitum erat accipi staterem, quia ipsius est mare, & quidquid in mari, & in terra est, ipsius enim mare est, quia ipse fecit illud. Psal. 94 Ita & omnia, quæ in terra sunt, sua sunt, & transfert dominia eorum ad placitum, sic enim fecit Iudæos dominos rerum, & bonorum Aegyptiorum, quæ non acquisiuerant, præcipiens illa petere commodata, & deinde illa retinere sibi, Exo. 3. & 11. Et sicut est in rebus paruis, ita & in magnis: nam transfert regnum de manu vnius, & dat alteri. Danie. 4. donec scias, quòd altissimus dominatur in regno hominum, & cuicunque voluerit, dabit illud, licet ergo esset alicuius stater iste, poterat accipere illum Christus sibi.

Si autem Christus consideretur, vt homo dicunt aliqui, quòd iste stater non peruenirет ad eum licite, quia iste fuerat alicuius, & non habebatur pro derelicto, sed potius perditus fuerat, vel eiectus in mari cum alijs rebus ad euitandum periculum, & talia non habentur pro derelicto, quia Domini non cõtemnunt ea, sed intendunt recuperare, si possint.

Dicendum, quòd inquantum erat Christus homo etiam licebat sibi accipere hunc staterem, ad hoc enim, quòd res inuenta non efficiatur inuentoris, sed teneatur ad restitutionem, requiruntur duo, scilicet, quòd res non habeatur pro derelicto, & quòd Dominum habeat, vel quòd habere putetur, deficiente altero eorum efficietur res inuentoris. De primo patet: nam ex eo, quòd quis habuit rem pro derelicto desijt esse Dominus, & si alius inueniat eam per occupationem efficitur Dominus, & iam non tenetur restituere alicui, cum nullus sit Dominus nisi ipse, quando enim rem illam inuenit in nullius bonis erat, cum pro derelicto haberetur: ideo illico occupantis effecta est.

De secundo patet, vt in inuentione thesaurorum: nam efficiuntur thesauri inuenientis, vel eius, cuius erat fundus iuxta distinctionem datam supra 13. cap. & non fit restitutio alicui, neque cogitur inueniens dare in eleemosynam, sed retinere sibi, hoc autem non est tanquam thesaurus habitus fuerit pro derelicto:

licto: nam res tanti valoris nunquam pro derelicto habetur, maxime, quia Thesaurus terræ infoditur, quod non fit, vt perdatur, sed vt exactissime conseruetur, sed efficitur inuenientis, quia desijt habere dominum: nam Thesauri tales sunt infossi ab antiquo, & nescitur an illi, qui infoderunt esse de regione ista, vel de alia, & an aliqui de progenie eorũ, & ad quos peruenire debet res qui supersint: ideo non reputantur tales res habere Dominum: ideo efficiuntur primi occupatoris, quia in nullius bonis sunt, & hoc verum est de Thesauris veteribus, secus de nouis quorum infossores putentur verisimiliter superesse, vt eadem quæst. dictum est, & ibi ad hoc data sunt signa, ita nunc iste stater erat forte ex multis temporibus in mari, ita quòd non putaretur superesse dominus eius: ideo inuenientis efficiebatur, non solum ergo licebat Christo accipere illum, sed etiam quicunque illum inueniret efficeretur dominus eius.

An erat mirandum inuentio stateris in ore piscis.
Quæst. CXCVI.

QVAERETVR cum Christus miserit nunc Petrum ad mare dicens, quòd in ore primi piscis inueniret staterem, quod miraculum erat hic, & an erat aliquod.

Dicendum, quòd aut iste stater creatus fuerit nouiter aut non. Si fuit nouiter creatus hoc saltem erat miraculum, quia ipse illum creauerat, vt ibi inueniret. Si autem non fuit nouiter creatus.

Dicendum, quòd erant ibi multa admiranda. Primum quòd ipse sciret, quòd in ore piscis genus monetæ esset.

Secundum quod illa moneta esset stater. Tertium quòd ille esset primus piscis, qui ascensurus esset. Duo prima admiranda sunt, sed non sunt miracula: nam Angeli, & dæmones nosse poterant an piscis aliquis in mari esset, qui in ore monetam aliquam haberet, & quæ esset illa, quia istæ sunt res præsentes, quæ non sunt difficiles cognitu substantijs separatis intelligentibus.

Tertium videtur esse miraculum: nam Angeli I mali saltem nescirent quis piscium primo ascensurus esset, cum talia futura omnino contingentia sunt, & hæc proprie pertinent ad diuinam præcognitionem sicut dicitur Isaiæ 41. Annunciate nobis, quæ ventura sunt, & dicemus, quia Dij estis vos. De Christo autem dicetur, quòd sciebat piscem illum primo ascensurum, quia Deus erat, & etiam, quia ipse piscem illum trahebat, & necesse erat, quòd exiret. De hoc dicit Hieronymus quid primum in hoc loco mirer nescio, vtrum præscientiam an magnitudinem saluatoris: præscientiam, quòd nouerat piscem habere in ore staterem, & quòd primus ipse capiendus esset: magnitudinem, atque virtutem si ad eius verbum stater in ore piscis creatus est, & quòd futurum erat ipse loquendo fecit.

Quid erat stater iste de quo hic dicitur.
Quæst. CXCVII.

QVAERETVR de statere quid erat. Dicendum, quòd erat simile de statere sicut de siclo: nam siclus est nomen monetæ, & ponderis, est enim siclus moneta argentea, quæ continet viginti obolos. Numeri 3. & Leuiti. 27. Et est determinata ad certum pondus, & ideo etiam ferrum, & æs siclo ponderantur. Exo. 36 capitu. quod non esset nisi esset determinatum pondus ipse siclus quo F ponderarentur quæcunque habentia pondus, ita & stater est nomen monetæ, & ponderis, erat quippe moneta, quia erat denarius formatus ad certam figuram, & imaginem: nam aliàs non diceretur piscis habere staterem in ore. Etiam non prodesset ad solutionem tributi nisi esset moneta aliqua. Si enim solum pondus designaret, non magis diceretur habere staterem habendo aurum, vel argentum in ore quàm habendo lapidem, vel ferrum ponderis illius, erat ergo moneta. Erat etiam stater pondus, quod patet, quia diuiditur per medium, & quartas, sic dicitur primo Regum 9. inuenta est quarta pars stateris argenti in manu mea.

Et dicendum, quòd stater continet dragmas quatuor siue duo didragmata. Quod patet, quia quilibet G soluebat in tributo isto didragma quod est duplex dragma, & tamen stater datus est pro duobus, scilicet, pro Christo, & pro Petro. Ergo continebat didragma duo. Sic dicit Glo. consuetudo erat, vt quilibet pro se dragma redderet, stater vero est pondus duorum didragmatum, & ob hoc stater erat denarius aliquanti valoris, & magnitudinis, erantque alij denarij minoris quantitatis, & ponderis quàm stater, qui erant medietas, vel tertia, vel quarta pars stateris, sic dicitur primo Regum 9. inuenta est quarta pars stateris argenti in manu mea, idest, denarius qui erat quarta pars ponderis, & valoris stateris, & talis denarius erat dragma: nam stater continet duo didragma, vt dictum est, & didragma continet duas drag- H mas, ergo stater continet quatuor dragmas, & ita denarius ille, qui dicebatur quarta pars stateris erat vna dragma, & talis erat dragma de qua dicitur Lucæ 15. aut quæ mulier habens dragmas decem si perdiderit vnam &c.

Ex prædictis apparet, quòd stater est maior quàm siclus, quia siclus continet obolos viginti. Exo. 30. & Numeri 3. stater autem continet viginti quatuor obolos, quia continet quatuor dragmas, & quelibet dragma continet obolos sex, & didragma obolos duodecim.

Quare Christus dixit Petro da eis pro me, & pro te.
Quæst. CXCVIII.

QVAERETVR quare Christus dixit Petro da eis pro me, & pro te. Aliqui dicunt, quòd pro tributo dandum erat didragma, & tamen stater continebat duo didragma: ideo sufficiebat ad soluendum tributum pro duobus hominibus: ideo dedit Christus pro se, & pro Petro.

Sed hoc non stat. Primo quia si nulla alia causa esset, nisi quia superexistebat valor stateris ad didragma, commutasset Petrus staterem pro duobus didragmatibus, & vnum tribuens reliquum retineret, & ita non daret totum staterem, neque daret tributum nisi pro Christo, & non pro se.

K Secundo quia dato, quòd daretur pro Petro, & non pro solo Christo, eo quòd excrescebat pretium stateris ad didragma, manet dubium quare potius pro Petro quàm pro aliquo reliquorum discipulorũ datum est superexcrescens.

Alij dicunt, quòd soluit Christus pro Petro potius quam pro alio ad ostendendum principatum eius super cęteros Apostolos: ipsum enim principem constituerat præcedenti capitu. cum dixit tibi dabo claues regni cœlorum, & ad hoc adæquauit, vel comparauit quodammodo eum sibi plusquam cæteros, cum dixit da eis pro me, & pro te, sic tenet Nicolaus.

Secundo potest dici, quòd factum est ad laudem fidei Petri. Sicut enim fuit admirandum, quòd Christus

stus prædiceret staterem esse in ore piscis primi, qui A ascenderet, ita & fuit magna fides Petri, qui circa talem rem tam dubiam in seipsa firmiter credidit, & non dubitauit ad mare ire ad tenendum piscem, & ideo meruit esse consors Christi in solutione didragmatis facienda de illo statere. Sic dicit Chrysosto. Sicut autem stupescis de Christi virtute, ita admirare fidem Petri, quoniam rei tam difficili obediuit, ideoque de fide eum remunerans copulauit eum sibi in tributi datione, quod fuit abundantis honoris. Tertio dici potest, & melius, quòd dedit tributum Christus pro se, & pro Petro, quia solus Petrus tenebatur ibi tributum reddere, erat enim Petrus in loco suæ habitationis, vel originis, & ideo tenebatur ibi tributum dare, de alijs forte non erat sic: ideo Christus pro Petro specialiter soluit nunc, vt dicetur sequenti quæstione, & non soluit pro alijs.

An discipuli Christi tenebantur ad soluendum didragma.
Quæst. CXCIX.

QVAERETVR an Apostoli, vel discipuli Christi tenebantur ad soluendum didragma, & realiter soluebant. Aliqui dicunt, quòd non, quia didragma soluebatur per capita domorum, & quia vna domus habet vnicum patremfamilias, soluebatur vnicum didragma pro illo, pro cæteris vero, qui in domo illa erant nihil soluebatur etiam si multi essent, & quilibet sufficeret ad soluendum, quia omnes reputabantur eadem persona, quia erant de eadem familia. Item patet specialiter circa discipulos Christi: nam quando collectores didragmatis accesserunt ad Petrum dixerunt. Magister vester non soluit didragma, & ita solum petebant a Christo didragma. Si autem discipuli tenerentur ad didragma, dicerent collectores, quare vos nõ soluitis didragma? cum ab illis non erubescerent petere sicut a Christo. Dicendum, quòd aliqui putant non soluisse discipulos Christi didragma, sed ipsum solum. Et tamen non est verum, constat enim, quòd Petrus soluit didragma: nam dedit Christus staterem pro se, & pro Petro, quia stater duo didragmata continet, vt dicit Glo. & tamen si Petrus non esset obligatus ad didragma, non solueret Christus pro eo, quia hoc erat facere ipsum deterioris conditionis: nam soluendo pro eo faciebat ipsum tributarium. Item quando dixit Christus da eis pro me, & pro te, si Petrus non obligaretur dare didragma diceret Christo: Domine non est opus solui pro me didragma, quia non teneor, & tamen obediuit, & tacuit: ergo videtur, quòd Petrus sciebat se obligatum ad soluendum didragma, & ita dicendum est de cęteris Apostolis forte, quòd tenebantur ad soluẽdum didragma, quia multi erant similes Petro.

Sed tunc dicetur quare exactores petebant didragma a Christo, & non ab Apostolis: nam videtur, quòd a solo capite familiæ petebant, & non ab ipsa familia. Dicendum, quòd a solo patrefamilias petebatur, & E tamen considerabantur Apostoli vno modo inquantum erant de familia Christi, & continue manebant, cum eo, vel ibant quo ille ibat. Alio modo, vt ipsi habebant separatè familias: nam habebant coniuges, & liberos, & possessiones aliquas, & manebant cõiuges, & filij in bonis illis. Quantum ad primum verum est quòd omnes discipuli erant de familia Christi: ideo ab ipso solo petebatur didragma. Accipiendo secundo modo quilibet eorum, vel multi eorum erant patresfamilias: ideo competebat eis, quòd soluerent, vel potest dici, quòd aliqui eorum nondum acceperant vxores, sicut Ioannes Euangelista, & Iacobus Alphæi, isti vere in virginitate mansisse dicuntur, & ita nunquam constituerunt familias, sed manebant sub familijs patrum suorum, & ita non obligabantur ad didragma, sed Petrus, & alij, qui coniuges, & liberos habebant, tenebantur ad didragma, quia erant patresfamilias. Sed dicetur cum obligati essent aliquo modo ad soluendum didragma quare non petebatur ab eis? Dicendum, quòd hoc non constat nobis an non peteretur, immo potius credendum est, quòd peteretur: nam Petrus non solueret pro se nisi peteretur, vel petendum esset, & tamen dicendum, quòd scriptura non facit mentionem de hoc, eo quòd solum narrat gesta Christi, etiam quia quòd soluerent discipuli Christi didragma, qui erant homines rudes, & nullius nobilitatis nihil admirandum erat, propter B quod nequę stylo dignum erat, quòd soluerent, vel non soluerent. Sed debet præsupponi, quòd petebatur ab eis, & soluebant. Circa Christum autem erat ratio dubitandi, & colligitur magna doctrina ex facto isto ostendendo, quòd solueret cum non obligaretur ideo de ipso debuit scribi, quòd peteretur ab ipso didragma. De discipulis autem siue peteretur ab eis didragma in Capharnaum, siue non, nihil tangitur. De Petro autem dici potest, quòd soluit Christus nunc pro eo didragma, quia erat de vrbe Capharnaum, & locus solutionis suæ erat ibi. Et patet hoc, quia licet Petrus natus esset de vrbe Bethsaida, vt dicitur Ioan. 1. cap. tamen domicilium habebat in Capharnaum, scilicet, ibi habebat vxorem, & filios, & domum, & pau- C ca ipsa, quæ possidebat. Et patet, quia quando Christus stetit ante hoc in vrbe Capharnaũ, dicitur quòd venit in domum Petri, & vidit socrum eius febricitantem supra 8. cap. & Luc. 4. dicitur surgens autem Iesus de synagoga introiuit in domum Simonis. Et ita tenebatur Petrus soluere ibi tributum tanquam domiciliarius ibi, cæteri autem non: ideo pro Petro, soluit nunc didragma.

Sed obijcietur, quòd non solum Petrus, sed Andreas erat de Capharnaum, & habebat ibi domum: ideo etiam Andreas soluturus erat ibi didragma, quia Mar. 1. cap. dicitur, & protinus egressus de synagoga venit in domum Simonis, & Andreæ.

Dici potest vno modo, quòd Petrus, & Andreas sol D uebant didragma pro vno capite, quia faciebant vnicam familiam, & habebant vnicam domum, quod videtur colligi ex litera, quia Mar. 1. dicitur, venit in domum Simonis, & Andreæ, & ita eadem erat domus amborum, & tunc esset vnicus paterfamilias, scilicet, Petrus, & esset Andreas tanquam minor sub potestate, & regimine Petri, & solueretur vnicum didragma. Aliter potest dici, quòd Andreas per se faciebat distinctam familiam, & soluebat didragma per se, & tamen iam soluerat: ideo non soluit nunc Christus nisi pro se, & Petro, quia nullus alius Apostolorum tenebatur soluere in Capharnaum.

An aliorum Apostolorum didragmata Christus soluerit.
Quæst. CC.

SED quæretur an cæterorum Apostolorum didragmata Christus soluerit. Dicendum, quòd quidam erant Apostolorum pro quibus non erat soluendũ didragma, eo quòd non erant capita familiarum cum non haberent vxores, sed potius ipsi erãt filijfamilias sub potestate patrum suorum manentes, sicut Iacobus Alphæi, & Ioannes, & pro his nemo soluit, quia non tenebantur soluere. Alij erant, qui tenebant familias, & obligabantur soluere, & de his non constat quid actum sit, & tamen, quia ipsi pauperes erant, satis potest dici, quòd Christus soluerit pro eis. Sed tunc dicetur quomodo nunc dicitur,

quòd

quòd soluerit pro Petro, & non dicitur de alijs, quia per hoc videtur negari de alijs.

Dici potest vno modo, quòd de Petro exprimitur, quia solutum fuit didragma pro eo in Capharnaum nunc quando pro Christo solutum est, pro alijs autem non fuit solutum in Capharnaum, quia cæteri non erant habitatores in Capharnaum sicut Petrus: ideo soluerunt in locis suis, & quia de didragmate Petri non tangitur nisi propter didragma Christi, & didragma aliorum non fuit nunc solutum, non debuit nunc exprimi.

Aliter potest dici, quòd pro omnibus soluta sunt didragmata in Capharnaum, & tamen non exprimitur, quia hoc quod de Petro exprimitur, non fuit nisi, quia stater inuentus in ore piscis valebat duo didragmata, & sufficiebat ad soluendum pro duobus, & ita voluit Christus, quòd solueretur pro se, & vno de discipulis, & tunc fuit maior causa, quòd daretur pro Petro quàm pro alio, siue propter dignitatem, siue propter fidem, siue quia ipse in hac re laborauerat. Si autem inuentum fuisset didragma solum in ore piscis solutum fuisset pro Christo solo, & non pro Petro, neque pro aliquo alio, si autem duo aut multi stateres inuenirentur in ore piscis, solueretur didragma pro multis discipulis. Si autem didragma solutum est pro alijs discipulis a Christo. Dicendum, quòd solueretur de loculis, & non de pecunia miraculose habita: nam Christus potuerat dare didragma de loculis, sed vt non videretur ipse soluere tributum noluit dare de rebus suis, neque quòd veniret vnquam pecunia illa ad manus suas, sed de eo quod in mari erat, solui iussit vt ostensum est supra quæstione 193. discipuli autem erant obligati ad didragma, quia nullam causam immunitatis habebant: ideo non expediebat pro eis facere aliquam exorbitantiam, sed faceret Iesus solui pro eis ex reconditis in loculis, quia per hoc, neque se ipsum neque illos subijciebat alicui cui nõ essent subditi. Et ista est causa quare de illis nihil dictum est, quia hic non tangitur de hoc nisi inquantum fuit miraculum, & tamen miraculum non fuit nisi inquantum stater, qui erat in ore piscis quæsitus est ad soluẽdum, & tamen ille stater non datus est nisi pro Christo, & Petro: ideo de solutione facta pro alijs nihil dicitur. Credendum est, tamen quòd fuerit facta solutio pro illis in Capharnaum siue a Christo facta sit, siue non, quia ipsi omnes erant Galilæi, vt dicitur Actu. 2. nonne omnes hi, qui loquuntur Galilæi sunt? Capharnaum autem erat Metropolis Galilææ, & colligebantur ibi tributa cæterarum vrbium eiusdem prouinciæ. Et hoc patet, quia Christus non erat natus, neque nutritus, neque domiciliarius in Capharnaum, sed natus in Bethlehem supra 2. & nutritus in Nazareth Lucæ 4. sed poscitur ab eo tributum didragmatis in Capharnaum, quia Nazareth, quæ erat ciuitas Christi erat subdita vrbi Capharnaum, vt dicit Hieronymus: a cæteris ergo peteretur tributum in Capharnaum, quia Galilæi erant, & ibi solueretur, sed tacitum fuit de eis omnibus propter causam dictam.

Matthæum quoniam pro amplitudine mysteriorum, & sentẽtiarum multitudine (vt prælibatum est) intra vnius voluminis metas coarctare nequiuimus, plures partitiones (inæquales licet) effecimus, quarum hanc vnam esse placuit, quæ ab exordio duodecimi capituli exordia sumeret, & vsque ad decimiseptimi calcem pertingeret. In quo & si lectori curioso pro rerum varietate satisfactum fortassis nõ sit, nos tamen non parum laboris expendimus, & vt huic quoque sicut, & cæteris accuratam diligentiam expẽdamus, eam iuxta capitulorum ordinem, quo facilius quod quæritur inueniatur, duximus tabulandam.

Quartæ Partis Expositionis literalis Alphonsi Tostati in Matthæum Finis.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm.

Omnes sunt Quaternions.

VENETIIS, Ex Typographia Dominici Nicolini.
M D X C V I.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA